DECISIONES AVREÆ CASVVM CONSCIENTIAE,

In Quatuor Libros distributæ,

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, I. V. D.
Pœnitentiario maiore in Ciuitate Neapoli,
Monacho Cassinensi, Authore:

Pars Prima.

Nunc denuò recognitæ, innumerisq; penè locis emendatæ, atque multis Additionibus, ad tertiam vsque voluminis partem, hoc planè signo [ ] prænotatis, locupletatæ & auctæ:

CONFESSARIIS, ATQVE POENITENTIBVS maximè vtiles, ac pernecessariæ.

Cum Summarijs, & Indice Rerum, ac Verborum, locupletissimis.

CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, M. D. XCVI.

Ex Officina Damiani Zenari.

REVERENDIS ADMODVM PP. ABBATIBVS Congregationis Casſinenſis,

D. IACOBVS DE GRAFFIIS CAPVANVS, ex eadem Congregatione Monachus, æternam fœlicitatem.

SOLERTI meditatione perſcrutans quò pacto olim Iericho, ſub ſtrenuo illo Hebrȩorum Duce Ioſue fuerit demolita, rem adinuenio (Optimi Patres) meo inſtituto ſatis accommodatam. Narrant quippe ſacræ litteræ, quod dum buccinis, quarum vſus erat in Iubilæo, clangerent Sacerdotes, reliquumque vulgus vociferaretur, vrbis illius mœnia funditus corruerunt. Ciuitas hæc anathema, Idolorum cultui mancipata, vniuerſis flagitijs, ſceleribuſque repleta, mundi huius typum præſeferre videtur: ſi enim Ioanne teſtante, om-

ne quod eſt in eo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, nonne ipſum teterrimum, ac nefandiſſimum eſſe iure optimo inferemus; ſiquidem (vt à ſuperbia exordiamur) initium cuiuſcunque peccati ſuperbia eſt, & vt præclarè Bernardus de eadem aſſeuerabat, eſt doli opifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, cordium excæcatrix. Sed & carnis opera, quæ & qualia ſint Apoſtolus edocebit, manifeſta ſunt (inquit) opera carnis, quæ ſunt fornicationes, immunditiæ, impudicitiæ, luxuria, Idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commeſſationes, & his ſimilia. tandem diuitijs cum vniuerſis vitijs, magnam & nomine, & re ipſa affinitatem ineſſe, clarius eſt, quàm vt noſtra indigeat probatione. Ad huius igitur perditiſſimi ſæculi mœnia ſubuertenda, enecandoſque non eius habitatores, ſed ſceleſtos, ac deploratos habitatorum mores, & actus, nihil idoneum magis inuenietur, quàm vt ij, qui in munitiſſimo miſtici Ioſue exercitu, in ſtatu videlicet perfectionis, Chriſti veſtigia præmonſtrante conſtituti ſunt, vociferentur, & buccinis perſonent, hoc eſt vitiorum inculcent miſerias, fœditatem, horrorem, turpitudinem; bona, quæ auferunt, & mala innumera, quæ inducunt, & ijs potiſſimùm buccinis perſonent, quarum vſus ſit in Iubilæo, nempe ſacramentalis pœnitentiæ, (hæc enim ſola poſt naufragium Iubilæo, ideſt, peccatorum remiſſioni inſeruit) ritum, modumque præſcribant. Cum ergo & ipſe ſingulari Dei beneficentia, ex medijs huius mundi turbinibus erutus, in munitiſſimam Religioſorum aciem fuerim euocatus,

catus, & in ijs potissimùm tentorijs constitutus, quibus vos, R R. P P. summa cum diligentia, & sanctitate pręsidetis, rem profectò satis indignam fore existimaui, si vbi indefessi labores iugesque vigiliæ ad hostium profligationem desiderantur, ego oscitanter persisterem, marcescerem otio, desidia torperem, & quasi ementitis signis, in hac Sanctorum statione pro aduersarijs militarem; quin potius ignauia longè ablegata, summi ducis, Saluatoris nostri fætus auspicijs qui os mutorum facit disertum, qui genua debilia roborat, imò qui infirma mundi eligit vt fortia quæque confundat, vestra pariter iussione vrgente; cui vel minimum detrectare Religio est, arripui buccinam ad personandum, cępiq; pro modulo virium mearum exitium hostibus intentare. Et quidem buccina cui os applicui, non nisi Iubilęo inseruit; quandoquidem nostræ hæ casuum conscientiæ Decisiones, sacramentalis pœnitentiæ; qua ad peccatorum remissionem peruenitur, obseruationes demonstrant, dubia enodant, modos, regulasque præscribunt, in quibus, & si passim breues aliquas contra vitia, declamationes inseruerim, eas tamen dicato opere prosequi, conuenientius fore duxi; quare duos libros hoc argumento conscriptos, sub vestro etiam nomine (si annueritis) quàmprimum in lucem dari curabo: effecimus namque vt per totius anni curriculum Sermones opportunè subessent, atque hunc in modum, vt occasio se se obtulit vitiorum obscænitates ac turpitudines ob oculos legentium ponere enixi sumus, vt & in hoc misticam illam exercitus Iosue contra Iericho vociferationem æmularemur. Vos ergo, R R. P P. nostros hosce conatus, postrema iam cumulatiori editione, in vulgus pro-

prodeuntes, conſueta benignitate ſuſcipite: ex magno namque animo offeruntur, licèt veſtra ſint amplitudine longè inferiores. Valete, meq́ue, vt hactenus feciſtis, paterno amore proſequi non deſinatis. Ego autem D.O. iugiter exorabo, vt vos noſtræ Congregationi incolumes longo æuo cuſtodiat, præſtetq́ue demum illam ſupernæ patriæ fœlicitatem, ad quam ardentiſsimè aſpiratis.

Venetijs, ex Cœnobio Sancti Georgij Maioris, pridie Nonas Octob. à Chriſto nato M. D. XCIII.

PRAEFATIO AVTHORIS, AD PIVM LECTOREM.

IN operum editionibus instituti proprij rationem manifestaſſe, ſummam afferre vtilitatem experimento compertum eſt. vnde & hoc idem ipſe præſtiturus nonnulla præfabor, ex quorum notitia, vberiores fructus, ex noſtris hiſce Deciſionibus vnuſquiſque excerpet, & conſequetur. Et quidem ante omnia Lectorem admonere volui, quàm longo interuallo hæc poſtrema editio à priori elongetur: illam enim adhuc rudem & imperfectam crebræ, imò importunæ amicorum preces & hortamenta inuito è manibus mihi extorſerunt; ſed in hac poſteriori, plus otij nactus (quamquam vt ingenuè fatear & illud fuerit perexiguum, cum ſim in legendi munere maximè occupatus) quod in illa fortaſſe mancum, impolitum, minuſque diſcuſſum videbatur, in iſtâ pro viribus conati ſumus perpolire, exacuere, & adijcere: nam id totum quod hoc ſigno [ ] includitur, in poſtrema hac editione à nobis additum eſt. Neque hoc mirum videri debet, cum & ea ſit humanarum rerum conditio, ne vnquam à primordijs omni donatæ perfectione in lucem veniant, ſed per temporum interualla vegetiores fiant, & omniquaque abſolutæ. Sic hominem vitales auras captare incipientem, offendes elinguem, ſtolidum, & imbellem, at breui poſtmodum annorum curriculo interiecto, ecce tibi, vt facundiſſimè interna animi ſenſa proloquitur, vt ſtrenuè diſcriminibus caput obiectat, vt acerrimè ac ſolertiſſimè cuncta diſponit, & moderatur: Parturit vrſa catulos penè efformes, & animalis ſpecie deſtitutos, ſed breui deinde eoſdem lingua lambendo quaſi articulatim regenerat, & efformat; ita quoque ars ipſa naturæ æmulatrix non niſi progreſſionibus quibuſdam ſua opificia omnibus numeris edit abſoluta: quod, vt per ſe maniſeſtiſſimum, vlterius proſequi abſtinebo. Cæterùm, quid me adegerit ad hanc præcipuè de Caſibus Conſcientiæ materiam conſcribendam, breuibus intimabo, maximè quod alicui videri poſſet ſuperuacaneum fuiſſe laborem, & rem actam (vt aiunt) agendam ſuſcepiſſe. At profectò, quod ad primum attinet, non inſpicio, vtrum ne homo religioſus, ab ineunte ætate in Sacrorum Canonum ſtudijs verſatus, in audiendis

Con-

Confeſſionibus per decennium, & eo amplius deſatigatus, aliud maiori cum fructu, dicam, etiam & cum laude, potuerit deligere argumentum: notum enim eſt illud Poetæ,

Nauita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, paſtor oues.

Sed neque fruſtratorium cenſeri debet, in eodem ſcribendi genere inſudare, in quo priorum induſtria non defuerit, quin potius egò ſemper exiſtimaui aliorum diligentiam noſtra ingenia non obtundere, ſed exacuere; non reddere effœta ſed laudabili quadam æmulatione fœcundiora. Quis non ſtultitiæ colonum argueret, ſi terram nollet excolere, quod eandem ſciret à prædeceſſoribus indefeſſo labore excultam, aratro ſciſſam, ſeminibus fœcundatam? Accedit ad hæc, quod adeò patens eſt conſcientiæ campus, tam innumeri ſunt tribuli & ſpinæ, quas germinat; tam profundæ & denſæ tenebræ quibus obuoluitur, vt in ipſo excolendo, purgando, & illuſtrando innumerorum (ſi fieri poſſet) opera deſideretur. Sed de his hactenus, nunc de ſtilo ipſo quo in dicendo vſus ſum, pauca ſuperſunt intimanda; equidem illum talem adhibuimus, qualem materia ipſa, de qua agebamus prærequirebat, ſimplicem videlicet, planum, & ab omni fuco, atque verborum lenocinio alienum: tantum enim abeſt, vt in rerum grauium tractatione pompa, & luxus probari debeat, vt potius pro ſacrilegio ſit habendus; in eiuſmodi quippe ſcribendi genere eniti debemus, non vt delectabilis, venuſta, & faceta ſit oratio; ſed grauis, vtilis, & reuerenda, vt maieſtatem potius ex horrore, quam gratiam ex mollitudine conſequatur. Præterea conati ſumus ſectari breuitatem: ſic enim qui noſtra legerint, & tædio minus afficientur, & lecta tenacius memoriæ retinebunt: veruntamen diſputationes, variaſque controuerſias quoad fieri potuit euitauimus, id duntaxat expeditè proponentes, quod plurimorum, magiſque Illuſtrium Doctorum ſententię, & efficacioribus rationibus conſonum eſſe videbatur. In citandis autem, cum legum Sacrorumque Canonum textibus, tum ipſorum Doctorum authoritatibus, illud ſemper obſeruauimus, vt fontes prius inſpiceremus, ne temerè quicquam à nobis in medium adduceretur. Demum, cum ego ſim vir, videns paupertatem meam, vtique in noſtro hoc opere non præſumam omnia adamuſſim, & exquiſitè à me fuiſſe examinata; ſicubi igitur, Pie Lector aliqua offenderis, quæ ad recti iudicij trutinam appenſa minus tibi probanda videbuntur, vt iuſtus corripe in miſericordia; ſi quidem & tuæ, & Sacroſanctæ in primis Romanæ Eccleſiæ cenſuræ libens mea omnia ſcripta ſubijcio: quæcunque autem bona dijudicaueris, amplectere, & in Deum referas bonorum omnium largitorem. Viue ſanctus, & memor mei in tuis orationibus.

Venetijs, Ex Monaſterio Sancti Georgij Maioris, pridie Nonas Octobris, à Chriſto nato M. D. XCIII.

INDEX OMNIVM TITVLORVM.

LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

De

LIBER TERTIVS.

LIBER QVARTVS.

De cenſuris eccleſiaſticis.

FINIS.



Fr. Lud.s Guiduccius Faven.s emit Romæ baiocchis 50 Anno 1604

INDEX OMNIVM

SENTENTIARVM,

Quæ hisce quatuor libris Decisionum continentur, locupletissimus, atque absolutissimus.

A

Abor-

cogendus

Aestima-

Auxi-

B

Blasphe-

Cam-

non

Confeßio

Con-

Con-

Debito

Eucha-

Excom-

V. In

G

in

H

I

Intel-

iure

Labo-

L

Lex

M

N

Negotia-

O

Occasio

numero

Peccata scripta ad confess. facienda multa an [illegible] fol. 58 nº 43

Prior Ecclie Collegiate [illegible] fol. 269

Recepta-

uide suũ casum, q[...] euenit c[...] Alph. Vado[...]

Vexa-

F I N I S.

DECISIONES AVREÆ
Casuum Conscientiæ,
D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, Monacho Cassinensi, Monasterij S. Seuerini de Neapoli professo, Authore.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiæ Sacramentum, ad quid, & quando institutum, idq; reiterabile. num. seq. & 5.*
3 *Pœnitentia secundæ tabulæ nomen sortita, sed metaphoricè, & quare.*
4 *Pœnitentia, quomodo sit vnicum peccatorum refugium, & remedium.*
6 *Pœnitentiæ Sacramenti materia duplex, & quæ eius forma. nu. 7.*
8 *Pœnitenti absoluto, quæ bona conferantur.*

De Sacramento Pœnitentiæ. Cap. I.

QVONIAM post lauacrum regenerationis, quo ab omni labe peccati, quam propagine contraxeramus proto parentū, prorsus mundamur; quo in pristinum innocentiæ statum restituimur; quo denique ex filiis irę, filii Dei uocamur, & sumus: Contingit sæpe, ac sæpius, vt humana carnis imbecillitas miserrimè labatur, nedum propensione illa, qua suapte natura ad malum potius deflectit: verum etiam aduersantibus crudeliter mundo, carne, & diabolo: Nec suis naturaliter viribus surgere dehinc magno suo malo quiuerat, veluti sus in
1 volutabro luti sese volutans. Hinc † superna illa clementia, summaque bonitas calamitati huic opportuno remedio consulere statuens, sacrosanctum pęnitentiæ sacramentum instituit, vt Christi fideles, qui lethali aliquo crimine sordescunt, mundentur; lapsi resurgant; prostrati erigantur; ac deinde deperditam gratiam, necnon & vires ad magis strenuè pugnandum toties recuperare queant, quoties relabuntur.
2 † Ex quo fit, vt iterabile dicatur sacramentum. Quærenti enim Petro, usquequo pœnitentibus ignoscendum esset, respondit Christus Dominus, Matth. 18. Non dico tibi usque septies,

3 sed vsque septuagies septies. † Hoc etiã secundam tabulam, post spirituale naufragium, Sancti Patres aptè nuncuparũt, teste Hieronymo ad Pammachium, & Oceanum, c. secunda, de pœn. dist. 1. [Et est metaphorica locutio. hanc exponit Med. C. de pęn. quæst. 1. Sed aptius metaphoram exponit S. Tho. vt mare solum cẽseatur mundus post peccatum Adæ, quem omnes intrantes nauim baptismi ascendunt, quæ ob id integra dicitur, quòd per ipsum omnia peccata, quo ad culpam, & pœnam, simpliciter condonantur. c. non ex quo, de consec. distin. 4. atque adeo homines per ipsum in summa innocentia nauigant: Qua vtique naui per peccatũ mortale, quod naufragium est, effracta, restat pęnitentia: quare pœnitentia non dicitur secunda tabula respectu primæ tabulæ,
4 sed respectu saluæ nauis. † vbi meditate pensandum est pęnitentium periculum, eorum præsertim, qui cum passionibus colluctantur. Vt enim homini nauiganti si oborta tempestate, & concutientibus fluctibus nauis frangitur, hoc vnicum remedium superest, scilicet tabulas nauis fractæ arripere, & eisdem rimari, & inniti, vt saluari possit. Vnde calamitatem prospectantes hanc, & videntes fluctuum insania tabulis affixos hinc inde agitari, & nunc vndarum aggeribus submergi, nunc verò emergi, miseros clamoribus animant, ut spem eorum salutis concipiant. In hunc modum profectò eiusmodi pœnitentes timere sibi maximè debent, nisi Deo manus porrigenti per firmissimum emendationis propositum se se mãcipare summa ope nitantur. ita Sotus in 4. senten. d. 14. q. 1. art. 6.]

5 Institutum † autem est hoc sacramentum tũc demum, cum à mortuis Christus Dominus excitatus insufflauit in discipulos suos, inquiens: Accipite spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retẽta sunt, vt habetur in Concil. Trid. sess. 14. c. 1. Quibus verbis huius sacramenti materia, & forma, quænam sit, apertè exprimitur. † Est autem
6 materia duplex, remota, & propinqua. Remota sunt peccata, ea tamen non vt amplectenda, sed vt quàm maximè detestanda. Sicut enim ligna materiam esse dicimus ignis, à quo absumuntur: ita peccata, quæ pęnitentiæ sacramento delentur, eius materiã asseueramus. Propinqua verò actus sunt pœnitẽtis: nempe contritio, confessio, & satisfactio: qui quidem, quoniam in pœnitente ad sacramenti integritatem, ac ad plenam, perfectamq; peccatorum remissionem ex Dei omnipotentis institutione copulatiuè requiruntur, ob id maximè pęnitentię partes dicuntur, iuxta illud Trident. Sino. sess. 14. cap. 3. Harum autem partium concursus tunc demum interuenit, cum quis iusto dolore primum concepto de admissis sceleribus, firmoq́ue proposito, deinde nedum cauendi in posterum, verum etiam pro illis per ieiunia, eleemosynas, orationes, aliaque piæ deuotionis opera satisfaciendi, sacerdoti, Dei ministro, ritè confitetur. Quę quidem confessio his partibus exornata, signum est visibile sacræ rei, id est inuisibilis gratiæ, qua sic confesso peccata
7 dimittuntur. † Forma autem sunt verba ipsa, quæ Confessarius profert, inquiens: Ego te absoluo, ex verbis Christi collecta, Matth. 18. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.

8 In † pœnitentem sic itaque absolutum hæc spiritualia conferuntur bona, quòd Dei, à quo se auerterat, in gratiam redit, quodq́ue cõscientiæ serenitatem, & pacem cum ingenti interno gaudio, interdum quàm primũ assequitur, nec non & alia multa, quæ numerantur in d. c. 3. quæ res sunt, & huius sacramenti effectus. Hæc de pœnitentiæ sacramento breuiter dixisse sufficiat. Cætera verò in tractatus progressu diffusius, Deo fauente, explicabimus. & primum omnium de contritione, quæ est prima pars ipsius pœnitentiæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiæ sacramenti tres integrales partes, & quibus peccatis, culpisq; opponantur.*
2 *Peccatorum genera quatuor: quadruplex item ab eis conuersio per pœnitentiam.*
3 *Conterere, & atterere, quid significent, differantq; inter se.*
4 *Contritioni tria insunt necessariò.*
5 *Contritionis, attritionisq; significatio, & differentia.*
6 *Timor seruilis setæ sutoris comparatur.*
7 *Attritio est donum Dei, & impulsus spiritus sancti, quæ duo requirit, vt veniam impetret, & num. seq.*
9 *Pœnitentes contritionis, an attritionis dolore sint affecti, non facilè intelligunt. Admonitio Confessariorum ad plebeios, dolorem ex amore nasci.*
10 *Attritio, an, & quando fiat contritio, & num. 18.*
11 *Contritio tria exigit, & quæ.*
12 *Displicentia peccati effectus, qui.*
13 *Confessarii officiũ ad inducendum in confitente dolorem contritionis: & an descendat ad speciales pœnas, vel ipse, vel pœnitens.*
14 *Attritio impœnitentium, quæ, an habilitet ad absolutionẽ, & an cum ea impleatur præceptum annalis confessionis. nu. seq.*
16 *Caiet. sententia à communi reprobata, de pœnitentia detestante peccatum cum proposito.*
17 *Confessio, quibus casibus reiterãda: & attritio, quando transeat in contritionem.*
18 *Attritionis septem sunt species, quatuor perfectæ, tres imperfectæ.*

De contritione, & attritione, earumq; speciebus, & differentijs. Cap. II.

1 QVoniam † sacramenti huius pęnitentiæ tres sunt partes integrales, nempe cõtritio, confessio, & satisfactio: [vnde de iis partibus inquit Os aureum, de pęnit. dist. 3. c. perfecta. In corde contritio, in ore cõfessio, in opere tota humilitas, hęc est perfecta pęnitentia. Etenim sicut tribus modis Deum offendimus, delectatione cogitationis, impudentia locutionis, & superbia operis, vt contraria contrariis curentur, delectationi cogitationis opponitur contritio: Impudentiæ locutionis cõfessio: Superbiæ operis satisfactio. arg. de reg. iur. capit. 1. extra de baptis. c. maiores, §. hic verò dicimus. ita glo. in d. c. perfecta. Hi sunt tres mortui, quos Dominus legitur suscitasse, scilicet filia archisynagogi, quam suscitauit infra domum, quia ipsam intus inuenit. Ecce peccatum cogitationis. de hac c. quem pœnitet, in fi. de pœn. distin. 1. Item filius viduæ, quem Dominus extra portam ciuitatis suscitauit. Ecce peccatum locutionis, de hoc de pœnit. d. 1. c. fleat. Lazarus, quem suscitauit in sepulcro iam fœtentem. Ecce peccatum operationis, de pœnit. dist. 1. quantuslibet. Vel per filium viduæ, intelligere possumus peccatum operationis, in quo includitur peccatum locutionis: quia vix perpetratur malum opus, quin & malum verbum præcedat. Per Lazarum
2 verò, peccatum consuetudinis. † Hæc sunt quatuor genera peccatorũ, de quibus Salom. Cant. 6. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te. Sunamitis interpretatur anima captiua, quã diabolus propter delitias huius mundi, & peccata, quæ commisit, trahit ad inferos captiuatam. Vnde inquit: Attende tibi, & reuertere à peccato immundæ cogitationis, reuertere à peccato prauæ operationis, & reuertere à peccato turpis locutionis, & reuertere à peccato peruersæ consuetudinis. Iterum quatuor modis dicit reuertere, scilicet per cordis cõtritionem, oris confessionem, operis satisfactionẽ, & bonæ vitæ cõtinuationem: quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, vt intueamur te. Est vox Trinitatis, scilicet per dilectionem, & gratiã, vt secundum Ioan. c. 14. ad te veniamus

mus per gratiam, & apud te mãsionem faciamus per gratiæ efficaciam, vt sic à patre recipias potentiam, à filio sapientiam, siue scientiam, à Sancto Spiritu voluntatem spontaneam bene faciendi, & operandi, quod fieri non potest, dum est in peccato. Vnde Esai. Iniquitates vestræ diuiserunt inter nos, & Deum vestrum. Sed pœnitentia reparata, reuertitur ibi Deus. Vnde per Oseam, Sponsabo te mihi in fide, sponsabo te mihi in iudicio, & miserationibus, & sponsabo te mihi in sempiternum. Sponsabo te mihi in fide, idest in baptismo fidei, & si hoc vinculum per peccatum ruperis, iterum sponsabo te mihi in iudicio, & miserationibus, idest Sacramento pœnitentiæ, per quod miserationes multas, & sæpius consequeris: & si sic decesseris, sponsabo te mihi in sempiternum mecum, cũ vtraque stola in meum cubiculum in die iudicij introducens. Vel dicit, ter sponsabo, quia tribus modis sponsatur anima peccatrix, in cõuersione per cordis contritionem, confessionem, & satisfactionem. Et nota Dei misericordiam. Meretrix diu fornicata ad virum reuertitur, nec reconciliari viro, sed desponsari dicitur. Et vide distantiam inter Dei, & hominum coniugia, homines de virginibus non virgines faciunt, sed Deus de meretricibus virgines reddit. De tribus diebus videtur fuisse locutus Moyses dicens: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudine, & sacrificemus Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis, aut gladius, idest culpa in præsenti, & pœna in futuro. In hoc triduo quæsiuit Virgo gloriosa filium suum, & inuenit. In hac tertia die copulatur anima Deo, & nuptiæ fiunt. Hæc est scala, quam vidit Iacob erecta à terra vsque ad cœlum, & Dominum innixum scalæ. Est autem innixus propter tria. Primum est, vt gigas geminæ substantiæ pœnitentem, & scalam, idest pœnitentiam fortiter sustineret. Secundum est, vt ascendens cum forte laborauerit, & fatigatus fuerit, in ipsum respiciat, iuxta illud, Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. & Aug. Proiice te in Deum, non enim ita crudelis est, vt se eripiat, & te cadere permittat. Tertium est, vt vsque ad cacumen scalæ ascendenti manũ porrigat, & ipsum suscipiat, & cum tripudio in suam gloriam introducat. Prima igitur dicta est contritio:] ideo prius videndum est de ipsa, & præcipuè qualiter contritio ab attritione differat.

3 Primum igitur videamus, † quid significent hæc verba, conterere, & atterere. Vbi sciendum est, quòd inter contritionem, & attritionem in rebus materialibus hoc interest, quòd frangi, seu atteri dicitur aliquid, quãdo in magnas partes diuiditur; sed comminui, vel conteri, quando in partes minimas reducitur hoc, quod in se solidum erat. [Vnde dicimus contritionem, confractionem, & comminutionem, & quasi in puluerem reductionem veteris hominis, iuxta illud, quod legitur Esa. 30. Et comminuetur quemadmodum conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fracturis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut haurietur parum aquę.] Sic in spiritualibus homo in sensu suo perseuerans in peccato, dicitur rigidus, & durus: sed quando hic per speciale Dei auxilium perfectè dolet de peccato, adeò vt nulla affectio maneat ad illud. [Sed ita vetus cor conteritur, vt non ita inueniat diabolus de eo, vbi ponat igniculum praui desiderij, aut non modicum aquæ, hoc est noxię voluptatis.] tunc dicitur contritus: sed quando imperfectè detestatur peccatum, non tanquam Dei offensam, sed propter pœnas inferni; illa detestatio, quia non sufficit eradicare peccatum, dicitur attritio, D. Thom. in 4. senten. distin. 17. quæst. 2. art. 1. ad primam quæst. & ibi Sotus.

4 [Hinc † D. Bonauen. in 4. distin. 16. par. 1. art. 1. c. vlt. inquit, quòd in contritione sunt tria. Primum illud, quod con-

conteritur. & hoc est cor, quod quasi ad literã scinditur prę nimia angustia, & in dignatione, quã cõcepit contra peccata. vnde de pœn. dist. 1. Scindite, inquit, cor da vestra Deo. Vel etiã illud, quod cõteritur, sunt peccata, quæ dolore illo conteruntur in corde, i. simul, & totaliter teruntur. Secundum est, quo conteritur. Et hoc est duplex mola: vna superius sursum eleuans, scilicet spes veniæ, veniens ex consideratione materiæ: altera est deorsum deprimens, scilicet timor pœnę, veniens ex cõsideratione diuinæ iustitiæ. Tertium, ad quod conteritur est, vt peccati delectatio totaliter teratur. ideò dicitur contritio, non fractio: quia fractio, sicut supra dictũ est, dicitur in magnas partes, & tunc remanet sapor: sed contritio est in minimas, & tunc non remanet nec sapor, nec virtus. peccata vero ad hoc conteruntur, vt simul, & totaliter destruantur.]

5 Habemus † igitur ex hac nominis significatione, quòd cõtritio est dolor perfectus, attritio dolor imperfectus. Item, quòd contritio est dolor de offensa Dei propter Deum, dist. 50. c. vt constitueretur. attritio verò est, quando dolor concipitur, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, iuxta Concil. Trid. sess. 14. c. 4. & Sot. in 4. sent. distin. 17. q. 2. ar. 5. qualis fuit Iudæ, & Antiochi, c. Iudas, c. sceleratior, de pœn. distin. 3. vel ob timorem aliorum incommodorum tẽporalium. v. g. infamiæ, quietis, temporalis vtilitatis. Et ex hac sequitur alia differentia, quòd attritio oritur ex timore seruili pœnarum: contritio verò ex timore filiali. Plus enim dolere debet de peccato, prout est offensa Dei, quàm quòd incõmodum afferat sibi, vt inquit D. Tho. in 4. sent. dist. 17. q. 2. art. 3. q. 1. ad quartum. Hæc tamen attritio non est mala,

6 sed potius laudanda: † quia timor iste seruilis comparatur setę sutoris, quę filum introducit, vt refertur, de pœnit. dist. 2. c. sicut seta. Etenim sicut seta nõ est satis firma, vt possit frusta corii consuere, sed est accommoda ad inducendum filum, quod intrans foras excludit setam: sic timor seruilis non sufficit per se conglutinare amicitiam inter Deum, & nos, deseruit tamen inducendę. ita Sotus in 4. sent. dist. 14. q. 2. art. 5. Hinc

7 Conc. Trid. ubi supra, inquit, † hanc attritionẽ donum Dei esse, & impulsum spiritus sancti, non adhuc inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pęnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat: modo duo concurrant. Primum, quòd hic timor excludat voluntatem peccandi. Secundum, vt sit cum spe venię: nam tunc adiuncto sacramento pœnitentię sufficit ad veniam peccati, & ad validè recipiendam absolutionem. Hoc enim timore vtiliter concussi Niniuitę ad Ionę prędicationem plenã terroribus pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrauerunt. Igitur requiritur primo, vt timor excludat voluntatem peccandi, idest non eo animo concipiatur, quòd à peccando non cessaret, nisi eiusmodi metus intercederet, quoniam tũc esset nouum peccatum adiungere, c. si propterea, c. si cui, de pœn. d. 1. Secundum, quòd doleat quidem, sed cũ spe venię, idest modo putet pœnitens eiusmodi pęnitẽtiam esse sufficientem: vel saltem, quòd non uideatur ei non sufficere ad petendam absolutionem, & veniam impetrãdam: hoc enim est sub spe venię, ut habetur in Concil. Trid. Non enim speraret veniam, qui putaret se non habere sufficientem dolorem.

8 Et † hęc attritio, modò censeatur contritio, adiuncto sacramento, sufficit ad veniam peccati, & ad validandam confessionem, ne iterari debeat, & fortasse ita intelligere voluit Nau. in Manuali. c. 9. nu. 10. vbi inquit, nõ esse iterandam confessionem ab eo, qui dolet quidem, & proponit abstinere, sed non ita perfecte, ut perueniat ad sufficientem contri-

9 tionem. † Sotus in 4. sent. distin. 18. q. 3. art. 3. col. mihi 8. vbi etiam inquit, quòd est perquàm difficile pęnitentem cognoscere, quando vnum dolorem habeat, & quando alium, & dat consilium, quòd

Confessarii nō debent multum incumbere, vt cum plebeis pęnitentibus discutiant, ex quo fonte eorum dolor nascatur, sed satis est eos admonere, quod nasci debeat ex amore.

10 Alia † attritionis species est, quando saltem concipitur ob amorem Dei, & quia peccatum est eius offensa, cum credulitate, quòd habeat sufficientem dolorem, licèt re vera illum non habeat, & hæc attritio potest fieri contritio, nec obstat, quòd attritio fieri nequeat contritio, secundum Thom. d. 17. q. 2. art. 2. Nam respondetur quòd duplex est attritio; altera ex obiecto, quę est dolor non respectu offensæ Dei, sed timore gehennarū, vel ex consideratione iudicii Dei, & hæc dicitur attritio intrinseca; altera extrinseca, quæ habet obiectum Deum, sed non habet dolorem perfectum, & hæc accedente gratia, vel proposito abstinendi à peccato, potest fieri contritio: non autem prima, quamuis ad illam disponat, vt per Conc. Trid. & ita intelligitur Scot. in 4. sent. distin. 14. q. 2. art. 1. Sot. dist. 17. q. 2. art. 5. col. 7. Nau. cap. 1. nu. 41. Deinde attritio est illa, quæ etiā transit in contritionē virtute sacramenti, quādo homo putās se dolere propter Deum, non dolet nisi propter pœnas inferni: hæc enim attritio cū sacramento sufficit ad gratiā, Sotus, qui supra, col. 5.

11 Insuper, † cum contritio tria exigat, displicentiam de peccatis commissis super omne odibile, propositum vitandi super omne vitabile, & propositum cōfitendi, & satisfaciendi, cui displicet peccatum, sed non super omne odibile, uel intendit vitare peccatum, sed non super omne vitabile, est attritus. Caie. in sum.

12 in ver. contritio. † Effectus autem displicentię ipsius peccati est, esse paratum potius mori, quàm Deum offendere. Hinc inquit D. Tho. quodlib. 1. art. 9. ꝙ qui paratus non est generaliter pati quācunque pœnam, non dicitur contritus: nam qui est contritus, habet charitatē, qui charitatem habet, amat Deum plusquam se, & vult perdere plus se sibi, quā Deum. Vnde cum per charitatem amittatur Deus, ideo contritus, qui amat Deum, potius vult quancunque pœnā generaliter pati, quàm offendere Deum, Inno. in c. omnis. de pœnit. & remiss.

13 † Non tamen Confessarius, uel pœnitens debet descendere ad speciales pœnas: nam sicut delectabilia magis mouent specialiter descēdendo ad particularitates, quàm generaliter considerando: ita terribilia, vt inquit D. Tho. ibi. Quòd si Confessarius cognouerit illum non habere talem dolorem, inducat eū ad concipiendum, tum ex Dei iudiciis in luciferum, & in primos parētes: tum ex punitione, quæ cuilibet peccato mortali debetur. Eius namque generis est peccatum, vt hominem, & gratia Dei, & regno æternæ beatitudinis spoliet, & ex filio Dei faciat seruum diaboli. Ostendat grauitatem peccati ex diluuio, & ciuitatum inundatione, & tanta strage filiorum Israel in deserto, & maximè ex cōsideratione diuini iudicii, & damnationis æternæ in iis, qui sine pœnitentia decedunt. Deinde, quod supremū est, ostendatur vulneris grauitas ex remedii grauitate, & tormentis innumeris, ex quibus medicina confici debuit. Quòd si forte ad hoc non possit induci, saltem doleat se non sufficientem dolorem habere, & sibi hoc displiceat; nam tunc sufficiēs hic dolor est ad aquirendā absolutionem, secundum Petr. de Palu. vt refert, & sequitur Sylu. in ver. contritio. q. 1. Nau. c. 1. num. 21. & 22. imo, secundum Sylu. cōtritus est, qui vellet potius mori, quàm Deum offendere. Rur-

14 sum, † alia est attritio impęnitētium, ut illorum, qui non habent propositū non peccandi, vel habent quandam velleietatem .i. voluntatem non peccandi, sed non firmum propositum, qualis est concubinarius, vel vsurarius, & hæc non sufficit, nec adiuncto sacramento; imo sacrilegus esset Confessarius absoluendo, & ipse petens absolutionem, etiam cōfitendo hoc peccatum, inhabilem se reddit, arg. c. peccati venia. de re. iur.

tur. in 6. & de hac attritione loquitur tex. in c. quod quidam, de pœn. & remiss. Nauar. c. 1. nu. 36. & 37. & c. 9. num. 10.

15 † Sed an iste sic confitendo satisfaciat præcepto annalis confessionis, non est præsentis temporis hoc disputare: sed obiter respondeo, quod non, ita Sot. in 4. senten. distin. 18. quæstio. 3. articu. 3.

16 † Postremo, secundum Caietan. in ver. contritio, pœnitentia eorum, qui detestantur peccatum super omne detestabile, & proponunt vitare super omne vitabile, dicitur contritio informis, idest attritio nō formata charitate, quousque Dominus Deus ob suam misericordiā gratiam suam illis impartiatur. Sed secundum communem, eius sententia reprobatur: quia statim illis habentibus talem pœnitētiam, Dominus Deus elargitur gratiam, & subinde non inuenitur sine gratia. Nauar. c. 1. nu. 36. & 37.

17 Colligitur † ergo ex iis, Cōfessarium tunc debere obligare pœnitētem ad iterandam confessionem, vel quando nulla illi fuisset, vel esset detestatio criminis, etiam quod fictionem illam homo confiteatur, vel quādo nullum esset propositū mutandi vitam, vel haberet quandā voluntatem, Sotus dist. 18. q. 3. art. 3. Nauar. c. 9. num. 10. Verum si dolet, & proponit se vitare, licet non perfectè, si credit se habere sufficientem dolorem, tunc si dolor est principaliter propter Deum, quinimo etiam si ob timorem, illa attritio transit in contritionem, adiuncto sacramento.

[Rursum collige, attritionem dici displicentiam imperfectam. † Huius vero attritionis septem sunt species: Nam quatuor sunt attritiones perfectæ; & dicuntur perfectæ, quia sufficiunt cum sacramento ad remissionem peccatorū: Huiusmodi sunt hæ: Prima dicitur illa, qua tantum dolemus de peccatis, sed non ita feruidè, & super omnia, vt par erat, Vict. num. 121. Secunda, quando concipitur dolor propter Deum, credens se habere sufficientem dolorem, sed in veritate non habet. Nauar. cap. 1. num. 37. Tertia, quando putat se dolere propter Deum, sed non dolet nisi propter metum gehennæ, de iis loquitur Sotus in 4. sen. d. 17. q. 2. ar. 5. col. 5. & 7. Quarta, quando concipitur dolor ex metu gehennæ, vel diuini iudicii consideratione: modò illa duo concurrant, de quibus supra, à nu. 4. vsque 8. Attritiones vero imperfectæ, quæ cum sacramento non transeunt in contritionem, sunt tres. Prima, quando quis dolet de peccatis, solum propter gehennæ timorem, vel pœnæ temporalis pro peccatis infligendæ, de hac loquitur Conc. Trid. sess. 14. cap. 4. Adde etiam quando quis tātum dolet amore virtutis, aut propter gloriam amissam: ratio est, quia ortum habet ex amore proprio, qui teste Aug. de Ciuit. Dei, c. 24. Babylonis ciuitatem ædificat. Secunda est eorum, qui dolent peccasse, sed non omnino statuunt animum à peccatis abstinere, & hæc est attritio impœnitentium, de qua loquitur tex. in c. quod quidam, extra de pœnit. & remiss. Tertia, quando dolor præcipuè concipitur propter metum, hac tamen voluntate, quòd non cessaret à peccato, si penas non timeret, Conc. Trid. vt sup. Et in iis casibus sic attriti non solum non cōsequuntur gratiā cum sacramento, sed peccant sic petendo, vel recipiendo absolutionē, Nau. d. c. 1. nu. 37.]

SVMMARIVM.

1 *Contritio pluribus nominibus appellatur, iuxta multiplices eius virtutes.*
2 *Contritio quid, & dolor quotupliciter accipiatur.*
3 *Contritio, causa est doloris, & dolor comes pœnitentia.*
4 *Contritionis alia definitio. & de habitu pœnitentia.*
5 *Doloris assumpti examinatio.*
6 *Dolor voluntatis de necessitate in contritione requiritur maximus, quod qualiter intelligatur, num. seq.*
8 *Dolor sensitiuus de congruitate, quantus esse debeat.*

De quiditate contritionis. Cap. III.

1 PRiusquam ad contritionis definitionem accedamus, sciendum est, † quòd in sacra scriptura pluribus nominibus vocatur. Dicitur enim afflictio cordis, qua cor miserum maceratur, & resoluitur, vnde per Hiere. c. 6. reprehendens Dominus sacerdotes, dicebat: Et curabant sacerdotes cõtritionem filiæ meæ, dicentes: Pax, pax: & non erat pax. Quæ quidẽ afflictio potest oriri ex metu, & præsentibus calamitatibus, vt est in Psal. 12. Cõtritio, & infelicitas in vijs eorum. & huiusmodi contritio non est bona, & legitima. Quandoque oritur ex humilitate, quæ contraria est superbiæ, per quam recrudescunt peccata, de qua in præsentiarum loquimur. De hac inquit Dauid, Psal. 50. Cor contritum, & humiliatum Deus nõ despicies. idest acceptabis. Et Esa. Ad annunciandum mansuetis, misit me Dominus, vt mederer contritis corde. Dicitur etiam contritio alio nomine, cordis compunctio, iuxta illud Psal. 4. Quæ dicitis in cordibus vestris, in cubiculis vestris cõpungimini. Nam vt vlcus ferro pungitur, vt virus exeat: sic & cor, vt peccatum emittat. Vel dicitur compunctio, quia, vt arbores thuris, & myrræ sudibus ferreis vulnerantur, & ipsa lacrimatione velut lacrimatæ aromata myrræ, & thuris proferunt: thus enim & myrra lacrimæ sunt eiusmodi arborum, sed coagulatæ: Sic cum Spiritus sanctus corda peccatoris infusione gratię suę viuificauerit, atque sanctificauerit, statim emittunt thus deuotę orationis, & myrram internę amaritudinis. De hac compunctione loquitur Greg. lib. Mor. ita inquiens: Alia est compunctio, quæ per amorem nascitur: Alia, quæ per timorem. & Chrisostomus libros edidit de compunctione cordis. Vocatur etiã contritio, Reuersio. Vnde in Esa. 30. legitur: Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis. Et meritò, quia est reuersio, quasi de hostibus ad pacem, siue de regione longinqua, de regione dissimilitudinis, quasi de Aegypto ignorãtiæ, de Babylone luxuriæ, de Chaldea superbiæ ad Hierusalem ecclesię, ad terrã promissionis, & patriam. Nominatur etiam Scissio, quia cor ferè scinditur, & teritur præ nimia angustia, & dolore, ira, & indignatione, quæ concepit contra ipsa peccata. Vnde Dominus per Iohel. Scindite, inquit, corda vestra. Et habetur in c. scindite, de pœniten. distinct. 1. Dicitur etiam conuersio, quia peccator, dum in peccatis est, habet sub, quod debet esse supra, & ecõuerso, idest spiritum habet sub, qui debet esse supra: sic etiam habet ante se, quod deberet habere retro, & econuerso. habet enim faciem ad posteriora, idest temporalia. Similiter oculos habet ad illa, vt alia non videat, sicut legitur Prou. 17. Oculi stultorum in finibus terræ. Est etiam euersus, habens extra, quod debet habere intra, & econuerso. Est enim extra plenus, & intus vacuus, extra diues, intus pauper, extra nitidus, intus sordidus, extra sanctus, intus execrabilis. Qui ergo auertitur ab ista peruersitate, atq; inordinatione ad debitum ordinẽ, atque ad Deum, qui est summum bonum, atque infinitum, dicitur conuersus, c. conuertimini, de pœnit. dist. 1. Sunt & aliæ nominationes, quibus euidentius virtutes eius, & fructus declarantur. Prima est, quia dicitur baptismus in Spiritu sancto, idest in igne. nam vt ignis ligna incinerat, & metalla purificat: sic vitia, & peccata in sic pęnitente consumit, ipsumq; purificat. Dicitur etiã baptismus flaminis, quia omni decore, atque varietate virtutum mens pœnitentis spiritualiter in ea coloratur: Ibi enim & candor puritatis, & rubor charitatis, & liuidus color humilitatis, cęterarumque virtutum omnium illi tribuitur, ibi ab omni sorde peccatorum mortalium emundatur. Dicitur & victoria gratiæ, scilicet contra

tra culpam dimicantis, & naturam ab oppressione vitiorum, & tyrannide liberantis, ipsaque cateruatim trucidantis. Nominatur etiam nominibus quatuor festiuitatum. Dicitur enim Natale, quia ea nascitur pœnitens, ac filius Dei per gratiam adoptionis efficitur. Dicitur & Pascha, propter resurrectionem primam, quæ est à morte vitiorum ad vitam gratiæ. Dies enim Paschę, dies est Resurrectionis. Dicitur Pentecoste, propter descensum, & receptionem Spiritus sancti, ex qua est ipsa contritio. Dicitur & Ascensio, quia ea ascendit pœnitens de profundo vitiorum in sublimæ gratiæ, & quasi de inferis in ipsum cœlum ecclesiæ, hoc est luminositatem, & puritatem conuersationis sanctæ. Hæ sunt quatuor præclaræ festiuitates, quarum gaudio velut epulis cœlum totum reficitur, & quarum iubilatione totum cœlum resonat, sicut legitur de filio prodigo, Luc. 15.] Hæc ergo
2 contritio, † vt communiter definiunt Doct. D. Thom. & Sotus in 4. sent. dist. 17. q. 2. ar. 1. & per Concil. Trid. sess. 14. c. 4. est dolor assumptus de peccatis cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Pro cuius declaratione sciendum est, quòd dolor dicitur dupliciter. Alter in volũtate, qui est detestatio peccati, idest ipsius displicentia, in quo essentia contritionis consistit: atque alter in appetitu sensitiuo, qui est quædam afflictio, & tristitia constringens cor, & affligens, prouenięns ex læsione ipsius sensus; veluti cum quis ferro, aut igne plagam ac-
3 cipit. Et ita contritio † non est dolor, sed causa doloris, ex qua, & alijs ad id necessarijs nascitur dolor. v. g. ex maximo damno, quod nascitur ex peccato, quatenus est offensa Dei, &c. Hinc August. in lib. de vera & falsa pęnitentia, inquit, quod dolor est comes pœnitentiæ, non inquit, est pęnitentia, sed comes, atque in eodem sensu in c. pœnitentia, de pœnit. dist. 3. inquit, quòd pęnitentia est quædam dolentis vindicta, id est quòd contritio est causa, quòd quis ob dolorem, qui ex ea sequitur, contra se exer-
4 cet vindictam de peccatis. † Hinc aliqui definiunt quod contritio est dolor voluntarius pro peccato, semper puniẽs, quod dolet commisisse. Hinc habitus pœnitentium vbique lugubris depingitur, vt patet in Nininitis. & Matth. 11. ait Christus, Veh tibi Betsaida, quia si in Tyro, & Sydone facta fuissent signa, quæ facta sunt in te, in cinere, & cilicio pœnitentiam egissent. quod Hieronymus in c. mensuram, de pœnit. distin. 1. Apud Deum, inquit, non tantum valet temporis mensura, quàm cordis. Dici-
5 tur etiam † dolor, ad differentiam pœnitentię dolore carentis, qualis est beatorum, qui sine vllo dolore meminerũt peccatorum commissorum, & nollent ea admisisse, qualis etiam reperitur in viatore, qui nollet peccasse sine consideratione actuali, quod ipse id perpetrauit, sine quo non nascitur dolor. Nauar. c. 1. num. 5. & 6. Dicitur etiam assumptus, id est voluntarius, ad differentiam doloris, qui extrinsecus incutitur; item ob dolorem rerum amissarum, aut filiorum. Dicitur præterea assumptus, quia à gratia processit, & à Domino est datus; item ad differentiam pœnitentiæ damnatorum, quæ est violenta. Nauar.
6 in cap. 1. nu. 4. † Pręterea dicitur dolor, qui dolor essentialis contritionis requiritur de necessitate; & est sufficiens ad delendam culpam cum gratia Dei: & ratio est, quia vnumquodque per quascũque causas contrahitur, per easdem dissoluitur. [cap. 1. de reg. iur. cap. maiores. §. hic vero dicimus, extra de baptis.] sed peccatum mortale committitur per actum voluntatis, c. si cui, de pęn. dist. 1. ergo etiã destrui potest per displicẽtiam de illo per actum voluntatis deliberatæ.

[Rursum dolor, qui est in intellectu, debet esse summus, idest maximus, non quo ad intensionem, sed quo ad ęstimationem, & comparationem ad alias creaturas, ad hũc scilicet sensum, quod quãdo homo dolet, & conteritur, potius eligat quoduis corporis, fortunæ, siue ho-

noris

noris malum, quàm Deum offendisse, ita, vt odio habeat malum culpæ, plusquàm cætera mala odio digna: ratio est, quia actus pfectus charitatis est diligere Deũ super omnia appreciatiuè, idest vt præ eius amore, & mandatorum obseruantia, postponat omnia. † & cum
7 contritio sit perfectus actus charitatis, debet esse maximus tantum appreciatiuè, ita quòd si daretur peccatori optio, potius deberet eligere mortem quantũcunque ignominiosam, quàm velle peccasse, Innoc. in c. omnis, extra de pœnit. & remiss. quamuis huiusmodi comparationes, Alex. S. Tho. & Bonau. d. 17. minime esse hominibus parum in virtute exercitatis proponendas notant, quoniam esset illis certissima ruinę occasio. Non tamen dolor iste debet esse maximus intensiuè, vt erat Adriani opinio q. 2. de pœnit. ar. 2. & quolib. 5. art. 3. dicentis: Ad veram pœnitentiam requiri, vt homo doleat, secundum omnem suũ conatum. Hinc sequitur non esse culpabile, si homines filios, aut honores, aut alias res charas amittant, intensius eis illa displiceant, quàm peccatum, quia sensibilia sunt propinquiora obiecta, quàm spiritualia, & quo obiecta sunt propinquiora, eo uehementius mouẽt, & ideo amor sensibilium potest esse interior, quàm spiritualium, atq; adeò displicentia amissionis eorum, quàm displicẽtia amissionis spiritualium, Sotus in 4. senten. distin. 17. q. 2. art. 4. secunda conclusio. Nec etiam dolor, qui necessarius est in contritione, debet æquari morti Christi, cuius dolor excessit omnem alium dolorem præsentis uitę, D. Thom. 3. par. q. 46. art. 6. Nec doloribus damnatorum, uel eorũ, qui sunt in purgatorio, qui excedunt omnem dolorem huius seculi, c. nullus, de pœnit. dist. 7. Nec æquari debet dolori inordinato, qualis est disperatorum, ueluti ipsius Iudæ, Chain, & Antiochi, c. Iudas, cap. scelerator, de pœnit. dist. 1. Sed debet esse summus comparatiuè, ut sup. diximus.]
8 Secundus† uerò dolor sensitiuus requiritur non de necessitate, sed de congruitate: ratio est, quia Deus non requirit ab homine, nisi possibile. Sed habere istum dolorem nõ est in potestate hominis, etiam præsupposita gratia. ergo: & ita intelligitur illud Augustini: Non sunt in te uiscera charitatis Christianæ, si plangis corpus, à quo recessit anima; & non plangis animam, à qua recessit Deus. Atque huius exempla in Niniuitis habemus, & in Dauide, & Petro amarissimè lacrimantibus. Vnde inquit, Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, &c. Nec etiam obstat, quod inquit August. Sciat se culpabiliter reum, qui deflet damna amici, uel temporalia, & non peccata. Nam secundum D. Thom. hoc intelligitur, quando illud contingeret ex insufficientia, uel paruitate doloris de peccatis; secus si hoc proueniret ex duritia complexionis, uel ex magnitudine doloris, uel quia non uult ab aliis uideri, cum flet: tunc enim non est reus, ita Arch. Flor. 3. par. tit. 14. cap. 18. Sotus in 4. sent. dist. 17. quæst. 2. art. 4.

Dolor autem in cõtritione sensibilis debet esse moderatus, secundum S. Th. 3. par. q. 84. ar. 9. ad 3. & ornatus prudentia: Posset autem homo se tanto dolore, & mœrore affligere, ut mortem sibi, aut morbum ascisceret, quod esset homicidii genus. Vnde ad Ro. inquit Paulus, c. 12. Rationabile sit obsequium. Atque adeo dum assidua peccatorum meditatio, atque execratio noxium dolorem gignit, cessandum est ab illa, non quod ipsa per se sit mala, sed ea ratione, qua causa est detrimenti, Sot. distin. 17. q. 2. artic. 4. concl. 4. Igitur dolor iste debet esse moderatus in ieiuniis, & aliis afflictiuis, cap. non mediocriter, de consecr. distinct. 5.

SVMMARIVM.

1 *Contritionis materia, quæ peccata, & an originalia. 1. num. seq.*

3 *Propositum non amplius peccandi in contrito,*

trito, quale necessarium.
4 *Pœnitētia de quolibet peccato, an agi possit.*
5 *Dolor maior, an requiratur de peccato maiori.*
6 *Dolor de quolibet peccato, an debeat continuari etiam post remissionem.*
7 *Peccatum alienum, quando fit proprium, contritionem parit, quod fit quatuor modis, num. seq.*

De materia contritionis. Cap. IIII.

Diximus supra, cap. 1. de sacramento pœnitentię, materiam illius sacramenti remotam esse peccata,
1 † quæ sunt obiecta actus pœnitentiæ; quem quidem actum hic nomine contritionis intelligimus: quare peccata sunt ipsius contri-
2 tionis materia. † Hinc in definitione ipsius cōtritionis sequitur, quòd est dolor assumptus de peccatis; non autem de originalibus, quia illa non sunt materia, neque propria, neque principalis: non principalis, quia illa tolluntur per baptismum; neque propria: nam cum illa non propria uoluntate commiserimus, [c. maiores §. uerum. extra de baptis.] nec potest nos eorum pęnitere, sed bene tędere, & displicere, ut hoc, aut illo simus genere, aut ingenio, aut corporis habitu nati. Igitur peccatum mortale proprium præteritum, & non futurum, est materia propria, & principalis contritionis; propria quidem, quia illorum nos pęnitere debet, quæ propria uoluntate commisimus. est principalis, quia propter mortale tantum conterere debemus principaliter: cum tantum per illa auertamur à Deo, D. Thom. dist. 17. art. 2. ad secundam. Sot. dist. 14. q. 1. ar. 2. præteritum, quia propriè contritio respicit peccatum pręteritum, ex consequenti futurum, S. Tho. eo. art. quæstiunc. 4. quatenus debet habere propositum nō amplius peccandi, Nau. cap. 1. num. 11.
3 Nam † etsi contritio non se extendat ad peccata futura, sed tantum perpetrata, non tamen fiet cōtritio, nisi se extendat ad propositum non amplius peccandi, c. pœnitentia, in fi. de pœnit. dist. in. 3. [Vnde Gre. Qui sic alia deplorat, ut alia tamen committat, hoc est, committere proponat, adhuc pęnitentiam agere, aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritiæ æstibus anhelet? Sic enim accipitur quod ait Aug. & habetur ibidem, in c. inanis, ead. dist. Inanis est pęnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Et iterum. Nil prosunt lamenta, si replicētur peccata. scilicet in uoto.] Non tamen istud propositum requirit, quòd pœnitens credat se non peccaturum mortaliter, quinimo etiam si hoc credat, potest absolui, modo nō diffidat se posse de hoc impetrare auxiliū à Deo: quia sic peccatum infidelitatis committeret, & confessio non ualeret. Nauar. cap. 1. num. 12. & capit. 9. num. 15.

4 [Sed † an de quolibet peccato possit agi pęnitentia. Respond. quòd sic. unde Chrys. inquit, etiam si ad summum dolorem quis perueniat malorum, Deus reuertentē libenter suscipit. Hæc enim est differentia Spiritus uniti carni, & separari à carne: quia ille est susceptibilis pœnitentiæ, hic autem non. Hinc est, quòd de omni peccato commisso à Spiritu in carne existēte, dum in carne est, potest agere pœnitētiam; post separationem autem à carne non potest: sunt tamen peccata quędam, quę non committuntur ex fragilitate carnis, uel ignorantia, sed ex malitia, & ideo in his difficilius agitur pœnitentia, & ita intelligitur illud Matth. 12. Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, &c. i. uix remittetur. nam ad literam, dictum Euangelistę tantum intelligitur de finali impęnitentia, quando nullo modo pęnitet, iuxta gl. in c. si sacerdos, de pę. d. 1.

5 Sed † an de maiori peccato maior requiratur dolor. Resp. quod sic de honestate, uel consilio, non autem de necessitate: alias sequeretur quòd peccator teneretur

neretur

neretur scire qualitates, & grauitates omnium peccatorum, quod est falsum, vt latè Nauar. in Manu. cap. 1. num. 31. Vel potest respōderi, quòd remissio peccati attēdi potest quo ad culpam, & quo ad pœnam. Et quidem quo ad primum, quæcunque detestatio sufficit quantūcunque remissa; modo sit de offensa Dei propter ipsum. Sed quo ad secundum, grauiora peccata grauioribus lamētis sunt abluenda, vt plenaria fiat satisfactio, iuxta glo. in c. mensuram, de pœni. dist. 1. D. Thom. lib. contra gent. cap. 72. Sotus in 4. dist. 17. quæst. 2. ar. 4. col. 9.

6 Vtrum verò de quolibet peccato † debeat esse continuus dolor, ita ut etiam post remissionem peccati debeat esse cōtritio. Resp. quod duplex est pœna: quędam exterior, & hanc non oportet esse continuam. Altera interior, & hæc duplex. vel secundum habitum, & hæc debet esse perpetua, idest cum peccati memoria venerit, debet habere displicentiam negatiuam, quòd numquam peccata illa placeant: ratio est; quia si aliquādo placerent, nouum peccatum mortale committerent: gloriarentur enim tunc cum male facerent, & exultarent in rebus pessimis, & ita intelligitur tex. in c. pœnitentia, si Apostolus, productior. de pœnitentia, distinct. 3. Vel secundum actum, & hęc non potest esse perpetua: quia obligaretur homo ad impossibile, ita Summa Confes. lib. 3. de pœnit. & re

7 miss. q. 3. & 25.] De peccato † autem alieno debet quis dolere, non tamen ille dolor est contritio, nisi quatenus illud

8 peccatum efficeretur proprium, † quod fit quatuor modis, secundum D. Thom. Ps. 18. Primò per imitationem, Eccl. 13. Qui tetigerit picē, inquinabitur ab ea. vel per suasionem, vel consensum, Prouerb. 1. Fili mi, si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis, quod fit secundum Bedam ibi, uel ad facienda mala blanditiis illiciendo, aut facta iam fauoribus, quasi laudabiliter acta, extollendo; vel fit alienum proprium per dissimulationem, Rom. 1. Non solum qui faciunt ea, digni sunt morte, sed etiam qui consentiunt facientibus. & hoc maxime procedit in his, qui non reprehendunt suos subditos, cum debeant ex officio, vt sunt prælati, de quibus loquitur tex. in c. sit rector, dist. 43. vel patres, sicut peccata filiorum fuerunt imputata Heli, sicut patet 1. Reg. cap. 4. vel alij, de quibus per Nau. c. 17. num. 136. Potest etiam procedere in alijs, qui nō debent ex officio; sed possunt corrigere pro loco, & tempore, & non faciunt, vt inquit Hugo. in d. c. 2. & nos inf. c. 31. in 7. præcepto.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum in dubio, an sit mortale, materia contritionis.*

2 *Contritio an esse debeat de singulis peccatis, variè sentiunt tum antiqui, tum moderni: & quibus generalis, quibusve specialis placeat, num. seq. & 4.*

4 *Expositio, vers. Psal. Lauabo per singulas noctes lectum meum.*

5 *Contritio generalis, qualis digna sit remissione.*

6 *Contritio, seu detestatio peccati, duplex, & duplex displicētia actualis vniuersalis.*

7 *Displicentia perfecta, quæ, & an ad remissionem, & gratiam obtinendam satis sit.*

8 *Displicentia actualis vniuersalis perfecta, fuit in latrone.*

9 *Displicentia formalis imperfecta quæ sit, & an sufficiat ad remissionem mortalium.*

10 *Displicentia virtualis, qualis sit.*

11 *Conclusiones tres: quarum prima, Contritionē requiri per se singulorum mortalium singularem.*

12 *Sententia expressa Diui Thomæ in primam conclusionem.*

13 *Conclusio præcedens, quomodo sit intelligenda.*

14 *Conclusio secunda. Contritio generalis in confuso sufficit, si non suppetat tempus, nec cōmoditas detur; quæ contritio perfecta dicitur.*

15 *Deus*

Peccatorum mortalium, an ſingularis requiratur contritio. Cap. V.

DIximus ſupra, quòd materia propria contritionis eſt peccatum mortale præteritum: ad-
1 de etiam, † vel illud, quando dubitat pœnitens, an aliquod peccatum ſit mortale, vel veniale; nam tunc requiritur contritio cum cõditione, ſi, & quatenus eſſet mortale, Nauar. c. 1. num. 26.
2 Nũc † reſtat vt ſubtiliter inueſtigemus, an requiratur ſingularis cõtritio de ſingulis peccatis mortalibus. Quoniam in quiditate diximus, quod contritio eſt dolor de peccatis: ideo nunc nobis ſeſe offert præſens quæſtio cognitu neceſſaria propter vſum pœnitentium, & deciſione non facilis propter opinionum ob-
3 ſcuritatem. † Eſt enim inter antiquos, & modernos maxima diſcrepantia. Richardus, & Dur. D. Thom. in 4. ſenten. diſtin. 17. quæſt. 2. art. 2. ad 6. q. & 3. par. q. 87. art. 1. quem ſequitur Palu. & Syl. in ver. contritio. q. 3. dicunt, quòd requiritur contritio ſpecialis ſingulorum,
4 tum authoritate Pſ. 6. Lauabo † per ſingulas noctes lectum meum. Vbi glo. per ſingula peccata lectum, id eſt conſcientiam; ergo requiritur ſpecialis contritio de ſingulis. Rurſum requiritur ſingularis cõfeſſio de ſingulis. ergo & contritio. [Conſequentia patet: quia ſi confeſſio oris pœnitentiam cordis præſupponit tanquam cauſam, ex qua procedit, ſi vera ſit, & non ficta confeſſio.] Præterea diuerſorum membrorum diuerſæ ſunt medicinæ. Non enim, inquit Hierony. ſanat oculum, quod ſanat calcaneum, ſuper Matth. cap. 9. circa medium; ſed contritio eſt medicina ſingularis contra vnum tantum mortale, ergo non ſufficit una de omnibus. Hæc ſunt inter cætera, quæ concludunt contritioné requiri de ſingulis. At contrariam opinionem ſequitur Card. S. Xiſti ſuper 3. par. ad D. Tho. & in ſum. in ver. contritio. Sot. diſtinct. 17. q. 2. artic. 3. Nau. c. 1. num. 25. & 40. & c. 22. num. 3. ſcilicet nõ requiri ſingularem, ſed quòd
5 ſufficiat vna generalis, † quæ ſaltem virtualiter ſe extendat ad omnia peccata mortalia, tam quæ meminit, quàm quæ non meminit, cum vera voluntate ſe ab omnibus, & ſingulis abſtinendi, quę ſufficiens eſt ad remiſſionem peccatorum. Et hæc eſt alia opinio. Verum vt hæc quæſtio facilior reddatur, notãdum eſt, ſecundum Caietan. 3. par. q. 87. artic. 1.
6 quòd contritio, † ſeu deteſtatio peccati eſt duplex. Altera, quæ vocatur formalis; id eſt actualis, & vniuerſalis: altera virtualis. Diſplicentia actualis vniuerſalis eſt duplex: altera perfecta, altera imper-

7 imperfecta. † Perfecta comprehendit omnium peccatorum commissorum detestationem cum vera voluntate ab omnibus, & singulis abstinendi, vt habetur in Concil. Trid. sess. 6. c. 6. & sess. 14. Et hæc potest esse in momento; & est sufficiens ad remissionem infinitorum peccatorum mortalium; quia sufficit ad gratiam habendam, quantum est ex parte hominis, iuxta illud Eze. In quacunque hora ingemuerit peccator, amplius peccatorum suorum non recordabor.
8 Et talis † displicentia videtur fuisse in latrone, & in his, qui post multa crimina
9 verè conuertuntur ad Deum. † Alia est displicẽtia formalis imperfecta, v.g. quãdo displicent homini omnia, & singula sua peccata, & nollet peccasse, & vellet amplius in ea non incidere, non tamen comitatur firmum propositum abstinẽdi. Et hæc non sufficit ad remissionem peccatorum mortalium. Sot. distin. 15. quæst. 1. artic. 2. 3. conclus. vers. sed ecce.
10 Virtualis † autem displicentia est, quando quis fertur in dilectionem Dei, itaque virtus illius dilectionis est tanti momenti, vt naturaliter sequatur ex ea displicentia peccati, ita ꝙ si tunc occurreret memoria peccati, ex vi illius actus sequeretur formalis displicentia ipsius.
11 His † sic prælibatis respondeo tribus conclusionibus, quarum prima est.

Contritio per se, & suapte natura requiritur singulorum mortalium singularis, & specialis, non solum in ordine ad confessionem, sed etiam per se ipsam in iure naturæ, quatenus per se ipsam solam ex gratia præcedente remittuntur
12 peccata. In primis hęc est expressa † sententia D. Thomæ, 3. par. quęst. 87. art. 1. Cuius verba sunt. Exigitur ad remissionem peccati mortalis, perfectior pœnitentia, vt scilicet homo peccatum actuale mortale detestetur quantum in ipso est, vt diligẽtiam adhibeat ad memoranda singula peccata mortalia, vt singula detestetur, id, quod de contritione secũdum seipsam affirmat sine ordine ad cõfessionem, & ita intelliguntur contraria, sic Sotus intelligit verba D. Thomę in quarto dist. 17. q. 2. art. 3. prima concl.
13 Quæ † quidem cõclusio intelligi debet, quòd contritio requiritur de singulis scilicet, ex se, & ex natura pœnitentiæ, dum tempus sufficit.
14 Secunda † conclusio. Quando tempus non suppetit, nec commoditas datur, & opportunitas, sufficit contritio generalis in confuso, quatenus sunt offensa Dei. Et hæc contritio est illa detestatio formalis vniuersalis perfecta, in se continens detestationem peccatorum, & propositum in posterum cauendi.
15 Et ratio est, quoniam † Deus salutis nostræ sitibundus, iuxta illud Ezech. 18. & 33. In quacunque hora, &c. nihil à nobis pro quocunque momẽto exigit, nisi quod tunc est nobis possibile. Cum ergo nobis tam subito peccatorum recordatio non sit possibilis, quocunque momento peccator digito Dei tactus dixerit, Peccaui, sufficit ei. Sed quare illud
16 est? quia illa momentanea † & generalis contritio propositum includit pro tẽpore, & loco singulorum pœnitendi. Non enim eximit pœnitentem ab obligatione reuocandi in memoriam, & detestandi tempore debito omnia genera, & species illorum, quæ patrauit, enumerando illa numero certo, vel verisimili Confessario, Nauar. c. 1. num. 25.
17 Et talis † displicentia, ut supra diximus, videtur fuisse in Latrone, & crebrò accidere solet iis, qui post multa peccata cõuertuntur ad Dominum. Ita est conclúsio Soti, Caieta. in 3. par. Nauar.
18 d. c. 1. num. 25. Vbi † inquit, quòd si eo casu de singulis mortiferis singulæ pœnitudines concipiendæ essent, contingeret casus, in quo quis adhuc viuẽs priuaretur potentia consequendi vitã ætérnam, contra tex. in capit. 1. de pœnit. distin. 7. & c. ponderet, dist. 50. & Ezec. In quacunque hora, &c. Nam qui mille peccata mortalia admisisset, & solam quartam horæ ægrotaret, aut ad suspendium duceretur, nõ posset viuens concipere de illis millę peccatis mille pęnitudines

dines

dines ad id necessarias, quo saluaretur.

19 [Sed† an id quod diximus, quod quã do tempus non datur, tunc sufficit contritio generalis in confuso, habeat etiam locum in martyre, ut si est alicuius peccati cõscius, actu pęniteat eo modo, quo potest. Respon. Secundum commu. & tutiorem opinionem, quã sequitur Scotus, & Sotus, d. 15. quæst. 1. ar. 2. quòd si martyrio expositus inducias habet, ut possit peccata recolere, v. g. dum est in carcere, ad id tenetur. Imo si copia suppetit sacerdotis, & temporis, confiteri tenetur, si singulare est confessionis præceptum in articulo mortis. Quòd si tantum temporis non habet, possit tamen habere dolorem in genere, ad id etiam obligatur: At si atrocitas mortis martyris mentem sic occuparet, ut nullo modo ad peccatorum contritionem cogitaret, & tũc arbitror, quod illa perpessione martyrii obtinebit veniam apud Deum, dummodo non sit alicuius peccati mor. actualis complacentia, aut propositum. Hinc sequitur, concubinarium, usurarium, meretrices, & alios id genus homines, uel hęreticum, cum sunt in malo statu, si habeant suorũ peccatorum complacentiam, quamuis in contumelia Christi occidantur, nõ consequi gratiam, neque ueniam, antequã eos suorum scelerum pœniteat. Confirmatur ex D. Paulo: Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ita Ioseph. in Flor. Theolog. de Sacram. pœnit. q. 1. art. 4. Sotus in lib. 1. de nat. & gratia, c. 18.]

20 Subsequitur† modò, ut exploremus, illa singularis cõtritio peccatorum, qualis esse debeat. Quod enim non debeãt singulis peccatis singulę correspondere contritiones, inde apparet, quia non est in potestate hominis, maxime ubi ingẽs est delictorum aceruus, tot numero habere dolores. Quinimo de rebus lętis neq; possibile apparet, ut homo tot possit intercisas habere lętitias. Quare Caiet. inquit, quòd sensus illorum uerborum est, quòd sicut in confessione dum peccator dicit, Peccaui millies in fornicatione, iste unicus confitendi actus terminatur actualiter ad singulas mille fornicationes; ita quòd ad actus interiores dum pœnitenti displicent mille fornicationes, actualiter detestatur illas illo uno, eodemque actu.

21 [Dupliciter ergo† colligitur de singulis peccatis commissis necessarium esse de peccatis dolere. Vno modo, ita ut unicuique peccato in numero respondeat sua propria pœnitentia actualis, ut tot actus pęnitẽtię habeantur, quot numero fuerunt peccata commissa. Alio modo, quod sit pęnitendum de singulis, secundum speciem, ita ut omnibus peccatis cõmissis unius speciei unica respondeat pęnitentia actualis, ut si decies per fornicationem quis peccauerit, satis sit illi habere unum actum, quo doleat se decies in illa specie peccasse, & ad hunc modum de alijs, & in iis sensibus non intelligo pręsentem quæstionem.]

22 Sit ergo † tertia conclusio. Satis est ad habendam cõtritionem singulorum peccatorum specialem, dum quis ad cõfessionem accedit, singula peccata per loca, & tempora mente explorare, quibus memorię oblatis contritionem habere illorum: & hęc est singularis contritio, quamuis si numero posset habere detestationes, melius esset, ut inquit Sotus, dist. 17. q. 2. art. 3. tertia conclusio.

23 Verum D. Tho.† q. 6. inquit, ꝙ quantũ ad principium contritionis, dum quis cogitat de peccatis, sufficit dolere eo ordine, quo occurrunt, ut dolore iuxta numerum peccatorum numerentur. Et licet dolores illi non sint prorsus contritiones, sufficit esse attritiones, sed tamen in termino, idest peracta indagine, quando contritio est iam formata per gratiam, sufficit ut sit una contritio pro omnibus. Sotus uerò inquit, hoc non bene posse intelligere: nã inquit ipse, aut qui mente inchoat indaginem suorum peccatorum, in principio ueram habuit contritionem in genere de offensis Dei, aut

non:

non: si habuit, profectò omnes detestationes sigillatim factæ sunt veræ contritiones: si vero neque à principio, neque per aliquam illarum specialem verè detestatur peccatum, tanquam offensam Dei, certe illæ detestationes, quas appel-
24 lat attritiones, non sunt necessariæ; † cũ sufficiat, quòd homo mente recolat peccata omnia absque vllius displicentia, modò non habeat complacentiam: & peracta indagine hæc omnia vnica contritione detestetur. Hic enim est pœnitentium vsus, vel à principio habere cõtritionem generalem, quę sufficit ad gratiam, & deinde peccata inuestigare ad confitendum.

Igitur secundum Sotum, sufficit in principio habere contritionem generalem, quæ sufficit ad gratiam, & deinde peccata inuestigare ad cõfitendum. Vel omnibus rememoratis postea unicam detestationem applicare.

25 [Sed † dubium vertitur, An existẽte obliuione quorundam peccatorum, sit necessarium de illis in genere conteri, seu pęnitere vltra pęnitentiam, quæ in particulari de iis, quæ memoriæ occurrunt; habetur: An satisfaciat peccator de ijs omnibus solum pęnitendo in particulari, quæ memoriæ habentur? Respon. distinguendum videtur: quia vel illa peccata ita oblita sunt, vt nec in specie, nec in genere recordetur homo se vlla, præter ea, quæ memorię occurrũt, commisisse, nec illi in dubium venit, sed certò putat se nulla alia perpetrasse peccata, & tunc non erit illi alia pęnitentia necessaria de oblitis; præter eam, quã de occurrentibus habet: modò illa sua cõscientia inuincibilis sit: ratio est, quia si nullam quis prorsus haberet conscientiam certam, aut dubiam de peccato à se commisso, nulla esset illi pœnitentia necessaria, igitur ita in præsenti. Si autem ita oblita sunt aliqua peccata, quòd etsi memoriæ non occurrant, putat tamen homo, vel saltem in dubium vertit, aut vertere debet se alia, præter ea, quæ occurrunt commisisse, & tunc necessaria est illi pœnitentia in genere de huiusmodi oblitis: Attamen, quia, vt plurimum, in hac re possunt homines decipi, tutius omnino est, vt cum peccator de occurrentibus dolet, simul de alijs in genere doleat, si forte alia commiserit, iuxta dictum Pauli: Nil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. 1. Corinth. 4. & Greg. distin. 5. ad eius. Bonarum mẽtium est ibi agnoscere culpam, vbi culpa non est. ita monet expresse S. Thom. 3. p. q. 80. art. 4. ad 5. & 1. 2. q. 113. ar. 1. ad 3. Sotus, d. 17. q. 2. art. 6. & d. 15. q. 1. ar. 2. ibi, Secunda conclusio.]

26 Quę † quidem detestatio post diligẽtem peccatorum inquisitionem dicitur virtualis, & sufficit ad remissionem peccatorum eorum, quorum homo citra culpam oblitus est, vt non possit ad memoriam reuocare, D. Thom. 1. 2. q. 113. art. 5. ad 3. Sotus dist. 15. q. 2. art. 1. sexta concl. & dist. 17. q. 2. art. 3. in fi. Syluest. in ver. Contritio. q. 3. Verum, quando peccata oblita in memoriam reuocantur, debet homo de illis conteri, sicut etiam dicimus de paupere, qui non potest soluere, quod debet, excusatur, & tamen tenetur, cum primum potuerit; D. Thom. in 4. senten. dist. 7. quæstio. 2. articu. 3. ad secundam q. ad secundum.

27 Necessaria † tamen est hæc singularis contritio sub præcepto in lege euangelica, quãdo præscriptum est tempus confessionis, idest semel in anno, Sotus distinct. 17. quæst. 2. art. 3. & 6. Nisi in articulo mortis naturalis, vel violentæ, vel administrandi, aut suscipiendi sacramentum aliquod, secundum omnes. Imo etiam instante aliqua populi necessitate grandi, cui absque orationis feruore reparari non possit. Aliis uero temporibus ad eam concipiendam nõ tenemur, licet optimum esset, quò posset à tam graui morte resurgere, periculumque mortis subitæ, ęternæque euadere, iuxta illud Eccl. capit. 5. Ne tardes, &c. Ita Nauar. cap. 1. num. 31.

28 [Quinimo † ex parte finis, vt Deo reconciliemur, necessaria esset statim post pecca-

peccatum pęnitere: cum pœnitentia sit necessaria ad peccatorum remissionem, vt apud D. Lucam constat: sic etiam pęnitentiæ pręceptum statim à peccato cōmisso quo ad actum contrarium de non complacendo, in peccato obligat, ita vt si aliquando placuerit, mortaliter peccetur, si statim actus, de quo complacentia habetur, non prohibeatur: ratio est, quia omne præceptum affirmatiuum includit negatiuum de actu contrario obligans pro semper. v.g. pręceptum honorādi parentes, includit hoc negatiuum, scilicet numquam verbo, aut facto parentes inhonorandos.]

29 Nec etiam † diebus festis, Syluest. in ver. Dominica. q.6. versic. quartum. Sotus, qui supra artic. 6. Nauar. cap. 13. num. 17. [Patet ex Exod. vbi dicitur: Memento, vt diem sabbati sanctifices. Et statim modus sanctificandi subiungitur, scilicet: Non facies omne opus in eo tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Vbi solum pręcipitur quies ab operibus corporalibus seruilibus, nō autē à seruilibus spiritualibus, qualia sunt peccata.]

SVMMARIVM.

1 *Peccata venialia an indigeant contritione, & num. 3.*
2 *Venialia multis modis remittuntur, & num. 3.*
4 *Peccatum veniale multis modis dicitur, & quibus.*
5 *Peccati detestatio triplex, & quæ ex eis requiratur ad dimissionem venialium, num. seq.*
7 *Venialium ad remissionem, duo requiruntur, & ea, quæ sint.*
8 *Augustini authoritas in capit. 8. de vera, & falsa pœnitentia, quomodo intelligenda.*
Detestatio venialis implicita est in feruenti motu charitatis.
9 *Propositum in mortalibus, & voluntas abstinendi sufficit in venialibus.*
10 *Aqua benedicta, & id genus cætera, quomodo intelligantur remittere peccata.*
11 *Aquam non benedictam credens benedictam, accipiens non obtinet veniam.*
12 *Charitatis excitatiua tria, quæ venialium remissoria causa esse possunt, & quæ.*
13 *Aqua benedicta virtutem inimici reprimit, si aspersus à mortali sit alienus.*
14 *Confessio generalis, quare in Prima, in Completorio, & à sacerdote ante altare præmittatur.*
15 *Aqua lustralis an asperso morienti, statim paret aditum in cœlum.*
16 *Peccati venialis triplex genus.*
17 *Peccatum veniale pluribus modis mortale efficitur. & num. 19.*
18 *Pollutio nocturna, quando mortale.*

Contritio an de venialibus requiratur. Cap. VI.

1 CIrca hanc † præsentem quæstionem triplici modo potest impugnari, quòd ad remissionem venialium non sit necessaria contritio. Et primò quòd veniale remitti possit absque contritione, patet; quia inquit Aug. Quod facit gutta aquæ in camino ignis, hoc veniale facit in viro iusto. Ergo videtur, quòd remitti possit solo feruore charitatis absque contritione aliqua. Præterea ad rationem veræ contritionis requiritur, non solum detestatio, sed & verum propositum cauendi peccata, sed sine tali proposito peccata venialia dimittuntur, cum certum sit, quòd homo sine illis præsentem vitam ducere non possit: ergo venialia possunt remitti sine contritione.

2 Rursum † per benedictionem episcopalem, & aquam benedictam, & multa alia, prædicta venialia dimittuntur, vt est glo. sing. in prohę. in 6. in ver. Benedictionem. ergo sine contritione.

3 His † tamen non obstantibus cōtrarium asseueramus, videlicet, contritionem necessariam in venialibus, virtualem,

lem, seu implicitam, ut illa possint remitti: ratio est, quia contraria contrariis curantur: ergo ad tollēdam culpam uenialis peccati requiritur dolor ei cōtrarius.

Sed ut hæc quæstio facilior reddatur,
4 præsuppono primum, quòd † peccatum ueniale dicitur multis modis, ut habetur per D.Tho.1.2.q.88.art.2. Vno modo ex euentu, quia est ueniam consecutum, & sic omne peccatum per pœnitētiam fit ueniale, de pęnit.dist.1.serpens, & cap. sicut primi. quod in ueteri lege morte non puniebatur, sed ceremoniis expiabatur, de pęni.dist.1.c.1. Alio modo, quia non habet in se, unde ueniam non consequatur, uel in toto, uel in parte. In parte quidem, sicut cum habet in se aliquid diminuens culpam, ut cum fit ex infirmitate, uel ignorantia, & hoc dicitur ueniale ex causa. Vnde Apostol. ignorans feci, & ueniam merui: modo ignorantia non sit supina. dist.16. quod dicitis.1.q.4. item peccatum.11.q.3.excellentissimus, de cler. exc. mini. Apostolicæ. In toto autem ex eo, quod non tollit ordinem ad ultimum finem, unde non meretur pœnam ęternam, sed temporalē; & de hoc ueniali ad præsens intendimus. Quæ autem sint uenialia, enumerat Aug. in c. unum, dist.25.

5 † Secundo noto, quòd triplex reperitur detestatio peccati, actualis, & expressa, habitualis, & uirtualis. Contritio actualis est illa, ut homo actualiter peccatū mortale cōmissum detestetur, quātum in ipso est, uidelicet, ut diligentiam adhibeat ad memorādum singula, ut singula detestetur. & ista necessaria est ad remissionem mortalium, ut in præcedenti capitulo diximus. Alia est habitualis displicentia, quæ habetur per habitum charitatis, & talis non requiritur ad remissionem uenialium: quia si habitus sufficeret, nullus existens in charitate ullum posset habere peccatum ueniale, quod est falsum: non enim repugnat, ut quis feruidè amet Deum, & tamen peccet uenialiter. Tertia est displicentia uirtualis, ut quando quis eo affectu fertur in Deum, & res diuinas, ut quicquid sibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se commisisse, etiā si tunc de illo non cogitet, Caiet.3.par. q.87. art.1. &
6 hæc † uirtualis displicētia requiritur ad dimissionem uenialium, quæ est actus, ut cuiuscunque tunc memoria haberetur, displicentiam pareret. Quandoque enim non remittit nisi quędam, & non omnia. Stat enim diligentem Deū magis esse affectum ad unum genus peccati uenialis, uidelicet mentiendi iocosè, q̃ ad aliud uerbi ociosi, ita quod si huius memoria adesset, illud displiceret. Si autem adesset memoria alterius, non displi-
7 ceret. Igitur † ad remissionem uenialium duo requiruntur. Primum, ut nulla sit complacentia, aut propositum: nullum enim peccatum ueniale remitti potest stante eius complacentia, Syluest. in uer. peccatum. quæst. 6. Secundum, ut præter absentiam complacētiæ sit actus cōtrarius peccato ueniali. hoc est, quod ita feratur in Deum; ut si illius peccati cogitatio mēti occurreret, displiceret ei, & doleret se commisisse, ita Sotus dist.
8 15.quæst.2.ar.1. uers.igitur. & ita † intelligitur authoritas Augustini de uera, & falsa pœnitentia, c.8. ubi inquit pęnitentiam assiduè peccanti necessariā esse; In multis enim offendimus omnes. Intelligitur de contritione uirtuali; uel si de formali, intelligitur non esse necessariam, sed salubrem, & utilem, ut inquit D.Tho.dub.397. Præterea sic etiam intelligitur illud de gutta aquæ: nam dicimus quod in illo feruēti motu charitatis est culpæ uenialis detestatio implicita, quia si cogitaret de eo, detestaretur illud, & ideo per talem motū remittitur ueniale, D.Thom.dist.17.lib.4. q.uni.c.
9 5.ad primum in opusc. Rursum, nec illud obstat, quod cum hæc † ueníaliū detestatio non sit perfecta, quia non includit propositum cauendi in futurum, ergo non requiritur; quia respondetur qđ homo in gratia Dei constitutus potest quidē uitare omnia, & singula peccata morta-

mortalia,ſed non omnia, & ſingula uenialia. Ideò ad remiſsionem mortalium requiritur propoſitum uitãdi omnia, & ſingula peccata mortalia; ſed tamen ad pœnitentiam uenialium ſufficit uoluntas abſtinendi à ſingulis,licèt nõ ab omnibus collectiuè:quia hoc infirmitas huius uitæ non patitur. Nihilominus debet habere propoſitum ſe pręparandi ad peccata uenialia minuenda,alioquin incurreret periculum deficiendi, cum deſereret propoſitum proficiendi, ſeu tollendi impedimẽta ſpiritualis profectus, quę ſunt peccata uenialia,D.Tho.3.par.
10 q.87.art.1.ad primum. Nec obſtat, † ꝙ cum uenialia remitti poſsint cum aqua benedicta, ergo non requiritur contritio. Nam reſpondetur, quòd ideo iſta ſpecialiter dicuntur remittere;non quia remittunt per ſe, ſed quia ſunt excitatiua feruoris, per quem fit remiſsio, D. Thom.in 4.art.fin. ad ſecundum. Sed aduerte,quòd reſpõſio D.Thomę,quòd ideò iſta dimittunt uenialia, quia excitant feruorẽ, intelligenda eſt,non quòd ſemper requiratur illa excitatio, ſed ꝙ de ſe hæc ſacramentalia ad hoc ſint inſtituta. Quare illa ſuſcipere, tanquam ad illum effectum ab eccleſia accommodata cenſetur actus pœnitentiæ, & aquirit remiſsionem uenialium,etiam ſi nullatenus excitetur ad deuotionẽ,nec memoriam habeat uenialium, uel diſplicẽtiam: nam ſi illa requireretur, profectò ſacramentalia nõ eſſent,cum ſola diſplicentia ſufficeret,Sotus diſt.15.q.2.artic. 1. modo tunc non habeat complacentiam. Exemplum de eo,qui ſe aqua luſtrali aſpergit: nam & ſi nullatenus excitetur ad feruorem, nec memoriam habeat uenialium, tamen obtinebit per illam aſperſionem eorum ueniam: cuius ratio eſt,quia hæc ſacramentalia de ſe ad excitandum feruorem charitatis fuerũt
11 inſtituta; ſed † è conuerſo nõ obtinebit illorum ueniam, qui aquam non benedictam accipit, quam putat eſſe benedictam,quamuis de uenialium cogitet remiſsione, ita Sotus diſt.15. q.2. artic.3.

Igitur vt concludamus cum D. Thoma lib.quęſt.diſp. de peccato veniali,quæſt. 7. artic. 12. Illa, quæ ſunt nata excitare
12 † feruorem charitatis, poſſunt cauſare remiſſionem venialium; huiuſmodi autem ſunt tria; primum ſacramẽta nouæ legis, & pręcipuè ſacramentum Eucharistiæ, cap. cum omne crimen,de conſe. diſt.2. & extremæ vnctionis, capit.vni. de ſacra vnct. cũ diuina virtus interius per illa ſigna exteriora operetur ſalutẽ: Nam per ſanationem corporalẽ, quam exterius efficit illud ſacramẽtum, ſignificat, & cauſat ſpiritualem, quæ cõſiſtit in purgatione venialium: cum mortalia ſint ante purgata per confeſſionem, D. Tho.in 4.diſt.23. art.3. q.7. Dimittuntur etiam venialia per ea,per quæ impedimenta feruoris, & gratiæ tolluntur, & ſunt cauſæ ad excitandam rationem ad feruorem charitatis. Vt ſunt ſacramẽ
13 talia,ideſt aqua † benedicta, quæ virtutem inimici reprimit,cap.aquam, de cõſec.diſt.3.modo aſpergatur ille, qui non ſit in mortali, gloſ. ſingu. in cap. perfecta, de pęnit.diſt.prima, & in prohę.lib. 6.in verbo benedictionem,in fi.Epiſcopalis benedictio,eleemoſyna, cap.medicinam, de pœnit. diſt.1. item tolluntur per exercitium humilitatis ex parte noſtra,& in quãtum ſunt cum aliquo motu deteſtationis peccatorum,huiuſmodi eſt oratio Dominica, dimitte nobis &c. c.de quotidianis, de pœnit. diſt. 3.
14 Confeſsio † generalis, ſicut teſtatur eccleſiaſtica conſuetudo; hac enim de cauſa dicitur in Prima,& in Completorio, & à ſacerdote ſacrum facturo præmittitur ante gradum altaris, D.Thom. diſt.16. q.2.art.2. ad 4.quæſt. qui ad ſecundum inquit, quòd omnia iſta, quia cauſant contritionem, ideo dimittunt venialia.
15 Sed † an ita dimittant venialia, vt ſit quo ad culpam,& pœnã,ita vt qui aqua luſtrali ſignatus eſt,ſi ſtatim moreretur, euolaret ad cęlum? reſpondet Sotus diſtin.15.q.2.art.3. quòd per quodcũque iſtorum ſacramentalium, remittitur ve-

niale quantum ad culpam virtute alicuius satisfactionis, aut motus charitatis, aut affectionis erga diuina: non autem per quodcunque remittitur quo ad pœnam, quæ illi debetur, iuxta illud Pauli 1.Cor.3 Qui superædificat fœnum, & stipulam, idest venialia, saluus erit, sic tamen quasi per ignem: quia hac ratione, qui esset prorsus immunis à mortalibus, per solam aspersionem aquæ benedictæ, aut per tunsionem pectoris euolaret in cœlum sine transitu per purgatorium. Remittitur ergo reatus pœnę secundum quantitatem, & proportionem feruoris charitatis, ita etiam inquit D.Thom.lib.qq.disput.7.artic.12. ad 4.

16 [Quæritur etiam, † an peccatum veniale fieri possit mortale. Resp. pro intelligentia huius quæstionis, ꝙ Bonau. super 4.sent. dist.16. dicit, quòd triplex est genus peccati venialis. Quoddam enim est ex subreptione, quod ideo dicitur veniale, quia vitari nō potest: quoddam ex cogitatione, siue voluntate sine consensu, quod ideo veniale, quia plenè homo non consentit in cogitatione, vt de cogitatione citra cōsensum in delectationem: quoddam est veniale cum ratione, & consensu, sed tamē ideo veniale, quia non est deordinatio contra præceptum, vt verbum otiosum, & mēdacium iocosum, cap. vnum, distin. 25. Primum, quod committitur per subreptionem, semper est veniale, quod quidem verum est quo ad se, cum consensum deliberatum habere non possit, qui necessarius est ad effectum, vt cōstituatur peccatum mortale, cap.1. de delict.

17 puer. † Potest tamen effici mortale tribus modis, primo quando aduerteret se facere aliquam decalogi transgressionē. v.g. si passione aliqua commotus blasphemandi animum non habens, Deum blasphemaret, venialiter peccaret, si tanta turbatio fuerit, vt quod diceret, non aduerteret, quod secus, si aduerteret, quantuncunque repentino furore blasphemauerit, S.Tho.2.2.q.13. ar.2. in fi. Nauar.c.12.nu.84.& cap.23.num.116. Et nos diximus lib.2.capit.19.nu.7.vbi collegimus duplicem subreptionem reperiri in blasphemia. Prima, quando nō aduertit, & est peccatum veniale. Altera, quando aduertit, & est mortale. Secundo modo, & tertio potest fieri peccatum veniale mortale in sua origine, &

18 accidenti. † Sicut in simili patet de pollutione nocturna: nam licet nulla pollutio in somnis inchoata, & perfecta ex sui natura sit peccatum, Gabr. de Cano.miss.lect.10.tamen si perueniret, & originem haberet ex præcedentibus cogitationibus cum concupiscentia, & delectatione, atque consensu, erit peccatū mortale, cap.testamentum, d. 6. Sic etiā peccatum esset in accidente, si pollutionem in somnis cęptam expergiscens cōsumaret, vel consumata in somnis delectaretur, vt diximus lib. 2. de pollutio. noct. cap.86. Igitur peccatum veniale fit mortale per subreptionem in sua origine, & accidente, idest ante, & post. v. g. Si quis per mentis subreptionem committeret quicquā de specie peccati mortalis, vt est, maledicere Deum, licet hoc in se non videatur mortale, potest tamē in sua origine mortale habere, si forte procederet ex notabili incuria, vel negligentia, quando si vellet, posset commodè prouidere, ne illud occurreret, vnde non prouidendo videtur malitiosè peccare: cum lata culpa æquiparetur malitiæ, cap. vt animarum, de constit. lib.6. notatur per Barto. in l. quod Nerua. ff. deposi. Potest etiam habere latam culpā peccatum per subreptionem in suo accidenti, v.g. si post factum adesset complacentia. Secundum secundo modo veniale .i. per delectationem citra consensum fit mortale per complacentiam, secundum quòd placitum dicitur plenus

19 consensus. † De tertio veniali, quod est per rationem, & consensum, quæritur, an possit fieri mortale. Hæc quæstio habet duplicem sensum. Primus, an hæc culpa venialis per essentiam fiat mortalis, & hoc est impossibile, idest, vt verbum otiosum ex se fiat peccatū mortale.

tale. Secundus, vt id, quod erat veniale, possit fieri mortale huic, vel illi, addita aliqua circunstantia, & de hoc intendimus loqui, vt etiam videtur intelligere glossa in c. vnum. §. hinc. dist. 25. Dicimus ergo quòd peccatũ veniale potest fieri mortale pluribus modis. Et primus, si ibi statuat vltimum finem. exemplum de ea, quæ tãta sollicitudine se ornat, vt hac de causa non curet de necessariis ad salutem, vt de missa in festis. Caiet. in ver. ornatus. Secundus, si fiat ad finem, qui est peccatum mortale, vt quæ eo animo se ornat, vt visa eius forma ab aliquo carnaliter ametur, D. Thomas 2.2.q.169.ar.2. Vel si quis libidinis causa explendę verba ociosa profert. D. Tho. 1.2.q.88.art.2.& 4. Tertius, quãdo quis de salute proximi nõ curat: exẽplum de muliere superfluè se ornante, S. Tho. 2.2.q.169.art.2. Quartus, ratione conscientiæ erroneæ, c. per tuas, el 2. de simo. c. literas, de restit. spol. ad Rom. cap. 14. vbi omne, quod non est ex fide, peccatũ est. i. omne, quod fit contra cõscientiam, ędificat ad gehennam. Potest tamen deponere cõscientiam vel per se, vel per alterius cõsilium. S. Tho. 1.2.q. 19. art. 5. & 6. Quintus, si contemptus interueniat: Contemptus enim constituit peccatum veniale mortale, c. vnũ. §. hinc. dist. 25. cap. notandum. 24. q. 3. in fi. capit. r. de sentent. excom. lib. 6. & legem consilii transgrediens per cõtemptum peccat mortaliter, c. quis autem. dist. 10. Qui quidem contemptus præsumitur ex assiduitate actus, idest peccati venialis in foro exteriori, non autem in interiori, vbi sola veritas consideratur, cap. tua nos, de spons. cap. humanæ. 22. q. 5. quamuis in foro interiori disponat assiduitas peccati venialis ad cõtemptum, iuxta illud; Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnet. Disponat inquam non dispositione necessitatis, sed congruitatis, Bonau. super 4. sent. dist. 16. & ita illud intelligitur Aug. in cap. tres sunt, de pęni. dist. 1. quòd peccata parua tam crebra opprimunt, sicut vnum grãde peccatum, scilicet dispositione congruitatis ad contẽptum. sed quando dicatur contemptus, vide infra, c. 18. & lib. 4. cap. 4. nu. 19.]

SVMMARIVM.

1 *Peccatum duo complectitur, quibus, & duplex pœna debetur, & qua.*
2 *Peccatis venialibus, quare non debeatur nisi temporalis pœna.*
3 *Pœna sensus restat pluribus modis persoluenda post conuersionem ad Deum.*
4 *Pœnas luere post gratiam Dei adeptam, quare non sit inconueniens.*
5 *Contritionis effectus est remissio peccati; & de virtute vehementis contritionis.*
6 *Contritio vera non est, nisi cum proposito confitendi; & quare.*
7 *Contritionis encomium.*

De effectu contritionis. Cap. VII.

Circa effectum contritionis adnotandum est, quòd cum in
1 peccato † sint duo, secũdum D. Thom. 1.2.q.87. art.4. videlicet, auersio ab incõmutabili bono, & peruersa conuersio ad bonum commutabile, cap. productior, cap. sicut primi, de pœnit. d. 1. Hinc duplex debetur pęna, pœna damni, idest carentiæ visionis Dei, ex parte auersionis, & hæc est ęterna, vt qui contra æternum bonum peccauit, in æternum puniatur: & pœna sensus, ex parte cõuersionis ad creaturam, quæ cum non sit infinita ex genere suo, talis pœna non est æterna. Ex quo fit, vt si huiusmodi conuersio non esset auersio à Deo, nõ deberetur ei pę-
2 na infinita: quare peccatis † venialibus non debetur nisi temporalis. Hinc colligitur, quòd cum per contritionem homo conuertatur ad Deum, & tollatur auersio, & recuperet amicitiã Dei, tollitur etiam illa ęterna pœna damni, cap. dixi. c. magna, de pœnit. dist. 1. remanet

3 tamen pœna † sensus in hoc seculo persoluenda, vel per pœnas sponte à nobis pro vindicando peccato susceptas, vel sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositas, vel etiam per temporalia flagella à Deo inflicta, & à nobis patienter tolerata, iuxta conc. Trid. sess. 14. cap. 9.
4 Et nec † est inconueniens, vt quamuis per contritionem amicitiam recuperet, tamen pœnas soluat, uel hic spontaneas, vel in purgatorio inflictas: nam etiam hoc in seculari vsu comprobatur; qui enim alteri iniuriam intulit, licet de iniuria veniam petat, amicitiam reconciliet, tamẽ remanet damni debitor, ratione iustitiæ. Et de hoc in ueteri testamẽto apertissimũ testimonium est, 2. Reg. 12. Vbi cum Dauid pœnitentia ductus dixisset ad Nathan, peccaui domino: Respondit Propheta, Dominus quoque transtulit à te peccatum tuum, veruntamen filius, qui natus est tibi, morte morietur, idest in pœnam flagitii. Sic Num. 14. oranti Moysi, vt dimitteret populo idolatriæ scelus, respondit dominus, Dimisi iuxta verbum tuum: attamen omnes, qui tentauerunt me, non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum. Igitur concludendũ ex his,
5 quòd effectus † cõtritionis est remissio peccati quo ad totam culpam: quinimo potest esse conuersio mentis in Deum, & in detestationem peccati tam uehemens, vt perfectè remissionem peccati homo consequatur, non solum quantum ad purgationem culpæ, sed etiam quantum ad remissionem totius pœnę, ita D. Thom. lib. 4. contra Gent. cap. 72. & in 4. sent. dist. 17. q. 2. art. 3. ad secundam quæstio. glo. in cap. mensuram, de pœnit. dist. 1. in cap. Deus qui. de pœnit. & remiss. in extrau. 1. de pœnit. Verum & si habuerit homo tam perfectam con-
6 tritionem, † tenetur tamen confiteri; tũ quia contritio uera non est, nisi propositum confitendi habeat annexum; tum propter incertitudinem; tum, ut humilitas exerceatur, & ut satisfaciat ecclesiæ, quæ scandalizata est, de pęnit. dist. 1. iudicet, & ad cautelam, dist. 50. presbyteros. 34. q. 2. in lectum. glo. in c. sicut primi, de pœniten. d. 1. & in summa ead. d. uers. sunt enim: tum etiã, ut adimpleat præceptum de confessione datum, D. Thom. in 4. ubi supra, ad primum. Si tamen non confitetur, non redeunt peccata commissa, D. Thom. in 4. sent. lib. 4. distin. 14. art. 4. [Cum ergo sit tam utilis hęc contritio, postulemus à Deo, ut il-
7 lam nobis concedat. † Hęc est enim, quę tanquam fortissima machina conterit totam congeriem peccatorum: quæ quasi murus separat Deum à peccatore. Item dirumpit laqueos, & cathenas diaboli. Vnde Ps. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Item destruit carcerem infernalem, quem dęmones parauerãt peccatori, & eneruat uires diaboli. Quod significatum est in Sansone, qui postquam creuerant capilli eius, uiribus resumptis concussit duas columnas, & domus corruit, ita ꝙ ipse cum Philisteis mortuus est. Per Sansonem intellige peccatorem pęnitentem, per capillos, dona Spiritus sancti, per contritionem uires restitui. Per duas columnas, duas cõcupiscentias, scilicet concupiscentiã carnis, & concupiscentiam uitę: uel concupiscentiam malum perpetrandi, & negligentiam boni operandi, talis pęnitens interficit se, idest ueterẽ hominẽ, quem exuit, domum infernalem sibi paratam subuertit. Philisteos, idest dęmones occidit: quia potestas eorum in tali pœnitente extinguitur, & uires ad nocẽdum ei de cętero eneruantur. Hęc est contritio, iux. Ps. quę conterit brachium peccatoris, & maligni, idest diaboli. Ista reparat muros Hierusalem, quos destruxerat Nabuzardar. vnde Ps. 50. Benigne fac in bona uoluntate tua, idest cõtritione à te solo gratis data, uel danda Syon, idest animę, ut sequatur, & sic ędificentur muri Hierusalem, idest per ipsam cõtritionem. Hęc est, quę parit prolem boni operis. Vnde Gen. dictum est, In dolore paries. & breuiter mũdat animam à reatu culpę, liberat à pœna gehennæ, ab

ab horrenda dęmonum ſocietate, & à ui liſſima peccati ſeruitute, reſtituit bona ſpiritualia, quę homo amiſerat per peccatum. Societatem, ideſt ſpiritualem cõmunionem bonorum eccleſiæ, quę dicit, Particeps ego ſum omnium timentium te. de filio irę filium gratię reddit, de filio diaboli filium Regis altiſſimi, & per cõſequens efficit hęredem Dei, cohęredem autem Chriſti.]

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio qualis in lege naturæ, tum in lege ſcripta, & tandem in lege noua.*

2 *Confeſſio ſacramentalis, vbi, quando, & à quo inſtituta.*

3 *Confeſſio neceſſaria ex Chriſti inſtitutione.*

4 *Confeſſorem peccatorum cognitionem habere oportet.*

5 *Præcepta eccleſiæ, an diuina dicantur, & lex diuina propriè quæ.*

6 *Papa licet quo ad ſacramenta, & fidei articulos propriè non diſpenſet, & num. 8. bene tamen impropriè interpretando. nu. 9. & 10.*

7 *Papa an deſtruere poſſit ſtatuta Concilii, vel Apoſtolorum.*

11 *Neceſſarium duplex, abſolutè, & ex ſuppoſitione.*

12 *Intellectus ad tex. in c. omnis, de pœnit. & remiſſ.*

13 *Aetas, quæ ad confeſſionem idonea, num ad communionem.*

14 *In voto ſimplici, vel ſolemni quæ ætas requiratur.*

15 *Aetas in ordinibus ſacris quæ neceſſaria.*

16 *Pubertas in matrimonio, & annus 25. in adminiſtratione bonorum requiritur.*

17 *Sacramentum pœnitentiæ quare ad infideles non pertineat.*

18 *Infideles in duplici ſunt diſcrimine. Saraceni vnde dicti, & Iudæi quomodo à paganis diſtinguantur.*

19 *Infideles, quibus ligentur.*

20 *Ad confeſſionem ſemel in anno faciẽdam an teneatur Papa, qui quẽmcunque confeſſorem eligit. nu. ſeq.*

22 *Princeps leges obſeruare, qua ratione teneatur, & cur dicatur legibus ſolutus. num. 24.*

23 *Papa, quomodo, & quare poſſit in confeſſione cum cauſa diſpenſare.*

25 *Papa in commutandis, vel corrigendis legibus ſui prædeceſſoris, cur excuſatione vtatur.*

26 *Princeps nec de plenitudine poteſtatis contra initum contractum cum ſubdito venire poteſt.*

27 *Hermaphroditus, quare cõfiteri teneatur.*

28 *Conſtitutio pœnalis, quo caſu extendenda.*

29 *Aetas eadem in confeſſione requiritur, quæ in confirmatione, & extrema vnctione. nu. 30.*

31 *Vnctio extrema pueris rationis vſum non habentibus, cur non danda.*

32 *Fidelis vnuſquiſque confiteri tenetur.*

De neceſſitate confeſſionis. Cap. VIII.

IVxta Ariſtotelis doctrinam 2. Poſter. 20. prius quęrendum eſt, an res ſit, quàm quid ſit. Et quia in moralibus idẽ eſt rem eſſe neceſſariã, vel cõmodam, alioquin ſuperflua eſſet: Ideò primo quęritur de neceſſitate confeſſionis, quàm de eius quiditate. Et quia quęſtio hęc, an omnes teneantur ad confeſſionem, pendet ex altera: Quo ſcilicet iure introducta ſit: ideo pro maiori eius intelligẽtia notanda ſunt hæc. Et primo, quòd con
1 feſſio † aliter erat neceſſaria in lege naturæ, aliter in lege Moyſi, aliter in lege noua. In lege enim naturæ cõfeſſio erat tantum neceſſaria mẽtalis apud Deum, & hæc cõſiſtebat in peccati cognitione: ſufficiebat enim apud Deũ interior cognitio peccati. Vnde de hoc Adam vituperatur, quia peccatũ ſuum coram Domino non recognouit. In lege vero ſcripta, quæ vmbra erat, & figura legis nouæ, cæpit exterior cõfeſſio quodammodo eſſe, nõ quidem uocalis, & diſtincta: quia tunc non tenebantur homines ad confeſſionem ſpecialem, & diſtinctam:

[nā lege euāgelica datæ sunt claues regni cœlorum sacerdotibus, quibus sacramentaliter peccata remitterent:] sed tantum ad generalem, & indistinctam, dū pro diuersis peccatis diuersa offerebantur sacrificia, propter quæ significabatur, illa peccata quotidie cōmitti à populo, pro quorum expiatione preces à sacerdote effundebantur. [Et hæc confessio fiebat de peccatis tantū publicis, non autem occultis, quoniam esset cōtra legem naturæ, seipsum diffamare: erat etiam alia confessio generalis omnium peccatorum, quæ fiebat per sacerdotem nomine totius populi dicentem, peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus, Leuit. cap. 16.] Sed in noua lege explicitè faciēda est singulorum confessio specialis, & distincta, ita tradit D. Tho. in 4 sent. distin. 17. q. 3. art. 1. q. 2. ad 1. & 2. Sotus, distin. 18. q. 1. art. 2. ad 1.

Secundo noto, [quòd dixerunt aliqui, vt refert Glossator, de pœnit. dist. 5.

2 † quòd fuerit instituta in Paradiso, statim post peccatum, dicente Domino ad Adam: Vbi es? Ideo enim quæsiuit, vt ipso confitente peccatum, daretur forma alijs in posterum cōfitendi. Verum qui sic dicunt, falluntur: nam in illa interrogatione à Deo facta, esto qd Deus ab Adā confessionem suorū peccatorū exigeret, non tamen confessionem hāc sacramentalem, quæ ad aurem sacerdotis fit, exigebat, cum nec tunc sacramentalis confessio instituta esset, nec sacramentū pœnitentiæ, nec exigebat Deus, vt illi peccatores sua peccata alicui sacerdoti confiterentur; nec secretam exigebat confessionem, sed publicam, & ipsi Deo, & non sacerdoti agendam. nec vt omnia sua peccata faterentur exegit, sed illa particularia, quæ Deus publicè punire intendebat, & ideo non de confessione sacramentali locus ille accipiēdus est, sed de iudiciali, quam reus in iudicio facere tenetur, à iudice requisitus, & interrogatus, maximè cum præcessit infamia de crimine, super quo interrogatur, aut factum ipsum contra patratorē clamat. Deus ergo volens iudicibus formam condemnandi reos tradere, vt neminem nisi conuictum, vel in iudicio cōfessum condemnaret, volensque Adā pro suo delicto condemnare, prius eius confessionem exegit. Alij vero dixerunt, quòd Iacobus Apostolus primus instituit, dum dixit: Confitemini alterutrum peccata vestra. Sed isti salua pace falluntur, tum quia, si tota ecclesia sacramentum aliquod instituere nō potest, multo minus vnus homo quātumuis sanctus. Quare ita intelligendus est locus ille, secūdum Bedam, quòd Iacobus infirmos admonuerit, vt accersitis presbyteris cōfiteantur, vt subinde ipsi orent pro ipsis. Dicens ergo, confitemini, non se insinuat authorem legis, sed id admonet, quod Christus instituerat: Ac si dixisset, Non satis est hominem Deo confiteri, vt Dauid, inquiens, Dixi confitebor iniustitiam meam Domino, sed homini etiam propter Deū. Itaque alterutrum nō id sonat quòd vnusquisque promiscuè vnicuique, puta laicus laico, sed alterutrum, idem est, quòd inter vos, id est homines hominibus, oues pastoribus, subiecti prælatis, præterquam ꝙ etiam sacerdotes sacerdotibus inuicem confiteantur, Sotus, dist. 18. q. 1. ar. 1. Alij vero dixerunt confessionem sacramētalem fuisse institutam à quadam vniuersalis ecclesiæ traditione in Concilio Lateranensi: Hæc fuit opinio glossæ in summa dist. 5. de pœnit. & Abbatis in c. omnis, de pœnit. & remiss. sed neque hęc opinio vera est: Nā ecclesia non potest materiam, aut formam sacramenti alicuius mutare, aut variare: multo ergo minus potest sacramentum aliquod nouum instituere. Et si ceremoniæ, & modus hoc sacramentum administrandi, scilicet genuflexio, capitis detectio, &c. sint ex consuetudine, & more ecclesię. ita Conc. Colon. de confess. §. sed hic iam, & omnes catholici Doctores.] Restat ergo † quòd

3 catholica conclusio est, atque ita definitum

tum extat aduersus hæreticos in Conc. Constan. atque in Trid. sess. 6. c. 14. cõfessionem exteriorem, quæ omnium mortalium peccatorum secretè sacerdoti fit, necessariam esse ex Christi institutione, D. Tho. in 3. parte sum. q. 84. art. 5. & q. 65. art. 4. Nauar. in prin. de pęnit. dist. 5. Hæc probantur, Ioan. cap. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retẽta sunt, & Matth. cap. 16. Tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcunque solueris super terram,
4 erit solutum, & in cœlis. Etenim † si à Christo receperunt potestatem remittendi peccata, ab eo sunt constituti iudices ad ea remittenda, consequitur lumine quodam naturali nõ posse hoc exercitium exerceri per eos absque cognitione peccatorum. Ignorabit sanè sacerdos, debeat ne remittere peccata, an retinere, nisi eadem ei fuerint manifesta. Ita hanc conclusionem probat D. Tho. lib. contra Gent. c. 72. Sotus in 4. sent. distin. 18. quæst. 1. artic. 1. Concil. Trident. sessio. 14. c. 5. præterea conclusio hæc probatur per tex. in cap. omnis, extra de pœn. & remiss. vbi verbum illud, cõfiteri teneatur, quemadmodum notat Sotus, præceptorium est. Etenim in illo ecclesiastico statuto duo sunt consideranda, præceptum confitendi, & hoc est de iure diuino, & determinatio tẽporis semel in anno, & hoc est de iure
5 humano. Quod † si quis arguat nullum esse discrimen inter diuinum, & ecclesiasticum præceptum: Nam cum ecclesia nulla pręcepta faciat, nisi per potestatem sibi diuinitus concessam, sua etiam præcepta diuina sunt, iuxta illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit: Nam negatur consequentia. Deus enim pariter, & regibus dedit potestatẽ condendi leges. Prou. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernũt, & nihilominus regiæ leges humanæ sunt. Lex autem diuina est, quam Deus per se immediate condidit. Sotus, qui supra, quarta conc.

6 Hinc † infertur, quod ecclesia, Papa, aut concilium super substantiam præcepti confessionis, vt quisquam nunquam confiteri teneatur, dispensare neutiquã potest: tum quia pręceptum confessionis est diuinum, & inferior super leges superioris dispensare nequit: tum, quia non est vtcumque de iure diuino, sed pertinens ad sacramentum. Et in iure diuino quo ad articulos fidei, & sacramenta Papa dispensare nequit, D. Thom. in 4. sent. dist. 27. quæst. 3. art. 3. ad 2. & in quodl. 4. art. 13. & in dubio 519. est etiam text. & gl. in c. sicut. distinct. 15.
7 Vbi † non potest Papa destruere statuta concilii, quod intellige circa articulos fidei; alias posset, glos. in cap. vbi periculum, in ver. concilio, de elect. lib. 6. Ad idem tex. in c. sunt quidam: 25. q. 1. Vbi non potest Rom. Pontifex contra statuta Apostolorum, & multo magis Domini sãcire; quod intellige de dispensatione propriè sumpta, & quatenus illa statuta ius naturale, vel diuinũ referunt. Ad idem tex. in c. literas, ver. dispensare, de restit. spol. glossa in c. proposuit, ver. supra ius, de conc. præb. vbi glossa ponit casus, in quibus Papa põt, vel non potest dispensare: Non enim
8 † potest dispẽsare, ne aliquis sine baptismo, vel cõfessione saluetur, ita Felyn. in capit. 1. num. 33. de constit. Sotus d. 18. q. 1. art. 5. Imo tenere contrarium, esset hęresis, vt notat Caiet. super D. Thom. lib. contra Gent. cap. 72. versi. aduertẽ-
9 dum. Potest † tamen dispensare dispensatione impropriè sumpta pro interpretatione: cum solus ipse possit circa articulos fidei interpretari, & sacramenta. 24. q. 1. c. quoties, extra de baptis. c. maiores. cap. per venerabilem, qui filii sint legit. & ita intelligitur dictum Canonistarum, dum dicunt, posse Papam dispẽsare cum causa in iure diuino, Abb. in
10 c. non est, extra de voto. Habet † enim potestatem declarandi ius diuinum, dispensandi vero nulla ei cõpetit facultas, nec aliqua causa id pati potest, D. Tho.

in

in quodl.4.art.13.Couar.de pact.2.par. §.9.num.4.Sed modo non est præsentis tēporis hoc disputare, suus proprius lo cus est in materia voti.

11 Tertio noto, quòd necessarium, † se cundum D.Thom.3.par.q.84.art.5. dicitur dupliciter. Primo modo absolutè; Secundo modo ex suppositione. Abso lutè quidem necessarium est ad salutem illud, sine quo nullus salutem consequi potest, sicut sacramentum baptismi, per quod aliquis in Christo renascitur, & cibus, sine quo uita humana sustentari non potest, D.Thom.3.par.q.65.art.4. Ex suppositione autē de iure diuino est necessarium sacramentum pœnitentiæ non omnibus, sed peccato mortali sub-
12 iacentibus, est † etiam tex. in c.omnis. de pœnit. & remiss.ver.omnia,quod de venialibus intelligi non potest: quia nul lus venialia omnia confiteri potest; ergo necessario decretalis illa est intelligēda, de mortalibus; quamuis etiamsi mortalia quis non haberet, tenetur tamen ad præceptum ecclesię implendum,ut se sa cerdoti repręsentet, & se ostendat absque conscientia peccati mortalis esse,& hoc ei pro confessione æstimatur,ita D. Thom. in 4. sentent.dist. 17. q.3. art.1. ad 3.q.ad 3.

13 Quarto, † cum necessitas confessionis sit eo tempore,quādo quis ad annos discretionis peruenerit, iuxta tex. in d. c.omnis. ideo videndum est, quòd annus, siue ætas discretionis, secundum Hostiens.habet tres gradus.Primus quo ad confessionem, & dicitur, quando est doli capax, glos. in d.cap. omnis, quod quidem communiter contingit in septi mo anno,no.glo. in ca.1. de delic.puer. Sed aduerte, quòd respectu cōfessionis bene obseruatur hęc opinio; sed non re spectu cōmunionis, ut notat ibi Panor. in d. cap.omnis. nume.9. & bene dicit: quia non quælibet discretio, quæ suffi ciens est ad confitendum, est sufficiens ad communicādum, sed exigitur discre tio deuota, & reuerentialis, quę terminari debet ex parentum iudicio,quòd si dubitarent, debent consulere confessorem pueri, ita Caietan. in Sum. in uer. communio. Non tamen est expectanda ętas quatuordecim annorum,ita Caiet. in Sum.3.par. q.80.ar.9. vbi ait, id puel lis ut plurimum contingere in decimo anno. Sicut etiam refert Ioseph in Flor. senten.tom.1. quæstio.secunda, de susci pien. Euchar.art.8. Imo ante decimum annū posset viuacissimus puer idoneus esse,Sotus in 4.5. dist.12.quęst.7. art.9. in fine.

14 Secundus † est quo ad uotū, vel ma trimonium impuberis, & tunc non so lum debet habere vsum rationis,qui regulariter est in septimo anno, sed etiam debet habere ętatem, quę est propè pubertatem, ut valeat uotū personale sim plex,Sylu.in ver.religio.2.quęst.15.quę quidem ętas propè pubertatem in masculo est in anno decimo cum dimidio, & in fœmina in anno nono cum dimidio,secundum glo.no.in l.1.ff.de noua. Francus in cap. si pater, nume.17. de te stam.lib.6.quamuis possit à parentibus, aut tutoribus irritari usque ad annos pubertatis,Sotus de iust.& iu.lib.7.q.3. artic.2. Quo autem ad votum solemne, de quo loquitur tex.in c.vnico,de voto, lib.6. quod fit per professionem expressam,vel tacitam factam alicui de religio nibus per sedem Apostolicam approbatis, requiritur ętas annorum 16. expletorum,sicut habetur per Conc.Triden.
15 sess.23. cap.15. Si uero † votum sit sol lemne per sacri ordinis susceptionem, tunc nullus debet ordinari ante annum 22. ad subdiaconatum, ad Diaconatum ante annum 23. ad presbyteratum ante 25.ętatis suę annum,vt habetur in Concil.Triden.sess.23.cap.12. & si promoti fuerint, sunt ipso iure suspensi, & si susceptum ordinem exercuerint, irregula ritatem contrahunt à solo Summo Pon tifice dispensandi, iuxta Pii Secundi cō stitutionem usu receptam, quę incipit, Cum ex sacrorum.ita habetur in Const. Neapol.de sacram.ord.c.19.si vero non exercuerint,possunt in foro conscientię

dispen-

diſpenſari, ſi tamen interim legitimam ætatem attigerint; quamuis quo ad religioſos poſſunt prælati circa tales diſpenſare, & hoc vigore ſuorum priuilegiorũ, & præcipuè Sixti IIII. & aliorum Romanorum Pontificum: ſi tamen prius (ut dixi) legitimam ætatem attigerint. Ita Cate. Neap. in lib. 4. cap. 11. 12. Quo
16 vero ad matrimonium † requiritur ét pubertas, cap. tuæ, de ſponſa. Tertius eſt gradus quo ad adminiſtranda bona, & tũc annus diſcretionis requiritur in anno 25. ita D. Anto. de Butr. num. 3. & Abb. num. 9. in cap. omnis, de pœnit. & remiſſ. [Multa alia poſſent notari circa gradus ætatis, ſed breuitati ſtudendo remitto me ad additiones Afflicti in proœ. conſuet. Neap. in ver. per quod. verſi. Quid importent.]
17 Quinto præmitto, † quod cũ nemo ſit particeps ſacramentorũ, niſi ſit Chriſto incorporatus, quæ quidem incorporatio fit per baptiſmum, iux. tex. in cap. veniens, ext. de presbyt. bapt. Hinc ſequitur quod ſacramentum pœnitentiæ non pertinet ad infideles. d. c. omnis, in princ. [nec iure diuino, nec humano: probatur, quia uel tenentur ea confiteri antequam baptizentur, vel poſt. Non primum, quia baptiſmus eſt ianua omniũ ſacramentorum, cap. ueniens, de presby. baptiſ. & pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium, cap. ſecundo, de pęnit. diſt. 1. & nulli ſacerdoti data eſt poteſtas iuriſdictionis ſuper infideles in foro pęnitentiali, igitur in eis antequàm baptizentur, abſolutio ſacramentalis locũ habere non poteſt. Sed nec poteſt dici ſecũdo, quòd poſt baptiſmũ teneantur confiteri peccata, quæ tempore infidelitatis commiſerunt: nam illa omnia in baptiſmo totaliter remittuntur, quo ad culpã, & pœnam, ac ſi commiſſa non eſſent, cap. tres ſunt, de pœniten. d. 1. c. non ex quo, de conſec. d. 4. Et ut ait Ambr. Baptiſmalis gratia non requirit gemitum, neque planctum, nec vllam exteriorem ſatisfactionem, nec confeſſionem, cap. ſine pœnitentia, de conſecr. d. 4. cap. aliquando, §. econtra, de pœnit. diſtin. 1. Si dicas, ad minus ſi infidelis ponit obicem tempore, quo baptizatur, peccata priora illi non remittuntur. Sed in eo permanẽt poſt baptiſmum, & ita tenebitur poſtea confiteri. Reſpon. quòd & ſi baptiſmus in caſu non remittat peccata tempore, quo ſuſcipitur, remittet tamen ea poſtea, iuxta communem ſententiam, quãdo fictio receſſerit: nam ſuperueniente contritione, gratiam baptiſmalem conſequitur, quam propter obicem malæ uoluntatis prius non fuerat conſecutus, ita tex. in cap. tunc valere, de conſe. diſt. 4. Sotus di. 18. q. 1. art. 3. Medin. C. de con
18 feſſ. q. 26. verſi. Reſpondeo. † Infideles vero in duplici ſunt differentia, nam aliqui dicuntur Saraceni, qui nec uetus, nec nouum teſtamentum recipiunt, ſed uarios Deos, ideſt dęmones adorant, & colunt, ſacrificando accenſo igne, uictimas interficiendo, & alia, quæ ponuntur per tex. in l. pen. C. de pagan. quæ omnia eis nobis degentibus interdicuntur. ut ibi. Et dicuntur Saraceni à Sara uxore Abrahæ, à qua ipſi uoluerũt nominari, priuſquam ab Agar ancilla Abrahæ, de qua eorum fuit origo, ut not. 28. q. 1. cap. caue. Alii etiam dicuntur infideles, ideſt Iudæi, qui a paganis diſtinguuntur d. 50. cap. qui uero. Iſti uetus teſtamentum ſequũtur, & ad literam legem Moſaycã obſeruant. unde quia ueteri teſtamento inhęrẽt, dicũtur iudaizare, quod Chriſtiani facere non debent. c. 1. §. ungitur. de ſac. unct. & tales Iudæi ſunt magis odioſi, & peiores aliis infidelibus reputantur, cap. nonne. 1. q. 1. Iſti omnes ab eccleſia alieni ſunt, & conſtitutionibus eccleſiaſticis ideo nõ arctãtur, quia ſunt extra eccleſiæ iuriſdictionem, & nihil ad nos pertinet de iis, qui foris ſunt iudicare, 1. q. 1. multi, cap. gaudemus, de
19 diuor. † Quod intellige uerum in ſacramentis, & in cenſuris eccleſiaſticis, & in pœnis ſpiritualibus, quæ animam reſpiciunt, ut depoſitio, & degradatio, iux. Abbatem in cap. quærenti, de uerb. ſign. non autem in pœnis corporalibus, & pecuniariis

cuniariis, in quibus etiam fideles ligantur, glossa notab. quæ ita declarat in c. sępè, in glos. fi. 28. q. 1. extra de rapt. cap. in archiepiscopatu. cap. post miserabilem. vide Socin. consil. 70. vol. 2. vbi inquit ligari legibus, & statutis loci, quibus habitant.] His sic stantibus respondebimus vnica conclusione ad quæstionem de necessitate confessionis sacramentalis, videlicet.

20 Omnis † vtriusq; sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, ad confessionem tenetur iure diuino, supposito peccato mortali post baptismum, sed ex præcepto iuris positiui semel in anno, etiam si in peccatũ mortale non inciderit. Hæc conclusio probatur per D. Tho. lib. 4. sent. d. 18. art. 1. in opusc. & in 3. p. q. 84. art. 5. Nam qui omne dicit, nihil excludit. Hinc dicimus, Summũ Pontificẽ teneri ad cõfessionem in omnibus illis casibus, in quibus ea iure diuino est instituta, & præcepta: [Imo grauius peccaret legem diuinam non seruãdo, quàm alii inferiores, quia quo gradus altior, eò casus grauior, de pœnit. di. 2. principium, 40. di. homo, facit tex. in c. nulli fas, 25. q. 1. vbi grauiora delicta facit sublimitas peccãtium. Et Christus legem suam specialiter suo Vicario commisit, vt eam seruaret, & per alios seruari faceret, pro cuius obseruantia sibi vsque ad sanguinis effusionem pugnandum est, vt ait decretum Vrbani Papæ. Et quamuis videbatur dicendum oppositum, quia confessio, vt sit valida, oportet, vt sacerdos super ipsum cõfitentem habeat potestatem iurisdictionis. cum ergo hanc nullus habeat super Papam, quia ipse est caput omnium, & ipsum nulli cõstat nisi Deo esse subiectum, c. aliorum, 9. q. 3. c. si Papa, dist. 40. & omnes alii ipsi subiiciũtur. ergo. Tamẽ respondeo, secũdum S. Thom. in 4. sent. d. 17. q. 3. artic. 1. c. 2. & Medin. C. de confes. q. 27. quòd nullus homo in terris habet potestatem iurisdictionis coactiuam super ipsum Papam. habet tamen absolutiuam, præsupposita eius spontanea voluntate, & submissione, qua alicui sacerdoti se submit-

21 tit. † Potest enim sibi eligere confessorem, quemcunque voluerit: nam & in cõtentiosa iurisdictione hoc receptum est. 11. q. 5. mandastis. 2. q. 7. nos si incõpetẽter. multo fortius in voluntaria potest se submittere cuilibet sacerdoti. glo. & Doct. in cap. sanè. de offic. deleg. quia quo ad hoc vnusquisq; sacerdos catholicus tenet locum Dei viuentis, & loco Dei potest absoluere pœnitentem. 11. q. 3. absit. de pœnit. d. 1. inter hæc hircum. 1. vnde in foro pęnitentiali Papa factus est minor, & confessor maior, Hostien. in sum. de pœniten. & remiss. num. 15. Tho. in 4. sent. d. 17. q. 3. capit 2. Asten. de confes. tit. 10. ar. 2. in fi.] Rursum etsi minime teneatur semel in anno cõfiteri iuxta præceptum humanæ constitutionis, in d. cap. omnis, ex vi inquam coactiua: quippe qui non cogitur confiteri, sed bene tenetur tẽpore statuto in d. decretali, ex vi ipsius canonis directiua, 25. q. 1. iustitiæ. vbi sic dicitur: Iustitiæ, ac rationis ordo suadet, vt qui à successoribus desiderat mãdata sua seruari, pdecessoris sui mandata custodiat. probatur in l. digna vox, de legi. c. iustum, d. 9.

22 Ratio † enim naturalis dictat principẽ debere seruare legem, quam ipse tulerit, cap. cum omnes, de consti. & ita intelligitur quod dicitur, principem solutum esse legibus: quia nullus in ipsum potest iudicium condemnationis ferre, si cõtra legem agat, sed quo ad vim directiuam, & ex quadã ęquitate princeps subiicitur legi propria voluntate, secundũ dictum sapientis: Patere legem, quã tu ipse tuleris. Improperantur enim à Domino, qui dicunt, & non faciunt, & qui alijs imponũt onera importabilia, & ipsi nec digito volunt mouere, Math. 23. Vnde quo ad Dei iudicium non est solutus Rom. Põtifex legibus confessionis quo ad vim directiuã, & peccat non confitendo. Felyn. in cap. 1. num. 31. de

23 constit. nisi † rationabilis subesset causa: tunc enim sicut dispensare posset in tem-

tempore cum aliqua singulari persona, ita etiam cum se ipso. Ponit exemplum Sotus dist. 18. q. 1. art. 5. Vt si eremita esset ab humano consortio longe semotus sanctitate clarus, posset dispensare Sum. Pontifex, vt non nisi in biennio, vel triennio semel confiteretur; & ratio est, quia temporis determinatio est de iure positiuo ecclesiastico. Quare aduertant animarum curam habentes, vt ijs legibus vtantur, quas subditis denunciant. Vt secundum Ambrosium actio congruat nomini, & nomen actioni, ne sit nomē inane, & crimen immane; honor sublimis, & vita decliuis. Nam teste Bernardo, monstruosa res est gradus summus, & infimus animus, sedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus ociosa, sermo multus, & fructus nullus.

24 † Est etiā Princeps solutus legibus, quia potest ex causa legem commutare, vel in ea dispensare pro loco, & tempore, ita D. Thom. 1. 2. q. 96. artic. 1. Dec. in cap. sane, lo secondo, de offic. deleg. num. 30. Couar. in cap. alma mater, par. 1. nu. 50.

25 de sent. excom. lib. 6. [Et ratio est, † quia in ijs, quæ sunt de iure positiuo, Princeps, seu Papa dicitur solutus legibus, cū ipse sit supra ius, cap. proposuit, de pręb. facit tex. in §. fin. Institu. de iure natur. Hinc glos. in l. relegati. ff. de pęn. inquit quòd in Principe est pro ratione voluntas, vnde potest non solum legem commutare, vel in ea dispensare; sed etiā corrigere, quamuis non conueniat, vt illud de facili faciat, & sine causa, cùm variatio maximè in personis ecclesiasticis reprobetur, clem. 1. de renunt. Inde fit, ꝙ derogando iuri positiuo sine causā peccat, vt Abbas dicit in cap. quæ in ecclesiarum, de constit. & idem in c. de multa, de pręb. Hinc est, quòd Papa sæpenumero vtitur excusatione, & timet ne reprehendatur, cap. non debet, de consan. & affinit. c. nihil, de author. & vsu pall. Et quando vult reuocare cōstitutionem sui prędecessoris, semper allegat causam; quia licet reuocatio sine causa valeat, tamen peccaret, glos. fin. in capit. senten-

26 tiā. 35. q. 9. † Sed iuri naturali Princeps subiicitur. Hinc ex cōtractu inito cum subdito obligatur, capit. 1. de probat. vbi Abb. post Anto. de Butr. Bald. in l. pen. C. de donat. int. vir. & vxor. & ratio est, quia obligatio, qua Princeps astringitur, est de iure naturali, quę immutabilis est, & à Principe tolli non potest. §. sed naturalia, Inst. de iure natur. Quod adeò procedit, vt nec de plenitudine potestatis possit Princeps contrauenire, secūdum Paul. de Cast. in l. digna vox, de legi. alias sequeretur, quòd nullus inueniretur qui contrahere vellet cum Principe, & sic hominum priuaretur consortio, quod esset valde graue. l. hi qui. C. de apost. Romanus consil. 352. Deci. in c. 1. num. 22. de pactis.]

Secundo infertur, quòd etiā herma-
27 phroditus † tenetur confiteri, qui non est masculus, neque fœmina, tex. in d. capit. omnis. Do. Anto. de Butr. ibi: nam & si communiter in materia pœnali, ut est hæc, (quia transgrediens hoc præceptum viuens arceri debet ab ecclesiæ ingressu, & moriens priuari ecclesiastica sepultura) non comprehendātur sub simplicib. mixta, ut no. in l. 2. & ibi Bar. ff. de ver. oblig. tamen hoc fallit cum odium pœnę sit rationabile, instigans ad finem animæ, ut est ibi in d. cap. omnis. nam per confessionem fit reconciliatio cum Deo, quam interdum in uiris pijs, & cum deuotione hoc sacramētum sumentibus conscientiæ pax, ac serenitas cum uehementi spiritus consolatione consequi solet, ut habetur per Concil. Trid. sess. 14. cap. 3. igitur quia fauorabilis est omnino animæ finis, est præferendus cuique corporali pœnę, cap. cum infirmitas, extra de pœn. & remiss. ita D. Anto. de But. in d. cap. omnis, num. 19. hinc Abbas singulariter notat in cap. ex tenore, qui filii sint legi. nu. 6. & inquit, non tradas obliuioni, quòd constitutio
28 † pœnalis, etsi debeat restringi. c. odia, de regu. iur. lib. 6. tamen, quando per illam euitātur animarum pericula, debet extendi, & largo modo interpretari, in

simili

simili no.gl.in c.sciant cuncti, de elect. lib.6. in verbo alios.

Tertio infertur, quòd omnis, qui est in ętate discreta,tenetur ad confessioné. [siue pauper, vel diues, laicus, vel mulier, nobilis, vel ignobilis, iuuenis, vel senex, in dignitate constitutus, vel pri-
29 uatus.] Discretionem † autem videtur habere puer ille, qui inter bonũ, & malum discernit: scit enim malum esse,innocentem interficere, aliena inuadere: bonum verò esse esurienti panem porrigere, ecclesiam adire,ita Nauar.ca.21. in Manua.num.33.& hoc communiter videtur esse in anno 7.vt no.glo. in c.1. de delict.puer. quia etiam & ante posset peccare,vt recte notat Sylu.in ver. confessio.2.q.5. & in verbo religio. 2. q.5. vt legitur de puero illo quinque annorum blasphemãte,sicut habetur in Spec. exempl.distin.1.cap.55. Verum quo ad censuras,neminem cogit ecclesia ad cõfitendum,nisi habeat annum 12.vel 14. Sotus distinct.18. quæst.1.artic.3. in fi. [Quę licet nouerit ante etiam posse peccare,vt d.cap.1.de delict.puer. decernitur. nam à septem annis vbi desit infantia, & incipit pueritia peccare possunt, quamuis illis peccata carnalia non attribuantur, nisi ab annis 14. etsi hæc ætas quandoque anticipet,cap.puberes, c. de illis,cap à nobis,de despon. impu. Vnde recitat glos.ex dialogo Greg. in sum.20. q.1. de quodam impręgnante suam matrem in nono anno. Abb. in c.1. de delict.puer. Et de Salomone inquit Bal.in cap.ex transmissa,col.2.de transl. præla. quòd habuit filium in 11. anno. tamen ecclesia suis præceptis, & censuris non vult ante 12.vel 14.cogere,sed relinquit
30 eos sub diuino iure. Et nota† quòd hęc ætas eadem discretionis,quæ requiritur in cõfessione,requiritur etiam in Sacramento confirmationis, & extremæ vnctionis: Nam confirmationem habet in vsu ecclesia, vt nõ illa exhibeatur, antequã puer aliqua rationis luce fungatur: Non tamen opus est expectare ætatem 12. annorum, vt dicebat glos. in cap. ut ieiunii.de consec.dist.5. sed satis est, vt annum septimum attingat: nam sat est, vt id intelligant pueri,quod in illis fit,cuius postea sint memores. Haud tamen negligentia censenda est, si vsque ad 12. vel 14.annum res differatur. Est tamen culpabilis negligentia sacramentum hoc vltra illam ætatem procrastinare: Ordo enim legitimus est, ne Eucharistia ante confirmationem recipiatur. Sed post baptismum debet sequi confirmatio,deinde Eucharistia.Pęnitẽtia vero necessaria est propter peccatum. Si tamen pueris statim baptizatis daretur cõfirmatio,verum esset Sacramẽtum. Imo ante vsum rationis illud dãdum est, si statim essent morituri; quia licet non prosint ad pugnam,iux.tex.in cap.2. de conse. dist.5. prosunt tamen ad augmentum gloriæ, Sotus in 4.sent.dist.12.q.1. art. 10. Ex-
31 trema † quoque vnctio non est danda pueris non habentibus vsum rationis; quia non indigent remedio contra peccata, cum nondum peccauerint, neque contra tentationes, quas tempore mortis nõ patiuntur, bene tamen erit administranda pueris,qui annos discretionis attigerunt, quamuis nõ sint eucharistiæ capaces,vt inquit Ioseph in Flor.Theol. de extr.vnct.art.4.ibi pueri.]

32 Quarto,quisquis fidelis † est,tenetur confiteri: quia iuxta dictum Apost. de his, qui foris sunt,nihil ad nos.Qui autem suscipit sacramenta,fidelis pręsumitur,Do.Ant. de But.in d. c. omnis.

SVMMARIVM.

1 *Confessionis sacramentalis descriptio.*
2 *Confessio per interpretem, an fieri possit.*
3 *Confessio inter catera requisita debet esse festina.*
4 *Confessionis, & communionis praceptum ex diuino, temporis determinatio est ex humano iure.*
5 *Confessio anni tempus habet. Communio arctata in Paschate.*
6 *Confitendi mos in Quadragesima fructuosus, & salutaris.*

Cu-

7 *Curati eos, qui in Quadragesimis confessi, vel non fuerint, prælatis in matriculis cur tradere debeant.*
8 *Meretrices præceptum confessionis, vel cōmunionis in Quadragesimis nō adimplentes, cur excommunicationes synodales non comprehendant.*
9 *Iudex videns, aut suspicans excommunicationem non medicinalem, ab illa desistere, vel illam tollere etiam durante contumacia potest.*
10 *Confessionis tempus semel in anno est subsidiarium.*
11 *Confessio alia in voto, alia in re, & quando teneamur ad confessionem in voto.*
12 *Contritionis maior necessitas, quàm confessionis.*
13 *Baptismus quare in adulto differatur.*
14 *Religiosi præter vota, & confessionem, & communionem non obligantur nisi ad ea, ad quæ cæteri homines.*
15 *Religiosi simplices, quoties quaque parte anni celebrare ex officio saltem debeāt.*
16 *Monachis nigris ex regula diui Benedicti indicta est confessio semel in hebdomada, & quare, & an sub peccato, nu. 17. & 22.*
18 *Peccatum ad constituendum, duo requiruntur, & quæ.*
19 *Pœnæ graues quæ; & comestio panis, & aquæ non est grauis.*
20 *Pœnam tripliciter considerari, secundum Caietan.*
21 *Clausula, ipso facto, non excludit sententiam declaratoriam.*

De confessionis definitione, & quādo ad eam quis teneatur. Cap. IX.

Confessio sacramentalis variè à variis describitur, sed communiter sic describi solet. Cō-
1 fessio † sacramentalis est secreta delinquētis accusatio suorum cōmissorum delictorum, coram sacerdote iurisdictionem in eum habēte, spe veniæ consequendæ: & dicitur cōfessio sacramentalis ea, quæ fit in foro animæ secreto: & dicitur secreta ad excludendā confessionem generalem, quæ fit in publico. Hæc enim non est sacramentalis, licet in ea sic cōfitens consequi possit remissionem venialium peccatorum. Dicitur accusatio, cōtra excusantes, vel laudantes se exemplo pharisei. Dicitur suorum peccatorum: quia nō debet esse accusatio alienorum. Dicitur coram sacerdote: quia non per nuncium, vel epistolam, sed in præsentia sacerdotis fieri de-
2 bet. Per interpretem † autē potest quis confiteri, quando habuerit confessorem ignorantem linguam suam. Dicitur iurisdictionem in eum habēte: quia oportet confiteri sacerdoti, & non nisi proprio: qui duplex est; vel ex iurisdictione ordinaria, vt parochialis sacerdos, Episcopus, vel Papa; vel ex iurisdictione delegata ab aliquo istorum trium. Dicitur spe veniæ: quia si alio fine fit veluti ad consultandū, vel ad leuitatē, aut lasciuiā, non est illa confessio, nec illud peccatum dictum est in confessione, vt inquit Sylu. in ver. confessio. 1. num. 1. quia si fit causa consilii, dicitur consultatio: At si ex lasciuia, uel leuitate, est dissolutio: si uero ad aliquem malum finem, dicitur malignatio. Hæc autem confessio; quo tempore sit necessaria, sciendum est pro intelligentia huius quæst. primum, quòd
3 inter † cætera ad confessionem requisita, requiritur ut sit festina. Vnde Eccl. 5. habetur: Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim uenit ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te, & hoc propter horæ mortis incertitudinem. Vnde ei, qui multa congregauerat, & diuitem se cēsebat, dictum est, Stulte hac nocte repetent animam a te: quæ ergo congregasti, cuius erunt? Tum etiam propter peccatorum accumulationem: Quare Gregor. Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, suo pondere ad aliud trahit. Tum propter finalem periculosam conuersionem. Vix enim, aut nūquam potest homo in ægritudine cōteri, quin

nec

nec de peccatis cogitare: sufficit enim diei malitia sua ex infirmitate prouenien s,ideo cum ægritudine opprimeris, vix aliud cogitare potes quàm sentis, & illic rapitur intentio mentis, vbi est vis doloris. Vnde Aug. in c. fi. de pęnit. dis. 7. Morbus vrget, pęna terret: Filij, quos illicitè dilexit, vxor, & mundus ad eum se vocet. Tum propter Dei obliuionem, & clamoris non exauditionem. Vnde Aug. Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei: & in Prou. 20. dicitur: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, idest, Christi denudati pendentis in cruce, & clamantis, pęnitentiam agite, clamabit scilicet, tempore infirmitatis, & in die iudicij, & non exaudietur.] tamen in c. omnis, extra de pęnit. & remiss. vbi ab In-
4 noc. ponitur quòd confiteri † quis non tenetur, nisi semel in anno: ibi in illa decretali non est nisi determinatio temporis, & interpretatio diuini pręcepti; nam cum in euangelio nō sit determinatum expressum tempus confessionis, illa determinatio est commissa ecclesiæ. Igitur præceptum confessionis est de iure diuino, sed determinatio temporis est de iure humano; sic sacramentum Eucharistiæ est de iure diuino, Nisi manducaueritis, &c. sed tempus communicandi semel in paschate est de iure humano; sic Sabbata sanctifices, est de iure diuino, sed colere festum sanctorum Petri, & Pauli, est de iure humano, Sotus in 4. sent. dist. 17. q. 1. art. 1. in 4. concl.

Rursum notandum est, quòd etsi Innocentius III. in d. c. omnis, limitasse
5 videatur pręceptum † communionis ad paschale tempus, non tamen præceptum confessionis ad id tempus restrinxit, sed tantum confiteri semel in anno. Quo circa quocunque die totius anni homo confiteatur, præceptum implet; unde qui confitetur mense Iunij, vsque ad alterum annum eodem die amplius non tenetur cōfiteri: modo tempore sumendæ Eucharistiæ, si quod mortale crimen commiserit post confessionem, illud cōfiteatur. Sed præceptum communionis omnino adimpleri debet tēpore paschatis, quod intelligitur a dominica palmarum vsque ad octauam dominicæ resurrectionis, nisi iustam ob causam, & de consilio sacerdotis id in aliud tempus differre oportuerit, vt habetur in syno. Neap. capit. 15. de sacramento Eucharistiæ. Igitur duo præcepta separatim continentur in capitu. omnis. præceptum de semel in anno confitendo, ad nullum certum tempus restrictum: præceptum communionis ad tempus certum limitatum. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 1. num. 7. de sent. excommu. lib. 6.
6 Quamuis † iam in vniuersa ecclesia cū ingenti animarum fructu obseruatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadragesimæ: quem morem sancta syno. Trident. sess. 14. c. 5. in fi. maximè probat, & amplectitur tanquàm pium, & meritò
7 retinendum. [† Vnde & curatis imponitur necessitas tradendi pręlatis in matriculis eorum eos, qui in quadragesimis vniuscuiusque anni fuerint, aut nō fuerint confessi, quos prælati scientes in suis dięcesibus non esse confessos illo anno, eos non solum pœna pecuniaria puniunt, sed etiam excommunicatione feriunt, vt inquit Ioan. Medi. C. de confess. quæst. 14. de confess. semel in anno
8 agen. † Sed an tales excōmunicationes synodales comprehendant meretrices, quæ nec præceptum confessionis, nec communionis adimpleuerunt. Respondit Alfonsus, vir quidem peritissimus, atque expertissimus in confessionibus, in suo candelabro aureo de confess. nu. 60. has non concludi: tum, quia nunquā publicantur pro excommunicatis, nec ab earum participatione aliqui fugiunt: tum, quia nō sunt dignæ laqueis legum, text. in l. quæ adulterium. C. de adult. tum etiam; & alia ratione corroborari potest, quia cum excommunicatio capiat vim ex intentione excommunicantis, & illa debet esse medicinalis, iuxta

tex.

tex.in cap.1.de senten.excommu.lib.6.
9 † quare quando iudex aduertit, uel probabiliter suspicatur excommunicationem non esse medicinalem, sed mortem animę afferre, debet ab illa desistere, ut uoluit Host.in capit. Romana, de sent. excommun. lib. 6. Quinimo, si prælatus sentétiam excommunicationis prolatam uidet non proficere, sed afficere, discrete eam tollere potest etiam durante contumacia. ex quo uidet illius saluti non sic expedire, ad hoc 23. quæst. 5. prodest, & notat Francusin c.1. de sent. excommu.lib.6. quare cum uidet prælatus meretrices, ut plurimum hoc præceptum confessionis, & cómunionis non adimplere, imo per plures annos illud frangere, uidetur non habuisse intentionem illas includendi.] Præterea præmittendum est, quòd licet laudabile sit, ut qui sępius cadit, sæpius confiteatur, cap. septięs, & cap.seq. de pœnit. distin.3. & periculosum sit confessionem differre,
10 † quare Fabianus Papa, de consecra.distin.2. c. & si non frequentius, instituit saltem confessionem ter in anno; si tamen illam non facit, arbitrata est synodus Lateran. non peccare: & illam debere saltem facere semel in anno; & sic, ut notat D.Anto. de But. ibi illud tempus appositum à d. c.est subsidiarium. Nouissimè sciendum est, duplicem esse có-
11 fessionem.† Alia est in uoto, id est, proposito confitendi, & alia in re, id est, actualis, quam actualem potest quis ex præcepto ecclesiæ usque ad annum per se loquendo differre, licet per accidens illicitum sit, ut per D.Tho.quodl.1.art. 11.quod tamen quando sit, infra patebit. His sic stantibus quo tempore quis confiteri teneatur ita respondetur, & primo circa uotum confitendi.

Cum uotum, & propositum confitendi sit annexum contritioni, tunc aliquis tenetur ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur; ad contritionem uerò tenetur semel in anno, id est, quando est præscriptum tempus confessionis, nisi in articulo mortis naturalis, uel uiolentæ aut administrandi, uel suscipiendi sacramentum aliquod, secũdum omnes, Syluest.in uer.confessio. 1. q.2.uers.primus. Sotus distinct. 18.q.1. art.4. uersi. ergo quarta conclusio. Nauar.c.1.num.31.sed circa confessionem actualem, non cum homo primum peccat, confiteri tenetur, nisi semel in anno, ita tex. in c. omnis, de pœnit. & remiss. D.Thom. distin.17.q.3. art.1.q.4. Probatur hæc conclusio, primo quia ma
12 ior † est necessitas contritionis, quàm confessionis, magisque periculum ex eius negligentia imminet: Nam sine cófessione dum non est copia, potest quis per solam contritionem saluari, & tamen confessio sine cõtritione uera, uel æstimata nihil prodest: ad contritionem autem nemo tenetur, nisi quãdo est præscriptum tempus confessionis, id est, semel in anno; nisi singularis necessitas urgeat: ergo multò magis hoc procedit
13 in cófessione. Baptismus præterea † maioris est necessitatis, quàm hoc sacramẽtum, & tamen non tenetur homo statim baptizari, si adultus est, sed differre eum oportet, tum ad ecclesiæ cautelam: nam ut Ioan. 14. legitur, non est omni spiritui credendum: tum ut instruatur de fide, quam professus est: tum etiam differre pertinet ad reuerentiam sacramenti, ut statutis temporibus, nempe Paschatis, & Pentecostes, deuotius, & reuerentius sacramentum suscipiatur, Sotus in 4. sent.distin.5.q.uni.art.3.secunda conclusio. Quæ conclusio, ut nullus ad confessionem teneatur, nisi se-
14 mel in anno, ampliatur etiam in † sacerdote, aut religioso, contra D. Bonauen. distin.17.q.2.art.2.qui asserebat religiosos statim teneri ad confitendum: quia totum tempus eis debet esse pęnitentię: sed hoc nihil est.non enim tenentur religiosi ad alia, quàm alii homines, nisi ad ea, ad quæ se uoto obligauerunt, sic D. Tho.in 4.sent.d.17.q.3.art.1.ad 4.Sylu. in uerbo confessio.1.q.2.& hoc intellige stando iuri diuino, uel communi ecclesiastico. Nam Clemés V. particulari

iure astrinxit monachos saltem ad confitendum singulis mensibus tam in monasterio, quàm extra, vt habetur in clem. ne in agro. §. sane, de statu monac. quæ quidem clem. extenditur etiam ad alios religiosos, atque moniales, ita Zab. in d. clem. q. 2. & in §. sane. q. 3. cuius ratio est, quia tenentur religiosi propter religionis perfectionem aliquid ad pensum sanctæ institutionis adijcere, c. denique. dist. 4. glo. in d. §. sane. Quinimo tenentur religiosi non solum saltem semel in mense confiteri, sed etiam communicare, d. §. sane. Conc. Trident, sess. 25. c. 10.
15 de regular. Nauar. c. 21. num. 59. † Non tamen tenentur celebrare, sed satisfaciunt (modo nullam habeant curam, & nec ex obedientia ad id teneantur) si celebrent saltem ter, aut quater in anno in diebus, in quibus laici communiter con sueuerunt, vt per D. Thom. 3. par. q. 82. art. 10. qui quidem dies secundum Sotum, dist. 13. q. 1. art. 10. intelliguntur de festo Natiuitatis, Paschatis, & Pentecostes. cap. & si non frequentius, de consecrat. distin. 2. etiam si non habeant curam animarum. Nam tunc tam crebrò debent celebrare, vt muneri suo satisfaciant. sed de hoc infra in tertio præcepto decalogi, cap. 6. Imo cum teneantur
16 † monachi nigri suis particularibus cõstitutionibus confiteri semel in hebdomada, vt habetur in declaratorio regulæ sanctissimi Patris nostri Benedicti, cap. 46. Vbi dicitur quod contrafacientes comedant in terra in pane, & aqua, dicentes suam culpam in capitulo; videntur etiam teneri ipsi religiosi sacerdotes singulis saltem diebus dominicis communicare: tum quia tenentur aliquid præter alios seculares sacerdotes ad pensum adijcere, glo. in d. §. sane. tum etiam authoritate Concilij Trid. sess. 23. capit. 14. Nam si ibi iubet episcopis, vt curent suos sacerdotes celebrare saltem diebus dominicis, ergo multò magis præciperet prælatis regularibus; Animaduertãt igitur prælati subditorum negligentias. patet etiam quia tempore sanctissimi Patris nostri Benedicti hoc seruabatur, fiebat enim communio, & per consequẽs confessio singulis dominicis. Quapropter summopere laudarem, si communio fieret singulis dominicis diebus, & solemnibus, cum altari monachi ministrauerint, iuxta Conc. Trid. sess. 23. cap. 13. Sed dubia restant explicanda; & pri-
17 mum, An † teneantur nostri monachi confiteri singulis hebdomadis sub peccato mortali. Preterea, an contrafacientes teneantur pœnas impositas, & taxatas ab ipsis patribus sponte subire. Rursum, an teneantur sub peccato mortali confiteri de venialibus. Circa primum breuiter dicimus, quòd non: nam quam uis religiosi suis particularibus statutis authoritate Papæ confirmatis ad singulares ceremonias possint obligari etiam sub mortali, vt inquit Sot. distin. 18. q. 1. art. 3. ver. de monachis, tamen cum duo
18 † requiruntur ad constituendum peccatum mortale, pœna grauis, & verba preceptiua, vt inquit Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 5. num. 3. & 4. & colligitur ex verbis Silu. in verbo, præceptum, circa fin. cum neutrum horum sit in præsenti questione; ergo non erit peccatum mortale. Non primum: quia comestio
19 panis, † & aquæ non numeratur inter penas graues: illæ enim sunt, pena mortis, vel mutilationis, vel amissionis omnium bonorum, verberum, vel carceris. Sylu. in ver. præceptum, & in ver. religio. 7. quæst. 14. item sub virtutæ sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicii, sub pœna excommunicationis, sicut late examinabimus infra in 1. præcepto decal. de hæret. c. 3. & in 4. præcep. c. 4. Nec etiam secundum adest, cum verba, quibus præcipitur confessio, non sint præceptiua, sed communia, vt est hoc verbum statuo, Panorm. in c. nam concupiscentiam, de constit. Circa secundum, Caiet. 2. 2. quæst. 186. art. 1. inquit
20 † quòd tripliciter pena considerari potest. Quandoque non taxata, sed taxanda, ac imponenda à prælato, & ad talem non obligantur contrauenientes, nisi

realiter

realiter imponatur. Quandoque verò pœna est taxata, sed imponenda à prælato, & ad huiusmodi etiam non tenētur, nisi imposita sit. Quandoque verò pœna taxata inuenitur, & imposita, verbi gratia, qui semel non confessus fuerit in hebdomada, comedat in pane, & aqua, vel qui fregerit silentium, luat eandem pęnam, & tunc vult Caiet. quòd ad huiusmodi pœnitentias teneantur contrauenientes, etiam si nullus prælatus imponat. Sed salua pace tanti viri, contrarium videtur verius, vt inquit Sylu. in ver. hæresis. 1. q. 8. ver. & hæc valent.
21 † Vbi asserit, quòd etiam si imponatur clausula, ipso facto: tamē requiritur sententia declaratoria, per quam declaretur fuisse commissum id, propter quod veniebat imponenda illa pœna, alias pœna illa effectum, & executionem non habet, ita Alexan. in l. si quis maior. C. de transac. per tex. in c. cum secundum, de hæret. lib. 6. c. 1. de homic. lib. 6. vbi Francus, num. 6. & c. felicis. §. nullus. de pœ-
22 nis, eod. lib. † igitur cum in casu nostro ordinationes nostræ velint, quòd dicat suam culpam in capitulo, colligitur etiā dictam pœnam esse taxatam, sed imponendam, & per consequens ad illam nō obligari nisi imponatur. Restat modo tertium dubium, propter quod explicandum constituamus aliud capitulum.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi neque etiam laici, quibus rationibus venialia confiteri non teneantur, amplia. 5. modis, num. 4. 5. 6.*
2 *Canonem communem non mutat, sed tempus abbreuiat. §. sane, de sta. mona.*
3 *Ecclesia sicut sacramentum instituere nequit, ita nec formam, nec materiam mutare.*
5 *Venialibus tantum obnoxius, an in pascha te Eucharistiam absque prauia confessione petere possit.*
6 *Mentiendo in venialibus, an & quādo peccetur, & num. seq.*
8 *Religiosus venialia confiteri singulis mensibus minimè tenetur, sed sacerdoti se præsentare.*
9 *Confessio venialium multa bona parit.*
10 *Venialia confitendi casus necessarius qui.*
11 *Confiteri quomodo debeat dubitans, an veniale sit, an mortale.*
12 *Confiteri mortalia quæ non fecit, an alicui liceat.*
13 *Sacerdotes & alii in generali confessione omnia peccata se commisisse, confitentes, cum aliqua sint quæ non fecerint, an mentiantur.*

Religiosi, an teneantur confiteri venialia. Cap. X.

COmmunis est opinio, quòd
1 religiosi† non tenentur confiteri venialia, secundum glo. in c. omnis, de pœnit. & remiss. tum quia sacramentum pœnitentiæ est secunda tabula post naufragium, de pœnit. distin. prima, c. 2. peccatum veniale non est naufragium: nō enim frangit innocentiæ nauim, & per consequēs non separat à Deo. ergo ad illa fideles non tenentur. Rursum per d. c. omnis, non obligantur nisi illi, qui habent peccata mortalia, quod patet ex hoc, quia dicit quod confiteantur omnia peccata, quod de venialibus intelligi non potest: quia nullus omnia confiteri potest. D. Thom. in 4. sent. dist. 17. q. 3. ad tertiam quæst. versi. ad 3. Præterea patet ex pœna subiuncta, quæ est ingressu ecclesiæ, & morientes ecclesiastica sepultura arcere: esset enim implicatissimum vinculum explorandi omnia venialia, idque sub tam acri censura. Item, cum ecclesia instituerit multa alia ad id remedia, vt aquā lustralem, episcopi benedictionem &c. indicium est quod neminem voluerit ad venialium confessionē constringi. Præterea neque obligantur particulari iuri ipsius clementinæ. Nam de-
2 cretum † illud §. sane, de statu monac. nullatenus communem canonem mutat, sed solum tempus abbreuiat, vt quo

modo omnes teneantur fidéles singulis annis confiteri, si habent peccata mortalia, ita monachi teneātur singulis mensibus. Ita interpretatur tex. illum Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 3. sic etiam tenet Sylu. in ver. confessio. 1. q. 13. Nauar. in manuali. c. 21. num. 34. In summa, determinatio est Augustini in cap. de quotidianis, de pœnit. distin. 3. quod pro venialibus sufficit quotidiana oratio fidelium. Concluditur ergo ex his nullatenus personas laicas, siue ecclesiasticas teneri ad confitendum venialia.

3 [Et ratio est, † quia ecclesia sicut sacramentum instituere nō potest, ita neque formam, neque materiam mutare: cum potestatem excellentiæ, per quam Christus sacramenta instituit, licet communicare potuerit, tamen neque Apostolis, neque vlli creaturæ communicauit, sed administrationem eorum illis commisit, iux. verbum Apost. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores, id est, ministratores mysteriorum Dei. ita Sotus in 4. sent. distin. 18. q. 1. art. 1. peccata autem mortalia sunt necessaria materia huius sacramenti, dicente Hieronymo, pœnitentiam esse secūdam tabulam post naufragium. quod de veniali dici nō potest, quia non separat à Deo, non frangit innocentiæ nauim, & ideo non est naufragium. ergo cum de iure diuino venialia non sint necessaria materia, non potest ecclesia, vel Papa eadem facere necessariam: quia hoc esset mutare sacramentum pœnitentiæ, de venialibus faciendo materiam pœnitentiæ necessariam, sic Petr. de Palu. quem sequitur Sylu. in ver. confessio. 1. q. 13. Sotus in 4. distin. 18. q. 1. artic. 4. versi. pari ratione. qui inquit quòd quamuis suis particularibus statutis authoritate Summi Pōtificis cōfirmatis religiosi ad confessiones plures teneantur, arbitratur tamen illos ad frequentiores mortaliū confessiones obligari etiam sub mortali, secus de venialibus.]

4 Quæ conclusio † ampliatur primo, [quòd nec vigore statuti, quod esset in aliqua religione confiteri: v. g. bis in mense, tenentur in fine quindecim dierum confiteri venialia in genere, vt voluit Host. in sum. de pœnit. & remiss. num. 8. Supplem. in ver. confessio. 2. versi. vtrum homo. Syluest. in ver. confessio. 4. q. 13. dicendo. Nos quidem immunes à peccato mortali secundum nostram conscientiā confitemur in multis aliis deliquisse, & petere absolutionē, sicut & de laicis inquit Sylu. tenet communis schola Doctorum. Scilicet, ut in fine anni, si nullius sint conscii peccati mortalis, confiteantur in genere uenialia: quia si hoc uerum esset, quòd deberent saltem confiteri uenialia, esset efficax argumentum, quòd illa nō esset cōfessio, quæ est pars sacramenti: quia cōfessio est actus iudicialis: iudicium uerò debet fieri in particulari. de illo autem qui dicit se peccatorem in genere, nullum potest fieri iudicium, ergo. ita tenet Astens. de obiecto confess. tit. 12. uersi. utrum teneatur, in fi. Sotus in 4. sent. d. 18. quęst. 1. art. 3. ibi, secunda conclusio.

5 † Sed an, qui solis uenialibus est obnoxius, possit sine confessione sacramentum Eucharistiæ suscipere, & à suo prælato tempore Paschatis nulla præuia cōfessione petere. inquit Sotus, quòd sic, nisi alia legitima uia constet prauum esse hominem. Ego autem dicerem, quòd tenetur obedire præcepto ecclesiæ, & se præsentare sacerdoti, atque ostendere se immunem à peccato mortali, ut ad communionem admitti possit, ut nos infra, & Syluest. qui supra, quæst. 13. Secundo ampliatur in peccatis uenialibus, qui per Hostien. supra designantur per ligna. hoc est in peccatis uenialibus maioribus, quæ nimis sunt inueterata, & in consuetudinem iam deducta. quæ ex ipsa frequentatione mortalia reputantur, ut uidetur tex. in capit. tres sunt actiones, in fi. de pœnit. distinct. 1. & Aug. in c. unum. dist. 25. ubi nullum peccatū est adeo ueniale, quin non fiat mortale. nam resp. secundum ueriorem opinionem, quòd cum frequētatio uenialium

lium non faciat peccatum mortale, sed disponat ad illud, non dispositione necessitatis, sed pronitatis, & ita propriè intelligitur tex. in d. c. tres sunt. ideo dico, quod non sit necessarium confiteri venialia, quamuis illa cōfiteri tutius sit.] Tertiò ampliatur; etiam si peccata venialia mixta essent mortalibus, iuxta glossam receptam in c. omnis, extra de pœnit. & remiss. Potest tñ vel illa tacere, vel quædā confiteri, & quędam tacere. Quartò ampliatur etiam si sacerdos interroget venialia: nam cum non teneatur respondere, si mentiatur, tñ non peccat mortaliter, & per consequēs illa confiteri non tenetur. ita Sotus de ratione tegen. mēbro.2.q.7. siue proposuisset illa confiteri, siue non. Nau.c.21.nu.37. quicquid dicat Caiet.2.2.q.69. art.1. vbi dicebat,
6 quod quando quis venialia † facit materiā confessionis, quod est, quādo homo proponit illa confiteri, tunc mentiendo peccat mortaliter; siue neget se non fecisse, quod fecit; siue affirmet se fecisse, quod non fecit, quod id etiā in summa in verbo, confessio, concl.4. explicauit. Nam respondetur, quòd non facit illam materiam grauem, & necessariam, sed leuem, & spontaneam, tum etiam, quia cum homo negat veniale, quod fecit, iam subtrahit illud, ne sit materia confessionis, Sotus in 4. sent. dist.18.q.2. art.4 versi. quare nunc. Quintò ampliatur, & si pęnitens affirmet se fecisse, quod non fecit: nam cum non grauiter decipiat sacerdotem, vt iudicium valde diuersum de pœnitente concipiat: sequitur illum peccare venialiter: cum regulariter modicum excuset à mortali; ita Sotus, qui
7 supra: quod quidem † intelligo verum, quando quis in confessione venialia falsa cum veris misceret: quia si confiteretur peccata solummodo venialia falsa, secus esset: non quidem ea ratione, quia est mendacium, sed quia irreuerentiam sacramento facit, arg. tex. in cap. ostenditur. de consecr. dist.4. non subiiciendo materiam ad illud exercitium sufficientem, qualis non est peccatum falsum, sed peccatum verum, sic Nauar. capit. 21.
8 num.37. Concludendum est igitur † religiosum non habentem mortalia non teneri sub peccato singulis mensibus ad confitendum venialia, sed bene tenetur ad præceptum ecclesiæ obseruandum, vt se sacerdoti repręsentet, seque ostendat absque peccati mortalis macula, & illud pro confessione ei æstimabitur, D. Tho. d.17.q.3.art.1.ad 3.q. Vtile tamen esset carenti mortalibus sępe venialia confiteri, & præcipuè si essent inueterata, & in consuetudinem redacta; ad hoc, de pœnit. dist.1. cap. tres sunt autem. hinc dicitur, vitasti grandia, caue ne obruaris arena. nec interest, an nauis vno conflictu cooperiatur aqua, an paulatim ea subintrante submergatur. Nam (vt dicit Augustinus) quod facit fluctus irruens, hoc facit sentina neglecta. Rur-
9 sum † per confessionem illorum augetur gratia, pœna purgatorij minuitur, propositum nō peccandi mortaliter renouatur, & habitus minuitur peccandi mortaliter, ita Sylu. in ver. confessio. 1. q.13. Nauar. c.21. num.34. Sotus in 4. sent. d.18.q.2. art.3. hinc est (inquit ibi Sotus) quod viri religiosi videntes, quàm sit salutare confiteri venialia, hæc sunt quæ quotidie confiteri solent.
10 Est tamen † casus præter illū, de quo supra, quando quis confitetur solummodo venialia falsa, vbi illa non confiteri es-
11 set peccatū mortale, videlicet † quando dubitatur à pœnitente, an venialia sint, an mortalia, & dubietas deponi non posset, arg. tex. in c. si quis, de pœnit. distin. 7. facit tex. in c. per tuas. el secondo, de simo. [& tunc debet confiteri illud, sicut iacet in conscientia, & iudicio sacerdotis relinquat, vtrum sit mortale, vel veniale; sicut enim dubitat, ita dubitando, confiteri debet. Debet tamen conteri, & pœnitentiam sustinere, ac si esset mortale, & tunc mens assecuratur, & nullo modo veritati præiudicat. Bonauent. in 4. sent. dist.17. par.3. q.2. artic.1. Quod autem Greg. dicit in cap. ad eius. dist.5. Bonarum mentium est ibi agno-

scere culpam, vbi culpa non est. intelligitur secundum D. Tho.4. dist.21. q.2. art.3. cap. 1. quo ad substantiam actus: Non enim ad bonam pertinet mentem, sed ad errãtem, ut actum aliquem se cõmisisse cognoscat, quem non commisit, non autem quo ad qualitatem, & conditionem actus, quia verum est, quod dicit Greg. nam iustus in actu, qui de se bonus videtur, timet ne defectus aliquis fuerit ex parte sua, idest, non sit cõmaculatus superbia, aut vanagloria; vnde Ioan. 9. verebar omnia opera mea. Sum.confess.titu.de confess.q.79. Supplementum in ver. confessio. 1. §. 8.

12 Sed † an quis licite possit confiteri peccata mortalia, quæ non fecit. Resp. peccata, quæ non fecit secundum rem, fecit tamen secundum suam voluntatem tenetur confiteri, facit tex. in cap. si cui, & seq. de pœnit. dist. 1. Quæ vero neutro modo fecit, non tenetur: quia secũdum Aug. Qui humilitatis causa mentitur, mentiendo efficitur quod uitarat. scilicet peccator. c. cum humilitatis. 22. q. 2.

13 † Sed obiicitur de sacerdotibus, qui in confessione generali omnia peccata confitentur se commisisse, & tamen sunt aliqua, quæ non commiserunt. Respondet glo. in d.cap. cum humilitatis, cum qua concordant omnes Doctores, quòd illud faciunt in persona ecclesiæ: nullum enim vitiũ est, quod nõ reperiatur in aliquo membro ecclesiæ. Sed quid de alijs, qui non sunt sacerdotes, & tamen confitentur se commisisse omnia peccata. Resp. ibi glo. quòd isti neque mentiuntur, nam cum in vno peccato multa peccata possint notari: Cum enim quis peccat mortaliter, committit homicidium, occidẽdo animam suam. committit furtum, quia se subtrahit Deo. adulterium, quia recedit a Deo, & fornicatur cum diabolo: periurium, quia fidem promissam in baptismo non seruat, d. cap. cum humilitatis. in gl. Ideo quando qui confitetur, vni peccato tantum mortali est obnoxius, illam confessionem generalem faciendo non mentitur. At si nullum peccatum mortale haberet, potest intelligi confessio illa generalis de peccatis venialibus. Tenetur etiam confiteri peccata venialia, quando quisque se voto obligaret ad illa confitenda. Sed eiusmodi vota neutiquàm consulerem, vt inquit Sotus in 4. sent. dist. 18. quæst. 1. art. 3. Laberentur enim scrupulosi omnes penè in desperationem: cum illa omnia confiteri sit impossibile, Sylu. in ver. confessio. 1. q. 13. vers. tertio.]

SVMMARIVM.

1 *Communicaturo si succurrat peccatum, & proponat confiteri, statim id debet post communionem: non idem in confesso semel in anno, num. seq.*

3 *Peccatum mortale obliuisci, non est peccatum, sed sufficit velle recordari.*

4 *Confessio per annum omissa quamprimũ implenda; & quare duret obligatio, cum anni terminus transierit.*

5 *Confessionis omissionem si secuta est excõmunicatio, non absoluitur confitens ab excommunicatione.*

6 *Confessio in articulo mortis est necessaria: & partes medici curantis ægrotũ qua.*

7 *Mortis articulus quando dicatur ratione confessionis.*

8 *Confessio, cui defuturus est confessor, necessaria, & quare.*

9 *Confessio, dictante conscientia, voto impellente, & in susceptione Eucharistiæ necessaria, & quando deponere teneatur conscientiam.*

10 *Caiet. & Panorm. opinio de semel confessione facienda, periculosa.*

De casibus, in quibus quis nõ expectato anno confiteri tenetur. Cap. XI.

PLures casus diuersis in locis assignãtur à Doctoribus, in quibus quis statim tenetur confiteri: quorum primus est de

1 eo, qui † iam accinctus ad cõmunicandum,

dum, & priusquam communicet, recordatur alicuius peccati, nondum cõfessi, & ne aliis sit scandalo, aut impedimento, & quia non habet copiam confessoris, communicat proponens id statim à communione confiteri: nam etsi secundum rigorem iuris antiqui, si propositũ illud confitẽdi non peruenit ad votum, posset absque peccato confessionem differre: tamen hodie per Conc. Trid. sess. 13. cap. 7. quatenus præcipit, vt qui non habens copiam Confessarii sacrum fecerit absque præuia confessione, quàm citissime possit, postea confiteatur, videtur quòd si Concilium interrogatũ fuisset de laicis, idem de illis definisset, iux. glo. sing. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact.
2 Nauar. cap. 2. nu. 9. Quod † secus esset de eo, qui semel in anno confessus, oblitus fuerit alicuius peccati mortalis, sine culpa sua in confessione. Nam non tenetur habita memoria illius peccati statim confiteri, sed suo tempore, & hoc est contra aliquos asserentes, statim teneri ad confitendum, & quòd nec possit expectare futuram Quadragesimã; quia exponeret se periculo obliuiscendi
3 denuo: sed hoc nihil est; quia † obliuisci peccatum mortale, non est peccatũ mortale, unde iste non se exponit periculo peccati mortalis, nec tenetur laborare, ne obliuiscatur, alioquin secundum Syluest. semper tenetur deferre instrumenta scribendi peccata, quod est stolidum dicere. Sed sufficit, quòd velit recordari, & quòd proponat confiteri, quando alia vice tenebitur. Syluest. in ver. confessio. 1. q. 2. in fi. Sotus, dist. 18. q. 1. artic. 4. 6. conclu. versi. ex his.

4 Secundus casus est de eo, qui † omisit confessionem toto vno anno contra præceptum Ecclesiæ; nam tenetur confiteri, & sic supplere omissam confessionem transacto anno, quàmprimum commodè potest, & non expectare ad finem alterius anni: & ratio est, quia annus ab Ecclesia præfixus fuit, nõ ad finiẽdam obligationem, quemadmodum dicitur præfixus ab Ecclesia in ieiuniis, vel singulis diebus ad recitandas horas Canonicas: nam qui non ieiunauit in Quadragesima, vel singulis diebus non recitauit horas Canonicas, non tenetur iterum ieiunare, vel recitare: & ratio est, quia illa ieiunia, & horas Ecclesia præcepit tanquam onus illis diebus annexum, sed tempus ab Ecclesia confitendi non tam ad finiendam obligationem, quam ad dilatãdam præfixum fuit: vnde non finitur per lapsum ipsius; veluti qui debitor est pecuniæ præfixo tempore Paschatis, illo tempore elapso nihilominus manet debitor, quousque persoluat. Sic qui nõ potest comparere certa die præfixa, tenetur nihilominus, quãto citius post illam comparere, l. Celsus, ff. de arbitr. Præterea præceptum confessionis sic est affirmatiuum, vt tamen negationem excludat. Est enim præcepti illius finis, vt vltra annum nemo in inimicitia Dei permaneat; quare qui per annũ remedium confessionis non adhibet, semper manet obligatus reus, quousque legem impleat. Concluditur ergo quòd qui neque in Quadragesima, neque illo anno confessus est, semper manet omissionis reus: nõ quòd quotidie nouum peccatum committat, sed quòd semper maneat in primo, quousque cõ-
5 fiteatur. Imo si † adiuncta esset excommunicationis censura, citra dubium homo ille negligens nec potest ab excommunicatione donec confiteatur absolui. & ita vniuersalis habet Ecclesiæ vsus. Sot. in 4. senten. dist. 18. q. 1. art. 4. circa finem. Nauar. capit. 21. num. 45. Fr. Bar. Theolo. à Medina, lib. de instruct. Cõfessarii, in declaratione tertii præcepti Ecclesiæ. Franc. à Victor. q. 147.

6 Tertius casus est in articulo † mortis: nã tenetur iure diuino ad mortaliũ confessionẽ in tali articulo, hæc est cõmunis omnium Theologorum sentẽtia in dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. vbi D. Thom. Sylu. in ver. confessio. 1. q. 2. optimus text. in c. cum infirmitas, extra de pœnit. & remis. vbi præcipit medicis, vt vocati ab infirmis efficaciter faciant, vt prius aduo-

centur medici spirituales. Qui text. ita communiter receptus est, quando constat morbum esse mortiferum, & periculosum: Imo si tunc medicus moneret parochum, vel eos, qui de infirmo curã habent, vt infirmo sacramenta præbeãt; & ipse omitteret dicere, non quia non vult dicere, sed quia putat infirmo nociturum, non peccat, Caiet. in verbo, medicus. Et quamuis infirmus nolit confiteri, non propterea à medico est relinquendus. Nauar. c. 25. num. 61. vers. 3.

7 Verum † oportet considerare, quando dicatur articulus mortis ad hunc effectum, & ideo dicendum est, tunc vere dici, quoties frequenter solet mors contingere, & probabili suspicione timetur, quod arbitrio viri prudentis committẽdum est, Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. primo, num. 7. Huius modi videtur esse tempus præsentaneum, & instans periculum mortis, vt probabile naufragium, imminens periculum, grauis, & acuta febris, tempus item pariendi, quo ad mulierem, quæ nunquam peperit, vel experta est partus difficiles, Sotus d. 18. q. 1. art. 4. quinta conclu. Nauar. capit. 2. num. 8. Quod intellige; modo sit copia confessarij, D. Tho. dist. 9. 4. dist. 17. q. 3. art. 1. [Huic casui potest addi alius, scilicet si quis cibum aliquem, aut medicinam ob causam aliquam sumere cõpellitur, vnde verisimiliter timet, ꝙ in perpetuam, seu diuturnam incidet dementiam, tunc tenetur confiteri, idque iure diuino, alioquin omittens pro tunc confiteri, exponit se periculo decedendi sine confessione, & sine beneficio absolutionis, cui periculo tenetur obuiare, Med. cap. de confess. q. 14. in princ.]

8 Quartus casus † est de illo, qui probabiliter videt illo anno copiam idonei cõfessoris habere non posse, Sylu. in verbo confessio. 1. q. 2. Nam tunc iure diuino tenetur ad confessioné mortalium ratione periculi carendi confessore, qué tunc habet, non habiturus tẽpore necessario. Hæc itidem est omnium recepta sententia consensu in 4. sent. dist. 17. vt refert Couar. in d. capit. alma mater. 1. par. §. 1. quinta concl. [Ratio clara est; quia qui pro tempore futuro ad aliquid tenetur, si verisimiliter timet, se non habiturum tempore illo oportunitatem, & ad præsens habet, tenetur preuenire. huius exẽplum sumitur in cap. licet, de ferijs. vbi conceditur vt die feriato, puta Dominico, aut festo homines capiãt haleces, tũc aduenientes (quæ genus quoddam piscium est) quia incertum est, an similis oportunitas se offerat postea.]

9 Quintus casus † est, quando consciẽtia dictat ad id se teneri, argum. cap. fi. de præscrip. nisi illam deponat, si fuerit erronea, argum. cap. inquisitioni, de sent. excommun. [vbi nota in casu illum nõ absolute teneri ad confitẽdum tunc, sed ad vnum de duobus, vel ad deponẽdam conscientiam, vel ea stante ad confitendum. Intellige tamen, tunc licite posse conscientiam deponi, quãdo causam habet rationabilem illã deponendi. Si quęras quando potest eam deponere. dic ꝙ si cum causa aliqua concepit, cum aliqua causa fortiore potest eam deponere. Alioquin si causas habet æquales ad habendam conscientiam prædictam, & ad eam deponendam, satius est dubitare, quàm in partem minus tutam declinare. Si verò habet conscientiam dictantem ad statim cõfitendum, & habet causam rationabilem illam habendi, tunc non est licitum illam deponere, & deponendo temere peccat. nam ipsa temeraria depositio non releuat illum, quo minus se periculo opus debitum remittendi exponat. Medin. c. de confess. q. 14.]

Sextus est de illo, qui pluries vouit confiteri, arg. cap. magnæ, extra de voto. vel iurauit, aut acceptauit in pœnitentiã in remedium suorum peccatorum singulis quindecim diebus, uel mensibus confiteri; nam si non confitetur, cum possit, peccat mortaliter.

Septimus est de illo, qui suscepturus esset Eucharistiã, vel esset sacrum facturus, hæc est omnium Theologorum sententia, & D. Thom. dist. 17. q. 3. artic. 1.

q. 4.

q.4. Gabr. de cano. missæ, lect. 7. glos. in c. de homine, extra de celebr. miss. Sylu. in ver. cōfessio. 1. quęst. 2. & in ver. Eucharistia. 3. p. 14. Et si Caietanus in sum. in verbo communio. & in 3. par. q. 80. art. 4. & ad Cor. 1. cap. 11. asseueret non obligari quemquam ad confessionem sacramentalem, nisi semel in anno, & nō eo tempore, quo vult sumere Eucharistię sacramentum, modo contritus accedat. Idemque vult Panor. in cap. de ho-
10 mine, de celebr. miss. quorum † opinio periculosa est ualde, maximè post Conc. Trid. cuius extat de hac re. c. 7. sess. 13. & ea. sess. can. 11. de sacr. Euchar. in hoc uerbo, si quis dixerit solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum, anathema sit. & ne tantum sacramentum indignè, atque ideo in mortē sumatur, statuit, & declarat sancta Synodus illos, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam si se contritos existiment, habita copia confessoris necessario pręmittendam esse sacramentalem confessionem; si quis autem contrarium docere, vel pertinaciter perseuerare, seu publicè disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat, Couar. in capit. alma mater, 1. par. §. 1. num. 7. de sentent. excommunic. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Confessio pracedat, oportet, sumptionem Eucharistia.*

2 *Confessio, & contritio ordinaria remedia expurgandi peccata.*

3 *Confessario deficiente, & necessitate vrgente, sine confessione ad Eucharistiam acceditur.*

4 *Necessitas vrgens qua sit, & sub hoc nomine, quid intelligatur.*

5 *Plebano rustico nō habenti sacerdotem, an absque confessione liceat sacra facere.*

6 *Infirmo non valenti vllo modo exprimere peccata, an liceat communicare.*

7 *Intellectus cap. is qui, vigesimasexta, q. 6.*

8 *Sacerdoti recordāti de mortali in introitu missa, quid agendum; Quid de eo, qui non celebrasset, si antea meminisset.*

9 *Sacerdotem, recolentem se excommunicatum post vel ante consecrationem, quid deceat.*

10 *Necessitate temporis vrgente, Confessarium non habenti contrito licet communicare cum proposito: Quid de sacerdote iter faciente.*

11 *Pœnitenti in casibus reseruatis cōfessorem non habenti, an communicare liceat.*

12 *Pœnitenti, & casum reseruatum habenti, sine copia pralati, qua seruanda, vt communicet.*

13 *Casus reseruatus cum excommunicatione, an sacramenta facere impediat absque absolutione. & num. seq. & 15.*

16 *Excommunicatis cōmunionem dari, prohibitum de iure naturali, & diuino.*

17 *Iusta causa existente nō confitendi proprio sacerdoti, nolenti requisito facultatem alteri dare, an possit pœnitens sine confessione communicare.*

18 *Pœnitens habens peccata aliqua ex pluribus non committenda proprio sacerdoti, recusanti licentiam, quid agat.*

19 *Contritio in cateris sacramentis satis est, etiam in administrāte: & quid de Diacono, & Subdiacono.*

20 *Mortali in culpa existens, an absque contritione possit exercere actus, qui potestatem iurisdictionis ecclesiasticam prasupponunt.*

De casibus, in quibus ante confessionem Eucharistia sumi potest. Cap. XII.

DIximus supra, illamq; semper Doctorum sententiam firmauimus cōtra Panor. & Caiet.
1 secundum † quòd accedenti ad sacramentum Eucharistiæ, modo cōscius sit peccati mortalis, nō satis est priuatim suā discussisse conscientiam, quēadmodum in cęteris sacramētis, sed insuper necessario requiritur, ut sacramētalis

talis confessio præcedat, vt aperte cantat Conc. Trid. Probatur etiam authoritate Pauli; Probet autem seipsum homo. Nã
2 cum duo sint † ordinaria remedia expurgandi peccata, cõtritio, & confessio, nomine probationis pari ratione vtrunque Apostolus comprehendit: cum in hoc Eucharistiæ sacraméto contineatur non solum gratia, sed & fons, & author gratiæ suscipiatur Christus. Probatur præterea per text. in cap. omnis, de pœnit. & remiss. Ait quippe. Confiteatur proprio sacerdoti, suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiæ sacramentum. Vbi insinuatur ad Eucharistię reuerentiam confessionem pertinere. Sed quia hæc est communis omniũ opinio, & contrarium uelle asserere post Synod. Trid. esset hæresis: Ideo videamus, sint ne aliqui casus, in quibus ante cõfessionem sumi possit Eucharistia, & profecto quos reperio, ij sunt.

3 Et primus, quem † excipit Conc. Trident. sess. 13. cano. 11. & cap. 7. est, quòd licet accedere ad sacramentum Eucharistiæ absque confessione, modo haberi non possit legitimus Confessarius, & sit in vrgenti necessitate, igitur duo copulatiuè requiruntur secundum Concil. Triden. quod desit copia Confessarii, & sit vrgens necessitas. Copiam vero Confessarii dicitur non habere, quo ad effectum, vt possit absque confessione communicare, qui sine scandalo cõfiteri nequit, vt qui in altari inchoata iam missa recordatur peccati nõ confessi, vel alias non potest decenter, & absque sui nota tunc communicando abstinere: quia sufficit, & debet conteri cum proposito quamprimum confitendi, iure nouo Conc. Trident. sess. 13. c. 11. Sotus dist. 12. quæst. 1. artic. 4. in fi. Nauar. cap. 21. num. 49.

4 Necessitas † vero, quænam sit, quæ in absentia prelati, aut legitimi Cõfessarii licitam faciat communionem absque legitima confessione; vtrum sola deuotio volentis sacramentum sumere, aut celebrare sufficiat; Respondetur secundum Sotum in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 4. nequaquam sufficere, sed vrgentem requiri necessitatem, ut expressis verbis Concilii admonetur. Loquitur vbi sunt peccata mortalia: nam venialia non sunt necessaria confessionis materia. Syluest. verò in ver. Eucharistia. 2. q. 7. uersi. ergo autem. intelligit sub nomine urgẽtis necessitatis omne excusans ab irreuerẽtia sacramenti, ut si est obligatus ad celebrandum, uel si non celebrãdo generaret sibi infamiam, uel admirationem, uel nuper decessit anima indigens sacrificio probabiliter. Aut si imminet solennitas magna, in qua sit ualde utile celebrare. Aut si tãtus sit deuotionis feruor in eo, qui peccauit, quòd inde ex sacrificio speret magnum iuuamẽ contra peccatum. [Sed cum Concilium Tridentinum requirat necessariam, & urgentem necessitatẽ celebrandi, ut quis possit ad celebrationẽ non præmissa confessione procedere: ideo illam tantum admitterem, si esset necessitas uitandi infamiam, uel scandalum. uel si esset necessitas satisfaciendi officio sibi iniuncto, si curatus est, uel etiam si necessitas esset ex præcepto superioris, quãdo aliqua urgens causa celebrandi occurrit, prout magis clarè ex sequentibus liquebit.]

5 Secundus casus est necessitas, quæ ex officio pendet, ut rusticus † plebanus, qui non habet sacerdotem, nisi longè distantem, nam non tenetur ire quotidie ad quęrendum Confessarium. Potest ergo cum contritione, maximè si esset festum, idque uno, aut forte duobus diebus, sacra facere absque confessione, nõ tamen pluries: sed tamen cauendum à consuetudine, & fraude: Qui enim in concubinatu, aut alio peccato persistit, potius debet saluti animæ consulere, q̃ temporali uitæ, uel honori, & à sacris abstinere, quamdiu peccandi occasiones non amouet.

6 Tertius casus, quando licet communicare absque confessione, est de † infirmo, qui nec uoce, nec signo, nec nutu potest in articulo mortis, quodcunque

cunque peccatum, quantumcunque ueniale, exprimere, hic absolui sacramentaliter non debet, licet antequam obmutesceret, petierit confiteri, & signa con-
7 tritionis ostenderit, quamuis † text. in cap. is qui. 26. q. 6. contrarium uideatur asserere, dum inquit: accipiat pęnitentiã, quia intelligendus est non de absolutione sacramentali, sed de absolutione excommunicationis, ut sensit glo. quæ allegat text. in cap. à nobis, el 2. de sentent. excommun. ita Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. Nauar. cap. 26. num. 28. Potest tamen dari uiaticum, si aliquod signum cõtritionis ostenderit, nisi timeretur de uomitu, & à fortiori sacramentum Extremæ unctionis, & absolutio à quibuslibet censuris, ut colligitur ex Conc. Trident. sess. 14. cap. 7. in articulo mortis, si & quatenus illas incurrerit, d. cap. à nobis, Nauar. qui supra, nu. 27. & capit. 27. num. 270. uers. 2.
8 Quartus casus est de † sacerdote, qui est in culpa mortali, nam etiam si est in introitu missæ, quando est in altari, si sit memor illius culpæ, satis est, ut habeat contritionem, & propositum confitendi, ut possit inceptum perficere, D. Tho. 3. par. q. 83. art. 6. ad secundam. sed si sine scandalo posset, deberet illam ante secretam confiteri, quod uidetur posse procedere in missa maiori, & ita uidi apud nos hoc exerceri. [Dixi propositum cõfitendi, scilicet quàmprimum. i. antequã die sequenti Eucharistiam suscipiat, uel sublata omni causa suspitionis, & infamiæ: nam si subito absoluto sacrificio teneretur, infamaret seipsum, quia circunstãtes suspicari possent, uel ante missam, uel in missa aliquod mortale cõmisisse.] Sed quid si illa culpa adeò illi cordi inhæreat, ut pœnitere nequeat, cuius certe si memor fuisset antea, non celebrasset? tunc omnino abstinere debet, etiam si summum afferret scandalum. Sotus dist. 13. quęst. 2. art. 6. uers. secundus ef-
9 fectus. † sacerdos uero si post consecrationem recolit se esse excõmunicatum, potest peragere diuina mysteria, cũ proposito tamen humiliter absolutioné petendi: nam tunc per inuisibilem Iesum Christum absolutioné consequitur, quã tum ad hunc actum, quod peragat diuina mysteria: & hoc ea ratione, ne sacrificium maneat imperfectum, 7. q. 1. cap. nihil. unde celebrando, cum sit quo ad illum actum absolutus, non efficitur irregularis, Syluestr. in uer. Eucharistia, 2. q. 7. Quod secus dicendum ante consecrationem, nisi graue scandalum timeret, D. Tho. qui supra, ad secundum. & ratio est, quia quando difficultas occurrit in celebrando, minus periculum est subeundum, maximum autem periculũ est, quod sacramentum imperfectũ maneat, d. cap. nihil. & ideo si post consecrationem recolit se esse excõmunicatum, uel non ieiunum, satis est ut conterat, D. Thom. qui supra, Sotus dist. 13. q. 2. artic. 6. 3. col.

Quintus casus est necessitas ecclesia-
10 stici pręcepti, ut necessitas † communicandi in die Paschatis, & tunc aut pęnitens non habet casus reseruatos, aut habet. In primo casu, quando casus reseruatos non habet; ut si quis in die Paschatis inuenit se, ubi non habet proprii sacerdotis copiam, qui eum possit absoluere, potest per solam cõtritionem absque confessione suscipere Eucharistiam, glo. in d. cap. de homine, extra de celeb. miss. modo propositum habeat peracta communione, uel sacro, quàmprimum confiteri, alias si non confiteretur, peccaret mortaliter, per Conc. Trid. ses. 13. cap. 7. [Hęc tamé propositio uidetur falsa: quia præceptum de pręmittenda confessione ante Eucharistiam est diuinum, præceptum uerò de communione in die Paschatis est duntaxat ecclesiasticum: quare primum potius, quam secundum est seruandum.] Pariter sacerdos iter faciés die festo, quo est præceptum audiédi sacrum, poterit ipse solus contritus celebrare. Sed neque hæc propositio est uera, quia hoc pręceptum est ecclesiasticũ, & illud de pręmittenda confessione di-
11 uinũ. Aut uerò pœnitens † habet casus reser-

reseruatos, in quibus nō est annexa excommunicatio,& tunc si non habet copiam confessoris, aut nō communicare, potest fieri citra scandalum,aut cum scādalo. In primo casu potest à communione cessare;satius enim est abstinere à cōmunione,etiam occurrēte tempore pręcepti, quàm communicare. Nam tunc si non potest facile haberi copia prælati, vt quia est absens,vel faciliter haberi nō potest, nullum erit peccatum non communicare, vel si potest haberi,forsan minus peccatum erit transgressio præcepti audiendi missam die festo, vel communicandi in Paschate,quàm ad sacramentum accedere cum tali peccato, maxime quia plerunque non est legitima contritio illa,quæ citra sacramentum habetur.

12 † Sed si communio fieret ad euitandum graue scandalum à religioso, vel illo, qui habet casum reseruatum Episcopo,vel prælato, & Episcopus,vel prælatus esset absens,vel non ita de facili adiri posset, regulariter Eucharistiam sumere potest cum timore,& tremore,cum proposito, quàmprimùm festinandi ad superiorem: modo hæc regula prudētissimis moderaminibus sit perstricta. Et primū omnium requiritur legitima contritio, vt homo sit certus non esse in peccato, quam probabiliter ille se habere credere potest, qui ex animo detestatur peccatū super omne detestabile, & proponit vitare super omne vitabile,cum proposito confitendi; Nauar.cap.21.nu.47. in fi. Secundo præmissa integra confessione apud inferiorem sacerdotem: sic enim est vsus Ecclesiæ, idemque ab omnibus obseruandus, cuius consilio vtatur,pollicitus illico bona fide superioris absolutionem procurare: hoc verò non nisi semel permittendum: nam si cui semel Eucharistia sine absolutione superioris concessa est, id iterum permitteretur,offerretur ei ansa nūquam absolutionem procurandi, Sotus dist. 12. q.1. artic.4. pen.colum. & dist.18.q.2.art.5. col.17. Tertio intelligitur, vt certo sciat scādalum oriturum:Non enim potest aliquis pro libito scandali suspicionem fingere.

13 Verum si † casus haberet annexā excommunicationem dubitatur, an quis possit sacramenta facere absque absolutione: v. g. est sacerdos, qui occultissimè occidit aliquem, & probabiliter est certum creditum, & infamatū iri eum illud fecisse nisi celebret; vel est excommunicatus occultissimè in eodem periculo infamiæ positus, se fecisse aliquod delictum sub tali censura vetitum, si nō celebraret, vel est monialis, quæ occultissimè incidit in aliquam censuram Papalem: an ante moram petendi absolutionem possit cōmunicare,quando aliæ ad id tenētur,& interesse choro,& alijs, à quibus si abstineret,fama eius,& mo-

14 nasterii periclitaretur.† Breuiter respōdeo taliter excommunicatis nullo modo licere sacrum facere, aut communicare antequam absoluantur,etiam si cōfiterentur inferiori:quia inferior neque à tunc non reseruatis absoluere posset: cum excommunicatus non sit particeps sacramentorum, quamuis faciāt ad cauendum graue scandalum, & proditionem ipsorum; vnde qui irretiti sunt culpa Pontifici reseruata: quia omnes huiusmodi annexam habent excommunicationem,caueant,antequam absoluantur, communicare,vel celebrare,ita Sotus dist.12. q.1.art.4. col.pen. quamuis sit sibi contrarius in dist.18.quęst.2.art.5.col.17. Couar. in cap.alma mater,prima par.§.2.col.pen.& fi. de sentent.ex-

15 com.lib.6. Nec obstat dictum † Nauar. cap.27.nu.239. asserentis in huiusmodi casibus licere sacrū facere, vt in primo, & secūdo casu, vel communicare, vt in tertio. Cuius ratio est: quia lex naturalis, & diuina de defendēda sua fama pręstat legi humanæ de abstinendo à sacro in irregularitate, quæ quidem est de iure positiuo, vt cōcludit Couar. in clem. si furiosus. num.3. de homic. nam eius dictum procedit tantum in primo casu in eo,qui post debitam contritionem,& confessionem, sed ante dispensationem ab irregularitate contracta respectu homicidij,

micidii, iux. tex. in cap. si quis viduam. 50. dist. sacrum fecit, ea ratione per eum supra allegata, quia lex naturalis, &c.
16 † Non tamẽ quo ad sumendam communionem, quæ excommunicatis est prohibita dari iure naturali, & diuino. Naturali inquam, quia de iure naturæ est vitare criminosos, & illos, qui ab Ecclesiæ catholicæ mystico corpore sunt separati. Diuino vero, iuxta illud Matth. 8. Nolite sanctũ dare canibus, ita Couar. qui supra: sensit Adria. in 4. sent. in tractatu de clauibus, q. 3. quapropter neq; ad euitandum quodcunque scandalum auderem id cuique consulere: maximè cum posset potum sumere, vel excusando dicere se non bene habere, intelligendo intra se de infirmitate animæ, & sic se non posse communicare.

Sextus casus est, quando aliqua iusta
17 † causa existeret non cõfitendi proprio sacerdoti ea ratione, quia versatur periculum animæ, vitæ, aut famæ ipsius pœnitentis, vtpote si timeretur sigillũ confessionis à Confessario fractum iri, vel animæ: quia probabiliter timeret pœnitens confessionem in animæ præiudicium cessuram, vt si puella timeret nequam sacerdotem irritare, à quo postea de turpitudine sollicitaretur. [Vel si pęnitens Confessarii fratrem occidisset, & si confiteretur se aliquem occidisse statim sacerdos crederet suum fratrem ab illo occisum. Aut si cognatam suam, quę filia esset Confessarii, carnaliter cognouisset, & circunstantiam cognationis exprimeret, Confessarius suam esse filiam suspicaretur,] quibus casibus si sacerdos ille curatus præsens sit, petenda est ab illo instanter facultas alteri cõfitendi per se, vel per interpositam personam, quam ipse iuxta tenorem canonis, omnis, de pęnit. & remiss. tenetur concedere. Neque in hoc debent esse difficiles ordinarij, [præcipuè si forte aduertit quòd subditus aliquam latentem causam, vel odii contra ipsum habet, sicut plerunque accidit, vel quia est particeps criminis, vel aliam habeat iustam causam,] nisi eis bona fide cõstiterit parochianos nequiter talem facultatem petere, vt occasionem accipiant persistendi in delictis, [vel se contemni verisimiliter præsumant, uel vt confusionem erubescentiæ euitent, quæ magna pars est satisfactionis, c. quẽ pœnitet, de pœnit. dist. 1. Vnde August. caueas ne verecundia diuidas cõfessionem, cap. 1. de pœnit. dist. 1. sed tunc differenda quidem est, sed non denegãda.] Quod si eandem facultatem concedere renuerit, recurrendũ est ad superiorem, ut ait D. Thom. dist. 17. quæst. 3. artic. 4. q. 4. ad quintum argum. & quando superior adiri non potest, in simili euentu subditus ille nemini debet confiteri, sed perinde censere, ac si nullam haberet copiam confessoris. Quare tali casu potest subditus absque confessione, putans se esse contritum, Eucharistiam suscipere; quandoquidem non habet sacerdotem, cui possit cõfiteri: & ratio est, quia adeo est iurisdictio ad absoluendũ necessaria, ut si sacerdos absoluat eũ, qui nõ est sibi subditus, absque licentia proprii Confessoris, iux. d. cap. omnis, nihil fiat. Caiet. in uer. absolutio. Sotus in 4. distin. 18. quæst. 4. artic. 2. col. antepen. qui tribus rationibus probat hanc conclusionem contra Host. Palud. Adr. & Sylu. in uer. confessor. 1. dicentes, posse alteri confiteri absque licentia proprii sacerdotis.

Sed dubium est, utrum dum pœnitens
18 † habet plura peccata, & solum aliqua sunt, quæ periculosum est confiteri prælato, qui facultatem concedere renuit confitendi alteri, nec accessus ad superiorem patet, quid debeat tunc facere pœnitens. Respondeo, quòd tunc debet differre confessionem, quousque commodè fieri posset integra, Caiet. in uerb. confessio, conclus. 10. At quando nulla expectatur commoditas commodè fieri posse integram, tunc potest illa confiteri, quæ sine periculo potest; quãdoquidem per ipsum non stat, quò minus omnia confiteatur, unde ita glossandus est D. Thom. dist. 17. q. 3. art. 3. ad quintum argum. quòd de illis peccatis, quę cõfiteri

non

non tenetur, iudicandum est, ac si non esset copia sacerdotis: quæ quidem peccata non confessa non potest in alterum annum differre, sed statim sublato impedimento tenetur, habita oportunitate, confiteri, Sotus dist. 18. q. 2. art. 5. circa
19 tertium argum. Sed an id,† quod diximus de suméda Eucharistia, extendi debeat ad susceptionem cuiuslibet sacramenti? dic quòd in aliis sufficit contritio, præterquam si suscepturus esset ordinem sacrum; non propter dignitatem illius sacramenti; sed propter Eucharistiam, quam illic ordinati ex more ecclesiastico suscipiunt. Sed vtrum etiam hoc extendatur ad eum, qui sacramenta aliis administrat, vel actum solemnem exercet in Ecclesia: veritas est, quod in talibus sufficit contritio, Sylu. in ver. confessio. 1. q. 2. versi. primus. vsque secundus. Sotus in 4. senten. dist. 1. q. 5. art. 6. col. 6. Cantare vero epistolam in Ecclesia etiam publicè ei, qui non est Subdiaconus, nullum est peccatum: mos enim
20 est sacristarũ. Sotus ibi. [Sed † an possint exerceri actus, qui potestatem præsupponunt iurisdictionis Ecclesiasticam ab eo, qui est in culpa mortali absque cõtritione: v. g. corrigere iudicialiter delinquentem, excommunicare, suspendere, interdicere, & ab eisdem absoluere, uel dispensare. Respondet Med. C. de Confess. tract. 1. q. 6. versi. esset etiam, quòd simpliciter non est necessarium de culpa mortali pœnitere ad huiusmodi actus exercendum, quamuis ex suppositione necessarium sit, si velit eos digne, & meritoriè exercere.]

SVMMARIVM.

1 *Ordinis sacerdotalis potestas duplex, consecrationis, & administrationis.*

2 *Potestates ordinis sacerdotalis, non eadẽ, nec eodem tempore instituta, neque idẽ respiciunt.*

3 *Potestas clauium metaphoricè dicitur, quæ triplex est: & ibi de vnaquaque.*

4 *Clauis ministerialis, quid differat à potestate iurisdictionis.*

5 *Papæ iurisdictio triplex secundum Doct.*

6 *Pallii vsus perpetuus in summo Pontifice, quid significet in solemniis missarum.*

7 *Papa habet specialem iurisdictionem, quæ est multiplex, & etiam generalissimã.*

8 *Clauis ministerialis quatenus extendatur in sacerdote, & in Papa.*

9 *Clauis ministerialis duplex, potestatis, & scientiæ: & quæ.*

10 *Iurisdictione ordinaria, delegatave, qui vtantur.*

11 *Potestatem absoluendi, quicunque præest curæ animarum, delegare potest.*

12 *Delegatus à Papa, quando delegare possit, quando non.*

13 *Prælatus ex priuilegio absoluendi determinatos subditos, subdelegare non potest, secus respectu subditorum in genere, & num. seq.*

15 *Subdelegare num possit prælatus non approbatum ab ordinario.*

16 *Prælatus potestatem generalem absoluendi concedere non poterit, sed tãtum cum occurrerit.*

17 *Industria personæ septem casibus electa cognoscitur, nec in iis delegari potest. & num. 19. & 20.*

18 *Episcopus examen sibi à Papa commissum cum clausula, in quo conscientiam tuam oneramus, &c. potest alteri committere.*

21 *Delegatus ab inferiore non potest subdelegare, nisi expressum sit. Et quid de Vicario episcopi, & Pontificis pœnitentiariis, & num. 22. & 23.*

24 *Delegatus ab inferiore, quo casu possit subdelegare.*

25 *Principis delegatus, an subdelegando possit dare licentiam iterum subdelegandi.*

26 *Religiosus excommunicatos absoluẽs, an, & quando incidat in excommunicationem. & quid si ignorans. num. seq.*

28 *Religiosus absoluens ab excommunicationibus expressis in c. monachi. & in c. cum illorum, an excommunicationem incurrat.*

29 *Presbyter secularis absoluens excommunicatos, an incidat in illam.*

Episcopi

30 *Epiſcopi authoritas in excommunicationibus, & quid de contentis in bulla cœnæ.*
31 *Bulla cœnæ pagina eſt excommunicationis, & extenſionis, reuocationis, & innouationis.*
32 *Facultas conceſſa in foro conſcientiæ tantum, quid operetur.*
33 *Iubilei generalis virtute concedentis licentiam abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis, an hæreſis occulta abſolui poſſit.*
34 *Priuilegium regulariũ, quo poſſunt à ſuis ſuperioribus abſolui à contentis in bulla cœnæ, an duret.*
35 *Epiſcopus iuſto impedimento detentum à reſeruatis abſoluit, & quid de percuſſoribus clericorum.*
36 *Epiſcopus cum homicida voluntario nec ad ordines, nec ad beneficia diſpenſat.*
37 *Diſpẽſandi facultas generalis excepto homicidio voluntario, & bigamia non extenditur ad irregularitatem prouenientem ex homicidio iuſto, vel mutilatione.*
38 *Irregularis, an ſit alium generaliter ad vindictam hortans, ſi ſequatur homicidium.*
39 *Epiſcopus in quo irregularitatum genere diſpenſare poſſit.*
40 *Poteſtas abſoluendi à caſibus non extenditur ad cenſuras, & quid ſi caſus eſſent Papales, num. ſeq.*
42 *Epiſcopi an abſoluant ab excommunicatione lata à canone, ſi quis ſuadente.*
43 *Occultum quid dicatur, & quotuplex, & num veniat delictum ad forum contentioſum deductum, ſed non probatum, numero ſeq.*
45 *Confeſſarii approbati à ſuo epiſcopo, an egeant licentia Parochi. Et quid de monachis approbatis à ſuo prælato.*
46 *Confeſſarius an abſoluat non ſubditum à peccato reſeruato epiſcopo confitentis, licet vbi confitetur reſeruatum non ſit.*
47 *Religioſus a crimine reſeruato ſuo monaſterio, an alibi à non habente poteſtatem poſſit abſolui.*
48 *Abſoluens à reſeruatis ſuo epiſcopo, an poſſit non ſubditum à reſeruatis epiſcopo confitentis abſoluere.*
49 *Confeſſarii ab epiſcopo approbati ipſo mortuo, an in officio perdurent.*
50 *Gratia an expiret morte concedentis.*
51 *Licentia quid ſit.*
52 *Epiſcopi electio probari debet per litteras Papæ.*
53 *Gratia per Papam facta, ſed nondum bullata, an expiret mortuo Papa.*
54 *Gratia num probari poſſit per teſtes.*
55 *Confiteri an poſſit religioſus alii alterius ordinis ſine licentia. Et quid ſi cum licentia.*
56 *Epiſcopi reſeruatio impedit poteſtatem religioſi à Papa impetratam.*
57 *Priuilegium Papæ, vt religioſi abſoluere valeant omnes ad ſe venientes, an ſe extendat ad caſus epiſcopo reſeruatos.*
58 *Iubileus abſoluens etiam à reſeruatis Sedis Apoſtolicæ, an vigeat ſtante reſeruatione epiſcopali.*
59 *Peccans ſpe veniæ obtinendæ per gratiam poſt, vel ante obtentam, abſolui poteſt. & num. 71.*
60 *Poteſtas abſoluendi à quibuſuis caſibus, an ab excommunicatione abſoluat lata per modum generalis ſententiæ ab epiſcopo.*
61 *Excommunicatio per modum ſententiæ generalis, quibus in caſibus fieri debet.*
62 *Excommunicatione a Papa, & ab epiſcopo ſuper eadem incidenti lata, papali ſublata, an ſit etiam epiſcopalis.*
63 *Facultas epiſcopi de abſoluendo à reſeruatis, quam vim habeat.*
64 *Conceſſio epiſcopi ſua omnimodæ poteſtatis quatenus extendatur. & 66.*
65 *Caſus epiſcopo de iure, & conſuetudine reſeruati.*
67 *Conceſſio epiſcopalis omnimodæ poteſtatis quibus in caſibus reſeruatos caſus comprehendat. 68. & 69.*
70 *Confeſſario non habente poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, quid agendum tam circa reſeruatos, quàm non reſeruatos caſus.*
71 *Epiſcopo licet ſibi caſus reſeruare. & cur & de quibus actibus, vel peccatis reſeruet.*
72 *Inceſtus à non habẽte vſum rationis commiſſus*

De potestate Confessarij. Cap. XIII.

DEinceps agendum nobis est de potestate Confessarii, cum sit illi maximè necessaria. Pro cu-
1 ius† intelligentia sciẽdum est primo, quòd duplex est potestas ordinis sacerdotalis, scilicet potestas cõsecrationis, qua quilibet sacerdos rite ordinatus potest corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi conficere; quam potestatem cõtulit Dominus in ultima cęna, cum dixit, Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Altera potestas administrationis sacramentorum, quę est potestas spiritualis iurisdictionis in foro pœnitentiæ, diciturque potestas clauium, quibus sacerdotes possunt aperire dignis cœlum, & indignis claudere. Et hæc fuit collata in die Dominicę Resurrectionis Apostolis: dum eis apparens in conclaui, insufflauit, & dixit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa sunt &c. Hę
2 duę † potestates consecrationis, & clauium dicuntur ordinis Sacerdotalis, neque eędem sunt, neque simul tempore collatę Apostolis. quarum una respicit consecrationem Corporis Christi ueri, altera corpus Christi mysticum, quia habens eam, potest soluere, & ligare peccatorem. Prima collata est Apostolis in cęna ante Christi passionem, altera post passionem. Primam confert Episcopus ordinando, cum tradens ei calicem cum uino, & aqua, pane supraposito dicit: Accipite potestatem offerendi, & conficiendi pro uiuis, & mortuis. Secundam uero tradit aliquibus interpositis, ponẽs manum super caput eius, & dicens; Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et de hac secunda lo-
3 qui intendimus. Hęc † ergo dicitur potestas clauium per metaphoram. nam sicut illud, quo aufertur obstaculum introitus in domum; dicitur esse clauis in tẽporalibus, sic in spiritualibus potestas,

qua

qua aufertur peccatum, quod est obstaculum introitus in regnū cœlorum, dicitur esse clauis, Sotus in 4. sent. dist. 20. q. 1. artic. 1. Hæc autem potestas triplex est. Quædam authoritatis, quædam excellétiæ, quædam ministerij, seu ministerialis. Prima est in solo Deo. Ipse enim solus est, cui conuenit peccata dimittere, iuxta illud Esa. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates propter me. Vnde Luc. cap. 5. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Potestas vero excellentiæ est in solo Christo, qui peccata remittit per meritum passionis. Est & altera clauis in omnibus sacerdotibus, tāquam in eius ministris, qui eius sacramenta ministrant, quæ de eius latere pendentis in cruce promanarunt. Et hæc dicitur clauis ministerialis.

4 Præterea † notandum est, quòd hæc clauis ministerialis datur cum ordine, & æqualiter est in omnibus sacerdotibus. Et quantum est ex se, ad omnes, & ad omnia peccata absoluenda se extendit, glos. in extra. com. 1. de sepult. versi. à iure. Sed potestas, & vsus iurisdictionis non est æqualiter in omnibus sacerdotibus, sed in Petro, & successoribus eius est in omnes fideles. Vnde quia hic loquimur de potestate, & iurisdictione

5 Summi Pontificis, sciendum † est, quòd triplex, secundum Doctores est iurisdictio Papæ. Vna generalis, & alia specialis, & alia maximè generalis, siue (vt ita dicam) generalissima. Generalis est, quā habet in omnes prælatos mundi, & eorum subditos, de foro comp. cap. fin. de priuil. cap. antiqua. & per hanc potestatem cognoscit de causis prædictorum, etiam per simplicem quærelam, 9. q. 3. cap. antiquis, cap. aliorum, cap. cuncta, etiam ex officio. vt eccles. benefic. sine dimin. confer. ca. vnico, vers. & ideo. Et secundum hāc præeminet cęteris dignitate, officio, & potestate, d. cap. antiquis, & cap. seq. Et secundum hāc cæteri Prælati vocati sunt in partem sollicitudinis, cap. Ad honorem, de autho. & vsu pall.

6 Et hinc † est, vt dicit ibi tex. quòd solus Roma. Pontifex in missarum solemnijs pallio semper vtitur, & vbique. Alij vero Pontifices non semper: quoniam illi vocati sunt in sollicitudinis partem, & non in plenitudinem potestatis, quæ per pallium significatur. Secunda iurisdi-

7 ctio, quæ † est specialis, est multiplex: vna, quam habet Papa in exemptos, cap. si Papa. de priuileg. lib. 6. Alia, quam habet in eos, qui sequuntur curiam, de foro compet. c. fin. de præb. in 6. cap. præsenti. Alia est, quam habent in eos, qui non recognoscunt superiorem, quod etiam procedit in laicis. cap. per venerabilem. qui filij sint legit. Habet etiam secundum Ioan. de Lign. potestatem generalissimam, quæ fuit transfusa in Petrū, & successores. 21. dist. in nouo. de transac. c. 1. At in alijs hæc potestas, & vsus iurisdictionis est secundum limitationē eis à Pontifice mediatè, vel immediatè

8 data, & † hæc dicitur clauis ministerialis, vnde vsus talis potestatis extendi nō potest nisi in eum, in quem sacerdos habet potestatem iurisdictionis, per quam is, in quem vsus iurisdictionis exercetur, efficitur subiectus absoluenti, extra de paroch. cap. nullus. de iudic. cap. at si clerici. extra de pœnit. & remiss. c. omnis. §. si quis. E ideo Papa omnem pœnitētem à peccato potest absoluere, quia in omnem Christianum iurisdictionē habet. Alius autem sacerdos duntaxat illos potest absoluere, qui suæ iurisdictioni commissione Pontificis sunt subiecti, arg. 11. dist. quis nesciat. 12. distin. c. 1. & 2. dist. 19. ita Dominus. Rursum secundum S. Tho. & Sotum in 4. sent. distin. 20. q. 1. artic. 1. sciendum est, quòd

9 non vna tantum, sed duæ † sunt huiusmodi claues, id est, potestatis, & scientiæ. Clauis verò potestatis est authoritas ligandi, & soluendi: Clauis verò sciētiæ non dicitur habitus ille acquisitus, vel infusus, sed authoritas cognoscendi. Igitur facultas illa, & potestas, quam habet sacerdos cogendi pęnitentem, vt sua peccata referat, vt eius statum, & cognitionem agnoscat, dicitur clauis scientiæ.

Et illa, per quam pœnitentem vel absoluit, vel ad aliquam pęnitentiam obligat, vel prorsus repellit, dicitur clauis potestatis, siue iurisdictionis. Quæ quidem
10 iurisdictio vel est ordinaria, † vel delegata. Ordinaria est ea, quam habent Episcopus, religiosorum Pręlatus, curatus, & omnium maxime summus. Pontifex, qui quidem omnes dicuntur sacerdotes. Delegata verò, quam habent religiosi omnes ab Episcopo approbati cum consensu Pręlati, tex. & glo. in cap. adijcimus. 16. quæst. 1. Hinc fit, vt non omnes sacerdotes, eo quòd sacerdotes sunt, ad id idonei reputentur: quoniam licet per sacerdotalem characterem potestatem, & habitualem iurisdictionem accipiant ad absoluendum, actualẽ tamen, id est, ordinariam, vel delegatam ad id necessariam non recipiunt, Nauar. in
11 Manua. capit. 4. num. 1. Hanc † autem potestatem absoluendi quisquis in animarum regimine constitutus est, delegare potest: modo non sit à iure prohibitus, veluti summ. Pontifex, Episcopus, Prælati religiosorum, & parochiarũ
12 præfecti, verum † delegatus à Papa indistinctè potest alteri subdelegare: si ei iurisdictio commissa fuerit, & nõ certum ministerium. Nam quando committitur certum ministerium, vt prædicare crucem, excommunicare, vel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, non licet (nisi salua legatorum Sedis Apostolicæ authoritate) alteri demandare: quia hoc casu non sibi iurisdictio, sed certum ministerium potius committitur, cap. fi. §. fin. de offic. deleg. notat Innoc. in cap.
13 pastoralis, eo. tit. Hinc † infertur, quòd Prælati religiosorum habentes per priuilegium quòd in tali casu possint absoluere subditos, aut cum eis dispensare, non possunt hæc alij subdelegare, si ista concessa sint in numero circa determinatos subditos: puta, Absoluatur ille, vel iste. secus vbi hoc concederetur respectu subditorum in genere tam respectu culparum præteritarum, quàm futurarum, & Prælatis præsentibus, atque futuris: quia in primo casu commissum est nudum ministerium, & electa est industria personæ. Quod aliter dicendum est in secundo casu; cum industria personæ sit incognita, & ita consuetudo, quę legem interpretatur obseruat, vt inquit Sylu. in ver. delegatus, quæst. 8. Et hæc circa delegationem à Papa. Ex his
14 etiã redditur decisa alia quæstio, † quòd si ex priuilegio Rom. Pontificis habetur, vt prælati talis congregationis tam nunc, quàm in futurum existentes possint omnium fidelium confessiones audire, etiam si à locorum ordinarijs non fuerint approbati, quòd cum tale priuilegium non sit circa determinatos subditos, & prælatos; possunt aliis subdelegare; & ratio ponitur per glo. solemnem, & communiter receptam in cap. fin. de offic. iud. ordin. vbi omnes, qui possunt absoluere, vel dispensare virtute iurisdictionis delegatæ à Principe, aut concessæ in perpetuum priuilegiũ ratione dignitatis, aut officii, aut virtute alicuius ordinariæ potestatis, possunt aliis committere. Hinc notat Panorm. in d. cap. fin. quòd Parochus potest committere confessionem sui subditi alteri presby-
15 tero. An vero † possint suas vices committere alicui sacerdoti non approbato ab ordinario. & videtur quòd nõ; tum, quia non videtur fuisse mentem summi Pontificis velle pręiudicare episcopis, argum. cap. super eo. de offic. deleg. l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. Tum, quia priuilegia licet ita sint interpretanda, vt aliquid operentur vltra ius commune, cap. in his, de priuil. non sunt tamen extendenda ad alios effectus dato aliquo, quem operentur, & ad quem sint vtilia, Panorm. in cap. certificari, dę sepul. Decius in cap. 1. nu. 16. de rescrip. Et consequenter sufficit vt possint Prælati per tale priuilegium dare facultatem Cõfessario approbato ab episcopo à quibus non poterat. Tum etiam, quia non videtur summum Pontificem velle contradicere decretis Conc. Triden. sess. 23. cap.

cap. quamuis. vbi vult quòd Confessarii sint approbati, & examinati. Sed
16 vtrùm possint† prælati pro vna, vel pluribus vicibus absoluendi alicui personæ sibi gratæ concedere facultatem vigore talis priuilegii ex legitima causa. Dico quòd non. ita videtur tex. in cap. fin. de offic. ordin. vbi habetur eum, cui competit ordinaria potestas absoluendi aliquem in certis casibus ex priuilegio, nõ posse generaliter illã delegare alicui, ita vt potestatem habeat absoluendi pro suo arbitrio eos, qui videbuntur ei absoluendi. Sed tantum, quòd potest absolutionem delegare in illis casibus, cum illi occurrerint, & possint exercere illum actũ absoluendi de mandato illius, ita à simili notat Nauar. de constit. lib. 1. consi. 1. num. 98. & sic habes ex tex. & glo. in c. fin. de offi. ord. quòd iurisdictio, quam habet delegatus ex priuilegio, põt subdelegari, quia licet priuilegium non excedat personam priuilegiati, vt in cap. sane, de priuileg. 7. q. 1. cap. quia frater. & in reg. priuilegium. de regu. iur. in 6. tamen cum per commissionem non committatur alteri præiudicium, cum commissarius gerat vicẽ delegantis, ita quòd ipse delegans videtur facere, vt in reg. qui per alium, de reg. iur. lib. 6. non debet iste prohiberi, quominus possit subdelegare, & hanc opinionẽ sequitur Io. And. & dicit eam seruari in practica. ita refert Panorm. vbi supra. Secus verò si fuisset sibi delegata nuda duntaxat potestas absoluendi, & ita loquitur cap. fin. §. fin. de offic. deleg. quia tunc electa videtur industria personæ.

17 Industriam † vero electam ex his cognosci potest, & primo, quando aliquid ratione confidentiæ alteri committitur, vt per But. consf. 48. in fi. probat tex. in c. vlt. §. pen. de offi. deleg. Bald. conf. 128.

Secundò, quando alicuius conscientia oneratur, & proprium nomen exprimitur. Alex. in l. à iudice. num. 4. & ibi Iaf. col. penult. verf. quinto limita. C. de iud. Hinc Bald. in l. in epistola. C. de fi-
18 deicom. inquit, † quòd si executori fuerit impositum, vt secundum suam conscietiam exequatur, quòd alterius conscientiæ committere non potest, per no. in l. sicut. ff. de arbitr. Idem tenet Ioan. And. in cap. 2. ver. adimplere, de testam. adducens text. in l. nulli. C. de Episco. & cleric. plenè per Rotam, decis. 441. Sed
19 † an dicatur electa industria personæ per verba illa, In quo oneramus consciẽtiam tuam, sed proprium nomen nõ exprimitur. Dic, quòd non. Hinc potest Episcopus examen sibi à Papa commissum cum clausula, in quo conscientiam vestram oneramus, alteri committere, Fely. in cap. fin. §. is autem. de offi. deleg. Nam verba illa videntur potius posita in vim monitionis, quàm vt per alium dictum negotium expediri non possit, ita consuluit Nauar. lib. 2. de offi. deleg. consil. 2.

20 Tertiò, † quando præstatio consilii requiritur in certo actu ad certum tempus, vnde tunc habens præstare consilium, non posset committere, quasi tunc videatur electa industria personæ, per no. in cap. 2. de testam. in 6. Quod intelligit Lapus in capit. 1. §. vbi, ne sede vac. lib. 6. quando statutum, priuilegium, vel consuetudo hoc disponit; secus verò, si requisitio consilii esset perpetua, vel si esset commissa Episcopo sub nomine dignitatis, d. §. vbi.

Quartò, tunc dicitur electa industria personæ, cum negotium non determinatum mandatur, Fely. in cap. fin. §. vlt. secundo not. de offic. deleg.

Quintò, quando expressio proprii nominis esset facta à parte: etenim tunc dicta expressio operatur, vt videatur electa industria personæ, ita no. in cap. religiosus. §. sane. de testa. lib. 6. quod etiam extenditur, quando expressio esset facta per circumlocutionem, vt no. in capit. licet ex quadam, de testib. & in cap. tua. de consangui. & affinit.

Sextò, cum grauia, & ardua mandantur, Iaf. in l. more, num. 65. versi. quinto limita, de iurisdict. omn. iudic. Dec. in l. 1. num. 28. de offi. eius, vbi Alex. nu. 6.

Septimò, quando de cõtrouersijs agitur definiendis, quæ ingenium, ac hominis peritiam respiciunt, l. inter artifices, de soluti. In his igitur casibus, in quibus electa dicitur industria personæ, nõ potest delegatus alteri subdelegare.

21 Sed quid dicendum † de delegato nõ à Papa, sed ab inferiore, veluti ab Episcopo: An possit subdelegare, si forte infirmitate, vel alia causa esset impeditus? Respon. quòd non, argum. tex. in l. prætor. §. si post. ff. de va. muner. Quod intellige, nisi id fuerit expressum in sua delegatione, Io. Andr. per cap. is, cui. de offic. deleg. in 6. Archid. eod. tit. capit. quamuis. Cynus in l. à iudice. C. de iudic. Bart. in l. & quia. ff. de iurisdic. omn. iudi. Card. Zabar. in clem. 1. quęst. 12. de offic. deleg. Quare vicarij Episcoporum nisi habeãt expressam facultatem subdelegandi, id non possunt: Quod intellige, modo sint delegati ad vnum articulum tantum. Alias si ad vniuersitatem causarum, tũc

22 possent. Hinc consuluit † Nauar. de offic. ord. lib. 1. par. 2. consil. fi. quòd Vicarius Episcopi generalis facultatem absoluendi à reseruatis, quam ipse ab Episcopo habuit, alijs subdelegare possit: & ratio est, quia dicta facultas siue reducatur ad similitudinem aliarum facultatum, quæ vicarijs conceduntur, cum eorum iurisdictio sit ordinaria, capitu. Romana, in princip. de senten. excommunic. libro 6. siue reducatur ad delegatam, cum sit facta ad vniuersitatem causarum, non est dubium, quòd possit subdelegari, iux. tex. in l. more, & ibi glos. ff. de iurisdict. omn. iud. glossa in l. à Iudice. C. de iudic. & ita sæpe seruatum fuit.

Sic Vice curati, quando substituuntur curatorũ loco per Episcopos, fit eis

23 potestas subdelegandi. † Et eandem facultatem pœnitentiarij Pontificis habẽt annexam, vt inquit Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 4. art. 3. colum. 9. Et ratio est, quia quamuis eorum iurisdictio sit delegata, quia tamen est ad vniuersitatem causarum, comparatur ordinarię, vt notat gl. in cap. cum causam. de appell. Hinc eorum officium non expirat per obitum Sum. Pontificis. ita glos. in clem. 2. §. eo tamen, de elect. Quorum autem officiũ in eo cõsistit, vt possint absoluere in casibus pœnitentialibus etiam arduis, & reseruatis Papæ. Sed pœnitentiarii minores possunt absoluere à casibus reseruatis Episcopo, qui not. per glo. in cap. 2. de pœnit. & remis. lib. 6. Quinimo etiã possunt absoluere à sententiis Ordinariorum, si latæ sunt per modum statuti, ita Zabar. in d. clem. 2. §. eo tamen tempore. q. 5. & 6.

24 Subdelegare † etiam potest delegatus ab inferiore in vno articulo tantum, nõ autem quo ad totam causam sibi commissam, cum tantum hoc solus delegatus Principis possit, vt in cap. super quęstionum. §. si vero, de offic. delega. & in cap. cum causam, de appell. & ratio, quare delegatus in vno articulo, possit subdelegare, est, quia comparatur proconsuli, ita glossa in ver. proconsulum, in cap. Legatos, de offi. leg. in 6. sed delegatus à proconsule hoc potest, vt not. in d. l. à iudice. ergo. Nauar. in Manua. cap. 27.

25 num. 45. An † autem delegatus Principis, qualis est Inquisitor hæreticæ prauitatis, possit subdelegãdo dare facultatem subdelegato suo, seu Vicario, ut iterum subdeleget: communis est opinio, quòd non, ita gl. sing. in d. cap. super quæstionum, §. porro. ver. transfert. glos. in cap. cum causam. verbo, delegatus, de appell. Archid. in cap. quamuis, & Io. Andr. in cap. is cui, de offic. delega. lib. 6. Alex. in l. à iudice. C. de iud. Animaduertat igitur vnusquisque, Potestas sibi cõmissa, quousque se extendat, & an etiam ad casus reseruatos. Quærere autem quis potest, qui à peccatis, à quibus non potest, absoluit, an præter mortale incurrat aliquam censuram, vel irregularitatem? & quid tali casu facere debeat Cõfessarius, sed de hoc infra titu. de Confess. iter ex defectu iurisd. capit. 17.

26 Verum † religiosus, qui à vinculo excommunicationis à canone, vel à sentẽtiis

tiis promulgatis per statuta prouincialia, vel synodalia innodatos absoluere præsumit, est ipso facto excõmunicatus, eiusque absolutio est Sum. Pontifici reseruata; secus aũt si absolueret à sententia hominis; quia si cõditor hoc voluisset, expressisset illud, argum. c. ad audientiam. de dec. ita glos. in clem. religiosi, de priuil. Hinc infertur p Guliel. de Mon. Laud. in d. clem. quòd si religiosus absolueret excõmunicatos per sententiam Papæ, nõ esset excommunicationis sententia innodatus: & ratio est, quia ille, qui excommunicatum à canone, vel statuto absoluit, contemnit legem, & eius authorem: is autem, qui excommunicatum ab homine absoluit, contemnit tantum hominem. hinc mitius agitur cum ministro legis, quàm cum lege, Card. in clem. religiosi, quæst. 27. de priuil.

27 Item † nec excommunicatus esset, si hoc facit ignoranter: quia verbum præsumit, denotat dolum, & temeritatem absoluentis, facit tex. in cap. 1. de vita, & honest. cler. Nam licet ignorantia iuris non excuset: tamen, quando ex probabilibus coniecturis perpẽditur, quòd quis ignorauit, excusatur, secundum not. in cap. 2. de constit. Item sicut miles armatæ militię excusatur ab ignorantia iuris. C. de iur. & facti ignor. l. 1. ita & miles cœlestis militiæ in foro pœnitentiali, in quo credẽdum est asserenti se hoc ignorasse: quia non est verisimile, vt cũ mendacio veniat ad confessionem, 1. q. 7. c. sancimus, gl. in c. placuit, de pęnit. dist. 6.

28 Item † nec excommunicationem, nec peccatum incurreret religiosus, qui ab illis excommunicationibus absolueret, quæ sunt à iure expressę, vt possit absoluere, vt in cap. monachi, & c. cum illorum, de sent. excom. vel fuerint cõcessę ex gratia sedis Apostolicę: Habent enim multi religiosi priuilegium ab Apostolica sede super absolutionibus diuersorũ canonum. Si autem secularis presbyter

29 † à dictis excommunicatiorum sententiis, puta à canone, vel à statutis prouincialibus, vel synodalibus absolueret, his exceptis, quę in bulla Cœnę Domini cõtinentur, non esset vinculo excommunicationis innodatus. Verum absolutio nulla esset, & peccaret mortaliter, tenereturq; pœnitenti notum facere, iux. illud, quod dicitur in d. clem. religiosi. Arch. Floren. in summula, de auth. confess. c. 12. par. 1. Et eo casu sufficeret pœnitẽti ea solũ peccata reconfiteri habẽti authoritatem, à quibus ille alius absolui nõ potuit, Sylu. in ver. cõfessor. 3. col. 2.

30 Episcopus † verò ab omnibus excommunicationibus, atque ab omnibus casibus sedi Apostolicæ reseruatis occultis tantum, siue per se, siue per vicarium ad id specialiter deputandum absoluere potest in foro conscientiæ, imposita tamen pęnitentia salutari delinquentes tãtum, quoscunque sibi subditos in sua dięcesi, vt patet ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de reformat. A casibus autem in bulla Cęnæ Domini non potest absoluere, nisi tã quam principalis in officio sanctæ Religionis in sua dięcesi, & hoc propter magnas obstantias, & derogationes contentas in dicta bulla, vt Pius V. & Gregor. XIII. & Sixtus V. in excõmunicatione 20. ver. cęterũ. Ibi, cuiusuis Concilii decreta. Vnde quod in fine capit. 6. sess. 14. dicitur, quod Episcopi in hæresis crimine possint per seipsos, non autem per vicarios absoluere, nõ habet amplius locum propter dictam bullam: Et ratio

31 est, quia bulla † in Cœna Domini non solum est pagina excõmunicationis, & extensionis, sed etiam reuocationis, & innouationis, prout ibi in calce dicit Papa. Ita notauit Cath. Neap. lib. 1. cap. 25. num. 9. & lib. 4. cap. 1. Et ita fuit decisum in quibusdam Illustrissimorum Cardinaliũ decisionibus, quòd per prædictam bullam abrogata sit potestas Episcopis, non aũt Inquisitoribus, vt nõ possint absoluere ab hęresi in foro consciẽtiæ tantum, quam eis Conc. Trid. sess. 24. c. liceat fecerat, eamque conclusionẽ vulgo esse receptam testatur Nau. lib. 5. de sent. excomm. cons. 15. vbi etiam

32 inquit, quòd † verba illa, in foro con-

 scien-

scientiæ tantum; significant non solum forum pœnitentiale, sed etiam forum secretum. vnde quando Episcopus habet potestatem absoluendi ab excommunicationibus, potest absoluere etiam extra confessioné sacramentalem: Tum, quia absolutio ab excommunicatione nó est absolutio sacramentalis, secundum omnes: Tum, quia vicarius Episcopi in minoribus ordinibus constitutus pôt excómunicare, & absoluere, vt est gl. recepta in c. canonica, ver. presbyter. de sent. excom. licet nó possit absoluere à culpa, propter quã illa incurritur, nisi fuerit sacerdos, & id faciat audita cófessione sacramentali, Nau. in Manu. c. 27. nu. 41. & seq. Hinc in eodem c. nu. 275. credit
33 nec virtute † iubilei, vel bullarum cruciatarum, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, posse quẽ absoluere ab ea etiam occulta, licet expressè detur facultas à casibus bullæ Cęnæ: & ratio est, quia commissio illa generalis minimè comprehendit illam excommunicationem, cuius absolutio verisimili coniectura minimè in specie cõ misisset, cap. in generali, de reg. iur. lib. 6. cap. fin. de offic. vica. lib. 6. argum. tex. in cap. frater noster, 16. q. 1. Couar. in cap. alma mater, §. 1. nu. 14. de sent. excom. lib. 6. Hinc eadem ratione infert Cath.
34 Neap. lib. 3. cap. 2. quòd regulares, † qui per sua priuilegia, vt Sixti IIII. & Iulij II. obtinuerunt se posse absolui à suis superioribus ab omnibus casibus contentis in bulla Cœnæ Domini: Et hoc perpetuò, exceptis quatuor, aut quinque casibus; & item quòd & per dictam bullã nunquam intelligatur reuocatum tale priuilegium, quòd hodie nõ possint absolui à casibus in bulla contentis. Inquit enim ipse, si priuilegium concessum Episcopis, sess. 24. cap. liceat, quantum ad id, quod concernit bullam, reuocatum est per eandem bullam: ergo multò magis præfatum priuilegium reuocatũ dicitur. Quod dictum licet rationibus inniti nó possit, tum, quia in priuilegio Episcopis concesso, sess. 24. non est specificatum, ꝙ per dictam bullam nũquam intelligatur reuocatum, sicut in illa regulariũ: Tum etiam, quia dictum priuilegium regularium est in fauorem religionis, vt religiosis materia subtrahatur vagandi, facit tex. in cap. cum illorum, de sent. excom. quæ religiosis periculosa potissimè existit, cap. vt periculosa, extra ne cleri. vel mona. cap. cum singula. de pręben. lib. 6. cap. quanto, de offic. ordin. 16. q. 1. cap. monachi. & c. quidã. l. generaliter. C. de episc. & cler. cum ex debito teneantur esse in claustro saltem administrationem non habentes: figuranturque sine illo viuere non posse, sicut pisces sine aqua. 16. q. 1. cap. placuit. Tamen Greg. XIII. viuæ vocis oraculo (vt in scriptis vidimus) declarauit se nolle quòd pręfati religiosi suos subditos à casibus in eadem bulla contentis possint absoluere: quare cum expresè protulerit, quo ad casus in dicta bulla Cœnæ Domini tantum cópręhensos, videtur assentire quo ad alios casus dicta priuilegia esse valida. Absol-
35 uere † etiam potest Episcopus à quacũque excommunicatione reseruata Summo Pontifici, quoscunque iusto impedimento detétos, de quibus loquitur tex. in cap. quamuis, de sent. excom. Quod quidem impedimẽtum determinabitur iudicio boni viri, idest ipsius absoluẽtis, quo minus adeat Papam, vel Legatum à latere, qui etiam potest absoluere, cap. ad eminentiam, de sent. excomm. cap. pen. de offic. leg. Fely. in c. mulieres, de sent. excommu. Sylu. in verbo, absolutio. 4. num. 4. vers. quarto. Pędicti enim Doctores asserunt nó solum Episcopos absoluere posse percussores Clericorum enormiter, qui non possunt adire Sum. Põtificem, vel Legatum à latere, sed etiã si alia ex causa excómunicati essent, cõtra Innoc. Anch. & Panor. qui hoc tantum admittunt in excommunicatis ob percussionem; modo pro viribus satisfaciant, & iurent se præsentaturos Sedi Apostolicæ sub pœna reincidentiæ, iux. tex. in cap. eos, de sent. excommu. lib. 6. Prius tamen debet Episcopus Papã cõsulere,

sulere, & iuxta eius responsum exequi curare, facit tex. in c. mulieres, de sent. excommu. nisi fuerit probabile periculũ mortis, quia tunc absoluendi sunt, facit tex. in c. nõ dubium, eo. tit. c. si. de sepulr. cum simil. Non † potest autẽ Episcopus hodie post Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. dispensare cum homicida volũtario ad aliquos ordines, nec ad beneficia etiã simplicia, quamuis cum alio posit quo ad ordines minores, & beneficia simplicia obtinenda, ac etiam ad curata iam obtẽta retinenda, ita Dec. in cap. at si clerici, num. 16. de iudic. concordat opiniones contrarias, vt refert Nauar. in Manua. cap. vigesimoseptimo, num. 240. in fi.

37 Vtrum verò † posit Episcopus dispensare super irregularitate contracta ex homicidio iusto cum armis, vel in pace, cõdemnando aliquem ad mortem, vel condemnationem iustã exequẽdo, vel proximum defendendo, vel occidendo bannitum. Dic quòd non: sic enim facit cõsuetudo totius orbis petendo illam à Papa. Nauar. ext. de homic. lib. 2. cons. 33.

38 Qui † etiam cons. 6. eo. tit. inquit, quòd regularis generaliter hortãs amicum ad vindictam bannitorum, si litteras illas scit peruenisse ad eos, cui scribebãtur, & fuisse causam, vt committerentur homicidia, quæ non fuissent commissa, si sociorum animos non auxissent literę illę, esset irregularis: at si litteras nesciret ad amicum peruenisse, cui scribebãtur, vel ille, aut illi, qui homicidium cõmiserunt essent ita dispositi, quod fecissent vindictam, etiam si litteras ad eos non peruenissent, secus esset, iux. glos. singulariter receptã in c. fęlicis, §. illud, de pęnis, lib. 6. At quãdo est irregularis, dẽt petere dispẽsationẽ à Papa, vel sacra pęnitẽtiaria. An verò posit Episcopus dispensare prę ter homicidium voluntarium cum irregularitatibus occultis prouenietibus ex delicto. Dic, ꝙ sic, vt per dictum Conc.

39 Triden. Non † autem in irregularitatibus, quæ aliunde contrahuntur; quia facilius deletur irregularitas proueniens ex crimine: purgatur enim per pœnitẽtiam. Non sic in irregularitate proueniẽte ex defectu, 26. dist. c. deinde. vel maior est irregularitas proueniens ex origine, quàm ex crimine, quia prima ex natura, secunda ex accidenti, sed naturalia immutari non possunt, distin. 6. cap. fin. §. vlt. Ita glos. not. in capit. 1. versi. sedis, ext. de fili. presbyt. lib. 6.

40 Rursum † sciendum est, quòd si quis potestatem habet absoluendi à casibus, non potest à censuris absoluere; quia cẽsura non est casus, sed pœna eius: nisi hanc facultatem haberet à Sum. Pontifice, quia nullus est casus sibi reseruatus, quin habeat censurã annexã, cuius appellatione continetur suspẽsio, interdictum, & excommunicatio, cap. quærenti, de verb. signif. Inde fit, † vt bulla,

41 quę facultatem absoluendi concesserit à casibus Papalibus, videtur etiam concedere facultatem à censuris Papæ reseruatis. Nauar. dicto cap. 27. num. 254. Hinc notandum est, quòd cum per Conc. Tri-

42 dent. sess. 24. cap. 6. detur facultas † Episcopis absoluendi à quibuscunque casibus occultis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, per consequens absoluere possunt ab excommunicatione lata à canone, Si quis suadente diabolo, 17. q. 4. etiã si læsio esset enormis; modo sit occulta.

43 Occultum † dico id, quod processit in actu, pro ut opponitur probabili, idest cuius non sunt legitimi testes, etiam si ab aliquibus scitur, facit glo. in cap. manifesta, 2. quæst. 1. Non autem, ut opponitur publico, vel opponitur notorio. Nam id, quod opponitur publico, est, quod ab Ecclesia toleratur. quod autem aliqua tergiuersatione celari potest, licet laboret infamia, dicitur occultum, quod opponitur notorio, Sotus de ratione tegen. memb. 2. Si tamen læsio enormis esset occulta tali pacto, quia effectus esset publicus, sed nescitur percutiens, etiã delictum dicitur occultum, Sylu. in ver. correctio. q. 8. & Epi absoluere possunt.

44 Sed † nunquid homicidium à reo cõmissum, deductum ad forum contẽtiosum, sed non probatum, vnde reus absol-

uitur, dicatur occultum, ita vt possit Episcopus absoluere, atque etiam dispensare? Resp. quòd sic: quia adhuc delinquens remanet occultus. Nam verba Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. dantis facultatem Episcopo dispensandi, dummodo delictum non sit deductum in foro cōtentioso, intelligitur, & probatum, quia verba cum effectu sunt intelligenda, c. hæc autem verba, de pœnit. dist. 1. 17. q. 4. cap. si quis suadēte. 23. dist. Psalmista, C. commu. de lega. l. 2. cap. relatum. de cleric. non resid. & ita interrogatus respondi, quam quidem sententiam vidi approbatam à grauissimis viris Salmanticæ, vt refert Cande. Aure. de excom.
45 nu. 42. Vtrum † verò Confessarii expositi ad audiendas confessiones ab Episcopo duntaxat per examen, seu alias quomodolibet approbati, siue seculares, siue regulares possint absque licentia parochi subditos suos audire? Resp. quòd sic: modo subditi sint Episcopi. Imo illos possunt audire etiam extra diœcesim: Et ratio est, quia cum pęnitentia sit iurisdictionis voluntariæ, quilibet sacerdos approbatus potest subditum suum vbique absoluere, facit tex. in l. 2. ff. de offi. procons. Et ideo de loco nil exprimit concilium generale in cap. omnis, extra de pœnit. & remiss. Host. in summa, eod. tit. num. 14. Astens. eo. tit. 14. Quinimo hoc extenditur etiam ad monachos approbatos à suo pręlato ad audiendas cōfessiones monachorum. Exemplum. Religiosus, qui facultatem habet à suo pręlato audiendi confessiones religiosorum, quemcunque subditum sui conuētus potest vbicūque terrarum absoluere, perinde ac Prior ipse, præterquam à casibus reseruatis, Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 4. ar. 3. col. 8. versi. aliud, per clem. dudum. de sepult. vbi clem. pares facit religiosos, & plebanos. Quare sicut Plebanus suum parochianum, ita religiosus potest sibi subditum vbicunque absoluere, contra Sylu. in verbo, confessor. 1. §. 14. Quinimo prædicti sacerdotes seculares, siue regulares si voluerint, possunt audire confessiones omnium ad se venientium, etiam alterius diœcesis, non tamen extra loca, pro quibus sunt præsentati, vel admissi, Nauar. in Manua.
46 c. 27. nu. 266. Sed quæritur, † an Confessarius possit absoluere non subditum in loco tamen, vbi fuit præsentatus de aliquo peccato reseruato suo Episcopo, quod tamen vbi confitetur, non est reseruatum, (verbi gratia) Episcopus Nolanus reseruauit sibi adulterium, quod vbi confitetur adulter, id est, Neap. non est reseruatum, an Confessarius expositus ab Archiepiscopo Neapolitano possit illum absoluere? Resp. quòd aut ille mutauit domicilium, aut non. In primo casu potest absolui, (exempli gratia:) Est vagabundus, qui vbi deliquit, casus erat reseruatus, vbi confitetur, non. Tunc cum nullibi habeat domicilium, non tenetur nisi legibus Episcopi loci, vbi est, Sotus in 4. sent. distin. 18. quæst. 4. ar. 2. col. 10. Si vero domicilium non mutauerit, vt sunt peregrini, & tunc non potest absolui: quia ex quo ratione domicilii, & habitationis quis subditus dicitur, glo. celebr. in clem. vnica. de foro compet. verbo, subditos. Ideo non videtur exemptus à subiectione sui Episcopi, qui peccatū reseruauit, & per consequens non est absoluendus; pręsumitur enim illū facere fraudulenter in prędiudicium animæ propriæ, puta fugiendo censuram proprii sacerdotis volētis amputare occasiones peccatorum. Sotus in 4. sent. distin. 18. q. 4. ar. 2. col. 9. in fi.
47 Hinc infertur quęstio † notabilis, An religiosus, qui crimen aliquod commisit reseruatum in suo monasterio, quod vbi confitetur, non est reseruatum, possit absolui à Confessario nō habente potestatem super casus reseruatos? Respōdetur, quòd si fuerit exemptus à iurisdictione illius Abbatis, qui crimen reseruauit, quod dicitur, quando à monasterio est mutatus, potest absolui, alias secus, ita Sylu. in verbo, confessor. 1. quęst. 12. Sotus, qui supra, Ioseph in floribus Theologiæ, de confessione. in ver. vagabun-

gabundi. vbi inquit, Hinc quantum ad casus reseruatos eidē Episcopo, vbi confitentur erunt subiecti, nisi casus sit reseruatus proprio Episcopo: tunc enim quando à proprio episcopatu discedit, specialem facultatem petere debet, alioquin absoluere non poterit. ita etiam videtur sentire Nauar. in Manua. cap. 27. num. 261. uersic. 10. ibi, episcopi uidentur tacite, &c. frater Bartholomæus Med. in sua summa, capit. 10. §. 3. quamuis asserat contrarium esse in mendicantibus uigore suorum priuilegiorum, ut à crimine reseruato, quod commiserunt in suo monasterio, ꝙ ubi confitentur, non est reseruatum, possit absolui à priore, uel eius loco, si est absens à superiore, non tamen ab aliis religiosis illius monasterii, & si possint audire confessiones suorum religiosorum, quod priuilegium extenditur etiam ad omnes, quibus eorum priuilegia communicantur, unde uerisimile est hoc esse in consuetudine. Quod si quis obiiciat, quòd nec quando mutauerit domicilium, possit absolui ab alio alterius diœcesis, per regulam illam, quòd ratione delicti quis forum sortitur. l. 1. C. ubi de crimi. agi opor. capit. 1. ubi glo. & omnes, extra de rapt. l. solent. ff. de custo. reor. cum similibus. Respondetur, regulam illam non procedere in animæ iudicio, glo. in cap. placuit, el primo, 16. quęst. 1. Abb. in cap. 1. de rapt. idem in cap. fin. num. 7. & cap. cum contingat. nu. 29. & in cap. si quis contra, num. 50. de foro compet. in repetitione.

48 Rursum, † quid de eo, qui facultatem habet à reseruatis à suo Episcopo: An possit absoluere subditos alterius Episcopi ab ei reseruatis in sua diœcesi? Re pon. ꝙ sic. nam sicut Confessarius pōt absoluere pœnitentem à peccatis ubicunque commissis, ut inquit Arch. Flor. c. 1. de auth. confess. in summula: ita Episcopi uidentur tacitè debere, ut idem sit de peccatis eis reseruatis. ita etiam uidetur se habere consuetudo, quæ est optima legum interpres, ff. de legib. l. si de interpretatione: quia uidemus peccatorem peccata, quę toto terrarū orbe commisit, uni sacerdoti confiteri, & eos nūquàm remitti ad sacerdotes locorum, in quibus deliquerunt pro absolutione: nisi ratione excommunicationis, uel nisi peccatum esset notorium, quo casu remittuntur aliquando causa satisfactionis, uel scandali emendandi, & non ratione absolutionis, Sylu. in uer. confessor. 1. num. 6. & quæst. 13. & Nauar. in

49 Manua. cap. 27. nu. 255. Quæritur † præterea, an Confessarii expositi ad audiendas confessiones per Episcopū, ipso mortuo, uel amoto possint adhuc confessiones audire, an teneantur iterum præsentari? Sotus in 4. sent. dist. 18. quæst. 4. ar. 3. col. 7. inquit, satis esse, si habeant semel unius Episcopi facultatem, uel licētiam, ut non teneātur amplius eidem Episcopo, uel alteri præsentari. facit extrauag. Benedicti XI. inter cunctas, de priuileg. quæ in hac parte non est reuocata. Præterea facit tex. in cap. si cui. de præb. lib. 6. & cap. si super gratia. de offi. deleg. eo.

50 lib. Vbi † gratia non expirat per mortē concedentis: quod intellige, modò simpliciter fuerit facta, secus si ad certū tempus concessa sit, pro hoc commod. capit. unico. uel si concessio fuerit facta ad beneplacitum, uel uoluntatem concedentis, ut per text. in capit. si gratiosè, & ibi Franc. num. 1. de rescrip. lib. 6. Quid au-

51 tem † sit licentia, dic quòd est gratia cōcessa alicui, per quā sibi licet quod prius non licebat, & dicitur à Liceo, lices. pro hoc 14. quæst. 1. §. 1. in fi. Omnia mihi licent, unde debet tanquàm gratia ampliari, de regu. iur. odia. lib. 6. Sed an ad ualiditatem, & essentiam ipsius gratiæ, & concessionis scriptura sit necessaria? Dic quod non, glo. in cle. dudum. §. nos etenim. de sepul. cap. institutionis. 25. q. 2. nisi tantum in casibus, qui numerantur per glo. in cap. 1. dę censib. lib. 6. Sed bene necessaria est ad probationem, Bal. in cap. constitutus. colum. penul. in fi. de rescrip. Abb. in cap. nosti. in ult. not. de

52 elect. Vbi † inquit, quòd non sufficit probare

probare per testes, quòd Papa pronuntiauit aliquem Episcopum, ad hoc vt in ecclesia recipiatur tãquam Episcopus, sed oportet quod probetur per litteras Papæ, idem Abb. in cap. qualiter, in princ. de elect. sed tamen quod gratia probari possit per testes, affirmat Dec. in rubr. de constit. num. 43. & 44. & ita tenendum.
53 Hinc † infertur, quòd si Papa fecit aliquam collationẽ beneficii, vel aliquam gratiam, & mandauit de hoc litteras fieri, sed antequam hoc fieret, vel bullaretur, mortuus est Papa, quod gratia per Papam facta, & nondum scripta in solita litterarum forma, seu non bullata, nõ expirat moriente Papa, ita Archid. Ioã. Andr. in prohę. 6. in verbo, vniuersitati, tex. & glo. in clem. dudum. circa fi. versi. nos enim, de sepul. facit tex in c. si Apostolica, in fi. de preb. in 6. Insti. de donat. §. perficiuntur. idẽ videtur tenere Inno. in cap. constitutus, in princ. de rescrip. vnde dicit in d. verbo, vniuersitati, Ioan. And. quòd si Papa interim moriatur antequam litteræ fierent, non expirat ius quæsitum, sed debent postea fieri tempore successoris litteræ, faciendo mentionem tempore prædecessoris. facit etiam, quia imperialis donatio non eget scriptura. l. sancimus. §. exceptis. C. de do-
54 nat. Quòd † autem diximus, gratiam probari posse per testes, adde Innoc. in cap. cum olim, el primo, in fi. de priuileg. Bal. in l. 1. C. de manda. princ. Verum si in gratia principis esset clausula proprii motus, tunc illa non potest nisi per scripturam probari, vt est tex. in cap. si motu proprio. de præb. lib. 6.

Rursum quęri potest, num religiosus vnius ordinis sine licentia petita, & obtenta suorum prælatorum possint sacerdotibus alterius ordinis confiteri, (verbi gratia) Franciscanus Augustiniano? Dic quod non: etiam si sit confessor secularium constitutus. ita Host. in sum. extra de pœnit. & remiss. num. 14. Asiens. tit. 14. cui presbytero est confitendum. Definita est expresse in extrauag. inter cunctas. Sed nunquid dicenti se habere licentiam, credendũ est sine litteris? Dic quod sic, in cap. placuit. de pœnit. distin. 6. licet in foro contentioso nulli credendum sit sine probatione, arg. extra de
55 foro comp. cap. significasti. Sed † an possint monachi de licentia suorum prælatorum sacerdotibus alterius religionis etiam nondum institutis confessoribus secularium sua peccata in confessione reserare? Dic quod sic. Nam Concil. Trid. sess. 14. cap. 15. quando præcipit, ne religiosus audiat confessiones sacerdotum, nisi prius ab Episcopis idoneus iudicetur, intelligendũ esse videtur de sacerdotibus subditis Episcopo. Vnde cũ religiosi non sint subditi Episcopo, ideo eorum approbatio nõ desideratur. Hinc Abbas poterit suo religioso facultatem concedere alteri confitendi, qui nondũ est confessor institutus; quia Abbas est mihi proprius sacerdos, de cuius facultate possum alieno confiteri, instituto ta-
56 men in suo ordine. Item † quæri potest, vtrum religiosus, qui potestatem habet à Sede Apostolica impetrata absoluendi à quibusuis casibus, & censuris, si Episcopus ciuitatis illius particulari cõstitutione reseruat sibi vnũ, vel plures casus Papales, imponitque cẽsuram absoluenti, an poterit religiosus prædictus ab illo, vel illis casibus absoluere? Respondeo quòd non, vt est declaratum per Greg. XIII. quemadmodũ refertur per Cath. Neap. lib. 4. incip. Cum à sacra. capit. 19.
57 Sed iterum † quæritur, vtrum qui per priuilegium summi Pontificis habẽt vt possint audire cõfessiones omnium ad se venientium, & illos absoluere, etiam si à locorum ordinariis ad id examinati, & approbati non fuerint, valeant absoluere etiam ab omnibus casibus, Episcopo reseruatis? Sylu. in ver. confessor. 1. §. 5. & Gabr. distin. 17. quæst. 2. ar. 3. atque alii affirmanter respõdent: quia priuilegium Papę nõ potest inferior, nempe Episcopus coarctare. At Sotus in 4. sent. dist. 18. quæst. 4. ar. 3. negatiuè respondet: nisi Episcopus vellet plures casus reseruare religiosis, quam Plebanis. nam

nam tūc censetur id facere in fraudem, & in odium ipsorum, & ideo tam aperta posset esse fraus, vt non esset illi parendum; quia pari sorte sunt tractandi, vt Plebani, vide glossam in clem. dudum. ver. concessa. de sepult. Nauar. in Manua. capit. 27. num. 264. Sed quid si in priuilegio habetur, vt absoluere possint à casibus reseruatis, & censuris, atque pęnis. insuper, & vota commutare, an virtute Conc. Trid. videatur tale priuilegium reuocatum. Cum cap. quamuis. sess. 23. tantummodo reuocet priuilegia, quibus præfati religiosi poterant audire confessiones secularium, & nullam videatur facere mentionem de casuum reseruatione, censuris, & votorum permutatione. Et per consequens videatur firmasse priuilegium in non exceptuatis.

58 Præterea † aliud oritur dubium, si in quodam iubileo concessa fuerit facultas omnibus Confessarijs absoluendi à quibuscunque casibus, & censuris, licet sedi Apostolicæ reseruatis, num possint absoluere à casibus, quos sibi Episcopus particulari constitutione reseruauit? Respond. secundum Nauar. in Manua. in noua editione, capit. 27. num. 263. quòd sic: qui inquit, quòd confratres sanctissimæ Trinitatis, & alij Christi fideles possunt absolui à casibus reseruatis Episcopo, eis inconsultis, authoritate cuiusdam bullæ eis concessæ à S.D.N. Gregorio XIII. per quam eis concedit facultatem eligendi certis temporibus, & diebus quoscunque idoneos Confessores ab Ordinarijs approbatos, à quibus absolui valeant toties, quoties à quibuscūque peccatis, & criminibus etiam sedi Apostolicæ reseruatis etiam contentis in bulla Cęnę Domini, à quibus absolui nihilominus possint etiā semel in vita, & in mortis articulo, & hanc opinionē probat multis argumentis contra quendam virum, qui contra scripsit in tractatu de casibus sedi Apostolicæ reseruatis.

59 Sed an † peccans spe consequendę absolutionis virtute, & ratione indulgentiarū, possit ex vi ipsarum absolui? Io. Lupinus in capit. per vestras, de donat. inter vir. & vxor, num. 14. inquit, quòd non, per tex. in cap. quando, lo 1. de consecr. dist. 4. & capit. illud, de cler. excom. minist. Ego autem contrariam opinionem esse arbitror veriorem: Nam & si iste grauius peccet, vt in dictis iuribus probatur: non tamen ex hoc deneganda est absolutio, quādo crimen illud & circunstantiam confitetur, atque magno cordis dolore detestatur, & ita in specie tenet Syluest. in ver. Indulgentia, q. 10. versic. 5. Nauar. in cons. 10. de priuil. lib. 5. qui limitant hanc quęstionem, quando bulla exciperet hunc casum.

60 Quærere etiam quis potest, quid † si Confessarius, qui potestatem absoluēdi à quibuscunque casibus, & censuris ex priuilegio habet, an possit absoluere ab excōmunicatione lata ab Episcopo per modum sententiæ generalis, videlicet: Quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus? respondet Imola in cap. graue, de præben. quòd sic. vbi inquit excommunicationem latam per viam sententiæ generalis non cēseri reseruatam: ratio est, quia dicta sententia cum generalis sit, in pluribus æquipollet canoni, & videtur lata per canonem, à qua nulli dubium est, in eo casu Confessarium posse absoluere, Nauar. in cap. ita quorundam, in glo. fin. num. 31. de Iudæis. Hæc nota pro Confessarijs habentibus excommunicationes Papales. nam possunt absoluere ab excōmunicationibus ab Episcopo latis, monitionibus tribus pręmissis: modo sit lata in genere, & satisfactum sit damnum. Quæ † quidem excommunicatio nūquam fieri deberet nisi in causis arduis, vt contra insignes criminosos, hæreticos, scismaticos, clericorum percussores, & Ecclesiarum violatores. Sed heu hodie adeò creuit excommunicationum frequentia, ut quoquò te vertas, excommunicationis laqueos paratos offendas. Emittitur enim excommunicatio pro damnis nō solum merè temporalibus, verum pro minimis causis, & cum sit pœna spiritualis,

61

quæ

quæ non nisi alijs pluribus remedijs ten tatis, & pœnis, deberet adhiberi, iux. Conc. Trid. sess. 25. cap. quamuis. hodie nihil aliud præcipere sciunt, nisi sub pœna excommunicationis.

62 Postremo † adnotandum est, quòd si Summus Pontifex super aliquo incidéti excommunicationem ferat, & super eodem Episcopus alia excommunicatione subsequatur: si Summus Pontifex suã abstulerit legitima causa superueniente, non censetur de iure episcopalis sublata: quia quando sunt duo impediméta: vno sublato alterum non tollitur, argu. cap. ex tuarum, de vsu, & auth. pall. l. si domus, ff. de seruit. vrb. præd. vnde non poterit de iure quilibet sacerdos proprius absoluere: licet contrarium sit in consuetudine. Nauar. in Manua, capit. 27. num. 255. Quibus absolutis consideret Confessarius, quantum conducat animaduertere quousque se extédat si-

63 bi commissa potestas. Hinc † sequitur quod si Episcopus alicui concesserit casus suos omnes reseruatos, non censetur concessisse sibi censuras reseruatas, quoniam à diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli. ff. de minor. 25. anno. Nec etiam concedendo casus omnes, & censuras sibi reseruatas, videtur concessisse dispensationem, seu absolutionem votorum, aut irregularitatum, à quibus poterit Episcopus; idest ex delicto occulto prouenientibus, nã quo ad illas, quæ sunt in iudiciũ deductæ, uel irregularitates, quæ aliunde contrahun tur, quam ex delicto, Episcopus dispensare non potest. Nauar. c. 27. num. 255.

64 Infertur etiã, † quòd si prælatus, seu Episcopus omnimodam potestaté in cõfessionibus audiendis concesserat, num censetur commisisse casus sibi iure cõmuni, aut particulari, vel consuetudine generali, seu speciali reseruatos, quos ponit, & refert glo. in clem. dudum. in ver. concessa. de sepult. & glo. in cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. & Nauar. capit. 27.

65 nu. 256. Huiusmodi casus de iure † reseruati Episcopo sunt incédium ex proposito factum, & cõsilium, & auxilium ad id præstitum, 23. quęst. 8. capit. pessimam. peccatum, ob quod pęnitentia sollemnis imponenda est, dist. 50. cap. in capite. 26. quæst. 6. cap. fin. quæ ob solum peccatum notoriũ, & scandalosum imponitur, quæ tamen propriè non est in vsu. De consuetudine autem generali sunt reseruati sequentes: Homicidium voluntarium: Realis membri abscissio, 23. quæst. vlt. cap. si quis membrorum, cum cap. seq. non autem mentalis, etiam si veniat ad percussionem, falsitas admissa in scripturis, aut in dando testimonio, aut tacédo veritatem coram iudice, iuxta notata per Panorm. in cap. 1. de crim. falsi. & ostensio scripturarum facta ab aduocatis, procuratoribus, & notarijs parti aduersæ, iuxta l. 1. §. deposita. ff. de fal. Violatio libertatis, aut immunitatis ecclesiæ, per quam iniustè personis, aut rebus ecclesiasticis infertur, licet hodie sæpè habeat annexam excommunicationem, Sylu. in ver. casus. quęst. 4. Igitur ab ijs, & similibus casibus non possunt Confessarij absoluere eo prętextu, quia Episcopus concesserit in confessionibus audiendis omnimodam suam potestatem, argum. tex. in cap. quod translationé. de offic. deleg. vbi legatus Sedis Apostolicę ex generali commissione non potest manus extendere ad ea, quæ sibi specialiter Sedes Apostolica reseruauit. Quę autem sint ista, ponit glo. sing. in d. cap. quod translationem. Sic licet paterfamilias filio concedat liberam administrationem, non potest alienare, ff. de his, quę in frau. credit. l. si pater. ff. de pact. l. contra iuris. §. fin. Item nec potest donare, ff. de donat. l. filij familias: ratio autem, quare non possint confessores habentes liberam facultatem absoluẽdi, absoluere à casibus Episcopo reser-

66 uatis, ponitur † per Phil. Franc. in cap. 2. num. 10. de pœnit. & remiss. lib. 6. quia in reseruatis Episcopo sacerdos non dicitur habere ordinis executionem, arg. text. in capit. adiicimus. §. ecce. 16. quæstio. 1. Quod quidem procedit etiam si Epi-

Episcopus cōcederet licentiam generalem adiecta clausula generali, vt omnia Confessarius facere possit, quæ specialem cōmissionem requirerent, arg. tex. in c. qui ad agendum, de procurat. lib. 6.

67 Nisi, † quando Episcopus concederet vnum casum reseruatum, adiecta deinde generali licentia, vt habeat omnimodam suam potestatem, nam tunc extenditur potestas etiam ad similes casus reseruatos non expressos, argum. tex. in d. cap. qui ad agendum. §. 1. glo. fi. in cap. 2. de offic. vicar. lib. 6. Pari ratione, qui cōcedit omnem suam facultatem aliquo casu reseruato duntaxat excepto; nam tunc poterit etiā à cæteris reseruatis absoluere, nam exceptio debet esse de regula, vt no. in rub. de reg. iur. lib. 6. & ipsa exceptio habet firmare regulā in omnibus aliis casibus non exceptuatis, 32. q. 7. cap. si Dominus. Franc. in d. cap. qui

68 ad agendum, §. 1. Sic etiam hoc † procederet, quando in delegatione diceret Episcopus: Cōcedo omnes casus meos: quia iuxta communem usum loquendi, per suos casus peccata illi reseruata dicuntur. Eodem modo hoc idem dicimus, quando in foro conscientiæ appareret Episcopi animum fuisse concedere etiam sibi casus reseruatos, cap. humanæ aures, 22. q. 5. Nauar. c. 27. num. 255. Vel quando Episcopus sibi aliquem in Confessarium eligeret, quo casu posset illum absoluere ab omni peccato, & excommunicationis vinculo, mutare uota, & dispensare, relaxare iuramenta, & omnia tandem, quæ posset Episcopus in ipsum. Arch. Flor. in summu. c. 2. de author. confess. Rursum, quando concederet Episcopus presbytero parochiali licentiam generalem audiendi confessiones omnium suorum parochianorum: nam tunc ut talis licentia aliquid operetur, intelligitur & in casibus reseruatis, aliàs talis licētia nihil concederet, quod esse non debet, vt in c. si Papa, de priuil. lib. 6. l. si aliquando, ff. de lega. 1. Ita Franciscus in c. 2. de pœnit. & remiss. num. 11.

69 Pari † ratione idem dicēdum esset, quādo prælati ob præcipuam festiuitatē darent monasterii superioribus ad audiendās confessiones expositis suam facultatem: nam ut talis licentia tūc aliquid operetur, illam extenderem ad casus reseruatos. Quinimo ad censuras, si huiusmodi essent omnes casus reseruati. An verò per dictam facultatem possint superiores promiscuè, & indifferenter nedum suorum, verum etiam aliorum audire confessiones? Respondeo affirmatiuè, ex præsumpta mente prælati, ad quam potius recurrēdum est, quàm ad uerba, facit tex. in clem. exiui, de uerb. signific. Et secundum mentem legislatoris lex extenditur, & restringitur, l. cum pater, §. dulcissimis. ff. de lega. 2. c. suggestum, cap. meminimus, vbi pulcre Panor. de appel. vnde quia multi sunt, qui suas forte dimidiarēt confesꝭsiones, vel quia suspicantur suos Cōfessarios esse sibi inimicos, vel ob verecundiā, ideo præsumendum est, vt infirmitatibus eorum prælati condescendant, in hoc, vt dando superioribus facultatem absoluēdi, posꝭsint omnes absoluere: Tum etiā, quod talis sit intentio prælati ex eo colligitur, quòd solent ab hac facultate eximere discipulos Magistri Nouitiorum. vnde talis exceptio firmat regulā in non exceptuatis, cap. si Dominus, 32. q. 7. Præterea sic ad medelam animarum solent Summi Pontifices hoc facere in Iubileis. ergo ita prælati, ut membra correspondeant capiti.

70 Notandum † etiam est, quòd quando Confessarius beneficium absolutionis pœnitenti in casibus reseruatis absoluto impēdere nequit, audita prius omnium peccatorum etiam reseruatorum confesꝭsione, potest ipsum absoluere à non reseruatis, S. Thom. dist. 17. q. 3. artic. 4. q. 2. ad quartum, probatur per tex. in cap. omnis, extra de pœnit. & remisꝭs. & c. 1. §. cautus, de pœnit. distin. 5. modo non sit excommunicatus: quia tunc mortale sacrilegium cōmitteret. S. Tho. distin. 18. q. 2. artic. 5. quæst. 1. Astens. titu. 18. Qualis debet esse confesꝭsio. vers. de

de recursu. & deinde mittere ad superiorem, vt eum absoluat à reseruatis, & quòd dicat superiori peccata reseruata in confessione. Item vetera non confessa, oblita in priori confessione facta, & si quæ post illam alia admisisset, ita Nauar. lib. 3. de regul. consil. 75. num. 61. ea ratione, quia confessio reseruatorum debet esse sacramentalis, & per consequens integra omnium peccatorum nondum confessorum, quorum memoriam habet. Vel si simplex esset adeò pœnitens, vt nesciret exprimere casum suum, tali pacto Confessarius scribere poterit Episcopo: Latorem præsentium pro homicidio, vel incestu in tali gradu commisso absoluendum vestræ Paternitati transmitto, vt absolutionis beneficium impendendo, & eis salutarem pœnitentiam iniungendo, ipsum sanctæ Ecclesiæ sic concilietis. Arch. Flor. in sum. in 3. par. interr. de absol. & pœnitentia iniung. cap. 16. Quod si Episcopus remittit pœnitentem ad Confessarium ad absoluendum, quàmprimum absoluat. Vel ipsemet Confessarius superiorem adeat, absoluendi potestatem accepturus, vt pœnitentis erubescentię obuiet, & demum absoluat. Et hæc videtur obseruantissima in omnibus consuetudo, Nauar. in Manua. capit. 26. num. 6. & seq.

71 Quòd † autem Episcopo sibi casus reseruare liceat, patet per tex. iuncta glos. in cap. 2. de pęn. in 6. & in extr. & si Dominici, la 1. Et qui oppositum vellet tenere, esset hæreticus, vt definitur per Conc. Trid. relatum à Nauar. capit. 27. num. 254. & ita extat ecclesiæ mos vniuersalis. Fit autem reseruatio casuum, secundum Conc. Trid. sess. 14. c. 7. tum, vt grauiora peccata grauiori iudicio subdantur: Tum, vt melius corrigi possint: Tum, vt si sint in rempublicam pestifera, commodius adhibeatur remedium: Tum præsertim, vt acriori metu correpti homines ab huiusmodi sceleribus arceantur, Sotus in 4. sent. distin. 18. q. 2. art. 5. Quæ quidem reseruatio intelligitur de actibus exterioribus, non autem interioribus, v. g. Si quis concupiuit occidere, aut adulterare, nam dictum homicidium, seu adulterium non est de casibus Episcopo reseruatis, Sotus distin. 18. quæst. 2. art. 5. colum. 10.

Rursum, nec intelligitur de actu exteriori, qui non habuit effectum. ex quo infertur secundum Panorm. in capit. cum in cunctis, §. clerici, de elect. quòd pœna imposita à iure ob aliquod delictum, non procedit, nisi delictum fuerit consumatum, vt notat Io. Andr. in reg. odia, de reg. iur. in 6. Item constitutio Episcopalis de furtis, intelligitur de furtis perfectis, secundum Baldum in l. si quis seruo. C. de furt. Bald. in l. si quis nõ dicam. C. de episc. & cler.

Præterea intelligitur reseruatio de mortalibus, non autem de venialibus.

72 Rursum, † vt inquit Petr. de Palud. in 4. senten. distinct. 34. quæst. 2. artic. 1. Incestus, qui committitur à pueris non habentibus vsum rationis, non est de reseruatis Episcopo, quia nec per hoc tollitur virginitas, nec causatur affinitas, Arch. Floren. de autho. confess. in summu. cap. secundo, in fine. Quando autem petit Confessarius facultatem à superiore absoluendi ab aliquo casu reseruato, is in huiusmodi concedenda facultate facilis esse debet, vt communi bono prospiciat, neve confessionem detestabilem reddat, atque grauissimã. Hinc

73 † inquit S. Tho. opusc. 19. contra impugn. relig. capit. quarto, quòd quidam sunt (vt experimento inuentum est) qui à confessione desistunt, nisi possent alijs, quàm suis superioribus confiteri, quandoque ob verecundiam, quia erubescunt confiteri illis peccata, cum quibus quotidie conuersantur. quandoque verò, quia suspicãtur sacerdotes sibi esse inimicos, & propter multa alia. Hinc piè prælati eorũ infirmitati condescẽdẽtes, ne omnino in desperationem labantur, debent de aliis cõfessoribus eis prouidere. Inde Conc. Trid. cap. 10. sess. 25. loquendo de monialibus inquit, quòd

præter

præter ordinarium cõfeſſorem alius extraordinarius ab Epiſcopo, vel aliis ſuperioribus bis, aut ter in anno debet offerri, qui omnium confeſsiones audire debet: qui quidem, ſi Epiſcopus ſuam facultatem conceſſerit, debet eſſe diſcretus, & prouidus, & qui nouerit circũſtantias peccatorum, & perſonarum, & maximè quo ad diſpenſationes, & abſolutiones, & reſtitutiones illicitè acquiſitorum faciendas. arg. de homi. cap. ſicut dignum. cap. omnis. de pęnit. & remiſſ. Hoſt. in ſum. de pœnit. & remiſſ. verſ. cui confitendum eſt.

Penſet etiam ſuperior peccatum illud cõmiſſum ſub ſigillo reſeruare, ne quoquo modo p eius verba, aut nutus inurat alicui infamiæ notata. Eodemque ſigillo tenetur, qui facultatem petiit, nec obtinuit, quia hæc omnia ad ſacramentum pertinent. Sotus in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. ar. 5. ibi, ſecundum arg. verſi. igitur.

74 Sed † quid ſi pœnitens obtenta authoritate à ſuperiore fecerit confeſsionem irritam, uel ſi fictè confeſſus ſit, tenebitur ne iterum authoritatem petere? Dic quòd non: Ratio eſt, quia authoritatem concedere eſt caſum reſeruatum non reſeruatum facere, & pœnitentem legitimam, uel non legitimam confeſsionem facere non reuocat authoritatem ſemel à ſuperiore conceſſam, ita Sylu. in uer. confeſsio. 1. §. 19. Adria. in materia caſuum reſeruat. idem tenet. Hinc conceſſa ſemel authoritate à prælato ſubditis, omnia peccata illucuſque commiſſa deſinunt eſſe reſeruata, quamuis ſubditus ab illis non abſoluatur.

75 Sed † quid ſi abſolutè prælatus authoritatem concedit, intelligitur ne de reſeruatis tantum ante commiſsis, uel committendis etiam intra ſpatium à ſuperiore conceſſum? Reſp. quod extenditur etiam ad committenda intra ſpatium cõceſſum: ratio eſt à ſimili in conceſsione bullarum, ut explicabimus lib. 4. cap. 15. num. 28. tenet Nauar. lib. 5. nu. 2. conſi. 43. de ſent. excommun.

76 An † autem ſuperior abſens poſsit dare facultatẽ inferiori, ut à caſibus ſibi reſeruatis abſoluat ſub eo modo, ut iterũ illi confiteatur, quando præſens fuerit? Dic quod ſic, & ita inquit Nauar. eſſe ſtatutum in ordine Carthuſiano. debet tamen Confeſſarius id ſeruare quod eſt infra, lib. 1. c. 32. Sed quid ſi ſuperior dãdo facultatem alicui Confeſſario, (uerbi gratia) prȩlatus regularis alicui ſacerdoti, poſsit ſcire peccatum, & dare illi abſolutionem nudam, ita ut ipſe informatus de peccato arbitretur modum, & pœnitentiam, & onus imponendum ei, qui abſoluendus eſt, & committat nudam poteſtatem abſoluendi cum illo modo? Reſp. quod ſic; modò nullo modo colligi poſsit neque directè, neque indirectè perſona, quȩ peccatum commiſit, & neque manifeſtari poſsit ex pœnitentia iniuncta perſoluenda: aliàs ſacrilegus eſſet Confeſſarius, facit text in cap. omnis. §. caueat. extra de pœnit. & remiſ. ſigillum enim confeſsionis eſt arctiſsimum, & ideo nulla cauſa quamuis grauiſsima id pati debet, ut confeſsio detegatur, ut infra uidebimus. c. 23. num. 1. 2. & 3.

77 Aduertendum † tamen eſt, quòd non licet prælato pro uoto ſibi caſus reſeruare, & maxime poteſtatem habẽtibus ordinatam, ut ſunt curati: quia ſic eſſet ponere laqueum in uiam ſalutis, ſed tantũ cum rationabili cauſa, aliàs ſine ea reſeruatio fieret cum peccato, 16. quȩſt. 1. c. peruenit, de offi. ord. cap. cum ab eccleſiarum, licet ualida eſſet; & abſolutio cõtra talem reſeruationem facta non teneret, & multò magis ſi contra reſeruationem factam ex cauſa, id eſt, quæ ad utilitatem communem expediret, abſolutio impenſa fuiſſet, niſi in iis caſibus.

78 Primus, † quando ſacerdos uideret in aliquo particulari non expedire ſaluti illius pœnitentis, ſed obeſſe ſi remitteretur, quod intellige, quando eſſet caſus, quo ille ad ſuperiorem remitti non poteſt, ueluti, quia ſuperior agit in remotis, & periculum eſſet in mora, aliàs non liceret inferiori iudicare, expediat ne remiſsio, nec ne. c. inferior. diſtin. 21. Non enim

enim est inferioris hoc iudicare, sed remittere ouem ad suum pastorem; & ita intelligi debent dicta Panor. in c. quòd dilectio. de consangui. & affin. cap. at si
79 clerici. de iud. In † remotis uero esse superiorem, dicunt quidam tunc dici, quãdo esset citra, & vltra montes, per text. in cap. nihil. de elect. Sed hoc est falsum secundum glo. in capit. 3. ver. remotis. de temp. ord. lib. 6. quod solum talis locus dicatur remotus: quia aliud est dicere, valde remoti, vt ibi; & aliud remoti: sicut aliud est dicere cautio; quia tũc intelligitur nuda cautio, ut C. de uerbo. signifi. l. sancimus. & aliud sufficiens cautio: nam tunc intelliguntur pignora, vel fideiussores, ut ff. mand. l. si mandato. §. fin. Vnde alii dicunt, quòd remoti dicantur extra prouinciam, ut C. de præscrip. 10. uel 20. anno. l. ult. uel ultra duas dietas, de rescript. cap. nonnulli. uel ultra unam, ut eod. tit. cap. statutum. Sed ueritas est, ut sit in arbitrio iudicis, qui locus debeat dici remotus, ut per glo. in c. 3. de temp. ordi. lib. 6. uide etiam Rom. consi. 376. glo. in cap. religiosus. §. sanè. de testa. lib. 6. glo. in clem causam. uersi. ex remotis. de elect.

Et hęc nota, quia primo faciunt, quãdo prior propter absentiam prælati potest dare licentiam alicui pro casibus reseruatis, scilicet quando esset in remotis, & facilis recursus ad prælatum ha-
80 beri non posset. Secundò † pro dispensationibus, quæ fiunt per Episcopum super incestu, quæ tunc debent fieri, quando ad Papam non potest de facili haberi recursus, unde hoc casu arbitrarer esse in remotis superiorem, qui est citra, uel ultra montes. Sic etiam dicerem esse intelligendum id, quod dicitur posse Episcopum dispensare in eo, qui post uotũ simplex matrimoniũ consumauit, quando Romam non potest adire, quia nõ est uerisimile quod uelit Papa tales animas manere in laqueo: scilicet ut non possit exigere debitum, iuxta dictum Sylu. in uer. dispensatio. quæst. nona. Eius tamen dictum infra lib. 2. præcepto 2. c. 4. de uoto relig. & casti. num. 11. confutabimus. Pari ratione potest haberi decisio illius quęstionis, id est, quod impeditus ire Romam pro absolutione à summo Põtifice ex causa enormis percussionis factę clerico, possit absolui per Episcopum, quia debet intelligi, quando Papa esset in remotis, unde non intelligerem esse in remotis, si esset intra prouinciam, eo maxime, quia hodie potest impetrari absolutio ab excõmunicatione etiam per procuratorem, ut inquit Caiet. in summa. in uerbo, excommunicatio. cap. 69. Sed ut reuertamur ad rem unde paulisper digressi sumus, & si uideatur Confessarium absoluere posse à reseruatis, quando non expediret saluti ipsius pęnitentis, sed obesset, si remitteretur, dummodo ad superiorem remitti non ualeat, & periculum sit in mora, ut etiam uult Sylu. in uerbo, confessor. 3. q. 1. tamen cum nullius momenti absolutio sit, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet iurisdictionem, ideo in illa sumus sententia, ut absolutio contra casuum reseruationem nulla sit: cum Conc. Trid. tantum excipiat articulum mortis, extra quem cum sacerdotes nihil possint in casibus reseruatis, id unum pœnitentibus persuadere debent niti, ut ad superiores, & legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant. uerum quid agendũ, quando esset facienda confesśio ad euitandum graue scandalum ab illo, qui habet casum reseruatum; diximus supra cap. 12. num. 2.

81 Secundus est, † quando euenit inopinatus casus, de quo probabiliter præsumitur de tali casu superiorem non cogitasse, ita Panor. in cap. quod dilectio. de consang. & affinit. in cap. at si clerici. de iud. Vt quia ob aliquam circunstãtiam peccatum mortale efficitur ueniale: etenim tunc non intelligitur reseruatum. Non ideo, quia nõ pośsit, cum id, quod non est peccatum, pośsit fieri per superiorem peccatum mortale. Sylu. in ver. scrupulus. q. 4. versi. sexta. Sotus in 4.

sent.

ſent.diſt.22. quæſt.1.art.2. Sed quia venialia reſeruari haud ſolēt: Exemplum, Blaſphemia eſt hęreticalis reſeruata. Ruſticus dixit, Potta: Ignorat quid ſignificet, magnopere deteſtatur blaſphemiam, cum ille non peccauerit mortaliter, non intelligitur caſus reſeruatus.

Tertius, quando ſit pœnitens in articulo mortis, quo caſu ſi proprij ſacerdotis copia haberi nō poteſt, tunc ne diſcedat abſque confeſſione ægrotus, confeſſio fieri poteſt cuilibet catholico ſacerdoti, qui tali caſu dicitur proprius ſacerdos, qui quidē catholicus ſacerdos nempe in articulo mortis abſoluendi à iure poteſtatem habet nedum à peccatis quibuſcunque licet enormibus, & reſeruatis, verum etiam à quibuſcunque cenſuris, vt patet in cap. paſtoralis. §. præterea. de offi.deleg. cap.fin.de ſepul. cap.fures. de furtis. c.non dubium. de ſenten.excommun.cap.eos qui.eod.tit. lib.6.

82 Articulus† autē mortis dicitur, quando mors proximè inſtat per cauſam, vel naturalem, vel violentam, puta cum in ægroto graui morbo laborante potius mortis, quam vitæ ſigna appareant. per violentam verò, cum quis iuſtitiæ miniſterio plectēdus eſt iam capite, qui ſi verè pœnitens ſit, etiam ſi atrociſſima perpetrauerit delicta, audiendus eſt, & abſolnendus, cap.2. de fur.cap. ſuper eo.de hæret.lib.6. clem.cum ſecundum.& ibi no.Zabar.quæſt.11. de pęnit. & remiſſ. in quo etiam tex.habetur, quod officiales eccleſiaſtica cenſura cogendi ſunt, vt hoc permittant. Imo glo.in d.clem.cum ſecundum, idem eſſe cenſet de ſacramento Euchariſtiæ, quod probatur in d. cap. ſuper eo.de hæret. lib.6. cap.2. de fur.c. 2.de raptor. etiam tēpore interdicti, ſecundum Card. in d. clem. cum ſecundum. Vnde arbitratur Nauar. lib.5. de pęnit.& remiſſ.conſi.16.num.12. licere iure ſolo ſcripto attēto, damnato adhuc ieiuno miniſtrare communionem eodē mane, quo occidendus eſt ante tres, vel quatuor horas, imo & ante horam. Vſu

83 tamen communi† obtentum eſt, ne ijs, qui proxime ſunt pœna mortis puniendi, Euchariſtiæ ſacramentum detur, ſicut nec eis iure datur extrema vnctio; cum ea tantū ſit exhibenda ijs, qui corporis ægritudine laborant, & ob eam in mortis articulo ſunt conſtituti, vt docet D.Tho.in 4.ſent.diſt.23. ar.2. quæſt.2. Archid.diſt.95.cap.presbyteros. §.oleo. Francus in cap.ſuper eo.num.1. de hæret.lib.6. Couar.lib.2.varia.reſol.cap.1. num.11. Vnde autem conſuetudo Euchariſtiam denegandi ſtatim morituro fuerit deſumpta? Dic ex reuerentia, quę tanto Sacramento debetur. Item, quia nonnulla ſpecies irreuerentiæ eſt ducere ad mortem eum, qui credi poteſt habere reuerendiſſimam Chriſti humanitatem eius Diuinitati vnitam, quæ omnium vita eſt, intra ſe latentem, contra gloſſam in c. tribus gradibus. de conſecrat.diſtinct.2. quatenus habet Corpus Chriſti deſinere eſſe ſub ſpeciebus panis, & vini, ſimulatque ore ſumitur. Manet enim ſecundum veram ſententiam donec ſpecies digerantur, quæ non digeruntur citius, quam digerentur, ſi uera ſubſtantia panis eis ſubeſſet, vt probat illudmet cap.tribus.& D.Thom.3.par.q. 80.art.8.& communis in 4.diſtinct.9.

84 Verum † periculum mortis (ne quis decipiatur) longe diſtat ab articulo. Si quidem in articulo mortis conſtitutis mors imminet vel nobis inuitis, ſecus autem ſi in periculo, cui ſponte, & nullo cogente nos exponimus: puta cum mare, vel prælium ingredimur. Quia igitur periculum mortis noſtro conſilio, noſtraque culpa accidit, inde fit, vt in pe

85 riculo mortis † conſtituti non gaudeāt priuilegio, quo gaudent ij, qui in mortis articulo conſtituti ſunt. Patet per canones, ſi diligenter diſcutiantur. Et priuilegium in re tam periculoſa non eſt ampliandū; quia abſolutio ſine iuriſdictione, vel iuriſdictionis vſu eſt ipſo iure nulla, & facultatem huiuſmodi Eccleſia non tribuit, niſi quando copia proprij confeſſoris haberi non poteſt, huius ſententiæ eſt Sotus in 4.ſent.diſtin.18.q.4.

versi.quæris autem. Quæ quidem differentia procedit quo ad periculum à principio ingressus prælij, aut maris: secus autem si post ingressum, & sic ex post facto periculū immineret, nā tunc periculum mortis in articulum transiret. Vnde meritò priuilegio gaudebit confitendi cuicunque sacerdoti.glo.in c.pastora-
86 lis.§.præterea.de offi.deleg. Hic† autem quiuis sacerdos intelligitur, siue sit excommunicatus, & denuntiatus, siue suspensus, irregularis, & degradatus: modo non hæreticus, iuxta text. in cap. ad hoc.versi.per manus.32.distinc. Neque schismaticus, qui Ecclesiā suspicatur alibi esse, quam penes Petri successorem, ita Sotus dist.18.quæst.4.art.4.& habetur in Conc.Trid.sess.14. cap.7. Cuius quidem rei hæc est ratio, quia licet per eiusmodi censuras, nempe excommunicationis, suspensionis, & interdicti tollatur, vel certe suspendatur iurisdictio; sine qua absolutio cōsistere nequit. Probabiliter tamē credendum erit, piam matrem Ecclesiam iurisdictionem illis non auferre in tam graui mortis articulo, ita Nauar. cap.27. nu.271.versi.7. Quamuis immemor prædicti Concilij contrariam opinionem secutus fuerit in cap.1. §.laboret.de pęnit.distin.6.& in Manu. cap.26. num.26.
87 Ampliatur etiam, † vt nō solum procedat in quolibet seculari sacerdote hæc cōclusio, sed in religioso, qui etiam sine sui superioris licētia validè, & licitè posset in huiusmodi articulo absolutionem impendere: Tunc enim ab ipso Papa potestatem saltem tacitam habet. Præter tamen hūc casum nec à peccatis mortalibus rite confessis, uel venialibus absoluere valet, licet bene valeat absolutio; nisi à suo prælato ad audiendas confessiones esset tanquam idoneus expositus; licet pœnitens alias ex priuilegio summi Pontificis valeat quemcunque sacerdotem siue secularem, siue religiosum eligere; si quidem religiosus nec velle habet, nec nolle, cap.si religiosus, cap.quorundam, de elect.lib.6.12.quæst.1. cap. non dicatis. Et ideo, qui inconsultò prælato talem confessionem audiret, posset ab eo tanquam inobediens puniri, nihilominus tamen sacramentum, & absolutio teneret; quia per electionem pęnitentis religiosus à Papa iurisdictionem acquirit, Sotus in 4.sent.dist.18.quęst.4. ar.3.col.antepenul. versi. ad glossam autem. Verum posset religiosus absque peccato inconsulto prælato id facere, quando Papa nominatim religiosum exprimeret, vt vult Sylu. in ver. confessor.1. quęst.5.quod secus est in alio quouis sacerdote seculari, qui peccata mortalia ritè confessa, aut venialia audire posset, quamuis à suo ordinario minime expositus esset, & approbatus, Caiet.in summa.in verbo, confessio.& Nauar.in cap. placuit.num.22.de pęnit.dist.5.
88 Sed † quæritur, poterit ne religiosus inuito prælato per facultatem Episcopi audire confessiones? Resp.quod sic: modo sint confessiones secularium, non autem fratrum: Ratio est, quia habet potestatē ordinis indelebilem, per quā est capax iurisdictionis, quā illi episcopus contulit, & valebit absolutio etiam si prælatus pręcipiat ne confessiones audiat, peccabit tamen contra obedientiam, & puniri poterit. Si vero fuerit excommunicatus, vel à suo prælato suspensus, non poterit confessiones audire: quia excōmunicati, & suspensi à iure prohibētur, ne actu iurisdictionem habeant. Adria. q.5.de confes.dubio.1.Ioseph.in florib. Theol.de confess. in articulo, de ministro sacr.confessionis, versi.regularis.
89 Sed † quæritur, nū mere laico valeat quis in articulo mortis sua peccata confiteri? Respondetur, quod cum clauibus ecclesiæ penitus careat, ei confiteri ad sacramentalem absolutionem obtinēdam non posse apertissimum est: Licet possit duntaxat audire confessiones absque tamen absolutione, vt inquit Aug. in cap. quem pęnitet.de pęnit.distin.1. & pęnitens fit venia dignus, si tamen laicus sacramentaliter absolueret pœnitentem, non efficeretur irregularis; quia cum irregulari-

regularitas ſit pœna eccleſiaſtica, niſi in caſibus à iure expreſſis minimè contrahitur, c.is, qui. de ſentent.excom.lib.6. grauiſſimè tamen peccaret,eſſetque maximo ſupplicio dignus,tãquã ſacrilegus. Neque etiam poteſt laicus à vinculo excommunicationis abſoluere; Ita enim extat ritus Eccleſię; vt nec in illo mortis articulo vllus valeat ab excommunicatione abſoluere,niſi ſacerdos. Ita glo.in cap.paſtoralis,§.pręterea,de offic.ordin. & ratio eſt, quia tunc poteſt excommunicato ſubueniri poſt mortem,cum conſtet de contritione per aliqua ſigna, de ſentent.excommunic. cap.à nobis. Do. Anto.de Butr.in d.§.præterea, num.16.

90 Qui tamen † in huiuſmodi articulo cõſtitutus abſoluitur à caſibus reſeruatis, & demum ab illa infirmitate recõualeſcit,non eſt obnoxius ſuperiorem adire, & iterum reconfiteri: niſi caſus illi reſeruati annexam haberent excõmmunicationem: Tunc enim ſi incolumis effectus ſe ſuperiori non præſentet, in eandem incidit excommunicationem,optimus tex.in cap.eos,qui. de ſent.excom. lib. 6. Quod tamen intellige ſecundum Dom.Anto.de Butr.in capit.de cætero, num.6. de ſent. excommun. modo ceſſauerit impedimẽtum, ideſt,quòd ſanus effectus fuerit, & inſuper habuerit aliquod modicum tempus, quo valeat ſibi de cętero prouideri, ad hoc ff.ex quibus cauſ.maior. l.ab hoſtibus,§.fin. pro quo facit tex.ibi, Oportunitate,Quod Ioan. Andreas remittit ad arbitrium iudicis, an fuerit moroſus,vel nõ, Caiet.in ver. excommunicatio, cap.69. Nam quo ad forum conſciẽtię ipſemet abſoluens poterit eſſe iudex ad determinandum tempus,quo commodè poterit, gloſ. not. in

91 cle.1.§.nec ſuper.de pęnis. Iuſtum † autem impedimentum eſt habere curam animarum, & iuſte timere eas ob ſuam abſentiam notabile dãnum accepturas, niſi poſſit conſtitui idoneus vicarius. Sic etiam huiuſmodi eſt non valens ire, niſi relinquẽdo in neceſſitate extrema, aut valde magna vxorem, & filios. Sed

92 aduerte quòd taliter impeditus † ire Romam,non poteſt abſolui à ſimplici ſacerdote, niſi in articulo mortis; quia tunc ſimplex ſacerdos fit, quo ad hoc, Summus Pontifex, argum.tex.in cap.ſi quis ſuadente,17.quęſt.4.cap.nõ dubium,de ſent.excommun. Nam ceſſante articulo mortis, nec poteſt abſolui ab Epiſcopo; qui licet Romam ire nequeat, poteſt adire Legatum à latere,vel alium,qui poteſt abſoluere ex priuilegio, & nec põt abſolui à ſimplici ſacerdote, ſi Epiſcopus,vel Nuncius abſoluere recuſet. Igitur tantũ ſimplex ſacerdos abſoluere poteſt in articulo mortis,ita Nauar. in Manua. cap. 27. num.89. verſ.ad primum. Sed notandum, quòd etſi tex. in d.cap. eos,qui,dicat quòd abſolutus incolumis effectus ſi ſuperiori ſe non præſentet, ꝙ in eãdem incidit excommunicationem, tamen iſtiuſmodi excommunicatio altera eſt, & nouo iure lata, propter ipſius contemptum: Non autem quòd antecedens à qua fuerat iam abſolutus,reuixerit,Abb.in c.de cętero, de ſent.excom.

93 Quapropter † ceſſante impedimenti cauſa, quanto citius oportunitatem habuerit abſolutus, Romanum adeat Pontificem, mandatum Apoſtolicum ſuſcepturus,& ſi nõ poſſet perſonaliter Apoſtolico aſpectui ſe præſentare, id faciat per procuratorem idoneum. Caiet. in ver. excommunicatio. contra Abba. in d. cap.de cętero. Et hoc procedit in omnibus excõmunicationibus Papalibus, tex.eſt in d.cap.eos. Innoc. & Anto. de Butr.in d. cap. de cætero. Et multo magis in cenſuris bullæ Cœnæ Domini, in quibus præterea, quæ neceſſaria ſunt in excõmunicationibus Papalibus, de quibus loquitur tex. in cap.à nobis, el 2. de ſent.excommunic. debet fieri abſolutio cum moderamine de ſtando S.R.E. mãdato, ſi ſuperuixerit, ſicut colligitur ex ipſa bulla. Vbi ſic ait Summus Pontifex Greg.XIII. A quibus ſententijs, vſque ſpecialibus. Alias,qui aduerſus illius bullæ tenorem etiam in mortis articulo abſolutionem impẽdere præſumpſerit,ex-

communicationis sentẽtia innodaretur. Sed hæc infra in 4. libro de censu. capit. 15. in fine, magis dilucidabuntur. Vn-
94 de ex verbo illo, † præsumpserit, non comprehenditur Confessarius, qui obliuione, atque incogitantia, sed tantum, qui ex certa scientia, & temeritate aliquem absoluerit. Ita dicit se consuluisse Card. in clem. 1. de priuil. q. 38. Quia verbum, præsumit, arguit dolum, & temeritatem contrafacientis, facit tex. in cap. 1. cap. monasteria, de vita & honest. cler. clem. in capit. fin. ne præla. vices su. in c. fi. de excess. prælat. auth. statuimus. C. de episc. audi. cum simil. Et in isto casu licet pęna excommunicationis euitetur per ignorantiã, facit glo. in l. rem, §. 1.
95 de rei vendica. actus † tamen non valet, vt inquit à simili, Dec. in repetitione cap. decernimus, nu. 48. de iudic. Quod intellige, quando pœnitens fuerit de hoc certior factus, nam interim stante ignorantia suo merito non fraudaretur, secundum Innoc. Syluest. in verbo confessio. 1. q. 3. vers. quarto. Eo tamen
96 casu † quo quis incidit in excommunicationem Papalem ob id, quod præsumpsit absoluere à censuris in bulla Cœnę Domini, potest absolui per ordinarium: Et ratio est, quia ex quo Papæ non est reseruata, ergo ordinarius absoluere poterit, ita glo. not. in cap. vbi periculum, §. nulli etiam, vers. incurrat, de elect. libro 6. Hodie autem per bullam Sixti V. anno 1587. circa finem, absolutio Papæ est reseruata, quamuis prius etiã reseruata erat per extrau. Sixti IIII. Et si Dominici, de pęn. & remis. Tertia
97 dicitur potestas quo† ad vsum, quo vtitur Confessarius, si excommunicationis, suspensionis, vel irregularitatis sententia non esset irretitus. De quibus singulis censuris suus locus erit in nouissima parte huius tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Potestas iudiciaria scientiam postulat.*
2 *Peccatum, delictum, & crimen, quomodo differant. vbi etiam quando delictum mentale puniatur in foro fori.*
3 *Peccata ex genere mortalia, & per accidens, quæ. num. seq.*
5 *Mortalia ex se dupliciter fiunt venialia.*
6 *Mortale peccatum non nisi integro iudicio perficitur. & minimum an excuset à mor. num. seq.*
8 *Periurium nec finis optimus, neque rei leuitas excusat.*
9 *Legem consilii contemnens peccat mortaliter, & contemptus quando existat.*
10 *Dispensatio iusta, & legis transgressio rationabilis à mortali excusant.*
11 *Tolerãtia superioris circa ius humanum, quando inducat dispensationem. distinctio.*
12 *Tolerantia principis duplex.*
13 *Legis trãsgressio exitio tum cõmuni, tum priuato imminente permittitur. nu. seq.*
15 *Regula de permissa, vel non transgressione legis.*
16 *Causa pro iusta falso habita, an excuset.*

De scientia Confessarij. Cap. XIIII.

SVperest vt explicato à nobis, quæ sit potestas Cõfessarii in precedenti capitulo, subnectamus de altera claui, quam debet habere, quæ quidem est clauis scientiæ, & authoritas cognoscendi. Nam cũ
1 Iudex ipse sit spiritualis, ideo † iudiciaria potestas hoc postulat, ut quod debet iudicare, discernat, cap. 1. §. caueat, de pœnit. d. 6. & ne peccata forte confundat, & mortalia in cõmuni, idest quæ ab omnibus communiter sciuntur esse mortalia, uel ex genere à uenialibus minime secernat, quod quidẽ ei uitio magno ascriberetur. Sed priusquam à uenialibus mortale peccatum discernamus, sciendũ est, quòd in iure habemus tres termi-
2 nos, uel quatuor, † peccatum, crimen, delictum, & iniquitatem. Et licet uideãtur synonima, & idem significantia hæc uocabula, tamen differunt inter se, & intel-

intelligẽdo vnumquodque vocabulum in ſuo ſignificatu, hoc modo differunt: videlicet, peccatum propriè eſt, quando quis operatur malum in committendo, & illud malum eſt tale, quod non eſt accuſabile in foro exteriori. Exemplum in gloſ. de pœnit. diſtinct. 1. in capit. omnis, & in capitu. ſi cui, vt quando aliquis mente deliberata cogitat committere adulterium, vel aliud crimen cum cõſenſu deliberato, vt ſi haberet oportunitatem, cõmitteret illud in effectu: Iſtud delictum eſt conſumatũ quo ad Deum, & eſt punibile in foro poli, quia ſecundum Aug. peccatum in ſola cogitatione perficitur. Sed non eſt accuſabile in foro fori. l. cogitationis, ff. de pœnis. Bald. in l. ſi quis non dicam. C. de epiſc. & cler. Niſi crimen eſſet hæreſis, quia vt quis ſtatim mente incidit in hæreſim, poteſt accuſari, & puniri in foro fori. Ita Bald. qui ſupra, in prima oppoſitione. Delictum vero dicitur quaſi derelictum, & conſiſtit in negligendo. Hinc declinare à malo dicitur delictum facere. Vel poteſt dici delictum, quod fit ignorantia. Ita glo. in capit. ſicut primi, de pœnit. diſt. 1. & in capit. peccatum, de reg. iur. lib. 6. Crimen vero & ſi pluribus modis dicatur, vt eſt tex. in cap. vnum, diſt. 25. propriè tamẽ dicitur omnis operatio mala, quæ poteſt in hoc ſeculo accuſari, & puniri, pro vt eſt adulterium, furtum, & ſimilia, tex. in capit. Apoſtolus, diſt. 81. vbi traditur hæc differentia. Et ſic plus ſe habet crimen, quàm peccatum, ita Felyn. in capit. teſtimonium, col. 3. de teſti. Verum eſt aduertendum, quòd peccatũ quandoque genericè accipitur, & comprehendit ſub ſe omnia iſta tria, & ita cõmuniter accipitur apud Theologos. & tunc omne crimen, & delictum poteſt appellari peccatum, ſed non econtra: nam nõ omne peccatũ eſt crimen, vel delictum, l. ſi quid earum, §. inter emptum, ff. de legat. 3. & l. inter agnatos, ff. vnde vi. Hoc probatur ex verbis Archi. in c. ſi peccatum, de pœnit. diſt. 1. Qui ſic in genere definit illud. Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ, & cœleſtium in obedientia pręceptorum, D. Thom. 1. 2. quæſt. 109. artic. 1.

3 Sunt † autem peccata ex genere, (ne id ſilentio prętereatur) illa, quę ex ſui natura maximè repugnant charitati, qua Deo vnimur, ſiue ſint contra dilectionẽ Dei, ſicuti blaſphemia, periurium, & ſimilia, D. Thom. 1. 2. q. 88. art. 2. verſ. Reſpondeo. Siue contra dilectionem proximi, veluti homicidium, adulterium, & huiuſmodi. Hæc autem peccata ex genere, id eſt ex ſui natura quæ ſint, facilè cõprehendemus, ſi conſiderabimus quę admittuntur contra præcepta Dei, Eccleſię, legis naturalis, aut humanæ, iuſtæ, promulgatæ, receptæ, & non abrogatæ obligantis ad mortale, iux. tex. in c. 2. de maio. & obed. Vel contra votum, c. magnæ, ext. de voto. aut contra conſcientiam particulariter dictantem, vel dubitantem eſſe mortale, cap. per tuas, el 2. de ſimon. cap. literas, de reſtit. ſpol. c. omnes, 28. q. 1. vel contra diuinum conſilium ex contemptu, Abb. in capit. 1. de conſtit. num. 4.

4 Sunt † autẽ alia rurſum peccata, quæ haud ſui natura, ſed prauo tantum agentis animo mortem irrogant perpetranti, atque mortalia à caſu, ſiue per accidens appellantur. Veluti cum quis circa rem labitur charitati non repugnantem, ſed ei vltimo, vt pote fini acquieſcit, vel id genus peccata ad aliquod ordinat, quod ſuo genere eſt mortale, vt (exẽpli gratia) ſi quis libidinis cauſa explendæ, vel prouocandæ ocioſa verba proferat, D. Tho. 1. 2. q. 88. artic. 2. & 4. verſ. Reſpondeo.

5 Aduertendum † tamẽ eſt omnia peccata, quæ ex genere mortalia ſunt, fieri venialia, quando ſuam perfectionem nõ conſequuntur, id eſt quando non conſumantur in conſenſu rationis, D. Thom. 1. 2. quæſtio. 88 artic. 5. ad 1. & artic. 6. verſic. Reſpondeo. Idem 2. 2. quæſt. 35. artic. 3. Quod dupliciter contingere poteſt, modo ex parte perſonæ, modo ex parte rei. Ex parte perſonæ, quando à ſolius ſenſualitatis motu ad quodcunque

lethale crimen, vel adulterium, vel homicidium se propensè intelligit irritari. reluctante tamen ratione: nam tunc veniale tantum erit peccatum. Sic etiam, quando semidormientes, vel semiebrij, quiduis patrauerint, cum paruitate iudicii apertè laborent, à lethali culpa redduntur immunes: quia ad constituen-
6 dum † peccatum mortale, integrum iudiciũ requiri debet, c.1. de delict. puer. Ex parte rei quantitas ipsius summopere ęstimanda est, cum minima, seu parua in sui natura adeò esse possit, ut nihili facienda sit, D.Thom.1.2.q.88. artic.5. & 6. & 2.2.quæst.35.artic.3. & quæst. 59.artic.4. ad 2. & quæstio.66. artic. 6. Hinc alienam surripere rem, quamuis capitale sit crimen ex suo genere; tum quia est contra iustitiam, & omne tale est mortale, secundum D.Th.2.2.q.59. artic.4.vers. Respondeo. Tum, quia est contra diuinum præceptum, vt habetur Exod.20. & cap.pęnale,14.q.5.32. q.4.
7 cap.meretrices. tamen si minimi † erit pretij, vel momenti, vt racemus vuæ de vinea ablatus aliena, nemo, qui mediocriter, vel iudicio valeat, mortalem esse culpam affirmabit, ex D. Thom. ex lib. quæst.disput.q.12. de ira, art.3.vers. Respondeo: Et ratio est, quia præsumitur non esse omnino contra voluntatẽ eius, qui hoc patitur, facit etiam text. in cap. & si quæstiones, de simon. vbi non committitur simonia in modico. Sic licet valor beneficii sit exprimendus, qui vult aliud impetrare, nõ tamen procedit quãdo valor beneficii non ascendit ad summam 24.ducatorum: quia tunc non esset necessario exprimendus, vt testatur Gomenzius lib.3. consi.10. de præben. Pariter, licet lex generaliter loquẽs etiã minimum includat, iux.tex.in cap.3.de appell. cap. si proponente, de rescrip. Si tamen ratio, quæ militat in magno, non militat in minimo, tunc minimum non includitur in lege. Vnde contrauenie(n)s legi in aliquo minimo bona fide, nõ peccat: (Exemplum) si in religione esset statutum, ne aliquis ad dignitates promoueatur nisi per tot annos fuerit in religione, & aliquis authoritate suorum superiorum ad dignitatem promotus fuerit nõdum annis illis completis, sed forte deficiebãt dies aliqui, tũc iste tali legi contraueniens bona fide authoritate superiorum, non peccat: Et ratio est, quia ratio, quæ militat in magno, non militat in minimo, vt adnotauit Panor. in d.c. 3. & cap. si proponente, vt defectus aliquorum dierũ respectu annorum sexdecim. Ita Nauar.in consil.38. lib.3.de præben. Sic licet mendacium mortale sit crimen ex suo genere, ex D.Tho.2.2. q.70.art.4.nonnunquàm tamen veniale esse potest, maxime si in re leui contingat. In omni siquidem materia rei leuitas à mortali regulariter excusat, capit. vnum orarium, 25.dist. Qua ratione aduersus Caiet.2.2.q.69.ar.1.circa finem, censeo etiam in iudicio mendacium circa rem ad id pertinentem, leuissimam tamen contingens non esse mortale crimen, quod nostra ætate Caietani sententiam improbantes ostendunt Domin. à Soto in 4.sentent. distinct.18. quæst.secunda, articu.4. 4.colum.& de ratione tegendi, quæst.septima, secunda conclu. Couar.libro primo var.resolu. cap. primo, numero secundo, Nauar.in capitu. vlt. de pœn. distinct.5.§.vnico. vbi hoc dictum etiam ampliat Sotus, si contingeret mendacium de re leui in actu cõfessionis, sic etiam Syluest.in verbo, confessio.1.quæst.octaua. Verum id, quod de quantitate rei tradidimus, & in per-
8 iurio † assertorio, atque contemptu coarctatur. Namque omne assertorium periuriũ, quod dicitur rei præsentis, vel præteritæ, est peccatum mortale. Omne (inquam) in quacunque materia, quocunque fine: modo sit actio deliberata. Dixerim in quacunque materia, siue magna, siue parua: falso enim iurans (exempli gratia) non fricasse barbam, mortali crimine grauatur, id in causa est, quia præcelsæ Dei obsistit charitati, & veritati in testem falso inuocatæ maxima irrogatur iniuria: quinimo si quo-

quocunque fine, alias ſanctiſſimo, eodem ſacramento rem publicam, vniuerſamque ciuitatem ab incendio, ac proditione liberaret, innoxii mortem caueret, ab æterna morte proximi animam erueret, & alia id genus, lethalis proculdubio ſceleris reus erit, vt videre eſt apud Sotum, de iuſt. & iu. lib. octauo, quæſt. 2. colum. ſecunda, verſicu. etiam, vt articulo ſeptimo, innixus dictis D. Thomæ. 2. 2. quæſt. 98. artic. tertio. Imo ſi iocandi cauſa id dictum iureiurando fuerit, magis peccatum augebit, D. Tho. ibidem, ad 2. De hoc tamen iuramento latius in ſecunda parte ſecundi præcepti de iuramento.

Contemptus etiam contẽptorem eo-
9 dem modo illaqueat, & ideo lex † conſilij propter contemptum lex præcepti efficitur, gloſ. in capitu. quis autem, diſtinct. 10. not. in cap. nam concupiſcentiam, de conſtit. facit quod notat Ioan. Andr. in cap. ſacris, quod met. cau. Bald. in l. nullus. C. de malef. & mathema. & peccatum veniale ex contemptu mortale efficitur, ſecundum gloſ. 25. diſt. capit. vnum orarium. in verbo, plus accipit. Sed quando dicatur contemnere, nota diſtinctionem. Nam aut quis rem minimam tranſgreditur, vt pręcipientis voluntatem eludat, aut certè irrideat, non obſeruans rem eſſe minimam, nec ea ex cauſa ad id induxit proprium animum, & tunc æternæ ſe mortis laqueis ſciat eſſe compeditum. Aut à ſuperioris præcepto aberrat, ſedulo intelligens rem eſſe leuem, & propterea quòd leuia iubet, & præcipit, hoc tamen reſpectu contemnit, veniale profectò peccatum committit, vt Caiet. docet in ſum. in verbo, contemptus, & D. Thom. 2. 2. quæſtio. 107. artic. 3. verſic. reſpondeo, & quęſt. 186. artic. 9. ad 3. & ibidem Caieta. vbi inquit, frangere ſilentium ob aliquam particularem cauſam, peccatum eſt veniale. Verum ſi frangeret religioſus, quoniam non vult ſubiici legi, pręcepto, vel regulæ, peccatum eſt ex contemptu, & ideo mortale ſequitur. Couar. in cap. alma mater. 1. par. 2. vol. §. 9. num. 3. ver. Eſt vero.

10 Diſpenſatio † etiam ſi iuſta eſt, omnino à peccato excuſat, capit. de multa, de pręb. ſed quia proprius locus eſt in materia voti, ideo ibi me remitto, ſcilicet in ſecunda parte de voto, cap. 12.

11 [Sed † an tolerantia Principis circa ea, quæ ſunt iuris humani, videatur inducere diſpenſationem, vide gloſſam celebrem à Panor. putatam ſingularem, & à Præpoſ. menti tenendam, in capit. quia circa. de conſang. & affinit. Tu autem diſtingue tres caſus, quorum.

Primus, Tolerantia Papæ circa conſtitutionem, quæ à principio communiter non recipitur ipſo Papa ſciente, & tolerante excuſat à peccato. facit glo. in cap. in iſtis. §. leges. diſ. 4. & in cap. 1. de treu. & pace, & in c. cum multi. 15. quęſt. vlt. Dixi ipſo Papa ſciente, & tolerante, & ita intelligitur id, quod ait Aug. tunc leges obligant, cum vtentium moribus cõprobantur. quia verum eſt ſi ſuperiores, qui legem ferunt, ſciunt eam per populũ non acceptari, nec obſeruari, & tacent, non amplius inſiſtentes. Cum certum ſit, ſuperiores tam eccleſiaſticos, quam ſeculares poſſe ſubditos inuitos ſuis præceptis, & iuſtis legibus obligare: Alioquin ſi in libera poteſtate ſubditorum eſſet legem illis datam acceptare, & nõ acceptare, in eorum ex conſequenti libera poteſtate eſſet ſe à ſuperiorũ ſubiectione eximere, & eiſdem reſiſtere; cum tamen dicat Apoſt. ad Rom. cap. 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Vnde quamuis facultas detur populo appellandi, & ſupplicandi, vnde & audiendi veniunt, ſi forte cauſam ſufficientem afferant, quò minus lex illa non imponatur. facit tex. in c. ſi quando. de reſcrip. Attamen ſi nullam cauſam afferant, per ſuperiores ad huiuſmodi legis obſeruantiam poſſunt compelli. ita doctiſſimus Med. C. de reſtit. quæſt. 37. ad quintam.

Secundus, Tolerantia Papę circa conſtitutionem, quæ à multis communiter recipitur, & à quibuſdam non, minimè excuſat

excusat à peccato non acceptantes, & ita procedit text. in c. cum iam dudum. extra, de preb. vbi consuetudo non est communis, vbi maior pars seruat, & minor non. Tunc enim proprie est patientia superioris, scilicet, in non puniendo transgredientes, non autem causatur dispensatio, vel permissio. ita Panor. in d. cap. cum iam dudum. num. 16. & ratio est, quia in consuetudine inducenda attenditur maior pars populi, & non quod facit minor pars, vt no. Ioan. And. in cap. fin. in glo. fin. de consuet.

Tertius. Tolerantia Papæ circa transgressionem suę cōstitutionis, quæ à principio cōmuniter fuit per omnes, vel per maiorem partem recepta, & ex post facto ab aliquibus transgreditur, non ex-
12 cusat contrauenientes à peccato: † tolerat enim permissiuè, sed non approbatiuè ad euitandum scandalum, vel schisma, vel ratione multitudinis. sustinēda enim sunt crimina ratione scandali, vel schismatis, 23. quæstio. 4. non potest. & ratione multitudinis. 50. distin. vt consti tueretur, ita glo. sing. in c. denique. ver. venio. dist. 4. Quod intellige, vt non excuset à peccato, nisi Papa specifice scriberet, quòd vult certum actum tolerare, seu dissimulare, & tunc talis dissimulatio habet vim dispensationis, & iste est proprius casus in cap. quo circa. de consang. & affinit. At si Papa non specifice scriberet, & tunc sua taciturnitas non inducit dispensationem, & sic loquitur d. c. cum iam dudum. habetis ergo duos intellectus ad illum text. ita Panorm. in d. cap. quo circa.]

13 Transgressio † etiam legis ex rationabili causa facta à mortali excusat, iuxta mentem D. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 6. Verum illa uidetur iusta causa, quam ipsemet legislator admitteret, si adesset. Exemplum ponit D. Thom. qui supra, in ciuitatis obsidione: nam & si salutiferum sit lege caueri, ne portæ ciuitatis aperiantur, nihilominus si tunc ciuibus, quorum vita saluti Reipublicæ conducit, hostes fugientibus, qui in vrbem se uolunt recipere, contra legis uerba potest ianitor absque peccato ualuas aperire: cuius ratio est, quia quamuis lex in communi lata casibus pluribus utilis sit, tamen si quo casu noscitur aduersari communi saluti, non est obseruanda.

14 Quod † quidem procedit nō tantum quando legis obseruatio in exitium uergeret communis salutis, sed etiam quando uergeret in priuatam pernitiem. Etenim cui palam est obseruationem legis esse sibi lethalem, constaretque ex natura legis non esse eius mentem in tantum periculum adigere subditos, neutiquàm tenetur legem custodire, sed potest illam propria authoritate interpretari. Exempla sumito tam iuris naturalis, quàm positiui. Lex namque illa naturæ, Non occides, per humanas leges ita explicatur, ut constet per eam homicidium ad defensionem minime prohiberi. l. ut uim. ff. de iust. & iure: Naturalis enim ratio dictat defensionem omnibus permissam esse.

Sic etiam lex illa, Furtum non facies; sic intelligenda est, ut furtum committere non dicatur, qui fame coactus uictus gratia alienum assumit, cap. si quis propter, de furt. cap. discipulos, de consecra. distinct. 5.

Circa uero ius positiuum, si mihi cōstaret hostes in uia parasse insidias, non teneor die festo ire ad sacrum: imo etiam inconsulto prælato, si subditus est certus, quamuis nullum sit in mora periculum, potest agere contra legem. Cui enim in die ieiunii nullus alius suppetit cibus, quàm carnium, absque ulla superioris consultatione potest, ne fame pereat, illas comedere, etiam si citra periculum posset ipsum adire, argumen. text. in capitu. licet, de pœnitentijs, & remissio.

Sed quo hæc lucidiora fiant, hęc regu
15 la † firmiter constituenda est.

Si subdito palam liquet occurrenti casu non esse legis mentem, ut seruetur, & tunc siue subitum sit periculum, siue

ne tempus suppetat adeundi legislatorem absque illius prorsus consilio, licet facere contra legem sine peccato, ut in casibus proximis à nobis citatis patet. Aut huiusmodi subditus in dubio est, utri parti assensum præbeat, liceat ne facere contra legem, nec ne? Et tunc si uacat ad superiorem recurrere, recurrendum est: Si uero repentinum periculum id non permittit, ad literam seruanda est lex: & ratio est, quia subdito tali casu legem interpretari non licet. Si uero medio modo se habeat, ita ut nec certus omnino sit, neque prorsus ambiguus, sed in illam partem pendeat, qua potest facere contra legem, tunc si mora datur, qua potest magistratum consulere, id facere tenetur, Si uero per subitaneum periculum id non licet, tunc tuto potest facere contram legem, Caiet. ad Diuum Thomam, prima secundæ, quæst. 96. articulo sexto, Sotus libro primo, de iustitia, & iure, quæstio. sexta, artic. octauo.

Sed si aliquis determinat facere con-
16 tra legem, ex causa, † quæ est iniusta, quæ tamen bona fide ab ipso pro iusta habetur, & nisi talem is iudicaret, contra legem non faceret, à mortali excusatur, licet non à ueniali, secundum Petrum de Palude, (Exempli gratia) frangit quis ieiunium ex rationabili causa secundum suam æstimationem absque fraude: nam iudicio suo adeò sibi debilis uidetur, ut non comprehendatur sub obligatis ad ieiunium, & si non sit in eo tanta debilitas ad eximendum se à uinculo ieiunii, excusatur tamen à lethali culpa, non autem à ueniali: cum absque pastoris indulto negligenter uires suas examinãs uiolauerit ieiunium. Caietanus 2.2. quæstio. 147. articu. tertio, uersiculo, ad huius euidentiam, circa finem. Et hæc circa peccata mortalia, & uenialia. Verum qua scientia Confessarij prediti esse debeant, subsequens capitulum docebit.

SVMMARIVM.

1 *Scientia triplex, & quæ vnaquaque.*
2 *Confessarius modo maiore, modo minore scientia excellat, tum ratione confitentium, tum gradus.*
3 *Papa scientia abundare & debet, & præsumitur.*
4 *Scientia, quæ nam in episcopo, presbytero, monacho, abbateq; requiratur. num. 5. & 6.*
7 *Obedientia illiteratum confessorem an excuset: cum peccet confessionem acceptãs, ligat tamen, & soluit.*
8 *Confessarius imperitus, quibus in casibus excusetur.*
9 *Superior indignum eligens ad confessionẽ, peccat.*
10 *Digno quando liceat munus confessionis appetere, vel etiam petere.*
11 *Dignus recusans dignitatem, peccat tribus in casibus.*
12 *Religiosum quare recusare, nedum ambire, deceat prælationem.*
13 *Ambitio in spiritualibus quare sit execrabilis.*
14 *Ambitionis vitio aliqui potissimè laborant.*
15 *Prælationes non petentibus, non autem ambientibus, debentur.*
16 *Ars artium, animarum regimen.*
17 *Confessarius, qui sponte accedit, an peritior, quàm qui ex obedientia, esse debeat.*
18 *Confessarium qua scientia, quave prudentia præditum oporteat esse.*
19 *Confessor in re difficili, vel differat, vel remittat: tempore non permittente, pœnitentem ad omnia paratum absoluat. & seq. & 21.*
22 *Confessor si affirmet mortale, idque neget pœnitens, & ita communiter æstimatur, quid agat.*
23 *Regula, non tenetur confessionem audire &c. an in delegato locum habeat.*
24 *Pars tutior in dubio eligenda.*
25 *Confessor circunstantias mutãtes speciem callere debet.*

Qualis

Qualis scientia in Cõfessarijs exigatur. Cap. XV.

AD declarationem huius capituli pręnotandũ est, quòd Doct. in c. cum in cunctis, de elect.
1 triplicem † sciẽtiam in effectu concludunt inueniri: nempe eminentem, mediocrem, & sufficientem. Eminens scientia dicitur illa, per quam quis subtiles quęstiones, & difficillimas discutere, & definire nouit, & in promptu sine deliberatione respondet. 36. distin. capit. qui ecclesiasticis, & ibi glo. in verbo, satisfactionẽ. Mediocris verò dicitur, per quam quis cum deliberatione, & reuolutione librorum veritatem scit inuenire. Sufficiens autem sciẽtia est legitima requisita secundum qualitatem officii, vel beneficii. Vnde dicitur quis habere scientiam sufficientem, quando sufficienter potest explere ea, quæ necessario incumbunt officio suo. Hinc Con
2 fessarius † tunc dicitur habere sufficientem scientiam, quando scit distinguere inter peccatum, & non peccatum, mortale, & veniale ex genere: quia alia pęnitentia est iniungenda pro veniali, & alia pro mortali, & pro mortalibus alia, & alia secundum grauitatem eorum. Præterea, vt in perplexis quęstionibus non procedat sine peritorum consilio, & ut sciat ad quę sua potestas se extendat, vt inquit Card. à Turrecre. in cap. qui autem. ver. Ad primum, de pęnit. distin. 6. Tandem hæc sufficientia reducenda est ad arbitrium boni viri, secũdum Inno. in d. c. cum in cunctis, qui potissimum qualitatem loci, vbi homo viuit, & conuersatur, & qualitatem officii considerare debet. cap. in causis. §. fi. de elect. hinc infertur, minorem requiri sciẽtiam ab audiente cõfessionem in vico, quàm in ciuitate. Et rursum, maiori scientia pollere debent, qui operam dant audiendis confessionibus eorum, qui mercimoniis, vel aliis negotiis arduis implicati sunt, quàm eorum, qui curam habent popularium, vel rusticorum; sic Abb. in d. cap. cum in cunctis, num. 4. Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 4. art. 3, col. antepenult. Pręterea tanto eminentiorem sciẽtiam requiri in Confessario oportet, quanto in gradu est sublimiori: quia talis ad maiora tenetur, vt Episcopus, Archiepiscopus, &c.

3 Vnde Papa † debet habere longe maiorem scientiam aliis, cum sit prępositus Curiæ totius Christianę Reipublicę, secundum Abb. in d. cap. cum in cunctis, de elect. Pro eo tamen sufficit præsumptio iuris, quod Papa præsumitur habere omnia iura in scrinio pectoris, cap. 1. de const. in 6. & ibi glo. in verbo, habere, in fine. Quod verum est per interpretationem: quia omnia iura interpretari potest, glo. fin. in cap. præterea, distin. 23. licet de facto quandoque possit contingere contrarium: cum memoria hominis sit labilis. l. peregre. ff. de acqui. poss. Francus in c. 1. de const. in 6. Episco-
4 pus † verò debet habere scientiam veteris, & noui testamenti. cap. qui ecclesiasticis. 36. distin. in princ. quia iudex est, & pastor animarum, & omni petenti tenetur reddere rationem, cap. qui episcopus. 23. distin. bonus tex. in cap. omnes psallentes. 38. distinct. Item secundum Host. debet habere scientiam iuris canonici, cum secundum illam debeat iudicare, & præsertim in causa matrimoniali, cap. 1. de consang. & affinit.

5 Presbyter † verò debet habere scientiam canonum pœnitentialium, & eorum, quæ continentur in cap. quę ipsis, dist. 38. Religiosi, & eremitæ magis indigent contemplatione, quàm scientia, & ideo potest monachus esse illiteratus, vt no. per glo. 16. quæst. 1. cap. legi. versi. instructio. Et hoc intelligitur de monachis non clericis, iuxta no. in cap. generaliter. 16. quęst. 1. Si enim essent clerici, dicendum esset sicut de clericis. Et omnes communiter monachi sunt clerici, Abb. in c. cum illorum. super glos. 1. ver. promoueri, de sent. excom.

6 Abbas † verò cũ debeat esse presbyter,

ter, debet illam habere ſcientiam, quam presbyteri habent, & cum habeat curam animarum reſpectu monachorum, debet habere ſcientiam pro officio, quod ſibi incumbit: verum non tantam, ſicut prælati ſeculares habẽtes iuriſdictionẽ. Et hæc ſcientia, quæ requiritur, debet eſſe à principio, & non ſufficit, quòd poſtea ſuperueniat, argum. tex. in cap. ſi eo tempore, de reſcrip. lib. 6. de elect. dudũ. el primo, notat Abbas in cap. qualiter, in ſexto notab. num. 3. de elect. Decius in d. cap. cum in cunctis, num. 40. Ex prædictis igitur infertur quòd illiterati † admitti non debent ad audiendas confeſſiones, vt probatur in cap. 1. §. caueat, de pœn. lib. 6. ſi tamen admitterentur, poſſent quidem ligare, & ſoluere, verum peccarent cõfeſſionem acceptãdo; nam concluſio eſt. Innoc. quam ſequuntur Dom. Anto. de But. in d. cap. cum in cũctis, num. 12. & Dec. nu. 43. quòd peccat ille, qui recipit officium, & non habet ſcientiam, quæ requiritur in eo, bonus text. in cap. non eſt putanda. verſic. quiſquis. 1. quæſt. 1. quod procedit etiam ſi ex obedientia id faceret, ſecus autem ſi dubitaret, argum. tex. in cap. quid culpatur. 23. quæſt. 1. & eorum quæ tradit D. Thom. 2. 2. quæſt. 104. art. 5. Adde tu, modo virtute obedientiæ illam dubitationem prius ex animo pellat, & licitum ſibi eſſe credat, eo quòd pro ſufficiẽti à ſuperiore habetur, arg. eorum, quæ de exigente tributa quæ dubitat eſſe illicita iuſſu ſuperioris tradit, Nau. c. 17.

7

8 num. 201. Excuſari † autem poſſet, huiuſmodi imperitus Confeſſarius in pluribus caſibus: & primus eſt, quãdo confitens eſt valde ſibi ipſi ſufficiens ad exponendam Confeſſario grauitatem, & reputatur habere bonam conſcientiam.

Secundus, quando pœnitens eſt perſona ſpiritualis crebrò ad confeſſionem accedens, & ſubinde communiter non habet niſi venialia.

Tertius, quando eſt in articulo mortis, neque eſt alius, qui poſſit audire. Et eadem ratione idem dicendum eſt de Confeſſario exiſtente apud infideles, apud quos non eſt fidelibus ibi exiſtentibus copia confeſſoris eruditioris, argum. cap. fi. §. fin. ne ſede vac. lib. 6. Nauar. cap. 4. num. 5.

9 Superior † autem peccat, qui munus hoc audiendi cõfeſſiones confert indigno, argum. tex. in capit. nihil, de elect. Card. in clemen. prima, de æta. & quali. cum contra conſcientiam agat, & per cõſequens ſibi ædificat ad gehennam, extra de reſtitutio. ſpoliato. literas. niſi illũ iudicaret idoneum confeſſionibus, quibus eum præficit audiendis, argum. tex. in c. Apoſtolicę, de cler. excom. miniſtr. & cap. innotuit, de elect.

10 Si autem ſit † dignus, neceſſitatis tẽpore poteſt hoc munus deſiderare, argu. eorum, quæ dicuntur per Summiſt. & pręcipuè per Syluеſ. in verbo dignitas, quęſt. 2. & in verbo, Epiſcopus, q. 3. & in uer. electio, prima, quęſtio. 19. Vbi & ſi nunquam liceat pręlaturam quęrere, tamen neceſſitatis tẽpore, ideſt quando non uidet quis, unde competẽter de bono Paſtore prouideatur, licitum eſt hanc appetere, non abſolutè, ſed ſecundum quid velleitate quadam à Deo, nõ vt quis pręſit, ſed vt proſit, & licitum eſt hoc deſiderium: uellem quod me Deus dignũ iudicaret, & faceret, vt aliis prodeſſe poſſem: quia uelle promoueri per Deum nõ eſt pręſumptuoſum, cum ipſe non promoueat niſi dignos: imo ſi dignus eſt, non ſolum poteſt appetere, ſed etiam petere, gloſ. in clem. ſecunda, in uer. honorem, de magi: & ratio eſt, quia per hoc petit opportunitatem communicandi, quod habet, quod & laudabile eſt, & ad charitatem pertinens, ibi gloſ. in dicta clem. Quinimo quod plus eſt, peccat mortaliter, qui dignitatem ſuſcipere recuſat, vt no. Dec. in dicto cap. cum in cunctis, num. 45. de elect.

Quod in tribus caſibus, ſecũdum Richar. poteſt procedere. Primus eſt, quando probabiliter credit ſe idoneum, uel ſaltem dubitat, & ad ſuſcipiẽdum aſtringitur pręcepto ſuperioris, cap. niſi cum pridem,

pridem, de renunc. & ibi Dom. Ant. de Butr. nu. 4. quia in dubiis tenetur subditus obedire, dicto capitu. quid culpatur. Secundus, quando non astringitur præcepto, sed consilio, & probabiliter credat, quòd per alium æquè bonum prouideri non potest, & nisi assentiat, videt probabiliter Ecclesię notabile imminere periculum, & dispendium, cap. in scripturis. 8. quæst. 1. cap. olim, ead. cau. & quæst. Tertius, quando per viam illicitam refugit, puta abscondendo se, capit. sicut is, 1. q. 6. nisi id faciat ex speciali instinctu spiritus sancti.

12 Si autem nec † per obedientiam cogitur, nec imminet probabile periculum Ecclesiæ, & propter humilitatem refugit, reputans se indignum, meretur, D. Tho. quodlib. 3. artic. 23. Sed quia religiosus debet se insufficientem cognoscere, ideo ex humilitate debet semper officium prælationis recusare; non tamen pertinaciter, cum superna voluntas cognoscitur, ita Turrecrem. in cap. in scripturis. 8. quæst. 1. nunquam tamen colloquium de dignitate curam animarum habente, vel beneficio curato aliquis, etiam si dignus est, habere debet, vel precibus sollicitare, vt ad dictam dignitatem admittatur, iuxta tex. in capit. per inquisitionem, de electio. quia tunc tanquàm honoris ambitiosus eijciēdus est, c. nullus itaque. 1. quæst. 1.

13 Quæ quidem ambitio † multum excęcare solet oculos religiosorum, ut inquit tex. in capit. quorundam, de elect. lib. 6. & clem. fin. eod. tit. Et est multum execrabilis, cū circa spiritualia versetur. l. si quanquàm, C. de episco. & cler. Ex hac enim producuntur discordiæ, & schisma, & vagatio, & dissolutio, de rescript. lib. 6. quia per ambitionem. vnde dicit Lau. quòd hæc est illa, per quam titulus de simonia, & apostasia; & ne cler. vel mona. & de vsur. & plures alij sunt sepulti; & ob hoc vitio tanquàm à fonte alia procedunt, de constitut. nam concu-

14 piscentiam. Dicit etiam, quòd in † mendicātibus potissimum locum habet, qui tamen magis cogitant de rebus temporalibus, quibus vidētes se destitutos, magis sine maturitate appetūt, ad instar senum, in quibus licèt cętera consenescāt, iuuenescit auaritia, vt notatur de præsumpt. cum in iuuentute. Zabar. in clemen. cum iam dudum, de elect. Quare cum sit maxime perniciosa, fugiēda est,

15 & pręcipuè in assequendis † prælationibus, & beneficijs, quæ dari debent non petentibus, 40. distinct. ante omnia. 8. q. 1. in scripturis. & hoc maximè in religiosis, d. cap. quorundam, de elect. lib. 6. Potest tamen aliquis preces exhibere pro obtinendo beneficio simplici, vel in genere, si sit pauper, Sylu. in verbo, simonia, quæst. 16. vers. 3. vbi late.

Habes igitur mi lector, quod cū Confessarius suscipiat regimen animarum,

16 quod est † ars artium, vt inquit Turrecrem. in cap. primo, de pęn. dist. 6. versi. ad primam, si probabiliter idoneus est, potest appetere, & petere, non tamen procurare.

Sed vtrum, qui dignus est, si sua spon-

17 te † se offert ad audiendas confessiones, eminentiorem sciētiam habere debeat, quàm qui ex obedientia, & charitate tale onus assumit, & videtur quòd sic: nā ille secundum communem opinionem tenetur de omnibus sibi à pęnitente propositis iudicare, an illud sit mortale, nec ne: An habeat annexam excommunicationem, vel restitutionem, an contractus sit licitus, vel illicitus, an impediat communionem, & huiusmodi talia.

Iste autem, qui non sponte se offert, non obligatur ad amplius, quàm vt saltem sciat dubitare in ijs, quę alij mediocriter eruditi probè intelligūt, vt nouerit consulere peritos. sed hęc differentia non videtur secundum Nauar. capitu. quarto, num. 3. valde iuri consona, vt ille, qui sua sponte ad id faciendum sese offert, instructiorem scientiam habere debeat: quia si vera esset, pauci, aut nulli ex Confessarijs secularibus salui fierēt, tum etiā, quia Confessarij principalius, aut ęquè principalius onus confessionis audien-

audiendæ ſibi imponũt in gratiam pœnitentis, quàm propter ſe, & conſequẽter ad id, quod communiter nauantes eidem officio euitare ſolent.

18 Vnde communiter qua ſcientia † pręditus eſſe debeat Confeſſarius, ſic reſpõderi poteſt. Et primo, quòd non debet ſacerdos, vbi pœnitens dubius eſt de aliquo, aſſerere illud eſſe mortale: ſi certus non eſt, ne eum in futurum propter cõſciẽtiam illaqueet, ſed poteſt dicere eſſe peccatum, & inducere illum ad pœnitẽtiam de tali. Secundo nec tenetur ſemper audito quolibet peccato iudicare, vtrum ſit mortale: quia vix reperiretur in toto terrarum orbe vnus Confeſſor idoneus; ſed ſufficit iudicare de claris.

19 De alijs † autem difficilibus, vt de ijs, de quibus ſunt opiniones variæ, vel pœnitens neſcit exprimere mentem ſuam circa aſſenſum, vel moram peccati, poteſt ſuſpendere iudicium: modo opportunum remedium apponat ne iterentur, ſi dubitat, an ſint mortalia: ſed ſi tempus hoc non patitur, abſoluat pœnitentem, quantum ſua ſe extendit authoritas, imponens ei, vt ſuper re dubia conſulat talem, vel talem peritum, vel viros in genere idonea ſcientia, & conſcientia pręditos, & pareat eis: ſicut medicus imperitus ęgrum ad peritiorem remittere debet, argum. text. in cap. qui vult, de pœnit. diſtinct. 6.

20 Quod ſi hoc † neque poteſt, exigat à pœnitente, num ſit paratus facere omnia, quæ tenetur, & cõſulat ei quod tutius eſt, & quęrat quantum poteſt veritatem, & in dubio non deneget abſolutionem, & hoc ſufficit: quia ſi iſte eſt paratus hoc facere, eſt contritus, & nihil habet abſolutioni repugnans.

21 Sed ſi in actu † cõfeſsionis caſus eueniat, qui diligentiorem indaginem requirat, & iuriſperitos diſertiſsimos altercari, variaſq; opiniones inſignes, atque æquales videri, an peccatum mortale ſit, necne; tunc ſiue Confeſſarius ordinarius ſit, ſiue delegatus, ſuadeat primo pœnitenti, quod tutius eſt, cap. iuuenis, de ſponſalib. & ſi nolit acquieſcere, etiam abſoluat, onerando tunc temporis conſcientiam eius.

22 Quod idem † facere debet, quando pœnitens non vult ab aliquo deſiſtere, quod ſacerdos credit eſſe mortale, pęnitens verò non vult illud peccatum pro mortali agnoſcere, & ita communiter æſtimatur: & ratio eſt, quia Cõfeſſarius non ſuum, ſed commune iudicium Eccleſiæ ſequi debet: niſi eius conſcientia ſibi dictaret, quòd peccaret mortaliter, ſic abſoluendo: quo caſu procedere poteſt dictum Arch. Flor. 3. par. 2. parte, tracta. 1. de ſcien. confeſſ. cap. 3. & Syluest. in verbo, confeſſor. 3. quæſt. 7.

Deberet tamen omnino conſciẽtiam deponere, & abſoluere. Eſt namque fal

23 lacisſima regula † hęc circa delegatum: Non tenetur cõfeſsionem audire, ergo poſtquàm confeſsionem audiuit, nec tenetur abſoluere: nam eo ipſo, quòd conditionem acceptauit, audiendo confeſſionem, perſtrinxit ſe ad abſoluendũ caſu, quo pœnitens eſſet diſpoſitus. Accedit etiam quòd poſtquàm pœnitens confeſſus eſt ſua peccata, grauiſsimo onere pręmeretur, ſi propter abſolutionem, à ſacerdote ſuſpenſam, iterum confiteri teneretur, ita Sotus, diſt. 18. q. ſecunda, artic. 5. colum. penult. Nauar. capit. 26. num. quarto, verſic. 6.

Conſiderandum quoque eſt, quòd ſi

24 dubium † vertitur, an aliquod ſit mortale, necne, ſecuriorem partem tam pœnitens, quàm Cõfeſſarius eligere debet, quod idem eſt dicẽdum ſi dubitatur, an inciderit in cenſuras, vel in irregularitatem, glo. ſing. in cap. primo, de ſeruti. in ord. faci. Panorm. in cap. ad audientiam, de homic. Sylu. in verbo, dubium, quæſtio. quarta, ſed cum dubitatur, an pœnitens facere, aut dare, vel pati debeat, benigniorem partem Confeſſarius eligere debet, facit textus in l. prima, §. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. loco, capit. fin. de tranſact.

25 Noſſe etiam debet † circũſtantias mutantes ſpeciem actus in infinitum, peccata,

catá, quę mortalia, quæ reseruata, vel excommunicatione innodata, quæque ex postulent restitutionem, ac etiam si auditurus est clericos, casus, in quibus suspensio, interdictum, vel irregularitas contrahatur. Debet etiam sollicitè inquirere casus, qui sint Episcopales, & qui Papales, & si quid in Cœna Domini, vel in alio tẽpore de huiusmodi publicatur: debet etiam mediocriter sciẽtiam habere sacrorum canonum, vel iurium, vt difficultatem sibi oblatam ad munus suum rectè obeundum saltem sciat enodare, libros suæ professionis adeundo, teste Innocen. in cap. cum in cunctis, de elect. Hęc vera scientia requirit studiũ, exercitium verò studii communiter haberi non potest sine vsu librorum, capit. exijt, de verb. signific. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Confessionis iteratio, quibus casibus necessaria.*
2 *Dolor sine proposito relinquendi peccatum non sufficit.*
3 *Confessio, an, & quando iteranda ex defectu recogitationis peccatorum.*
4 *Confessio venialium facta sine proposito, an iteranda.*
5 *Dictum F. Bartholomæi à Medina procedit in venialibus confessis cum proposito illa iterum committendi; non autem procedit, vt num. 6. & 7.*
8 *Virtualis detestatio sufficit in venialibus.*
9 *Tenetur iterum cõfiteri, qui integrè illam facit absque pœnitentia cordis, euitat tamen pœnam cap. omnis vtriusque.*
10 *Sacramentum pœnitentiæ, an fictione recedẽte effectum operetur, vt baptismus.*
11 *Confessio integra duplicem habet sensum.*
12 *Confessio omnium, omnium veniam concedit.*
13 *Confessio dimidiata: vel per se, vel per accidens, quæ dicatur.*
14 *Confessio generalis pluribus diebus, diuersisq; sacerdotibus, fieri potest, & quando, num. seq.*
16 *Pœnitentibus admonitio pulchra, post cõfessiones generales, pro scrupulosis, vt acquiescant iudicio Confessariorum.*
17 *Confessio, per se dimidiata, quando fiat; & quomodo iteranda.*
18 *Confessarius tenetur ne absoluendo peccata omnia in mente retinere.*
19 *Ignorantia peccati omissi mortalis, an, & quando excuset ab iteranda confessione.*
20 *Confessarius, an manifestare teneatur pœnitenti peccatum aliquod mortiferum, quod ab illo ignoratur. vide plures conclusiones.*
21 *Confessio facta Confessori excommunicato a pœnitente inducto, cur inualida, cum absolutio valeat.*
22 *Confessio ex ignorantia facta excommunicato, an valeat.*
Excommunicatus, denuntiatus potestatis expers.
23 *Sacramenta, quando liceat, vel non à præcisis suscipere. & ministrum quotupliciter contingat esse malum. nu. seq. 25. 26. 28. 29. 30. & 31.*
27 *Intellectus ad c. si qui sunt, dist. 81.*
32 *Excommunicato maiori excõmunicatione tolerato confitens sciẽns, an, & quãdo peccet.*
33 *Cõfessio proprio sacerdoti nominatim excommunicato non ignorato facta, an valeat. amplia, & limita, vt num. seq.*

Confessio, quibus casibus iteranda, & primo ex defectu contritionis. Cap. XVI.

QVoniam verò plerunque accidit, vt confessio manca, & inutilis sit, modò culpa pęnitentis, modò Confessarii, vt eam iterari oporteat.

Ideo nũc sequitur, vt doceamus, quibus casibus sit iteranda, quos quidem casus omnino scire debet Confessarius, præterquam si suum munus pigrè, & oscitanter exercere statuat.

Multifarie igitur contingere potest,
1 vt † necessaria sit confessionis iteratio.

Primò

Primò ex parte contritionis imperfectę,
quādo nullum dolorem habuit de mor-
talibus confessis, vel habuit quidem, sed
sine proposito vitādi ea in futurum, aut
restituendi, aut relinquendi officiū, vel
cōcubinam: nam si hoc ipse simul cum
alijs peccatis confitetur, scilicet non ha-
bere animum, eo ipso se inhabilem abso
lutionis, & incapacem efficit, & decla-
rat. Et si hoc non confitetur, redditur
confessio inualida etiam ex parte con-
fessionis non integræ, argu. text. in cap.
peccati venia, de reg. iur. lib. 6. cap. illud.
95. dist. Idque verum est, tametsi quale
2 quale† desideriū habuerit vitandi: qua-
lis est confessio illius, quem pœnitet se
vsurpasse, vel se fornicatum fuisse, non
tamen habet animum restituēdi, vel re-
linquendi concubinam; secus tamen si
tam dolor de præteritis, quàm propo-
situm vitandi futura, vel relinquendi
odiū, vel concubinam non erāt ita per-
fecta, & sufficientia, vt peruenirent ad
debitam contritionem, & remissionem,
neque ad eam attritionem, quæ adiun-
cto sacramento in contritionē transeat:
quia tunc non tenebitur confessionem
iterare, Nauar. cap. 9. num. 10. & cap. 10.
num. 4. Nam alioquin nemo sciret se es
se rectè confessum; si quidem nulli cō-
stare pōt se esse in statu gratię, iuxta illud
Eccl. 9. Nemo scit, an dignus sit odio,
vel amore. & per consequens nemo scit
se esse contritum. Iteranda est etiam cō-
fessio, [si accedens ad confessionem nul
3 la † prorsus facta peccatorum recogita-
tione sua peccata confitetur; nam tunc
peccat mortaliter, & illam reiterare tene
bitur: ratio est, quia dimidiata est ex ne-
gligentia latissima, quæ dolo, & malitiæ
æquiualet, quod idem procedit, quando
aliqualis fuerit, sed adeo crassa, & supi-
na, vt nulla prorsus reputetur: sūt enim
homines adeo vecordes, & desides, vt
videntes se plurimis criminibus implica
tos, ferè nullam faciant diligentiā, quod
perinde est, ac si nollent facere. quod si
pęnitens aliquam diligentiam adhibuit,
licet non exactam, vnde aliquod pecca-
tum mortale omiserit, non erit reiteran
da confessio, sed sufficit peccatum obli-
tum, & negligentiam cōfiteri: ratio est,
quia aliqualis diligentia in recogitandis
peccatis, & sacerdotis examinatio inte-
gram confessionem faciunt, Sotus in 4.
distin. 18. quæst. 3. art. 3.]
4 Sic† etiam iteranda est confessio, quā
do quis confitetur venialia absque pro-
posito emendādi: nam tunc peccat mor
taliter, & confessio est inualida; quia re-
gula est vniuersalis, quod si forma sacra-
menti applicetur vbi non est vera mate-
ria, est sacrilegium, peccatumque mor-
tale. Vnde cum substantialis materia pę
nitentiæ sit dolor de peccatis cum pro-
posito emendandi, vbi deficit hoc propo
situm, non est vera pęnitentia, & com-
mittitur peccatū mortale, sic frater Bar-
thol. à Medina, lib. 1. cap. 12. §. 2. Quod
quidem dictū circa venialia (salua eius
pace) nō approbo. Solum enim dictum
suum procedit in peccatis mortalibus,
in quibus requiritur perfecta detestatio
cū proposito euitandi omnia, & singu-
la, vt habetur in Conc. Trid. c. 6. sess. 6. &
sess. 14. & D. Tho. 3. par. quæst. 87. art. 1.
5 vel etiam in † venialibus, quando quis
solummodo confitetur venialia cū com
placentia, & proposito iterum illa com-
mittendi: Nam tunc fieret iniuria sacra
mento, & esset sacrilegium. secus quan-
do quis confiteretur venialia, quamuis
in futurum non haberet animum vitan
di collectiuè: nam modo habeat animū
abstinendi à singulis, licet non ab omni-
bus collectiuè, illa volūtas sufficit. quod
secus est in mortalibus: Nam cum ho-
mo possit omnia, & singula peccata mor
talia vitare, ad remissionem illorum re-
quiritur propositum vitandi omnia, &
singula. D. Thom. 3. par. quæst. 87. arti-
culo 1. ad 1.
6 Præterea† nec Medinæ dictum (meo
quidem iudicio) procedit, quando cum
peccatis venialibus absque proposito vi
tandi illa in specie, verbi gratia uerbum
ociosum, confiteretur pęnitens alia pec-
cata venialia cum proposito abstinendi
ab illis:

ab illis: Nam tunc cum pęnitentiæ sacramentum habeat materiam sufficiētem, idest venialia cum proposito cauendi ab illis, quamuis non ab omnibus, non fit tunc iniuria sacramento: quia tunc fieret, quando omnino materia ipsius pęnitentiæ esset insufficiens.

7 Sic † etiam nec illius dictum procedit, quando quis sine cogitatione, an habeat propositum cauendi, vel ne, accedit ad confessionem, & confitetur venialia; nam tunc cum simus in dubio, videtur illum accessisse cum volūtate illa cauendi, sicut à simili, quis attentè tenetur persoluere diuinum pensum, tamen dictam attentionem dicitur quis habere, quando petit, aut accipit breuiariū, causa eūdi ad Ecclesiam, vt illud persoluat, Nauar. cap. 25. num. 106. Non enim in

8 venialibus† requiritur actualis detestatio, sed virtualis, idest, dolor se illa commisisse, si recordaretur, etiam si de illis tunc non cogitet. Caiet. 3. par. quęst. 87. art. 1. & nos supra de contritione, cap. quinto.

9 [Sed an satisfaciat quis† pręcepto Ecclesię de confitendo, si omnia sua peccata suo sacerdoti confiteatur sine pęnitentia cordis? Respondeo iuxta veriorem sententiam, quod sine pęnitentia cordis non satisfaciat qui confitetur, etiam si integram faciat confessionem, nec confessio illi ꝓderit, vt absolutus sit à Deo, nec ab Ecclesia, quamuis prosit vt pœnā ecclesiasticam contentam in cap. omnis, extra de pęnit. & remiss. euitet. ita Med. C. de confess. quæst. 16. & ratio est, quia aut confitetur sacerdoti nō cum animo assequendi absolutionem, & tunc confessio, quam non subsequitur absolutio, licèt vtiliter fieri possit, scilicet ad postulandum consilium, & procurandum remedium, iux. tex. in cap. quod quidam. extra de pęnit. & remiss. neutiquàm tamen est valida ad complendum præceptum. Probatur ex tex. in cap. omnis, extra de pęnit. & remiss. ibi enim Ecclesia in præfato statuto non obligat quenquam directè ad integrè confitendum: nam cum integra confessio se extendat ad occultissima cordis peccata, ad quę tamen Ecclesiæ potestas non se extendit, ex multorum probabili sententia, sequitur, quòd ecclesia nō obliget directè, ad cōfessionem integram, de qua procedit statutum, sed obliget tantum reflexè, sic quia Deus iussit confessionem, quatenus valet ad remissionem peccatorum, vt patet Ioan. 20. & tamen non præfixit tempus certum, in quo fieri deberet, relinquens Ecclesię disponendum de tempore, quo expediret. Ideo Ecclesia statuit, vt illam confessionem, ad quam fideles iure diuino tenentur, certo tempore faciant, puta semel in anno. Itaque sub pręcepto huiusmodi Ecclesiæ cadit, adimplere confessionem à Deo iussam. Cum ergo Deus confessionem præcipiens obliget peccatorē ad vocalem cōfessionem sacramentalem ex cordis pęnitentia præcedētem, eo quòd licite sine pęnitentia cordis fieri non posset, sequitur eum non satisfacere pręcepto Ecclesiæ de confitendo, qui nō confitetur vt Deus instituit, & iussit. Aut qui confitetur, fictè accedit ad cōfessionem animo assequendi absolutionem, & tunc si suę indispositionis est conscius, & illam confitetur, non erit absoluendus, & per consequens nullum est sacramētum, & si sacerdos eum absolueret esset sacrilegus, cum absolueret eum, qui à Deo noscitur non absolui, contra verbum Christi: Quorum remiseritis peccata remissa sunt, & quorum solueritis soluta sunt. Si vero illam non confiteatur, erit confessio dimidiata, & reiterāda, & ipse erit sacrilegus, atque sacerdotis seductor, qui posset eū tanquàm idoneū incassum absoluere. In vno tantum casu iste talis ficte absque pęnitentia cordis absolutus satisfaceret pręcepto, & confessionē iterare non teneretur, quamuis in absolutione gratiam sacramentalem non cōsequeretur. Quod est, quando pęnitēs habet aliquam peccatorum detestationem, quia fortassis timet pœnas æternas, vel tēporales, simulq; habet inefficax propositum

poſitũ cauẽdi peccata, verbi gratia cõditionale, vt vellem ſi aliquo bono modo poſſem abſtinere à peccato. Et cõfitetur, arbitrans illud propoſitum eſſe tale, vt poſſit cum abſolutione conſequi gratiam. nam tunc cum non ſit ſuæ indiſpoſitionis conſcius, liberatur ab obligatione reiterandi confeſſionem, quãuis hæc attritio licet accedat abſolutio, non ſufficiat ad gratiam, cum Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiat fictum. Si enim verè pęniteret, efficaciter peccata proponeret. Et in hoc ſenſu eſt vera opinio Beati Thomæ, ſcilicet confeſſionem informem eſſe validam poſſe, licet non ſufficiat ad gratiam. & ita intelligendum eſt quod ſupra diximus, talem cõfeſſionem eſſe validam, & non iterandam, quando aliquis non conſcius ſuę indiſpoſitionis confitetur, quia ſi tunc eſſet iterãda, nemo ſciret ſe eſſe recte confeſſum.

10. Sed † an pęnitentiæ ſacramentum fictione per contritionem recedente, ſuũ vt Baptiſmus ſortiatur effectũ? Reſpondeo, quod pœnitentiæ ſacramentum fictè receptum, ſi tunc fuit validum, omnem ſuum effectum ſortitur, cum primum per generalem cõtritionem fictio deletur. ratio eſt, quia cum pęnitens nõ teneatur habere propoſitum confitendi iterum illa peccata, quæ confeſſus fuerat, quia ſacramentum fuit validum, ut ſupra diximus, profecto peccata illa habita ratione ad confeſſionem, aut ad abſolutionem præteritã per generalem cõtritionem remittentur, atque ita recedente fictione ſuum ſortitur effectum. ita Ioſeph in florib. Theol. de confeſſ. ſi verò fictè accedens ad confeſſionem, arbitrans ſuum propoſitum cauendi peccata non eſſe ſufficiens ad gratiam, fuerit abſolutus, tunc dico, quòd vere non abſoluitur: cum fuerit facta in obice peccati mortalis, & per conſequens fictione remota abſolutionem gratiam non cauſare. & ita intelligitur Med. C. de confeſſ. quæſt. 20.]

Rurſum iteranda eſt confeſſio ex capite non integræ confeſſionis. Integra

11 confeſſio † duplicem habet ſenſum. Primus eſt, vt omnia peccata quiſque confiteatur cum ſuis circunſtantijs, ſiue ſint publica, ſiue occultiſsima: ſecundus eſt, quòd omnia cõfiteatur eidem ſacerdoti. Confeſſio enim, quæ partim fit vni ſacerdoti, partim alteri ſine legitima cauſa, dicitur dimidiata: ſed quæ priori modo fit, id eſt, non integra, dicitur ficta, & hęc eſt iteranda, arg. tex. in c. omnis, extra de pœnit. & remiſſ. ver. omnia. nam qui omne dicit, nihil excludit, ita tex. in cap. non poteſt, de pœnit. diſt. 1. non poteſt quis (inquit) iuſtificari à peccato, niſi confeſſus fuerit antea peccatum, vbi nulla fit exceptio publici, aut ſecreti, ſed generalis eſt ſententia. Præterea eſt tex. in cap. ſunt plures, de pęnit. diſtin. 3. vbi impium eſt à Deo dimidiam ſperare ve-
12 niam. Omnium † autem peccatorum virtute clauium nemo veniam obtinere poteſt, niſi omnia cõfiteatur. ergo de neceſſitate confeſſionis eſt, vt confeſſio ſit integra: nõ integra autem tunc dicitur, quando eſt dimidiata per ſe, ſecus per ac-
13 cidens. Dimidiata † dicitur per ſe, quando confitens ex intentione eam diuidit: tunc enim confeſſio vitioſa eſt, & ſacrilega, ac proinde iteranda. Dimidiata verò dicitur per accidens, quando id fit legitima cauſa, (verbi gratia) quando in cõfeſſione circunſtantia exprimi non poſſet abſque detectione, & infamia tertiæ perſonę: vel quãdo probabile damnum animæ, corporis, vel famæ talis detectio proximo afferret: vel quando pœnitens probabiliter crederet inde magnum ſcãdalum, vel grandem occaſionem peccandi mortaliter Confeſſario accepturum: vel quando peccatum illud non poteſt abſque reuelatione confeſsionis ab alio ſibi factæ confiteri, ſicut infra de circunſtantijs peccatorum, cap. 21. manifeſta-
14 bitur: † vel etiam quando quis vellet cõfeſsionem generalem omnium ſuorum peccatorum facere, quia tũc poſſet quædam hodie confiteri, & cras alia, & deinde alia, & ſic per hebdomadam: & nũquam dimidiat confeſsionem, quia fer-

tur intentio ad vnam absolutionem faciendam: pariter, quando intendit generalem omnium peccatorum confessionem facere; potest hodie partem confiteri, & absolui ab illis, & cras aliam partem, & tunc absolui, & sic per hebdomadam.
15 † Quin etiam si diuersis sacerdotibus confiteretur, non esset per se dimidiatio: quamuis esse forsan posset genus hypocrisis non se tam peccatorem vni ostendere, quàm fuerit, ita Sotus dist. in. 18. quæst. 2. ar. 5. 4. concl. Adnotandum etiam est circa istas confessionum generalium repetitiones, quòd non sunt pro libito repetendæ, sed tunc tantum, quando grauis causa interuenit, videlicet si forte se offerat grauis Confessarius, & doctus, cui homo vult detegere vitam suam, vel in mortis articulo, vel in aliquo magno festo, & iubileo: idque non quotannis, sed rarissimè, & debent po-
16 stea pęnitentes † facta prædicta confessione, & absoluti quiescere iuxta iudicium docti Confessarij, & credere se cõfessos fuisse illa, quæ postea occurrunt, quę nesciunt an fuerint cõfessi, vel non: quia ob hoc nulli se periculo exponunt, submittendo se iudicio sui sacerdotis: [alias non credendo, & non se eius tranquillitando authoritate, peccarent: quia ij, qui vbi, quando, & cur oportet, non acquiescunt consilijs peritorũ, non possunt esse immunes ab aliqua culpa veniali superbiæ: nolũt enim se humiliare ad credendum medico spirituali, præsertim tali, qui alia stipendia non accipit, quàm dirigere animam consulentis in viam salutis. Imo huiusmodi pęnitentes etsi vere irretiti essent peccatis, vel excommunicationibus, credendo, & parendo cõsilijs prædictorum confessorum, erunt immunes ab omni culpa, & pœna, ẽt si illi errarent. quare non tenẽtur amplius adhibere plus tẽporis, vel diligẽtię in terendo tempus, in occupãdo mentem siliquis, & peccatis: Sed quiescere consilio sui medici spiritualis, tanquam vicarii Dei: Et ipsius pręcepta, & consilia seruare, vti præcepta, & cõsilia Dei, tam in tranquillando suam conscientiam super peccata, quàm in non adhibendo plus tẽporis, aut diligentiæ super explicatione futurorum peccatorum, quàm positum est ipsis à pio, & erudito Confessario.] & hoc contra quosdam, quibus non sufficit iterata confessio secundò, & tertiò, atque sępius, ex qua postea scrupuli cum periculo desipiendi ob nimiam de re tristi cogitationem, oriuntur, aut cum scandalo notabili Cõfessarij, aut notabili infamia tertij, vt dixit Nauar. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. num. 729. & in cap. fi. de pœnit. dist. 5. & in Manuali, cap. 21. num. 42. versi. decimo. Et hæc breuiter sufficiant circa confessionem, quæ dimidiatur per accidens. Itaque (quod dudũ
17 attigimus) confessio † per se dimidiata, cum non sit integra, sed sacrilega, & vitiosa, est iteranda, & primò, cum ex proposito aliquod lethale, vel quod probabiliter creditur, vel dubitatur esse tale, vel circunstantia illa, quę speciem mutat actus, & creditur, vel dubitatur esse talis, sunt omissa in cõfessione: quod quidem accidit ex malitia, ex verecundia, aut ex pusillanimitate. Verum si pœnitens confiteretur cui prius cõfessus fuerat, & Cõfessarius peccatorum suorum recordaretur, vel pœnitentiæ iniunctæ, vel ipsius saltem status in confuso, sufficeret pœnitenti solummodo peccatum confiteri occultatum, atque fictionem illam, reliqua verò prius non ritè cõfessa in generali ita inquiens: Dico meã culpam de ijs, quæ tibi prius fueram confessus. Sylu. in verbo, confessio. 1. quæst. 3. versic. 1. Nauar. conf. 9. de pœn. & remiss. lib. 5. & in cap. 9. num. 16. [Et ratio est, quia non est de essentia confessionis, vt Confessarius tempore absolutionis omnium peccatorũ recordetur; pręsertim, cum imposuerit iam peccatori pę-
18 nitentiam. Hæc tamen intellige, † dummodo postea non fuerit alteri confessus: tunc enim illa peccata confiteri etiam tenebitur. Item intellige, dummodo Confessor tẽpore reiterationis sit legitimus, sicut fuit confessionis tempore. Sed po-

nes

ne, quòd poſt confeſſionem inualidam alteri integre cõfeſſus ſit: An ſatisfaciat pœnitens ſi primum Cõfeſſorem adeat: Dicens, Confiteor me tibi illa omnia commiſiſſe, quæ tibi olim confeſſus fui; eademque etiam dicens ad ſecundum: Ita vt vterque illum abſoluat. Reſpon. cum prẹfatæ cõfeſſiones ab homine inualidę ſint, ſimiliter & abſolutiones, pinde eſt, ac ſi non eſſet confeſſus, ideo ſi vult ab omnibus peccatis abſolui, non à diuerſis Confeſſoribus, ſed ab vno vnicam quærat abſolutionem, & illi, à quo petit abſolui omnia commiſſa à quibus hactenus abſolutus non eſt, confiteatur. Med. C. de confeſſ. q. 24. in fi.]

19 At † verò ſi pœnitens in confeſſione peccatũ omiſerit neſciens illud eſſe mortiferum, non tenetur confeſſionem iterare: hinc fit, vt pueri, & adoleſcentes grandiores effecti non teneantur confeſſionem iterare; propterea quod peccatum omiſerint ignorantes tunc temporis illud eſſe mortale, Nauar. in cap. fratres, num. 82. de pœnit. diſ. 5. & Syluest. qui ſupra. Verum ignorantia hæc excuſat, quando eſt iuſta, ſecus autem ſi iniuſta, (puta) contra legem Dei, vel naturę: tunc enim non excuſat à peccato, licèt ad id excuſet, vt nõ peccet illud non cõfitendo, ne confeſſionem iterare teneatur, verbi gratia, ſi quiſpiã neſciret vſuram, vel fornicationem eſſe mortale crimen. Syluest. & Nauar. loco proximè citato.

20 [An † verò teneatur Confeſſarius pęnitenti, qui ex ignorantia fecit aliquod opus, quod re vera alioquin erat mortale peccatum, putans nõ eſſe mortale, eidem veritatem dicere, antequam eũ abſoluat. Reſpon. per has propoſitiones; quarum prima ſit, Quando pœnitens ignorantia iuris, aut facti laborãs inquirit ratione ſcrupuli Confeſſoris iudiciũ, in tali caſu tenetur ſacerdos veritatẽ manifeſtare: nam ſi veritatẽ prætermittat, nil reſpondendo, erit cauſa vt pœnitens in aliquo errore conſtituatur. Si vero mentiatur, peccat mortaliter, v.g. Si mulier, quæ ſciens nupſit conſanguineo intra quartum gradum, ignorans hoc eſſe ab Eccleſia prohibitum, requirat Cõfeſſoris iudicium: tunc etiam ſi ſciret ſcandalum, vel peccatum oriturum, tenebitur veritatem reuelare. Secunda, Pœnitens culpabiliter ignorans, quæ ad fidei articulos pertinent, vel aliquod decalogi præceptum, neceſſario eſt à Confeſſore etiam non rogato illuſtrandus, vt ſi fornicationem ſimplicem peccatũ non eſſe mortale credat. Et hoc eſt verũ ſiue ſacerdos poſſit prodeſſe, ſiue obeſſe. Vnde Gregor. vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas victa relinquatur. Et Ambr. Ego interdum parcens vobis tacere vellem, ſed malo vos contumaciæ cauſas reddere, quàm me negligẽtię ſubſtinere iudicium. Tertia, Quando pœnitens laborat ignorantia inuincibili iuris, vel facti eorum, quæ nõ omnes ſcire tenẽtur, ſi ſacerdos ſe nihil profuturum arbitretur docendo, nõ tenebitur illum edocere, v.g. Nupſit fœmina conſanguineo intra quartũ gradum. vel quia ignorabat tale matrimonium eſſe prohibitũ, quæ eſt ignorantia iuris, vel quia cõſanguinitatem, vel affinitatem neſciebat, ſi ſacerdos nihil ſe arbitretur profuturum, reticere tenetur: ratio eſt, quia talis ignorans non peccat. Et ſi illuminabitur, fortè peccabit: nam aut non petet diſpenſationem, aut dum petit, ad non ſuam accedet. Ita Sotus, in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 4. colum. antepen. Nec etiam tenetur Confeſſarius in ijs caſibus. Primus, ſi peccatum fuerit momentaneũ, in nullius tertij damnum commiſſum: nec timetur veriſimiliter quòd in ſimile peccatum talis cõfitens incidet, etiam ſi in ſua relinquatur conſcientia, nam nõ tenetur pęnitentem de veritate informare. Pariter, quando nulla ſpes emendationis creditur: nam fruſtra niti, & non aliud laborando, quàm odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Et Auguſt. ſi ſcirem tibi non prodeſſe, nõ te monerem, non te terrerem, cap. ſi quis, de pęn. diſt. 7. quod ſi ſperatur fructus emendatio-

nis ex informatione veritatis, tunc tenetur Confessor veritatem aperire, quod fieri potest siue ante absolutionem à peccatis, siue post, ita Med. C. de Confess. q.19. vers. similiter.]

21 Tenetur etiam pœnitens† ex eodem capite non integrę confessionis illam iterare, qui absque vlla necessitate, vel debito, quo Confessarius ratione publici officii ad id obnoxius esset, inducit ipsum excommunicatum ad eius confessionem audiendam, sciens illum tali vinculo irretitum, & se non posse absque metu lethalis culpæ confiteri, idque aduertens peccatum huiusmodi non confitetur; non ex eo, quòd confessio fieret excommunicato, vel quia absolutio impenderetur à tali: quoniam post extrauagantem Martini V. omnes actus exerciti ab excommunicato ratione publici officii in fauorem illius, qui einsdẽ excommunicationis operam exposcit, sunt validi: nisi sit denunciatus, vel notoriè clerici percussor, sed ex capite non integræ confessionis: quippe aduertens pœnitens illum non posse absoluere absque peccato, confitendo, hoc peccatum non exprimit. Imo etiam si hoc exprimeret, inualida esset absolutio ex defectu contritionis, perseuerando in petitione absolutionis ab eo, qui de iure dare non potest, Nauar. capit. 9. num.4. in fine.

22 Absolutionem† verò illi impensam, qui ignoranter confessus est sacerdoti vinculo excommunicationis, suspẽsionis, vel interdicti irretito, qui non est notoriè talis, sed solum ita innodatus est per sententiam, vel à iure, vel ab homine latam, validam esse dicimus, per extrauag. Martini V. quæ incipit, Ad euitandam. Syluest. in ver. confessor. 1. quæst. 19. vers. ex his concluditur, quod secus dicimus, si fuerit præstita ab excommunicato per sententiam denunciato: nam erit confessio repetenda, cum huius excommunicationis pęnitens scientiam habuerit; cum iurisdictionis potestas, quæ ad absolutionem impẽdendam necessaria est, per Ecclesiam auferatur excommunicato denunciato. cap. ad probandum, de re iudic. Couar. in cap. alma mater, prima par. §.6. de sentent. excommunic. lib.6.

23 septima conclu. Sed quia quęstio† hęc, an qui à pręcisis ab Ecclesia, vt sunt publici peccatores, excõmunicati, suspensi, & irregulares, &c. sacramentum absolutionis susceperint, peccent mortaliter, & per consequens teneantur iterare cõfessionem, ita difficilis est, vt multas perplexitates inter Doctores habeat, & vix inde certi quippiã venari possimus: tractatur enim hæc quęstio per Syluest. in ver. clericus, 2. q.3. & in ver. confessor. 1. q.20. latissime per Sotum in 4. sentẽt. distin. 1. q. 5. artic. 5. Couar. in cap. alma mater, 1. par. §.6. quinta conclu. Nauar. cap. 9. num. 7. ideo per aliquas conclusiones breuiter explicabimus. Sed antequam

24 quam † ad illarum elucidationem accedamus, notandum est, quòd dupliciter cõtingit ministrum esse malum, scilicet, aut dum toleratur ab Ecclesia, capit. uestra, de cohab. cler. uel mulie. aut dum non toleratur, sed est ab Ecclesia præcisus, uidelicet, quia degradatus est, uel suspensus, & excommunicatus. duę igitur constituuntur propositiones, prior, si minister ille nequam toleratur ab Ecclesia, tunc licet ab illo sacramenta suscipere, neque ullum delictum est: & ratio est, quia cum permittente Ecclesia suo quisque iure utatur, non censetur tunc homo cõmunicare scelesto illi ministro, in quantum delinquens est, atque adeò neque eius sceleri, sed functioni Ecclesiæ, cuius minister existit.

25 Posterior uerò † conclusio. Si autem ab Ecclesia non toleretur, sed sit, uel degradatus, uel suspensus, uel excommunicatus, non licet ab eo sacramentum suscipere, imo hoc est peccatum: quia tunc suscipiens ab eo facit contra obedientiam Ecclesiæ. Vtraque tamen istarum conclusionum non nihil affert difficultatis; prior, quia si iam generaliter intelligitur, sequeretur quòd liceret etiã peccatorem non præcisum inducere ad conferendum sacramentum, & pariter

si se-

si secunda tam strictim esset intelligẽda, sequeretur quòd nec in extrema necessitate ius esset à præciso sacramenta expetere: quorum vtrunque consequens videtur rationi dissonum, igitur vt ab argumentis abstineamus, per aliquas conclusiones breuiter explicabimus, quarũ
26 prior hæc est. Licet † vnicuique sine peccato confiteri ministro non præciso, sed tolerato ab Ecclesia; modò sacramẽtum ministrare paratus sit, idest, inter alios sedeat ad audiendas confessiones, vel ex officio, vt prælatus, vel ex priuilegio tanquam delegatus, siue ex necessitate, vel extra: cuius ratio est, quia qui sic suscipit sacramentum, nullo modo cooperatur peccato alterius: solum ille dicitur cooperari peccato alterius, qui eius causa existit. in hoc autem casu cũ conferens sit paratus, & pœnitens eum non moueat, fit vt non sit eius cooperator, cum eius causa peccati non existat; eò magis, quia non postulat, vt alter peccet, sed vt sacramentũ det, quod potest resipiscendo facere, de hoc est text. expressus in cap. sciscitantibus. 15. quæst. 8. vbi Nicolaus Papa decernit, vt à quocũque sacerdote adultero, sine mala fama resperso, communio possit percipi,
27 quousque ab Ecclesia toleretur, & † nec oblat canon, si qui sunt, distinct. 81. vbi Gregorius cohibet cunctos, ne intersint officijs presbyterorum, qui sunt in publico concubinatu: nam illud intelligitur de notoriè concubinarijs, qui olim suspensi erant, cap. nullus, capit. præter,
28 distinct. 32. verum est tamen, quòd † nõ licet ab eo, qui est paratus, sacramentum suscipere sine causa rationabili, quando posset alteri confiteri, Syluest. in ver. clericus, 2. quæst. 3. nunquam tamen erit mortalis culpa; nisi forsan tam esset publicus peccator, vt illius confessio scandalum afferret populo. Sotus in 4. sent. dist. 1. q. 5. versic. prima itaque.
29 Secunda, nemini licet eiusmodi † improbum ministrum non paratum, neque offerentem sacramentum ad id inducere: nisi vel petentem necessitas cogat, vel exhibentẽ officium obliget; probatur, quia quempiam in peccatum inducere peccatum est, eo quòd sit causam dare peccãdi: qui enim causam culpæ dat, culpam dedisse videtur: quòd si arguas, qui sacramentum pœnitentiæ petit, nõ inducit alium, vt pecatum faciat, sed vt sacramentum conferat, quod resipiscens ipse iustè potest exhibere. Respondetur, quòd si ille, qui inducit, scit, aut credit, alium non esse conuertendũ, licèt non concurrat formaliter ad eius peccatum, concurrit tamen materialiter ad illud opus, quod scit in illo fore peccatum, vt si quis delectationis causa nõ vt faciat malum, succẽderet ignem, quo scit arsuras ædes, neutiquam à culpa eximeretur: secus, quando ille est paratus: quia tunc petẽs neque mouet ad crimẽ, neque formaliter, neque materialiter.
30 Tertia, qui † inducit eiusmodi ministrũ nõ præcisum, & quem scit indignè administraturũ sacramẽtum, vel ex causa necessitatis, quamuis non sit suus prælatus, vel parochus, vel quia exhibentem officium obliget etiam extra necessitatem, puta, quia est suus prælatus, non peccat: & ratio est, circa necessitatem, quia cum quis subest necessitati, vnusquisque ei, si potest, tenetur opem ferre, atque adeò id petẽs habet ius quemlibet inducendi ad administrandum sa-
31 cramentum, nec propterea † inducit ad malum, sed ad id, quod ius est petentis.

Quod si arguas. Inducere ad malum de se est malum: ergo nullo modo licet: Respondetur hoc non esse propriè inducere ad malum, sed inducere ad id, quod ius est petenti. Quod quidem alter facere tenetur, atq; adeò benefacere, quare si non vult se in gratiam Dei recipere, quod id faciat, sua erit culpa. Eodem modo, quando induco meum prælatum, vtor iure meo: tenetur enim ipse sacramentum ministrare: qui autem vtitur iure suo, vt in cap. cum Ecclesia Vulterana, de elect. & l. iniuriarum. ff. de iniur. nemini facit iniuriam, ergo licitum est petere, Sotus ibi distinct. 1. quæst. 5.

 artic. 6.

artic. 6. in 3. & 4. propositione. Nauar. capit. 9. num. 7.

32 Quarta, qui † sacerdoti maiori excõmunicatione ligato, eo casu, quo necessariò vitandus non est, vt quia ab Ecclesia toleratur, scienter confitetur, mortaliter peccat, & confessionem iterare tenetur: quod intellige, modo sit extra casum necessitatis. Syluest. in ver. confessor. 1. q. 20. in fine, vel debiti, vt sit suus proprius sacerdos, quo etiam casu valida erit confessio; etiam si proprius sacerdos sit excommunicatus generali tamẽ excommunicatione, cuius scientiam pęnitens habet: modò non fuerit denun-

33 ciatus. Quinimo valida † erit confessio, etiam si absolutio præstita fuerit à sacerdote proprio nominatim excommunicato, cuius excommunicationis ipse pęnitens ignarus non est, Couar. in d. §. 6. quinta conclu. vers. 1. & 2. qui in octaua conclusione videtur tenere cõtra Syluest. & forte eius dictum procedit, quãdo absque vlla necessitate, vel debito cõfessio facta fuerit sciẽter sacerdoti etiam proprio excommunicato tamen, quem vitare tenemur, videlicet si sit excommunicatus nominatus, & denunciatus, vel propter notoriam percussionẽ Clerici, quod nulla possit tergiuersatione cęlari, inualida quidem est, & omnino iteranda, grauissimoque cum peccato fit: Hæc est omnium concors sententia, ut refert Couar. d. §. 6. concl. 6. Sotus ibidem, ver. 8. Nauar. capit. 9. num. 7.

34 Quæ conclusio ampliatur, † & si sacerdos proprius sit, etiam si sit paratus dare, & multò magis si pœnitens illum induxerit ad pręstandam absolutionem: hoc patet, quia esset contra Ecclesię obedientiam. Vnde censendum est de illo, quantum ad hoc, ac si non esset sacramentorum minister, Sotus conclus. 8. & Couar. In mortis tamen articulo secundũ communẽ opinionem licitè quis posset ab excõmunicato denunciato absolutionis beneficium suscipere: non enim Ecclesia catholica eo in casu extremæ necessitatis videtur abstulisse iurisdictionem excommunicato, quam quilibet sacerdos hodie nedum proprius curam exercens animarum habet, vt supra diximus, capit. 6. versic. hic autem quiuis sacerdos.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia sacramentum ordine, & iurisdictione concurrentibus perficitur: in cæteris ordo sufficit.*
2 *Iurisdictio duplex, ordinaria, & delegata.*
3 *Ratihabitione de futuro, quare nõ validetur absolutio, & an tacita probabili de præsenti, & in quibus habeat locum ratihabitio. num. seq.*
5 *Episcopis coniecturare licet ex verbis canonis, de voluntate Pontificis.*
6 *Confessio nõ iteranda in venialibus ex defectu iurisdictionis, neque in articulo mortis: tunc enim quilibet à quocunque casu absoluit.*
7 *Absolutio de mortalibus ritè cõfessis à quocunque sacerdote facta, an valeat.*
8 *Religiosus etiam ex priuilegio confitentis confessionem audiens sine licentia, cur peccet, & de quo religioso.*
9 *Absoluens extra limitatam potestatẽ peccat; & quatenus valeat confessio: & quid agat pœnitens re intellecta.*
10 *Confessoris officium cum excõmunicato illicitè absoluto, quale; & an incidat in irregularitatem absoluens.*
11 *Absolutio ex defectu intentionis Confessarii, an, & quando subsistat.*
Confessio, qua Confessoris ignorantia fiat reiterabilis; idq; duobus modis cognoscet Confessor.

De confessione iteranda ex defectu iurisdictionis. Cap. XVII.

Iteranda est etiam cõfessio ex defectu Confessarii: hoc autem contingere potest, quãdo liquidò cõstat, Confessarium iurisdictione caruisse ordinaria, vel delegata:

legata: nam tunc cõfessio nulla est, cùm de necessitate huius sacramenti sit non
1 solum, vt minister† habeat ordinem sacerdotalem, vt in cęteris sacramentis, verum & iurisdictioné, qua vt potest nos absoluere, ita & ligare. hac ergo ratione clarescit, cur ad reliqua sacramenta cõficienda non sit necessaria iurisdictio: potest enim sacerdos quicunque sacramentum conficere: & quamuis sit excommunicatus, & degradatus, peccauit quidem, sacramẽtum tamen erit verum, & quamuis solemniter baptismum, aut extremam vnctionem contra iustitiam in aliena parochia alienam iurisdictioné vsurpando administret, nihilominus sacramenta erunt valida. At si quempiam sine iurisdictione absoluat, non solum peccabit mortaliter, imo sacramentum nullum erit, perinde ac si à laico fieret
2 absolutio. Est † etenim iurisdictio, vel ordinaria, vel delegata de essentia ad absoluendum, sicut character sacerdotalis, vnde in Concil. Florent. minister huius sacramenti declaratur esse sacerdos habens, vel ordinariam, vel delegatam potestatem, Sotus in 4. senten. distinct. 18. quæstio. 4. artic. 2. colum. 3. & 4. quod idem testatur Conc. Triden. sess. 14. cap. 7. facit tex. in cap. 2. de constitut. lib. 6. l. fin. ff. de iur. omn. iud. Iurisdictionem verò ordinariam ille dicitur habere, cui ex proprio officio cura incũbit animarum, & iudex est in foro pœnitentiæ, vt est proprius sacerdos, idest Roma. Pontifex, qui est vniuersalis totius Ecclesiæ, & Episcopus in suo Episcopatu, & Parochus in sua parochia: delegatam verò habet is, qui ex commissione proprij sacer
3 dotis absoluit. Quærere † autem quispiam hic posset, vtrum sufficiat ratihabitio de futuro, vt absolutio sit valida. De hoc autem nulla est cõtrouersia. si .n. ratihabitio sit de futuro, vt si sacerdos absque iurisdictione absoluat alienum parochianum, credens quòd cum Episcopus eius, vel Plebanus sciuerit, ratum habebit, manifestum est nullum esse sacramentum: quoniam cũ sacramentum tunc conferat gratiam, quando applicatur absolutio, nequit vllo pacto ex futuro pendere; sed tunc debent concurrere omnia, quæ sunt de essentia sacramenti, atque adeò iurisdictio sacerdotis: quare si tunc illam non habet, nihil ratihabitio futura confert: non enim potest ratihabitio confirmare sacramẽtum, quod ab initio non fuit, iuxta dictum Palud. in 3. sentent. distinct. 17. quæst. 3. in fi. & absolutio non debet esse cõditionata. [Nec obstat, quòd ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur: quia illud verum est, quando solum mãdatum sufficeret, vt teneret factum, seu vt res fieret. Veritas autem sacramentalis absolutionis non ex solo mãdato alicuius pendet, sed materiam, & formam, & ministrum, & intentionem debitam ex Dei institutione requirit: quæ si non concurrunt, nec mandatum hominis, nec ratihabitio sufficit, vt verum sit, aut fuerit sacramentum, valet autem ratihabitio in contractibus, in gestis ad forum publicum pertinentibus, & in delictis perpetrantis, quæ ratihabenti solent imputari, & ex multis alijs, quæ ex humana dispositione pendent, vide glos. 19. q. 2. in princip. Med. C. de confess. q. 31.
4 versic. correlaric.] Si verò † confessio fieret extraneo, accedente probabiliter ratihabitione ad præsens, (verbi gratia) quod id proprio sacerdoti est gratum de præsenti, illa videtur sufficere, vt docuit Syluest. in ver. confessor. 1. quæst. sexta, vers. octauo. Huius rei exemplum est huiusmodi, Sunt duo sacerdotes, quorũ alter est meus parochus, alter vero parocho satis, vel fama, vel consuetudine cognitus, & ita illi affectus, vt tantum, vel plus ei placeat saltem tacitè; vt illi alieno confiteatur, quàm sibi: si igitur ego tali confessus fuero, valida erit confessio, non propter ratificationem futuram, sed præsentem, vel propter licentiã parochi mei non expressam, sed tacitam. Quæ licentia ex prædictis coniecturis rationabiliter colligi potest. Sic etiam
5 Doctores† concludunt Episcopos, vel

alios in aliquo casu posse, vel non posse absoluere, vel ligare, secundum quod ex aliquibus verbis, uel coniecturis circa aliquem canonem coniectant de Summi Pontificis intentione, uel voluntate expressa, vel tacita, quod est notandum. Syluest. in ver. confessor. 1. q. 6. in fine. Quod autem diximus, quòd valida est confessio sacerdoti nullam habenti iurisdictionem de licentia parochi saltem tacita, locum obtinebat ante Conc. Trident. hodie tamen, & est nouum, atque singulare, videns sancta Synodus sess. vigesimatertia, capitu. 15. quod parochi plurimi suæ conscientiæ prodigi ad audientiam confessionum animarum, & ouium sibi commissarum multos ignaros admittebant; idcirco temperauit c. omnis, extra de pœnit. & remiss. & decreuit neminé parochorum posse quempiam ad audientiam confessionum suarum animarũ eligere: nisi talis sacerdos siue secularis, siue regularis fuerit ab ordinario approbatus, nempe aut per collationem Ecclesię parochialis, aut alias per examen idoneus iudicetur.

Illud autem, quod diximus ex defe-
6 ctu † iurisdictionis iterum confiteri debere, non procedit in mortis articulo: imo quilibet sacerdos etiam religiosus absque alia licentia sui superioris potest licitè, & validè absoluere à quibusuis casibus, & censuris, etiam sedi Apostolicæ reseruatis: quoniã ab ipso Papa potestatem saltem tacitam habet, cum admonitione tamen, vel cautione, & modo, de quibus per Nauar. cap. 26. num. 27. & capit. 27. num. 46. & seq. Rursum nec locum habet in pœnitente non habẽte nisi venialia peccata: quia ad id sacerdotes nulla habent opus iurisdictione. Iurisdictio enim nulla est, vbi nulla inuenitur cogẽdi vis, & ad confessioné venialium nullus cogi potest, neque dũ illa tantum confitetur, cogitur omnia dicere, neque ullam acceptare pœnitentiam: quare absolutio illa licèt sacramentalis sit, non tamen iurisdictione indi-
7 get. Dubium tamen est de † mortalibus ritè cõfessis, an absolutio à quocunque sacerdote fieri possit. & quamuis Sotus in 4. senten. distinct. 18. quęstio. 4. art. 2. colum. 11. asserat iurisdictionem requiri, quare absolutionem non censet posse à simplici sacerdote fieri, tamen Nauar. cap. quarto, num. primo, arbitratur posse fieri absolutioné de mortalibus rite confessis à quocunque sacerdote: nisi sit religiosus, qui absoluit quidem validè, sed
8 non licitè. Sed quid si † pœnitens aliàs ex priuilegio Summi Pontificis possit quemcunque sacerdotem siue secularé, siue regularem eligere, an tunc religiosus ab eo electus possit cõfessionem audire? Respond. quòd non: nisi à suo Prælato fuerit ad hoc tanquam idoneus expositus: & ratio est, quia cum religiosus non habeat nec velle, nec nolle absque consensu Prȩlati, nõ debet sine eius licentia eiusmodi priuilegiatorum confessiones audire: & ideo qui inconsulto Prælato talem confessionem audiret, posset ab eo tãquam inobediens puniri: quamuis absolutio, & sacramentum teneret, ita Sotus distin. 18. quæst. 4. art. 3. colum. penult. quod tamen secundum Nauar. sententiam de illo religioso debet intelligi, cui aliquo statuto suæ religionis, vel imperio superioris esset denegata facultas audiendi confessiones; non autem de alijs. Hæc Nauar. ex cap. 4. num. 1. 2. & capit. nono, num. 5. & capitulo 27. numero 25. Præterea etiam fallit ex defectu iurisdictionis: Absol-
9 uere † enim non potest licitè, nec validè absque peccato mortali ab omnibus peccatis, qui limitatam habet potestatem absoluendi à quibusdam: ualet tamen absolutio pro illis peccatis, pro quibus poterat, & sic pœnitens, cum id ei confiteri, illa tantum peccata tenebitur iterum confiteri, pro quibus nõ valuit absolutio, Syluest. in ver. cõfessio. 1. quæst. 3. vers. 4. Nauar. capit. 9. num. 6. vers. 4.
10 vbi est commu. opinio. Quinimo † Cõfessarius, qui absolutionem impenderit à casibus, vel censuris ei reseruatis, siue id fecerit sciens, siue ignarus per ignorã-

tiam craſſam, tenetur monere ſic abſolutum, ſi commodè, & ſine ſcandalo poteſt, non tamẽ propter hoc incurrit irregularitatem, aut cenſuram aliquam, niſi abſolutionem impendere præſumpſerit à cenſuris bullæ Cœnæ Domini, Nauar. capitulo vigeſimoſeptimo, num. 74. & nos ſupra de poteſtate Confeſſar. Reli-
11 quum † eſt tamen videre, quid dicendũ de Confeſſario, qui licèt iuriſdictione, ac poteſtate polleat, nihilominus tamen deficit in intentione, quando formam abſolutionis profert, an abſolutio ſuum ſortiatur effectum? Reſpondetur, abſolutionem nullius eſſe roboris: neminẽ tamen hęc ſollicitudo moueat, ac perturbet: quoniam debet ſibi certò pœnitens perſuadere beneficiũ abſolutionis percepiſſe; niſi liquidò conſtaret Confeſſarium intentionem in verbis abſolutionis minimè applicaſſe. Sotus. Rurſum,
12 ex defectu † ignorantiæ ipſius Confeſſarii cõfeſsionis iteratio neceſſariò fieri debet, quod eſt, quando qua forma vſurus ſit ad abſoluẽdum, vel quouſque poteſtas ſibi attributa ſe extendat, non intelligit: quod quidem ſequens prudens Confeſſarius duobus modis cognoſcere valet, quò pœnitenti ſibi oblato, eiuſque animæ conſulere poſsit, ſi iteranda ſit, necne confeſsio. Primò, ſi Confeſſarium, eiuſque omnimodam inſcitiam pœnitens iam inde antea nouerat. Secundò, ſi ex diſcurſu ipſius pœnitentis in confeſsione percipit ipſum grauiora peccata, quæ vtique omnes ſciunt, paruipendere non tanquam peccata, veluti fornicationem ſimplicem, non communicare die Paſchatis, non confiteri ſemel in anno, & id genus ſimilia. Nauar. capit. 9. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus paſſiuè, actiueq́ à ſacramentis arcetur; accedensq́ graue cõmittit ſacrilegium; & quare num. ſeq.*
2 *Sacramẽta vel primam gratiam, vel eius augmentum afferunt.*
3 *Excõmunicatus, verè conficit ſacramẽta, peccat tamen, ideoq́ incapax dicitur.*
4 *Abſolutionem ſcienter exhibere, vel eandẽ recipere in caſu excommunicationis ſacrilegium eſt.*
5 *Abſolutio collata excõmunicato regulariter valet: fallit, ſi is nouit ſe talem, & id eſſe peccatum.*
6 *Excõmunicationis, etiam maioris, ignorãtia iuſta excuſat ab iterãda confeſſione: & accedente ſcientia, ab excõmunicatione tantum fit liberatio. Quod intellige, vt num. ſeq.*
8 *Confeſſio nõ iteratur, ſi pœnitens errore iuſto putet abſolutionẽ à peccatis fieri poſſe prius, quàm ab excommunicatione.*
9 *Excõmunicatus iniuſtè, iuſtè abſoluitur: idem ſi ſit nulla excommunicatio.*
10 *Confeſſio ob pœnitentiam, etiã ex quacunque cauſa non impletam, non iteranda, & quare: fallit, num. ſeq.*

De confeſſione iteranda ex defectu pęnitentis. Cap. XVIII.

SVpereſt poſtremò hic agere, quando inualida ſit confeſſio, & per conſequens iteranda ex defectu pœnitentis, vtpote, quia eſt excommunicatus, quam quæſtionem iam olim tractauerunt viri equidem doctiſsimi, & præ cæteris Nauar. cap. vltimo, num. 38. & cap. 1. §. caueat, nu. 23. de pœnit. diſt. 3. & Couar. in cap. alma mater. par. 1. §. 6. nu. 6. ver. ſupereſt, de ſent. excommu. lib. 6. Cuius aſſertiones, vt propoſitę materiæ ſubſeruiant, breuiter admodum paucis additis exponam. Hoc in primis præſuppoſito, quod iura, quæ probant excom-
1 municatum † priuatum eſſe actiua, & paſsiua ſacramentorum participatione, ita ab omnibus communiter recipiuntur in hanc ſententiam, ſcilicet quòd male faciat, & illicite percipiat excommunicatus ſacramenta Eccleſiæ, ea percipiens in eo ſtatu, quo iuſtè ab Eccleſiæ communione eſt ſegregatus, idcirco qui

qui ita hac censura affectus percipit sacramenta, graue sacrilegium committit in ipsum Deũ,& Ecclesiam. Quod probatur ea ratione, sacramenta nõ esse percipienda, nec danda ab eo, qui se existimat mortalis culpæ esse reum. tex. celebris in recipiente, in cap. illud. 95. distin. vbi non penitentibus sacramentum extremæ vnctionis fundi non potest: quia
2 genus est sacramenti: tum etiam,† quia sacramenta instituta sunt à Christo Iesu, vt per illa gratiam primam, vel eius augmentum consequamur. Is ergo, qui credit se esse in eo statu, qui gratiæ consequendę repugnat, scire debet se frustra sacramentum recipere. Igitur irreuerentiæ crimen contra sacramentum committit, & omne id, quod ad irreuerentiam rerum sacrarum pertinet, ad iniuriam Dei pertinet, & sacrilegium est, D. Thom. 2.2. quæst. 99. art. tertio. De dante, & percipiente sacramentum Eucharistiæ est tex. 1. Corinth. 11. Probet autẽ seipsum homo, vsque edat. subsequitur postea de recipiente, Et qui indignè sumpserit, iudicium sibi, &c. De sacramento baptismi probatur in cap. firmissimè, 15. q. 1. De confirmatione, in cap. vt ieiuni. de consecra. dist. 5. Quod si ita
3 certum est, igitur quãdo dicitur,† quòd excommunicatus est incapax sacramentorum, intelligitur, quod excommunicatus grauissime peccat ministrando, vel suscipiendo sacramenta, sed ipsa sacramẽta verè conferri, & adsumi, quod in baptismo manifestè probatur. Verè enim confertur ab eo, qui est extra charitatẽ, cap. tunc valere. de consecrat. dist. 4. sic qui excommunicatus verè fuerit confirmatus, verè confirmationis sacramẽtum suscipiet. Sic de sacramento Eucharistię excommunicatus verè consecrat, argu. eorum, quæ notantur in cap. de homine. de celebr. missar. cap. intra, 1. quæst. 1. quamuis celebrans sit irregularis, cap. 1. de sent. excommu. lib. 6. Sic de sacramẽto matrimonii, & ordinis, excommunicatus ordinatus verè recipit characterem, licèt non ordinis executionem, c. præter. §. verum, distin. 32. tex. in cap. 1. ver. irritas, & in cap. 2. de schism. c. cum illorum, de sent. excommun. glo. not. in cap. si celebrat. ver. non curent, de cler. excom. minist. nisi subsequatur dispensatio. Igitur hoc præiacto fundamento
4 sit prima conclusio. Sacrilegium † est, vel sacramentalem absolutionem scienter exhibere excommunicato, vel ipsum excommunicatum eam recipere. Hoc probatur, quia excommunicatus maiori excommunicatione, priuatus est sacramentorum perceptione, tex. optimus in cap. si celebrat, de cler. excom. minist. c. Apostolicæ, eod. titu. & est communis opinio, vt fatetur Couar. in d. cap. alma mater, §. 6.
5 Secunda, † absolutio à peccatis data excommunicato, priusquam absoluatur ab excommunicatione, regulariter valet, siue sit excommunicatio maior, siue minor, siue iusta, siue iniusta. Inualida tamen erit absolutio, & sacrilegium cõmittit pœnitens, quando non solum intelligit se esse excommunicatũ, sed etiã nouit esse peccatum mortale eam recipere, vel procurare: nõ quia data est absolutio excommunicato scienti se esse excommunicatum, sed potius, quia confessio nõ est integra, dum hoc sacrilegium non confitetur. & quamuis integra esset confessio, esset nihilominus inualida ex defectu debitæ contritionis, vel attritionis: quia peccat mortaliter, dum facit, aut permittit se absolui, Nauar. capit. 9. num. 3. & 4. & cap. 26. num. 7. contra Palu. & Sylu. qui simpliciter tenent absolutionem excommunicato impensam non valere, & per consequens iterandam.
6 Tertia, † excommunicatus maiori excommunicatione, eius tamen iustè ignarus; si à peccatis fuerit absolutus, non tenetur ad iterandam eam confessionem: huius conclusionis probatio deducitur à cap. Apostolicæ, de cler. excom. minist. & eam veram censet Caiet. in sum. in verbo, absolutionis impedimẽtum, vers. vtrum. & verbo, confessionis iteratio.

iteratio. Cuius ratio est, quia iam rite cōfessus est. Sacramentum enim gratiam confert omni adulto offerenti se nō ponenti obicem: nam propter ignorātiam probabilem excusatur à sacrilegio, quod excommunicatus sacramentū suscipiēs incurrit: & propterea quãuis teneatur iste quærere, & obtinere absolutionem, nec possit interim se miscere diuinis, nō tenetur tamen ad hoc propter efficaciā suscepti sacramenti: nam iteratio sacramenti nō nisi propter effectum fieri debet, Caiet. in uerbo, absolutionis impe-
7 dimenta. Igitur † solum à uinculo excōmunicationis per beneficiū absolutionis se liberare debet, quando peruenerit ad eius scientiam, & ita in cōscientia tutus erit, quod quidē accidere potest ijs, qui ignorantes se propter percussionem clerici in minoribus constituti, uel prima tonsura initiati excommunicationē incurrisse, uel nō considerantes excommunicationem latam contra surripientes arborum fructus, uel aliud huiusmodi beneficium absolutionis à peccatis tutè impetrant. Nauar. cap. 9. num. 3. in fi. [Quinimo cum semper præmitti soleat ante absolutionem à peccatis absolutio generalis ab excommunicatione, quatenus se extendit potestas absoluentis, modo quando scientiam habuerit excommunicationis, faciat illud, ad quod tenebatur: uerbi gratia satisfactionem, si est ex causa damni, iux. tex. in cap. cum pro causa. de sentent. excommun. dico istum in foro conscientiæ non esse amplius absoluendum, cum iam fuerit absolutus, sed bene in foro fori, si fuerit denunciatus, & interim abstineat à diuinis, & ita procedit dictum Nauar.]
8 Quarta, † excommunicatus maiori excommunicatione, qui scit, aut fatetur se esse excommunicatum, putans iusto quodam iuris, uel facti errore, attenta eius qualitate se posse prius à peccatis, quàm ab excōmunicatione absolui, nōn tenebitur confessionem iterare, si fuerit à peccatis tantum absolutus. Eadem ferè hæc conclusio probatur, ac præcedens: eamque Caiet. & Nauar. expressim tenent, quamuis Palu. in 4. sent. dist. in. 22. quæst. 3. & Sylu. in uerbo, confessio. 1. q. 3. uer. 4. probare uelint confessionem iterandam esse, quorum quidem opinio falsa est, ut affirmat Couar. de sentent. excommu. lib. 6. in cap. alma mater. par. 1. §. 6. concl. 3.
9 Quinta, † iuste à peccatis absoluitur, & per consequens confessionem iterare non tenetur is, qui est excommunicatus excommunicatione iniusta: quia in foro conscientiæ, & coram Deo, qui ueritatem intuetur, non censetur excōmunicatus, bonus tex. iuncta gl. in cap. manet, cum sequen. 24. quæst. 1. Quod multò magis procederet, quando excōmunicatio esset nulla, communi omnium consensu, argum. tex. in c. solet, de sentent. excommun. lib. 6.

Tenetur tamen, quando est iniusta excommunicatio, excommunicatus à diuinis sibi interdictis abstinere, aliaq; uitare. Et si contra fecerit, diuinis se immiscendo, irregularitatem incurreret: nisi occultè, & absque ullo periculo scandali fieret, ut inferius dicemus in materia excommunicationis.
10 Postremò † circa pœnitentiam non adimpletam, an sit iteranda confessio: hæc conclusio firmiter stabilienda est.

Ex parte satisfactionis nō adimpletæ in statu gratiæ, aut nullatenus, neque in bono, neque in malo statu, siue per obliuionem, siue per negligentiā, siue etiam per contemptū non est confessio de necessitate iteranda, & hoc cōtra aliquos, & præcipuè Sylu. in uer. confessio. 1. q. 3. & quæst. 25. in fi. Cuius ratio est, quia nullus tenetur confiteri peccata, quæ rite confessus est, & à quibus est absolutus, sed solum pœnitentiam sibi iniunctā exsoluere. Et si illius est oblitus absque eius culpa, liber erit à præcepto: si uerò culpa sua, illam solam fateri necesse est. Sed damnum, quod utroque casu, hoc est, quando culpa sua, uel non sua culpa incurrit, est quòd pœnitētiam oblitam in purgatorio exsoluere tenebitur,

Sotus in 4.sent. distin.20. q.2. art.2.ibi,
11 ad tertium.Syluest. Verum † fallit, quod supra diximus, quando ante absolutionem iniungitur ei pœnitentia, & dum iniungitur, ipse contemnit, aut iustam curam non adhibet, quo postea eius recordari posit: quia tunc confesio non valet etiam si postea pœnitẽtiam implet. Et hoc nõ propterea, quia eam non exequitur, sed quia quando iniungebatur peccauit, & de tali peccato non se accusauit. Nauar.cap.9.num.14.

SVMMARIVM.

1 *Confessarium circunstantias peccatorum scire oportet, & de duplici earum consideratione.*
2 *Circunstantia nominis significatio, & quot numero sint.*
3 *Persona nomen, cuius opera peccatur, tacendum in confessione.*
4 *Admonitio vtilis de circunstantia temporis.*

De circunstantijs peccatorum. Cap. XIX.

1 Oportet † etiam Confessarium scire circunstantias peccatorũ. vt sic considerãdo qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personarũ, iuxta tex.in cap. sicut dignum, el primo, de homic. & capit.consideret, de pœnit. dist.5. sciat præbere consilium, & adhibere remedium. De circũstantijs igitur duplex est consideratio, vna de quidditate earum, & numero: atque altera de earum confesione. & quia D.Thom.1.2.q.7.art.3.satis de priore differuit, ideo sufficit, vt breuiter explicemus, quid hoc
2 nomen † circũstantia, significet; & quot sint numero. Circunstantia igitur, quã latini appendicem vocant, est accidens actioni adiacens, quod eius qualitatem in genere variat augendo, scilicet, aut diminuendo. Et sunt numero septem. Quis, Quid, Vbi, Quibus auxilijs, vel per quos, Cur, Quomodo, Quando. Dicitur ergo Quis, idest, quæ persona, vtrũ Ecclesiastica, an sæcularis sit quæ peccauit, solutus, vel coniugatus, senex, vel iuuenis, Rex, miles, vel Imperator, secundum tex.in cap.homo, distin.40. Quid, idest quod crimen, furtum ne, an sacrilegium, adulterium, an quamcũque aliam fornicationem, homicidium ne, an rapinam, &c. Vbi, idest quo loco, sacro, vel profano. Quibus auxilijs, vel per quos traxit alios ad peccandum, aut quos posuit mediatores ad malum perpetrandũ, vel cum quibus, pro quibus, vel contra
3 quos. Nunquam † tamen debet nominari persona, sed id, quod sufficit ad cognoscendam mutationẽ speciei, uel numerum tantum peccatorum. Cur, idest qua intentione fecerit, an ex infirmitate, ex occasione, aut electione, uel quali usus fuerit intentione: quia mortalia trahunt speciem ex fine: hinc qui furatur ut mæchetur, potius est mæchus, quàm fur. Quando, in sacro tempore, ut diebus festis, uel ieiuniorum, an alio tempore, & quantum in tali perseuerauerit: hæc tamen circunstantia, secũdum Tho
4 mistas, dicitur aggrauans, & † propterea semper bonum erit in fine confesionis sic dicere: Ex his peccatis meis mortalibus plura, aut aliqua commisi diebus festis. Quomodo, utrum fraude, per insidias, an aperto Marte occiderit. Præterea crimen commisit naturali, uel innaturali modo, agendo, uel patiendo.

SVMMARIVM.

1 *Circunstantiarum cõfessio est de precepto, & de eo iure, quo confessio.*
2 *Circunstantia necessario confitenda, quæ, & de quadruplici earum differentia.*
3 *Circunstantia alleuiantes, quibus casibus confitenda, etiam necessario. num.seq.*
5 *Peccare sub spe venia, an circunstantia necessaria confessioni.*
6 *Circunstantia temporis festiui, an & quando confitenda.*

Gra-

De circunſtantijs neceſſario confitendis. Cap. XX.

1 HOc in loco animaduertendum eſt de† circunſtantiarum confeſſione eſſe præceptũ. Quod ſi quis objiciat nullibi id eſſe expreſſum, ſcilicet nec diuino, nec humano iure. Reſpõdetur eſſe iuris vtriuſque illius, ſcilicet quo tenemur confiteri: nam quo iure tenemur confiteri; tenemur confiteri integrè, atque omnia cum ſuis circunſtantijs. Accedit canon, conſideret, de pœnit. diſtin. 5. vbi habetur, conſideret pœnitens qualitatem criminis in loco, in tempore, &c. tex. in c. omnis, extra de pœnit. & remiſſ. verſic. omnia, expreſſe habetur in Conc. Trid.

ſeſſ.

sess.14. c.5. & can.7. At verò quia non omnes circunstantiæ sunt in confessione necessariæ, inuestigandum est, quæ
2 istarum sint necessario† confitendæ, vbi adnotandum est, quatuor esse earum differentias. Quædam enim sunt impertinentes, hoc est nullius ponderis; quippe quæ neque aggrauant, neque alleuiant, veluti dextera furari, vel sinistra, ante prandium, vel à prandio occidere, quas confiteri nedum est superfluum, sed est contra simplicitatem cõfessionis. Quædam vero sunt alleuiantes, (puta) malum committere bono fine, ignorãtia, & metu, cap. significauit, de pœnit. & remiss. c. sicut dignum, de homic. has cõfiteri, imperfectioni est ascribendum, c. considerret, versi. tentatione. de pœnit. distin. 5. locus enim ille accusationi, & non excusationi deputatus est.

3 Huiusmodi † ergo circunstantiæ aptius tacentur, præterquam si Confessarius de eis interroget, vel ob scandalum vitandum, vt quando ex earum occultatione occasionem alicuius mali idem Confessarius apprehenderet, vt quia pęnitens apud cõfessorem infametur, arg. tex. in cap. nihil, de præscrip. Vel nisi deformitatem valde minuerent, (verbi gratia:) Si mulier graui inopia pressa, vel metu mortis territa, vt suæ vitæ consuleret, sui copiam fecerit, poterit hęc omnia Confessario patefacere: quia eius famã aliquo modo defendunt, quamuis sint circunstantię alleuiãtes: vel si quispiam existimet fas esse furari, vt pauperibus eroget, quod tamen fieri non debet, cap. non est putanda, 1. quæst. 1. si verò pęnitenti placuerit propter humilitatem suæ famæ, suoque iuri cedere, possit utique tacere. At uerò si huiusmodi circunstã-
4 tiæ † proximê consideratæ adeò peccatum leuarent, vt culpæ nomen prorsus tollerent, vel de lethali facerent veniale, essent necessario cõfitendę: Puta si quis hominẽ ex ignorantia inuincibili in incertum iaculando transfigeret, vel cum tutamine inculpatæ tutelæ sese tuendo occideret, uel si quis accedat ad alienã, quam inuincibiliter suam esse arbitrabatur, uel si quis magna infirmitate pressus non recitauerit diuinum officium, uel non ieiunauerit: hic si in confessione simpliciter diceret, homicidium perpetraui, confiteretur tanquam graue peccatum, quod non esset tale, atque ideo peccaret mortaliter. Et similiter, si quis extrema necessitate ductus panem alienum surriperet, iuxta tex. in cap. discipulos, de consecra. distin. 5. & gl. in cap. si quis propter, de furt. non dicat simpliciter, furatus sum, sed addat necessitatem, qua compulsus est: ne uideatur esse culpa, ubi culpa nõ est: uel si necessitate nõ compellente obolum duntaxat furatus sit, nõ dicat simpliciter, furatus sum, sed quantitatem illam exprimat, ne Cõfessarius iudicet mortale, quod est ueniale: furtum namque simpliciter prolatũ genere suo notat mortale. Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 2. artic. 4. uers. sit ergo, 4. concl. Nauar. cap. 6. uers. 7. circa fi.

5 [Sed an† peccare sub spe uenię sit circunstantia necessaria ad confitendum. Respon. D. Thom. 2. 2. q. 21. art. 2. ad tertium, quòd peccare cum proposito perseuerãdi in peccato sub spe ueniæ ad præsumptionem pertinet, & hoc non diminuit, sed auget peccatum, & ita intelligitur Abb. in cap. ex transmissa, de eo qui cogn. consan. vx. suæ. peccare autem sub spe ueniæ, quandoque percipiendæ, v.g. uigore alicuius iubilei, uel priuilegii, cũ proposito abstinendi à peccato, & pœnitendi de peccato: hoc non est præsumptionis, sed peccatum minuit, quia per hoc uidetur habere uoluntatem minus firmatam in peccatis. Habes ergo ex dictis S. Th. prout ibi colligit Caiet. quòd peccans sub prętextu quòd post confitebitur, & quòd faciet pœnitentiam, diminuit peccatum, & non aggrauat. Est enim uoluntatis transitoriæ, & non pertinacis in malo.]

6 Rursum † pleręque dicuntur aggrauantes, ueluti peccare diebus festis, quæ secundum communem, nec etiam sunt necessario confitendæ. [Non enim est necessa-

necessario confitenda, & sacerdoti reue landa circunstantia festi ab eo, qui mortale crimen commisit in die festo, quasi sit nouum peccatum, quòd eo tempore mortalem culpam contraxerit. Exemplum. Qui die Dominico fuit fornicatus, non tenetur hanc circunstantiam confiteri: quia præcepta diuina non secundum sensum spiritualem, sed secundum literalem tantum obligant, Sotus lib.2.de iust. & iu.quæstio.4. articu.4.] nisi ratione contemptus, ut si intentione, & proposito uiolandi festum, lethale crimé admittitur, ut si eo fine peccatum committitur, ut fieret aliquod opus prohibitum illis sacris diebus, Sylu. in uer. circunstantia, quæstio. 5. in fi. Nauar. cap. sexto, num.9. uers.9. uel etiam nisi quadam notabili, ac omnibus euidenti grauitate peccatum augeret, ut in incestu cum matre, uel filia; quia & si ince-
7 stus † dicatur, non sufficit dicere, cognoui unam de ascendentibus, uel descendentibus, nisi gradum exprimat, Sotus distin.18.quæstio.2.artic.4.uers.colligamus ergo, & uersic.7. incestus. Nauar. cap. 7. num.4. in fi. idque ratione nota-
8 bilis deformitatis actus. Nec † etiã procedit in ea circunstantia, quæ sic auget peccatum, ut ratione ipsius fiat reseruatum saltem ex ui constitutionum synodalium, quæ solent aliquando furta aliqua, & damna certæ cuiusdam quantitatis Episcopo reseruare. Nauar. qui supra, num.7. in fine. uers. uidetur tamen.
9 Præterea nec locum cõmunis † opinio habet in ea circunstantia, quæ habet annexam excõmunicationem, uel efficit, ut ea sit Papalis, quemadmodum grauis percussio clerici, capit. si quis suadente. 17.q.4. uel Episcopalis, si leuis est, capit. peruenit. de sent. excommun. has enim circunstantias in quarto, & quinto loco
10 positas, quia eis ignoratis sacerdos † scire non posset quid esset acturus, omnino scire debet. hinc si iniuria illata fuerit in clericum; quia hic agitur de iurisdictione, debet interrogare pœnitentem, iniuria fuerit ne enormis, an leuis: aliter enim iudicabit de una, aliter de altera. sic si tractatur de dãno dato ex causa furti, oportet interrogare de quantitate, ut uideat sit ne ibi excommunicatio synodalis, uel ut sciat modum imponendæ restitutionis, Syluest. in uer. confessio, 1. quæst. 9. & ut legitimum sumat iudicium de pœnitente, an lethale peccatũ admiserit, necne. Hinc ei, qui furatus est quantitatem notabilé, quæ facit peccatum mortale, non sufficit confiteri furtum simpliciter, sed oportet saltem exprimere illud, quod erat quãtitatis iustæ ad efficiendum mortale. Nauar. prælud.9. num.6. uers. facit item. imo totam quãtitatem exprimere necesse est pęnitenté: aliter enim de illo iudicabit Cõfessarius, qui mille furatus est, aliter de eo, qui decem millia, aliaque satisfactio iniungenda uni, alia alteri, Sotus dist.18. q.2. art. 4.col.9. in fine.
11 Numerus † autem peccatorum, idest Quoties, nõ est circunstantia, sed peccati ad peccatum additio, atque multiplicatio, Caiet. 1.2.q.7.art.1. qui quidem numerus toties augetur, quoties peccatum ipsum, uel uoluntas peccãdi, quæ fuerat intercisa renouatur, & hoc in peccatis internis, quæ solo animo consumantur, ut odium, hæresis: secus in iis, quæ opere exteriori perficiuntur, ut homicidiũ, fornicatio, furtum: nam illa non multiplicantur, nisi per intercisionem, & interruptionem, aut consummationé operum exteriorum, & non per solam uoluntatem, & cogitationé intercisam aliis cogitationibus, durante tamé opere exteriori: imo neque per interruptionem actuum exteriorum, qui sunt uelut quę dam uia ad unicum actum perpetrandũ, aut ueluti quædam partes ipsius præambulę, & immediatę, nisi accidat interruptio, & mutetur propositum illud consummandi, quod postea iterum resu-
12 matur. Diuturnitas † tamen temporis in iis consumpti auget peccatum, & explicanda esset, & ideo maior cõtritio est necessaria, Nauar. capit.6. num.16. cum duobus seq. & cap.16.num.9. circa medium.

dium, ex quibus infertur, quòd peccator non tenetur, vt asserit communis, cõ
13 fiteri † mala verba, signa, & gestus, quæ antecedunt homicidium. Sufficit enim dicere, Interfeci: neque colloquia, oscula, & amplexus, quæ præcedunt fornicationem, sed tantum dicere, Fornicatus sum: neque cogitationes, & voluntates apparatuum ad furandum, sed satisfacit vltimum actum cõfitendo, Nauar. qui supra, num. 7. vers. octauo: & ratio est, quia hæc omnia sunt via, & præambulum ad delictum. Exempli gratia, ligna, lapides, & columnę, & si multa sint secundum se sumpta, tamen omnia simul considerata tanquam partes vnius domus non amplius, quàm vnam domũ constituunt, l. eum qui, de vsuca. l. qui
14 vniuersas. ff. de acquir. poss. Sic † pari ratione qui diem integrũ, vel noctem insumeret musicis, & cantilenis, quo mulierem alliceret; vel oportunitati captandæ, qua ipsam alloqueretur, vel alijs officijs, quibus in illum finem pessimum inflecteret, quandiu talis voluntas, & opera exterior nõ interrumpitur, vnum tantum peccatũ erit, licèt tantò grauius,
15 quantò diuturnius. Sic † si eodem tempore quis multoties peierauit, ratione continuationis temporis, vnum peccatũ dicitur, & si pluries cõmittatur, ita tex. in capit. cum haberet, de eo qui dux. in matrimon. pro quo glossa notabilis in l. pen. ff. de act. & obliga. Pariter, si alicui eodem tempore dicatur plura verba iniuriosa, non tot iniuriæ, quot sunt verba iniuriosa, sed vna tãtum erit, ita Bart. in l. item apud. §. 1. ff. de iniur. Sic qui sæpius rem contrectat, non plura, sed vnũ furtum committit. l. ei qui, ff. de furt. ita qui pluries clericũ verberat continuato tamen tempore, nõ incidit nisi in vnam sententiam excõmunicationis, licèt verbera fuerint plura, tex. not. in capit. cum pro causa, de sentent. excommunic. vide in capitulo primo, & ibi per glossam, de pœn. per Bart. in l. inficiendo. §. infans.
16 de furt. Sic † in casu nostro, qui diem integrum insumeret musicis, vt mulierem alliceret ad prauũ opus, vnum peccatum erit: nisi mala illa voluntas peccandi esset interrupta, cessando ab impẽdenda illa opera exteriore, & iterum postea illam cõtinuaret; vel si opera illa exteriore finita, puta fornicatione, iterum coiret: nam tunc duo essent peccata, vel si illa expleta vacaret alijs negocijs, quæ non essent via, neque præludia ad prędictum opus, & iterum postea rediret
17 ad eandem malam voluntatem: † nam tunc peccatum aliud committeret, & tot subinde peccata teneretur confiteri, quot interruptiones, aut renouationes. Veluti, si pergens ad homicidium perpetrandum, vel fornicationem, in via furaretur, aut blasphemaret: nam tunc tot peccata committeret, quot essent in se actus mali, Nauar. cap. 6. nu. 17. in fine.
18 Igitur necesse † est peccatorem exprimere certum numerum si recolit: sin minus rationẽ secum ponat quoties in die, vel hebdomada, aut mense, plus, minusve peccatum illud admiserit, & numerum confiteatur certiorem, vel verisimiliorem. [Sed quid de eo, qui post vnam fornicationem cum amica habitam, eã multoties osculatur, cum intentione iterum non fornicandi, sed ad maiorem delectationem, an vnum, vel plura commiserit peccata? Respõdeo, quòd vnum: quia illa omnia videntur consequentia fornicationis iam habitæ, Nauar. in Manua. in sua vltima editione, c. 6. nu. 18.]
19 Peccaret etiã † mortaliter, qui ex causa iniusta, puta, erubescentia, vel hypocrisi vices aliquas subticeret peccatorũ, quorum iam meminit; quia etiam si lata culpa sua fieret, quo minus recordaretur, nihil scilicet sese colligendo, cum id efficere iam potuisset, confessio est pœnitus inualida. Sylu. in ver. confessio, 1. numero 12. Nauar. capitulo 6. num. 14. [Et ratio est, quia vt cõfessio integra est de iure diuino, Ioan. capit. 20. probatur per Conc. Triden. sess. 14. cap. 5. ita mediocris saltem inquisitio peccatorum ante confessionem de iure diuino est præmittenda. Quo enim iure quis ad aliquod

quod opus tenetur. Compellitur & ad media, quæ illi sunt necessaria, Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 4.]

20 Nec etiam satisfacit dicens, † peccaui sæpè sæpius in huiusmodi peccati genere: cum uerbum illud sæpè, ita uerificetur in binario, seu denario, sicut in centenario, iuxta glo. in c. monasteria, vers. frequentare, de vita & honest. cler. At

21 si adhibita † omni diligentia, & præparatione ad recolendum peccata, quæ cō sueuit facere humana fragilitas, quæ secundum Scotum est, quando quis tantā adhibuit ad memorandum, quantum quis apponeret in re ardua, & quæ sibi multum esset cordi, certum numerum exprimere nequiuerit, tunc nisi ex circunstantiis verborum pœnitentis Confessarius æquè poterit noscere numerū, vt peccator, quia tunc numerus esset cō fessus implicitè, ut per Syluestr. in ver. confessio, 1. q. 11. in fi. debet supplere pœnitentis conditionem, interrogando statum sufficienter, & quamdiu in illo permanserit, & ita in conscientia ambo tuti erunt. Veluti si meretrix publica, quæ per decēnium parata esset ad sui copiam faciendam nedum vulgaribus hominibus, sed & in sacris constitutis cœlibem vitam agētibus, & matrimonio iunctis, conteratur: quoniam satis erit si Confessario panderit tempus, quo sic in prostibulo permanserit omnibus exposita: [dicendo, Quotidiè erā parata per biennium, vel decennium in loco publico, & sæpè cum variis hominibus solutis, & coniugatis, &c. opere, & cogitatione peccaui. & hoc circa fornicationem. tenetur tamen Confessor descendere ad alia particularia peccata, quæ illæ perpetrare possunt. v. g. si vna cum altera fuerit turpissime coniuncta. Si ne sequatur conceptio, foras semen emittunt, si procurent aborsum, si contra naturam miserabiliter cognosci permittant, si alios mulierum amatores faciant interficere, & alia huiusmodi.] Sic concubinarius, qui perinde ac maritus concubinam in domo, ac in lecto habet; aut qui peruersa consuetudine ducti peccant semper blasphemando, peierando, atque semper prauis cogitationibus consensum præ-

22 bendo, non numerum, † sed diuturnitatem, frequentiam, propensionem, & animum peccādi manifestent, vt inquit Sotus, in 4. sentent. dist. 18. q. 2. artic. 4. colum. 4. Nauar. capit. 6. nume. 15. hinc enim spiritualis iudex melius coniiciet, quæ adhibere debet remedia, quam ex importuna calculatione. Quod si rogas, vtrum dum quispiam sic tempus expli-

23 cando † confessus est, quod postea in particulari cuiuspiā recordatur peccati, an teneatur illud cōfiteri. Respondetur, quòd non: quia satis illud confessus est, cum dixit quotidie similia perpetrasse, Sotus, qui supra vers. at qui.

24 Hos etiam ita † malo, seu peccato assuetos Confessarius nō statim absoluat, sed in mense plus, vel minus secundum ipsius prudentiam absolutionem differat, audita tamen singulis hebdomadis ipsorum confessione, & hoc modo per salutaria monita, & opportuna remedia ad ipsam absolutionem impetrandam disponat, secundum tex. in cap. quod quidam, de pœnit. & remiss.

25 Aliæ sunt præterea † circunstantiæ, quæ aggrauant, & mutant in aliam speciem, & in infinitum, videlicet quæ specialem habent repugnātiam ad aliquod præceptorum diuinæ legis, vel Ecclesiasticæ. Eiusmodi sunt furtum, & fornicatio, quæ simpliciter repugnant præceptis legis, Non furtum facies, Non fornicaberis: nam utrumque horum factū in loco sacro, dicitur sacrilegium, c. quisquis. 17. q. 4. D. Tho. 2. 2. q. 99. art. 3. ad tertium, quæ circunstantia necessario cōfitenda est, iuxta Concil. Trid. sess. 14. c. 5. Quæ autem sit illa quæ ad sacrilegii speciē trahat. dic, quod est quando opus ipsum peccati, sanctitati, vel immunitati eiusdem loci directe contrariatur, quod

26 contingere † potest in multis casibus. Et primus est, si inde extrahatur, qui illuc uitæ suæ tuendæ gratia confugerit, Caieta. 1. 2. q. 7. art. 1. & in ver. sacrilegium.

gium. Secundus casus est, si in eo loco furtum committatur, quinimo non solum est sacrilegium, sed etiã excommunicatio, si interuenit cum furto effractio Ecclesiæ, cap. conquestus. de senten. excommun. Tertius est, si in eodem loco fornicetur, quod procedit etiam, si dicta circunstantia addatur actui bono, repugnante tamẽ ratione, vt si vir vxori debitum in Ecclesia reddat. Sylu. in verbo, circunstantia. q. 4. Nauar. cap. 6. nu. 9. ver. 11. Quartus est, si ibi fundatur sanguis humanus, cap. proposuisti. extra de consecr. eccl. vel alt. cap. ecclesijs, de con-
27 secrat. dist. 1. Et † hæc intelligo non solum, si perueniatur ad actum, sed etiam si mentaliter desideret aliquis in loco sacro aliquid horum perpetrare: nam tũc eandem per se grauitatem habent, & ad eandem speciẽ sacrilegij pertinent. Sylu. in verbo, confessor. 1. q. 10. Hæc enim id est fornicatio, & sanguis in Ecclesia fusus impediunt exhibendum ibidem diuinum cultum, ad quem directe sanctificatur locus.

28 Locus † autem sacer quo ad hoc, non dicitur monasterium, aut dormitorium, vel cameræ Ecclesię adhęrentes, aut cãpanilia, & multo minus prædia religiosorum: quia sunt quartæ speciei rerum sacrarum, D. Thom. 2. 2. quæst. 99. art. 3. Nauar. in Manua. cap. 16. num. 3. versi. interrogatus. Sed tantum dicitur Ecclesia consecrata, vel benedicta, Sotus in 4. sent. distin. 32. quæst. 1. art. 3. Nauar. qui supra contra Sotum, & hæc quo ad circunstantiam loci.

29 Propriæ personæ † circunstantia aliquando peccatum auget: [quia licet in pœna corporali plus puniatur ignobilis, quàm nobilis, 35. dist. ante omnia, l. 2. C. vt nemo priua. capit. qui contra pacem. 24. quæst. 1. tamen in pœna pecuniaria plus punitur nobilis, quàm ignobilis, & in foro animæ plus peccat in dignitate constitutus, quàm priuatus, & pręlatus, quàm subditus, cap. homo. distin. 40. 25. quęst. 1. c. nulli fas. Tum quia quò maioribus fungitur donis, eò maior notatur ingratitudo. Tum, quia in eo maius trahitur exemplum, atque maior datur alijs audacia delinquendi, & sic in se, & in alium deliquit. Tum, quia delicta sua magis nota sunt, quia pluribus patent. Tum, quia vbi exigitur maior honestas, ibi est maior status, & prærogatiua videtur maior contemptus, Ant. de Butr. in capit. cum quidam. de iureiur. Zabar. in clem. 2. quæst. 5. de vita, & honest. cleric.] Et propterea quamuis optimum sit hanc circunstantiam exprimere, communiter tamẽ non est necessarium: nisi cum mortale vnius speciei fieret mortale alterius. Hinc qui cum coniugata rẽ habuit, vel cum religiosa, aut consanguinea, non satisfacit confitendo se cum fęmina concubuisse, sed debet exprimere eam fuisse cõiugatam, religiosam, vel consanguineam: nam in primo casu est adulterium, in secundo sacrilegium, in tertio incestus, & per consequens quod erat vnius speciei efficitur alterius. Nauar. cap. 6. nu. 5. in 4. illatione. Vbi etiam inquit hoc esse necesse cõfiteri ex par-
30 te confitentis, nempe virginitatis † circunstantiam, si ipse sit virgo, vel coniugatus, non solum quando opere consumauit, sed etiam si mente. Ibi numero septimo, contra Sotum: quod tamen intellige, nisi pœnitens notus esset Confessario; tunc enim non oportet dicere, Rem veneream habui cum coniugata, cum sim coniugatus, vel religiosus, Sotus distinct. 18. quæst. 2. artic. 4. col. 11. versi. accidit.

[Ad eũdem etiam modum si mulier non habeat alia peccata confitenda præter ea, quæ cum suo confessore commisit, satisfacit, si dicat: Ego fateor me peccasse in illis, quæ nosti me tecum commisisse: quia in foro pęnitentiali non ad aliud videtur necessaria explicita peccatorum confessio, nisi vt sacerdos integram habeat notitiam de peccatis, super quibus sentẽtiã absolutiuam debet proferre, ac proinde si sacerdos aliunde habeat peccatorum ipsius pęnitentis sufficiẽtẽm notitiam, & peccatorum se omnium

nium illorum, quæ sacerdos cognouit, reum esse fatetur, id pro sufficienti confessione habendum est, vt possit à tali sacerdote absolui, Medin. C. de confess. quæst. 8. in fi.]

31 Sic circunstantiã voti† exprimi necesse est à pœnitente, cum agit contra votum, vel contra statum voto firmatum, vt cum religiosus, seu alius cultui diuino mancipatus fornicatur: quia fornicationis crimen transit in sacrilegium.

[Quinimo si in sacris esset, vtranque circunstantiam teneretur confiteri: quia illa circunstantia est necessariò confitenda, quãdo id, quod est mortale ob vnam causam, fit etiam mortale ob aliam causam: siue mutet opus illud ex vna in alteram speciem, siue secus, vt pulchre Nauar. in Manua. c. 6. num. 3. & in cap. consideret. nu. 5. de pœnit. dist. 5. vnde cum committat sacrilegium ex duplici causa, quia venit contra votũ continẽtię promissum in professione, & promissum in ordine sacro, dist. 28. c. 1. & 2. ergo.]

32 Quod† idem procedit in peccatis carnalibus mẽtalibus: nam iuxta varias circunstantias variarũ personarum, variantur etiam species multorum desideriorum. Quare quæ sunt erga coniugatas, sunt adulteria, quæ erga cognatas, incestus, quæ erga virgines, stuprum: & ideo sunt necessario confitendæ cum numero illarum concupiscentiarum. Nauar. c. 16. nu. 9. versic. 5. qui habet. At si religiosus blasphemauerit, aut peierauerit, tunc solius blasphemiæ reus erit. Caiet. 1. 2. quæst. 7. artic. 1. Nauar. cap. 6. num. 10. & 11.

[Ex ijs ergo colligitur, quòd licet religiosi sint digniores laicis, & per consequens eorum peccata, & delicta debent

33 esse grauiora, & grauiori pęna† plectenda, nihilominus peccatum, quod à religiosis committitur, potest esse grauius peccato seculariũ eiusdem speciei tripliciter. vno modo, si sit peccatum contra votum religionis, puta si religiosus fornicetur, vel furetur: quia fornicando, & furando facit non solum contra præcepum diuinæ legis, Non fornicaberis, aut, Non furtum facies: Sed etiam contra votũ continentiæ, fornicãdo; vel paupertatis, furando. Hinc maior pœna imponi debet religioso, vel clerico in sacris, & multò magis Episcopo, vel prælato, quàm laico. Vnde Aret. in c. cum nõ ab homine, de iud. dicebat communem esse opinionem, ꝙ tales deberent deponi, tamen in contrarium est veritas per tres glossas in c. Maximianus. 81. dist. & in c. lator. 2. q. 7. & in cap. presbyter. 82. dist. quare pœna arbitrio iudicis relinquitur, & hanc esse communem asseuerat Dec. in cap. at si clerici. de iud. & Diaz Hisp. in sua praxi crim. cap. 72. Sic furtum in clerico graue delictũ dicitur. Hinc in furto captus, & conuictus deponitur. cap. presbyter. 81. distin. maximè, quando est admixtum sacrilegio. Summè enim offendit clericus, vel religiosus, qui plus cæteris debet sacra tueri, & reuereri, si illa violat, aut offendat in eis. quod quidem delictum, eò magis inter grauiora annumerari solet, quando esset familiaris, vel in obsequio alicuius, vt inquit Ioã. Fab. in §. alia denique. Insti. de publ. iud. Quis enim domesticos fures valebit effugere, nisi eos seuerior pœna, quàm alios à tãto facinore retrahat? Imo multò grauior illis esset imponenda, si ad furtum assueti essent. nam vulnus iteratum si incurratur, graue est ad sanandum. De hac pœna vide Diaz Hisp. in sua praxi, cap. 84.

Secundo modo magis peccant religiosi, si ex contemptu hoc faciant: quia videntur magis ingrati diuinis beneficijs, quibus sunt sublimati ad statũ perfectionis, sicut Apost. dicit ad Hebr. 10. quod fidelis grauiora meretur supplicia, ex hoc, quod peccando filium Dei conculcat per contemptum.

Tertio modo peccatum religiosi potest esse maius propter scandalum: quia ad vitam eius plures respiciunt: At si religiosus non ex contemptu, sed ex infirmitate, aut ignorãtia aliquod peccatum, quod non est contra votum suæ profes-

ſtonis committit abſque ſcandalo, putà in occulto, leuius peccat eodem genere peccati, quàm ſecularis, quia peccatum eius, & ſi ſit leue, abſorbetur quaſi ex multis bonis operibus,quę facit,& ſi ſit graue, facilius reſurgit. Primo quidem propter intentionem erectam,quam habet ad Deum. Secundo, quia iuuatur à ſociis ad reſurgendum, ita D.Tho.2.2. quæſt.186.art.10. Io.And. in c.accuſatus.de hæret.lib.6.Abb. & Fely. in cap. cum quidam.de iureiur.]

34 Quando autem in confeſſione † circunſtantia exprimi nequit, niſi perſona cum qua peccauit, prodatur; tunc pœnitens, diligenter quærere debet eum Cōfeſſarium, cui illa perſona ſit incognita, ne quo modo per confeſſionē eam prodat. Quod ſi neceſſario facienda ſit confeſſio ei, qui eam agnoſcat, & ex manifeſtatione perſonæ,ſibi, vel alteri immineat periculum notabilis infamiæ, ſeu perſonæ, tunc omiſſa circunſtantia conſiteatur cum propoſito tamen illam confitendi, cum primum à prædicto impedimento illa tertia perſona,vel ipſe liber erit,iuxta ſententiam D.Tho.in 4.ſent. diſt.17. q.3. art.4. ad quartam quæſtio. verſ. ad quintum. Et ita intelligendum illud Caie.in verbo,confeſsio,conditione 3. Exemplum, acceſſit pœnitens, & commiſit inceſtum cum propria matre, vel filia, vel extitit mediator, ut ab alio committeretur: ſed quia pœnitens, nel mater,vel filia Confeſſario ſunt noti,nō poteſt cognationis gradū exprimere abſque mulieris infamia, tunc prætereundam eſſe circunſtantiam nemo eſt profecto qui non fateatur.Et hęc opinio eſt amplectenda,quamuis contraria ſit ma

35 gis communis: ratio autem eſt, † quia quando duæ leges cōtrariæ in aliquo caſu concurrunt,in quo alterius obſeruatio propter aliquam rationē eſt omittenda,tunc illa,quę maior eſt,debet anteferri,atque illi cedere,arg.tex.in c.ſi Dominus,& c.Iulianus. 11.q.3. Atque iniuſtè alicui notam infamiæ inurere, eiuſque peccata ea ignorāti patefacere peccatum eſt lege diuina naturali prohibitū, Nauar.in c.inter verba.11.q.3. nam ius naturæ quod à Deo deriuatur,iubet honori alterius,& famæ,& vitæ,ſicuti honori proprio,& vitæ conſulere.Confeſſionem vero ſacramentalem non integram facere,peccatum eſt lege diuina poſitiua Chriſti Redemptoris noſtri prohibitum,vt in glo.ſum.de pęnit. diſtinc.5. Igitur hæc tanquam inferior illi cedere debet,Innoc.in cap.omnis, & ibi Hoſt. num.4.de pęnit.& remiſſ.Nauar.cap.7. num.2. Quæ quidem multò magis ob-

36 tinent locum,† quando aliqua iuſta cauſa exiſteret non confitendi proprio ſacerdoti,ea ratione,quia verſatur periculum animæ, aut vitæ, aut famæ ipſius pœnitentis: Nam tunc ſi cauſa illa manat ex culpa ſacerdotis,puta, quia eſt valde imperitus,aut ſolitus reuelare confeſſionē, vel ſolicitator ad malum, aut alia cauſa, tunc oportet quidem, ſed ſufficit licentiam petere, quam ſi impetrare non valet,& acceſſus ad ſuperiorem non patet, tunc ſi confeſſio non eſt de præcepto, quia non eſt celebraturus, vel communicaturus, vel quia non eſſet ſcandalum non confiteri,debet cōfeſſionem differre, quouſque commodè fieri poſſet integra.Caiet. in ver. confeſſio. conditione decima. At quando nulla expectatur cōmoditas commodè poſſe fieri integram, vel confeſſio eſſet de præcepto,tunc debet peccato illo,vel circūſtantia illa omiſſa,reliqua confiteri,& poſtea communicare,cum propoſito illud, vel illam confitendi, quumprimum dictum impedimentum ceſſauerit,non differendo in alterum annum, quemadmodum poſſet differre ille,qui abſque mala fide aliquorum obliuiſcitur. Et ratio diuerſitatis eſt, quia ille legitimè confeſſus eſt omnia, quorum memoriā habet. Hic verò non eſt omnia confeſſus, quare ſublato impedimento tenetur,habita oportunitate,illa confiteri. Sotus diſt.18.quęſt.2. art.5.circa 3.argumentum.Si verò iuſta cauſa manat aliunde, tunc oportet petere, & obtinere, & multò magis, ſi non

eſt

est iusta, quę est illa, quãdo timeret à proprio sacerdote magis sollicitã curam de se, aut minus bonam opinionem habendam in posterum, aut propter solum pudorem, aut erubescentiam, secundum Sylu. in verbo, confessor. 1. §. 6. nisi adeo magna esset, vt pęnitentem constitueret in periculo tacendi aliquod peccatum, vel circunstantiam necessario confitendam, Nauar. in c. placuit. num. 146. cum quatuor seq. de pœnit. dist. 6. & cap. 7. in Manuali, num. 9. in fi.

Sed redeundo modo ad circunstan-
37 tiam personæ, cum qua peccauit† pęnitens, aduertendum erit, quòd si confessarius præcognouerit pœnitentem patefacturum delicti consortes, vel à quibus fuerit ad peccandum inductus, occurrat quàmprimum, ipsumq́ue admoneat ne reuelet, ne contrafaciẽdo, peccato illius videatur consentire, vt inquit D. Bonauent. in 4. sent. dist. 11. quæst. 3. Nauar. cap. 7. nu. 2. Quod proculdubio verum est, quando poterat pœnitens suum peccatum, vel circunstãtiam mortalem exprimere absque reuelatione tertiæ personæ, alias secus, secundum communem opinionem, quam tamen Nauar. cap. 7. num. 3. valde impugnat, & reprobat dicens potius alteri confitendum cum licentia, vel si impetrare nõ potest, potius debet circunstantiam tacere, quàm proximum diffamare, quando alterum de duobus fieri oportet.

38 At quando† per manifestationem socij criminis in cõfessione nulla timetur famæ ipsius iactura; nempe quandò creditur fore vt Confessarius prędictum sociũ omnino celet, tametsi deinceps non tanti æstimabit illum, sicut & prius, nihilominus tamẽ detegendus erit. [& ratio est plana, quòd cum confiteri omnia peccata mortalia sit de integritate confessionis, nullatenus pœnitenti licet ob id solum circunstantiam mortalem tacere, ne Confessarius sciat. Eodem enim cõfessionis sigillo tenetur celare culpas aliarum personarum, quo ipsius pœnitentis, Ob idque illud non est alios infamare, præsertim cum cõplices sua culpa in illud se periculum immerserint.] Sotus in 4. sent. distin. 18. q. 2. artic. 5. ad 4. argum. D. Thom. dist. 16. q. 3. artic. 2. quæst. 5. ad tertium.

39 Potest† etiam tuta conscientia pœnitens criminis socium in confessione manifestare, quotiescunque bono animo, non ex curiositate Confessarius id scire desiderat, [Syluest. in ver. confessio, 1. §. 24. verbi gratia; In vtilitatem ipsius pœnitentis, vt ei melius consulat, vel vt pręseruet à recidiuo: tunc enim expedit cõfitentem exprimere Confessario illã personam: potest enim contingere, quòd Confessarius per cognitionẽ illius personæ talia monita dabit, per quæ à recidiuo melius pręseruari poterit, vel etiam in vtilitatem personæ nominatæ, vt pro ea oret, vel secreto emendet. Sed nota quòd hac de causa non expedit eam in confessione nominare: quia tunc non posset ad correctionẽ ipsius procedere.] Nunquàm tamen debet pœnitentem ad id compellere. ita Astens. de Confess. titu. 12. circa finem. Rursum, quando proprius Confessarius huiusmodi est, vt probabile sit eum profuturum, & nullatenus obfuturum, si circunstantia, qua alterius crimen reueletur ei confiteatur potest, & debet pœnitens illam ei confiteri, argum. tex. in cap. hoc videtur, 22. q. 5. Hoc enim non est infamare: quia nihil contra ius reuelatur, cum iure ei, quem credimus profuturum, possit alterius crimẽ deferri: modo prius eum per se corripiat, vel quando nulla ei spes sit emendationis per suam correctionem, Nauar. cap. 7. num. 8. Imo addit Bonauent. dist. 21. in 2. par. quæstionis, art. 1.
40 quòd † non solum ad explicandam circunstãtiam peccati proprij, verum etiam ad prouidendum sibi remedium potest pœnitens reuelare aliam personam. Vt si puella ab aliquo moleste in turpitudinem sollicitetur, detegere illam personã potest in confessione. Imo etiam extra confessionem non solum ei, qui prodesse potest, sed etiam ei, qui potest obesse;

nam qui iniuriam alteri intentat, saltem quandiu in illa perdurat, ius perdidit suę famæ, ac perinde alter habet ius defendendi se, postquàm remedia alia adhibuerit, cum detrimento famę alterius.

41 At verò,† quando reuelatio fit in cõfessione, cauere debet Confessarius omnino, ne etiam de licentia pęnitentis extra cõfessionem eius negotium tractet, aut reuelet: faceret enim confessionem exosam, quod secus est, si extra confessionem. Sotus in 4. sentent. dist. 18. q. 2. artic. 5. col. 21.

42 Quando verò alia persona† est explicanda, non quia fuit socia delicti, sed alia de causa; tunc multò maior est adhibēda cautela: vt si quis confiteatur se infamasse patrem, aut pręlatum de tali crimine, tamen dicendo verum, vbi aperit crimen patris, aut matris, tunc inquàm maxima circumspectione vtendum, vt primum bene examinetur, an sit circunstātia necessaria confessionis, qualis fateor esse potest infamatio parentum de re grauissima, & ideo confitenda non solum, quando fuit mendacium: nam hoc notissimum est, verum etiam quando crimen parentum fuit verum, si fuit infamatio pręter ordinem iuris. Ibidem Sotus. Est etiam alia circunstantia, quæ vocatur circunstantia finis, idest cur, quæ sicut dupliciter superuenit veniali ex genere faciendo de veniali mortale: Ita dupliciter variat speciem proportionalitate seruata. Verbum namque iocosum dupliciter ex fine fit mortale.

1 Primo ex parte agentis, puta, si constituatur in eo finis.

2 Secũdo ex parte obiecti, vt si ordinetur ad adulterium, Caiet. 1. 2. quæst. 88. artic. 5. in fi. Et in iis casibus talis circunstantia adeò est necessario confitenda, q̃ si quis illam omitteret, iterare confessionem deberet. Hinc facilè infertur, quàm sint in orbe terrarum fideles, vt inquit Nauar. in cap. consideret, de pœn. dist. 5. qui iterationis vinculo sũt adstricti: nã qui ieiunium frangit, quo ad libidinem potentior sit, qui furatur, vt mechetur. Qui missam non audit, quo mulierculæ placeat, cum cõfitetur hęc admisisse, debet addere, quo fine ea admiserit, alias iteranda est illi confessio. sed heu albo coruo rarior est, qui faciat.

43 Postremo† sciendum erit, quòd quãdo circunstantiam omnino in confessione necessariam est oblitus, potest illam, cum primum recordatur, confiteri. Exemplum, quidam iuramento firmauit nũquam percussurum clericum, demum in illum manus iniicit violentas, confitetur, non tamen recordatur iuramenti appositi, huic sufficit postquàm illud in memoriam reduxerit, dicere: Cõfiteor me iuramentum semel, aut pluries fuisse transgressum, absque eo, quòd reconfiteatur peccata. Nauar. in pręlud. 9. num. 4. & in cap. 6. num. 20.

SVMMARIVM.

1 *Confessarium alienissimum à peccatis oportet esse: & in peccato administrans peccat.*

2 *Probitas, & charitas fraterna, pracipua ornamenta in Confessario.*

3 *Confessarium exterius quãta morum grauitate esse oporteat, vt dignam personã gerat.*

4 *Confessarii interna ornamenta, qua sint.*

De probitate Confessarij. Cap. XXI.

Confessarius quippe, cuius pedibus peccator se humiliter prouoluitur, exponens illi suos languores, talem† se exhibere debet, vt in nullo eorum iudicandus sit, ne dum alios iudicare audet, seipsum condemnet. Omni itaque crimine careat oportet, qui alios iudicare paratus est. Cognoscat igitur se, & purget, & si quid damnandum in aliis repererit, à se proiiciat. Animaduertat, quod dicitur, Qui sine peccato est vestrum, prius in illam lapidem mittat, vt inquit August. in

cap. 1. §. ſacerdos, de pœn. diſtin. 6. Nam qui peccato mortali tenetur, & confeſſiones audit, lethalis culpæ reatũ incurrit toties, quoties huiuſmodi actum facit. Etenim omnis, qui ſacramentum recipit, vel adminiſtrat in peccato mortali, mortaliter peccat, cap. illud, diſ. 95. Licet eius abſolutio valeat, vt habetur in Cõc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 10. Non tamen ſemper de neceſſitate requiritur confeſſio, niſi in Euchariſtia, ſed ſufficit contritio. Sylu. in verbo, confeſſor. 3. num. 4. verſ. quantum verò. Studeat igitur eum ſal-
2 tem † probitatem callere, vt ſit, vel ſaltem credat ſe eſſe extra ſtatum mortalis culpæ. At quò melius, & quò in omnibus virtutibus, & precipuè in charitate fraterna, & zelo animarum eminentior fuerit, eò aptius inſtrumentum erit diuinæ bonitatis, vt exageratius pœnitentem admonitum curare poſſit, quanti refert vitam ſecundum diuinam voluntatem emendare.

3 Præter hęc ad † probum Confeſſariũ pertinet, vt exterius, interiuſque ſit cõpoſitus. Exterius quippe in inceſſu debet Confeſſarius eſſe ornatus, vt grauitate itineris mentis maturitatem oſtendat: Incompoſitio enim corporis inæqualitatem indicat mentis. Vnde hiſtoriographus ille cum eius mutabilitatem deſcriberet, cuius conſcientia curis excitata mentem vaſtabat: inter cętera hoc etiam notabile indicauit, dicens: Inceſſus eius modo citus, modo tardus, ita tex. in cap. fi. diſt. 41. Igitur ad Confeſſarium ſpectat, vt exterius in eius vultu, & geſtibus, & motibus corporis, aut etiã in eius habitu, vel voce nihil agnoſcatur quod non deceat virum probum, & maturum, & eum, qui Dei locum tenet.

4 Interius † verò, vt cuius gerat vicem ſecum reputans, cum reuerentia, & timore ſuum munus obeat, atque humiliter de ſe ſentiens pœnitentes ſibi præferat. Ad eius etiam bonitatem pertinet, vt multis ſanctis meditationibus imbutus ſit: tum verò maximè ijs, quæ verſantur in conſiderãdis beneficijs à Deo, ſibi collatis, & vt diuina charitate ſit ignitus. Cum ad id peruenerit, quòd homines lucretur, Regnum Dei per pœnitentiæ ſacramentum augeat, ditet ſanctam Eccleſiam, diaboli tyrannidem eradicet, Chriſti animas ſanguine redemptas ducat ad vitam æternam.

SVMMARIVM.

1 *Probitas ſine prudentia potius eſt ſtoliditas dicenda.*
2 *Prudentia Confeſſoris eſt, conſtitutum habere pœnitentem à latere, & quare.*
3 *Prudentia item eſt, minus ſæpè confitentes prius audire, quàm alios.*
4 *Audito in initio confeſſionis caſu reſeruato prudentia neceſſaria.*
5 *Confeſſoris imprudentia, confeſſio aliquando odioſa redditur, & damnoſa pœnitenti.*
6 *Confeſſor ſumma humanitate accipiat infirmos, & idiotas cauteq́; turpia interroget.*
7 *Pœnitẽs turpibus deditus, vel in fine Quadrageſima confitens non ſtatim ad communionem admittendus.*
8 *Confeſſor dubia differat, nec in dubio ſtatim ad pœnam obliget pœnitentem.*
9 *Anima in foro pars tutior licet durior eligenda, in dubia irregularitate: idem in foro quaſi pœnitentiali, num. ſeq. vide caſum, num. 12.*
11 *Pœna ampliatur cauſa euitandi animæ periculum.*

De Confeſſarij prudentia. Cap. XXII.

SEd non ſatis eſt Confeſſarium eſſe probum, niſi ſit prudens:
1 probitas † enim ſi prudentia careat trãſit in vitium, veriuſque ſtoliditas dicenda eſt, quàm probitas. Inde Dominus prudẽtiam cum ſimplicitate, hoc eſt cũ probitate coniunxit, cum dixit: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

2 Prudentia† verò Confessarij in hoc posita est, vt pœnitentem ita sibi à latere cōstituat, vt alter alterius vultum intueri nequeat: ne pœnitens pudore detentus erubescat. Et si nihil fuerit intermediū, quod aspectum prohibeat, aurem ei prębeat, vt manu ab eodem latere maxillæ apposita faciei aspectus excludi possit.

3 Prudentia† etiam vtatur, vt cum omnes audiri nequeant, eos libentius, & prius audiat, qui rarius confitentur, vel quia sunt extranei, aut in maiori dignitate, vel quorum confessione spiritualis profectus redúdat ad maiorem Dei gloriam, & commune bonum.

4 Sciant etiam Confessarij,† quòd maxima prudentia vti debent, quando aliquem casum reseruatum initio sacramētalis confessionis audierint: nam tunc audire debent totam confessionem, & nullam mentionem de reseruatis facere, nisi in fine. Et postea more periti medici infundere vinum, & oleum vulneribus sauciati, pro vt Christus Luc. 10. eos docuit, remittendo pęnitentem, aut seruando seruanda, pro ut supra late diximus, capit. 6.

5 Quod est contra nōnullos † Confessarios, qui adeò à virtute prudētię alieni sunt, vt cum primum aliquem casum reseruatum in principio confessionis audierint, illico pœnitentes ad Pœnitentiarios destinant, aut transmittunt; qua de re fit subinde, vt eundem bis, aut tertiò, & eò amplius necesse sit remitti. Sæpè namque contingit pęnitentes aliis reseruatis criminibus etiam atrocioribus reperiri inuolutos, & ita Confessariorum imprudentiæ duntaxat causa, sacra confessio aut redditur odiosa, aut saltem onerosa.

Ex eadem quoque imprudentia accidit, quod sæpè grauissimi etiam peccatores omnibus peccatis euomitis ante Deum, ante pedes Confessarii, multum dispositionis, ac præuenientis gratię diuinæ acquirerent: nisi statim audito ca-
6 su reseruato repellerentur. Est † etiam prudentiæ, vt non paruam diligentiam apponat cum infirmis, & ignorantibus, quo eorum aperiant cōscientias: necesse est enim bonum Cōfessarium, teste Innoc. in cap. omnis, de pœn. & remiss. tanquam discretum, & cautum affabiliter, & humanè inquirere, ne pœnitentes ex austeritate Confessarii impediantur in confessione sua, & diligēter, ne peccata celent ex verecundia, vel ignorantia. Vnde vulneribus sauciati superinfundat vinum, & oleum, quod faciet, si animabit diffidentes oleo mansuetudinis, & arrogantes vino iustitiæ, tepidos calefaciet, cęcos illuminet, sibi, & pœnitēti prouideat, vt cautè interroget circa ea, quæ possint, vel sibi, vel pœnitentibus laqueos iniicere: ideo in venereis vtatur verbis, quàm fieri potest honestis; iisdem pœnitentē vti doceat: Satis enim est intelligi, quod dicitur. [Vnde de aliis peccatorum adinuentionibus, & de peccatis inconsuetis, & enormibus, & contra naturam non inquiratur, nisi in generali, & à longè, & per quasdam circūlocutiones, vt si commisit dicat, & si cōmisit, non dicat. De talibus enim dicitur prou. 11. Qui inuestigator malorum est, opprimetur ab eis: ratio enim est, quia pœnitens sæpè per hoc discit, quod non nouit. In huiusmodi etiam cōtingit concuti confessorem.]

7 Et si quem † repererit turpibus vitiis deditum, vel eum, qui usque ad Quadragesimæ finem confiteri differat, non statim ad communionem admittat, sed prohibeat per aliquas hebdomadas. Ille tamen interim confiteatur, vt magis purificatus accedat. Tanquam etiam medicus prudentia vtatur, vt cauendis in posterum peccatis remedium adhibere sciat, iuxta personarum, locorum, & tēporum qualitates.

8 Prudentiæ † rursum est eorum resolutiones, de quibus dubitat Confessarius differre, vt supra diximus, capitulo decimoquinto. Præterea ad prudentiam spectat non subito pœnitentem obligare ad restitutionem, vel vt pęnam patiatur, aut aliquid agat, quādo est in dubio: quia

forte vult se ponere in tuto: nam in ijs benignior pars est eligenda pro pœnitente, facit text. in cap. in pœnis, & in capit. odia, de regu. iur. lib. 6. Exempli gratia, si pœnitens esset in dubio, an ex aliquo actu inciderit in pœnam excommunicationis, vel irregularitatis, tunc quamuis agitur de pœna excommunicationis, vt puta, an valeat collatio beneficij medio tempore facta, vel an in pœnam incurrat, qui eam non seruauerit. Vel agitur an quis incurrerit in aliquam irregularitatem, tunc in dubio in foro exteriori mitior pars est tenẽda, quòd non sit excommunicatus, vel irregularis. Verum
9 si agitur in foro † animæ de imponenda pœnitentia, & tunc in dubio debet potius reputari irregularis, & excommunicatus: quia in tali foro tutior pars est eligenda, licet videatur durior: quia hoc casu nullum periculum est in hac parte; cum possit petere absolutionem sine difficultate; & in alio posset periculum imminere, quia forte hac interpretatione tutus nunquàm peteret absolutionem, ergo accipienda est pars tutior, vt fuerit excommunicatus, vt videtur de hoc casus in capit. illud, de cler. excommu. mini. vide bonam glo. in capit. vnico, de serut. in ord. faci.
10 Idem † est, vbi agitur in foro quasi pęnitentiali, vt puta quia non agitur propriè ad pœnam, sed vt ab altaris ministerio abstineat, vel vt abstineat à cõtractu matrimonij, vel ab alio actu exercendo, in quo esset peccatum exercendo, tunc debet Confessarius interpretari in partem securiorem; licet illa sit durior, optimus text. in cap. ad audientiam, de homic. & ibi not. Abb. num. 2. & in capit. cum tua, de testib. Hinc quamuis pœ-
11 næ † sint restringendę, tamen illa est amplianda, quando emanat vt euitentur pericula animarum, facit optimus text. in cap. ex tenore, & ibi Abb. num. 6. qui fil.
12 sint legit. Hinc fuit † à nobis decisum quandam ciuitatem habentem facultatem imponẽdi gabellas, incurrisse in excommunicationẽ bullæ, vendendo sciẽter quandam exactionem extractam à pane, non nomine gabellæ, sed nomine panis, quia illa erat indirecta gabella. Domin. Ant. de But. in c. super quibusdam, in fi. de verbo. signif. & ideo hæc constitutio pęnalis est extendenda; cum per dilatationem euitentur animarum pericula, & homines retrahantur à contractibus illicitis, facit etiam quod no. Anto. de Butr. in c. omnis, de pęnit. & remiss. de hermaphrodito.

SVMMARIVM.

1 *Secretorum plures gradus, illud tamen cõfessionis arctissimum; vnde referans peccat, fit sacrilegus, & quæ pœna indicta.*
2 *Sacerdos nulla cuiusquam causa confessionem detegere debet, & se nescire affirmare potest, & iurare, & quare. numero 4.*
3 *Confessor etiam non finita confessione, vel non secuta absolutione, audita non reuelat.*
5 *Mors certissima, etiam reuelatione euitanda, non reuelatur, neque hæresis, neque coniuratio: & quid agat confessor his in casibus, num. seq.*
7 *Prælatus monasterii, imminente periculo ex grauitate peccatorũ monasterii, quomodo admonendus.*
8 *Confessor ob peccata sibi confessa, an possit alicuius electioni contradicere. & quid in Abbate.*
9 *Crimen in Remp. committendum sub sigillo confessionis tenendum.*
10 *Confessionis sigillum ex licentia pœnitentis aperitur, & qua ratione: idque non passim, & quo casu, numero sequen. & 12. & 13.*
14 *Reuelatio vtilis pœnitenti fit etiam ex tacita ipsius licentia.*
15 *Peccatum vt possit à Confessario detegi, quæ necessaria.*
16 *Præsumptio licentiæ onus probandi transfert in agentem, & quid si pœnitens sit accusator sacerdotis, num. seq.*
18 *Peccatum sub spe veniæ non accusatum, imo,*

imo, & confessio in malum finem, & ficta, non celatur.

19 *Peccatum mentale de homicidio perpetrãdo; proposito etiam firmo non accedente, an celandum.*

20 *Confessarius consilii gratia, modo celetur persona, de peccato audito consulit etiã sine licentia: renuente tamen pœnitente non, num. seq.*

22 *Admonitio Confessariis necessaria, vt post absolutionem non reuocent peccatum in memoriam.*

23 *Absoluens quid faciet, absoluens quẽ absoluere non potest.*

24 *Peccata amico manifestata sub sigillo cõfessionis, poterit amicus, vt testis reuelare; secus de amico assumpto loco sacerdotis. & quid si quæ dixit, non sint peccata, num. seq.*

26 *Confessori communicata sub confessione nõ tamen confessa, etiam obstante iuramento, iudici reuelantur.*

27 *Confessoris interest, an planè reuelasse neget, & an dicet se per confessionem illud non habere.*

28 *Peccata nota sacerdoti, quæ nõ cadant sub sigillum confessionis, vide exempla.*

29 *Peccata, quæ licet reuelare, nunquam dicendum, ea in confessione audita.*

30 *Pœnitens quæ dixit in confessione, se nemini dixisse, affirmare, & iurare potest, & quare.*

31 *Confessionis sub sigillum cadũt mortalia, venialia, circunstantia, & quæ vel detegunt, vel infamant pœnitentem.*

32 *Sigillum confessionis post mortem durat.*

33 *Circunstantia indicans omnino peccatorẽ, omittitur in confessione, cum proposito illam confitendi, & num. seq.*

35 *Confessione aliquorum audita, an detegatur per hæc verba, hic mortale non habet; hæc est virgo; & id quando liceat, num. seq.*

37 *Peccatore non absoluto, & interrogatus cõfessor, an absoluerit, quomodo cautè respondeat.*

38 *Communio, quando esse peccatum occultũ vel publicum denegetur.*

39 *Verba tex. caueat, ne quouis modo prodat peccatorem; quid importent.*

40 *Prædicatori an concionando liceat peccatum reuelare, & asserere se scire in cõfessione: prohibetur omnino paucos subditos habenti.*

41 *Confessionis reuelatio, an dicatur, interrogare complicem de crimine audito in confessione alterius complicis.*

42 *Ad inquisitionem possit ne prælatus procedere per ea, quæ in confessione sciuit, vel eius viam.*

43 *Et quid si inuenerit peccata scripta.*

44 *Sacerdos reuelans confessionem, an faciat fidem in foro fori.*

45 *Confessionis sigilli participatione qui teneantur præter Confessarios, audita celare, & qua pœna.*

46 *Confessoris facies erga pœnitentem semper eadem.*

De fidelitate seu sigillo Confessarij. Cap. XXIII.

1 [ET si † secretorum plures sint gradus. Aliud enim est alienũ, aliud verò propriũ, & ex alienis aliud pertinet ad religionẽ sigilli confessionis, aliud verò est seculare. Et ex secularibus aliud pertinet ad bonum publicum, quod illi quidem tenentur etiã sub discrimine vitæ seruare, qui tenent officium publicum, vt sunt senatores, cõsiliarij, scribæ, quibus tota Respublica secreta sua pandit, & quibus stipendia pro huiusmodi officio pendit. Aliud ad priuatum, & ex priuatis, aliud extortum est per iniuriã, vt qui vi, fraudeve extorquet, aut obsignatas litteras alienas mala fide aperiunt, tenentur etiã in mortis discrimine contegere. Atque aliud citra iniuriam cognitum, vt cum quis data fide arcanum alienum suscipit custodiendum, vel casu, vt proprio visu, vel ex relatione tertiæ personæ:] eum tamen, qui sacramentali confessioni debetur, summum esse omnium, nemo qui bene sentiat diffitebitur. Quamobrem Christi fidelibus exploratissimum esse debet

debet secretum, quod in tribunali pœnitentiæ in Confessarij, hoc est iudicis auriculas depositum fuerit, nulla ratione, neque verbo, neque signo ab eo reuelari posse, tex. est in c. omnis. extra de pœnit. & remiss. vbi hæc sunt verba. Caueat igitur sacerdos, ne verbo, aut signo, vel quouis modo prodat aliquatenus peccatorem: quisquis enim confessionis signum reserauerit, siue de peccatis mortalibus, siue de venialibus, præter pœnam mortalis culpæ secundum Sotum, de ratione tegen. memb. 3. quæst. 4. 3. concl. sacrilegus, hoc est, sacræ rei violator reputabitur, huiusque criminis reus ad agendam pœnitentiam in arctũ monasterium detrudi debet, vt videre est in d. c. omnis. daretur enim alijs occasio deterrendi à confessione. Est tamen adnotandum, quòd quamuis ista pœna ipso iure incurratur, nemo tamen eam subire tenetur, quousque fuerit iuridicè condemnatus, Sotus lib. 1. de iust. & iure, quæst. 6. artic. 6.

2 Ex quo fit, † quòd neque si præciperetur sub quacunque anathematis comminatione, vel iuramento à quocunque prælato etiam summo Pontifice, tenetur sacerdos illud, quod in confessione sciuit detegere, glo. in cap. sacerdos. de pœnit. dist. 6. quam commendat Fely. in c. intimauit. nu. 6. de testib. Abb. & Doct. in cap. dilectus. num. 4. de excessi. præla. Nam vere respondere potest se nescire, & iurare, quia nescit tãquam homo, vel homini subiectus, idẽ D. Tho. in 4. sent. distin. 21. q. 3. art. 1. [sed vt Deus, & Dei minister, d. cap. si sacerdos. Et si compulsus vt respondeat non per verbum scio, sed audio, poterit respondere se nihil in confessione audisse, hoc est subintelligendo, tanquam purus homo. Et si compellitur respondere, an audierit tãquam Deus: Poterit respondere, nequaquam vt Deus audiui. Est enim responsio amphibologica. Nam non audiuit vt Deus, vt causa principalis, sed vt causa ministerialis.]

3 Quinimo † idem dicendum, quando fit confessio, licet aliqua de causa non finiatur, vel ex defectu contritionis: quia licet confiteatur, non tamen firmiter statuit omnino à peccatis abstinere, sed cõfitetur secundum tenorem cap. quidam. de pœnit. vel quia casus sunt reseruati, & huic suspenditur absolutio, vel quia aliquis pro bono animæ, vel pro bono corporis, quod non repugnat bono animæ, peccatum suum sacerdoti in confessione reuelat, etiam si ab eo nollet absolui, sed sibi consulere. Sylu. in verbo, confessio. 3. quæst. 4. Hoc autem adeo ve-
4 rum est, † quod etiam si aliquod magnũ malum non reuelãdo immineret, vt occisio hominis, vel etiam Regis, seu Papæ, vel propria ipsius sacerdotis: vt si tyrannus gladio ad iugulum apposito conaretur extorquere à sacerdote sigillum confessionis: aut si concerneret vtilitatem animæ ipsius pœnitentis, uel ad seruandam salutem totius Reipublicæ, nõ potest sacerdos sigillum cõfessionis aperire. Nam quocũque casu, aut causa rumperetur confessio, in suspicionem ueniret, quod posset reuelari, & inde homines ab illius religione arcerentur, & sic deficeret sacramentum tantopere Eccle-
5 siæ necessarium. Hinc † fit, quòd si Confessarius certissimus esset liberare hominem nobilem à morte, detegendo quod in confessione audiuit à uero malefactore, nempe illum nobilem, ut pote insontem falso esse inquisitum, & iniustè affligi, non debet etiam si is, qui rapitur esset ipsemet sacerdos, seu confessor, qui illa se posset uia protegere.

Et quamuis per confessionem, nefandissimam quis intelligat heresim, uel cõiurationem aliquam inserpere, neque illi malo fas est per reuelationem confessionis occurrere, ita ut per cõfessionem persona innotescat, siue fuerit penitens, uel alius ille, qui prodatur. D. Thom. in 4. sent. dist. 21. quęst. 3. art. 1. ad primum.
6 In ijs † igitur casibus prudentis sacerdotis est admonere pœnitentem quam urgentissime potest, ut reuelet: quod si obtinere nequiuerit, non absoluat, & generali-

neralibus verbis eos admoneat, quibus periculũ imminet, vt sibi prospiciant, atque pericula caueãt, quę accidere solent.

7 Similiter sciens Confessarius† in monasterio grandia esse peccata, ex quibus illi grande periculũ immineat, dicat prælato illius monasterii, vt inuigilet super gregem suum. Caueat autem ne particularia quædam explicet, puta, ne facultatem libenter præbeat suis monachis de monasterio egrediendi, vel quidpiam aliud simile, vnde possit colligi, quibus ita se facilem præbuit, & ita ad illorum notitiam peruenire: quia tunc sacrilegium esset, maximumque crimen: ex hoc enim facile cognoscit, quibus ita se facilem præbuit, & ad illorum perueniret notitiam. Rich. 4. distin. 21. quæst. 4. artic. 2. Sum. Astens. de confess. sigillo.

8 [An verò † possit Confessarius iustè non eligere aliquem in aliquam dignitatem, propter scientiam probatam alicuius criminis, vel defectus, quam haberet per solam sacram confessionẽ. Dic quod sic, Sanctus Thom. in 4. dist. 21. quæst. 3. art. 1. quæst. 1. c. 4. ita Nauar. de regular. consi. 75. num. 5. lib. 3. Et quid si Abbas, qui ex cõfessione monachi, cui aliquod officium commissum est, scit quod eum in tali officio permanere, vergat in pernitiem religionis, an possit illum ab officio remouere. Dic, quod sic: sine tamen reuelatione confessionis. quod intellige, modo aliæ causæ possint dari, quare illum ab officio remoueat. at si nulla causa soleat monachus amoueri, nisi propter commissam culpam, tunc desistat Abbas, quousque occurrat alia causa amouendi, Med. C. de confess. q. 45.]

9 Claudere etiam debet† Confessarius sub sigillo confessionis crimen committendum in Reipublicæ damnum, detectum tamen in confessione verè sacramentali ab eo, qui illud crimen committere cogitauit, & adhuc cogitat; & sic incontritus confitetur, Nau. in c. sacerdos, num. 116. de pœnit. distinct. 6. Satis enim est cõfessionem esse accusationem ad effectum claudendi peccata sub sigillo confessionis, quamuis incontritus accedat cum proposito nõ abstinendi. Vnde tali casu faciat Confessarius generalem admonitionem, vt supra diximus. Quod si illa non sufficit, nullatenus licet sacerdoti prodito confitentis nomine cuique detegere, Sotus in relectione de secreto, membro 3. quæst. 4. secunda conclusio. versic. quod si. Couar. lib. 4. decre. de sponsal. 2. par. cap. 8. num. 10.

In summa ob nullum, qui fingi possit euentum, confessionis sigillum licet aperire: nisi in iis casibus. Et primo, si pœ-
10 nitens† super hoc licentiam tribuat, optimus tex. in cap. officii, extra de pœnit. & remiss. vbi constat sacerdotem consuluisse Papam de quodam peccato, quod mulier sibi confessa fuerat. ad idem tex. in cap. significasti, vbi Abb. & Doct. frequenter notant, de adulter. glo. no. in c. 1. in ver. Innocentes, in fi. de excep. ubi Decius, nu. 26. intelligit, quòd sacerdos dixerit de consensu pœnitentis: nam tũc in qualibet re, & materia sacerdos ex licentia pœnitentis potest palam promere quæ ei in sacramentali confessione fuerunt dicta: & ratio est, quia ipse pœnitens sigillum illud secreti ex proprio cõsensu dissoluit, atque remittit, Fely. no. in cap. Matthæus, de simon. dicens hanc opinionem esse communem. idem tenet Dec. in cap. 1. num. 30. de excep. D. Thom. in 4. sent. dist. 21. quæst. 3. art. 2.

11 Quod† quidem non est passim admittendum, sed tunc demum, quando hic expressus pęnitentis cõsensus ad suam, uel alterius non paruam utilitatem temporalem, uel spiritualem præstatur.

Et sacerdos vult capere consilium in re, quam ipse ex se definire nõ ualet, idque si fieri potest absque reuelatione personæ: quamquàm si aliter fieri nequeat, & ipse confitens de eiusdem licentia nominari potest, ita docet, & admonet Sotus in d. relect. de secreto, quæst. fin. conclu. 5. artic. 4. Nauar. in d. cap. sacerdos,
12 nu. 151. Verum † hæc opinio communis nequaquam probatur in d. cap. officii: quia illic generaliter cõsulitur Pontifex

tifex de quodam peccato, quod mulier sibi confessa fuerat absque confessionis reuelatione. Nec Rom. Pontif. in d.c. significasti, (quod præter alia capitula, quæ ad id citantur, magis vrget) approbat prædictam reuelationem huius secreti: nec ibi constat illud fuisse confessionis sacramentalis arcanum, vt osten dit Nauar. in d.c. sacerdos, num. 217. & Couar. in tract. de sponsal. par. secunda, cap. 8. num. 11. qui opinionem Thomę, & sequacium frequenti calculo veriorem esse iudicat. Scilicet confessionis
13 secretum † ex consensu expresso pęnitentis reuelandum esse, quando reuelatio vergat ad ipsius pœnitentis salutare consilium, & maximam utilitatem, & in graui eius necessitate, & quando constat pœnitentem libera uoluntate facultatē concedere. Secus, si in eius damnum reuelatio fieret, (verbi gratia) si tyrannus iudex cogat reum, ut licentiam concedat sacerdoti dicendi peccatum; tunc quantumcunque illi concedat, nefas est sacerdoti sigillū aperire, quia uergeret in caput pœnitentis.

Constat igitur tunc tantum cōfessionem reuelari posse de licentia pœnitentis, quando cedit in eius utilitatem; imo
14 hoc † procedit etiam si nō expressa, sed tacita fuerit cōcessa facultas reuelandi.

Hinc Confessarius iustè reuelare potest hæredibus, cuius ipse confessionem audiuit, sibique mandauit, vt post eius obitum diceret eis, vt illud restituerent, quod ipse aliis debebat: cum per tale mandatum saltem tacita potestas reuelandi iusta de causa concedatur, arg. cap. præterea, de offic. deleg. Nauar. in Ma-
15 nua. cap. 12. nu. 23. [Ex † iis ergo, quæ diximus, aduertant Confessarii, multa esse necessaria, vt possint peccatum dictum in cōfessione detegere. Primum, vt huiusmodi licentia utantur propter magnum bonum pęnitentis, & in graui eius necessitate. Secundum, quando constat pœnitētem libera cum voluntate concedere, secus si coactè. Tertium, vt sit licentia expressa actualis, & nō tacita: nisi in casu de quo supra, num. 13. Quartum, vt illa vtantur absque expressione personæ: nisi de eius licentia. Quintum, præter ea, quę diximus, vt sit licentia expressa, & non debita. Exemplum, & si Petrus qui dolo stuprauit virginem cum promisso ducendi eā in uxorem, deberet illam accipere: sed quia nō requiritur consensus debitus, sed expressus, vt matrimonia in bonos, & non in malos exitus vertantur, non est indiscreta admonitione, & per censuras cogendus, sed moderata admonitione, si tamen nolit, ad illud cogi non potest, vt infra in sexto præcepto videbimus. Sic in proposito licentia debita non sufficit, sed actualis expressa. Med. C. de confes. tra. 2. quæst. 49. Sextum, vt constet sufficienter de licentia coram ijs, quibus huiusmodi confessio reuelatur. Med. qui supra. Septimum, vt talis licentia non detur in confessione, sed post cōfessionem, & sufficit secūdum communem, vt pœnitens extra confessionem, tantum dicat, Concedo tibi facultatem reuelandi, quæ confessus sum. ita S. Tho. Bonauentura, & Petr. de Palude.]

Sed quid dicendum, quando sumus in dubio: non enim constat sacerdotem dixisse de consensu pœnitentis. Respondetur secundum Dec. in c. 1. num. 27.
16 de except. quòd † in dubio pręsumitur, quòd licentia peccatoris reuelatum sit, vt notat Lapus alleg. 94. Quidam presbyter. Quæ quidem præsumptio in tantum operatur, quòd trāsferat onus probandi in agentem: quia is debet probare contra quem facit pręsumptio, vt eccle. benef. cap. unico, præsertim cum non accuset peccator, sed tertius: tūc enim ipsi tertio incumbit probatio, quod facere potuit probando, quòd sacerdos ipse coram pluribus cōfessus fuerit se reuelasse, & nō adiecit de dicta licentia, vel coram pluribus simpliciter reuelauit, nihil addens de licentia. Si autem ipse esset
17 peccator, † qui accusaret sacerdotem de reuelatione suæ confessionis, tunc forte secus esset per ea, quę scribit Hostien. in

cap.

cap.omnis, de pœn. & remiss. Sed tunc puniendus esset aliqua pœna extraordinaria, facit de excess. prælat. quam sit. quia quo ad pœnam cap.omnis, oportet probari per peccatorem, quod per confessionem sciuit, ita Hostien. vbi supra quem refert Lapus alleg. 94. & Dec. in dicto cap. 1. de except. Secundo pecca-
18 tum, † quod non dicitur sub spe veniæ, & quò se accusent, sacerdos illud celare non tenetur, Syluest. in ver. confessio. 3. q. 3. vers. quarto, & quæst. 5. Hinc sunt, qui simulant se accedere ad confessionem, & tamen non veniunt, quò se accusent, & remedium postulent animæ suæ, sed vt Confessarium forte peruertant: aut fauorem, & auxilium petant perpetrandis flagitijs, huiusmodi peccata non modo non celanda sunt, sed statim denuncianda Inquisitoribus, quod plurimum timendum est in crimine hæresis. Talis enim confessio non est sacramentalis, nec cõfessio dicenda, sed modus occulte dogmatizandi: Sotus de ratione tegen. memb. 3. quæst. 4. concl. 2. vers. veruntamen.

Quod nota contra subditos fictè confitentes, qui non spe veniæ, sed vt metum incutiant suis superioribus, dicunt se velle confiteri, & postea confitentur, Si me multum molestes, ego te interficiam, & ita intelligitur dictum Panorm. in cap. omnis, & ibidem Dom. Anto. de Butr. num. 46. extra de pœniten. & remiss. quòd peccatum non commissum, sed committendum non est dictum in pœnitentia, idest quando quis fictè confitetur.

19 Verum † quando quis confiteretur se velle committere aliquod homicidiũ, & in confessione pœniteret eum de voluntate præterita: quia tunc est commissum respectu voluntatis, illud esset celandum: vel quando nõ adesset firmum propositum non committẽdi (verbi gratia,) quia confitetur aliquando consentire, & aliquando dissentire, tunc in ijs duobus casibus creditur peccatum esse dictum in cõfessione ad effectum se accusandi. Syluest. in ver. confessio. 3. q. 5. D. Thom. in 4. dist. 21. q. 3. art. 1. ad 1.

[Verum re diligentius perpensa stabilienda est hæc conclusio. Nullo modo crimen committendum etiam in Reipublicæ damnum detectum in cõfessione vere sacramentali ab eo, qui illud crimẽ committere cogitauit, & ad huc cogitat licet ipsi sacerdoti prodito ipsius nomine etiam iureiurando præmisso, cuiquã detegere. Concl. est D. Thom. Scoti, & Richardi, in 4. senten. dist. 21. Innoc. in cap. omnis, extr. de pœnit. & remis. Caiet. in opusc. 27. q. cap. 15. Soti in 4. sent. dist. 18. q. 4. art. 5. concl. 1. & de rat. teg. memb. 3. q. 4. conclu. 2. Ioan. à Med. in tract. 2. de confess. q. 45. Nauar. in cap. sacerdos, de pœnit. dist. 6. probatur in cap. omnis, de pœnit. & remiss. in § caueat. vbi vniuersaliter omne peccatum celari præcipitur nullo excepto. Rursum, ut accusatio pœnitentis sit verè confessio, non requiritur cõtritio, imo neque absolutio: & tamen talis confessio, clauditur sub sigillo. Confirmatur per text. in c. quod quidam, ext. de pœn. & remiss. vbi ab Ecclesia præcipitur, vt audiatur cõfessio incontriti, & salutaribus monitis adhibeantur ei cõsilia. ergo huiusmodi confessio vult Ecclesia, vt claudatur sub sigillo. Quare dum Alex. ibi vult, ꝙ claudatur sub secreto confessio impœnitentis de peccato præterito, ergo idem dicendum de futuro: quia dum reuelatur peccatum perpetrandum, simul reuelatur præteritum, puta propositum deliberatum perpetrandi illud. Quare his, & aliis rationibus, de quibus per Sotũ, qui supra in relectione de secreto, concludimus, quòd omne peccatum detectũ in confessione, dummodo sit cõfessio, clauditur sub sigillo, siue præsens, siue futurũ, siue qui confitetur verè pœniteat, siue non, nisi illud peccatum non dicatur sub spe veniæ, vt superius diximus.]

20 Tertio si sacerdos † indigens consilio circa peccatum auditum, cõsulit virum doctum: nam tunc absque licentia pœnitentis potest petere: modo persona in noti-

notitiam venire nequeat. tex. est in cap. officii, extra de pœnit. & remiss. vbi non reprehenditur legatus petens consilium de peccato, quod asserit se in confessione habuisse in vniuersali. Syluest. in ver. confessio. 3. q. 5. Hinc Nauar. infert nō posse Confessarium circa detectæ confessionis crimen confessione pœnitentis audita statim consulere virum doctum, præsentem, à quo quid agendum sit in aliquo casu quærit, & accepto consilio illico redit vt eum absoluat; vnde tali casu potius differat absolutionem: cum fortior sit tunc obligatio sigilli, quàm confessionis faciendæ.

21 Neque † etiam potest sacerdos consilium petere, quando pœnitens renuerit in genere illud capere: quia tunc nō potest vltra procedere, sed tali casu absque absolutione dimittat pœnitētem. quamobrem quando pœnitens intelligit se in aliquibus negotiis impeditum, quæ sine scientia, & sapiētia extricari nequeunt, tunc sapientem debet quærere sacerdotem, qui per se absque huiusmodi consiliorum turbis de illis valeat iudicare. Sotus in 4. sentent. distinct. 18. quæst. 4. artic. 6. 3. col. circa fin.

[Adnotēt tamen sacerdotes, ꝙ nunquā ipsi pœnitenti † post absolutionē debēt quoquo modo reuocare peccatū in memoriā, nec gratia fraternæ correctionis, nec consolationis, nec aliquo modo: quia maxima inde uerecūdia suffunderetur pœnitens, atque adeo sacramētum molestum redderetur. Et ideo quamquam sacerdos uideat pœnitentem contrarium agere, quàm iniunctum sit in pœnitentia, omnino dissimulet.

22

23 Sed quid si sacerdos absoluens † intolerabilem commisit errorem, puta quia absoluit non subditum, aut excommunicatū à casu reseruato, aut omisit iubere restitutionem æris alieni in præiudiciū tertii? Resp. nullo modo absoluat absentem, cum confessio sit actus personalis, ut patet, Absoluo te. Nec conueniat pœnitentem de peccatis, memorando aliquod peccatum in generali, quia sic exprobaret illi peccatum, unde odiosa redderetur confessio. posset etiam pœnitens negare peccatum, & obiurgare confessorem, unde facile oriretur scandalum, sed adeat pœnitentem, & dicat se commisisse errorem grauem in confessione, & ideo si uult, aut iterum confiteatur, aut facultatem faciat loquendi de confessione: quod si pœnitens renuerit, culpa, quæ fuerat sacerdotis, trāsfunditur in ipsum. Sotus de rati. teg. q. 4. membro 3. conclu. 5. dubio quarto.]

24 Quarto nec † sub sigillo confessionis cadunt peccata, quę amicus dicit amico, dicens se illa dicere in pœnitentia: quia dicendo illa, non dicitur reuelare confessionem: tum quia ille non est sacerdos: tum quia illa non dicebat tanquàm ministro Dei, cum absolutionem non petebat, sed reuelabat tāquàm amico, quare si talis amicus, cui reuelatum est secretum, cogatur testificari, tenetur.

Si uerò talis assumatur loco sacerdotis in necessitate, & fiat ei uera cōfessio tanquàm sacerdoti, iuxta tex. in c. quem pœnitet, de pœnit. dist. 1. & cap. sanctum, de consecrat. dist. 4. tunc eo casu tenetur celare, ac si esset sacerdos. Et si ut testis interrogetur, debet tacere, & dicere etiā cum iuramēto se nihil scire: quia quasi eadem est ratio, quæ in sacerdote, secundum Innoc. & Dom. Ant. de But. num. 48. quem etiam sequitur Panor. in c. omnis, extra de pœnit. & remiss.

25 [Sed quid si ea, † quæ amicus amico dicit, non sint peccata: an debeat amicus recipere sub sigillo confessionis? Respōdeo, quod non debet quicquam sub tali sigillo recipi. unde licet qui illa ita audit, fidem frāgat, tamen in pœnas canonicas non incidit: quia nulla fit sacramēto iniuria, neque est confessionis sigillum. Tenetur nihilominus magis ad illud secretum seruandum, quàm ad alia; quia ex pacto nouum uinculum additur.]

26 Quinto quæ † in confessione dicuntur sacerdoti, etiam si genibus flexis, signum Crucis, & Cōfiteor præmittatur, & tamen in nullo confitentur se peccasse,

se, sed communicant tantum quæ sunt dicturi, tunc si acceptatio audientis, sine qua nihil fit, interuenit, non magis obligant, quam iuramentum de tenendo secretum, Caiet. 2.2. quæst. 70. art. 1. In responsione ad tertiũ. Et propterea tenentur ea reuelare, si super eis denunciandis fertur excommunicatio, & essent aliqua indicia, vel semiplena probatio, vt diximus in cap. 8. de sent. excommu. vel vt testes coram iudice sistant, vel vrgentur necessitate denunciandi tanquam Reipublicæ pestifera, vel proximo perniciosa circa animã, vel corpus, aut honorem, vel rem familiarem, Caiet. qui supra, Sotus lib. 5. de iusti. & iure, quæstio. 7. art. 2. ad primum, Nauar. capit. 8. num. 2. Imo non obstante iuraméto de iis seruandis potest iudici reuelari, Abb. in c. dilectus, de exces. præla. quamuis illa recipiendo sub iuramento, mortale peccatum sit. Archiep. Flor. 2. par. Inter. c. 2. de pecca. auari. extra tamen hos casus modo nominatos, in re dubia potius inclinãdum est ad seruandum secretum proximi, quam ad prodendum: tum ad euitandum scandalum, tum etiam ad euitãdum onus probandi, se illud extra

27 confessionem audisse: Nam † si quis dicat sacerdotem reuelasse confessioné, & sacerdos dicat aliquid dixisse, sed negat quidem illud per confessionem habere, inquit Panor. in d.c. omnis, in fi. quod præsumptio est contra eũ, & ideo ipsi incumbit probatio: secus tamen si omnino negaret se nihil dixisse, quia tũc sacerdos esset absoluendus: cum non sit minus illi credendum quã alteri, Sylu. in ver. confessio. 3. vers. 9.

28 Sexto, ea etiam, quæ † sacerdos in cõfessione detecta habet per aliam viam, siue ante, siue post, non cadunt sub sigillo. Alias lata aperiretur fraudibus via, vt si prædo coram sacerdote furtũ faceret in ecclesia, posset statim in aures sacerdotis susurrare, vt os illi obstrueret, Diuus Tho. dist in. 21. quæst. 3. art. 3. versi. Respõdeo. Sotus in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 6. Nauar. in cap. sacerdos. num. 160. de pœnit. dist. 6. Vnde secundum communem opinionem illa dicere potest: propter scandalum tamen illa dicere nõ debet, nisi pro necessitate vel vtilitate, vel nisi iuridicè interrogatus fuisset, secundum Innoc. in d.c. omnis, & Panor. in d.c. dilectus.

[Quod si nulla utilitate, vel necessitate reuelauerit, & si non incidat in pœnam d.c. omnis. potest tamen dici quod teneatur parti ad interesse, atque actione iniuriarum, sicut tenetur quilibet reuelans secreta alterius, vt per tex. & ibi hoc no. Flor. in l. in lege Aquilia, si delectum. §. sed & si quis. ff. ad l. Aquil.]

29 Nunquàm † tamen secundum Sanctum Tho. debet dicere se illa in confessione habuisse: quia secundum Scotum peccaret mortaliter, quod idem dicendũ esset, si sciat extra confessionem semiplenè, & postea diceret plenè, vt in confessione nouit, vel si extra habet dubiè, & reuelat certè, quia tunc peccaret mortaliter, Sylu. in verbo, confessio. 3. vers. 5. Nauar. c. 8. nu. 15.

Consideratè hic etiam animaduertendum est, quòd qua ratione sacerdos quę per confessionem audiuit, celare tenetur: quia neque scit, neque audit ut ho-

30 mo, sed sicut Deus: Ita nec † pœnitens ei quicquã dicit ut homini, sed vt Deo, & ideo dum pœnitens ipse interrogatur vtrum hoc, vel illud alicui dixerit, optimè iurare potest se nemini dixisse, si nõ dixerit, nisi in confessione: quia intelligitur nemini hominum dixisse tãquàm homini. Quo circa si sacerdos dicat, Mihi dixisti, respõdere audaciter potest, & iurare, nihil tibi dixi. Sotus in 4. senten. quæst. 18. art. 5. quęst. 4. col. antepenul. Quod nota pro pęnitentibus cõtra suos superiores, qui aliquando bono zelo ducti quærunt scire extra confessionem, quę subditi in confessione dixerũt: quia nullatenus licet sacerdoti de culpis extra confessioné cum pęnitente ipso sermonem ullum inire, nisi prius à pœnitente petita, & obtenta facultate, quod imprudétissimi quidam sacerdotes non

satis

ctis animaduertunt. Est enim hoc ge-
nus quoddam reuelationis sigilli, & ex-
probrationis peccatorum, qua peccator
pudefactus negare iure potest, etiã cum
iuramento quicquam ei dixisse, Sotus,
qui supra, art. 6. col. 4.
31 At sub confessionis † sigillo cadunt
non solum pe[illegible]a mortalia, verum etiã
venialia, & [illegible] circunstantiæ, siue ne
cessario c[illegible]ę, siue non; quin etiam
omnia, qu[illegible] peccata non sunt, tamen
eis de[illegible] directè, vel indirectè collige-
re posset auditor, eum, qui confessus erat
certum aliquod peccatum admisisse, ibi-
dem D. Tho. in 4. dist. 21. q. 3. ar. 1. ad se-
cundam quæst.
Item omnia, quæ generare possent in-
famiam, vt si sacerdos per confessionem
intelligeret pœnitentem esse sordidissi-
mis parentibus natum, aut aliam eius la-
bem infamem. Insuper omnia illa, quæ
& si non sint peccata, tamen ex eorum
notitia possent venire in notitiam pecca
32 ti, vel peccatoris; quod quidem † sigil-
lum etiam post mortem durat, Sylu. in
verbo, confessio. 3. q. 2. Hinc ferè est om
nium communis sententia Scoti, Palud.
& Adriani, quòd debet taceri circunstan
33 tia, quando ex eius † confessione posset
Confessarius venire in cognitionem pec
catoris: ratio est, quia strictius est vincu-
lum secreti confessionis, quàm integræ
confessionis faciendæ: (Exempli gratia)
sacerdos accessit ad sororé, vincibili igno
rantia, & probabili, ignorans esse soro-
rem, & postea ipsa confitetur fratri se es-
se illam, ad quam accesserat, & sacerdos
non potest cõfiteri alteri, nisi illi, qui scit
vnicam esse sororem, tunc potest confi-
teri, omissa circunstantia incestus, cum
proposito illam confitendi, quando nul-
lum imminet præiudicium effractionis
34 sigilli confessionis. Idem est † dicẽdum
de sacerdote, qui inter audiendam con-
fessionem, claue errante peccauit absol-
uendo, verbi-gratia, sacerdotem alterum
à peccato, cui erat annexa excommuni-
catio, & irregularitas, ob cuius errorem
alter excommunicatus celebrat, tunc si
non est nisi tertius sacerdos, cui iste con-
fiteatur, & manifestum esset periculum,
quòd audiens intelligeret, quis nam sit
ille sacerdos male absolutus, posset con-
fiteri, omittendo circunstantiam illam,
Nauar. cap. 7. num. 4. & cap. 8. num. 6.
His autem, & similibus casibus manife-
stum est quidem, celanda esse omnia, ex
quorum notitia veniri posset in cogni-
tioné peccati, vel peccatoris, quod etiam
procedit in iis, quæ in vna confessione
audiuntur. Nam nullatenus licet in alia
explicare taliter vt venire queat sacer-
dos in notitiam personæ; & reuelatio si
fieret, esset mortalis. Sotus, dist in. 18. q. 4.
35 ar. 5. col. penul. Quamuis † grauior sit
illa reuelatio, quæ fit per Confessarios
extra cõfessionem, siue directè, siue in-
directè, (verbi gratia:) Qui duorum, aut
trium confessionibus auditis de vno sic
dicat: Hic nullum peccatum mortale ha
buit. vel si sint mulieres, Hæc est virgo:
confessionem detegit, quoniam directè
videtur significare alias duas mortalia
fuisse confessas, Nauar. cap. 8. nu. 9. Hic
tamen casus mea quidem sententia indi
get distinctione. Potest enim interdum
fieri, vt vnus trium dicatur carere mor-
tali citra confessionis detectionem; Pu-
36 tà, † cum sit sermo singulariter de vno,
nulla habita ratione cæterorum. Exem-
plum. Iter facturus quæro mihi comi-
tem itineris, inclinat animus in Petrum
vnum ex tribus, adeo Confessarium, ei-
que aperio consilium meum de itinere
faciendo; & addo cupere me nancisci co
mitem fidelem, & ita sermonem texo, vt
Confessarius intelligat animum meum
inclinare in Petrum: Opinor in hoc ca-
su absque periculo detectionis Confes-
sarium posse testari Petrum esse virum
probum, fidelem, nulliusque mortalis
criminis reum. Ad eundem modum, si
modo confessæ sint alicui sacerdoti Li-
uia, Iulia, & Catherina, quarum Liuiam
in vxorem ducere constituam, si de ea lo
quar cum Cõfessario vel statim, vel post
earum confessionem, nihil scire cupiens
de aliis duabus, opinor Confessarium ci-

tra crimen confessionis detectæ posse eã mihi probare, ac testari eam esse virginẽ honestam, & cuiusuis viri nobilis coniugio dignam. At si sermo respectiuè & communiter haberetur, nempe cum sermo ita texitur, vt mixtim de omnibus illis fieri videatur, tunc non potest probari vnus absque aliorũ iniuria, & ita procedere potest Nauar. cæterorumque opinio. secus tamen si sermo fiat singulariter, & absolute de vno tantum, potest enim ille vnus probari citra detectionis periculum.

37 Sed † quid faciet sacerdos, quãdo peccatore nõ absoluto interrogetur, an eum absoluerit? tunc magnam cautelam adhibere debet in respondẽdo, ne quo modo suum pęnitentem prodat. Nam si respondeat eum non esse absolutum, continuo in mente interrogantis opinio vehemens orietur, ideo eum non esse absolutum, quia esset impęnitens, & sic fieret absolutionis non impensæ, & peccati reuelatio. Respondeat igitur in tali casu: Ipse confessus est mihi, & ego feci quod debui: nisi forsan ipse pęnitens se proderet, Sotus, qui supra, art. 5. 3. conclu. circa finem. potest etiam dicere talem pœnitentem non absolui, quia nondum confessionem finiuit.

38 [Sed † quid faciet sacerdos, quando pęnitens, qui propter peccatum mortale occultum, quod in confessione audiuit absolutionem non obtinuit, petierit ab eo communionẽ siue secretò, siue publicè, an illi iure dénegare poterit? Dic quòd non, tum quia esset detractio, & detectio peccati occulti: tum, quia est reuelatio peccati sibi confessi, vt dixit Nauar. in cap. sacerdos. de pœnit. distin. 6. tum, quia exosa redderetur confessio. Dixi occultum, quia manifestis peccatoribus secundum tex. in c. uestra. de cohabit. cler. uel mul. & cap. fi. de temp. ord. & si uere contriti confiteantur, donec publicè pœnitentiam agant, aut Parochus ab ipsis facta sibi facultate publicè denunciet iam eos pęnitere, & confessos esse, non esset eis publicè communio ministranda: & ratio est, quia ut qui ipsorum prauis exemplis offensi fuere, eorundem emendatione ędificentur, iuxta S. Bonauent. & Palud. in 4. dist. 9. quæst. 4. col. 3. & 4. & habetur per Conc. Trid. sess. 24. capit. 8.]

Sed ne plus nimiò rem exaggeremus, si peccatum ita in genere detegeretur, vt nullatenus ad notitiam [illegible] næ referri posset, non esset confe[illegible] reuelatio, ita contra Panor. in d. ca[illegible]nis. tenet Sotus in 4. distin. 18. q. 4. art. 6. 3. conclu.

39 quia † per illa uerba tex. scilicet, caueat ne quouis modo prodat peccatorem, insinuatur, eatenus esse celandum peccatum, ut nullatenus prodatur peccator. Quare in publicis concionibus, quibus ratione iniuncti ministerii incũbit onus salutis publicæ, cuius rei gratia inuehi

40 debent in omnia crimina, licet † ipsis peccata reprehendere siue illa audierint, siue non audierint in confessionibus: etiam si illa dicant scire in confessione: quamuis hoc sit periculosum, & plerunque scandalosum, ut recte contra Panor. inquit Sylu. in uerbo, confessio. 3. q. 5. Sed in illis sacerdotibus, qui paucos habent subditos, & interdum apud illos sermonem habent exhortationis causa, ut consueuerunt Abbates, & magistri nouitiorum in cęnobiis. hi enim dum huiusmodi sermonem habent, cauere debent ne inuehãtur in ea crimina, quibus ex confessione sibi facta cognouerint aliquos illorum esse fœdatos: posset enim fieri, quinimo facillime contingeret, ut illis suis criminibus auditis rubore, uel pallore uultu seipsos proderent: Difficile enim est (ut ait Sulmonensis poeta)

41 crimen nõ prodere uultu. Sic qui † ex Petri confessione intelligeret Ioannem fuisse illius complicem in delicto, si postea Ioannem de illo crimine interrogat, non dicitur cõfessionem reuelare; dummodo non exprimat, quòd rem à Petro acceperit, secundum Angel. in uer. confessio. 10. §. 9. Imo neque in particulari etiam interrogans sigillum aperit, quando Ioannes uerisimiliter suspicari non

potest

potest illud expressisse Petrum in sua cõfessione: quia nimirum peccatum illud huiusmodi erat, vt circa illud Cõfessarii soleant interrogare, Nauar.d.cap.8. nu. 17.vers.22. cauẽat tamen tunc de Petro sciscitari. Syluest. qui supra.§.16.

42 [Sed an poterit † prælatus per notitiã aliquorum criminum quam ex sola confessione habet, eorundem de nouo inquisitionem facere? Dic quòd non: Ratio est, quia ius inquirendi ex infamia, vel ex semiplena delicti probatione nascitur, cap. inquisitionis, §.1. & cap. qualiter, de accusat. Poterit nihilominus visitationis tempore diligẽtius ad illud intelligendum attendere, & diligentius vigilare super gregem suum, præsertim si crimen in damnum publicum resultat: nihil enim prohibet Confessorem ex auditis confessionibus prudẽtiorem fieri.

43 Sed quid si prælatus † inuenerit peccata subditi scripta ad confessionem faciendam, poterit ne inquisitionem facere? Dic quòd non: quia adeò sacrum, & diuinum est confessionis sigillum, vt illa etiam, quæ ad confessionem ordinãtur, perpetuo silentio inuoluenda censeãtur. Hinc iudex secularis, si duo, vel tres pestilentissimi sacerdotes crimẽ per solam confessionem notum apud illum deposuerint, omnino à iudicio cessare tene-

44 tur. † Sed an dictum sacerdotis confessionem reuelantis, aut per imprudentiã, vel malitiam, aut alia quauis causa faciat indicium, aut aliquam probationem, ita vt iudices virtute talis reuelationis, seu confessionis possint procedere ad torturã, seu alios actus iudiciales contra reũ? Dic quòd non: ratio est, quia talis confessio fuit facta tamquam soli Deo, & non tamquam homini, argumen. text. cap. si sacerdos, de offic. ord. tradit Bald. in l. Archygerontes. C. de episc. audi. sequitur Anto. Gomez. tom. 3. uar. resol. cap. 13. nu. 9. asserens dictum huius nullam prorsus fidem facere. cap. 2. de offic. ord. c. dilectus, de excess. prælat. Couar. de sponsf. 2. par. §. 12. num. 10. Et hoc est valde æquum; nam si tales reuelationes aliquid probarent, planè in manifestum sacramenti confessionis, & sigilli secreti detrimentum verterẽtur. Quare si Confessor contrauenerit; præter depositiones, & alias pœnas, de quibus per tex. in cap. omnis, ext. de pœn. & remiss. credi ei non debet, quia reuelando deliquit, & delinquendo tamquam infamis à testimonio ferendo reijcitur. Ita Marian. Victorinus de sacram. confess. cap. 11.]

Sed quamuis Confessarius propriè obligetur seruare vinculum sigilli: cum ipse solus claue scientię polleat ad cognoscendum peccatum, tamen sunt alij, qui

45 eiusdem † sigilli aliquid participant, & ideo arctiori vinculo tenentur confessionem illam celare, quã si sub alia quacũque secreti fide extra confessionẽ illa noscerent. Huiusmodi sunt omnes, qui confessionem sacramẽtalem audierunt licitè, vel illicitè, mediatè, siue immediatè, siue sint clerici, siue laici viri, vel fœminæ, siue sit interpres, qui pœnitentis linguam ignorantis partes agit, siue is, cui causa consilii petendi ab eo, vel detrahendi reuelatur: quoniam res cum suo onere transeunt. cap. ex litteris, de pignor. capit. pastoralis, de decim. Nauar. cap. 8. num. 7. Similiter qui casu, vel dolosè alicuius cõfessionem audit, Nauar. in cap. sacerdos, de pœn. distin. 6. nu. 42. Qui si violatores sunt, pœnæ arbitrariæ subduntur, cum non sint sacerdotes, de offic. deleg. de causis, secundum Doctores, & tex. in d. cap. omnis, loquitur de sacerdote: ergo pęna est restringenda, de

46 regu. iur. lib. 6. in pœnis. Caueat † postremò sacerdos, ne per vllum peccati genus minus benignam faciem, quàm prius ostendat pœnitenti.

SVMMARIVM.

1 *Confessoris præparatio antequã ad audiendas confessiones accedat, qualis.*

2 *Pœnitentem, quomodo cõstitutum esse oporteat ante Confessorem, & quæ ei præmittenda.*

3 *Signi crucis declaratio, & mysteria quot, quan-*

De præparatorijs ad cōfessionem, Cap. XXIIII.

1 SAcerdos † [qui debet scrutari conscientiā peccatoris in confessione, quasi medicus vulnus, & vt iudex causam, quia sæpè quod præ confusione, uel simplicitate confitens tacet, interrogandus reuelat. Vnde Aug. de pœn. distin. 6. cap. qui vult, inquit: Diligens Inquisitor, subtilis inuestigator sapienter, & quasi astutè interrogat à peccatore, quod forsan ignorat, vel præ verecundia velit occultare.] dum se ad audiēdas confessiones parat: non enim eas audire debet imparatus, primum se colligat, secumque statuat illud muneris saluādarum animarum zelo, & cupiditate diuini amoris obire. Deinde breui oratione postulet à Deo pœnitentibus quidem gratiam, vt ad eū per puram, ac veram confessionem redeuntes sacramenti finem consequātur. Sibi verò vt rectè, & dignè suo munere fungatur, ne culpa ministri impediat efficaciam sanguinis Christi, & influxum diuinæ liberalitatis in pœnitentes; quin potius suppleat summa illius, tum bonitas, tum potentia, tam vilis instrumenti defectus.

His recte constitutis cum hilari grauitate in suum tribunal ascendat, [& toto sinu dulcedinis amplectatur pęnitentem, totis visceribus refoueat, & consoletur: tota hilaritate, & affabilitate alloquatur, & toto gaudio accipiat, & tandem vt à patre dulcissimo fuit filius recidiuus receptus, vt à pastore amantissimo ouis errabunda, vt à medico salutis studiosissimo ægrotus, vt ab amico familiarissimus, & vt sic ad vnum dicam, eo gaudio, & festiuitate, qua excipit illum præclara illa curia cęlestis:] animaduer-
2 tatque, an † pœnitens (quem sibi subditum agnoscat oportet) decẽter se habeat, nempe an vtrunque genu flectat, an caput aperiat, an ita se componat, vt non sacerdoti faciem, sed crucifixi imaginem intueri velle videatur, maximè si fœmina est: quia vt dicitur Abac. 1. facies earum uentus vrens. quæ omnia si viderit eum sua sponte facere, laudet Deum, sin autem monere debet, vt faciat, vtque secum reputet se nõ coram homine peccatore, sed coram altissimo esse constitutum, à quo humiliter, & cum summa reuerentia suorum peccatorum veniã postulare debet. Tum si adeò rudis est, vt nesciat, doceat eum munire signo crucis, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, amen. Et cõfessionem generalem vsque ad illa verba, mea culpa, mea maxima culpa, cum illo dicat.

3 Doceatque signum crucis † tribus digitis exprimendum esse, ad significandum Sanctissimæ Trinitatis mysterium. Ducitur autem primus à vertice capitis, siue frontis vsque ad vmbiculum, vt indicet à summo cœlo egressum, in viscera matris descendisse Dei filium, atque ex purissimis illius sanguinibus carnem nostram assumpsisse. Deinde à sinistro brachio ad dextrum, vbi causa simul incarnationis exprimitur: nam propterea descendit de cœlo in terram, vt nos, qui eramus à sinistris inter hædos collocãdi, transferret ad dexteram inter oues suas, vbi vocem illam desideratam audire liceret nobis, Venite benedicti. Ecce quãta nobis fidei nostræ mysteria vnica firmandæ crucis ratione mater Ecclesia docuit, vt si nihil præter ea sciret rudis homo, vel hoc solum ad salutem illi sufficere queat. Hic incarnatio: Hic Christi passio: Hic passionis causa: Hic simul extremum iudicium illud, & spes nostræ vocationis: Hic mysterium Trinitatis, per quam redempti sumus, vnica crucis signatione exprimitur.

4 Post hæc in primis † quærat, quare suum proprium Confessariũ non adeat, & si erubescentia ductus dixerit se non posse, illum id admoneat: cum non sit vtile, sicut nec infirmo medicos mutare. Verum si viderit pœnitentem nullo pacto ad id induci posse fortè ob erubescentiam, audiat suam confessionem: ualida enim est, si totaliter, & integrè confiteatur. Attamen tenetur ratione recidiui non solum confiteri peccata cõmissa, sed etiam generaliter præterita, ut sciatur, quæ satisfactio cõgruè possit iniungi. Vt si ex aliqua occasione frequenter lapsum carnis passus est, illa per satisfactionem præcidatur, & sic de cæteris peccatis.

5 Præterea si confitentis † statum, conditionem, & officium nesciat, ab eo breuiter quærat, ut communiter interrogare ualeat. Refert enim intelligere, coniugatus ne, an in sacris. Cuius fuerit artis, uel officii, ut ex hoc cognoscat sit ne in tali statu, arte, uel officio, ut possit absolui; an non, quemadmodum esset usurarius, fur, proditor hominum &c.

6 Interroget † etiam, habet ne artẽ mixtam, quæ exerceri potest ad bonum, uel malum, de qua per Sylu. in uerbo, ars. qualis est taxillorum, fucorum, uel alearum, &c. uel tantum ad malum.

Sciscitetur etiam, quam pridem confessus sit: quia saltẽ semel in anno proprio sacerdoti cõfiteri debuit, iuxta tex. in cap. omnis, de pœniten. & remiss. qui tamẽ si confessus fuerit religiosis ex priuilegio illis indulto, ut hodie sunt omnes, nullatenus confiteri tenetur eadem peccata proprio sacerdoti, [probatur ex

extrauag. Benedicti X I. Inter cunctas. vbi dicitur: Absurdum est eos, qui semel absoluti sunt, rursus eodem debito teneri. Idem etiam patet ex extrauag. Ioan. X X I I. vas electionis.] Quod etiam de communione dicendum, quæ semel in anno Paschæ tempore à catholicis sumenda est, tex. in d.c.omnis.

7 Sed † quando ad eam quis admittendus sit, nulla certior regula est, quàm dum iudicio parentum, & maximè Cōfessarij apparet puer ita sensatus, vt possit secum discernere inter bonum, & malum, atque adeò inter hunc cibum, & alios seculares; quę discernendi facultas accidit, vt plurimum, secundum D.Tho. à decimo vsque ad duodecimū annum, vel plus, vel minus, secundum quòd malitia supplet ætatem, sic Palud. Caiet. & cæteri.

8 Interroget etiam † (si hominem non nouit) an malitiosè tacuerit aliquod peccatum mortale, vel quod probabiliter dubitabat, vel eius circunstantiam necessariam ex verecundia, vel alia iniusta causa. Videlicet ne prælatus diligentiorem curam de eo haberet, vel esset ei de cętero suspectus, vel non ita bonus censeretur: quia sic iteranda esset confessio. Si autem tacuisset ex iusta causa, ex qua sequi potuisset malum animæ, famæ, aut corporis, vt quia sacerdos sollicitator esset ad malum, vel reuelator cōfessionis, secus esset, Sylu. in verbo, confessio. 1. q. 3. Sotus dist. 18. q. 2. art. 5. ibi, circa tertium argumentum.

Interrogetur etiā, tacuerit ne ex ignorantia crassa, vel ex propria culpa, vtpote quia noluit de peccatis suis cogitare, satisfecerit ne pœnitentiæ: nam † si eā adimplere potuit, & non adimpleuit, peccauit mortaliter; [& hoc contra Caietanum, & Io. Med. tra. 2. de confess. q. 41. aliàs valde cōtemptibile esset iudicium, in quo nō tenetur parere mādatis reus, & subire pœnam impositam. ita Sotus in 4. distinct. 20. q. 2. artic. 2. Petr. Sot. de satisfa. sacr. lect. 2.] non tamen tenetur iterare confessionem, sed faciat si recordetur, aliàs Confessarius consideret quænam potuisset imponi, & illam imponat;

9

10 sed si † recordatur, & dicit eam adimplere non potuisse, neque modò posse, poterit mutari pœnitentia; facta tamen confessione peccatorum illorū, pro quibus saltem fuerit verisimiliter imposita, vt ex hoc videat Confessarius, an iniuncta fuerit pro crimine, à quo poterat ipse absoluere: nam si peccatum esset superiori reseruatum, tunc non posset pœnitentiam mutare: nisi necessitas vrgeat, vel suadeat vtilitas. in quibus casibus pium est interpretari, quòd superior facultatem commutādi concesserat, vt per Sylu. in ver. confessio. 1. q. 27.

11 In † ijs tamen casibus, in quibus sacerdos viderit iterandam esse confessionem, hortetur eum, quàm diligentissime potest, vt se paret. Sibi tempus idoneum quidem, sed certum ad eam rem perficiendam sumat, si suis hortatibus obtemperauerit, det gloriam Deo, cuius benignitate factum est, vt errabūda ouicula pastoris officium non cōtempserit: sin minus, culpa non sapienti Confessario, sed pertinaci, & impatienti peccatori dabitur. Quod si de morte timeatur, curet vt pœnitens replicet, quæ in alijs confessionibus dixerit: suppleat autem Confessarius suis interrogationibus si quid omissum ei videbitur.

12 Interroget † etiam, an suā conscientiā discusserit ad confessionem faciendā, discurrēdo per tēpora, & loca, & personas, & per negotia, cum quibus est versatus post vltimam confessionem, vt ea in memoriam reuocet, quæ confiteri tenetur, qua diligentia facta, etiam si lubricitate, ac debilitate memoriæ laboret, non tenetur postea memoriæ scribere ne obliuioni tradantur. Enimuero facta diligentia secundum qualitatem personę, & negotiorum pericula, cum quibus versatur,

13 potest confiteri; & quæ † in memoriam non venerint, nullam causam afferunt, licet per obliuionem prætermittatur eorum confessio: cum propositum habeat confitendi, si quorum oblitus est, postmodum

modum in memoriam venerint: nam vt Sotus diſt. 18. quæſt. 2. artic. 4. col. fi. inquit, finis confeſſionis non eſt tantum diligentiſſima inquiſitio ad memorandum omnia, quantum firmiſſimum propoſitum omnia relinquendi. Quapro-
14 pter † ſolers illorum cura, qui peccata ſcribunt ne obliuioni tradantur, ſicut non eſt vituperanda, ita neque eſt conſulenda: haud enim ad diſcretam, ſecretamque confeſſionis rationem pertinere videtur, maximè ſi peccata ſint infamia, & quæ poſſent hominem in periculũ conijcere: multa enim inde mala ſuccreſcere ſolent: qui tamen in memoriæ ſubſidium ſcribit, non debet merum legendi officium præſtare; minueret enim verecundiam confeſſioni germanam. Sed poſtquàm inſpexit papyrum, debet ore confiteri. Igitur ſi dicat ſe diſcuſſiſſe, & adhibuiſſe illam diligentiam, quam bona fide putat ſufficientem eſſe, & mediocrem pro ſua fragilitate; etiam audiat, ſed correptum prius, & admonitum, ut deinceps diligentius curet ſalutem ani-
15 mæ ſuæ. Nouerit autem ſagax † Confeſſarius non eandem diligentiam æquè ab omnibus exigẽdam eſſe in diſcuſſione facienda: Differt enim quis crebrò, an raro confiteatur, paruis ne, an magnis, paucis, an multis negotijs ſit implicatus, litteratus ne ſit, an idiota. Doceatque ſuos pœnitentes quandoque pec-
16 care poſſe, ſi huius rei maior † cura adhibeatur, quàm oporteat; propterea diligenter eos moneat, ne hac in re ſint nimium ſcrupuloſi, & nimium anxij, ſed vt omnia moderate faciant, memores præclaræ, atque aureæ illius ſententiæ, Ne quid nimis. At ſi dicat ſe non ut de-
17 bebat † ad memoriam ſua reduxiſſe peccata, quod à plurimis videmus fieri, ſi Confeſſarius coniectat id à pœnitẽte dici, non quòd credat ſe non adhibuiſſe illam, quam integritas confeſſionis neceſſario exigit diligentiam, ſed quia bonarum mentium eſt ibi timere culpam, vbi culpa non eſt, cap. ad eius, diſtinct. 5. vel quòd ideo ait inſufficientem, quòd per eam omnia, vel maiora peccata venialia in mentem non reduxit, quod non eſt neceſſarium, in tali caſu ſine ſcrupulo audiat, & abſoluat.
18 Si verò coniectat † illum verè non adhibuiſſe quam neceſſario adhibere tenebatur diligentiam in peccatis rememorandis, in hoc caſu habenda eſt ratio tẽporis: nam ſi neceſſitas vrgeat, nempe morbus, aut naufragium, vel ſi inſtet communio, quæ ſine ſcandalo differri nequeat, audiendus eſt, & abſoluendus. verum circa communionem tunc demũ audiendus, & abſoluendus eſt, quando perpendit Confeſſarius, quòd ea, qualis, diligentia cum interrogationibus à ſe factis tanta ſit, vt ſaltem mediocrem cõſtituat diligentiam, pręmiſſis tamen quæ neceſſarię videbũtur interrogationibus. Quod ſi fortè eum viderit, vel inſtante communione, vel etiam ſi nulla vrgeret vtilitas, nolle interrogari, vel ſi velit, adeò tamen impræmeditatum veniſſe, vt etiam cum interrogationibus, & ſuis reſponſionibus confeſſio non eſt integra: quia interrogatus neſciat reſpondere, fecerit ita, vel ne; nõ audiatur, ſed blandis verbis eum admoneat, horteturque, ut priuſquam cõfiteatur, pro ſua fragilitate præmeditetur ſaltem tantum, quantum ad integram confeſſionem cum interrogationibus oportunis ſufficiat.
19 Quærat † inſuper, an incurrerit in excommunicationem, quia prius ab illa (ſi poteſt) abſoluat, vel ſi non poteſt, remittat ad ſuperiorem, vel ipſe ab eo facultatem abſoluendi obtinendam curet, vt ſupra diximus de poteſtate Confeſſ. cap. 13. Interroget etiam, an verè doleat de peccatis, vel ſaltem, an doleat non dolere, quia ſic eſſet contritus: qui etiam mallet mori, quàm Deũ offendere mortaliter, contritus eſt, Syluest. in ver. contritio, num. 3. Conſideret præterea, an peccata deteſtetur ratione offenſæ Dei: quia ſic eſſet contritio, aliàs ſi doleret de peccatis ob pœnas æternas, non eſſet niſi
20 attritio. Obiectum † enim amoris, vel timoris facit differre contritionem ab

attritione. Sed pœnitenti, perdifficile est dignoscere hunc ne, an illum dolorem habeat, & ideo Confessarii non debent ita multum incumbere, vt cum plebeis pœnitentibus discutiant, ex quo fonte eorum dolor oriatur, sed satis est eos admonere, quòd oriri debet ex amo-
21 re. Si quis tamen haberet solam † attritionem, puta dolorem de peccatis ex timore pœnarum inferni, honoris, aut infamiæ, aut mortis, aut iacturæ bonorum, illa attritio modo æstimetur contritio adiuncto sacramento, probabilius fortasse dici potest sufficere. Sotus in 4. sentent. distinct. 18. artic. 3. colum. 8. & nona, quęstio. 3. Interroget etiam pœnitentem, an doleat de obliuione peccatorum, quæ ex negligentia prouenerunt.
22 Sed qui adhibuit † diligentiam solertem ad arbitrium prudentis, si illa, quorum non recordatur minimè cõfitetur, haud peccat: licet teneatur postea dum in memoriam venerint, eadem suo tempore confiteri, etiam si non eidem, sed alteri confiteatur, vt per Sotum, distinct. 18. quæstio. secunda, artic. 5. colum. quarta.
23 [Sed quid si † confitens discussa debitè conscientia vnius peccati in confessione oblitus est, & sacerdos aduertit pœnitétem ex obliuione inculpabili, ꝙ definit confiteri, an teneatur Cõfessarius ad memoriam ei illud peccatum reducere? Respondetur distinguendum esse, quia vel peccatum illud fuit solũ in offensam Dei commissum, vel etiam in dãnum proximi. si primum, non tenetur ei Confessor illud intimare. Exemplum de pœnitéte violante votum, vel iuramẽtum absque alterius pręiudicio, vel Deum blasphemante, aut Sanctos: si verò peccatum sic oblitum sit cõmissum in damnum proximi, ex quo orta fuit obligatio restituẽdi, vel proximo iniustè lęso satisfaciendi, ut si Confessore vidente, ille iniustè proximum diffamauit, aut rem eius per vim, aut clam abstulit, tunc Confessor tenetur de peccato oblito eum admonere, ad finem satisfaciẽdi proximo per eum iniustè læso; alioquin Confessori imputabitur culpa non satisfaciendi: quoniã ei incumbit non solum confitenti, quæ necessaria sunt intimare, sed etiam alterius tertij damnum vitare, quando commodè potest, ita habetur in cap. qui cum fure, de furt. Vbi non solum qui rem obtrectat, reus est furti; sed etiam is, qui nõ indicat. Et hoc procedit, quando Confessarius incertus, aut dubius est, an eius intimatio peccati obliti profutura sit ad finem prædictum: alioquin si nulla de hoc spes habetur, non tenetur huiusmodi peccatum intimare, iux. illud, de pœniten. distinctio. septima, si quis. vbi dicitur: Si scirem tibi non prodesse, non te admonerem, non te terrerem.]

Quęrat etiã, an irretitus sit aliquo peccato, quod non sit paratus relinquere, qualis est vsura, concubinatus, odium, vel alia huiusmodi; & à clericis, an habeant incompatibilia, & cum qua con-
24 scientia, & titulo, & si adhibita † persuasione non sunt parati à peccato recedere: modo occupationes aliorum non vrgeant, pium esset hos audire, & salubribus monitis pœnitentiam indicere, vt ieiunent singulis diebus, missas audiant, in manibus pauperum elemosynas concludant, crebrò cõfiteantur, & sacerdotis discreti monitis, & consilijs acquiescant, vt per hęc paulatim ad contritionem inducantur per Dei, & sacerdotis auxilium, & sic ad veram pœnitétiam deueniant, atque denũcient, quòd non sunt absoluti, tex. est, vbi D. Anto. de Butr. no. 4. & num. 6. in capit. quod quidam, extra de pœnit. & remiss. Sed
25 ne hoc † alijs innotescat, debet Confessarius eis dicere, quòd propter circunstantes cum eleuatione manus dicet super eos aliquam orationem sine absolutione, vt ita etiam pœnitentes non recedant confusi, sed consolati. ita per Chat. Neap. lib. primo, cap. 25. num. 30. Quod idem obseruet Confessarius, quando absoluere nequit super casus reseruatos; ibidem libro 5. cap. 36. versic. an autem subiaceat. Sciant quoque pœnitentes,
26 quòd † per supradictam confessionem,

iuxta

iuxta tex.in d.capit. quod quidam, non ſatisfaciunt præcepto annualis confeſſionis faciendæ,vt nonnulli exiſtimant. Quoties enim abſolutio differtur,non ſatisfacit quis præcepto,quouſque ex conſilio ſacerdotis peccandi occaſiones non auferat,& tandem abſoluatur, Sotus diſtin.18.q.3.art.3.verſic. Decretum verò canonis,per tex.in d.cap.omnis, & cap. quod quidã. Cuius verba hæc ſunt: Eorum confeſſionem non valentium abſtinere recipere debes,& eis de criminibus conſilium adhibere. quia licet non ſit vera huiuſmodi pœnitentia,admittenda tamen eſt eorum confeſſio, & crebris, & ſalubribus monitis pœnitentia indicen-
27 da. Intelligit ergo† tex.illam non eſſe pęnitentiam,quę fieri debet ſecundum pręceptum Eccleſiæ,ſed eſſe humilem, tum propter humilitatem, & verecundiam, & obedientiam; tum etiam vt homo inducatur ad legitimam faciendam confeſſionem,quam ſecundum ritum Eccleſię tenetur facere. Etenim bona illa, quæ in peccato mortali fiunt,& ſi ad vitam non proſint æternam, c.ſi quis autem, de pęnit.diſtin.3. [Sunt ad plurimum tamen vtilia vi impetrationis ex congruo à liberalitate Dei. Primùm ad impetrandum aliquod temporale bonum,& pręmium. c.quid ergo.de pęnit. diſt.3. Item ad obtinendum facilius à Deo auxiliũ ſpeciale,& gratiam cõuerſionis,qua citius peccator reſipiſcat,c.falſas. de pœnit. diſt.5. Exemplum de Cornelio Centurione, c. denique. diſt.26. & ad acquirendos bonos mentis habitus, quibus facilius homo, & ſi peccator, bona opera exercens vitijs reſiſtat: quin & vtilia ſint ad conſequendã ex impetratione, & iure liberalitatis dilationem pęnæ, & remiſſionẽ pœnæ temporalis,quod de Achab refertur,3.Reg.c.21.c.talis. c. Achab.de pœn. diſt.3. Item ad impetrandas interceſſiones ſanctorum.rurſum ad mitiganda inferni ſupplicia,glo. in d.capit. quod quidam. Quę quidem gloſſa in hoc ſenſu eſt recipienda, vt pœna inferni, & æterna non debeatur tanta, quanta deberetur,ſi peccator hæc bona opera non feciſſet. nam verè tanta non debetur, ſi quidem per hęc bona opera peccator in hunc cõſtituitur ſtatum,vt minori cõtemptu peccet. Eſſet autem falſa concluſio gloſſæ in hunc ſenſum accepta, vt per bona opera peccatoris minuatur pœna æterna iam pro eius peccatis debita. Hæc etenim nõ minuitur,ſecundum Diuum Thom. in 4.ſentent.diſtin.15.quæſt.1.artic.3.ad 5. quæſt. Sot. diſtinct.19. quæſt.1. artic.5. Couar.in cap. alma mater.§.4. num.11. & 12.de ſentent.excommun.lib.6.Non enim concubinatui, cui in inferno(verbi gratia) ſunt conſtituti decem gradus cruciatus propter illa bona opera remittuntur ad nouem, ſed ideo cum illo mitius agetur, quia is, qui ſe exercet in bonis operibus, alia euitat noua peccata, pro quibus acrius puniretur. ita Sotus, diſt.16.quæſt.2.art.6.]

Interroget etiam,an ſciat Symbolum,
28 † Pater noſter, Confiteor. Hæc enim tria tenentur ſcire, qui litteras neſciunt, cap. Deus qui, de pœnit. & remiſſ. aliàs qui non addiſcit, & memoriæ mandat Symbolum & Orationem Dominicam latina, vel alia lingua, ſaltem facit graue veniale peccatum, per cap. vos. de conſecra.diſtinct.4.

29 [Deinde debet dulci, † & ſuaui eloquio inducere eũ ad compunctionem, & confeſſionem, proponendo ei beneficia, quæ Deus ſibi contulit, qui ipſum creauit, animam eius ſua imagine inſigniuit,ipſum gubernat,& paſcit,ſuo precioſiſſimo ſanguine redemit,vitam æternam ab initio mundi pręparauit,niſi obicem poſuerit. Proponat ſibi mundi defectibilitatem, diaboli tentationem,peccati momentaneam delectationem, per quam conſequitur homo æternam cruciationem,vitæ breuitatem,animæ æternitatem, extremi iudicii examinationẽ, pęnarum inferni acerbitatẽ, Chriſti pietatem, qui non venit propter iuſtos, ſed propter peccatores, ſicut patet in Petro, Paulo, Latrone, ac Maria Magdalena. Hęc & his ſimilia, ſicut & quãdo viderit

rit expedire proponat, vt eum ad confessionem, & contritionem alliciat.] postea dicat pœnitenti, vt iam tandem, quæ secum recogitauerit, prout memoria suggesserit, suis verbis exprimat. Et quam-
30 uis † ille malit interrogari, quam solus eadem referre, modo propositum habeat ad omnia peccata mortalia referanda, tametsi de illis non interrogetur, non esset ea causa condemnandus, sed potius adiuuandus, si tamē deliberaret aliquod mortale non confiteri, nisi de illo interrogetur, peccaret mortaliter, & tūc Confessarius hoc intelligens ad detestandum hoc peccatum, debet ipsum excitare, atque instigare, vt rectificet conscientiam suam; & ore proprio confiteatur, quæ meminit. Sylu. in verbo, confessio, 1. q. 7. Nauar. cap. 10. num. 6. iuuat enim, licèt inordinatè, & imperfectè faciat: nam ex illius relatione discet Confessarius quas partes debet interrogando attingere: si verò exprimere vocem non poterit, puta quia mutus, tunc meliori modo, quo potest nutibus confiteatur. Diuus Tho. in 4. dist. 17. quæst. 3. artic. 4. ad
31 tertiam quæst. Quod si † pœnitens nactus sit sacerdotem ignarum suæ linguę, cōfiteri potest per interpretem, facit tex. in cap. qualis, 30. quæst. 5. valida enim est hæc confessio, licet secus sit de cōfessione facta per internuncium: cuius quidem diuersitatis ratio est in promptu. Nam qui per interpretem confitetur, prę sens est, & vere atque coram agit cum sacerdote. Qui verò per internuncium, non sacerdoti sua peccata narrat, sed nuncio, qui referat sacerdoti, & hic non sacerdoti confitetur, sed nuncio. Vnde cum confessio actus debeat esse personalis: hic autem personalis actus non est; quia persona agens non præsens est, sed absens. ergo merito dicendum est inualidam esse confessionem, Tho. loco citato.

[De confessione verò facta per epistolam, cùm eadem ratio, quę in nuncio militat, in illa procedat, idem asseueramus. Quod habet locum, etiā si ideo per nuncium, vel epistolam confitetur, quia voce confiteri non potest. Exemplum, vt si peccator esset in carcere vel inter infideles, vbi non posset Confessarium accersere. & ratio est, quam supra tetigimus, videlicet quòd confessio est actus personalis, quo homo præsenti sacerdoti loquitur. Quapropter licet ab excommunicatione, & ab alijs censuris posit homo per litteras absolutionem à Romano Pontifice petere, & obtinere, tamen absolutionem sacramentalem peccatorū non nisi præsens per confessionem. Accedit & alia ratio, quòd confessio debet esse talis, per quam sacerdos certus fiat talia peccata pœnitentem fecisse, quin etiam, per quam posit eum conuincere. Confessio autem per epistolam non est huiusmodi, nam sacerdos non est certus an litteræ illæ sint veræ, an verò fictę, imo posset postea pœnitens negare suas esse. Rursum posset esse pœnitens tunc, cum per epistolam absoluitur, incapax esse absolutionis, vel indignus, vt quia vita esset defunctus, vel animo mutatus. Præterea sententia est canonis, de pœnit. dist. 1. quem pœnitet. Vbi præcepit Dominus mundandis, vt se sacerdoti ostenderent, docens corporali præsentia confitenda peccata, non per epistolam, aut nuncii manifestanda. Ex quo textu colligitur, quod quis non potest per alium, quod potest per se. Imo talis confessio potest fieri inualida, & si pœnitens ipse traderet scriptum suorū peccatorum sacerdoti, qui legat, nihil pęnitente voce, aut signo affirmante, quoniam per illas litteras nihil pœnitens affirmat. Si verò cum singula peccata sacerdos legit, pœnitens dicat se illa fecisse, vel nutu capitis, si mutus est, annuat, tunc est vera cōfessio, quia locutioni æquiualet, & ita potest intelligi canon, quem pęnitet. de pęniten. distinct. 1.

32 Restat † tamen dubium, quid faciet peccator, qui ore confiteri non potest, cū non valeat per epistolam, aut per nuncium. Respondeo, quod sufficit ei contritio. habetur enim ac si non haberet confesso-

fessorem, ita est communior doctrina Doctorũ, ac sanior. Tantum enim Christus obligat pœnitentem ad manifestandum se iudicis illi, cui potestatem tradidit, non alicui alteri. Quinimo hoc procedit, vt si nõ posit nisi per interpretem confiteri: nam si quidem fecerit, recte facit, & est sacramentalis confessio, cum sit actus personalis, nam interpres agit vicem pœnitentis, si tamen non fecerit, sufficit ei contritio, sicuti non habenti confessorem, ita Sotus de ratio. tegen. membro 3. quæstio. 4. conc. 4. Et hæc est communior, & uerior opinio, quamuis Palud. Adr. in 4. Nauar. cap. 21. num. 36. & cap. 27. num. 268. Sylu. in verbo, confessio. 1. Couar. lib. 2. uar. cap. 13. num. 6. & Petrus Sotus, de confess. lect. 11. quos refert, & sequitur Candel. aureum, de confess. num. 23. dicant, quod si confessio uoce fieri non potest, tunc si per epistolam, aut nuncium fit, ualida sit confessio, & absolutio, licet non necessaria. eorum tamen rationes non concludunt, meo quidem iudicio, nec illa Petri Soti. An autem mutus teneatur confiteri per scripturam. Dic quod potest, licet non teneatur, cũ posint fieri nota. Nam Christus, cuius iugum suaue est, & onus leue, noluit ut peccata nostra periculo infamiæ nostræ exponeremus, & nonnumquam mortis, si publice essent nota, confiteri enim debet per nutus. Couar. qui supra.]

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentem sua sponte dicentem, quando liceat interpellare.*

2 *Confessor quando debeat, vel non interrogare, audito pœnitente. & seq. nu.*

3 *Interrogatio quo casu imprudenter fiat.*

4 *Iudicis quare partes sint reum interrogare, & confessoris audire.*

5 *Confessionalia quædam referta interrogatiunculis, & circa eas studium quorundam non laudandum. & nu. 7.*

6 *Confessoris munus, quod sit; & finis confessionis qui.*

8 *Interrogatione vbi abstinendum confessori.*

9 *Pœnitentem quibus admoneri oporteat à confessore, si sit interrogandus.*

10 *Verba, paulo pluribus, vel paucioribus vicibus, quem habeant intellectum.*

11 *Confessori quid nam sequendum, & quæ ratio tenenda in interrogando.*

12 *Interrogatio ne inepta, neue imprudens, neue eadem omnibus fiat, videndum confessori, & nu. seq.*

13 *Confessionis contaminatores non confessores, qui sint.*

14 *Pollutiones breuiter explicandæ, & quomodo, vide: & admonendus pœnitens de modo si opus sit, nu. seq.*

16 *Peccatorum numerus, quomodo inuestigandus, & quomodo pœnitentis conscientia adiuuanda.*

17 *Clausula confessionis generalis addenda in fine confessionis, quæ sit.*

18 *Confessio generalis valet ad remissionem mortalium oblitorum, & venialium in attrito.*

19 *Confessio generalis, quæ dicitur in missa, ad quid valeat.*

20 *Peccata omnia commisisse, qui dicit in confessione generali, quare falsum nõ dicat.*

De interrogatione, qua suppletur discussio in sufficiẽs pœnitentis. Cap. XXV.

1 QVandiu† quisque dixerit, quòd meminerit, & eo ordine, quo meminerit, attentè, & sine interruptione audiendus est: nisi forte uideretur admonendus obiter, ne nominet personam aliquã, ne superflua dicat, vel alia huiusmodi; uel si aliqua non intellexit, præcipuè de mortalibus, replicanda curet, ut melius intelli-
2 gat. Postquam uerò† dixit, si sibi non uidetur omnia dixisse, tenetur ipse interrogare sub pœna peccati mortalis, quoties credit pœnitentem taciturum, nisi interroget, quod necessario confitendum sit, argu. tex. in l. ubicunque. ff. de interrog. actio. Quando uerò credit bona fide nihil

hil de necessarijs à pœnitente omissum, siue quod omnes peccatorum locos ordine suo attigerit, siue quod paruo ante tempore cōfessus fuerit, siue quòd eum sciat vita esse rectissima, parumque, aut raro à Dei vita deflectere, non tenetur
3 interrogare. Imo † nonnunquam id faciendo imprudenter ageret, Nauar. c. 1. §. diligens, de pę n. dist. 6. (v. g.) si virum se multo eruditiorem, multoque meliorem magna cum diligentia sua peccata confitentē interrogaret, pręsertim, quando qui confitetur eruditus esset, & versatus in sacris, qui crebro celebraret, & crebro confiteretur: nam vt inquit Sotus in 4. sent. dist. 18. quæst. 2. art. 4. col. 14. officium per se Confessarii non est interrogare, sed audire pœnitentem. In
4 foro † namque criminali, quo proceditur ad punitionem, debet iudex interrogationibus reum examinare: sed in foro pœnitentiario, quo non proceditur per vim coactiuam ad extorquendam confessionem, sed per spontaneam voluntatem confitentis, quantum est de se, satis est simplicem confessionem audire, & secundum illam iudicare. Vnde in canone, consideret, de pœnit. dist. 5. non admonetur Confessarius inquirere, sed pę nitens sua peccata, & qualitates considerare. Sola ergo pœnitentis ignorantia, vel erubescentia, secundum Sylu. in ver. confessio, 1. quæst. 17. est in causa, vt canon, omnis, extra de pœn. & remiss. discretum sacerdotem admoneat, vt diligenter peccatoris circunstantias, & peccata inquirat, pœnitentisque adeò conscientiā aliquibus interrogationibus perscrutetur. Hoc aduersus ista confessio-
5 nalia, † quæ vulgo circunferuntur, admonuerim, in quibus tantus est interrogationum aceruus, vt pœnitentibus salubrius esset illarū multas ignorare: pręsertim cum nonnulli sacerdotes, vt earū se peritos ostendant, nullam prætermit-
6 tant. Cum tamen Confessarii † munus sit potius totis neruis incumbere, ut pœnitentem firmissimo proposito confirmet, vt in futurum caueat. finis enim cōfessionis est pœnitentis salus, quæ prævia diuina ope in illo proposito, & cautela consistit, vt summam det operā nunquam amplius recidendi. Et tamen videas, quàmplurimos tam confitentes,
7 quàm † Confessarios, qui putant totum negotium consistere in hoc, quod nihil inconfessum prætereatur. Cæterum de terrore, & persuasione in futurum, nec verbum vllum faciunt. Qui quidem mihi vidétur, vt est in Euangelio, Matt. 12. domum scopis mundare, vt spiritus immūdus cū suis septem satellitibus reuersus illam mūdatam inueniat. Igitur pru-
8 dentia † sacerdotis sit, vbi pœnitens prudens apparet, neque tanta sit sarcina peccatorum onustus, dicitque se diligētiam fecisse pro virili, & iudicio suo nullius esse oblitum delicti, nihil amplius interrogare. Vbi autem pœnitens non apparet tanta prudentia esse præditus, nec tantam suæ conscientiæ curam gerere,
9 sed eius notę esse, vt sit † omnino interrogandus, tunc proposita benignè spe misericordię Dei, sacerdos eum animare curet, vt verè, liberè, atque integrè ad interrogata respondeat, (quod cum pueris, ac puellis maximè est necessarium) ne aliquod per verecūdiam taceant, quod eò maximè fiet, si se beneuolum exhibuerit, affabilem, & humanum, [ostēdatque erubescentiam esse animæ hostem atrocissimum, quæ instar latronum obturantium ora eorum, quorum domos spoliant, ita vt clamare non possint, obturat os pęnitentis, ne vocem confessionis emittat. Ipsa etiam est, quæ obturat os virus euomere parato, & aquis submerso, atque impleto, ne aquæ effluant, & pleno serpentibus, & alijs reptilibus uenenosis, ne ab eo exeant. Ipsa est fręnum diabolicum, quod tenet os pęnitentis in fręnatum, ne loquatur cōtra eum. His, & alijs exemplis admonendus est pęnitens, vt illam abijciat, eamque toto studio, atque viribus prosequatur.] Curet etiam, vt certa pro certis, dubia pro dubijs dicant, (verbi gratia) toties hoc feci,
10 paulo † pluribus, aut paucioribus vicibus.

bus. Et si postea occurrit memoriç se fecisse errorem notabilem in numero, ut si dixit decies paulo pluries, & postea memor sit, quòd commiserit vicies, iterum confiteatur excessum. Si autem non sit notabilis, vt si comperit se peccasse duo decies, non est necessarium, quia iam sub dubio dicens paulo pluries, vices illas confessus est, Sotus distinct. 18. q. 2.
11 art. 4. colum. 3. Discurrat † demum interrogando per præcepta, prout infra in secunda parte in interrogatorio patebit per septem vitia capitalia, & circunstantias eorum, & articulos fidei, & Ecclesiæ sacramenta, atque pietatis opera, & sensuum abusum, iuxta Syluest. in ver. confessor, 3. quæst. 14. Diligenter igitur inquirat, & subtiliter inuestiget, & callidè extorqueat de ore pœnitentis peccata, quæ forsitan ignorat, vel verecundia videt velle tacere, Sylu. in ver. cõfessio, prima quęst. 17. Procedat autem ordinatè: nisi mors, vel frenesis, vel linguæ impedimentum timeatur, sicut in capitulo seq. examinabimus.

12 Interrogationes † autem formentur non quidem in omnibus, ne molestetur pœnitens, sed conuenientes sint statui, officio, & conditioni pœnitentis: nempe de illis peccatis, quæ in illo statu frequenter fieri consueuerunt. Non enim interrogandi sunt milites de peccatis clericorũ, nec econuerso. In venereis multiplex cautio adhibenda est, ne pœnitens discat à Confessarijs quod nescit. Primũ igitur vtantur verbis honestis, & à lõge sumant interrogationis initium, gradatim à communioribus descendãt ad particularia, quæ si pœnitens non agnoscit, non est de speciebus interrogandus, ut qui de contactu aliquo inhonesto interrogatus negat, non de hoc, vel illo modo, vel specie contactus debet interrogari, sicut quidam faciunt, quos Ange-
13 lus in Summa, nõ † Confessores, sed potius confessionis contaminatores appellat, qui ait eosdem sæpissimè peccare huiusmodi se interrogationibus oblectantes, ob id quod ea faciunt. Demum in interrogationibus præstat sobrium esse, quàm nimium, ne si sacerdos rem minutius, quàm necesse est inuestigare conetur, sibi, & pœnitenti tentationem excitet. Habita ergo specie peccati in talibus progredi non expedit ad alias circũstantias. Dicant ipsi, si volunt. Nec per-
14 mittat † Confessarius pœnitentem longius explicare illas pollutiones, sed moneat, vt secum cogitet verisimilem numerum, vtputa, non dicat, feci hanc fornicationem, postea hanc secundam, &c. sed satis est eas vno verbo comprehendere. Dicens: Decies, aut vicies fornicatus sum, aut falso iuraui, nisi aliquam horum circunstantiam habuerit mortaliter aggrauantem. Sic qui cum fœmina osculo, tactu, & pollutione extra vas naturale peccauit, debet tacere illas partes, in quibus tam fœdam turpitudinem cõmisit. Sufficit enim dicere, Peccaui extra vas naturale, & si dicere incipiat, obuiet illi Confessarius, & eum doceat non esse necessarium, neque vtile exprimere modum, quo se fœdauit. Sed for-
15 te † dicat quis pœnitentem putaturum se non satisfecisse, nisi omnia singulariter, minutimque expresserit, & ideo męstum, ac sine consolatione vacuum rediturum: quoniam si Confessarius eũ docuerit sufficere, si peccatorum species exprimatur, neque oportere modos illos peccandi obscenos aperire, abibit ab eo ignorantia, vnde nascebatur desolatio, & pro ea suauissima succedet conso-
16 latio. De numero † peccatorum oportet etiam interrogare, sed non adeò subtiliter, vt fastidium generet pœnitenti, sed satis est, vt plus, & minus secundum æstimationem suam quisque dicat quoties peccauit. Et vt magis iuuari possit pœnitentis consciẽtia, interrogare oportet, num præueniat tentationes, an resistat, iuxta tex. in cap. consideret, de pœnit. dist. 5. tum de bonis inspirationibus
17 num resistat, an obediat, [dicat † quòd dolet, & confitetur de bonis omissis, scilicet de tempore male expenso. Item quia animas proximorũ à Deo eripuit, & ere-

& ereptas à se, vel ab alio in malo confirmauit, quòd multis mali fuit exẽplum, quòd bonis peccando tristitiam intulit, quia iniustissime Deum offendit, hæc & alia habentur in d. cap. consideret. Non tamen hæc omnia ad vnguẽ semper sunt seruanda, sed Confessor discretus eliget, secundum quòd qualitas personæ, & verborum exiget, & quod expedire sibi videbitur. Hæc enim diximus ad eruditionem simplicium Confessorum.] In fine postea confessionis addere faciat clausulam generalem, idest de cunctis meis peccatis mortalibus, & venialibus oblitis, confessis, occultis, & alienis, atque diebus festis commissis dico meam culpam, & precor &c. vsque in finem
18 confessionis. Quæ quidẽ confessio † generalis, qua quis post specialẽ omnium occurrentium memoriæ dicit suam culpam de omnibus alijs commissis, cogitatione, locutione, &c. valet ad remissionem mortalium oblitorum, secũdum Doctores, etiam si non esset contritus, sed attritus solum, quia secũdum S. Thomam, & alios Theologos, in confessione fit quis de attrito contritus uirtute clauium, & multò magis valet ad remissionem venialium ex quatuor secũdum S. Thomam, idest ex contritione confitentis, humilitate confessionis, oratione sacerdotis, & ex publica persona, & clauium potestate: sed intellige, modo quis sit de eis saltem virtualiter contritus, vel attritus, alioquin stante voluntate ad illa in hac vita remitti non possunt: quia esset causa sine effectu, idest voluntas peccandi sine peccato, Syluest.
19 in verbo, confessio. 1. nu. 1. Verum † reperitur alia confessio generalis, sed non sacramentalis facta contra peccatum in Missa, Prima, & in Completorio, & hæc secundum D. Thomam, efficax est ad remissionem venialium ex toto, uel in parte, & hoc ex contritione confitentis, & humilitate confessionis, & oratione sacerdotis. Imo & cuiuslibet dicentis, Misereatur. Non autem clauiũ potestate, & secundum Petr. ad remissionem pœnæ debitę pro mortalibus, remissa prius culpa. Nunquam tamen per hanc remittitur culpa mortalis, & oblita sine contritione, secundum Archid. quia ibi virtus clauium non facit de attrito cõtritum, imo nec venialis eadem
20 ratione. Qui † autem in hac dicit se omnia peccata commisisse, falsum non dicit: quia loquitur in persona omnium fidelium; vel secundum August. in uno peccato possunt multa notari: cum enim quis peccat mortaliter, committit homicidium, occidendo animam suam; committit furtum, quia se subtrahit Deo. Adulterium; quia recedit à Deo, & fornicatur cum diabolo. Periurium; quia fidem promissam in baptismo non seruat, ita glossa in capit. cum humilitatis, 22. quæst. 2.

SVMMARIVM.

1 *Periculum mortis, quando dicatur esse in infirmo.*
2 *Presbytero cuicunque catholico sine iurisdictione potest infirmus confiteri in articulo mortis, non sic de præciso; & quid de excommunicato denunciato. numero seq.*
4 *Confessionis ordo in articulo mortis cũ pœnitente, qui.*
5 *Infirmo licet perficere confessionem nutu, in articulo mortis, & est absoluendus.*
6 *Infirmus in extremis, si cœpta confessione, & ictu doloris tactus, roget confessorem differre, debet omnino absolui. vide exẽplum.*
7 *Infirmus, confitendo si fiat moribundus, absoluendus; & explicato peccato reseruato, quid agat Confessor; quidque admoneat infirmum.*
8 *Vsurarius publicus infirmus, quomodo admittatur ad confessionem.*
9 *Infirmo an iniungenda pœnitentia, & qualis.*
10 *Pœnitentiam, vt quis agat hic pro eo, curet infirmus, proderit enim ei in purgatorio.*
11 *Infirmum monere debet, vt restituat, si quid*

quid debet, doleatq́; non fecisse; si nolit, non absoluendus.

12 *Aliena, certa certis, incerta pauperibus restituenda, relinquendaq́;.*

13 *Testamentorum executores si diu differunt exequi, peccant.*

14 *Executores differentes exequi, necatores animarum dicuntur.*

15 *In purgatorio an detinebitur defunctus, ob negligentiam hæredum in soluendis debitis.*

16 *Eleemosynæ dilatæ, an cedant in detrimentum defuncti, & quando, distingue, vt ibi.*

17 *Exemplum pessimi executoris in re ei tradita, destinata in eleemosynam à defuncto.*

18 *Executor differendo ex voluntate defuncti, vt res hæreditariæ meliores fiant, an peccent. & nu. seq.*

20 *Executor datus ad distribuendum in pias causas, potest addere pro supplemēto congrua dotis.*

21 *Nobilis alimenta habens, & egens aliqua sustentatione, pauper habetur.*

22 *Relicta ad pias causas, vel vt distribuantur pauperibus, pro puellis maritandis, erogari possunt.*

23 *Bona restituenda, etiam filiis testatoris pauperibus, & spuriis dari possunt.*

24 *Confessionem audire potest laicus, quando periculum est in mora; non absoluit tamen.*

25 *Contritionis signa, nullis expressis peccatis nutu, vel voce, non sunt absolutione digna.*

26 *Dicto vnius quando sit fides adhibenda.*

27 *Nullo peccato expresso infirmus à peccatis absolui nequit, licet bene à censuris.*

28 *Extrema vnctio, vi etiam adhibita, datur; & absolutio est deprecatiua in hoc sacramento.*

29 *Signis præmissis, infirmum ante phrenesim contritum demonstrantibus, non deneganda Eucharistia, secundū Nauar.*

30 *Infirmo amentia affecto, per annum non confesso, peccatori notorio, nullis signis præmissis, absolutio & sepultura deneganda.*

31 *Vnctionis sacramentum, neque infirmis desperatis, nec furiosis, nec pueris datur.*

32 *Peccatorum reliquiæ sunt habitudines.*

33 *Pueris extrema vnctio ministrari quando possit.*

34 *Sacerdos post vnctionem, & assistere, & monere debet ægrotum, quomodo resistat dæmoni.*

35 *Sacerdos à terrenis ad cœlestia auocare debet infirmum.*

36 *Mors voluntate accepta, vel etiam vi, est pœna venialium, partimq́; mortalium.*

37 *Mortis naturalis tria sunt genera.*

38 *Infirmus extra articulum mortis non debet absolui à reseruatis, nec ab excommunicatione.*

39 *Pœnitenti indulgentiam habenti in articulo mortis, quomodo absolutio detur, remissiuè.*

Qualiter se gerere debeat Confessarius erga infirmos. Cap. XXVI.

SEd vt separatim aliquid de infirmis dicamus, sciendum est, quòd aliter Confessarius se gerere debet circa infirmos, qui sunt in mortis periculo, aliter circa
1 eos, qui ab hoc periculo lōge absunt. † Periculum autem mortis dicimus non solum, quando infirmus laborat in extremis, & medici de illius obitu indubitanter pronunciant, sed etiam, quando contingit probabiliter mori ex illa infirmitate, & medici dubitant. In primo igitur
2 casu, quando † infirmus est in mortis articulo, & periculum est in mora, veluti quando mors, vel linguæ impedimētum in pœnitente timeretur, tunc confiteri potest cuicunque presbytero catholico, quamuis presbyter ille non haberet iurisdictionem actualem ordinariam, uel delegatam, quæ ad peccata sibi confessa extendatur, argum. cap. quod de his, de senten. excommun. cap. pastoralis. §. præterea,

terea,de offi.ordin.cap. si quis suadente, 14.quæst.7.Si tamē esset præcisus ab Ecclesia,quia hæreticus, vel schismaticus, non posset illi confiteri, quamuis alius non reperiatur, ita glo.communiter approbata in cap.præter hoc,§.porro,versi. per manus,distin.32. Panor. in cap.non est nobis,de sponsa.qui improbat glo.in d.c.non est nobis, tenentem contrariam opinionem, & nos late supra,cap.13. de
3 potest.confess.probauimus. Verum † an excommunicatus publice denunciatus, quique per Ecclesiæ constitutiones vitandus est, possit sacramentalem absolutionem etiam existenti in articulo mortis ministrare? Respondetur,quod communis omnium sententia est,quòd non: & ratio est ob defectum iurisdictionis, quæ cum sit necessaria; per excommunicationem, eiusque denunciationem est omnino extincta:tamen Melchior existimat nō esse ambigendum posse licitè suscipi sacramētum pęnitentiæ in casu necessitatis ab excōmunicato nominatim denunciato. Quasi Ecclesia catholica eo in casu non abstulerit excommunicato iurisdictionem, quam quilibet sacerdos iure diuino habet in articulo mortis, nō tantum proprius curam animarum habens,& hęc opinio defendi potest,vt per Couar. in cap.alma mater,de senten.excommu. 1.par.§.6.octaua conclusio. Igitur debet sacerdos in tali casu, quando periculum est in mora in interrogationibus illum seruare ordinem, quem di-
4 scretio dictauerit. Ordo † autem (ni fallor) hic erit, vt reiectis, & prætermissis culpis leuioribus de iis primum interroget, quæ grauiores, & principaliores sunt, tū demum de minutioribus; videlicet si temporis angustia, & morbi grauitas patietur;& si forte infirmus perfe-
5 cte † confiteri non potest,sufficit vt voce, vel nutu aliquod mortale explicet,siue saltem veniale in particulari, vt possit sacramentaliter absolui,quāuis non perficiat confessionem: & ratio est,quia illa est confessio in particulari, neque vitium habet dimidiationis:nam si qua est causa diuidendæ confessionis, nulla maior esse potest,quàm impossibilitas, quæ à natura procedit, nec satis esset respondere, quòd tūc cōtritio illi sufficiet apud Deum: nam euenire posset, vt ille esset solum attritus,qui per sacramentum fieret contritus, nec tamen illi in promptu subueniri posset per Eucharistiam:& cū ille ius habeat ad absolutionem, iniuriosum sacrilegium esset eam illi denegare, eo præsertim tempore, quo in re dubia in eam partem inclinandum est,vt Ecclesiasticis subsidiis exeūti ab hac vita succurratur. Hinc duo inferūtur. Primum,
6 quòd si laborans † in extremis vocaret Confessorem, & aliqua peccata cōfiteri inciperet, sed dolore tactus non posset terminare absolutionem, & precaretur sacerdotem, quod confessionem differret, quod ipse amplius loqui non posset, tunc Confessarius debet illum absoluere: sufficit enim quod pœnitens dicat, Confiteor de iis,quæ dixi, atque multis alijs,quæ confiteri nequeo,de quibus peto veniam;etiam nō obstante quod confessio non sit integra, ea ratione,qua supra. casus iste accidit cuidam Confessario perito, sed minus experto, qui differens absolutionem,postea rediens inuenit pœnitentem mortuum. Secundùm.
7 Laborans † in extremis confitetur, sed eò imbecillitatis, ac debilitatis venit, vt iam iam spiraturus videatur, tunc Confessarius id metuens,ne inter confitendum exhalet animam,potest eum absoluere dum confitetur, etiam absque vllius pęnitentiæ impositione expressa,Nauar. cap.26.num.21. & 28. & ratio est, quia iam habet materiam,de qua iudicare potest. Quando tamen infirmus in particulari explicat aliquod peccatū reseruatum, vel annexam habens excommunicationem sacerdoti,qui facultatem non haberet absoluendi,tunc debet talis sacerdos in casu, quo superior adiri non potest,absolutionem impendere, cum tali admonitione, vt si à morte liberetur, non teneatur se præsentari superiori pro casu reseruato nō habente annexam excommu-

communicationem, sed pro habente sic. Adeo quòd si sublata infirmitate quam cito commodè potest, non se præsentet, recidet in eandem excõmunicationem, c. eos qui, de sent. excommun. lib. 6. Debet etiam ab aliquo casu bullæ cęnæ Domini absoluere cũ moderatione, de qua infra titulo de excommunicatione, titu. 12. Alias absoluens esset excommunicatus excommunicatione Papali. Sylu. in uer. Absolutio 1. nu. 8. & 9.

8 Sic etiam si infirmus † esset usurarius publicus, non posset talis admitti ad confessionem, & communionem: nisi facta prius cautione de restitutione usurarũ, uel promissione ab hęredibus de huiusmodi, secundum formam iuris, quæ habetur in c. quanquam, de usur. lib. 6.

9 His peractis non est † pœnitentia infirmo iniungenda, cum eam facere non possit, sed tantum innotescenda, & hoc magis per modum consolationis, ostendendo ei benignitatem Dei remittentis, quàm per modum horroris, ostendẽdo seueritatem iustitiæ punientis, ut habetur in c. ab infirmis. 26. quæst. 7. Declarando sic, Talem tibi præciperem pœnitentiam, si esses sanus: sed quia infirmus es, non tibi iniungo, si tamen decesseris, facies talem eleemosynam, vel iniungas tuis hęredibus pro te faciendam pro hac pœnitentia: si autem conualueris, facies pœnitentiam, quæ tibi iniuncta fuerit, vel talem, determinando sibi, & tunc absoluat ab omnibus peccatis, si est contritus.

10 Debet etiam sacerdos consulere † morienti, vt quęrat si est aliquis amicus, uel consanguineus, qui uoluntariè sit paratus pro eo facere pœnitẽtiam, quia si inuenit, & ille acceptat pœnitentiam, & adimplet in statu gratiæ, ualebit illi ad satisfactionem in purgatorio, D. Anton. 3. par. sum. titu. 10. de statu morien. & in summula. 3. parte interrog. c. 17. de infir. Sylu. in uer. satisfactio. q. 4.

11 Super omnia autem monendus † est infirmus diligenter, ut si alicui debet ratione delicti, uel contractus, aut depositi, vel testamenti, statim si commodè potest, restituat, & faciat Confessarius eum verè pœnitere, quoties in uita potuit restituere, & non restituerit. Sin autẽ commode restituere non potest, prouideat, vt quàmcitissime post mortem eius restituatur, argum. tex. in cap. peccatum, de reg. iur. lib. 6. Ne discedens cum alieno ab hoc seculo in æternum damnetur. Quod si noluerit sufficienter disponere de restitutione facienda, non est absoluendus. De hac materia uide aliquos casus, de restitutione, par. 2. c. 36. de tempore restit.

12 Caueatque ne † aliena hęredibus, aut Ecclesiis relinquat: sed certa pro certis. incerta pauperibus, qui sunt eorum hæredes, cap. cum tu. de usur. & de restitutione, & legatis ad pias causas pro anima sua ita disponat, quòd cito cogantur exe-
13 quutores † expedire, & non differre, sicut quotidie faciunt: qui hæredes si differunt, & pręcipuè per multum tempus, peccant mortaliter tam ipsi, quàm executores: & nec excusantur, quia sine magna incommoditate hæredes hoc facere non possunt. Nec executores, ne displiceant, vel damnum inferant hæredibus, & si ipsi non possunt, debent denunciare Episcopo, qui eos cogere possunt, extra de testam. cap. Ioannes, & quod peccent mortaliter tales executores, & hæredes multum differentes, probatur per tex. in c. qui oblationes. 13. q. 2. vbi nullus debet excommunicari nisi pro peccato mortali, 11. quæst. 3. cap. nemo, cap. nullus, cap. certum. sed illi per illum textum mandantur excommunicari: imo quandoque hoc fit per constitutiones synodales. ergo. Præterea notabile nocumentum inferunt animabus proximo-
14 rum, vnde † ibi dicuntur necatores animarum, nempe subtrahendo suffragium illud eis.

15 [Sed an † defunctus, qui testamento mandauit hæredibus, vt sua debita creditoribus soluerentur, detinebitur in purgatorio, si hæredes fuerunt negligentes, vt ea non soluerent. Respondeo,

quòd non. Ratio est, quia culpa hæredũ non debet nocere defuncto: nã quamuis Deus soleat in hoc seculo quosdam pro peccatis aliorum punire, defunctos tamen tam in purgatorio, quàm in inferno existentes non nisi pro suis propriis peccatis punit. de quibus illa sententia Dei verissime accipitur: Filius non portabit iniquitatem patris; nec pater filii. Secus in hoc seculo. Nam constat filium Dauid fuisse mortuũ propter peccatum patris, & pro peccato Sodomitarum paruulos eorum, qui beneficio ætatis paterna flagitia nesciebant, cœlesti igne fuisse consumptos. 24. q. 3. in princ. In alio autem seculo non sic. Ac proinde si defunctus sit illic sufficienter purgatus, non remorabitur amplius in purgatorio propter negligentiam hæredum. Nec obstat dictum Augustini dicentis, Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Nam procedit contra eos, qui nec actu, nec voto restituunt quod debent, quod in hoc casu non contingit. Fateor tamen quod debita defunctorum soluere prosit defunctis, qui in purgatorio sunt vt citius purgentur, sicut ex sequenti quæstione patebit, si tamen sint sufficienter purgati, non illis oberit negligentia hæredum debita non soluentium. ita Medina C. de confess. q. 43. circa finem.]

Sed an mortuus aliquod detrimẽtum sentiat ex hoc, quòd eleemosynæ, quas
16 mandauit † dari, retardentur. Respondet D. Tho. quodlib. 6. art. 13. quòd hic opus est distinctione. Considerandum enim est duplex detrimentum, vnum, quod pertinet ad totalitatem pęnæ, iuxta illud, 1. Corint. 13. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. aliud, quod pertinet ad subtractionẽ remedii. Rursum distinguendum est ex parte eleemosynę, & effectus eius. Quantum enim ad meritum eleemosynæ nullum detrimẽtum patitur defunctus ex ipsa tarditate, maximè si quantum in ipso fuit, curam adhibuit, vt ipsæ eleemosynæ cito darentur: quia meritum principaliter ex intentione, & voluntate dependet. Sed quo ad effectum eleemosynę patitur detrimẽtum, non quidem vt pro huiusmodi tarditate puniatur, sed quia remedium ei non adhibetur, dum suffragia differuntur, ex quibus plurimũ iuuaretur. Hinc
17 † infert B. Turpinus in sua historia expeditionis Hispaniæ, cap. 7. de quodam milite, qui morti proximus cuidam suo consanguineo pręcepit vt equum, quem infirmus habebat venderet, preciumq; clericis egenis erogaret. Quo mortuo equum 100. solidis vendidit, preciumque in cibis, potibus, & vestibus velociter expendit. Transactis triginta diebus apparuit ei mortuus in extasi dicens, quoniam res meas distribuẽdas pro animæ meæ commendatione in eleemosynas tibi commendaui, scias omnia mea crimina Deum mihi dimisisse: sed quia iniustè eleemosynam meam retinuisti, per triginta dies in tartareis pęnis morã me intelligas fecisse: Te autem in eodem loco infernali, vnde egressus sum, die crastina scias ponendum, & me in Paradiso sessurum. sequenti die à dæmonibus ca-
18 ptus fuit, vt ibi late per eũ. Sed an † peccet hæres, siue executor si satisfacit defuncto præcipienti vt distribuãtur eleemosynæ pauperibus: sed tardat distributionem eleemosynarum, vt res defuncti melius vendantur. Respon. D. Thom. quodlib. 6. art. 14. quod si executor per modicum tempus eleemosynã dare differat, vt rebus defuncti melius uenditis, ampliores eleemosynas dare posit, laudabiliter facit. at si per multum tempus differat eleemosynas distribuere, non vt multo ampliores faciat, non videtur esse absque culpa: quia forte defunctus à purgatorio liberaretur, in quo existenti remedium suffragiorum maximè necessarium erat. Hoc autem requirit prudẽtis executoris examen, vt consideratis dilatione temporis, & conditione personæ, quæ creditur citius, vel tardius liberanda, & etiã quantitate agumenti eleemosynarum faciat, quod uidebitur expedire defuncto. Sequitur Archiep. Flor. in tertia parte sum. titu. 10. capitu. 3. par. 12.

19 Ex † iis igitur patet, quòd si executor distributionem eleemosynarum differt, vt hæredi prosit, vt res melius vendantur, non vt ampliores faciat, vt animę defuncti proficiat, nō est tutus quo ad Deum, quod animaduerte. Rursum quæritur,
20 an possit tuta cōscientia† executor alicuius testatoris datus ad distribuendum in pias causas erogare pro supplemento cōgruæ dotis, vt possit puella condecenter, secundum suam conditionem maritari. Respondeo, quòd sic, quia tunc censetur pia causa, vt matrimonia condigna contrahantur: nam nō dicitur posse nubere, quando honeste nubere non potest secundum suam conditionem. l. nepos Proculo, ff. de verb. sig. facit tex. in l. plenum. §. equitii, ff. de vsu, & habit. ita Bald. not. in suo tractatu de dote, 4. col. in fi. Ad cuius etiam confirmationem facit, quod notanter voluit Bal. in l. si quis ad declinandum, 3. colum. versi. circa tertium. C. de episc. & cler. vbi voluit, quòd
21 si aliquis est † nobilis, qui habet alimenta, sed suam dignitatem conseruare non potest, poterit Episcopus, vel executor testamenti, qui habet bona testatoris distribuere in pauperes, aliquid ipsi nobili erogare in subsidium vitæ, vel dotiū: quia licet non sit omnino mendicans, tamen secundum statum natalium suorum aliqua sustentatione eget, & ideo inter pauperes numeratur. Quare amplia dictum Baldi non solum procedere,
22 quando † testator mandauit bona sua distribui in pias causas, quia tunc potest distribui pro puellis maritandis, vt etiam inquit Bald. in l. post mortem, col. penul. C. de fideicom. sed etiam si iussit illa distribui in pauperes. Adde etiam tex. in cap. consideranda, 86. dist. vbi dicitur, quod præcipuè subueniendum est nobilibus paupertatem incurrentibus, qui mendicare erubescunt. Amplia etiam secundo, quòd potest executor distribue-
23 re† bona testatoris, vel etiam male ablata filijs eius, si sint pauperes, siue partem, & fortè etiam totum, ita Rayn. de Penna forti in secundo libro sui operis, sub titulo de forma restitutionum, quem refert, & sequitur Bald. de pace tenen. inter subd. lib. feud. cap. 1. §. iniuria. Quinimo, vt voluit Bald. in cons. 95. potest etiam distribuere filiis ipsius testatoris, etiam si sint spurij: cuius ratio est, quia pater saltem de æquitate canonica tenetur eos alere, capit. cum haberet, de eo, qui dux. in matrim. sed vt ad rem, à qua paulisper digressi sumus, reuertamur: Si
24 infirmus † est in tali statu, & articulo mortis, vbi periculum est in mora, & haberi non potest copia sacerdotis, potest laico confiteri, cap. quem pœnitet, de pęniten. distinct. prima. Imo laude dignus est aliquando ratione humilitatis, aut petendi consilij, non tamen necessariū: qui quidem non potest à peccatis absoluere: cum non habeat claues Ecclesiæ, glossa singu. recepta in cap. pastoralis. §. præterea, de offic. ordin. Imo hæreticum esset affirmare potestatē absoluendi esse penes laicos, vt habetur per Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. sed neque laicus absoluere poterit ab excommunicatione, vt inquit glo. ibi, comprobata ab omnibus in d. § præterea. & Imola in l. prima, col. 3. ff. de publi. iudi. contra Panor. in cap. à nobis, de sentent. excommun. & ideo si confessio fiat laico, tenetur si euadat, iterum de omnibus illis peccatis confi-
25 teri. Qui verò, † nec voce, nec nutu aliquod peccatum in genere exprimere posset, etiam si contritionis signa ostēderet, vel sacerdoti innueret, ut ipsum absoluat, uel in genere peccatorem se ostenderet, non debet illi Confessarius absolutionis sacramentum impendere. Igitur tali casu attentus sit sacerdos, ut semotis arbitris solus manens cum infirmo, satagat vt infirmus interrogatus de illis, quæ uerisimile est commisisse, uel gestu, uel nutu aliquod exprimat peccatum, ut ei sacerdotalem absolutionē exhibeat, alioquin id certè neutiquam licet, Sotus in 4. sent. distinct. 18. quæst. 2. art. 5. Nauar. cap. 26. nu. 28. & subdit quòd sacerdos, sic absoluendo peccat mortaliter. Idem sentit D. Thom. in 4. senten. dist. 17. q. 3. art. 4.

art. 4. & in resp. ad 3. q. & nec obstat. [26.quæst.6.is qui. vbi dicitur, quòd is, qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pęnitentiam. quia tex. ille non de absolutione sacramentali, sed de absolutione excommunicationis intelligitur, vt sentit glo. quæ allegat tex. in cap. à nobis, de senten. excommun.

26 Sed nunquid credatur simplici † verbo vnius testis dicentis moriturum inuitasse sacerdotem ad confitendum. & videtur quòd non: tum quia tex. in d.c. is qui. pluraliter loquitur: tum, quia vox vnius dicitur vox nullius. l. iusiurandi. C. de testi. tum, quia iure diuino cauetur, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, vt habetur in cap. nouit, de iudic. Tamen contrarium determinat ibi glo. vt vni soli credatur: quia istud non cedit in præiudicium nullius, c. cũ itaque, de consecr. dist. 4. & cap. placuit. Est etiam alius casus, vbi creditur dicto vnius, vt in sacerdote testificante super emendatione, & pęnitentia pęnitentis; quia creditur plenè sibi soli cum iuramẽto in eo, ꝙ deponit Titium fuisse emendatum, & confessum, & sumpsisse pœnitentiã salutarem, ex quo per alios probari non potest, ita tex. vbi etiam Archi. in cap. in capite, dist. 50. glos. & Archid. in cap. ipsi Apostoli, 2. quæst. 7. Abb. in cap. testimonium, colum. penul. de testi. Fel. in cap. 1. colum. 2. de except. Idem in cap. nemo, de simon. Et hoc multum prodest in foro contentioso, quando aliquis repellitur à testimonio, vt criminosus, vel excommunicatus: nam si probatur de crimine, oportet eum probare ꝙ fuerit emendatus, vt dicit Fely. in d. cap. testimonium, colum. 1. & ibi etiam Abb. quod probabit, probando per Confessarium se fuisse confessum, & fecisse pœnitentiam salutarem. Corroboratur hoc ex casu simili, & magis dubio, ac notabili. Quidam inquiritur quòd cognouerit puellam causa contrahendi matrimonium, & quòd per copulam subsecutam perfectum est matrimonium: Iste vult contrarium probare, quòd animus suus non fuit contrahendi cum ea matrimoniũ, quomodo hoc probabit? Dic, quòd potest super hoc examinari facere suum Confessarium, cui ipse confessus est animum suum, & veritatem, & dicto Confessario plenè credetur, glo. est sing. in c. tua nos. vers. qualiter, de sponsali. Iason in l. patre furioso, in 3. colum. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Ludou. Rom. in l. si non speciali. C. de testam. Igitur, vt ad rem deueniamus,] manifestum est

27 in articulo mortis † constitutum, quãuis signa contritionis ostenderit, si non est confessus saltem aliquod peccatum, non posse sacramentaliter à peccatis absolui, sed bene à censuris, ut colligitur ex Conc. Triden. sess. 14. cap. 7. in articulo mortis. Nauar. cap. 26. nu. 27. sic etiam porrigi posse sacramentum Eucharistiæ, nisi timeretur de vomitu: & multò magis, quando infirmus confiteri non potest, & ostendit signa contritionis, potest dari sacramentum extremæ unctio-

28 nis. Imo potest † infirmus ligari, & sibi uiolenter dari, quando propter phrenesim non permitteret se ungi, Arch. Flor. in summula de infirmis, 3. par. interrog. cap. 17. unde licet à sacerdote antequam ungatur infirmus, impendatur absolutio, illa tamen non est sacramentalis, sed deprecatiua, uidelicet Dominus noster Iesus Christus, &c. Quæ quidem absolutio intelligitur fieri à censuris, insuper & ab omni pęnarum reatu, si culpæ fuerint, uel antea per confessioné, uel tunc per contritionem remissæ, Sot. in 4. sent. distinct. 18. q. 2. art. 5. colum. 8. Nauar. cap. 26. nu. 27. uers. 19. ubi inquit, quòd

29 sacramentum † Eucharistiæ ministrari potest infirmo à iudicio mentis per phrenesim, uel aliàs alienato, qui antea signa contritionis ostendit, tundendo pectus, dicendo Miserere mei: uel Deus propitius esto mihi peccatori, aut id genus similia; etiam si non petiisset sacramenta, & ob-

& obstinatus multo tempore in peccato
mortali permansisset, nec per multos annos
confessus fuisset: quia censendus est
contritus, & in sacramenta deuotus, capit.
his qui, 26. quæst. 6. & à fortiori extremæ
vnctionis sacramentum, & absolutio
à quibuslibet censuris, si, & quatenus
eas incurrerit, c. à nobis, el 2. de sen.
excom. Sylu. in ver. vnctio. q. 5. Si au-
30 tem † non est diu confessus, vt per totũ
annum à confessione postrema, vel quia
notorius peccator subito amentiã incur
rendo absque signis contritionis nec an
tea, nec postea, morietur, huic etiam prę
ter denegationem sacramentorum deue
ganda esset ecclesiastica sepultura, c. qui-
bus, 13. q. 2. Nauar. qui supra, num. 33.
vers. 25. ex quibus quippe verbis, quãdo
infirmus confiteri non potest, & osten-
dit signa contritionis circa extremã vn-
ctionem obiter dicere existimaui, quòd
31 ad hoc sacramentum † exhibendum nõ
est expectandus articulus, quo infirmus
sensu prorsus careat, aut ille, quo omni-
no eius sit desperata salus: secũdo, quòd
amentibus, & furiosis non est sacramen
tum hoc concedendum, nisi aliquibus
peteretur lucidis interuallis, quibus pos-
sent deuotione erga ipsum adducti illud
petere: tertio, quòd neque pueris hoc sa-
cramentũ administrari potest: tum quia
deuotionem, & affectum erga ipsum ad-
ministrare non possunt: tum quia nõ est
institutum, nisi cõtra reliquias peccato-
rum actualiũ, quæ ipsi ante vsum ratio-
nis committere nequeunt, vel contra re
liquias originalis, quatenus per actualia
32 sunt confirmatę. Peccatorum † verò re-
liquiæ sunt habitudines, puta pronitas,
& procliuitas ad malum, & ineptitudo,
torpor, lãguor, & debilitas ad operandũ
33 bonum. Quod si quęras, quãdo † pueri
possint hoc vti sacramẽto. Respondetur
ꝙ ab illo tempore, quo illis viaticũ porri
gitur, nam hoc illi succedit, Sot. in 4. dist.
23. q. 2. art. 2. Consti. Neap. Syno. c. 18.
Sed post ministratum sacramentum tam
34 Sacerdos, † quàm consanguinei ægroti
infirmum salutaribus monitis, ac verbis
consolatione plenis adiuuare laborent,
quare assistere ægrotanti sacerdos debet,
& monere, vt constans sit in fide catho-
lica, & vt tentatus à dęmone quid cre-
dit; respondeat, quod S. Mater Ecclesia,
credit; & iterum tẽtatus quid illa credit,
respondeat, quod ego. Tentatus item
quomodo sit possibilis talis, ac talis arti-
culus. Respondeat, id ad gubernatorem
Ecclesiæ spectare, & non ad me, hoc sal-
tem tempore, quod satis est mihi simpli-
citer credere quod tot Apostoli, tot mil-
lia martyrum, cõfessorum, & virginum
crediderunt. Tentatus, quo ausu tan-
tus peccator, quantus ipse est, speret adi-
re locum, quem tot Sancti habitant. Re
spondeat, difficilius mihi est ex meritis
meis, quatenus mea sunt, cõfisus autem
meritis Domini nostri Iesu Christi, &
suæ gloriosissimæ Matris. Curet etiam
35 Confessarius, † vt erigat cogitationem
infirmi non ad vxorem, filios, amicos, &
temporalia, sed ad cœlestia, cum sit tran-
siturus ad domum æternitatis. Quapro-
pter colloquatur cum eo de morte, de
Paradisi gaudiis, & inhibeat cognatis,
vxori, & filiis, vt quam fieri potest, non
circunstent ægrotum. Et vt voluntariè
acceptet illam mortem; nam secundum
36 Scotum in 4. dist. 21. licet † mors sit ne-
cessaria, tamen si acceptetur voluntariè,
est sufficiens pœna pro peccatis veniali-
bus, & forte pro magna parte mortaliũ,
& consequenter multò magis violenta,
etiam si pro peccatis inferatur, quamuis
D. Thom. in 4. dist. 20. quæst. 1. artic. 3.
ad tertiam, consentiat quo ad violẽtam,
non autem quo ad naturalem, vide Syl-
uest. in verbo, mors, quæst. 2.
37 [Ex iis igitur collige † duplicẽ mortẽ,
naturalem, & violẽtam. Naturalis verò
mortis tria sunt genera. s. acerba, vt infan
tium; Immatura, ut iuuenum; Matura,
vt senum, Archid. notat in c. pręsenti, de
pręb. lib. 6. Et sic acerba, & immatura na
turalis dicitur. Quoties. n. non pęna, sed
natura subiicit, naturalis mors est. C. de
donat. int. vir. & vx. l. res vxoris. Violẽta
verò est ꝑ gladiũ, vt habetur 1. Reg. 15.]

Et hæc de existente in periculo mortis.
38 Cæterum † si infirmus est in articulo non tali, quòd laboret in extremis, sed in eo, quod medici dubitãt de eo, & frequenter contingit homines mori ex illa infirmitate, tunc si haberi potest copia proprij Confessoris, non debet Confessarius absoluere à reseruatis, & multo minus ab excommunicatione, Nauar. capit. 26. num. 27. Quod eò magis intelligendum est, quando nullum esset periculum mortis: nam tunc si haberet peccata Episcopo reseruata, vel habentia excommunicationem, tunc debet Confessor ire, vel mittere ad superiorem, si potest pro authoritate huiusmodi, eo modo, quo nõ prodat peccatorem; nisi prius ille dederit facultatem nominandi eum.
39 Si autem † infirmus habet indulgẽtiam in articulo mortis à Papa, tunc appropinquãte morte qualiter Confessarius eam impendere debeat, vide Archiep. Flor. in summa, de infirmis. cap. 17. Nauar. cap. 26. num. 30.

SVMMARIVM.

1 *Confessorem facilem potius, quàm seuerum oportet esse. & admonitio ad pœnitentem.*
2 *Confessarius, an vere contritus sit pœnitẽs, animaduertere debet.*
3 *Pœnitens non contritus, quibus rationibus adducatur ad contritionem.*
4 *Pœnitens ex gratia amissa, ex scandalo, & tristitia oblata proximo dolere debet.*
5 *Reprehensio modò dura, modò blanda esse debet, & quare.*

De diligentia Confessarij in iuuando pœnitentem ad contritionem. Cap. XXVII.

CVm multa alia, tũ illud in primis curare debet solers Confessarius, vt pœnitens nihil retineat, sed omnia, quæ admisit, sua sponte, seu interrogatus liberè
1 depromat. Propterea, † quòd sunt nonnulla peccata, quæ aut timore, aut verecundia facile retinentur, præsertim si Confessarius nimiam seueritatem præseferat, ea aggrauando, vel pœnitentem nimijs reprehensionibus deterrendo. Propterea solers, ac dexter esse debet, ut potius benignitate alliciat, atque animet pœnitentem, vt cum fiducia sincerè dicat omnia, quàm quadam austeritate deterreat. Et ne pœnitens errore ductus album dicat esse nigrum, & nigrum album, si viderit eum hic errasse, doceat ipsum multa putasse mortalia, cum sint venialia, & contra; multaque etiam putasse peccata, quæ non sunt. Simulque doceat quot, quibusque modis incurratur in censuras Ecclesiasticas, si forte in hoc eum errantem viderit.
2 Post hæc diligenter † inspiciat, an pœnitens habeat contritionem, idest super omne odibile displicentiam de peccatis maximam, quo ad æstimationem, hoc est, quòd malit tolerasse, atque tolerare omnia mala mundi, quàm committere peccatum mortale, iuxta tex. in cap. ita ne, 32. quæstio. 5. non metu pœnæ, aut infamiæ, sed zelo Dei. Et an paratus sit omnem potius sustinere pœnam in generali, atque potius mori, quàm Deum offendere: alioquin qualiter habebit propositum vitandi peccata, qui non est sollicitus quærere oportuna remedia? Qui cum nouerit facilè se lapsum, non cogitat quibus remediis tãto periculo obuiãdum sit. Denique quo pacto curari poterit, quibus aggrauatus est morbis, qui nõ suscipit à medico remedia oportuna sibi
3 imposita? Et † quando aduertit non veram contritionem in pœnitente, omnibus modis eum hortari debet ad eam habendam, docens alia ratione non posse absque graui peccato eum absoluere. Habeat igitur præclara quædam dicta, & exempla recondita in memoriam, quibus possit efficaciter ad veram compunctionem peccatorum mouere peccatorem. Habet Chrysostomus non paucas homilias de pœnitentia: Methodus

dus etiam confessionis, ex quibus multa in hunc vsum sumi possunt. Quàm etiam graue sit peccatum mortale, ostendat tum ex Dei iudicijs in luciferum, & in primos parentes, tum ex punitione, quæ cuilibet peccato mortali debetur. Eius namque generis est, vt hominem & gratia Dei, & regno æternæ beatitudinis spoliet, & ex filio Dei faciat filium diaboli. Ostendat etiam grauitatem peccati ex diluuio, & ciuitatũ inundatione, & tanta strage filiorum Israel in deserto, & maximè ex consideratione diuini iudicii, & damnationis æternæ in iis, qui sine pœnitentia decedunt. Denique, quod supremum est, ostendatur vulneris grauitas ex remedii magnitudine, nempe ex Christi sanguine, & tormentis, ex quibus medicina ad id sa-
4 nandum confici debuit. Inde † colligat pœnitentem dolorem debere concipere nõ solum, quia peccauit, sed etiam quia se virtute, & gratia priuauit, & insuper aliorum vitam suo malo exemplo corrupit. Dolere etiam debet de tristitia, quam intulit bonis peccando, & de lætitia, quam eis non intulit se abstinendo, iuxta tex. in capitulo, consideret, de pœnit. distinct. quinta, si qui sunt ad amorem faciliores, ex beneficiis, & Dei benignitate, & sua ingratitudine magis cõpungi poterũt. Deinde exaggeret aliqua grauiora ex iis, quæ dicta sunt, & ad quæ magis videntur procliues. Et ut ea magis detestētur, incutiat etiam aliquãdo terrorem diuinæ vindictę, nisi se ab-
5 stineant. Reprehensio † cum ingeniis agrestioribus sit durior; eum mitioribus, & in dignitate constitutis blanda, & vrbana adhibeatur, & cum dexteritate. Sic etiam expedit habentes maximum dolorem, vel nimium deiectos ex grauitate peccatorum suorum consolari, & animare, inducendo exemplum Dauid, Magdalenę, Petri, Pauli, & Latronis. Seipsos autem excusantes eorum aggrauate peccata, exemplo Adę, Saulis, & Iudę. Denique quotiescunque habebit Confessarius ante oculos zelum glorię Dei, atque animarum salutem, discretionem vnctio superna docebit.

SVMMARIVM.

1 *Confessor ante absolutionẽ omnino excitet in pœnitente propositum non peccandi. Peccandi occasiones studiosè euitandæ.*
2 *Occasiones propinquæ, non remotæ, pœnitenti fugiendæ omnino.*
3 *Occasiones nisi proponat relinquere pœnitens, regulariter non absoluitur. fallit vt ibi.*
4 *Occasio propinqua, quæ sit.*
5 *Vtilia quæ ad nihil esse possunt præterquã ad peccandum, nisi abiiciantur, impediunt absolutionem.*
6 *Cohabitationem rationabiliter suspectam, nisi relinquat clericus, non absoluitur.*
7 *Cohabitantes consanguineæ, quæ scandalum non pariunt, quæ sint.*
8 *Laici nisi cohabitationem, quæ causam dedit, datq; peccato, relinquant, non absoluendi. limita, vt nu. seq.*
10 *Periculum recidiui non satis est, quod cesset, nisi tollatur, & scandalum per adolescentes.*
11 *Ancillis abutentes non absoluendi, nisi eas dimittant.*
12 *Adolescẽti quo casu liceat cohabitare cum qua assueuit; & sic absoluendus.*
13 *Cohabitante muliere, qui bis terue abusus est, quare non cogendus ad eam expellendam; nisi in casu, vt nu. seq.*
15 *Concubinam in agone mortis visitandi voluntatem habens, non absoluitur.*
16 *Conuersatio, quæ omnino pœnitẽtem proiicit in mortale, relinquenda.*
17 *Adolescens emendo, vendendo, cõuersando etiam lasciuè cum mulieribus absoluendus.*
18 *Absoluendus, an sit, qui esu calidarum rerum in pollutiones sæpe incidit.*
19 *Vendere Iudæis ramos mirti volentibus celebrare Scenophegia, an liceat.*
20 *Meretricibus domos locantes, & lupanaria deputantes, qui non peccant.*
21 *Peccatrici inseruiens in officiis valde peccato coniunctis, an excusari possint a peccato.*

cato. vide plura exempla.

22 *Hospita, quæ cum aliquo, quoties eum hospitatur, rem habet, an absoluenda.*

23 *Cognatus, & ancilla, quibus assueuerunt consanguinei, & hæri, an, & quare absoluendæ.*

24 *Absoluendus etiam ratione scandali rem habens cum muliere seorsum habitante.*

25 *Exercitium licitum in quo multum peccatur, non relinquendum, modo adsit propositum.*

26 *Taxillos, chartas lusorias, fucos, vendentes an absoluendi.*

27 *Alchimistæ non sunt absoluendi, nisi artē proponant deserere.*

28 *Ludos facientes cum periculo vitæ, nisi desistant, non absoluendi.*

29 *Confessarius vltimo loco, quæ sequendæ, quæue fugienda proponat pœnitenti.*

De diligentia Confessarij in extirpandis occasionibus peccatorum. Cap. XXVIII.

1 Confessarius † audita confessione, & omnibus examinatis, priusquam ad pœnitentiæ iniunctionem, & sacramētalem absolutionem perueniat, omnino studere debet, vt suus pœnitens firmiter proponat non recidere, ne sit sicut canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti, quod assequetur, si peccati occasiones fugerit, imitatus mulierem illam Cananeam, quæ cupida salutis filiç suæ egressa est à finibus Tyri, & Sydonis; per quos iuxta sensum moralem aptè intelligūtur occasiones peccati, e quibus omnino egredi debemus, si nostram filiam, nempe animam saluam fieri cupimus. Quisnam pœnitens adeò tardus est, vt non intelligat, modò suam salutem non oscitanter quærat, vnde peccatum, vnde scandalum, vnde periculū sibi oriri possit? Illas igitur personas, vnde viderit hæc mala posse sibi accidere, vitet cane peius, & angue; nam sic peccati occasiones vitasse dicitur.

2 Sed aduertendum est, † pœnitentem non teneri statuere se abstenturum à peccati occasionibus remotis: cū quicquid fere in mundo est, possit esse occasio peccandi, iuxta tex. in c. de occidendis. circa finem, 23. q. 5. sed tantum ab occasionibus propinquis. Quare Confessarius regulariter absoluere † non potest pœnitentem, qui firmiter non proponit, & statuit peccati mortalis occasiones propinquas euitare. Dixi, quod regulariter absoluere non debet, quia benè poterit concurrentibus quatuor circunstantiis. Prima, quod sit uera pœnitudo præteritorum. Secunda, verum propositū nunquam redeundi ad illa. Tertia, propositum semper cauendi adiuuāte Deo, nec peccet ob eam, cum in ea se inuenerit. Quarta, quòd subsit aliqua notabilis causa non se abstinendi ab ea.

4 Sed quænam sit † huiusmodi occasio propinqua, quæ euitari debet, rectè explicatur per Nauar. in cap. 3. num. 5. L. D. inquiens, quòd est sola illa, quæ in se est peccatum mortale, aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel credere debet Cōfessarius, vel pœnitens nunquam, aut raro se usurum sine peccato mortali, bene perpensis eius circunstantiis. ex qua definitione deciduntur quamplures quotidianæ, & grauissimæ quæstiones, quarum prima hæc est.

5 Confessarius † non debet absoluere illos, qui firmiter non proponunt se abstinere ab officio necromantiæ, aliarumque superstitionum, vsuris, cambiis usurariis, contractibus illicitis, odio mortali, concubina, & aliis similibus: quæ ad nullum usum sunt utilia, nisi ad peccandum, facit optimus text. in l. quod sæpe. de contrah. empt. Vbi ponitur talis regula, quòd flagitiosæ rei, quæ nullo modo per additionem alterius potest esse vsui humano vtilis, nec emptio, nec mandatum, nec societas esse potest: quia conuenit prima pars definitionis, quod in se est peccatum mortale.

6 Secunda. Cohabitantes † cum concubinis, ancillis, vel masculis quibuscunque

quę ſuſpectis de incontinentia, ſi ſunt clerici, non debent à Confeſſariis abſolui, niſi expellant nedum cócubinas ſuas, ſed alias quaſcunque mulieres uerisimiliter de incontinentia ſuſpectas à cohabitatione, vt probatur in cap. interdixit, 32. diſtin. & in cap. cum omnibus, capit. quidam, cap. ſeq. 81. diſtin. & capit. 1. & cap. à nobis. de cohabit. cler. uel mulie. l. eum qui. C. de epiſc. & cler. & ratio eſt, quia tales clerici peccant mortaliter cohabitantes cum mulieribus, de quibus poteſt eſſe rationabilis ſuſpitio, etiam ſi ſint conſanguineæ, vel affines. Ad quod facit tex. in cap. 1. de cohab. cler. uel mul.
7 & d. cap. interdixit. Illi autem, † quibus nullum poteſt eſſe ſcandalum, quod naſcitur ex ſuſpicione, vel periculum perpetrandę iniquitatis, licitè cohabitare poſſunt: Huiuſmodi ſunt cóſanguineæ, (verbi gratia) mater clerici, ſoror, filia, amita, ideſt ſoror patris, & matertera, ideſt ſoror matris. c. à nobis, de cohab. cler. uel mulie. c. cum in iuuentute, de præſump. modo tales non ſint ſuſpectæ. vnde matri alias ſuſpectæ licitè non cohabitat clericus, d. c. 1. de cohab. cler. uel mulie. & modo conſanguineę non habeant pediſſequas. Ant. de Butr. in d. c. 1.
8 Tertia † circa Laicos. Vbicunque iuuenis maſculus, uel fœmina cuiuſcunque nominis, & conditionis cohabitant cum aliis iuuenibus maſculis, uel fœminis, ſcholaribus, dominis, ancillis, uel ſimilibus, & ex commoditate cohabitationis copulantur ſæpe, non poſſunt abſolui, niſi ſeparent cohabitationem propter periculum recidiui: ná ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, durante priori cauſa mali, ideſt cohabitationis commoditate, vt in reg. malus, de regul. iur. lib. 6. Et eadem ratione dicendum eſt in ſcholaribus contubernalibus, ideſt, eodem domicilio vtentibus, vel cum Doctoribus ſimul cohabitantibus, aut cum magiſtris puerorum. Etenim quandiu adeſt periculum recidiui, abſolui non poſſunt: quia non ſunt contriti, 24. q. 2. legantur. vera enim pœnitentia non eſt ſine exciſione cauſarum peccandi, de pœnit. diſtin. 3. ſatisfactio. quod nota.

[Hinc infertur, nó eſſe abſoluendum adoleſcentem illú, qui inſciis ſuis ex concubina genuit filios, qui cum teneræ adhuc ſint ætatis, perſiſtit adhuc in eadem inuiſenda muliere: tum vt illa maiori ſtudio filios nutriat, tum ne eadem cum aliis ſe immiſcendo ſit dedecori filiis, & patri; ſibique det occaſionem illam fortè & alios occidendi: quamuis iam multi ſint menſes, à quibus cum dicta muliere non peccauit, & modo conſtanti eſt animo cum eadem rem non habere. & ratio eſt, tum ratione ſcádali, quod dat ſuo ingreſſu vicinis hoc ſcientibus, atque etiam iudicii temerarii, vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 43. tum etiam, quia & ſi ille non habeat animum accedendi denuo ad dictam concubiná; præbet tamé eidem concubinæ anſam ſua frequenti viſitatione, vt verbis, voluntate, aut delectatione peccet. rarò enim inter quos extitit diuturna illicitæ concupiſcentiæ familiaritas, diſſolui adeo poteſt, vt non remaneant quædam effrenatæ libidinis ſcintillę, quę conſpectu mutuo facile reuiuiſcant. Et non obſtat, quòd ſit opus charitatis reſpectu fœminæ, & iuſtitiæ reſpectu filiorum, iuxta tex. in cap. cum haberet. de eo, qui dux. in matr. ſubuenire filiis, & matri: quia illud occultè, & per alios fieri rectè poteſt. quare nullo modo iſte eſt abſoluendus ſi omnino nó deſiſtit à voluntate eundi. Nam, ut inquit Beatus Hiero. dantes occaſionem ſcandalo, rei ſunt eorum, qui pereunt ſcandalo.]

9 Limitanda † tamen videntur hæc prędicta. Primo, quando ceſſaret in futurum periculum recidiui, vt quia cauſa peccati veteris ceſſat, vel quia formoſa iuuenis facta eſt deformis, vel ægrota ægritudine durabili, vel quia fornicator contraxit cum alia matrimonium: nam tunc quia veriſimiliter ceſſat periculum recidiui, ſola cohabitatio non arguit malum ſtatum in pęnitentem, per tex. in cap. audite.

dite.ad fin.34. dist. cap.penul. de cohab. cler. & mulie.

10 Sed aduerte, † quòd in iuuenibus tenentibus concubinas, non solum requiritur quod cesset periculũ recidiui, quod sacerdotis arbitrio pensabitur, vt possint absolui, sed etiam, vt tollatur scandalum: Hinc si factum est notorium, absolui nõ possunt, nisi abijciant eam, ad tollendum scandalum populi: Imo etiam si non esset notorium, sed occultum, vt quia sciretur ab aliquibus, puta vno, vel duobus, absolui non possent, Sylu. in verbo, Con cubinarius, quæst. 2. qualium numero

11 sunt etiam† laici, qui propter cohabitationem abuterentur sæpe, & fere continuatis diebus ancillis: licet tempore con tritionis viderentur contriti, quia in effectu tales ancillæ sunt concubinæ: Est enim idem periculum in talibus ancillis, sicut in concubinis. Canones enim non sunt impositi verbis, sed rebus, cap. commissa. §. porro. de elect. in sexto. Nam nõ dicendi sunt verè pœnitere, qui non abscindũt talem occasionem propinquam, sicuti est hæc cohabitatio: tum quia non possunt sine grandi periculo cohabitare, quin saltem alteruter, vel vterque eorũ opere, verbis, voluntate, aut delectatione peccet, Nauar. c. 16. num. 20.

12 Limito † secundo, quando pœnitens nequit expellere cohabitantem; quia sui iuris non est, vt quia est filiusfamilias, tunc non esset condecens, quòd in scandalum, & in graue damnum filius teneretur vel expellere ancillam, vel aliam de domo patris, vel ipse exire, maxime quãdo artem non haberet, cum qua posset vi uere seorsum. Præterea si filius probaret delictum, hoc esset infamare mulierem, vel filios cohabitantes, & prodere seipsum: Vnde tali casu sufficit Cõfessario, vt pęnitens promittat, se nũquam solum cum sola conuersaturum, & dicturum constanti animo ancillæ, se peccati commissi pœnitere, & confessum esse, & rogaret eam, vt idem faceret, ut infra num. 6. & 8. in fine.

13 Limito tertio † notabiliter prædictam conclusionem, quando frequenter, & sępe de præterito tales cohabitantes peccassent, sed si raro, bis, ter, vel quater in anno repentina libidine nõ continuata intentione corrupta copulassent, & post pęnituisset, & tempore confessionis eos pœniteret, tunc essent absoluendi, licet ad expulsionem hortandi de consilio: ratio est, quia ex tam raro actu non videtur radicata hæc mala consuetudo libidinis, vt in futurum arguatur euidens periculum recidiui per ea, quę habentur in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de iti. actuque priu. nã si esset deneganda absolutio, rarissimi essent iuuenes, & scholares, qui aliquando peccantes cum iuuenibus ancillis, possent absolui: & leges non ad ea, quæ raro accidunt, sed ad ea, quę frequenter, aptan

14 tur. l. nam ad ea. ff. de legib. At † si tales etiam raro copulantes vno anno promisissent abstinere, & sequenti anno peccarent, & iterum promitterent, & tertio, & vltra perseuerarent: tunc si adhuc habitarent, præsumeretur bene periculum recidiui, & ex præteritis possent isti tales argui de incontinentia, argu. tex. in cap. in iuuentute, de præsump. quare non essent absoluendi stante cohabitatione: nisi cessante causa peccati, vt supra diximus in prima fallen.

15 Quarta conclusio. Absolui † non potest concubina habens voluntatẽ visitandi concubinariũ in agone mortis, si sciebatur esse concubina: quia est occasio, quæ in se est peccatũ mortale, ob scandalum, quod datur. Imo neque si nesciebatur, nisi concurrant quatuor circunstantię prædictę, Nau. d. c. 3. L. G. vers. sexta.

16 Sic nec Confessarius† illum absoluere potest, qui conuersando cum aliqua, videtur ei, quòd non vitabit ob suam fragilitatem peccatũ mortale. Exempli gratia. Est quidam, qui de more assistit mensæ alicuius Principis, in qua mensa est mulier, quam cum videt, vel cum ea loquitur, non solum sermone delectatur, & cogitationibus fœtidis, sed etiam turpi se pollutione fœdat, iste non est absoluendus: nisi firmiter statuat, nunquàm

se in

ſe in poſterum verſaturum cum ea: etiã ſi hoc faciat animo ducendi eam in vxorem, quia illa occaſio in ſe eſt peccatum mortale, & per conſequens euitanda ob primam partẽ definitionis. Quod idem dicendum de adoleſcentibus tangẽtibus puellas, dum choreæ fiunt, ſi credunt ob ſuam fragilitatẽ ſemper peccaturos mortaliter.

17 Quinta. Confeſſarius† rectè abſoluere poteſt adoleſcentes, qui verſantur inter mulieres, emendo, laborando, conuerſando, abſque tamen illarum cohabitatione in eadem domo: licet non ſtatuant ab occaſione peccati ſe abſtinere, quam id ipſis præbet: quamuis ſæpius peccent voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, & etiam copula: quia ea occaſio ex ſe non eſt peccatum mortale, neque huiuſmodi, vt ferè ſemper faciat peccare mortaliter illos, qui ea vtuntur: tenentur tamen ij proponere nunquam ſe ope diuina adiuti amplius peccaturos mortaliter.

18 Pari † ratione abſolui poteſt, qui ob eſum calidarum rerum incidit in adeo graues tentationes, quæ impulerunt ad conſentiendum pollutioni, vel fornicationi, ſine propoſito nunquàm in poſterum ſic edendi: & ratio eſt, quia hæc occaſio non eſt propinqua; ſi quidem non eſt in ſe peccatum mortale; neque facit quaſi ſemper peccare mortaliter eos, qui ea vtuntur: quod intelligendum eſt de eo, qui non comedit ad malum finem: quia ſi comederet ad hunc finem, eſſet peccatum mortale, ratione huius circunſtantiæ finis, vt inquit Caiet. 1.2. quæſt. 88. ar. 5. in fi. & per conſequens eſſet neceſſe ſtatuere nunquàm ſe vſurum illis.

19 [Pari†ratione, quando emptio, & venditio, aut locatio per ſe conſiderata non eſt peccatum, nec habet illud admixtum inſeparabiliter, ſed effici poteſt mortale propter malam circunſtantiam finis mortaliter mali, iuxta doctrinam S. Tho. 1.2. quæſt. 88. artic. 5. vel ſi fieret ad bonum finem eſſet licita: tunc Confeſſarius non debet illi denegare abſolutionem, niſi ratione circunſtantiæ finis mortalis, quia tunc neceſſarium eſſet ſtatuere ſe nunquam vti illo cõtractu ad malum finem. Hinc infertur, quod venditiones, quæ fiunt à dominis prædiorum de plantis myrti hebræis, qui illas emunt ad ornanda ſua feſta Scenophegiæ, venditoribus hoc ſcientibus poſſunt eſſe licitæ, ſi uendant ad finem bonum: puta ad quærendam ſibi pecuniam, qua ſe ſuſtentent, uel alias ea honeſte utantur. Si uerò fierent ad finem, ut ipſi utantur eis ad celebranda Scenophegia, tunc eſſent illicitæ,

20 & malæ. Sic † licitum eſt dominis domorum locare eas meretricibus, uel alijs peccatoribus, non quidem ad meretricandum, aut aliis modis ad peccandum, ſed ad alios fines bonos, id eſt, ut ipſæ ſuã uitam ſeruent, & domini domorum lucrentur iuſtas penſiones, cum diſplicentia uera coram Deo peccati, & artis peccandi per meretricia, uel alium modum, ita, ut inquit Nauar. cap. 17. num. 195. Reges, Principes, & Gubernatores Rei publicæ deputantes lupanaria, in quibus meretricentur meretrices in aliqua parte Ciuitatis, non uidentur peccare. ita etiã praxis Romana uidetur ſeruare. Sic qui pro ſua neceſſitate, uel utilitate pecuniam ad uſuram accipit, non peccat, quãuis occaſionem uideatur dare accipiendo ab uſurario, qui dando ad uſuram peccat. S. Tho. com. receptus, 2.2. quæſt. 78. artic. 4. Nauar. de Iudæis. conſi. 2. lib. 5. num. 8. 9. & 11.

21 Similiter † peccatrici ſeruire in aperiendo oſtium amaſio, quem ſcit ideo uenire, ut cum domina peccet. Mulierem comitari ad domum amaſij, ſciens quod ibidem ſoleat peccare, ſternere lectum illi, quem ſcit ideo ſterni, ut in eodem cum amaſio dormiat. Litteras deferre, per quas domina amaſium rogat, ut ad ſe ueniat, ſciens ideo uocari, ut ſecum dormiat. Dicere illi ex præcepto ſuæ dominæ, quòd eum illa expectat, ſciens ideo expectare, ut ſecum coeat, nõ ſunt ex ſe peccata mortalia: ratio eſt, quia hæc obſequia dominæ debentur cauſa ſui officii, uel ob ſuã mercedem iuſtam:

& quam-

& quamuis sint valde coniuncta peccato, quia tamen non sunt in sese, & suapte natura peccata, & possunt seiungi à peccato propter finem diuersum, & seiunctum, ideo non sunt peccata mortalia. Vnde possunt tales absolui, quamuis nō habeant propositum abstinendi ab ijs officijs: modo non placeat eis peccatum, & displiceat quod peccent ii, quos iuuāt, & faciant obsequia prędicta ob aliquem bonum finem. Puta eo, quod debēt illa causa officii sui, vel ob iustam mercedē facere: Aperire enim ostium, sternere lectū, deferre litteras inuitatorias ad cęnā, non est suapte natura peccatum: Licet scribere illas, vt post cęnam peccet, sit peccatū ob circunstantiam mali finis. ita Nauar. de pęnit. & remis. conf. 6. lib. 5.]

22 Sexta. Absoluere † etiam potest Confessarius hospitam, quæ quoties certum quendam excipit, occultè rem habet cū illo: modo proponat nunquàm se in posterū recepturum eū in hospitio. Immo concurrētibus quatuor circūstantiis, de quibus supra, potest sine eiusmodi proposito eam absoluere, quādo absque magno scandalo non posset eum ab hospitio prohibere: modo promittat se solam cum eo solo in aliquo cubiculo separato non versaturam, quin dictura, se ex forti animo pœnituisse, & confessam fuisse. Nauar. ibi. I. H. cap. 3.

23 Hinc † eadem ratione existente, scilicet quòd sine magno scandalo fieri aliquid non possit, absolui possunt sine separatione cognatæ, ancillæ, famulæ, quæ rem habuerūt cum suis consanguineis, & hæris, etiam si iterum sine separatione reciderint; dumtamen aliqua emendatio, vel eius inchoatio extitisset. Nauar. I. T.

24 Pari ratione absolui † posset ille, qui occultè rem, aut impudicos actus habet cum aliqua consanguinea, aut alia sibi amica in alia domo degente, etiam sine propositō nunquàm in eam domum ingrediendi: modo proponeret se nunquàm solum cum sola sine maxima causa versaturum, & admoneret eam se pęnituisse peccati commissi, & confessum esse, & rogaret eam, vt idem faceret.

25 Septima. Cōfessarius † non debet cōsulere alicui pœnitenti, quòd deserat officium aliquod licitum, in quo multum ipse peccat; quando est periculum incidendi in aliquem statum, in quo plus peccet (verbi gratia:) Si mercatori multum peccanti in decipiendo, consuleret relinquere mercaturā, quod futura sit ei magna occasio furandi, vel peiora faciendi: sufficit enim quòd habeat firmum propositū se nunquàm decepturū, & aliena restiturū, ita Nau. in c. qualitas, de pęn. dist. 5. & ratio est, quia non est occasio, quæ ex se sit peccatum mortale.

Octaua. Ex ea particula, quę est in definitione, peculiaris, concluditur Con-

26 fessarium posse absoluere † artifices taxillorum, chartarum, latrunculorum, vel vt vulgo dicitur scacchorū: & ratio est, quia frequenter homines ementes non vtuntur eis ad peccatum mortale, sed ad subleuationem tædii, & laboris.

[Pari ratione, quando incertum, aut dubium est eos, qui cibos postulant causam excusantem ad non ieiunandum habere; eo quòd causa nulla talis appareat sufficienter, sed si qua appareat, dubium sit an sufficiat nec ne, tunc non damnarem patresfamilias, dominos seruorum, hospites, & rerum comestibilium venditores, si ad petitionem eorum, qui comedere volunt, cibi eisdem exhibeātur, maxime cum de proximis non sit præsumendum quod deterius est, & ita de illis temere iudicare; cap. 2. de reg. iur. lib. 6. Nec præsumendum est hominem suæ salutis esse immemorem, cap. sancimus. 1. quæst. 7. Nec tenentur exactè discutere an causam habeant sufficientem, qua à ieiunio excusentur, nec ne, quam quidem discussionem facere specialiter conuenit patrifamilias, & domino respectu seruorum, & filiorum, iuxta illud Pauli, 1. Timo. 5. Qui suorum curam non habet, & maxime domesticorum, fidem negauit, & est infideli deterior. Hinc Nauar. lib. 3. consi. 2. de obser. ieiu. inquit quod dominus, qui seruos suos credit clam

clam comedere, potentes ieiunare, debet diligentiam exhibere, si possint ieiunare, quod si possint, debet eis denegare cęnam.] Quod idem dicendum de venditoribus fucorum., & ornamentorum; cum mulieres frequenter se possent ornare absque peccato mortali, vt conseruent suam decentiam, vel vt maritis placeant. Isti enim non peccant mortaliter vendentes: nisi ratione corruptæ intentionis, vt si venderent iis, quos sciunt, vel probabiliter credunt se vsuros ad lasciuiam; tunc non essent absoluendi: Hoc tamen non debent de facili credere vendétes, nisi appareant signa manifesta, vt in meretricibus, Sylu. in verbo, ars. quæstio. 3. 4. & 5.

27 [Nona. Et si Doctores † concludere videantur Alchimiæ artem esse licitam, vt asserit Oldr. consi. 68. quem sequitur Panor. in cap. 2. de sortil. in fi. Summistæ in verbo, Alchimia. & D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 2. ad primum. & in dubio 94. Isern. Quæ sint regal. vers. ergo de Alchimia. Afflic. in constit. Adulterium. Hieron. Zanneti, in repet. cap. 1. de accus. Alber. Brun. consi. 76. Mihi tamen nunquam placuit talis sententia. Est enim inutilis, & perniciosa. Et si tamen vtilis, tunc demum, quando cum Principibus tractatur, & opulentis, & pecuniosis viris. sic Caiet. ad D. Thom. qui supra. Rationes, quæ me mouent sunt hæ. Tum quia delictis obuiare, penitusque à Republica Christiana illa extirpare Christianorum Principum præcipuum munus est. Vnde cum ex operatione artis Alchimiæ hucusque nullus inuenitur, qui habet veram huiusmodi artem, & si dicatur de multis. Hinc D. Anton. 3. par. tit. 8. cap. 4. inquit, quod de iis, qui vacant huiusmodi exercitio Alchimiæ, cómuniter verificatur illud Apost. 2. Tim. 3: Semper addiscentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Tum, quia multa consumunt, & tempus, & pecuniam, & labores, & tandem cum inopes effecti fuerint, deueniunt vel ad falsò cudendum monetam publicam, vel dæmonis auxilium quærunt, inuocant, & implorant, atque implorando obsecrant, & sacrificant tacitè, vel expressè, prout Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi, par. 2. consid. 40. narrat de quodam magno medico magistro Arnaldo vocato, qui magnus hæreticus fuit. Hic Alchimiam profitebatur, in qua tantum se profecisse iactabat, vt laminas aureas ea arte confectas diceret omnibus se daturum explorandas. Cæterum ea omnia arte dæmonum, cum quibus familiaritatem habuisse dicitur, constare creduntur: nam hoc est huic hominum generi valde familiare, vt ex chymica professione ad dæmonum inuocationes, & pactiones accedant, vt docuit Eymericus. 3. par. titu. de signis, quibus Necromantici hæretici cognoscantur. Et temporibus recétioribus in magna Curia Vicarię Neapoli 1590. de mense Decembri fuit inquisitus Carolus Bergerius, maximus Alchimista, qui fuit repertus hæreticus Caluinista, & vt talis abiurauit. Et anno 1591. successit alius casus de Horatio de Rainaldi eodem modo pro falsa moneta Alchimista, qui vti Necromans, & pactum cum dæmone habens pariter abiurauit. Tum etiam, quia experientias multas faciunt, & nunquam ad perfectum attingunt. Tum, quia neque id, quod operantur, habet veritatem cum auro, vel argento, sed solum apparentiam. Tum etiam, quia hoc exercitium est contra vtilitatem publicam, vt patet ex consumptione rerum. Et quia deueniunt ad cudédam falsam monetam; tū, quia ex auro alchimico impediuntur veræ operationes talis metalli, puta, quia lætificat, & adiuuat contra quasdam infirmitates, quod non facit aurum alchimicum, vt S. Tho. 2. 2. q. 72. art. 2. in respon. ad primum. Bal. in cap. 1. col. penul. quæ sint rega. tum etiam, quia est extrauag. Ioan. xxij. de crim. fal. prohibens Alchimias, & punientes, & facientes, & fieri procurantes in pęnā pecuniariā erogandam pauperibus, & in defectum in pœnam

nam corporalem, atque infamiam. Et si clerici sunt, beneficiis habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiũtur. Ideo prouisio esset ad hoc facienda, vt homines retraherentur à tali exercitio ob huiusmodi, & alia inconuenientia, quæ in dies videntur: cum tales alchimistæ, exerceant artem, quæ communiter inutilis, & perniciosa Reipublicę est, & leges adaptantur ad ea, quæ communiter fiunt, & non quę raro, l. nam ad ea, ff. de legi. ideo non essent absoluendi, nisi talem artem desererent: si tamen huius artis professores in me inuehunt, quod talem secutus fuerim de ipsis opinionem, & iudicium: respondebo, quia nõ ipse loquor, sed viri equidem doctissimi, & peritissimi, de quibus supra.]

28 Decima. Confessarius † non debet absoluere facientes ex persona sua ludum cum periculo vitæ: vt qui gradiũtur per cordas in sublimi, & huiusmodi: cum tales artifices moriantur, vt plurimum per eos ludos, & sic conuenit vltima pars definitionis huius; nisi firmiter proponant dictos ludos deserere. Sylu. in verbo, ars. quæst. 8.

29 Quibus † sic absolutis, studeat omnino Confessarius, vt pœnitens deserat societatem, amicitiam, consuetudinẽ, qua constat experientia induci hominem ad peccandum, denique occasiones, colloquia, congressus, & reliqua omnia; quæ meritò is, qui salutis suæ curam gerit, timere potest, ac debet, vt sint causa recidiui. Consulat pœnitenti, vt se exerceat in piis exercitiis, quibus animus verè ad pietatem excitari possit, atque proficere. Det Christus spiritum suum, vt doceat pœnitentes pręteritorum peccatorũ grauitatem, & remedia præbeat præseruatiua à recidiuo. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Remedia sex contra recidiuum, secundum Ioan. Gers. & ea, quæ.*

2 *Peccato aliquo irretitum, vt inde exeat, quibus remediis vti doceat Confessor.*

De remedijs contra recidiuum. Cap. XXIX.

1 IOan. † Gerson ponit sex remedia cõtra recidiuum. Primum vt reiteranti peccatum mortale statim die sequenti iniungatur ieiunium in pane & aqua. Secundum, vt certum numerum Psalmorum dicat. Tertium, vt reiterans infra triduũ cõfiteatur, & interim manu pectori admota doleat de lapsu, quod fieri potest assistentibus aliis, & non aduertentibus. Quartũ, vt aliquid sibi peculiare, & gratum det. Quintum, vt faciat conscientię examen, & videat an ab externo examine ad hodiernũ aliqua successerit emendatio, quòd si nulla pœniteat. Et mane meridie, atque vespere nouam vitã agere constituat. Hæc autẽ remedia studeat Confessarius persuadere pœnitentibus: cogere enim nec potest, nec debet. Mo-
2 neat † etiam si illaqueatum eum viderit aliquo vitio, vt firmiter, & interdum uoueat se illam, aut illam pœnitentiam subiturum, si recidat in illud. Non autem, vt voueat se nunquàm id admissurum, arg. tex. in c. clericos, de cohabit. cler. nec si reciderit, religionem ingressurum. Nauar. c. 26. nu. 25. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Documenta per Confessorẽ proponenda pœnitenti ad augmentum gratiæ, quæ.*

2 *Confessor non temerè debet pœnitentem excitare ad perfectiorem vitam; & qua ratione ad id vtatur, vide.*

Quomodo iuuetur pœnitens à Confessario ad gratiæ augmentum. Cap. XXX.

1 PRimò instruat † pœnitentem, vt sollicitè tueatur omnimodam puritatem insistendo bonis operibus, in lectione, auditione verbi Dei, meditatione, oratione mentali,

mentali, & uſu ſacramentorum confeſſionis, & communionis. Gratum etiam ſe exhibeat bonorum omnium authori, per memoriam beneficiorum, & gratiarum actionẽ, & laudem. Habeat rectam intentionem, & in cunctis operibus ſuis ſemper gloriam Dei, & ſalutem animarũ quęrat. Sit humilis, ſemper quod ſibi deeſt intuendo, ſibi omnino diffidendo, & omnem proprium amorem abnegando. Excitet ſuam deuotionem in Angelos, & præcipuè ad matrẽ miſericordiæ Mariam. Frequẽtiſſimè intueatur, vt uirtutum exemplar Crucifixum, ut ipſum imitetur. Et tandem prudens Confeſſarius uideat, quæ alicui ſunt proportionata ad gratiæ augmentum, atque moneat.

2 Expedit † etiam non ſtatim pęnitẽtes ad ſtatum conſiliorum, qui profeſsionis dicitur, vocare, ideo cũ dexteritate quadam de inſpirationibus Dei interrogare debet circa perfectiorem ſtatũ uitæ aſſumendum, & ſi ſentiat in ſe aliquas, ne tardi ſint, & ſurdi ad uocationem Dei. Si uerò non, admoneat, ut paratos ſe offerant Deo ad omnia, quæ ei gratiſsima ſunt. Atque ſi commodè fieri poſſet, ad exercitia ſpiritualia eſſent inducendi. Si tamen animaduertat pęnitentẽ ſic diſpoſitum, ut expedire iudicet ad cõſiliorum uiam inducere, non ſinat occaſionẽ elabi de manibus ſuis, ſed tunc vel ad colloquium extra confeſsionem inuitet.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſor pœnitenti, vt ſibi impoſita perficiat, enunciabit, firmari ea iuramento, vel obligatione ſpeciali, non exiget, niſi vt num. ſeq.*

3 *Abſolutionem quæ præcedere debeant, & qui ordo confeſſionis.*

4 *Confeſſori in iniungenda pœnitentia, peccati, & contritionis quantitas, & perſonæ qualitas ſpectanda, nu. ſeq.*

6 *Pœnitentia in præiudiciũ tertii non iniungẽda, nec pro peccato occulto manifeſta.*

7 *Pœnitentiæ ineptæ impoſitio vitanda Confeſſori: qui turet contraria contrariis imponere. nu. ſeq. & nu. 28.*

9 *Pœnitentia neque grauis omnino, neque leuis penitus eſſe debet; & quid ſi pœnitens impoſitam poſſe facere neget, vide num. ſeq.*

11 *Pœnitentia iam iniuncta, ab eodem, & etiam ab alio inferiori ex cauſa mutari poteſt, & nu. 13.*

12 *Intellectus glo. fin. in cap. cum P. de accuſ. & glo. 2. in c. 2. de ſorti.*

14 *Pœnitentiam iniunctã à ſuperiori inferior non mutat: fallit duobus modis, vt ibi.*

15 *Inferior, quo caſu ſuperiori ſit ſuperior.*

16 *Pœnitens recuſans pœnitẽtiam acceptare, an, & quando abſoluendus.*

17 *Pœnitentiæ hodie omnes arbitrariæ; & certa impoſita à canone poteſt mitigari: quod limitatur, ſecundum gl. vt nu. ſeq.*

19 *Confeſſori ſine cauſa recedere à canonibus pœnitentialibus non licet.*

20 *Pœnitentiæ ſine cauſa à canonibus recedentes, quare falſæ vocentur à Gregorio in cap. falſas.*

21 *Pœnitentia ſtatim peragenda, & per modũ declarata obligationis iniunctæ, quæ.*

22 *Pœnitentiæ non ſatisfacit qui eam agit in re, ad quam iam erat obligatus.*

23 *Pœnitentia facta extra charitatem non ſatisfactoria, nec etiam fit meritoria ea ſubinde accedente, num. ſeq. tamen vtilis eſt, vt num. 27.*

25 *Satisfactionem ſacramentalem extra charitatem, eundem effectum acſi in charitate, ea accedente, cenſent habere Caiet. & Nauar. reprobantur, vt nu. ſeq.*

29 *Confeſſori duobus in caſibus licet pecuniã pro pœnitentia impoſitam recipere.*

30 *Exercitia ſpiritualia proponenda pœnitentibus, quæ.*

Qualiter ſe Confeſſarius gerat in iniungenda pœnitentia. Cap. XXXI.

1 HIs diligenter exactis, ſi qua reſtitutione † damni, famæ, vel bonorum animæ opus ſit, denunciet pœnitenti. Et ſi dixerit ſe uelle reſtituere, vel facere, quod debet,

debet,& probabiliter timeret Confessarius nō expleturum,absoluat primò prima vice, protestando tamē, quòd si non restituat, vel restitutionem nimis differat, in peccatum mortale recasurum, & gratiam,quam per confessionem, & absolutionem adeptus est, amissurum, vt inquit Nauar.cap.26.num.5. Promissio
2 verò † specialis, vel iuramentum exigi non debet, nisi in casibus à iure notatis, verbi gratia,in excommunicato notoriè absoluendo.cap.ex parte,lo 1.de verbor. signific. cap.solet,de sent. excommunic. lib.6.& in incendiario. c.pessimam. 23. q.8. & in mutilatore, cap. si quis membrorum, eadem causa, & quæst. & manifesto raptore, aut Ecclesiæ violatore, c.super eo, de raptor. & in usurario publico,cap.quanquàm,de usur.lib.6. ver. nullus,& in publicè iniuriante persōnas ecclesiasticas, c.quisquis inuentus fuerit. 17. quæst.4. Iniungatur postea ante absolutionem sacramentalis pęnitentia, iuxta glos.in clem.dudum. §.statuimus, versic. audite,de sepult. Vt primò audia-
3 tur † confessio, secundò imponatur pœnitentia, tertiò sequatur absolutio, vt sic absolutionem pręcedat cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio saltem in proposito. Vel etiam, vt est text. in cap. fin. de cens. lib.6. & in margine. post absolutionem iniungi potest dicta pœnitentia.

Circa quam æstimandam, prouidus Confessarius multa circumspicere, & considerare debet.

4 Et primum † peccati, & contritionis quantitatem; nam tanta posset esse contritio, vt ea sola totam pœnam remitteret,iuxta glo.solemnem in c.mensuram, in verbo,doloris,de pœnit.distin.1.& in c.si is qui.23.q.4.

Hinc inquit glos. in extrau. Ioan. in c.unico, versic. vultus, de conces. præb. quòd Episcopus confessionis tempore in confitentes sibi debet inspicere, vt discérnat, quanto rubore,seu tremore,vel erubescentia, quis peccata confiteatur, vt secundum hoc pœnitentiam moderetur,argum.ad hoc,ff.de quæst.l.de minore. §.tormenta. cautela est tamen adhibenda, ne ex aspectu, concupiscentia inhonesta possit subsequi, puta ex aspectu faciei mulieris,super quo vide quod plene notat Host.in sum. de pœniten. §. qualiter sacerdos.

5 Deinde † considerare debet sacerdos in iniungenda pęnitentia qualitate personæ: Alia enim pęnitentia iniungenda est robusto, alia debili, alia iuueni, alia seni,alia diuiti,alia pauperi,alia nō assueto ad peccandum,alia assueto,& iteranti peccatū: quia huic grauior est imponenda: quemadmodum vulnus iteratum si incurratur,grauius est ad sanandum,alia demum disposito ad faciendam maiorē, alia infirmis,qui probabiliter non videntur expleturi; veluti, vt plurimum sunt rei maiorum criminū, quos non debet Confessarius ieiuniis onerare, ac disciplinis,cum magnopere sint in bonis operibus debiles,& ita de facili caderent; si eis grauia imponerentur onera. Sed secundum August.consilium in principio cum māsuetudine suscipere debet, quousque trahantur ad Deum, & faciat eos sæpius confiteri,atque sic paulatim exercere in pœnitentias maiores.

6 Demum † pœnitentiam non iniungat,quæ sit in præiudicium tertii,qualis, quæ imponitur vxori,filio, seruo in notabile impedimētum dominorum. Nec pro occulto peccato detur manifesta pęnitentia, ex qua in peccati suspicionem veniri possit, iuxta mentem Arch. Flor. 3. parte, titu. 17. capitu. uigesimo, §. 1. [Et si pro delicto publico, quo scandalizata est tota ciuitas,possit, & debeat imponere sacerdos publicam pęnitentiam. facit tex.in c.1.de pœnit.& remiss.c.fin. 26. q.6. ut quos suo exemplo ad malos mores prouocauit, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet uitam, ut habetur in Conc.Trid. sess.24. c.8. Nec dicitur sacerdos reuelare confessionem, talem pœnitētiam imponendo, quia nescitur pro quo faciat illam pœnitens, S. Thom.in 4.dist.14.]

Illud

7 Illud tandem † curet Confessarius, ne pœnitentia imposita ineptè imposita videatur, quod esset; si imponeretur eleemosyna magna pauperi; ieiunium perpetuò laboranti; austeritas magna delicato, & nobili in altiori loco posito; peregrinatio mulieribus; panis, & aquæ, ac solitudinis melanchonico, ac scrupuloso, & aliæ similes, quæ imponuntur per Sotũ dist. 20. q. 2. art. 3. col. 3. in fi. Nauar. cap. 26. num. 18. vers. 6.

8 Præterea † laborare plurimum debet Confessarius, vt pœnitentibus contrariam peccatis medicinam imponat: puta luxurioso continentiam, & pro ea retinenda vetet transitus per aliqua loca inhonesta, [& aliquãdo loci mutationem: nam, vt inquit Isidorus, valet interdum cõuersis pro animæ salute mutatio loci. Plerumque enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus. Cõgruum est enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nam locus vbi quisque praue vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod sæpè ibi vel cogitauit, vel gessit. Item ad hoc 15. q. 1. mulier, quæ.] Imponat etiam ieiunia, aut disciplinas, aut alias carnis macerationes. Auaris iniungat eleemosynas: Superbis opera humilitatis. tandem curet vt satisfactio imponenda potius sit remedium præseruatiuum à recidiuo, quàm expiatio præteritorum delictorũ, ut docet D. Tho. Petr. de Palude, Ricar. & alii Theologi.

Rursum attendat Cõfessarius, vt semper eas pœnitentias imponat, quas veri similiter credat pœnitentes debere implere: ne ipsas violando deterius ei contingat. Quare commonendi sunt pœnitentes, ne has, aut illas pœnitentias acceptẽt: nisi eas firmiter pro viribus se impleturos proponant, & insinuetur eis, quòd illa pœnitentia, quæ imponitur, non est sufficiens pro expiandis pœnis præcedẽtium delictorum, & quòd grauissimè in purgatorio soluent omnia, nisi in hac vita plenè per seipsos diuinæ iustitiæ satisfaciant.

9 Demum † secum sacerdos circumspiciat, secumque diligenter consideret in extimanda pœnitentia, ne adeò leuem imponat, vt eam contemnat, & pœnitentiæ leuitate allectus relabatur; neque adeò grauem, vt eam pœnitens dimittat, sed ita grauitatem cum leuitate tẽperet, vt neque nimis rigida, neque nimis dissoluta, aut facilis videatur. Sed quando

10 viderit † Confessarius, pœnitentem dicere se non posse facere pœnitentiam, quam meretur iudicio Confessoris mediocrem, sed tantum velle facere paruã, debet ei morem facere, & ea vti prudentia, qua vti solet medicus, qui non semper rigore medicaminum vtitur, quæ morbus exigit, sed ad ægri debilitatẽ attẽdit: qui si rigorem illum ferre nequit, remissius cum eo agit. Ita sacerdos licet admonere debeat pœnitentem, quantã peccata sua exigãt satisfactionem, eumque hortari, ut satisfaciat: Nihilominus si pęnitens ei suam imbecillitatem exponit, præsumiturque aut propter debilitatẽ corporis, aut propter animi, spiritusque languorem, & teporem non esse cõdignam pœnitentiam completurum, debet illi morem gerere, & iniungere ei illam, quam libenter suscipit, [ut inquit Ray. & Hostien. nam presbyter qui pęnitentiam denegat, reus est animarum, 26. quæst. 6. cap. presbyter. Concordat Innoc. in cap. omnis, de pęnit. & remis. Sotus dist. 20. quæst. 2. art. 3. col. 3. & si gaudere] non potest de omnimoda eius purgatione, saltem gaudeat, quòd liberatum à gehenna ad purgatorium transmittat.

Quod quidem adeò uerum est, ut pro-

11 cedat etiam in pęnitentia † iniuncta, & acceptata à pœnitente: quæ quidẽ mutari potest, ac diminui à Confessore hac de causa, quia bona fide existimat pœnitentem adimplere non posse, aut non sine difficultate, aut non sine periculo salutis animæ, & corporis: quia tunc non solùm is, qui eam imposuit, sed etiã alius (si is facile adiri non posset) quamuis eo inferior mutare potest, id est Episcopus

impositam à Papa, secundum glo. singulariter receptam in cap. tempore. 26. q. 7. quam pro singulari Romanus adducit sing. 360. & ad idem est gl. 2. in cap. accedens, dist. 50. & in c. latorem. 33. q. 2. in uer. conuersionem.

12 Et † quamuis glo. fi. in cap. cum P. de accusa. & idem glo. 2. in cap. 2. de sortil. teneat partē negatiuam: tamen illæ glossæ procedunt quando Episcopus uellet, uel parochus minuere pœnitentiam iniunctam à Papa, uel Episcopo absque causa, secus si cum causa, sic concordat Dec. in cap. at si clerici, §. de adulteriis.

13 nume. 30. de iudic. Igitur † & inferior mutare poterit pęnitentiam cum causa: modò ab inferiore examinetur causa, ob quam iniuncta fuerit. Ideo requiri videtur confessio peccatorum, pro quibus principaliter iniuncta est: etiam si peccata, pro quibus imposita fuerit pœnitētia, sint superiori reseruata: quia pium est in casibus, in quibus necessitas vrget, vel suadet vtilitas, interpretari, quòd superior licentiam commutandi, vel relaxādi concessisset. Sylu. in ver. confessio. 1. §. 27. Quamuis stricto iure consonantius ageret, qui eius implementum differret, quousque posset, qui illam imposuit adire, si spes breui adeūdi foret, Nauar. cap. 26. nume. 22. Concluditur igi-

14 tur, † quòd licet pœnitentia iniuncta à superiore non possit mutari per inferiorem. ca. cum inferior, de maio. & obed. inferior enim non habet potestatem in superiorem. cap. inferior. 21. dist. cap. veniens, de iureiur. tenet Bald. in auth: sed nouo iure. C. de seru. fugit. vbi dicit, quod statuta inferiorum non limitant iurisdictionem superioris: fallit tamen, quando ex causa. d. cap. tēpora, & argum. text. in l. hominem. ff. mand. Vbi procurator potest mandare contrarium eius, quod Dominus mandauit. Limitatur secūdo, nisi maior se minori subiiciat, 21. q. 1. peruenit. l. ille à quo. §. tempestiuum, ad Trebell. l. est receptum. ff. de iurisdictio.

15 omn. iud. Vnde si † superior quamuis Papa se submittat simplici sacerdoti in confessione peccatorū pœnitentiali, nō potest de pęnitentia sibi iniuncta minuere sine consensu sacerdotis, qui eo casu censetur superior: cum Papa se ei subdiderit, secundum Spec. de pęn. & remiss. uer. pen. sed requiritur consensus ipsius sacerdotis. Vnde, quando videt sacer-

16 dos † pœnitentem nolle acceptare pœnitentiā, quia forte videtur ei, quòd non possit adimplere; non dimittat eum absque absolutione, sed potius imponat illi vnum Pater noster, vel aliud leue, exemplo Domini nostri Iesu Christi, [qui nūquam legitur grauem pœnitentiam iniunxisse, nisi Vade, & noli amplius peccare. Ioan. 8. & Matth. 9. Nolite mittere vinum nouum in vtres veteres. Vinum nouum vocat duram, & laboriosam pęnitentiam: & vtres veteres peccatores peccato inueteratos. facit tex. in cap. alligant, 26. q. 7.] itē imponat pro pęnitentia alia bona, quę fecit, quàm permittere pęnitentem à se recedere desperatum, arg. tex. 26. q. 6. c. si presbyter. Quod sane intelligendum est, quando pęnitens dolet, & paratus est facere, quod tenetur, sed dicit onus pœnitentiæ ferre non posse: quia tunc nūquam est sine absolutione dimittendus, ne desperet: esset tamen (nisi nimia deiectio, aut diffidentia pœnitentis timeretur) indicanda ipsi pœnitentia, quantò grauiorem mereretur, nempe septennis pro quolibet mortali, sicut habetur in Canonibus pęnitentialibus. 22. q. 1. & in glos. cap. hoc ipsum, & cap. admonere. 33. q. 2. [ad imitationem pęnitentiæ, quam Deus Marię, sorori Moysi propter peccatum murmurationis imposuit, quia voluit eam septem diebus extra castra manere, & sic dies accipitur pro anno: & quia peccator propter peccatum, septiformem gratiam Spiritus sancti amisit, sic per septennem pęnitentiam recuperet. Hostiē. in sum. de pœnitent. & remiss. versic. quæ pœna.] Et si Nauar. cap. 26. nu. 17. dicat dictos canones pertinere quidem ad forum exterius, sed non debere latere Confessarios. cap. quæ ipsis, dist. 28. Proinde faciendum

ciendum putauimus, vt eos in fine huius primæ partis subnecteremus. Sed
17 quomodocunque sint, hodie † secundũ communem Doctorum opinionem in cap. Deus, qui. extra de pœn. & remis. omnes pœnitentiæ sunt arbitrariæ, secũdum glo. in cap. tempora. 26. q. 7. in d. c. Deus, qui. & ibi Abbas, & glo. fi. in c. fi. 9. quæst. 2. & in cap. sunt plures, in verbo, mille, de pœ. dist. 3. & in cap. hoc ipsum, ver. excellentia. 33. quæst. 2. Quod etiam procedit, si canon imponat certã pœnitentiam. Illam enim potest etiam sacerdos mitigare, vide bonam glo. in d. cap. mensuram, & in cap. de his, dist. 50. optimus text. in cap. quem pœnitet, de pœniten. dist. 1. dum dicit, Ipsi enim sacerdotes plus possunt proficere, vel pœnitentibus parcere, Abb. in cap. at si clerici, §. de adulterijs, num. 1. de iudic. Sed
18 aduertendum † est, quòd glos. in d. cap. mensuram, & c. de his, videtur hoc limitare, quando fit ex causa: quia sunt complures canones pœnitentiales, à quibus non debet sacerdos sine causa recedere, vt ipse abbas concludit in d. cap. Deus, qui. extra, de pœnit. & remiss. & idem Abb. in cap. fin. circa fi. eodem tit. & in c. accepisti, de sponsa duo. in versi. vlt. nota, & ita se habet consuetudo Ecclesiæ generalis. alias si sacerdos recede-
19 ret † à canonibus pœnitentialibus, & ad libitum suum absque alia consideratione pęnitentias imponeret peccaret, vt inquit insignis ille Theologus Abulensis super Matth. cap. 18. q. 49. circa fin. colum. 3. pro hoc facit text. in cap. si is, 23. q. 4. Vbi sic dicitur. Ea verò, quæ in Deum commissa sunt; cum magna discretione, nec sine pęnitentia possumus relaxare. Et si relaxentur absque causa,
20 Gregorius † in cap. falsas, de pęn. dist. 5. eas vocat falsas, dolosas, & temerarias, non quidem quòd confessio facta, & absolutio deinde secuta non fuerit rata, & valida; sed quia deceptionis occasio ipsi pęnitenti esse possunt: vt putet se ad ampliorem satisfactionẽ in alia vita præter illam sibi impositam non teneri, prout optimè Nauar. c. 26. declarat: ac etiã, quia facilius recidunt ipsi peccatores in eadem crimina, quod quidem Confessarij ne id accidat, magnopere aduertere debent, Cha. Neap. li. 1. de scientia Confess. cap. 2. versic. Imo alias pęnitentias. [Sed quid si pœnitens nullo modo velit pęnitentiam à sacerdote iniunctam acceptare, ad cuius repulsam, seu non acceptationem nullam iustam causam ipse pęnitens habeat. Scotus dist. 18. & Sylu. in ver. Confessor. 1. §. 25. & 26. qui citat Hostien. & Panorm. in cap. significauit, de pęnit. & remiss. asserunt non teneri pęnitentem acceptare etiam minimam, & sacerdotem tunc debere absoluere. Huius etiam opinionis est Io. Medi. C. de Confess. tracta. 2. q. 41. Probant hoc, quia cum hæc satisfactio tantum sit pro pęna temporali, quæ remanet remissa culpa, potest (si velit) post hanc vitam exsoluere, nec vllũ videtur peccatum hoc uelle. Nos verò nulla ratione putamus hoc asserendum. Est enim cõtra sensum patrum, & contra ius canonicum, vbi in cap. omnis vtriusque sexus, ponitur, vt omnis sua peccata confiteatur, & iniunctam sibi pęnitentiam proprijs viribus studeat adimplere, suscipiens reuerẽter Eucharistiæ sacramentum. quare si de confessione, & Eucharistiæ susceptione præceptum est, idem de pęnitentia implenda est sentiendum. Et ex rigore pœnæ, quæ imponitur in cap. statuimus, de maledi. quæ est ingressus Ecclesiæ, indicium est esse peccatum mortale nolle acceptare pęnitentiam. Quod si dixeris, illud intelligi de pęnitentia publica, fateor si quidem. Cæterum nulla est causa, cur non sit eadem ratio de pęnitẽtia secreta. Item refertur in c. multiplex, de pęnitentia, dis. 1. & in cap. consideret, in ver. ponat, de pęnit. dist. 5. Præterea cum sit medicus, sacerdos, iuxta tex. in c. omnis. de pęnit. & remis. non solum secũdum sententias Hiero. & Chrysost. debet agnoscere pœnitentium infirmitates, & vulnera: sed conueniẽtes agnoscere medicinas. Vnde falsissimũ est satisfactio-

nem imponi tantũ propter temporalem pœnam reliquã: maximè enim imponitur in medicinam præseruatiuam, quod proculdubio tam necessarium est, vt officio suo non satisfaciat sacerdos, si hoc omittat. Ita hanc opinionem tenet D. Thom. Magister sent. distinc. 16. & 18. Ricar. Palud. Sotus in 4.distin. 20.q.2. art.2. Petr. Sotus de instit. sacerd.de sacram. satisfactione, lectione secũda.nisi manifestè appareret esse immoderatam, vel tam paruã,vt parui referret eam non acceptare, vel acceptatam non adimplere, quia esset veniale. Sotus qui supra.]

Hoc igitur modo se gerat Cõfessarius circa pęnitentiam, vel satisfactionem sacramentalẽ. Verùm si esset aliqua satisfa
21 ctio † proximo exhibenda, vt illa, quæ concernit restitutionẽ damnorum datorũ,aut male acquisitorum, vel iniuriarũ irrogatarum,tunc hæc omnino est faciẽda læsis,si reperiantur, quia sacerdos de his restitutionibus gratiam facere non posset. ita glo. in cap. cum tu, de vsur. Imò tales restitutiones deberent, si possibile esset, præcedere absolutionem. sic etiam satisfactio ad exeundum à peccato necessaria, vel contra recidiuum, vt odii mortalis depositio,vel ut abiiciat ancillam, sine qua esse nequit absque periculo recidiui, necessario imponenda est, quam si nolit pęnitens acceptare, absoluendus non est. Ita Dom. Anto.de But. in cap.omnis,num. 54. de pęn. & remiss. Nauar. cap.26. num.20. Syluest. in ver. confessio.1.q.25. qui hanc satisfactionẽ nominat illud,quod iniungitur per modum declaratæ obligationis, vt est illud, quod communicet in Pascha. Concedat etiam iniungendo pęnitentiam ieiuniorum, vt illa redimi possint eleemosynis, & si die pręscripta ieiunia non fiant obliuione,vel ignorãtia, vt possint fieri aliò.
22 Sed aduertat † Confessarius pœnitentem,quòd quando ille imponit pœnitentiam ieiuniorum, aut aliquarum precũ, non censetur in casu dubii ieiunia illorum dierum, aut aliquarum precum recitationem, ad quæ pęnitens tenebatur, imponere. Vnde sequitur quod non satisfaceret pęnitentiæ, si is, cui dierum quatuor ieiunium impositum fuerit, ieiunaret in diebus quatuor temporum, aut in vigilijs, ad quas tenebatur secundum omnes, Nauar. c.26. nu.24.

Quædam etiam pęnitentis relinquat arbitrio, vt hoc, vel illud faciat.
23 Nouissimè † hortetur pęnitentem, vt in gratia Dei pœnitentiam agere curet: quia sic satisfacit Ecclesiæ, & Deo pro pœna, vel quo ad totum, si æquiualens à sacerdote fuerit impositum, aut quo ad dimidium, vel aliam partem, si quòd impositum fuerit,non est æquiualens: si uerò extra charitatem sacramentalem satisfactionem expleuerit, illud constitutissimum est,illam de rigore iustitiæ minimè satisfacere pro temporali pęna debita, ita Nauar. hanc communem fatetur opinionem in cap.1.num.45.de pœnit.distin.6. quamuis omisso rigore iustitiæ possint valere, ea referendo ad liberalitatem diuinæ Maiestatis, vt refert. Couar. in c.alma mater, prima par. §. 4.
24 de sent.excommu. lib.6. Et hæc † adeò vera sunt, vt subinde censeamus etiam charitate accedente nõ effici meritoria, sicut receptum est apud Theologos, & tradit Thom.3.par. q.89. art.6.ergo nec satisfactoria, sicut extendit Sotus in 4. sent.dist.19. q.1. art.5. & est communis Theologorum opinio,quod virtus satisfaciendi de rigore iustitiæ non aliunde tribuitur,quã ex virtute passionis Christi,à qua secludimur, si extra charitatem
25 sumus. Caietanus † tamen in q.2.de satisfactione, quem sequitur Naua.in c. 1. nu.49.extra de pęn.dis.6. existimat opera facta extra charitatem,iniuncta tamẽ in sacramentalẽ satisfactionem accedente charitate eundem effectũ habere, quẽ habuissent, si facta fuissent in charitate. Idque ob virtutem sacramenti, quæ operatur recedente fictione, c. tunc ualere, de consecr.distinct.4. sicut in baptismo.
26 Hanc tamen † Caietani, & Nauarri opinionem. Couar. doctissimis rationibus refutat, ut contrariam communi Theologorum

logorum consensui. Primum, quia licet satisfactio sit iniuncta in sacramento pœnitentiæ, [non tamen est sacramentum, quippe quod in absolutione cõsumatur. Vnde licet si illic imponatur pœnitentia, virtute clauium sit magis satisfactoria, tamen illa satisfactio non est de essentia sacramenti; sed pars integralis, sine qua esse posset sacramentum, vt homo absque manu. Et ideo non operatur ad modum sacramenti ex opere operato, sed ex opere operantis, & per consequens est opus hominis.] vnde cum sint extra charitatem, omnino mortua sunt, etiam accedente charitate: quamuis essent opera, ex quibus maneret effectus etiam post ipsius operis transitum, vt in ieiunio, vbi remanet debilitatio corporis; & eleemosyna, vbi remanet diminutio rei familiaris: quia cum opera facta extra charitatem sint mortua, dubio procul mortua sunt cum effectibus suis, vt tenet Ioan. à Medi. quem sequitur Coua. vbi supra, num. 7. & Sotus, qui supra cõtra Palud. & Turrecre. in cap. scelerarior, §. his authoritatibus, artic. tertio, de pœnitent. distinct. tertia. Caietanus autem loquitur de sacramentis, quæ cum sint opera solius Dei, valorem habent à meritis Christi, non à meritis operantis. Et ideo si fiant extra charitatem, non amittunt valorem proprium, licet nõ prosint operanti, & cessante fictione sequentur effectum. Quod si † forte pœ-
27 nitens sacramentalem pœnitentiam à sacerdote sibi iniũctam exequutioni tradiderit existens in peccato mortali, & contra charitatem, tametsi non omnino satisfaciat, cũ adhuc maneat obligatus, vel ad illam pœnitentiam à sacerdote sibi iniunctam, vel ad aliam iustam, & legitimam, puta eleemosynam, vel etiam ad patienter substinendum flagella Dei, vel in hoc seculo, vel in futuro, idest in purgatorio, tamen duplicem vtilitatem consequetur, quòd satisfaciet pręcepto sacerdotis, & obligationi pœnitentiam implendi, sub nouæ culpæ reatu, vt rectè concludit Io. Medi. Ç. de confess. tract. 2. quæst. 42. & Sotus, atque alter Petr. Sotus de sacra. satisfactione, lect. 2. Vnde colligitur non esse necessarium, vt iterum à Confessario satisfactio sacramentalis iniungatur, nec ea repetenda erit ad effectum implendi pręceptum Ecclesiæ, vel Confessarij, glo. in cap. fin. in ver. vtilis, de pœnit. distinct. 3. ratio est, quia licet teneatur facere pœnitentiam sub noui reatus pœna, non tamen tenetur exequi in gratia, & hæc quo ad pœnitentiam non in gratia expletam. Fera-
28 tur etiam † intentio pęnitentiam imponentis (vt supra etiam diximus) ad extirpationem vitiorum, vt ieiunium contra luxuriam, contra negligentiam audire sacras conciones, & verbum Dei; Orationes ad gratias agendas, septem Pater noster ad septem dona, & virtutes contra septem vitia, quinque ad reformationem quinque sensuum, tres ad reformationes trium potentiarum, vt custodiat cor, os, & opera; Eleemosynas contra
29 auaritiam, † vel pecuniam pro missis dicendis, quam etiam ipse sacerdos recipere posset duobus cõcurrentibus. Primo, si modo nullum inde scandalum, vel admiratio sequeretur: aliàs secus, quia species mali est, de vita, & honest. cler. c. cũ ab omni. [quãuis tutius est, & sanum consiliũ à talibus impositionibus abstinere, siue ipse celebret Missas, siue per alios dicat, ꝙ faciat celebrare: nam in hoc etiã posset esse scãdalum, vt ad vicinum sacerdotem mittat, qui sibi postea vicem redderet, ita Sum. Confess. li. 3. de temp. orãdi. q. 127. Astẽs. de mẽsu. satisf. c. 31.] Secundo si spõte à pęnitente dicta pecunia sacerdoti offerretur, ita Sylu. in ver. Decima, nu. 6. vers. quartum. aliàs, si Cõfessarius exigeret dictã pecuniam, vel peteret. pręter peccatum absolui nõ posset Neapoli, nisi ab Epõ, vt habetur in casib.
30 sibi reseruatis, casu 14. Statuat etiã † pęnitenti quędam loca, ad quę confugiat, quibus locis, & diebus sese in pijs meditationibus exerceat, modò in consideratione suorũ peccatorũ, modò in meditãdis pęnis inferni pro suis peccatis sibi de-

bitis, modò in diuini iudicij animaduersione, modò in morte, modò in ingratitudine Deo exhibita, modò in passione, prout has meditationes inferius Deo duce subiiciemus. Minus verò exercitatis imponat, vt legant, aut audiant verbum Dei. Denique qui peccato sunt assueti non per vnam, sed per plures etiam hebdomadas his teneantur exercitijs. Qui minus, minoribus, atque breuioribus. Det ei Christus spiritũ suum, qui doceat qualiter ei iniungere valeat pęnitẽtiam.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio sub conditione de futuro, non valet, secus de praterito, vel prasenti, & quare.*
2 *Absolutionis de prasenti, casus duo, in praxi à Barth. à Medina positi.*
3 *Absolutio datur sub modo, etiam eo non seruato, valet.*
4 *Forma, in breui reconciliatione, qua, & qua in pleniore confessione, & quatenus se extendat, nu. seq.*
6 *Absolutionis plenioris forma eius est efficacia, vt à peccatis reseruatis postea in memoriam reuocatis Confessor etiam sine facultate absoluat.*
7 *Absolutionem ab omnibus excommunicationibus, & peccatis oblitis, impetrantium consilium optimum.*
8 *Peccata reseruata, oblita, dimissa absolutione pleniore, reseruatorum naturam exuunt.*
9 *Absolutionis verba essentialia qua.*
10 *Verba, à peccatis de quibus contritus es, vel oblitus, sunt omnino reiicienda.*
11 *Absolutio per multos dies differri potest.*
12 *Absolutio iterata super eadem confessione non iterata, an licita.*
13 *Absolutionis forma in casu irregularitatis certa, vel dubitata.*
14 *Potestas absoluendi à censuris non extenditur ad irregularitates.*
15 *Pœnitens, iuramento sibi imposito non tenetur promittere se facturum, nisi sit aliquod praceptum à lege.*
16 *Pœnitens obligatus aliquid restituere, si minus potest, cauere debet, & quando dicatur non posse.*
17 *Iuramentum solet peti à pœnitente in magnis criminibus, de eis non committẽdis.*

De absolutione. Cap. XXXII.

1 Absolutio † à peccatis, siue à censuris sub conditione de futuro, puta si illud, aut illud feceris, dari non debet, nec potest sine peccato: ratio, quia absolutio nõ debet esse in suspenso; licet adimpleta postmodum conditione sortiatur effectum: sub conditione autem de præterito, uel præsenti dari potest, & ualet, ueluti dicendo, si fecisti, aut præstitisti talem rem ego te absoluo: & ratio est, quia conditio de præterito, uel de præsenti non est proprie conditio, nec suspendit actum, ut in l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. sed conditio de futuro dicitur proprie conditio, & suspendit actum, & irritat maxime in sacramentis, quæ simpliciter, & pure sunt conferenda, 1. q. 2. quam pio. Dom. Anto. de But. in c. 2. de baptismo.
2 His igitur sic stantibus frater † Bartholomęus de Medina in sua summa, 2. par. c. 13. ponit duos casus in praxi, quando potest dari absolutio sub conditione de præsenti. Et primus, quando puer confitetur, & dubitat Cõfessarius an usum habeat rationis, uel phreneticus, an in actu confessionis sit sanæ mentis, tunc potest dicere sic: Absoluo te, si usum habes rationis. Secundus casus est, quãdo is, qui confitetur, vir iustus esse creditur, & virtutibus ornatus, ita ut sacerdos nequeat innotescere, quæ ille confitetur, sint peccata uenialia; nec ne, tunc dicat: Ego te absoluo, si hæc, quæ confiteris peccata sint. At eo casu melius est ita dicere, ut pœnitens minime intelligat. Ego autem in hoc secundo casu, ut eũ absoluere possem, aliqua dexteritate ab eo extorquerem aliquod peccatum antea in superioribus confessionibus detectum.
3 Absolutio † uerò sub modo dari potest,

test,[qui quidem obseruari debet eo modo, vel ijs limitationibus, quibus fuit cōcessa ab Episcopo, vel alio, qui subdelegādi facultatem habet. Potest enim Episcopus arbitrari modum, pœnitentiam, & onus imponendum ei, qui absoluendus est, & committere nudam potestatē absoluēdi cū illo modo, qui ab absoluente obseruandus est, alias absoluens nihil ageret, cum limitata causa limitatū producat effectum. l. in agris. ff. de acqui. rerum domi. & fines mandati sint diligenter seruandi. l. diligenter. ff. manda. quæ quidem absolutio] valet tunc, etiam non seruato modo, licet pœnitens, qui illum non seruat, peccet mortaliter. veluti si superior absens inferiori facultatem dederit, vt á sibi reseruatis absoluat, sub eo modo, vt pœnitens iterum sibi illa confiteatur: nam acceptans modum, etiam si postea illum non impleat, peccat quidem mortaliter, veruntamen valet absolutio: Confessarius tamen debet pęnitenti modum declarare, & illum non acceptantem, non debet audire, vel absoluere, Nauar. cap. 26. num. 12.

4 In † reconciliationibus autem breuibus satis est dicere. Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, à quo possim te absoluere, ego te absoluo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego authoritate ipsius, qua fungor, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, In nomine &c. In confessionibus plenioribus dicat sacerdos, quando certus est pœnitentem incurrisse in aliquam excommunicationem, & ipse facultatem absoluendi habet: Absoluo te à vinculo excommunicationis, quā incurristi propter talem causam. Deinde si teneris aliquo vinculo, &c. vt supra. Misereatur, Indulgentiam. Deinde manum super caput pœnitenti imponens dicat: Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Beatæ Mariæ semper virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, aut mali substinueris, sint tibi in remissionē peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

[Et nota, q̄ præmittitur deprecatio, scilicet, Misereatur tui, &c. vt effectus absolutionis non impediatur. Non tamen requiritur ad esse sacramenti, sed ad bene esse, secundum D. Tho. 3. q. 84. art. 3. c. 1. sic neque manuum impositio est necessaria, tum quia in Euangelio, vbi data est potestas clauium, Ioan. 19. Accipite, &c. & Matt. 16. Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlo, nulla fit eius mentio, sed solum habetur, Quodcunque solueris, &c. Tum quia talis manuum impositio fit in sacramentis ad designandum aliquem copiosum gratię effectum. Hinc fit in sacramento confirmationis, quia confertur plenitudo Spiritus sancti. cap. 2. de consecra. dist. 5. Et in sacramento ordinis, in quo confertur quædam excellentia potestatis in diuinis misterijs, vnde 2. ad Timot. 1. ait Paulus. Et resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. sacramentum autem pęnitentiæ non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratię, sed remissionem peccatorum, quare hic non requiritur. At vero quamuis non sit necessaria, nihilominus non est despiciēda, immo est de congruitate, cum ferè in toto terrarū orbe hoc sit in more, & ex veteri lege consuetudinem traxit, vt legitur Leuit. 16. ita Sotus dist. 14. q. 1. ar. 4.]

5 Hæc † absolutio sic facta cum reliquis clausulis suis pęnitentibus ignorantibus, se esse excommunicatos, per illa verba, Si teneris aliquo vinculo, &c. adeo valet vt etiam intelligatur facta ab omnibus excommunicationibus maioribus, & minoribus, suspensionibus, & interdictis, quatenus potestas confessarij se extendat: modò pœnitens eo animo sit, vt faciat illud, quod tenebatur, uerbi gratia, satisfactionem, si meminit se esse excommunicatum ex causa damni, & faciat cum primum meminerit, Nauar. c. 27. num. 273. versi. eodem die. Præterea hęc absolutio ita impensa, si & quatenus

potuit Confessarius, adeo efficax est, vt pœnitens intelligatur absolutus ab omni excommunicatione, vel peccato reserua to, quod ex obliuione confiteri prætermiserat: modo illa confessio facta sit habentu facultatem absoluendi ab illa excõmunicatione, vel peccato reseruato. Vn
6 de quamuis postea factus † memor con fiteatur illa, vt tenetur, alteri, qui facultatem non habet, ab illis possit absolui: quia desierunt esse reseruata, & habere excommunicationem adiunctam, quippe quæ per superiorem absolutioné sublata fuerunt, & peccata remanserunt solubilia à quocunque sacerdote, ita Nauar. in cap. 1. §. cautus, de pœnit. distin. 5. & in Manua. capit. 26. num. 13. & hoc
7 nota, quia faciunt ad multa, & † primò quod bene facit is, qui absoluitur à Papa, vel Legato, si faciat se absolui ab excommunicationibus, & peccatis oblitis, & dispensari secum super irregularitatibus, quia si deinde recordatur, non tene tur tales adire, licet confiteri teneatur. Secundo faciunt pro eligentibus sibi Cõfessorem authoritate apostolica, vt faciãt se absolui, quantum extenditur eorum potestas. Faciunt tertio pro religiosis, qui in visitationibus, & capitulis à suis prælatis absoluuntur à censuris: quia cum prædicta venerint ad memoriam, vel no titiam, iam confiteri non tenentur, nisi quo ad peccata, si quæ interfuere, quæ tamen iam non sunt reseruata. Faciunt
8 tamen † pro eisdem quo ad casus reseruatos, quia si super iis dant licentiam cõfitendi alteri, iam nunquàm sunt eis reseruati si postea in memoriam venerint, nisi alia peccata reseruata committãtur: quia si cedit eorum authoritas alteri per absolutionem, etiam quantum ad oblita, à fortiori per licentiam maximè quan tum adscita in generali saltem, ita Sylu. in verb. confessio. 1. quæstio. 4. Vnde cum sit tam salubris hæc absolutio, semper Confessarii hac forma vti debent, si teneris, &c.
9 Alia autem † verba non sunt omnino necessaria: quia essentialia tãtum, & necessaria sunt illa solum, Absoluo te, vt colligitur ex D. Tho. 3. par. sum. quæst. 84. artic. 3. Quæ autem præcedunt, sunt preces, & quæ sequuntur pertinent ad iniunctionem pœnitentiæ generalis, quę imposita in sacramento pœnitentiæ efficacior est ad meritum ob virtutem clauium, quàm si voluntariè fiant, Diuus Thom. quodlib. 3. artic. 18. Huiusmodi sunt pœnæ sponte à nobis pro vindicando peccato susceptæ. aut temporalia flagella à Deo inflicta, & à nobis patienter tolerata, capit. sunt plures, in fine, de pœniten. distinct. 3. habetur in Concil.
10 Trid. sess. 14. cap. 9. Alia † multa adiun guntur, quæ non sunt superflua solum, sed etiam periculosa, e quibus sunt illa, de quibus contritus es, &c. Tum quia absolutio non solum comprehendit peccata contrita, sed etiam quę apparent cõtrita, ad effectum, ne iterum pœnitens confiteri teneatur: Tũ quia multos scru pulos gignere possent: superflua autem sunt verba illa, à peccatis tuis mortalibus, & venialibus, & circũstantiis eorũ, quia sub generalitate uerborũ illorũ ab omnibus peccatis, intelliguntur hęc oĩa. [Sic neque necessarium est addere, à pec catis, quorum es oblitus: tum, quia qui ex sua culpa non fecit sufficientem indaginem, & non est omnium memor, neque ab oblitis, neque à confessis absoluitur. Si tamen absque sua culpa quorundam est oblitus, secundum omnium sen tentiam tenetur illa confiteri, quando illa ad memoriam venerint, quod si esset absolutus, sequeretur non amplius teneri ad illa confitendum. igitur non rectè faciunt sacerdotes illa verba apponere: cum ab oblitis non absoluant. Nam vt inquit Medi. tract. 2. de confes. quęst. 39. stante obliuione illorum peccatorum suspenditur quidem obligatio illa confiten di, non tamen tollitur. & Sotus dist. 15. quæst. 1. ar. 3. inquit, quod absoluitur ab oblitis non formaliter, quia non sunt cõ fessa; sed extensiuè, & consecutiuè; quia cũ absoluitur persona, absoluitur ab omnibus, licet si postmodum in memoriam

vene-

venerint, sint necessario confitenda.]

11 Potest etiã differri† absolutio per multos dies, etiam si ipse Confessarius oblitus fuerit pęnitentiæ; duntamen ei prius pęnitentia innotuerit: quia si non taxasset pœnitentiam, tunc oporteret ad memoriam reducere, vt moderaretur iustè: Potest etiam vna die fieri pars confessionis, & altera die alia, vel vna die confessio audiri, & alia impendi absolutio, & iniungi pœnitentia peccatorum; quia pęnitentia non requirit tantam continuitatem agendorum, & dicendorum, sicut alia sacramēta, ita Archiep. Flor. de scien. confess. c. 4.

12 [Sed dubium occurrit, † an quemadmodum ex communi omnium sententia potest quis sua peccata etiã prius confessa frequenter, & pluribus cum spe veniæ confiteri, vt patet ex cap. quem pęnitet. de pęnit. distin. 3. vt communiter obseruari hoc videmus apud religiosos, & alios viros deuotos, & Deum timētes vel in sæculo manentes, vel religionē ingredientes, qui confessionem totius vitę repetere, & ab omnibus simul absolutionem recipere solent: Ita etiam posset reiterari absolutio ab eisdem peccatis? Respon. absolutionem ab eisdem peccatis dupliciter reiterari posse: vno modo reiterata confessione, alio modo ea non reiterata. Si secundum, tunc probabile est, talem absolutionem nil plus operari, quàm primam, sicut si quis in eadē Missa plures hostias reciperet, nihil plus, quã si vnam perciperet, obtinebit. Verũ esto ꝙ non sit fructuosa iterata absolutio super eadem confessione non iterata; est dubium, an saltem sit licita? Et videtur probabile quod non, nisi ob causam iustam reiteretur, puta si dubitat Confessor an prius absoluerit, quia forte oblitus est an debita verba formauerit, an debitã adhibuerit intentionē. Eodem modo dici potest, quod non sit licita reiteratio verborũ cōsecrationis super hostia consecrata, nisi ob aliquam similem causam. Et generaliter nulla forma alicuius sacramenti esset licitè iterabilis; non iterata materia, nisi ob causam. Si tamen confessio iteretur, simul, & absolutio, tunc talis absolutio toties proderit, quoties confessio iterabitur, modo non ponat obicem ipse confessus, quod tunc dicitur fieri, quãdo id faceret ex diffidentia præteritæ absolutionis, quasi illa prima absolutio ei ob grauitatem suorum peccatorũ nō suffecerit, & talis diffidentia mortale peccatũ est, & ad infidelitatem, seu hæresim pertinens: aut verò iteratur cōfessio ex humilitate, & deuotione, quã ad huiusmodi sacramentum pœnitens habet, omni diffidentia seclusa, & tũc licitè, & fructuosè talis confessio cum absolutione iteratur. Medi. C. de confess. quæst. 25.]

13 Quòd † si quis in irregularitatem incidit, aut incidisse dubitat, & Confessarius authoritatem habet in specie dispensandi, tunc dicat, Absoluo te ab omni uinculo excommunicationis, suspēsionis, & interdicti, in quantũ ego possum, & tu indiges, & dispenso tecum super irregularitate, si quam incurristi propter hoc vel illud, & habilito te ad legitimos actus. Deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis, In nomine Patris, &c.

14 An † autē intelligatur concessa hæc facultas dispensandi Confessario, qui potestatem habuit absoluendi à quibuscunque censuris, etiam sedi Apostolicæ reseruatis? Respon. quod non: cum irregularitas non sit censura, sed de hoc infra de sentent. excommunicat. capitu. decimoquinto, versicu. sexto, Quinta pars. Quis potest ab excommunicatione absoluere.

15 Postremò† illud adnotandũ est, quod absoluendus astringi non debet voto, vel iuramento, vel alia promissione, quæ nouum vinculum adiiciat, ad faciendum aliquid, vel non amplius committendũ tale peccatum, antequam absoluatur; sufficit enim firmiter proponere, nisi cum ius aliud præcipit, veluti quod excommunicatus ob notoriam offensam prius satisfaciat, quod incendiarius, vel

eius

eius fautores prius etiam satisfaciant, vt poterunt, & iurent amplius id non facere. Quod mutilator, manifestus raptor, aut Ecclesiæ violator, vsurarius manifestus, publicè iniuriantes personis eccle-
16 siasticis satisfaciant. & tunc † istis non debet absolutio dari, nisi parti realiter satisfaciant, vel si nequeunt, dent cautionem sufficienté, id est, fideiussoriam, vel pignoratitiam, si præstare illam possunt, vel saltem iurent se cum primum poterunt satisfacturos. Et tunc intelligitur non posse satisfacere, quando commodè non possunt, vt puta si oporteret vilius vendere bona sua: dummodo talis dilatio non sit cum magno damno alieno, Nauar. c. 26. num. 2. & cap. 27. num. 47. 48. & 73.

17 Petit & in istis magnis criminibus solet iuramentum de non cōmittendis iis, per quæ incurrerunt excommunicationé, & de stando mandatis Ecclesiæ. Sed ab excommunicatione lata à iudice quis in foro animæ, & quis in foro exteriori possit absoluere, infra de sent. excomm. parte quinta dicemus, c. 15.

Canones pœnitentiales, quorum notitia Confessarijs est valde necessaria: sunt enim quædam regulæ directiuæ ad pœnitentias iniungendas, & quamuis non semper imitandi, sæpè tamen pęnitentibus insinuandi. Cap. XXXIII.

1 *Sacerdos fornicarius.*

SAcerdos, qui fornicatur, pœnitentiam agat annis decem. cap. presbyter, dist. 82. quo in capitulo præscribitur pœnitentiæ modus.

2 *Cum sponsa aliena de præsenti contrahens.*

Qui sponsam alienam de præsenti accipit, in pœnitentia sit annis septem, & in diebus quadraginta in pane, & aqua. c. 2. de sponsa duo.

3 *Monialis fornicans.*

Monialis, quæ fornicatur, matrimoniumve contrahit, & qui eam cognoscit, vel contrahit cum ea, pœnitens sit annis 10. c. deuotam, 27. q. 1.

4 *Sacerdos celebrans, & non communicans.*

Sacerdos celebrans absque sumptione sacramenti, per annum pęnitentiam agat, & interim à communione abstineat, c. relatum, de consecr. dist. 2.

5 *Sacerdos, vel Diaconus pallijs altaris mortuum inuoluens.*

Sacerdos, qui pannis altaris mortuum inuoluit, pœnitens sit annis 10. & mensibus 5. Diaconus autem tribus annis, & mensibus sex. c. nemo, de consec. dist. 1.

6 *Incestus duarum sororum, vel coitus cum matre, patre, & filio.*

Qui scienter contrahit, vel coierit cum duabus sororibus, vel commatribus, aut sorore, vel cum matre, & filia, vel coierit cum patre, & filio, vel duobus fratribus, pœnitentia eis constituatur annis octo. 30. quæst. 4. cap. si pater. 32. q. 7. cap. si quis viduam.

7 *Mulier supponens partum.*

Mulieri, quæ partum supponit, quæ de alio viro concepit, pœnitentiæ, & satisfactionis modus præscribitur arbitrio Confessarij. c. officij, de pœn. & remis.

8 *Sacrilegus chrysma, vel sacrum polluens, vel calicem.*

Sacrilegus chrysma, calicem, vel sacrum polluens, pœnitens sit annis 7. & in singulas hebdomadas ieiunet, tribus mensibus à carne, & vino abstineat, c. de viro, 12. q. 2. quo in c. quædam alia ita peccanti constituuntur.

Celans

9 *Occultans coitum cum muliere contrahente cũ eius fratre.* Celans se cognouisse mulierem, quæ contraxit cum fratre eius, pœnitens sit annis septem, cap. si homo fornicatus, 35. quæst. 3.

10 *Solemniter pœnitens recidiuans.* Solemniter pœnitens recidiuans sit in pœnitentia annis decem. c. si quis vero, de pœnit. dist. 5.

[Et nota, quòd hæc solemnis pœnitentia tantum ab Episcopis imponi debet, vel alijs, de eorum commisione, nec nisi pro crimine graui totius vrbis scandalizatiuo. 26. quæst. vlt. cap. si. Puta pro homicidio, dist. 50. placuit. sacrilegio, incestu, & consimilibus quæ grauia sunt, horrenda, & publica. Nec sacerdotibus debet imponi, sed sæcularibus, tam mulieribus, quàm viris, si eorum exigunt delicta. Modus autem seruandus in huiusmodi pœnitentia imponenda ponitur in capite, dist. 50. Quæ quidem pœnitentia non est ipsius pœnitentis infamatiua, sed potius commendatiua, nam per eam innotescit illum peccatorem ad Deum esse conuersum, & eius peccatum esse detestatum. Estque irreiterabilis, cap. reperiuntur, de pœnit. dist. 1. cap. quamuis, dist. 50. cum sacramentum non sit, nec sacramentalis, & hoc ne in contemptum veniret, qualiter veniret si frequentaretur, ita vt homines timore illius parum à perpetrandis criminibus grauibus reuocarentur. Item in significationem eiectionis, qua Adam fuit de Paradiso eiectus, cuius eiectio vnica fuit. Rursum, quia est quædam professio perpetuò pęnitentiam seruandi, & ideo iteratio solemnitati obsistit, D. Tho. in 4. dist. 14. glo. in cap. quamuis, distin. 50. Non imponitur clericis propter dignitatem ordinis sacerdotalis. Hodie verò hæc ab usu recessit. Ita Hostien. in sum. de pœnit. & remiss. vers. his prælibatis. Sum. Conf. eodem tit. q. 10. Med. eod. tit. q. 40. Remansit tamen in usu in partem in die prima Quadragesimæ. Nam vt olim pęnitentibus super capita eorum imponebatur cinis: Sic fit hodie illo die omnibus hominibus ad significandum nos omnes peccatores esse, filiosque illius primi publici peccatoris. Remansit etiam in tribunali ecclesiastico cęremonia, quæ solet seruari maximè in crimine maleficarum, & strigarum, quæ solent ad fores Ecclesiæ in scala quadam cum dedecore magno coram omni populo plenæ melle, & plumis poni cum mitra dedecoris, ubi à pueris haud bene tractantur. Seruatur etiam in sacro Inquisitionis prætorio, ubi hæretici loco sacci, quo pęnitentes induebantur, induuntur habitello crucem habente in pœnitentiæ signum, & ducuntur ad Ecclesiam in publico loco, ubi Domini Inquisitores illos leuiter verberando virgis, atque aqua benedicta aspergendo, dicto Miserere, absoluũt. Ita Candel. aur. de pœn. solem. Est alia pęnitentia publica, & hanc possunt sacerdotes minores pro peccatis occultis imponere ad petitionem pęnitẽtis, & nec est cõfesionis manifestatiua, vel pęnitentis infamatiua, cum illam pęnitens spontè suscipere posit ob deuotionẽ, uel ut alium similiter publicè pęnitẽtem comittetur, uel ut eã non pro se, sed pro alio faciat, c. omnis, extra de pęn. & remis. Est & alia pęnitentia priuata, & hanc non dubiũ est, posse per sacerdotes iniungi, & per pęnitentẽ reiterari. Med. qui sup. & q. 41.]

11 *Contrahẽs cũ adultera.* Contrahens cum adultera, pęnitens sit annis quinque, c. si qua, el 2. 3. q. 1.

12 *Cognoscens vxorẽ adulteram ante pœnitẽtiam.* Cognoscens uxorem adulteram ante pęnitentiam peractam, pęnitens sit annis duobus. c. si quis. 32. q. 1.

13 *Sponsalia filiorum dirimentes.* Sponsalia filiorum parentes dirimentes, & filii si consense rint, ac post rursum dissenserint, communione priuantur annis tribus, c. unico, 31. q. 3.

14 *Sacerdos qui interest clãdestinis desponsationibus.* Sacerdos, qui interest clandestinis desponsationibus, per triennium ab officii sui administratione amouetur, c. fi. §. fi. de clandestina desponsatione.

Latro

15 *Latro cōfessus, in cæmiterio sepeliatur.*
Latro confessus in cæmeterio sepeliatur, oretur pro eo, & detur communio. c. quæsitum. 13. q. 2.

16 *Clericus ab vsu Metropolitanæ Ecclesiæ discrepans.*
Clericus in præstandis horarum officiis à Metropolitano Ecclesiæ more, & ritu discrepans, idq; præ contemptu faciens per menses sex à cōmunione priuatur, c. de his. dis. 50.

17 *Vxorem vel dominum interficiens.*
Qui dominum, vel vxorē interfecerit, nunquàm equitet, aut vehatur, non matrimonium contrahat, 10. annis carne non vescatur, vinum non bibat, c. admonere, c. quicunque. 33. q. 2. quibus in locis quædam alia delicta committentibus præscribuntur.

18 *Matrem interficiens.*
Matrem occidens annis 10. pœnitens sit, armis depositis, c. latorem, 33. q. 2.

19 *Votum simplex violās.*
Simplex votum violanti trium annorum pęnitentia constituatur. c. si uir, dist. 27.

20 *Blasphemans publicè Deum, vel matrem, aut Sanctos.*
Blasphemans publicè Deum, vel Beatam Virginem, aut Sanctos, pęnitens sit annis 7. secundum formam præscriptam in c. si. extra de maled.

21 *Ecclesiam incendens.*
Qui Ecclesiam incenderit, eam sedulo restituat, preciū det pauperibus, & pęnitēs sit annis 15. c. si quis ecclesiā. 17. q. 4.

22 *Comburens domum, vel aream.*
Qui domum, areamq; combusserit, pęnitentiam agat tribus annis, c. si quis domum, de iniu. & damno dato.

23 *Sacerdos excommunicatus celebrans.*
Sacerdos excommunicatus si celebrat, annis tribus in pęnitentia sit, hebdomadis singulis, feria, 2. 6. & 4. ieiunet. cap. de illis, 2. q. 3. & est irregularis. c. 1. de sent. excom. lib. 6.

24 *Sacerdos degradatus.*
Sacerdos à sacerdotij sui gradu remotus, atque ab ordine, quē degradatum dicimus, eiectus, si scienter celebrauerit, priuatur Eucharistia vsque ad ultimū diem, & in excōicatione est, viaticum tamen in fine sumens. c. accedens, dist. 50.

25 *Dissimulantes corrigere venditiones ministeriorum.*
Episcopus dissimulans corrigere venditiones ministeriorum, mensibus duobus, Sacerdos hoc agens, quatuor, Diaconus annis tribus pęniteat, Subdiaconus, aliique inferiores debita excommunicatione afficiunt sui iudicis arbitrio, cap. quicquid. 1. q. 1.

26 *Iniustè excōmunicans.*
Iniustè excommunicanti, per mensem vnum ingressus Ecclesiæ interdicitur, c. sacro, de sent. excom.

27 *Sacerdos, siue Episcopus fornicans cum sua filia spirituali.*
Sacerdos si fornicatus sit cum filia spirituali, aut cum sua pęnitente, pęnitentiam agat annis 12. & in monasterio seruiat Deo, dum viuit. Si Episcopus hoc admiserit, annis 15. mulier autem monasterio detrudatur, vbi perpetuo viuat, c. si quis, c. non debet. 30. q. 1. 30. q. 3. non oportet.

28 *Scienter rebaptizatus, vel ignoranter.*
Scienter rebaptizatus, si per hæresim hoc scelus admiserit, afficiatur pęna annis 7. feria 4. & 6. ieiunans, & tribus annis, itidem quadragesimis pane, & aqua. Si verò hoc fecerit pro mundiria, annis tribus. Si ignoranter, non peccat. c. quibis, de consec. dist. 4. c. 2. de apost.

29 *Episcopus, presbyter, Diaconus sponte rebaptizati.*
Si Episcopus, Presbyter, Diaconus sponte sunt rebaptizati, quandiu uiuunt, pęnitentes sint. Alii verò clerici, & moniales volentes rebaptizari, pęnitentiam agant annis 10. cap. eos, de conse. dist. 4. vbi pęnitentiæ modus præscribitur.

30 *Falsum testificans sponte, vel coacte.* Qui coactus falsum testimonium dixit, nec mors secuta est, pęnitens sit annis duobus; si sponte, annis quinque. capit. 1. de falsis.

31 *Adulter fornicans.* Adultero fornicanti pęnitentia constituta est annorum septem. c. si. 22. q. 7.

32 *Iniustè accusans aliquẽ ad mortem.* Qui iniuste aliquem accusat ad mortem, 40. diebus in pane, & aqua continenter ieiunabit, & per annos septem pœnitentiam agat non in pane, & aqua tantum, sed arbitrio sacerdotis. Si verò ob eam accusationem membrum quis perdiderit, accusator ieiunabit quadragesimis tribus in pane, & aqua, 22. quæst. 5.

33 *Patronus res Ecclesiæ absumens.* Patronus, qui res Ecclesiæ absumit, per annum excommunicatur. c. filijs. 16. q. 7.

34 *Iurans ad pacem non redire.* Iurans ad pacem non redire, per annum pœnitens sit. c. qui sacramento. 22. q. 4.

35 *Ducens in coniugem filiam, vel sororẽ spiritualem, vel consentiens.* Qui filiam suam spiritualem, vel sororem spiritualem ducit in matrimonium, vel qui consentit, pœnitens sit annis septem. c. non oportet. 30. q. 2.

36 *De gutta sãguinis Christi cadentis in terram.* Si gutta sanguinis Christi in terram cadit, sacerdos sit pęnitens diebus 40. si super altare, & ad vnum pãnum transit, diebus duobus, si vsque ad duos, diebus quatuor, si vsque ad tres, diebus 9. si vsque ad quatuor, diebus 20. c. si quis per negligentiam, de consec. dist. 4.

37 *Incautè dimittens Eucharistiam.* Si incaute dimiserit Eucharistiam, quamuis nil nefandi acciderit, tribus diebus à sui muneris administratione amouetur. c. 1. de custo. Euchar.

38 *Episcopus, Presbyter, Diaconus homicida.* Episcopus homicida, sit pœnitens annis 15. & deponatur, ac perpetuò peregrinetur, presbyter annis 12. Diaconus 10. & mensibus tribus in pane, & aqua. c. si quis homicidium, distinct. 50.

39 *Homicida sponte, vel casu.* Homicida pęnitens sit annis duobus. c. de his clericis. dist. 50. qui casu, annis quinque: qui sponte, septẽ. c. miror. dist. 50.

40 *Occidens personam ecclesiasticam.* Occidens clericum, vel monachum, diaconum, vel subdiaconum, perpetuò in monasterio detrudatur, & publicam pęnitentiam agat annis 7. c. qui occiderit. 17. q. 4.

41 *Sodomita laicus, vel clericus, vel qui cum bestiis, aut incestuosus.* Qui coierit contra naturam, vel cum bestia, vel qui incestum fecit, pœnitens sit amplius, quàm annis 7. Qui clericus deponatur, laicus excommunicetur. c. hoc ipsum. 33. q. 2.

42 *Matrimonium contra interdictum Ecclesiæ cõtrahens.* Qui matrimonium contrahit contra interdictum Ecclesiæ, per mensem pęnitens sit, aut arbitrio sacerdotis. c. 1. de matr. contrac. cont. interd. Ecclesiæ.

43 *Confessarius reuelans peccatum pœnitentis.* Confessarius manifestans peccatum pœnitentis, detrusus in monasterio pęnitentiam agat. c. omnis, de pęnit. & remiss.

44 *Euomens Eucharistiã.* Qui per ebrietatem Eucharistiam euomit, si laicus est, diebus 40. si infirmus 7. pęnitentiam agat, si clericus 40. si Episcopus 9. c. si quis per ebrietatem, de consec. dist. 4.

45 *Periurans scienter.* Qui scienter periurat, si liber est, 40. diebus, & annis sequentibus 7. si seruus per quadragesimas tres, & legitimas ferias pęnitens sit. c. qui cõpulsus. 22. q. 5. 6. q. 1. quicunque.

Qui

46 *Compellẽs iurare falsò.* Qui alium compellit vt falsum iuret, 40. diebus in pane, & aqua, & annis 7. in pęnitentia sit, c. si quis conuictus. 22. q. 5.

47 *Periurans in manu Episcopi.* Periurans in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, annis tribus. At si in cruce non consecrata, anno vno pęnitens sit. Qui autem coactus, vel ignorans, tribus quadragesimis. c. 2. 22. quæst. 5.

48 *Mensuras adulterans.* Mensuras adulterans, 30. diebus ieiunet in pane, & aqua, c. 2. de empt. & vendit.

49 *Communionẽ dans hæretico, vel recipiens.* Ignoranter communionem dans hæretico, vel ab eo accipiens, per annum sit pęnitens. Si scienter, annis quinque. Quod si nesciens permittit eum in Ecclesia celebrare, diebus 40. quod si reuerentiæ causa, anno vno: si ad euertendam fidem, annis 10. pęniteat. c. si quis dederit. 24. q. 1.

50 *Rapiens, vel furans clericus, vel laicus.* Qui rapuerit, vel furatus fuerit aliquid, quadruplum reddat, Ecclesiæ duplum; & annis 7. pęniteat in pane, & aqua, c. si quis furtum. 17. q. 1.

51 *Clerici furantis, & laici pœnitentia.* Clerico furi annorum 7. laico quinque pęnitentia constituatur. sin autem res vilis est, in pane, & aqua pęnitentia detur, c. si quis clericus, 17. q. 4.

52 *Manum iniiciens in Episcopum, vel presbyterum.* Qui in presbyterum, vel Episcopum manum iniicit, vel Ecclesiam vastat, vel impugnat, in monasterio inclusus perpetuò pœnitens sit. c. quisquis.

Notanda circa prædictos Canones.

CVm omnes pœnitentiæ sint arbitrariæ, nihil erat, cur nos pęnitentias à Canonibus pręscriptas recenseremus: recensuimus tamen, non ut Confessarius eas imponat pœnitenti, sed vt insinuet: sunt enim ei saltem insinuandæ, præterquàm si omnino deiectus videatur, vt intelligatur quàm graui pœnitentia dignus sit vtq; id intelligens, liberiori animo amplectatur pœnitentiam sibi impositam, eamque diligenter impleat, detque operam, ne in eadem peccata recidat, quãdo intelligit abolenda esse tam graui pęnitẽtia. Vbi verò secundum canones impònebatur pęnitẽtia aliquot annorum, puta septem, aut trium quadragesimarum, nec additur quomodo debeat pœnitere, relinquitur arbitrio presbyteri, perspecta pęnitentis qualitate, ac dispositione. Ieiunia verò trium quadragesimarũ ea significant, quæ ante Natale Domini, & Pascha resurrectionis, & quæ per dies tredecim ante festum sancti Ioan. Baptistæ olim celebrabantur.

DECISIONES AVREÆ

Casuum Conscientiæ,

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, Monacho Cassinensi, Monasterij S. Seuerini de Neapoli professo, Authore.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Mala prius eruenda, & bona deinde inducenda, exemplo agricolæ, qui prius terram spinis, & tribulis enudat.*

2 *Præceptum: Non habebis Deos alienos coram me; forma negatiuum, virtute affirmatiuum: sub illa idolatria prohibetur, sub hac Latria iubetur.*

3 *Fides in decalogo potius supponitur, quàm præcipiatur; & credentes monendi sunt, quo pacto Deum colant.*

Latria, quid sit.

4 *Religionis actus vnus, eius violatio tamen pluribus modis fit; & quibus; & de diuersis hominum religionibus in colendis Deis.*

5 *Præceptum: Non habebis Deos alienos, &c. quare sub trina negationis forma propositum: & peccantes in hoc præceptum, qui, & num. seq.*

De primo Præcepto Decalogi. Cap. I.

1 INDVSTRII, † peritiq; agricolę cum terram nouã colere incipiunt, priusquàm semina mittant, euulsis tribulis, & spinis, quæ impedimento esse possunt, eam fętui aptam reddere consueuerunt: quam colendæ terræ rationem respicere uidetur Propheta regius, cum prius præcipit, ut declinemus à malo; deinde, ut faciamus bonum: ea enim est natura boni, ut unà cum malo stare nequeat, sicut lux cum tenebris esse non potest. Haud aliter summus ille agricola facere dignatus est: cum enim uineam suam dilectã de Aegypto, hoc est de lo-

co horroris, & vastæ solitudinis eduxisset, & si ab initio sæpiuit eam angelorũ præsidio, tamen non prius torcular, & turrim in medio eius erexit, quàm euulserit ex ea lapides, nempe idola, & omnia, quæ verum Dei cultum poterant
2 impedire. Primum † ergo præcepit, Nõ habebis Deos alienos coram me. Quibus quidẽ verbis duplex continetur pręceptum; quorum alterum vim iubendi habet, alterum prohibendi. Nam quod dicitur, Non habebis Deos alienos coram me, eam habet sentẽtiam secũ coniunctam, Me verum Deum coles, alienis dijs cultum non adhibebis. Itaque hoc præceptum, vt forma negatiuum, ita & virtute affirmatiuum est, teste Bonauent. lib. 3. senten. distin. 37. Si affirmatiuus sensus his verbis inclusus attenditur, Latria iubetur: Si negatiua verborũ forma consideratur, idolatria prohibe-
3 tur. fides enim † in Decalogo præsupponitur, potius quàm præcipitur, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 16. artic. 1. Præcepta enim non nisi subditis dantur. Atqui in Deum non credunt, qui ei subesse nolunt, ipsumque pręcipientem audire recusant, idolatrę sunt: qui vero & credunt, & præcipientem auscultant ei parere parati, monẽdi sunt primum, quo pacto Deum ipsum colere debeant; hæc
4 Latria vocatur. Porrò † licet vnus sit religionis actus: eius tamen violatio non vno, sed pluribus fiebat modis, illis præcipuè temporibus, quibus erat hoc peccatum in orbe frequentissimum. Quidam enim creaturas, deorum loco sola mente colebant, horum error euellitur, cum præcipitur, Non habebis Deos alienos coram me. Quidam vero suis dijs imagines ponebant, & quasi in ipsis idolis diuinitas aliqua, vel virtus inesset, & thura ferebant, & adorabant, & spem suam in ipsis collocabant. Istorum insania exulare à sancto Dei populo iubetur: cum subiungitur, Non facies tibi sculptile, neque adorabis ea: ex quibus elicitur aliqua causa. Præceptum
5 hoc † quare sub trinę negationis forma fuerit propositum, D. Thom. 2. 2. q. 122. artic. secundo, ad secundum. Peccant
6 ergo † in hoc præceptum, qui verè Deo Latriæ cultum non exhibent: Qui idola venerantur, qui damnatis diuinationibus, ac superstitionibus fidem adhibent: Qui sortes detestatas in dubijs contingentibus consulunt: Qui cum dęmonibus consortium ineunt: Qui in hæresim labuntur. De quibus omnibus deinceps suo ordine disseremus.

SVMMARIVM.

1 *Latriæ definitio; & quomodo ea attribuatur tum Deo, tum creaturis; & cui Dulia, Hiperduliaq; conueniat.*
2 *Humanitas Christi duplici modo adoratur, ibi vide.*
3 *Imaginibus, quæ reuerentia debeatur, & qualis.*
4 *Theoremata 15. spectantia ad præceptum Latriæ; quæ extenduntur ad finem capituli.*

De Latria. Cap. II.

1 Latria † (prout virtutem theologicam significat,) est cultus soli Deo ratione summæ potẽtiæ bonitatis debitus: in confessione veræ fidei, in munere laudis, & oblatione cõsistens. Hæc soli Deo quidem propter eius excellentiam, creaturis autem secũdum participationem aliquam tantummodo communicatam tribuenda est; D. Thom. 2. 2. quæstio. 84. art. primo, ad primũ. Sanctis verò, & electis Dei, quibus partem aliquam suæ excellentiæ dignatus est communicare, Dulia præstanda est. Illis autem qui specialem habent huius excellentiæ aliquã cõmunicationem, atque cum Deo sunt particulari quadam affinitate coniũcti, vti est sacra Virgo Maria, Hiperdulia cõuenit, D. Thom. 2. 2. q. 103. art. 3. in se-
2 cundo argumento. At † Christi humanitas duplicitet intelligi potest, vno modo, vt res adorata, idest vt adoretur caro Christi

Christi non propter seipsam, sed propter vnitum ei secundum Hypostasim verbum Dei, & secundum hoc adoratio humanitatis Christi, est adoratio Latriæ: sicut à simili, adorare vestem regis, est adorare regem vestitum. Alio modo humanitas Christi, vt ratio adorandi est, adoranda ratione Duliæ. Hoc est persona Christi honoranda est Dulia, ratione humanitatis perfectæ omni munere gratiarum, D. Tho. & Caiet. in tertia par.
3 quæst. 25. art. secundo. Porrò † imagines sacræ, si vt res quædam considerantur, nulla illis tribuenda est reuerentia; sed in illis imago ipsius, cuius sunt, attenditur, non materia, ex qua formatæ fuerunt. Vnde quæ reuerentia illi, cuius est imago debetur, eadem & imagini iure impartitur, cap. perlatum, cap. venerabiles, de consecr. distin. 3. D. Thom. 3. par. quæst. 25. artic. 3. Hæc omnia in Latriæ
4 præcepto noscere debemus. † Huc ergo spectat primo.

1 Vt in Deo solo dominium, potestatis plenitudo, gubernatio creaturarum omnium, & quidem immediatè quantum ad rationem, licèt non immediatè quantum ad omnium executionem, firmiter credatur.

2 Vt Deus solus verum, ac summum bonum, ac per essentiam, cætera verò non, nisi per participationem bona existimentur, D. Thom. in opusc. 63. de beatitudine, cap. tertio, versic. tertium principale.

3 Vt ita in Deum spes nostras figentes in die tribulationis ad ipsum confugiamus, supplices numen eius poscentes;

4 Vt in Dei misericordia confisi, bonis nostris operibus, diuinæ ipsius gratiæ auxilio, factis intercedentibus, beatitudinem æternam nos consecuturos speremus.

5 Vt in istius interioris Latriæ protestatione exteriora signa, quandoque sumamus, ac illa præcipuè, quæ maioris sunt reuerentiæ inditia, inter quæ adoratio locum obtinet præcipuum, D. Th. & Caiet. 2. 2. quæst. 84. artic. primo, ad secundum.

6 Vt omnes superstitiones expellantur. Quicquid autem ab hominibus ad idola colenda pertinens, vel ad venerandam, sicut Deum, creaturam, institutum nouimus, superstitionem appellamus, c. illud. 26. q. 2.

7 Vt superfluus Dei cultus omittatur, cuiusmodi sunt omnes ceremoniæ, quę neque ad Dei gloriam, neque ad subigendam carnem spiritui quicquam cōferunt, cap. quisquis, dist. 41. ceremoniæ nanque exteriores ad hoc præcipuè sunt institutæ, vt homines Deum in reuerentia habeant, D. Thom. 1. 2. q. 102. art. 4. vers. Respondeo.

8 Vt perniciosus Dei cultus pęnitus effugetur, perniciosus verò cultus dicitur, qui ceremonijs falsis falsitatemque aliam præseferentibus Deo redditur. Tales sunt Hebionitę, qui hoc tempore gratiæ, Iudaicis ceremoniis Deo seruitutis pensum reddere non verentur, D. Tho. 2. 2. q. 93. art. 1.

9 Vt Sanctos vnà cum Christo regnantes orationes suas Deo pro nobis offerre compertum habētes, ad illorum opem, auxiliumque ob beneficia à Deo per filium eius impetranda confugere bonum esse credamus. Concil. Trident. sess. 25. in principio.

10 Vt Sanctorum reliquias, per quas multa nobis à Deo prętantur beneficia, veneratione dignas non ambigamus, nouasque reliquias non esse venerandas absque authoritate Papæ asseueramus, vt notatur in cap. secundo, de reliq. & venerat. Sanct. ibidem Concil. Triden. At nouas dicimus, omnino nouas: nam antiquas de nouo venientes venerari licet, ita Dom. Anto. de Butr. in d. cap. 2. nume. quinto.

11 Vt reliquias Sanctorum cum decenti veneratione secum ad collum deferre, absque aliarum vanitatum superstitione, puta quòd vas esset quadrangulum, sed si portentur ex deuotione, religiosum esse asseueremus, D. Tho. 2. 2.

quæst.96.art.fin. ad tertium; Syluest. in ver. Reliquiæ.quæst.4.

12 Vt Sanctorũ reliquiæ passim omnibus ostendi non debeant,sed raro:tum quia ex reliquiarũ ostensione datur detractoribus occasio eas vilipendendi: videntes enim ossa nuda,dicunt fraudem, siue dolum esse, quasi consumptus non esset, si sanctus esset:cum tamen de omnibus scriptum sit, Gen.3. Cinis es, & in cinerem reuerteris. Excipiuntur tamen aliqui, sicut Christus, & gloriosa Domina, & Beatus Ioan. Euangelista, & alij quidam hoc speciali priuilegio decorati,de quibus Psal.15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Tum quia detractores redarguunt auaritiam Clericorum: quia quandoque extra sinum reliquias trahũt, vt plures oblationes recipiant. Do. Ant.de Butr. & Abb. in c.2. de reliq. & vener. sanct. nu.4.

13 Vt Sanctorum reliquiæ nullo pacto furtim subtrahantur, etiam si ex deuotione fiat, vt honorabilius collocentur: esset enim sacrilegium, quia aufertur sacrum de sacro, 17. q.4. quisquis. Arch. Flor. 3. par. tit.12. de reliq. cap.8. Sylu.in verbo, reliquiæ. q.2.

14 Vt sacris imaginibus debitum honorem, venerationem, ac reuerentiam tribuamus; non quasi credentes in ipsis imaginibus aliquid inesse diuinitatis;sed quasi ipsos venerantes, quorũ sunt imagines: honor enim,qui eis exhibetur,ad protypa refertur.Conc.Trid.sess.25.c.2. incip. mandat.

15 Vt vnamquamque imaginem eodem cultu, quo ille, cuius imago est veneremur,idest,vt imagini Dei,vel Christi,vel etiam crucis signo, pro ut Dominicam passionem ad mentem reuocat, Latriam impartiamur. Ac sacræ Virginis imaginem Hyperduliæ, aliorum verò Sanctorũ Duliæ adoratione adoremus, D.Tho. in opusc.lib.3. de erudit. princ. c.5. Gabr.de Cano. miss. lect.49.

16 Vt signũ crucis in silice, aut marmore humi positum sculpere non liceat. l. vnica, C. nemi.licere signum Saluatoris. & videtur esse præceptum: quia vult hoc puniri pœna grauissima, vbi glossa, forte mortis. ex quo patet quantum reprehensibiles sint, qui sepulturis in humo positis imprimunt cruces, vt inquit Syluest.in ver.imagines, in fi.

SVMMARIVM.

1 *Audacissimum hominum genus illud est, qui malis artibus, diaboli imitatione cognitionem futurorum aucupantur.*
2 *Superstitio quid sit, cuius quatuor annumerantur species.*
3 *Diuinatio tertia superstitionis species quid, & futura duplici modo cognoscuntur, & quibus.*
4 *Astrologi potius ex causis effectus aperire, quam diuinare dicuntur.*
5 *Diuinatio quæ propriè dicatur,& quid sit.*
6 *Diuinatio propriè dicta tres in partes diuiditur; quarum prima inuocatione Diaboli fit.*
7 *Dæmones,& Necromantici,vt facilius decipiant, bona fieri iubent,vt illicitis admixtis fides adhibeatur; & quæ personæ præcipuè decipiantur.*
8 *Inquisitores hæreticæ prauitatis in sacrilegos, an procedant.*
9 *Diuinationis secunda species, quæ sit; & quando prohibita,quando verò minimè sit, num.seq.*
11 *Augurium,omen, chyromantia, spatulamantia prohibita.*
12 *Astrologiæ scientia ab Ecclesia permissa ad quæ se extendat, ad quæ non.*
13 *Sydera cælestia quatenus consideranda sunt astrologis.*
14 *Astrologia iudiciaria à Sisto V. omnino prohibita.*
15 *Furta ex Astrolabii inspectione inuenire velle, ad iudiciariam Astrologiam attinet.*
16 *Diuinare, an liceat ex somniis.*
17 *Dæmones superstitionibus vanis, & illicitis se immiscent.*
18 *Vanum est ex impressione corporum cælestium mysteria fidei, vel pendentia ex libero arbitrio aucupari.*

De

De superstitionibus, diuinationibus, ac sortibus. Cap. III.

1 INter cætera, † quæ sacri Theologi soli Deo tribuunt, est cognitio futurorum. Scriptum est enim, Annunciate, quæ futura sunt in futurũ, & sciemus, quia dii estis vos, Esa. 41. Nunc tamen eò creuit audacissima superbia hominum, vt imitata Diabolum, qui Dei sublimitatem affectauit, futuram notitiam assequi laboret modò superstitionibus, ac magijs, modò sortilegijs, aliisq; diuinationum modis ab Ecclesia damnatis, de quibus omnibus simul differendũ duxi. Tãta enim affinitate connectuntur, vt de ipsis separatim differenti, eadem terque, quaterque repetere sit necessarium.
2 † Horum omnium genus est superstitio, quæ uitiũ est ueræ religioni oppositũ. Huius quatuor sunt species præcipuę, ut docet Augu st. lib. 2. c. 20. de doctr. Christiana. Harum prima est superfluus, pernitiosusque Dei cultus. Secunda est idolatria. Tertia huic proxima, est diuinatio, qua cultus diuinus creaturæ ad aliquid indagandum impartitur. Quarta uerò, & ultima est ligaturarum, pręcantationum, aliorumque medicamentorum ad effectus, quos nequeunt naturaliter producere, uana quędam obseruatio, atque traditio. De iis superiori capitulo aliqua, loco illi necessaria, libauimus. De duobus reliquis erit in pręsenti differendũ, ac primò
3 † de tertia superstitionis specie, quę diuinatio dicitur. Hæc in genere sumpta definitur, quòd est futurorum prænunciatio. Sed cum ea, quæ futura sint, dupliciter cognosci possint. Primo modo in suis causis: Alio autem modo in se ipsis. Quæ causas habent necessarias, omnino futuras, cognoscere possumus, ac etiam prænunciare. Sic Astrologi prænũciant eclypses futuras. Item quæ contingentes tantummodo causas sortita sunt futura esse, potius conijcere ex talibus causis possumus, quàm affirmare. Hæc
4 qui † faciunt, diuinare propriè non dicuntur, sed potius ex causis effectus cognoscere, & annunciare: quemadmodũ Astrologi ex stellarum aspectibus quędã prænoscere, & prænunciare possunt de pluuiis, atque siccitatibus; sic medici de sanitate, & morte. At si de illis loquimur
5 effectibus, † qui nullam habent necessariam causam, qualia sunt ea, quæ ex nostro pendent arbitrio, de illis inquam, qui prænunciare audeant sint nec ne, cũ ex causis eorum nil certi possit colligi: oportet vt futura hæc prout in ipsis sunt, consideret, quod ubi assecutus, & aliis notum fecerit, vere diuinasse dicitur. Et hæc diuinatio propriè dicitur, & definitur, quòd sit superstitiosa præscientię inuestigatio: horum peccatum inde cognoscitur, quòd vsurpat sibi quod proprium est Dei, qui solus futura in seipsis quasi præsentia intuetur. Vnde hi diuinos se esse, appellari desiderãt, quasi diuinitate plenos, cap. igitur, 26. quęst. 3. D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 1. vers. Respondeo. Porro
6 hæc † quæ propriè diuinatio dicitur, in tres partes diuiditur, quarum Prima est, cum Dęmones manifestè inuocãtur ad hoc, vt futura reuelent, quod facere solent, siue in uigilia pręstigiosis quibusdam apparitionibus; siue per aliquorum ex mortuis fictam apparitionẽ, siue per ipsos homines viuos, vt in arreptitiis patet, siue etiam per aliquot signa in rebus inanimatis, puta terra, vel igne, vel aqua, vel etiam in ipsis animalium visceribus
7 impressa, [siue † per honorem Latrię, exhibendo Dęmonibus, vt pote eis sacrificando, adorando, orationes execrabiles effundendo, se Dęmonibus deuouendo, obedientiam promittendo, aliquid se facturos pro Dęmonibus asserendo, per talem Dęmonem iurando, laudes Dęmonum, vel cantus in eius reuerentiã promendo, genua flectendo, prostrationes faciendo, castitatem pro Dæmonis reuerentia, vel monito obseruando, ieiunando, vel carnem macerando. Sępè enim Dęmones; Item Necromantici, & cęteri huius vetitæ artis professores, ut facilius

decipiant, bona fieri iubent, vt malis, & illicitis admixtis fides adhibeatur: quoniam si omnia mala essent, facile fraus detegeretur. his autem bonorum operũ vmbris in primis capiũtur fęminę, quibus & ob fragilitatem sexus, & curiositatem multũ illudunt Dęmones, per characteres, & signa, atque ignota nomina inuocando. Hæc enim omnia, vt ait Origenes, li. 3. in Iob, sunt seductiones; Dęmonum sunt irrisiones, Idolatriæ sunt fex. animarum infatuatio, & cordium scandalum. Item luminaria accendendo, thurificando, de ambra, ligno aloes, & similibus aromatibus subfumigando aues, vel alia animalia imolando, vel cõburendo, sanguinem propriũ ex se emittere procurando, in quibus omnibus honor Latrię exhibetur.] Hic diuinãdi modus est semper prohibitus, nec unquam potest absque lethali crimine exerceri. Immo quãdoque hęresim sapit, non quidem eò tantum, ꝙ isti tales Dæmonibus thura ferre, hostias sacrificare, in terram prostrati adorare, aliaque huiusmodi scelera perpetrare soleant, sed eò præcipuè quòd ipsum Dęmonem, à quo hæc percunctantur futura, prout in seipsis sunt, cognòscere existimant, quod est à catholica fide alienũ. D. Thom. 1. par. q. 57. ar. 3. [& quia si bene antiquæ, & nouæ legis sacrificia Deo exhibita contemplētur, illico inuenietur quòd supra dicta non Dęmonibus, sed Deo sunt solummodo tanquam vera sacrificia exhibenda. Et ideo

8 † Sylu. in ver. hæresis. 2. q. 3. versi. 4. & num. 5. inquit, quòd contra tales, inquisitores hæreticę prauitatis se intromittere possunt, & si sunt conuicti iudicialiter, vel confessi, tales non vt sortilegi, & diuini, sed vt hæretici iudicio Ecclesiæ sunt habendi, & per consequens ipso facto excommunicati, vt per extrauag. Ioan. xxij. quæ incipit, Super illius specula, quæ valde fulminat contra magos, magicasque superstitiones.]

9 Secunda † diuinationis species est, cũ Dęmones quidem expresśè non inuocantur, sed alicuius rei dispositio, vel motus attenditur, vt ex ipso futura colligantur. Et quidem si tale quid sit, quod caussari ex illa re, quæ attendi posśit, aut soleat, prohibitum nõ reputatur. Immo nec etiam diuinatio propriè dicitur, vt supra tetigimus. Sic solent Astrologi Lunę, Solisq; labores, aut defectus certo certius futuros prædicere: Considerãt enim cęlorum motum, qui tanto temporis spatio hoc necessariò causabitur: sic etiam medici saluté, aut mortem infirmo prænunciant, licet non tanta cum certitudine. Morborum enim causas, ac naturas speculantur, quę solent tales effectus, vt plurimum producere. Naturaliter namque scientię, opiniones, & coniecturę adeò non sunt prohibitæ, vt à Deo nobis in perfectionem, adminiculumque nostri intellectus largitę sint.

10 At si, † an tales effectus futuri sint per talium rerum inquisitionem, ad nostram peruenire notitiam non sit possibile, vt si quis ex astrorum motu ea, quę à libero pendent arbitrio velit prędicere, talis inquisitio vana, falsa, ac temeraria reputatur. Ideoque ex sua temeritate meretur, vt demum quandoque uera, quandoque falsa, prout à Deo iuste permittitur, ipsi pręnuncient, ut probat D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 95. ar-

11 tic. 5. Ideoque † est semper damnata hęc species diuinationis, siue ex auium uolatu talis quęratur cognitio, quod qui faciunt, dicuntur augures, seu auspices: siue ex inconsiderata hominis alicuius uerborum prolatione, quod omen appellatur: [Cuius exemplum ex Valerio Maximo accipere possumus, qui narrat, quòd cum L. Paulus Cõsul bellum cum Rege Persarum esset facturus, à curia regressus filiam suam tristem inueniens, tristitię causam quęsiuit; quę respondit Persam periisse. Decesserat enim catulus nomine Persa: arripuit igitur omen Paulus, & spem clarissimi triumphi accepit.] siue ex lineamentis in manu, aut in spatula apparentibus, quod chiromãtia, seu spatulamantia uocatur, siue etiã ex astrorum motu hoc accipere ten-

re tentetur, quod qui faciunt, Astrologi
12 solent † appellari, quorum quidem sciẽtiam ad futuras eclipses, imo etiam siccitates, & pluuias, cæteraque, quæ ex ipsis corporibus fiunt, indaganda, Ecclesia amplectitur: Dum verò ad futura quoque casualia, & quę à libero pendent arbitrio præcognoscenda assurgere tentat, & damnat, & à Christianorum finibus
13 pellẽdam censet, si tamen ipsa † cœlestia sydera quãtum in corpora, ac sensitiuas vires imprimunt, cõsideret Astrologus, ex quo naturales tantummodo inclinationes deducat ad nostras electiones, quæ naturæ facultatem non excedant, nec damnatũ reputabitur, nec malum: dummodo certitudo omnis expellatur: nulla enim ex iis inclinationibus libero arbitrio imponitur necessitas, vtpote qui ratione præditus contra illas potest operari, sed solent hęc nonnumquam mentem turbare, & ad sui nimiam credulitatem adducere; ideoque in desuetudi-
14 nem abierunt. Et post hęc † Sixtus Papa V. contra exercentes Astrologiæ iudiciariæ artem id omnino prohibuit.
15 [Velle etiã ex † inspectione astrolabii furtum aliquod inuenire, ad Astrologiæ iudiciariæ partem pertinet, quæ interrogatoria vocatur. quæ cũ nulla nitatur ratione naturali, tota superstitiosa est, & illicita; quæ tunc etiam sapiet hæresim, quando certo aliquid prænuntiare audebit ex his, quæ naturaliter sciri non possunt, vt inquit Cõmmét. ad Eymeri. in 3. par. directo. q. 42.] His adde humanam ignorantiam, adde etiam, quòd nec ipsi negãt Astrologi, impossibile esse instrumenta habere, quibus ortus, & occasus sydeũ póssit adamussim percipi, & dubio procul cognoscens vanum esse his superfluitatibus implicari. Sic temperanda videntur multa, quæ satis intricatè in hac materia proferũtur à Decio, & Nauarro in cap. nouit, nu. 13. & 19. de iudic. Turrecre. in cap. illos, 26. q. 2. D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 95. art. 3. & 5.

Quòd verò de astrorum consideratio
16 ne diximus, idem de somniorum † obseruatione dicendum erit. Licet enim ex somniorum qualitate deducere, quænam sit corporalis interior dispositio. (Exemplum,) qui aquam, aut niuem in somnis mẽte reuoluit, solet ex medicorum iudicio frigidis humoribus abundare. Hæc non est insipiens coniectura. At ex somnis futura casualia velle præcognoscere, hoc est absque dubio illicitum. Cum enim natura somniorũ causari ista non valeant, aut dicendum erit fieri expressa dæmonũ inuocatione, aut saltem non negandam tacitam interuenire. Ipsi enim Dęmones huic inquisitioni, eò quòd vana superstitio sit, & illicita, se immiscent, D. Thom. 2. 2. quęst. 95. art. 6. Idem pari ratione dicimus de obseruantibus auium volatus, vel aliarum rerũ situm, vel motum. Cum enim hoc futurorum cõtingentium causę esse non possint, fatuum est, & vanum ex ijs talia velle præcognoscere. Ideoque
17 vt diximus, † tali vanæ, ac superstitiosæ inquisitioni immiscent se Dęmones. Si verò pluuias, vel grandines futuras ex quorundam auium volatu, vel cantu, quis pronunciet, vanum nõ erit: ex im-
18 pressione † enim cœlestium corporum cognitionem quandam, atque naturalem instinctum ad aliqua eorũ vitæ necéssaria, consequuntur. Vnde futuras pluuias, aut ventos citò cognoscunt, & annunciant. Sed ex illis velle mysteria fidei, aut ea, quę ex libero causantur arbitrio deducere, est omninò vanum, & superstitiosum, ideoque damnatum. Hæc de secunda diuinationis specię, cuius prolixiorem discursum breuitate sequenti compensabimus.

SVMMARIVM.

1 *Diuinatio, quæ sortibus vtitur, an penitus damnata ab Ecclesia, & nu. seq.*

3 *Sortium directio à syderibus si absolutè effectũ expectat, superstitiosa est, & quid si à fortuna, num. seq.*

5 *Sortes diuinatoriæ prohibitæ; diuisoriæ minimè, & quid de consultoriis, nu. seq.*

7 *Sors quid sit; & quibus in rebus, quiq; modus sit adhibendus.*
8 *Sortes, ad qua verba Scriptura adhibentur, reiicienda.*
9 *Sorte adhibita in Ecclesia rectoribus eligendis, iniuria fit Spiritui sancto.*
10 *Signa, & sortes ab Apostolis, quando finem habuerint.*

De sortilegijs. Cap. IIII.

1 TErtia demum † diuinationis species est, quæ sortibus vtitur, siue quibuscunque rebus ad cognitionem occultorũ assequendam serio factis. Hæc etiam dãnata ab Ecclesia dicitur, quod cum quodam temperamento accipiendum est. Nam quamuis semper sortes ad hoc assumantur, vt ipsis mediantibus occulta innotescant: non tamen semper ab eodem expectatur ista reuelatio. Sed quandoque à Dæmone, quandoque à stellis, quandoque à fortuna, seu casu, quandoque ab ipso Deo. (Exemplum) si plumbum, aut cera liquefacta proiicitur, ut per considerationem figurarum ex ipsis prouenientium occulti cognitio colligatur, vel etiam si festucæ inæquales, aut puncta, aut scriptæ, vel non scriptæ schedulæ loco occulto commendentur, inde à puero extrahendæ, siue aliud quid huius generis fiat, ex quo occulti expectetur reuelatio; cum sit meridiana luce clarius plumbum, seu ceram, aut festucas, vel puncta, immo etiã & puerum ipsum res, quas noscere cupimus, abditas penitus ignorare, & per consequens nobis, quæ nesciunt declarare non posse; non
2 sit ambiguum, † reliquum erit, vt qui talia agunt, credant, & expectent ab aliquo plumbum, aut ceram dirigendam, & quidem si à Dæmone, non est dubiũ, quod hoc attentare sit prohibitum. Si
3 vero † à sydenbus cœli potius expectatur sortium directio, quasi actus humani ad sortium consultationem, & exercitium necessarij, secundum stellarum dispositionem absolutè effectum sortiãtur, superstitiosa erit hæc, & falsa inquisitio iudicanda. Immo quæ etiam, suæ temeritatis ratione, mereatur, vt Dæmones seipsos immisceant, vnde omnino prohibita, omnino fugienda. Quòd si
4 à fortuna, † aut casu illa desideratur sortium directio, vanum potius hoc credimus, quàm superstitiosum, aut damnatum. At vbi à Deo vero, & viuo hoc petitur, & expectatur, licitum quidem erit, si debitus adhibeatur ordo, & mo-
5 dus. Quod vt † intelligatur, sciendum, nos sortibus futurum quid nam sit nunquã debere inquirere; quæ sortes diuinatoriæ semper solent appellari, & hæ sunt ab Ecclesia detestatę, cap. sortes, 26. q. 5. Quandoque vero quęritur, quid cuilibet sit prębendum, vbi transitorię res aliquę inter plures sunt diuidẽdę, & hę diuisorię dicuntur, & licitę quidem, si à Deo ipsarum speratur directio: scriptum est enim, contradictiones comprimit sors. Prouer. 18. Si verò à fortuna dirigendę sperantur, vanum quidem reputabitur, sed non superstitiosum, ideoque nec mortale peccatum, D. Thom. & Caiet. probant, 2. 2. quęst. 95. artic. 8.
6 Quod † si vbi tanta in rebus agendis occurrerit ambiguitas; vt quid agendum sit, penitus ignoretur, si ad sortes recurratur, illę sortes consultorię, nuncupabuntur, & quidem si à Dęmone, aut stellis, vel etiam à fortuna ipsarum speratur directio, absque dubio erit illicitum. Huc spectat illa D. Augustini definitio sortis, dum inquit Psalm. 30. Conc. 2.
7 Sors † est res in humana dubitatione diuinam indicans voluntatem. sed vt diximus, debitus est adhibendus modus, qui erit, vt debitis ad Deum pręmissis precibus, cum debita erga illum reuerentia in illis tantummodo ambiguitatibus, in quibus humana ratio quid eligere debeat, penitus ignoret, sortes accipiantur; & illę quidem sortes, in quibus exercendis nil indeuotum, nil indecorum intermiscetur, nil occultum, & characteribus signatum. [Nec solum in rerum diuisione necessitas diuisorię

sortis,

sortis, vel consultorię potest præuenire, sed etiam in diuisione eorum, quæ sunt à diuersis agenda. Vnde August. in epistola ad Honoratum. Si inter Dei ministros fit disceptatio, qui eorum in persecutionis tempore maneant, ne fuga omnium, & ne morte omnium deseratur Ecclesia, si hęc disceptatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant sorte eligendi sunt. Pariter etiam sortis necessitas imminet, si aliquod scandalum occurrat pluribus, quod non nisi vni eorum dari possit. Vnde August. de Doctrina Christiana, in lib. 1. Si tibi abundaret aliquid, quod oporteret dari ei, qui non haberet, nec duobus dari potuisset, si tibi duo occurrerent, quorum neuter alium vel indigentia, vel egestate aliqua, uel necessitate superaret, nihil iustius faceres, quàm ut sorte eligeres, cui dādum esset, quod dari vtrique non posset, ita docet D. Tho. in opusc. 25. de sortibus. c. 5. vbi etiam inquit, ꝙ in terrenis dignitatibus ad sortes recursus haberi possit.] Sic etiā
8 illę reiici debent † sortes, in quibus sacra verba Scripturæ ad decisionem temporalium negotiorum assumuntur. Sic denique in Ecclesiasticis electionibus prorsus cuiuscūque generis sortes reiici debent: sunt enim hę Spiritus sancti inspiratione celebrandæ, cap. fi. de sortil. & nec illud obstat de Matthia, qui à sacratissimo Apostolorum collegio, ad tantum ministerii gradum sortibus est electus. Est enim notū omnibus, hoc fecisse Apostolos, priusquam Spiritu sancto repleti essent, at ubi imbuti die Pentecostes virtute ex alto, necessitas ordinandi Diaconos se obtulit, non amplius ad sortiū re-
9 medium confugiendum duxerunt, † suo nos exemplo docētes iniuriam Spiritui sancto facere, qui sortibus in ordinandis Ecclesiæ rectoribus vtitur: ipse enim est, qui Ecclesiæ suæ de idoneis prouidet pastoribus, ut docet D. Tho. ad Ephes. c. 1. lect. 4. His adde sortes istas, ut ex Patris Augustini definitione supra relatā colligitur, signum quoddam esse diuinam indicans uoluntatem. Signa uerò debent durare, quandiu lex Mosayca, quæ umbra futurorū erat, ligandi uim obtinuisset: inde antiquis illis tēporibus, in quibus omnia in figura contigebant, tam frequens sortium usus erat. [Hinc legitur, Luc. 1. ꝙ Zacharias sorte exiit, ut incensum poneret. Saul etiam sorte fuit electus in Regem. 1. Reg. 10. Sic etiam legimus Ionam fuisse in mare proiectū, sicut & Iosue Achā de anathemate surripiētē sorte puniuit, ut legitur Iosue 7.]
10 At qui † ueritate iam manifestata, palamque facta in ipsius publicatione, ab Apostolis Spiritu sancto in die Pentecostes repletis, simul ceremoniæ, signa, ac sortes finem habuerunt, ut docet Alex. de Ales. in §. his itaque. 26. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Diuinationis quarta species, quæ tota consistit in rebus vanis, quæ sit, & an licita.*
2 *Exempla quartæ speciei diuinationis, tum licitè, tum illicitæ. nume. sequen. & nume. 5. 6.*
4 *Characteres imaginibus inscripti pactionē tacitè initam cum Diabolo indicant.*
7 *Circunstantiæ quatuor, quæ res id genus illicitas licitas efficiunt.*
8 *Inuocatio Dæmonum ad futura præscienda, quo casu sapiat, vel non, hæresim.*
9 *Dæmones inuocantium exploranda intentio, vt an sint hæretici iudicari possint.*
10 *Dæmonum inuocatio, quando expressè fiat, & quando tacitè.*
11 *Confessarius in tacitis Dæmonum inuocationibus pœnitentis intentionem cognoscere debet, & quare.*
12 *Baptizantes imagines, vel pueros rebaptizantes, quare hæretici iudicandi.*
13 *Sortilegiorum, quæ cum aliquo dicto, vel facto hæreticali exercentur, ad Inquisitores spectat cognitio.*
14 *Diuinatores, qui hæretici habeantur; contra quos inquisitores cognoscunt. & qualiter contra illos sit procedendum. num. sequen.*

16 *Fabricantes imagines, annulum, & huius modi magicè ad ibi Dæmones illigandos, & id docentes, excommunicati.*
17 *Dæmones, an compelli ad inhabitandum vascula corporea possint.*
18 *Strigæ, hæreticæ sunt, & quare; quæ etiã à fide apostatare dicuntur.*
19 *Astrologi, si eclipses, & huiusmodi pro certo affirment, an damnandi, & quid Sixtus Quintus circa diuinationes statuerit.*
20 *Augures, Mathematici, Magi, Astrologi, Onomantici, & id genus cæteri, sunt prohibiti.*
21 *Interrogans Chyromantem, an, & quando peccet.*
22 *Procurantes comestibilia, vt animum pudicum ad amorem inflamment, an sint de hæresi suspecti.*
23 *Prohibita exercens, vel scientiam quærens à Dæmone, vel aliud prohibitum præcepto, est in statu damnationis.*
24 *Sortibus vti ad inquirenda furta, mortale est: & clericus priuatur etiam officio, & beneficio. nu. seq.*
26 *Pœna sortilegiis pro qualitate, & quantitate delicti imponi debet.*
27 *Laicus sortilegiis vtens, quomodo puniendus.*
28 *Clerici eligentes per sortem peccant, & electio est nulla.*
29 *Laici possunt per sortes diuidentes, eligere: & admittitur sors etiam in iudiciis, & quando.*
30 *Sors licita est inter clericos: quò ad temporalia.*
31 *Ponentes spem in certis nominibus, in characteribus scriptis, aut similibus collo alligatis, peccant, nec absoluendi.*
32 *Præcantationibus vtens ad fugandam ægritudinem, peccat, nec absoluendus, nisi desistat.*
33 *Colligens herbas, vel aliquid simile faciẽs in die S. Ioannis Baptistæ; credens eas maiore virtute esse, peccat.*
34 *Superstitiosè timens, si à muribus vestis corrosa est, & alia huiusmodi, peccat.*

De superstitiosis obseruationibus. Cap. V.

HVcusque de tertia superstitionis specie, quæ diuinatio dicitur, dixisse sufficiat. Nunc ad
1 quartam, † quàm breuissimè expediendam accedamus. Hæc in vanis obseruationibus (vt supra tetigimus) tota consistit: an autem licita sit, hac non minus breui, quàm certa regula dignosci poterit. Si talis res assumatur, quæ possit naturaliter effectum, quem desideramus, producere, seu causare; erit absque dubio licita: si verò non possit, reliquum erit, vt non tanquam causa adhibeatur, sed potius tanquam signum pactionum, quasi si non ipsi, qui seruant; saltem ij, qui seruandas tradiderũt, cum Dæmonibus iniere, Ideoque erit illicita; Exẽplis hoc melius declarabitur, ex qualibet obseruationum specie descriptis.
2 Ecce † si quis febribus æstuat, vel capitis, aut stomachi dolore torquetur, si ad morbum expellendum succis rosarum, reubarbaro mixtis, aut non mixtis vti velit, vel alia aromatariorum arte composita medicina, est absque scrupulo licitum; aptæ sunt enim res istæ tales effectus producere. Si verò potius ligaturas quasdã pro sua curatione faciat, aut characteres in lino, aut alibi signatos, vel aliqua verba, seu etiam herbas superstitione aliqua collectas, quæ ad hoc naturaliter non proficiunt, erit omnino illicitum. capitulo, non liceat, 26. quæst.
3 quinta. Sic †, vt in imaginibus astronomicis est lethale crimen, cum in illis imagines ex conceptione artificis procedant; vnde nihil aliud in ipsis reperitur, quàm compositio, ordo, & figura, quæ natura sua efficaciam non habent causandi sanitatem, aut scientiam; aut occultorum cognitionem aliquam: vnde sequitur, quòd ex Dæmonũ operatione sortiantur effectum, vt probat Aug. lib. 10. de ciuit.
4 Dei, cap. 9. & 11. Quod ex eo † colligi poterit, quòd necessariò dicunt illis inscribere

scribere characteres aliquos, qui cum naturaliter nihil operētur, signum sunt euidentissimum pactionis, saltem tacitè cum Dæmonibus initæ. Item, qui inspectione aliquarum imaginum, aut prolatione aliquorum verborum ignotorum quęrit scientiam aliquam addiscere, quę ad artem notoriam pertinet, manifestissimè errare ex supradicta regula conuincitur. Non enim sunt ista ad scientiam causandam in sui natura idonea: erunt ergo signa tantummodo ad pacta quædā

5 inita cū Dęmonibus pertinentia. † Pari quoque passu, qui, an aliquid prosperè processurū sit, ex aliquo oculorum, aut aurium spontaneo motu, aut etiam ex sternutamento, aut ex fortuito canum latratu, aut transitu, aut ex aliqua re, quę eis fiat obuiam, velint præcognoscere, ab eadem regula condemnabuntur. Non enim quasi causas ista attendunt, cùm non sit ambiguum, non posse hæc talia causare; vnde reliquum erit, vt solummodo quasi signa considerentur ex vanitate humana, cooperante Dæmonum malitia introducta: vnde fit manifestum esse superstitiosum, & illicitum, vt probat August. lib. 2. de Doctrina Christ.

6 cap. secundo. Sic † denique, qui verba aliqua collo appensa secum ferunt spem suam in illis figentes, quasi dum illa secum habeant, sint ab hostium insidiis securi, peccato superstitionis, aut vanæ obseruantiæ ex eadem regula peccare conuincuntur. Ratio est in promptu; ista enim non valent ex se istos produ-

7 cere effectus. Porro † si cum debitis hoc fieret circunstantiis, non iudicaretur illicitum. Harum prima est, si in illa pagina, quæ collo, aut manibus ligata circumfertur, non nisi sacra, & cognita nomina sint descripta. Secunda verò, si character nullus ibi depingatur, nisi forte crucis venerabile signum. Tertia, si spes in modo scribendi, aut ligandi, aut in charta, in qua scribuntur, nulla collocetur. Quarta, & vltima, si nullum ibi vanum, aut superstitiosum, aut ad tacitam, vel expressam Dæmonum inuocationem spectans, vel etiam quod ad laudem Dei, aut naturalem effectū non pertineat, contineant, 26. quæst. 5. capit. non liceat. c. illud. 26. quęst. 2. Turrecre. in capit. quia sine, 26. quęstio. 2. Sed ex his nonnullorum dubiorum solutiones deducamus.

Prima. Qui Dęmones quouis modo inuocant tacitè, vel expressè, vt sibi occulta reuelent, aut futura prędicent, mortaliter peccant. Probat hoc pulchrè Turrecre. in sum. 26. quæst. quinta. Immo

8 talis † inuocatio Dęmonum cum manifestè fiat ad exercendum opera eis naturaliter impossibilia, puta ad sciendum futura, vel occulta cordis, quòd est solius Dei, sapit manifestè hęresim, & contra tales posset hæreticæ prauitatis Inquisitor procedere. Secus autem si talis inuocatio fieret ad id, quod est Dęmonis naturæ, puta vt tentaret mulierem ad concupiscendum cum aliquo: nam tūc licet sit malum hoc facere, nō tamen est hæreticus. & ratio est, quia inuocatur Dęmon ad id, quod est proprium ipsius, scilicet tētare, & hoc non sapit hæresim. At in primo casu, quia talis inuocatio Dęmonum fit ad sciendum occulta, & credunt eos posse facere id, ad quod inuocant ex eorum potestate actiua, ideo meritò Inquisitores procedere possunt; quia hoc sapit hæresim, scilicet creaturę attribuere, quod est Dei. facit 26. q. 5. Episcopi: ita Oldr. consil. 208. Gemini. in c. accusatus. §. sane. de hæret. in 6. vbi

9 Franc. nu. primo, & secundo. & † ideo quando cōfitentur ij, debet per Confessarium explorari illorum intentio, quare Dęmonem inuocauerint; & ita iudicari dici, nec ne possint hæretici. Sed restat modò, vt inquiramus, quādo expressè Dæmonum inuocatio fiat. Quapro-

10 pter sciendū † est, quòd tūc expressè Dęmonem dicimus inuocari, quando apertè inuocatur Dæmon, vel aliquid fit, quòd creditur opere ipsius Dęmonis fore perficiendum, secundum mentem D. Thomæ, quam Caiet. 2. 2. quæst. 95. articu. 3. in principio, expressit. Nam

priora

priori modo verbo; posteriori autem modo, opere auxiliũ Dęmonis imploratur. At tacita Dęmonis inuocatio toties fit, quoties aliquis enititur efficere aliquid per causas, quę nec uirtute sua naturali, neque ex diuina, aut ecclesiastica dispositione possunt illud efficere. exempla posuit Caie. in ver. incantatio, (verbi gratia,) vti uerbis sacris hac conditione, vt sint scripta in illa, vel illa materia, vel tali tempore, & hora; vel si quis adiungeret causis naturalibus aliquos characteres vim habentes significandi, & essent nomina ignota, vel uteretur causis naturalibus ad effectum supernaturalem, ad cognoscẽdas hominum secretas cogitationes, vel uteretur uerbis sacris ad inanem effectum, puta ad mouendum annulum, quem quidem non verba sacra, sed Diabolus mouet, vt illis verbis honorẽ sibi
11 faciat exhiberi. Ex † quibus uerbis colligitur, quòd in casibus in quibus tacitè inuocatur Dęmon, Confessarius debet explorare à pœnitente, an putabat opera ipsius Dęmonis illud maleficiũ fore perficiendum: quia tunc est expressa Dęmonum inuocatio opere, & regulariter casus iste solet ab Episcopis sibi reseruari. Aut hoc non cogitabat, sed tãtum suum optabat adimplere votum, & eo casu dicitur tacita Dæmonum inuocatio.

12 Secunda. Qui † baptizãt imagines, vel puerum rebaptizãt, uel tactum oleo sancto inungũt, vel caput defuncti subfumigant, sunt iudicandi hęretici: cum manifestè sapiant hæresim: quoniam ex sui natura præseferunt aliquid, quod manifestè est hæresis. Sicut baptizare imaginem præsefert, quòd illa sit capax huius sacramenti, & rebaptizare puerum, præsefert, quòd bis cõferri possit baptismus, Syl. in ver. hæresis. 2. quæst. 3. uers. quod quantum.

13 [His adde, Dæmonibus † sacrificare, idolis genua flectere, pręseferunt idolatriã, & per consequens manifestã sapiũt hęresim. Omnia etiã sortilegia illa manifestam sapiunt hęresim, quę cum aliquo dicto, vel facto hęreticali exercentur, ut si quis in sortilegio amatorio Deum abnegaret, & Ecclesiæ sacramenta: aut in eodem sortilegio Ecclesiæ sacramẽta, vel sacramentalia admisceret, ita Alfon. de Castro, lib. 1. cap. 15. de iusta hæret. pun. & propterea hæc reddunt operantem de hęresi suspectum; quoniam nisi is crederet talia sacramenta, aut sacramẽtalia habere uirtutẽ ad maleficiorum operationem, non adhibuisset illa, vnde inquisitores de credulitate curabunt hos diligenter interrogandos. Manifeste etiam hæresim sapiunt, quando sortilegi, & diuinatores rebus, vel uerbis sacris abutuntur pro Dęmonũ inuocatione. hinc Barbat. cons. 55. incip. Casus est talis. vol. 1. concludit, eam diuinationem, quæ fit cũ candela, vel aqua benedicta, ad sciẽdum furta, vel aliqua occulta, vel ubi uerba sacra admiscentur, vt Euangelium, Symbolum fidei, Pater noster, Aue Maria, aut Psalmus aliquis Dauid, aut verba sacræ Scripturæ, sapere hęresim manifestam, & ob id ad inquisitores spectat eius cognitio, quorum quę praxis sit in interrogando eos, & puniendo, subsequens decisio manifestabit.]

14 Tertia. Diuinatores, † qui circa aras idolorum nefarias preces emittũt, sacrificia offerunt, Dæmones consulunt, eorumque responsa suscipiunt, uel si associant sibi propter sordes exercendas hęreticos, uel pręclicta faciunt cum corpore, & sanguine Christi, uel in frontibus, ut possint à Dæmonibus habere responsa, iudicandi sunt hęretici: nam hæc manifestam sapiunt hęresim, & propterea possunt de his cognoscere inquisitores, cap. accusatus. §. sane. ubi glo. de hęret.
15 lib. 6. [uelut † hęreticis, quamuis de intentione eorum formaliter non constaret: quoniam interpretatione, seu iuris pręsumptione intentio infidelitatis in illis actibus concurrit: nam cum factum suapte natura est damnatum, & malum, pręsumitur mala intentione factum. l. si non cõuicii. C. de iniur. c. 1. de pręsump. Panor. optimè in cap. cum te. nu. 29. de re iudi. quamuis cum ea sit pręsumptio

iuris; aduersum eam probatio in contrarium admitti poterit, iuxta doctrinã Bar. & Ias. in l. licet. ff. de leg. 1. Nam qui Dęmones adorauit, idolis genua flectit; aut ob amorem, aut cupiditaté habendi thesauros, se fecisse dicere poterit, & qui cæteros ritus infidelitatis patrauit, ob commoda tẽporalia id fecisse dicere poterit, absque vllo mẽtis errore, quamuis cum exquisitissima consideratione huiusmodi excusationes iudices admittere deberent. Hinc in vsu sacri, & supremi tribunalis hæc praxis recepta summo iudicio esse videtur, vt dilucidè tradit Commẽ. in 2. par. Direc. Inquisitorum. quęst. 34. Vt si committẽtes talia facta sponte comparcant, & dicant se non credidisse ita faciendum esse, sed fidẽ in corde retinuisse, tunc abiurant, vt uehementer suspecti, & aliæ pœnitentiæ salutares ipsis imponuntur. Quod si dicant, & fecisse, & ita faciendum credidisse, abiurant vt formaliter hæretici, vel apostatę, & grauius puniuntur, maximè si sponte, aut nullo metu, aut leui incusso hęreticalia, vel apostatica facta commisserint. Quod si non compareant sponte, & confitentur facta hæreticalia, vel apostatica, prauam autẽ intentionem negant, tunc super intentione torquẽtur, vt intelligatur an re vera ita crediderint, nec ne: & si post torturam legitime adhibitam in negatiua persistunt, dicentes se non habuisse prauam intentionem, tunc similiter abiurant, vt vehementer suspecti: si verò intentionẽ prauam confitẽtur, seu mentis errorem, tunc tanquam formales hęretici, vel apostatæ iurare compelluntur, si reuerti uelint ad Ecclesię catholicę veritatem, & graues item pœnitentię imponuntur, & de iure ad perpetuũ carcerem sunt damnandi, c. excommunicamus, el secondo, §. si qui autem, de hęret. Verum vt grauius, vel mitius puniatur, considerandа est grauitas metus illati, & personę delinquentis, an iuuenis, vel vir; an doctus, uel imperitus; an laicus, uel clericus, aut religiosus, & similes circumstantiæ, quę solent minuere, uel aggrauare.]

16 Quarta. Fabricantes, † uel fabricari facientes, uel procurantes imagines, annulum, speculum, phialam, ampullam, uel rem quamcunque aliam magicè ad Dæmones inibi alligandos. Docentes, uel addiscentes huiusmodi artem, & demũ habentes, tenẽtes, studentes, & nõ comburentes libros huiusmodi, sunt excommunicati, ut habetur per extrauag. Ioã. xxij. super illius specula. Estq; episcopalis absolutio, nisi respectu eius, quod aliquando continetur in Bulla Cœnæ Domini. Chat. Neap. lib. 3. de excom. reser. Papæ, c. 12. nu. 11.

17 [An† uerò Dęmones cõpellantur ad inhabitandũ uascula corporea, ut in annulis, phialis pixidibus ad reddenda responsa, nõ est modica difficultas, de qua eleganter Augustinus de Ciuit. Dei, lib. 21. cap. 6. Sed tamen breuiter dicendum nullo pacto posse illos cõpelli, sed si quãdoque uerbis, aut signis, aut characteribus ingredi uideantur compelli, hoc fit uel à summo Deo, uel à bonis Angelis, uel fortassis à Dęmonibus potẽtioribus, ac superioribus, uel quod uerius puto, Dęmones ipsi sponte ueniunt, fingunt tamen se cõpelli, ut credentes decipiant, se uinctos, ut illos uinciant, se illorũ imperio subditos, ut illos sibi subdant ab ipsis inclusos, ut ipsos finaliter cõcludant. Fingunt se illorum arti, uel annulo alligatos, ut illos funibus peccatorum alligatos ad inferos perducant. Hęc Henricus de Asia super Genes. Quare concludendum est, quòd ars concludendi Dæmones in uasis, ac in rebus corporeis nõ est ars, sed quædam pactio tacita, uel expressa inter Dæmones, & homines perditissimos inita, qua pepigerũt, ut quoties homines hæc signa, & characteres faciant, Dæmones accederent ad eas imagines, aut res, quibus responsa deceptis reddant, quod eleganter docuit Augu. loco præcitato.]

18 Quinta. Strigæ, † quæ uulgo Ianaræ dicuntur, quia Diabolum scienter inuocant: credunt enim spiritum apparentẽ eis esse Diabolum inimicũ Dei, licet ex despe-

desperatione se illi subiiciant, vel ex uoluptate: credunt enim se vere noctu versari cum diabolo voluptuosè: & quia fidem negantes conculcant sacra, puta crucem, & sacramenta, hæreticæ præsumuntur: quia ei, quem diabolum credũt, exhibent diuinum honoré, & quia fidem negant, dicũtur apostatare à fide, & ideo meritò de ijs Inquisitores cognoscunt. Sylu. in ver. hęresis. 3. quæst. 8. iuncta quæst. 1. & 4.

19 Sexta. Astrologi,† eclypses futuras certo certius confirmantes minime peccãt, salua tamen diuina omnipotentia, quæ non est dubium, quòd impedire posset. Item si pluuias, aut ventos futuros prædicunt, non sunt damnandi, si hoc tanta cum certitudine non prædicunt. Sed si ea, quæ à libero pendét arbitrio exactius velint cognoscere, sunt omnino damnandi, D. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 95. art. 5. Nisi inclinationes tãtummodo corporales ex ipsis cœli syderibus velint deducere, quibus solet, licèt non cogatur volũtas libera quandoque assentiri: sed hodie etiam si protestentur, & asseuerét, id se nõ certò affirmare; tamé omnia genera diuinationum sunt prohibita per Papam Sixtum V. Anno primo sui Pontificatus 1585. præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam.

20 Septima. Augures,† qui ex auium volatu cognitionem futurorum quærunt; Mathematici, qui euentus nascentium prædicere conantur, quem effectum habeat uitæ, qui nascitur, & quali fuerit, signo natus; Magi, idest, stellarum interpretes; Astrologi, qui in astris augurantur; Incãtatores, qui artem verbis peragunt; Onomantici, qui ex lineamentis in manu, aut in spatula apparentibus futura prædicere conantur; Hydromantici, qui aqua utuntur, & in aquarum inspectione umbras dæmonum euocant, & ibi imagineas ludificationes eorũ videre, & verba audire perhibentur; Negromantici, quorum pręcantationibus videntur mortui resuscitari, diuinare, & ad interrogata respondere; Diuini, qui diuinitate pleni se esse simulantes astutia quadam fraudulẽta hominibus futura coniectant, & omnes alijs huius generis, qui solum ex diuersitate rei, quam ad diuinãdum adhibent, inter se distinguũtur, & nomen sortiuntur, de quibus, 26. q. 2. cap. illud, & ead. cau. q. 3. c. igitur, & 26. q. 5. c. nec mirum, sunt prohibiti per dictam constitutionem Papæ Sixti V. quæ incipit, Cœli, & Terrę. Etiam si id se non affirmasse asserant, aut protestentur, & contrauenientes possunt puniri per dictam cõstitutionem ab Inquisitoribus hęreticę prauitatis.

21 Octaua. Interrogantes† aliquem Chiromãtem, vel Astrologum, aut alium huiusmodi de futuris contingentibus, & à libero arbitrio pendentibus, si ei parati sunt fidem adhibere, mortaliter peccãt: secus verò si iocandi causa: nisi persona talis esset conditionis, ut ex illa interrogatione alij grauiter offenderentur: tũc enim ratione scandali grauius esset peccatum, c. 2. de no. ope. nunc.

22 [Item† procurantes pocula amatoria, id est, ea, quæ dantur ad edendum, vel bibendum eo animo, vt mentes eorum ad amorem inflammét, pudicumq; interdum animum flectant, si in iis miscétur sacramenta, vt hostia consecrata, vel sanguis Christi, vel sacramentalia, aut aliter sacra, vt reliquiæ Martyrum, Agnus Dei, operantem reddunt de hęresi suspectum, Alfon. lib. 1. de iusta hær. punit. c. 15. circa finé. ideo interrogandi diligẽter ab Inquisitoribus sunt, si quid de ijs sentiant: nam si hęc crediderint liberum arbitrium cogere posse, non modo uehementer de hæresi suspecti, sed uere hæretici putandi erunt, nisi per ignorantiam, aut aliter ab hęresi excusentur: cum talia pocula nullam virtutem habeant flectédi propriam voluntatem, vt ibi inquit Castr. Apta enim sunt potius ad inducédum furorem, quam amorem.]

23 Nona.† Qui propter cognitioné nanciscendam prohibita exercet, puta diuinationes, aut prohibita exercet, puta tactus impudicos, vel scientiam quærit à dæmo-

Dæmonibus, vel ab aliis, à quibus prohibetur sub præcepto, sunt in statu damnationis, 26. q. 2. c. illud. Sylu. in ver. curiositas. q. 3. versi. 3. & 6.

24 Decima. Sortibus † vti ad requirenda furta siue in codicibus; sicut faciunt plerique dicétes versus aliquos Psalterij, & faciűt illud voluere, siue in tabulis: quia ibi faciunt puncta, sicut faciunt Nigromantici, peccatum est mortale, tex. est in c. 1. de sortil. quo in capitulo taxatur pœnitentia danda à sacerdote pœnitenti, scilicet quadraginta dierum. In quibus diebus debet sortilegus secűdum quosdam ieiunare, & à communione cessare, vt refert. Sylu. in ver. pœnitentia, q. 5.

25 Quamuis † in foro exteriori si clericus est, potest Episcopus eum officio, & beneficio priuare, ita glo. fin. in d. capit. primo. quod intellige, quando ex proposito sortibus vsus fuerit, vel sortilegos consuluit, vtrum si ex bono zelo, & ex simplicitate pro furto facto Ecclesię consuluit sortilegos, & diuinatores ad requirendum dictum furtum: tunc, & si peccet mortaliter, cum omnia occulta noscat solus Deus, 32. distin. erubescant; tamen eo in casu tantum debet suspendi ad tépus ab altaris ministerio, ita tex. in

26 cap. 2. de sortil. ex † quo tex. iuncta glo. colligitur vnum valde notandum, quòd in pœna imponenda istis sortilegis, vel eos cősulentibus, debet animaduerti ad qualitatem, & quantitatem delicti, & ad animum delinquentis, & secundű hoc pœnam imponere, quandoque acerrimam, quandoque grauem, quandoque leuem, facit quod notatur in l. hodie, & in l. aut facta. ff. de pœnis. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. in fa. facit tex. in c. non afferamus. 23. q. 1.

27 Si verò laicus est, † potest Episcopus illum dehonestare, (verbi gratia,) ponendo mitram in capite, vt fit in quibusdam locis, vide Ludo. Rom. sing. 260. vel ponendo ad locum eminentiorem cum uituperio, & eijcere eű extra dięcesim. vide bonum text. 26. q. 5. cap. Episcopi, & quod no. 32. q. 1. de Benedicto.

28 Vndecima. Sortibus † vtendo clerici in electione peccant mortaliter, & electio est ipso iure nulla, D. Tho. ad Eph. cap. 1. lect. 4. & 2. 2. q. 95. art. 8. latissimè Turrecrem. 26. q. 2. in sum. Canonistæ in cap. fi. de sortileg. tum quia posset indignus præfici, cű sors possit super eum cadere: tű, & Diabolus in talibus posset se immiscere: tum quia per sortem tentatur Deus, ad hoc de purg. vulga. cap. fi. quia volunt faciédo sortem, quòd Deus inuisibiliter reuelet meliorem: nam debent ipsi ex quo possunt, eligere meliorem, & non tentare Deum, eligendo, & promouendo. Quinimo dicunt Doctores hoc verum, etiam si duo esset discorditer electi, in quibus vtrobique paritas: quia non valet electio per sortem alterius, ita Dom. Anto. de But. in d. c. fin.

29 Verum intelligo † hoc procedere circa electionem quo ad officia Ecclesiastica; secus autem inter laicos, quando se submittunt fortunæ, (verbi gratia,) habentes rem communem indiuisibilem, uolunt ponere sorté super illam, cuius debeat esse, certe ista de sui natura non est mala; ita Abb. in cap. 1. num. 1. de sortil. item nec prohibita est sors in electione dignitatum laicarum: sic in multis locis faciunt laici eligentes officiales per ballotas, seu taxillos, vel breuia ad fortunã.

30 Admitti etiam potest † sors in iudicijs ad uitandas contentiones, ff. de iudi. l. si ambo. C. famil. ercisc. l. si quę sunt. Inter clericos etiam licita est sors quo ad temporalia, argu. 21. dist. cleros, de præb. c. cum secundum. Concluditur ergo electionem per sortem esse illicitam in spiritualibus, quia per illã posset indignus præfici, & hoc est quodammodo Deum tentare. Verum quia hæ rationes etiam militant in electione officialium secularium, ideo melius puto abstinendum, vt etiam inquit Panor. in d. c. fi. de sortil.

31 Duodecima. Qui in † quibusdam nominibus descriptis, (quod ad quartam superstitionis speciẽ spectat, quę vana obseruatio dicitur) in characteribus, aut similibus rebus collo alligatis spem suam ponunt,

ponunt, credentes se illis mediantibus liberos ab omni periculo futuros, mortaliter peccant, nec absoluendi sunt, nisi illa reiiciant.

32 Tertiadecima. Qui † ad fugandam ęgritudinem præcantationes adhibuit, mortaliter peccauit, nisi simplicitas excusationem adhibuisset: sed non est absoluendus, si nollet desistere, Archiep. Flor. in sum. Defecerunt. §. de incantationibus. De primo mandato.

33 Decimaquarta. Qui † diem S. Ioan. Baptistæ, aut alium in herbis colligendis, vel aliis huiusmodi obseruauerit, credēs ea maiori virtute pollere, quā si alio die, colligerentur, mortaliter peccauit, iuxta Martinum de Aries in tract. de superstitionibus, num. 8. fallit tamen si simplicitas, vel ignorantia causam aliquam excusationis præbuisset, Nauar. c. 11. nu. 36.

34 Decimaquinta. † Qui cū vestis à muribus roditur, vel etiam vbi puer, vel canis simul deambulātes diuiserint, superstitiosè aliquid timent, vel coniectantur, mortaliter peccant, nec absoluendi, si ab illis nolunt discedere superstitionibus, c. illud, 26. quæst. 2. cap. non obseruetis, 26. quæst. 7.

SVMMARIVM.

1 *Magus, quis propriè sit, & in quo differat à malefico.*
Magia tres amplectitur artes; & apex est naturalis philosophiæ.
2 *Magi nomen in scripturis sacris interdum in malum sonat; & pro malefico accipitur.*
3 *Magia in duas partes diuiditur; prima laudabilis, secunda execrabilis.*
4 *Magiæ pars versans in inquisitione futurorum, & occultorum damnata ab Ecclesia.*
5 *Hydromantici, an, & quando vt hæretici sint iudicandi, & quare: & de eorum superstitionibus.*
6 *Magicam artem docentes, vel exercentes non absoluendi.*
7 *Baptismatis aquam, vel oleum sanctum ad magias adhibentes grauissimè peccant; & quid de obseruatoribus somniorum, nu. seq.*
9 *Constellationem pertinaciter credens cogere ad bona, vel ad mala, hæreticè peccat.*
10 *Maleficium maleficio dissoluere per maleficos, vel per Dæmones, peccatum est: & quo casu id liceat per maleficum. numero seq.*

De magijs. Cap. VI.

1 MAgus † si propriam, ac genuinam vocis significationem inspiciamus, non dicitur maleficus, sed is, qui naturalis philosophiæ culmen attigerit. Magia enim, teste Plinio, tres complectitur artes, nempe Phisicā, Methaphisicam, & Astrologiam. Inde fit vt Magia propriè Philosophiæ sit naturalis apex. Quòd autem Magus differat à malefico, colligitur ex scripturis: nam apud Danielem, apud quem frequenter Magorum nomen legitur, Magi distinguūtur à maleficis. Ait enim, cap. 2. Præcepit Rex, vt conuocarentur Arioli, Magi, & malefici, & in Euangelio, Magi ab Oriente profecti adorant Christum in pręsepio, quos Ecclesia non pro maleficis, sed pro sapientibus habet.
2 Verum † quoniam interdum in scripturis hoc nomen in malum sonat, ut in Leuit. cap. 49. Non declinetis ad Magos, neque ab Ariolis aliquid sciscitemini. & rursum ibidem, cap. 20. Anima, quæ declinauerit ad Magos, uel Ariolos, ponam faciem meam contra eam. & in Actis Apostolorū, Simon quidam & Elimas appellantur Magi, ubi proculdubio Ma-
3 gus pro malefico accipitur. Factū † est ut Magia diuideretur in duas partes, quarum altera cum sit totius Philosophię naturalis apex, tantum abest, ut in se habeat crimen, ut maximam mereatur laudem. Altera uerò, quæ incantationibus, atque carminibus nefarię curiositatis arte cōpositis, immundorumq; spirituum commerciis delectatur, immunda, & infamis est, omnium bonorum calculis explosa.

Vt priorem igitur illam Magiæ artem, (cum nihil ad nos attineat) relinquamus intactam, de posteriori nobis tantum erit sermo.

4 Si quis igitur † exerceat hanc Magiæ partem, quæ uersatur in inquisitione futurorum, & in cognitione occultorum, & in perpetratione rerum mirabilium, idq; inuocato auxilio Dæmonum, quibus quandoque sacrificare, & alios religionis actus exhibere iubet; vnde ab ipsis Dæmonibus inuenta dicitur, Turrecre. per illum tex. in cap. qui sine. art. 6. 26. q. 2. ideoque quasi deceptoria, & Dæmonum vtẽs contubernio, damnata est ab Ecclesia, Turrecre. in cap. Petrus. 1. q. 2. Sunt autem huius artis exercendæ, quamplures ministri, qui diuersa habẽt nomina, quæ ab illa re deducũtur, quam ipsi ad suam nequitiam explendam solẽt,

5 assumere. Hinc qui aqua † vtuntur, Hydromantici sic appellantur in cap. præcedenti, num. 7. de quibus nominibus habetur in cap. igitur. 26. q. 3. & in ca. nec mirum, ead. q. 5. Sed hi hæretici non iudicãtur, nisi prauum aliquod de fide sentiant, vbi Dæmones consulunt, & adorant, vt supra etiam diximus, cap. præcedenti. Ideo censuris cõtra hæreticos promulgatis non ligantur, nec etiam illis in processu curiæ hodie cõtentis, licet olim secus esset, vt asserit Nauar. cap. 27. nu. 55. versi. Declaratio prima. Quamuis hi sæpe sępius in hęresim labantur. Ideoque illis cẽsuris ligantur, ex eo quod verè credũt se noctis tempore per aëra volare, ac ad quædam amęnissima loca deuenire, vbi cum Diana, aut Herodiade corporaliter choreas ducere, atque confabulari se existimant: Cum Diana dea paganorum neque in hoc mundo, neque in alio reperiatur. Herodias autem esse in inferno, neque ei exire permittitur, neque est mulier, sed sola anima. Item etiam posse Dęmones Dei creaturas verè in aliam speciem transformare, toto, (vt aiunt) cœlo errantes, cum ista in spiritu potius, quàm in corpore patiãtur, ideoque opiniones illas quasi hęreticas, in cap. Episcopi. 26. q. 5. damnatas legimus: Non quidem eo, quod nõ sit possibile Dęmoni Dei permissu, de loco ad locũ transferre, sicut multis positis excẽplis Alfonsus à Castro de iusta hęret. punit. cap. 16. probat lamias, & strigas aliquando etiam à Dęmonibus transportari, sed eo quòd cum Diana loqui, aut ludere se dicunt, quem deam ipsorum esse affirmant, cui sicut Dominę obediunt, hoc autem est à catholica fide alienum, quę unum iubet Deum, & credere, & adorare, probat hęc Turrecre. in d. cap. Episcopi, & latissimè in cap. nec mirum, 26. q. 5. Si uerò nil tale crediderint, sed solum lasciuia quadam operati fuerint, hęretici nunquã iudicabũtur, licet mortaliter peccauerint. Turrecre. in d. capit. nec mirum. Sed modo ad dubiorum decisiones, quę ex iis solent euenire, descendamus.

6 Prima. Qui magicas † artes discere cupiunt, aut docere, aut libros de ipsa tractantes secum retinere ausi fuerint, sunt in statu damnationis: cum tales artes nõ sint scientię, sed potius superstitiones, l. culpa. C. de Malef. & Mat. Quod si libros huiusce facultatis habent, & nolũt eos comburere, non sunt absoluendi, secundum Ang. in uer. curiositas. §. 10.

7 Secunda. Vti † aqua baptismatis, uel oleo sancto in his magiis perficiẽdis, grauissimum peccatum est, Archiep. Flo. in Sum. Defecerunt, in primo mandato. §. 2. de superstit.

8 Tertia. † Qui somnia obseruant, dicentes somnũ quod habui, denotat mihi hoc malum, quapropter omittunt aliquid facere, quod de præcepto facere debebant, uel aliquid faciunt, quod inclinat ad malum, D. Thom. ad Rom. c. 13. lect. 3. circa finem. Caiet. in summu. in uer. somniorum obseruatio.

9 Quarta. Qui credunt, † quòd ex constellatione quis cogatur ad bonum, uel malũ, (uerbi gratia,) Petrus natus est sub tali planeta, ergo impossibile est, quin sit fur, mortaliter peccat, & hæreticus est, si adest pertinacia, uide D. Tho. q. 95. art. 5.

10 Quinta. Qui maleficium † maleficio dissoluere tentāt, siue maleficos adeundo, siue cum Dęmonibus ipsis tractātes, mortaliter peccant: nō enim nostris pec catis aliorum sceleribus est obuiandum, vt probat B. August. li. 1. contra mendacium, [& nec sunt facienda mala, vt inquit Pau. Rom. 3. vt inde veniant bona. Et cum pessimum sit Dæmonē inuocare, & pactum cum Dęmone expressum, siue tacitum facere, pessimum etiam erit maleficium iam adhibitum per inuocationem, & auxilium Dęmonis soluere. Quod enim ex se malum est, nulla adhibita bona intētione, vel quacunque alia bona circunstantia poterit bonum esse. Hinc licet sit bonum proximorum incommodis obuiare, non tamen ad proximorum nocumenta tollenda bonū erit, maleficia facere.] Immo nec erit licitum Magum aliquem ad dissoluendum maleficium, etiā si ad id paratus esset, inducere: namque ea, quæ sine peccato fieri nequeunt, neque à paratis scelus illud committere sunt expetenda: licet exploratum sit illum, à quo petuntur iustę petitiones, aliquod, ꝙ peccatum sit additurum, quod petens maius malum euitare cupiens patiatur, potius quàm desideret: probat hęc pulchrè D. Thom. & Caiet. 2. 2. quęst. 78. art. 4. & quęst. 100. art. 4. At in proposito cum maleficiū hoc, quo aliud dissoluetur, non posset sine peccato exerceri: reliquum erit, vt nec peti possit, nec etiam ad hoc paratū inducere; Sotus in 4. dist. 34. quęst. 1. artic. 3. secunda conclu. Couar. lib. 2. de pact. §. 1. nume. 10. Nauar. cap. 11. nume. 29. [Et nō obstat ad hoc authoritas D. Aug. dicentis, licitum esse mihi ad cōmodum meum uti iuramento hominis infidelis, quamuis sciam illum iuraturū per Deos falsos, quos colit. quod potest cōfirmari à simili de illo, qui mutuum petit ab illo, quem scit non nisi ad usuram daturum; & de illo, qui petit à suo Curato existēte in mortali sacramentum. Nam respondetur, quòd ista exempla sunt dissimilia, propterea, quòd quę in exemplis dictis petuntur, non sunt ex se mala, cū possint bene fieri ab eis, qui illas facturi sunt, si uelint. Et si malè fiant, non est ex malitia ipsius rei, sed operantis, qui rem, quam poterat benè, noluit, nisi malè facere. Non enim qui petit ab infideli iuramentum, vult vt per falsos Deos iuret. nam tunc peccaret, sed solummodo petit, vt iuret; Et si daretur petenti optio, eligeret, vt per Deum verum, trinum, & vnum iuraret. Similiter petens ab vsurario, non petit, vt det ad vsurā, quoniam tunc peccaret, cum peteret ab illo, quod sine peccato fieri non posset, sed petit dūtaxat, ut mutuum sibi detur, quod non solum sine peccato, sed etiam cum merito fieri posset. Et similiter responde de Curato. Potest namque sine peccato ministrare, si prius pęnituerit.] Si verò
11 rumpendo † aliquod signum fœderis, quod quis habet cum Diabolo, v.g. imaginem aliquam magicam, dissolueretur maleficium, posset absque scrupulo Magus ad istud induci: cum hoc facere non sit peccatum, Sylu. in ver. maleficium. q. 8. ver. his præmissis. [Exempli gratia: Si imago illa, cui est acus infixa, aut aliud simile instrumentum, per quod faciendum est maleficium, inueniretur, & con fringeretur. Tunc enim Dęmon nō amplius illum fatigaret; quia ex pacto, quod cū Malefico fecit, nō assistit, nisi quādiu signum aliquod ab eo datū permanet.]

SVMMARIVM.

1 *Colloquium cum Dæmonibus ineuntes semper peccant mortaliter, fallit, nu. seq.*
3 *Agere cū Dæmone, vel ēt quò ab humano corpore discedat, quādo vel liceat, vel nō.*
4 *Exorcizantes longa colloquia habere, & leuia inquirere, non possunt sine peccato, à Dæmonibus.*
5 *Sortilegis, & diuinatoribus, quæ pœnæ sint statutæ, tum clericis, tum laicis.*
6 *Somniorum obseruatio prohibita, & quâ pœna Manasses ob id fuerit affectus.*
7 *Constellationibus credentibus obstat Ptolomei dictum, & id est de libero arbitrio pessimè sentire.*

De

De ijs, qui cũ Dęmonibus ineunt consortium. Cap. VII.

SVperest, vt explicemus vltimũ ex ijs, quæ supra ad istius vlti mi pręcepti dilucidationẽ pro posuimus; multa alia, quæ di ci possent, breuitatis studio prætermit-
1 tentes. Hoc † autem est illorum peccatum discutere, qui cũ Dæmonibus ineunt detestabile cõsortium; hi enim semper peccãt mortaliter: est enim Dæmon ille ab Ecclesia pręcisus, est Christi domini inimicus, est mendax, est pater mendacii, omni dolo, ac fallacia plenus, neminem nisi in ipsius malum diligens. Ideoque qui ab eo consilium, aut auxilium, siue in rebus naturalibus, siue in supernaturalibus, siue in quibuscunque petierit, graue crimen contrahit: nisi ta-
2 lis, † ac tantus sit, qui non pacto aliquo cũ ijs innito, aut obsequio præstito, sed diuina virtute Dęmonibus imperat, sibique eos obedire compelleret: quod sanctos fecisse legimus: probat hæc latissimè Turrecrem. in sum. & in cap. nec mirum. præcipuè art. 3. 26. q. 5. Sed modo reliquũ est, vt ex iis, quæ deduci possint ostendamus. & Primo:

3 Qui Dæmonem † deprecantur, ut aliquid faciat, vel ipsum obsequio, aut sacrificio placare tentant, vt consilium, vel auxilium præbeat, vel etiam, vt ab humano corpore discedat, mortaliter peccant. At qui virtute diuini nominis cõfisi Dęmonem adiurando prohibent, vt fit per exorcismos, ne cui corporaliter, aut spiritualiter noceat, vel qui eundẽ cogunt, vt ab aliquo corpore, aut loco discedat, nihil peccant, modò debitis, & congruentibus vtantur exorcismis secundum potestatẽ illis traditam à Christo domino, Luc. 10. Dedi vobis potestatẽ super serpentes, scorpiones, & super omnem virtutem, &c. D. Thom. 2. 2. q. 90. art. 2. Sotus, de iu. & iure lib. 8. quæst. 3. art. 2. [Exorcismus verò vox gręca est, & latinè idem sonat, quod adiuratio. & propriè significat inuocationem nominis diuini, quę fit super energumenos, id est habentes spiritum immundum, adiurando eũ per virtutẽ diuinam, vt ab eis egrediatur. ita D. August. lib. 1. de Vita beata. Quod si aliquãdo Dęmones nec cruci, nec aquæ lustrali, nec aliis remediis cedunt, id accidit ob minimam inuocantis fidem. Luc. 17. Si habueritis tantam fidẽ, &c. Vel permittit Deus eos operari ad exercendos bonos, ut in fide solidentur, & virtute patientiæ roborẽtur. Et vt D. Chrys. homil. 41. in acta Apost. docet, vt pœnas peccatorum suorum hic dantes, puri migrent ad Dei conspectum. Est quoque in causa huius rei lethale peccatum: quia quamdiu illud in interioribus alicuius latuerit, nullius exterius sacramenti perceptio prodesse poterit, ita Petr. Clun. lib. 1. de mirac. c. 6. & c. 14. & 16. & 17.]

4 Secundo. Exorcizãtibus † longa inire colloquia cum energumenis à Dęmonibus obsessis, illicitum est, & graui se periculo subiiciunt. Sæpe enim Dęmones ipsos decipiunt, vera falsis miscẽdo: vt interim omittamus, hoc ad familiaritatem quãdam Dęmoniacam pertinere. Verum si exorcizatores imperant Dæmonibus, ut curiosa dicant, & nil ad expulsionem facientia, non quòd illi credant, sed quadam leuitate, & curiositate ducti, grauiter peccant, licet non mortaliter, Sotus, qui sup. q. 3. art. 2.

Ad detestandã superstitionẽ hortatio.

5 Quam † detestabiles sint, & horrendæ superstitiones hæ; facilè conspici potest ex pœna, quæ talibus sortilegis, & diuinatoribus debebatur: nam primo hi secundum legem diuinam debebant lapidari. Vnde Leuit. 20. habetur; Anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, & fornicata fuerit in eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eã de medio populi mei. Item ibidem; Vir, seu mulier, in quibus phytonicus spiritus fuerit, moriatur, lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super eos. Rursum secũdum canones Eucharistia denegatur,

de consecra. dist. 2. pro dilectione. Si clericus, est deponendus, atque beneficio priuandus, cap. non oportet, 26. q. 5. c. 1. & 2. extra de sortileg. vna cum glo. Si laicus, est infamis, & ad accusationem non est admittendus, 2. q. 8. c. quisquis. Sed
6 contra † somnia obseruantes, præcipuè scribitur Leuit. 19. Non augurabimini, neque obseruabitis somnia. Rursum Manasses Rex Israel deiectus est à regno suo, & captus ab exercitu Regis Assiriorum, & vinctus cathenis, atque cõpedibus, ductus est in Babilonem, quia obseruabat somnia, sectabatur auguria, & maleficis artibus inseruiebat. 2. Paralip. 33. Vnde Aug. de confli. vitiorum & super. Diabolus in somnis frequenter vera prænunciat, vt ad falsitatẽ protrahat. Hoc idem inquit Bernar. ad sororem in sermone incipiente, Honestissima soror.
7 Sed † contra credentes constellationibus, inquit sapiẽtissimus astrologus Prolomæus: Vir sapiens dominabitur astris. Sequeretur pręterea, quòd nostrum liberum arbitrium flecti posset ad bonum, vel malum, quod est erroneum dicere: nam si sic esset, non esset liberum, sed ligatum, & coactum.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus vt quis verè sit, quæ requirantur.*
2 *Factum sine errore intellectus hæresim non sapit.*
3 *Paruuli baptizati ab infidelibus capti, & redempti, quare hæretici non habendi, si in hæresim fuerint lapsi.*
4 *Iudæorum filii intra annos discretionis inuitis parentibus ad fidem non sunt trahendi.*
5 *Apostatarum filii eis inuitis baptizentur.*
6 *Hæreticalia verba proferens, an hæreticus sit, & puniendus.*
7 *Error qualis esse debeat, vt hæresim pariat.*
8 *Pertinax, & hæreticus quis sit, nu. seq.*
10 *Dubitatio duplex, & quæ inducat hæresim.*
11 *Dubii qualiter recipiantur ad fidem.*
12 *Firmus in fide motibus contrariis resistens meretur.*
13 *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana, qualiter intelligatur.*
14 *Tentationes fidei, & carnis, fugiendo magis, quàm resistendo superantur.*
15 *Dubius in fide, hæreticus vt sit, quæ requirantur.*
16 *Articulos clerici explicitè, laici implicitè scire tenentur, & clerici qui. nu. seq.*
18 *Simplices pertinacia, non ignorantia condemnat. & quæ memoriter retinere debent. nu. seq.*
20 *Christiani quæ scire explicitè omnes teneantur.*
21 *Clerici explicitè credere tenentur, vnus plus quàm alter.*
22 *Ignorantia, Ecclesiæ se remittens, non præuenta à iudice, pœnam hæreticorum non meretur.*
23 *Hæreticus vt quis dicatur, an eũ desciscere à fide aliqua in parte sufficiat.*
24 *Fidelitatis species quot, secundum D. Tho. & sub nomine hæreticorum, qui contineantur.*
25 *Hæretici definitio: & hæresis vnde dicta. & mala ab hæresi prouenientia.*
26 *Christianis cum hæreticis commerciũ omnino prohibitum; secus cum infidelibus.*
27 *Fidelem mentem gerens, & actum infidelitatis committens, non est hæreticus, nec schismaticus.*
28 *Hæreticus non est opinionem fouens contrariam rebus non spectantibus ad fidem, vel ad bonos mores, vel etiam in non decisis.*
29 *Corrigi paratus non dicitur, qui scit decisionem Ecclesiæ, & oppugnat.*
30 *Negans ore fidem, sed non mente, hæreticus non est. nu. 34.*
31 *Perfectus magis mortem, quàm peccatum veniale eligere debet. & nu. seq.*
33 *Confitens in tormentis mendacium, mortaliter peccat.*
35 *Fidem confiteri, an, & quando sit de necessitate salutis.*
36 *Inter infideles habitare periculo peccandi si fidem fatetur, an liceat.*

Hære-

37 *Hæreticus quis propriè dicatur.*
38 *Opinio hæretica non facit eum hæreticum, qui paratus est amplecti cēsuram Ecclesiasticam.*
39 *Simplices aliqua credendo naturali ratione moti excusantur.*
40 *Simplicitatis plures species, & hæreticorum simplicitati quando parcendum, num. seq.*
41 *Intentio pœnitentis exactè inuestiganda in casu hæresis, cum ea efficiat, vt quis sit, vel non hæreticus.*

De hæreticis. Cap. VIII.

FAcilimè quę dicenda sunt
percipientur, si methodū breuem prēmiserimus, qua quis
verè sit hæreticus censendus,
dignosci possit.
Primum ergo, vt quis sit hęreticus, ne
1 cessarium est, † vt fidem catholicā quādoque professus sit, alias infidelis potius
appellabitur: qui impropriè etiam dicitur hæreticus, ex eo, quia non tenet articulos fidei, vt no. Do. Anto. de But. in c.
firmissime, de hęret.
Deinde exigitur, vt post fidem susceptam in iis, quæ sunt fidei errauerit, uel
etiam determinationem Ecclesię falsam
putauerit, cap. hęc est. 24. q. 1. D. Thom.
2. 2. q. 11. ar. 2. in corp. & ad tertium. At
non sufficit hoc ore protulisse, si non ex
intimo cordis protulerit. Denique oporret, ut habeat errorem fidei contrarium
in mente, uel intentione: quia error in
intentione, uel ratione facit quem hęreticum, idest, ut in animo, & corde suo
credat esse uerū, quod est falsum, & esse
2 falsum, quod est uerum. Nam † factum
sine errore nunquàm facit hominem hęreticum, ut puta, si quis fornicatur, aut
męchatur, licet agat contra ueritatem;
quę dicit: Non męchaberis, ex hoc non
est hęreticus, nisi credat, vel opinetur mę
chari esse licitum. Hinc baptizare imagines, adorare Dæmones, puerum rebaptizare, Dęmonibus thurificare, Dęmones
consulere, & eorum responsa suscipere,
cōculcare corpus Christi in luto, & omnia huiusmodi, quę sunt valde horrenda
peccata, nisi sit error in intellectu, non
faciunt hominem hęreticum. ita Arch.
Flor. 3. par. sum. tit. 12. cap. 4. in princ. &
latius cap. 5. post Pet. de Palu. 4. sent. dist.
13. D. Tho. 1. sent. dist. 33. art. 5. in corp.
3 Infertur † etiam, quòd paruuli baptizati, & captu ab infidelibus, & inter eos sine vlla Christianę fidei notitia educati,
redempti postea à Christianis, & inter
eos reducti, nec hęretici, nec excommunicati sunt, cum nullum vnquàm habuerint errorē in intellectu. ita Alphon.
de Cast. lib. 1. de iusta hęret. punit. cap. 8.
secunda dubitatio. Vbi idem censet de
Iudęis, & Saracenis, alijsque infidelibus, qui adulta ętate baptisma suscipiūt,
nam isti non sunt statim dicendi hęretici, si post baptisma susceptum, & antequàm fuerint de fide plenè edocti, in hęresim aliquam lapsi fuerint: quia non ex
animo, sed ex ignorantia errauerunt.
4 [An verò † possint infideles, siue Iudęi ad fidem compelli. Dic quod non, siue adulti sint, siue pueri inuitis parentibus, ita gl. in c. Iudęorum. 28. q. 1. D. Th.
2. 2. q. 10. art. 12. Archi. in c. qui sincera.
dist. 45. Abb. & Fel. in c. sicut. extra de
Iud. Nomine autem parentum intelliguntur etiam orphanorum tutores, quibus iure eorum incumbit cura. Et ratio
est, quia cum voluntas patris existimetur filij, sicut non potest adultus contra
suam voluntatem baptizari, cap. sicut. de
Iud. ita neque filius contra voluntatem
patris, ita Card. in clem. 1. in fi. de Iudæ.
Sotus in 4. sent. dist. 5. q. vnica. artic. 10.
5 Secus de apostatarum prolibus, † nam cū
sint de iurisdictione Ecclesiæ, quantumuis patres reluctentur, possunt baptizari.
Imo ipsi renitentes, patres tanquàm Apostatę puniri debent. Sotus qui supra. Idē
et affirmanimus, dum à Reuerendo Inquisitore Venetiis fuissemus interrogati, de quodam puero nato, & circunciso,
postquam eius pater à fide Catholica apostatauit, & Iudęus factus fuit, scilicet pa-

tre mortuo inuitis iis, qui pueri curam habent posse illum eripi, & à parentum consortio separari, argu. tex. in cap. plerique. de consecrat. distinc. 4. atque baptizari, arg. tex. in cap. si baptizata. eod. tit. vbi inquit ibi glo. Filium apostatæ baptizandum esse, dum puer est, inuito patre; atque postea debere tradi uiro religioso, aut mulieri Deum timenti, vt sub eorum conuersatione cultum fidei discat, atque in melius institutus tam in moribus, quam in fide proficiat, iuxta tex. in cap. Iudæorum. 28. quæst. 1. Sed ut ad nostrum institutum reuertamur,

6 nec etiam † hæreticus dicendus est, qui verba hæreticalia profert iocosè; cum & pœnis hæreticorum subiectus non sit: Non enim adest error in intellectu, & pertinacia in voluntate, quæ faciūt hæreticum: cum factum iocosum pœnam non mereatur, l. 1. §. diuus. ff. de sicar. l. obligationum substantia. §. fi. ff. de actio. & obliga. l. sicut semel. C. de liber. causa. cap. 1. de sent. excommu. In crimine tamen hæresis puniri debet, Episcopi, aut Inquisitoris arbitrio, Card. in clem. 1. §. nos igitur. in fine, de summa Trinit. ad quos etiam spectat, an per iocum, vel seriò sint asserta.]

7 Sed † nō solum sufficit, vt sit error in intellectu, sed oportet, vt sit pertinax: igitur non omnis error est hæresis, sed ille solus, qui est fidei orthodoxę cōtrarius, adiuncta pertinacia, idest obstinatione, quòd velit persistere in errore, taliter illi adhærendo, quòd nullo modo uelit desistere ab eo, ita tex. in c. dixit, & cap. qui in Ecclesia, 24. quæst. 3. Vbi Augustinus inquit: Qui in Ecclesia Dei morbidum aliquid, prauumque sapiunt, si correpti, vt sanum, rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emēdare nolunt, sed defendere persistunt, hęretici sunt. D. Th. 2. 2. q. 11. artic. 2. ad idem est etiam clem. unica, §. porro, de sum. Trinit. glo. in extraua. Ioan. xxij. incipit cum inter nonnullos. versi. pertinaciter. quæ tradit septem modos, quādo quis dicitur pertinax. vbi

8 inquit, † quod pertinax dicitur durus, indocibilis, irreuocabilis, obstinatus qui non est paratus corrigi ad mandatum superioris, vel Inquisitoris, vel iurisperiti, tex. valde sing. cum glo. in l. tutor. §. tutores, de suspec. tut. Zabar. in clem. 1. de sum. Trin. in princ. & in cap. 2. eod. tit.

9 Quinimo etiam † hęreticus est is, qui dubius est in fide cum pertinacia, idest si ea quæ proponit Ecclesia credenda, an vera sint, ambigit. tex. est in cap. 1. de hęret. ex quo tex. videtur posse colligi, quòd quilibet homo sit hęreticus, quia nullus est, quin aliquādo ex carnis stimulo, & scrupulo conscientiæ non dubitet in fide, & de resurrectione mortuorum, & de creatione mundi, & similibus. Ideo respondendum videtur ad illum tex. quòd duplex est dubitatio.

10 Quædam † enim est dubitatio, quæ habet animi pertinaciā, & deliberationem, & firmitatem, vt quia perseuerat dubitando in ijs, quæ sunt de fide scienter, & aduertenter, sciens catholicā esse veritatem, & ita Ecclesiam tenere, verbi gratia, an sit vita æterna cōtra articulum illum, Credo vitam ęternam. An in hostia cōsecrata adsit realiter Corpus Christi, & tunc hæc dubitatio inducit hæresim: quia est contra articulos fidei. [Et ratio, est, quia ad hęresim constituēdam necessaria est scientia, uel notitia cōtrariæ veritatis; non enim sufficit, ꝙ Christianus erret in fide, ad hoc, vt sit hæreticus; nisi etiam sciat id, quod approbat contrarium esse catholicę veritati. Nam sicut præsentato concubitu cum aliena vxore consentiens in illum, adulterij crimen committit: Ita pręsentato errore in fide cum notitia, quòd est error in fide consensus in illum, hæreticum cōstituit, Caiet. 2. 2. q. 11. art. 2. Igitur cum huius-

11 modi † dubii in fide in sacro Inquisitionis tribunali iudicantur, si intellexerint tales cum scirēt catholicas veritates prędicto modo dubitasse, inde verò omissa dubitatione partem catholicam velle firmiter amplecti, recipiendi sunt ad Ecclesię gremium; abiurare tamen prius debent

bent tãquam hæretici formales,& veri. Si tamen tales erant, vt probabiliter præ sumantur, quòd non uerè, & perfectè sciebant catholicas veritates, de quibus dubitabant, ut quia simplices erant, vt multi laici,& rustici homines, tunc arbitrio iudicis, vt suspecti de hæresi, non vt formaliter hæretici poterũt abiurare. Nec obstat, si dicatur huiusmodi dubitã tem non debere iudicari hæreticum, ex eo, quòd non videtur pertinax, cum tenaciter non adhęreat doctrinæ catholicæ veritatis: quoniam respondetur satis eum posse dici pertinacem; quia cũ sciat catholicam veritatem, deliberatè de ea dubitat. Nec doctrinam Ecclesiæ firmiter pręsupponit esse infallibilem, & certam, nec potest negari illum, quo tempore volũtariæ huiusmodi dubitationi hæreticæ insistit, pertinacem fore iudicandum: Cum pertinax is dicatur, qui persistit in errore, quẽ sub reatu culpę deserere tenetur, cum nec is solum dicatur pertinax, qui falsum asserit, vt scribit Castr. lib. 1. de iusta hęret. punit. cap. 9. sed etiam, qui de certa veritate dubitat, tametsi paruo tempore in tali volũtaria dubitatione permanserit; nam si constaret aliquem vna solum hora, aut minus tenuisse Deum nõ esse trinum, is plane hęreticus ab Ecclesia iudicaretur, vt doctè, & prudẽter scribit Melchior Canus lib. 12. cap. 9. de locis theologicis, & Bursatus consil. 38. incip. Super facto, lib. 1. probatur etiam ex clemen. 1. §. porro, de sum. Trin. & fi. cath. quòd qui in dubium vertit catholicas ueritates, hęreticus dicatur.] Alia dubitatio est, quæ procedit à scrupulo conscientiæ, & ex primis motibus, quibus non insistit, sed resistit cõformãdo se fidei Ecclesiæ, & hęc dubitatio non inducit hęresim, sed potius est pœna, quàm culpa, cum contra

12 uoluntatem accidat. Imo † ille, qui se bene firmat in fide, & talibus motibus resistit, meretur, sicut is, qui inuitus polluitur prauis cogitationibus. dist. 6. cap. sed pẽsandum, & c. testamentũ. Ad hoc 18. dist. dictis. Ita Io. And. & Doct. in d. c. 1.

13 [De hoc tẽtationis † genere dicebat S. Paulus. 1. Cor. 10. Tentatio vos non apprehẽdat nisi humana. Humana quippe tentatio est, qua plerumque in tentatione tangimur etiã nolentes, quia nonnumquam etiam illicita ad animum veniunt: hoc vtique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam uerò Dęmoniaca est, & non humana tentatio, cum ad hoc quòd carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus astringit, ac de huiusmodi subitis tẽtationibus, quę animum interdum pulsant, uerè dicitur illud uulgatum, de quo per Doctores; primos motus non esse in potestate hominum.

14 Cęterum † tametsi in superandis huiusmodi tentationibus interdum meritum acquiratur, non tamẽ propterea locus dandus est, ut adueniãt, & animum conquatiant; quoniam securius fugiendo, quàm resistendo superantur, sicut cõtingere solet in carnis illecebris, quæ fugiendo potius, quàm resistendo superãtur, ut S. Thom. 2. 2. quæst. 35. art. 1. ad quartum argum. Verum remedium ad superandas tẽtationes subreptitias circa credibilia est, statim concurrere ad diuinam omnipotentiam, & dicere cum Angelo, Quia non erit impossibile apud Deum omne verbũ. Item statim captiuare intellectum ad obsequium Christi, proponentes firmiter credere, quod credit, & tenet Sãcta mater Romana Ecclesia, atque ita Deo fauẽte cessabit fęliciter tentatio. Est & alia dubitatio de credibilibus per imperfectam adhęsionem, & ita videtur dubitare peccatores. Omnes enim peccatores imperfectè credunt, eo quòd non viuunt secundum ea, quæ credunt; nam si perfectè adhęrerent iis, quę credunt, sic viuerent, quasi post modicũ transituri de hoc mundo, non quasi in ęternum mansuri. & hic modus dubitandi non facit hęreticum, sed malum Christianum. Quamobrem optimè Zãchinus sentit in tractatu de hęret. & Nauar. eod. tit. lib. 5. cons. 1. dum dicunt Inquisitorem nõ debere procedere con-

era aliquem ex eo, quòd publicè adulteretur, aut fœneretur, nisi orta esset aliũde suspicio contra eum: cum Inquisitoris solum sint commissa ea, quæ tãgunt hæresim, siue fidem, cap. accusatus, §. sanè, & §. de quęstionibus, de hæret. lib. 6. Verum si peccatores nunquam pęnitentiam agerent, nunquam audirent diuina officia, nunquam ecclesiastica reciperẽt sacramenta, absque legitimo impedimẽto non ieiunarent, debito tempore non abstinerent ab esu carnium, sicut Ecclesia præcipit, cum ex his indicijs suspitio hæresis oriatur maior, vel minor pro qualitate peccantis, & aliarum circunstantiarum, tunc Inquisitor posset procedere contra tales. cap. excommunicatus, 1. §. adijcimus, de hęret. cap. inter sollicitudines, de purg. canon. Illud præterea admonendum est ex peccatis oriri hæreses, & pręcipuè quędam sunt peculiaria, ex quibus speciali quadam ratione oriri solent. Hęc sunt Amor sui, Inanis gloria, Auaritia, Concupiscentia carnis, Superbia, Ambitio, & Inuidia, vt inquit Cõment. super c. 1. in 2. par. Direct. Inquisi. ibi, Quamquam autem.]

Ex his igitur dictis à nu. 7. & 8. breuiter videtur esse colligendum hoc ne-
15 cessariò requiri, vt dubius † in fide, sit hęreticus. Primum, vt scienter, & pertinaciter dubitet de decisis à fide catholica. Secus si ignoranter, vel ex primis motibus paratus sit corrigi, vel si esset dubitatio circa nõ decisa, sed tolerata, & vtrinque extant opiniones. Exemplum, si dubitaret quis, An Beata Virgo fuisset concepta in peccato originali, non esset hęreticus, D. Tho. 2. 2. quęst. prima, art. 3. Sed dubium vertitur, cum hęreticus dicatur is, qui animo pertinaci aliquid affirmat contra articulos fidei, an
16 omnes † Christiani teneantur illos scire explicitè, vt sciãt quid credere debeãt. Respon. negatiuè. Non enim omnes tenentur Christiani scire explicitè articulos fidei, sed tantum implicitè. Explicitè scire est explicare, distinguere, & defendere: Implicitè verò est credere secundũ quod Ecclesia credit. Vnde non omnis Christianus tenetur illos scire explicitè, sed tantum clerici.

17 [Clericos † dicimus superiores homines, ad quos pertinet alios erudire: huiusmodi sunt Pręlati, & curati, qui tenẽtur habere fidem, & notitiam explicitã de omnibus articulis fidei. Item Inquisitores hæreticæ prauitatis, qui errores aliorum refellere debent, ideoque oportet eos in catholicis dogmatibus eruditos esse, vt habetur in prima par. Direct. quęst. 4. & in Cõment. de fide expl. hab. Non tamen, vt inquit Innoc. in cap. firmiter, de Sum. Trin. & fi. cath. nume. 2. ita tenentur scire articulos fidei explicitè, & distinctè, vt incontinenti teneantur de omnibus respondere, sed possunt accipere tempus deliberandi, & etiam si oportuerit cum consilio aliorum.]

Laici verò implicitè. ita glo. in rub. de Summa Trinit. & fide cath. Quare inquit D. Thom. 3. sent. dist. 25. in solut. 1.
18 argum. ad 3. q. art. 1. quòd non † condemnantur simplices pro hæreticis, quia nesciunt articulos, sed quia pertinaciter defendunt ea, quę sunt contraria articulis, quod non facerent, nisi pro hæresi fidem corruptam haberẽt: quia licet necessarium sit alicui credere articulos fidei, quantum sufficit ad dirigendum in vltimum finem, secundũ eundem Thomam, vbi supra. q. 1. artic. 1. Satis tamen erit laico maximè idiotæ credere articulos fidei implicitè, idest secundum quod Ecclesia credit, ut tradit Innocen. quem omnes sequuntur in c. firmiter, de Sum. Trinit. Abb. & alii in rub. eodem titu.
19 [Et illos, † idest Credo, una cum oratione, quã Dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare docuit: omnis enim ętas, omnis sexus, omnisque conditio, masculi, fœminæ, iuuenes, senes, liberi, serui, pueri, coniugati, innuptæque puellæ verbis discere, & memoriter retinere debẽt, vt habetur in Conc. Iuliensi sub Carolo, & Pipino, & in Synodo Rhemensi sub Carolo Magno, anno Domini 813. c. 7. & in prima par. Direct.

ect. Inquisit. quæst. 3. Commen. de fide expl. hab.]

20 Sunt† autem aliqua in fide, ad quæ explicitè cognoscẽda omnis homo tenetur, vtpotè articulos fidei, secundum D. Tho. 2. 2. q. 1. art. 5. idest saltem eos, qui communiter in Ecclesia docentur, & prædicantur, secundum Scot. 3. sent. distin. 25. de quo plenius disserit Episcopus Malacensis in suo eleganti opere de Religione Christiana, par. 2. c. secundo. Vbi secundum magis, & minus, Christianos ad hanc explicitam fidem teneri dicit, secundum personarum qualitatem.

21 [Huiusmodi † sunt humanitatis mysteria, quæ sunt uia pertingendi ad beatitudinẽ, & salutem. quia vt dicitur Act. 4. Non est aliud nomẽ datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri sub cœlo, nisi Christi, per quod tenetur quilibet explicitè credere Christi mysteria, præsertim illa, in quibus solemnizat Ecclesia, vt pote Trinitatis mysteria. Hoc est, quòd sunt tres personæ diuinæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Vnde Matth. vlt. Euntes docete omnes gẽtes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et quòd Dei filius sit conceptus de Spiritu sancto, quòd fuerit de Virgine natus, quòd fuit passus, & sepultus, quòd descendit ad inferos, quòd resurrexit tertia die, quòd ascendit ad cęlum, & quòd ad iudicium est uenturus. Inter laicos etiam simplices est gradus assignandus secundum Episcopũ Malacensem: quia ad amplius credendũ tenẽtur laici litterati, quàm illiterati, & inter illitteratos ad ampliora credenda tenentur illi, quorum auribus Dei uerbum quotidie in Ecclesia prædicatur, quàm rustici, qui rarius audiunt verbum Dei. Vnde clerici, & curati, ad quos spectat verbo, & facto de credendis, & agendis simplices erudire, ad plus tenẽtur habere explicitam fidem, quàm nõ curati. Et ad plus religiosi, quibus incumbit ex officio, verbo, & opere verbum Dei prædicare, & confessiones audire, quàm religiosi, quibus hoc non incumbit. Maiores autem, vt prælati Ecclesiæ, & Rectores, Magistri sacræ Theologiæ, & Doctores, quorum est mediocres per se, & eis mediantibus minores, & simplices erudire, magis expressam fidem, & cognitionem tenentur de omnibus habere, & singulis fidei articulis, & Ecclesiæ Sacramentis, & eorum declarationibus, & expositionibus, ac fidei subtilitatibus. Vnde 1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem reddere. Non æqualiter tamen. Nam ad plus tenentur Pontifices, quàm Abbates, cum sint superiores; & ad plus Inquisitores hæreticæ prauitatis, quàm Magistri, & Doctores, cum sint fidei iudices, & plusquam omnes summus Pontifex, ad quem pertinet ea, quæ sunt fidei, sententialiter determinare inconcussa fide, & ad quem sunt maiores, & difficiliores quæstiones fidei, & Ecclesiæ deducendæ, vt habetur in cap. quoties. 24. q. 1. cap. maiores. extra de bapt. ita Eymericus in prima par. Direct. inquisit. q. 12.]

Sed aduertendum, quòd licet ad incurrendum peccatum fiat distinctio personarum, & quod plus vnus scire teneatur, quàm alter: tamen si † actu detur
22 ignorantia, dumtamen asserens determinet se ad crudelitatem Ecclesię redire, cum fuerit instructus, non censetur hęreticus. 27. quęst. 3. si quis sententiam, & 24. q. 3. qui in Ecclesia. & neque est damnandus, vt hæreticus, si vult reuerti, secundum glo. cap. nunc autem, dist. 21. quã intelligo modo errans quærat se certificari, & certificatus statim reuertatur, non præuentus à iudice, nam tunc non est hæreticus, nec aliquam pœnam meretur. si autem patitur se præueniri, & delictum est occultum, & statim absque alia resistentia paratus est redire, adhuc non est puniendus, ut hæreticus. Si autem notorium est, & patitur se damnari, & postea vult redire, adhuc recipitur, sed patitur pœnam, de hæret. cap. penult. quia ad perpetuam pœnitentiam detruditur ad carcerem. ita Dom. Anton. de Butr. in rubr. de Summa Trinitate, nume. 11.

23 Rursum, vt † hęreticus quis dicatur, requiritur, secundum quorundam opinionem, & præcipuè Syluest. in ver. Hæresis, 1. nume. 4. vt non totam fidem catholicam deserat: sed solum aliquam ipsius partem. Sed ex aduerso stat ille, non minus doctrina, quàm religione insignis, Alfonsus de Cast. in capit. 9. lib. 1. aduers. hæres. & de iusta punit. hæret. lib. 1. cap. 7. vers. Tertium, cuius sententiam libenter sequor. Mouet me exemplum de fure. Nam si fur dicitur, qui vnam rem alterius inuito domino contrectauerit: quanto verius fur appellabitur, qui non vnā, aut duas eius res furatus fuerit, sed omnes. Si quidem inter hos duos fures ea differentia est, quę est inter paruum, & magnum: itaque alter horum paruus, alter autē magnus, quin potius maximus fur censendus est. Ad hunc modum, si hæreticum appellamus eū, qui ex articulis fidei, quos iam receperat, & cōfessus fuerat, negat vnū, quanto iustius, ác verius appellabimus hæreticum eum, qui negat omnes? hunc non modo hęreticum, sed (si per latinitatem liceat) hæreticissimum appellabimus. Huic sententię fauet Diuus Tho.
24 in 2. 2. q. 9. art. 5. qui † dicit solas tres esse species infidelitatis, videlicet infidelitas paganorū, Iudæorum, & hæreticorū: & sub nomine hęreticorū contineri censet quotquot à fide catholica, quā semel susceperunt, quomodolibet recedūt. Eidem etiā sententię subscribit Gulielmus Ocham prima parte Dialogorum, lib. 4. c. 12. Ex his igitur omnibus, quę diximus esse necessariò requisita, vt quis hæreticus sit censendus, talem colligo hæretici
25 definitionem. Hæreticus est, † qui postquàm verum baptismum suscepit, & fuit in fide catholica sufficienter instructus, pertinaciter errat contra id, quod scit ab Ecclesia catholica pro fide teneri, siue oppositum veritatis asserens, siue de ipsa veritate dubitans. Et dicitur hęresis ab electione erroris, quòd scilicet eam vnusquisque sibi eligat disciplinam, quam putat esse meliorem, cap. hęresis. 24. q. 5. vel ab erro erras, vel hæreo hæres, quia nimium adhæret suæ opinioni, vel ab ercisco, quod idem est, quod diuido: sicut dicimus familiæ erciscundæ, idest diuidendæ. [Vnde ex prædictis omnibus liquet, quòd hæresis nomen importat electionem prauæ doctrinæ omissa vera, & catholica; adhæsionem, seu pertinacem applicationem ad falsum, seu falsa dogmata relictis orthodoxis; & diuisionem à Catholicorum fide. Dicitur ergo hęreticus, quasi electiuus, quasi adhęsiuus, & quasi diuisiuus, quia doctrinam falsam, & peruersam primò eligit, post illi electæ pertinaciter adhęret, per quæ ab illis sane sapiētibus diuiditur, & elōgatur. Quàm verò ingens malum, & quę incommoda consequantur ex hæresi, veterum testantur historiæ, & præsentia, demonstrant tempora, in quibus videmus florentissima regna, & prouincias ob hæreses in maximas calamitates, & miserrima pericula incidisse, prærerquàm quòd ab ipsis oriuntur contra Deum blasphemię, sortilegia, subuersio piarum in Ecclesia fundationum, sacrarum legum uiolatio, contra fideles iniuriæ, & tumultus mouentur, & pax publica perturbatur.] Sed modo ex iis nonnullorum casuum, qui vtinam sæpe sæpius non euenirent, resolutio deducitur, videlicet.

26 Qui infidelis † est, (cum hæreticus verè non sit) & si extra vterum Ecclesiæ sit, non est tamen à fidelium consortio ita segregatus, vt cum ipso & loqui, & cibum sumere non liceat. 11. q. 3. capit. ad mensam. 23. q. 4. cap. infideles. Decius in cap. nouit, quarto not. de iudic. Quod intellige, vbi nullum fidei sit periculum, quod cum hæretico omnino est interdictum, Abb. in d. cap. nouit, D. Tho. 2. 2. q. 10. artic. 9. in corp. Turrecre. in d. c. ad mensam.

27 Fidelis † si fidem mente teneat, & aliquem actum infidelitatis faciat, puta, si reuerentiā idolis exhibeat propter amorem mulierum, sicut fecit Salomon diis suarum vxorum, ut habetur 3. Reg. 11. & 22. q. 3. cap. Salomon, non est propter

hoc

hoc apostata, aut hęreticus iudicandus. Sicut si quis ob alicuius commodi temporalis consecutionem, uel periculi euitationē resistat præceptis Papę, & non obediat: talis & si grauiter peccet, non tamen dicitur schismaticus, ita Arch. Flor. 3. par. tit. 23. c. 4. §. 11.

28 Qui † in ijs, quæ ad fidem, vel ad bonos mores non spectant, errauerit, (vt ad secundum requisitum accedamus) aut etiam in non decisis quæstionibus opinionem aliquam falsam, quasi veram amplexus fuerit, hæreticus non iudicabitur, D. Thom. 2. 2. quæst. 11. artic. 2. in corp. & ad 3. At si error sit in ijs, quæ quandoque ab Ecclesia decisa fuerint, quamuis se paratum corrigi asserat, non tamen hæresis crimen, & nomen effugiet, si determinationem illam Ecclesiæ

29 non ignorat: quando enim † verum erit, vt illam corrigētem sit auditurus, quam sponte sciens, & prudens oppugnat? Hoc in effectu idē est, ac verbis se correctioni paratum ostendere, & factis negare: quapropter qui Ecclesiā definisse audit, obtemperare debet, quòd si repugnat, pertinax meritò censetur, atque ideo hęreticus, ita Alfon. de Cast. li. 1. aduer. hæret. c. 9. Caiet. 2. 2. q. 11. art. 4.

30 Qui catholicam † fidem ore negant, (quod ad tertium spectat requisitum) timore, aut cupiditate victi, si mente veram credunt, non sunt inter hæreticos connumerandi, c. sicut satius. 32. quęst. 4. cap. potest, & ibi Turrecre. de pœnit. distin. 1. glo. in cap. non solum. 11. quęst. 3. Caiet. 2. 2. quęst. 12. art. 1. Hinc Beatissimum Papam Marcellinum, cum idolis timore victus sacrificasset, peccasse quidem, sed non peccato hęresis, fortissimis argumentis sustinet Turrecre. in d. cap. potest. & cap. nunc autem. 21. distinct. peccat igitur tantum mortaliter, quamuis sit metus cadens in constantem uirum; & ratio est, quia potius quis debet conseruare vitam animæ, quàm corporis: sed committendo peccatum mortale, moritur anima; sustinendo verò gla-

31 dium, moritur corpus. Quinimo † vir perfectus potius debet pati mortem corporalem, quàm peccatum veniale committere: quia peccatum veniale opponitur feruori charitatis, vt traditur per gl. in proœ. lib. 6. Vir autem perfectus magis debet eligere corporis interitum caduci, & mortalis, quàm feruorem charitatis perdere, quam habet in Deum; bene facit quod no. per glo. in cap. quæritur, & c. ne quis. 22. quęst. 2. ita Abb. per illum tex. in c. sacris, de his quæ vi.

32 Hinc infertur, † quòd si habēs vxorem de adulterio suspectam, præciperet seruo, vel familiari, vt eam interficiat, aliàs minatur mortem, seruus non debet parere, & si paret, peccat mortaliter, ita Abb. in d. cap. sacris, colum. 2. glo. in cap. non solum, 11. quęst. 3. Hinc est etiam,

33 ꝙ si accusatus, † vel inquisitus de delicto; positus in tormentis metu tormentorum confitetur delictum, quod non commisit, & ex dicta causa decapitatur, nisi hoc in extremo saltēm vitę reuocauerit, videtur in peccato mortali decedere, ita mirabiliter decidit Abbas in ca. ex parte, secundo, de sepult. & in cap. 1. post princi. de testi. cogen. cuius dictum an verum sit, remitto me ad pręceptum octauum, cap. 6.

34 Ita ergo † concludendum est in casu nostro, quod si quis timore uictus fidē ore negat, peccat quidem mortaliter, nō tamen est hęreticus. Sicut à simili fideles faciētes id, quod alij infideles, vt adorantes idola, vel sepulchrum Machometi, si non faciunt sponte reipsa delectati, sed timorē, vel alia iusta causa, nō sunt hęretici, nec excommunicati, sed tantū peccant mortaliter, ita Sylu. in ver. apostasia. quęst. prima, & in ver. hęresis. prima, quęst. 6. Imo nec erunt his dissimiles iudicandi, vbi infideles à fidelibus signo aliquo exteriori discernūtur ii, qui fortassis timore uicti tali signo se signauerunt, quod est quasi factis se infideles asserere, si fidem saltem corde retineant, Caiet. in ver. habitus omissio. At si nec infidelium signum assumpserint, sed tantummodo solitam fidelium vestem

stem

ftem deposuerint, vt infidelium furorē declinarent, nec lethaliter quidem pecca bunt. idem Caiet.2.2.q.3.ar.2.

35 [An verò sit de † necessitate salutis confiteri fidem. Dic, ꝙ confessio est necessaria de salute ex vi præcepti affirmatiui obligantis pro loco, & tempore; ita probatur ad Rom. capit. 10. dum inquit Apost. Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. & Matt. cap. 10. Omnis, qui confitebitur me corā hominibus, confitebor & ego eum corā patre meo, qui in cęlis est. & Luc. 9. Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua. Hinc colligitur, hæreticos iudicari posse Helcesceitas, qui affirmabāt aliquem in tormentis, seu in necessitate Christum negare posse sine peccato, dum modo corde crederet, vt refert Eusebius, lib. 6. Historiæ ecclesiasticæ, cap. 31. & Nicepho. lib. 5. c. 24. Verum sciendum est, quòd cum præceptum confitendi fidem per actum exteriorem sit affirmatiuum, obligat quidem semper, sed non ad semper, sed iux. mentem D. Thom. 2.2. q. 3. art. 2. pro loco, & tempore, quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur debitus honor Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda: Puta si quis interrogatus de fide, taceret, & ex hoc crederetur, quòd non haberet fidem, vel quod fides non esset vera, vel alii ob eius taciturnitatem auerterentur à fide; nam in huiusmodi casibus confessio fidei est de necessitate salutis, ut habetur in prima par. Directorii Inquis. q. 9. Exemplum est illud, & omni imitatione, & perpetua memoria dignissimum Eleazari, li. 2. Mach. cap. 6. qui cum duceretur ad supplicium, propterea quòd nollet cōtra legis præceptum carnē porcinam mādučare, & illi, qui astabant, iniqua commiseratione commoti, tollentes eum secretò rogarent afferri carnes, quibus vesci eum licebat, vt simularetur manducasse, sicut tyrannus imperauerat de sacrificii carnibus, vt hoc facto à morte liberaretur. At ille sanctus, & grauis senex constanter respondit in hæc verba: Non enim ætati nostræ dignum est fingere, vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarū, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum vitæ corruptibilis tempus decipiantur, & per hoc maculam, atque execrationem meæ senectuti cōquiram: Nam etsi præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manū omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vita excedendo senectute quidē viuus dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum forte relinquā, si prōpto animo, ac forti pro grauissimis, atque sanctissimis legibus honesta morte perfungar. Hactenus ibi. Itaque ad suppliciū ductus gloriosa morte occubuit. Alias his cessantibus non erit necessarium confiteri, sed verbis, & factis poterit omitti fidei confessio exterior, (verbi gratia) quoties fides nostra deluderetur, & nulla vtilitas speraretur. Non enim proiiciendæ sunt margaritæ ante porcos, id est, Euangelicæ veritatis thesauri iis, qui aspernaturi sunt eius valorem.

36 Rursum † quæritur, an catholicus inter infideles habitare valeat cum periculo, si se catholicum confiteatur, amittendi vitam, vel peccandi: fidem non confitendo, seu negando? Resp. quòd si quis degens in terra hæreticorū haberet propositum seruandi totam constantiam, ut ope diuina numquam negaret confiteri se talem; quoties id fuerit necesse ad gloriam Dei, & utilitatem proximi, non teneretur inde exire. ita colligitur ex dictis S. Tho. 2.2. q. 3. art. 2. imo nec teneretur ad credendum firmiter, quòd nunquam negabit, & semper confitebitur, cum necesse fuerit, sicut qui confitetur peccata sua, non tenetur ad credendum, quòd nunquam amplius peccabit mortaliter, sed sufficit, ꝙ habeat propositum nunquam amplius ope diuina ita peccādi, ut dicit Innoc. communiter receptus in c. omnis. de pęnit. & remis.]

37 Qui † pertinaci animo (ut tandem ad vlti-

vltimum, & potiſsimum requiſitum accedamus) ſeu obdurata mente damnatā ab Eccleſia ſententiā amplectitur, ita vt & monitus recedere recuſet, nulli dubium, quin verè ſit hæreticus, cap. qui in Eccleſia. 24. quæſt. 3. Imo etiā in non deciſis adhuc ab Eccleſia quæſtionibus, ſi ſententiam aliquam elegerit, eamque adeo enixè tueatur, ac foueat, vt Eccleſiā contrarium docentem non audire paratus ſit, hæreticus appellandus erit. Tanti enim eſt pertinacia, vt uel ipſa ſola hæreticum faciat. Caſtr. aduerſ. hære. cap. 9.

38 At contra, † qui verè Eccleſiaſticam cēſuram parati ſunt ſemper amplecti, quicquid illa determinauerit ſaltem implicitè credentes, mortem potius ſubire non dubitantes, quàm ab ipſa tranſuerſum (quod aiunt) digitum deuiare: hi inquā licet hęreticam, licet damnatam ab Eccleſia opinionem audientes, quaſi uerā ſuſceperint, non tamen ſunt hæretici, cap. dixit, 24. q. 3.

39 Hinc † illi excuſantur, qui naturali forſitan ratione moti, relegata tamē omni pertinacia patrem filio maiorem autumant, aut etiam ſeniorem. Vel etiam animas, aut Angelos cogitant infantibus ſimiles, ſi alæ addantur, aliave huius generis credunt.

Qui ſi ruſtici ſint, aut ex illis, quibus fidei articulos implicitè credere ſufficit, ideſt in cōfuſo quicquid Eccleſia credit, nec in addiſcendis animæ ſaluti neceſſariis adeò ſegnes fuerint, nec mortaliter quidem peccare exiſtimantur, Innocen. quem ſequuntur omnes in rubr. de ſumma Trinit. & fide catho. quod quidem multum rationi conſonum eſt, cum ſimplicibus, & ignorantibus parcendum ſit, cap. ſuper litteris, de reſcrip. c. inter corporalia, de translat. prælat. prope finem, cap. tanta. 86. diſt. in fi. cap. ſcriptura, de conſec. diſt. 2. cum ſimil.

40 [Et ratio † eſt, quia ruſticus, aut idiota, qui ita falsò opinatur, opinionem ſuā, credit eſſe opinionem, aut potius Eccleſię veritatē, nec ea opinatio eſt fides ſua, cum ipſe fidem Eccleſiæ teneat, & talis ſimplicitas opponitur veritati. Eſt enim multiplex ſimplicitas, ideſt columbina, quam Chriſtus apud Matth. cap. 10. docet Apoſtolos, dicens: Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. ſic fuit Iob, ſimplex, & rectus. ſic Iacob, vir ſimplex habitabat in tabernaculis, Gen. 25. Et in hac ſimplicitate quærendus eſt Dominus. Dicitur enim Sap. 1. In ſimplicitate cordis quęrite illum. Item eſt alia ſimplicitas, quæ opponitur duplicitati, de qua Eccl. 2. Væh duplici corde, & hęc auget uitam, unde in Prou. cap. 2. Qui recti ſunt, habitabunt in terra, & ſimplices permanebūt in ea. Item inducit fortitudinē. unde ibi. Fortitudo ſimplicis, via Domini. Item eſt ſimplicitas iuris, quę ſegnities, ruſticitas, ſeu inertia appellatur, l. 3. §. fi. ff. de ſuſp. tuto. Item eſt ſimplicitas ſexus, ut in mulieribus. Item ſimplicitas erroris, ſeu hęretica, ut in ruſticis, & talibus ſimplicibus, modò abſit pertinacia, parcendum eſt ita, ut nec mortaliter peccent. Quemadmodum etiam excuſatur ab hęreſi, & hęreticorū pęnis, & à peccato, qui in his errat, quæ ſunt fidei, quæ tamen ipſe explicitè credere non tenetur, deceptus ab aliquo viro docto, quem pium, & catholicum eſſe credit, & talis commmuniter ab omnibus habetur. Ita S. Bonau. qui ſequitur Magiſtrum ſent. lib. 4. diſt. 30. cap. 1. verſ. Si quis hæreticus. Idem prorſus ſentiendum eſt, cum filii errant in fide à parentibus ſeducti, & in errore nutriti; Item diſcipuli à præceptoribus, & magiſtris, ſubditi ab Epiſcopis, & parochis, pręſertim ſi nondum iudicij compotes erant; aut ſi erant, in his tamen decepti erantquæ explicitè ſcire non tenētur, ita tex. ſing. in cap. dixit Apoſtolus, 24. quęſt. 3. ibi, Sed qui ſententiam. Frāciſcus Pegna ad Eymericum, prima par. Direct. q. 7. qui colligit regulas ſeptē, an, & quando homines in fide errantes ob ignorantiam ab hæreſi excuſentur.]

41 At ſi ex † illorum ſunt numero, quos ignorantia non excuſat, ut ſunt prælati, & prædicatores, qui explicitè ſcire debent,

bent, idest explicare, distinguere, & defendere, sicut ipsos peccare concedimus, ita ob hoc hæreticos esse, si pertinacia nō accesserit, negamus. Exemplum patet de Abbate Ioachino, qui etiam fuit clericus, & litteratus, qui non iudicatur hęreticus, licet errando aliqua dixerit, ex quo illa submisit Ecclesiæ, cap. damnamus. de summa Trini. Dom. Anto. de But. nu. 2. in rubrica. Castr. qui supra, nu. 9.

42 Explorare† igitur Confessarii debent intentionem pœnitentium, an ita damnatam ab Ecclesia sententiam amplexi fuerint, vel de ea dubitauerint, quòd fuerint parati ab ea recedere, si contrarium sciuerint, quod determinauerit Ecclesia, & tunc possunt absolui: quia cùm pertinacia defuerit, non censentur hæretici, & consequenter nec excommunicati, alias secus. quod nota, quia sępe vsu venit. Sylu. in ver. hæreticus. 1. nu. 1. vers. similiter.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus damnatus reuertens ad Ecclesiam, qua pœna puniatur, & qua pertinax.*
2 *Excommunicatio papalis, & bonorum publicatio hæreticis indicuntur.*
3 *Hæreticus mentalis non incidit in censuram; secus si verbo, scripto, aliove signo expresserit, nu. seq.*
5 *Hæreticus, qui hæresim mente conceptam signo expressit, secretò potest absolui ab excommunicatione, secus de manifesto, num. seq.*
7 *Abiuratio duplex, propria, & impropria.*
8 *Hæretici manifesti pluribus modis dicuntur.*
9 *Hæreticorum receptatores, & fautores, quando pari pœna puniantur.*
10 *Hæreticis cibum præstantes, in censuram an incidant.*
Receptatores hæreticorum, qui dicantur, & quare puniantur, nu. 12.
11 *Hæreticos dimittentes, accepta mercede, vel eos laudantes, aut excusantes, Bulla Cœnæ Domini alligantur.*

De pœnis hæreticorum, & fautorum. Cap. IX.

EX his, quæ hactenus dicta sūt, facile colligi pōt, qui verè sint hæretici; consequens nunc est vt de hæreticorum, atque fautorum pęnis aliqua subnectamus.

Et licet pęnæ hęreticorum sint plures.
1 Nam † si quis [sponte venit, aut intra tempus gratiæ non citatus, aut vocatus nominatim, nec specialiter inquisitus, tunc mitissime est tractandus, & si peccatum fuerit occultum, occulta est pœnitentia iniungenda, abiurare tamen debet errores extollētes se aduersus sanctam, & Romanam Ecclesiam, & fidem catholicam seruare, prędicare, & pariter defendere, & hæreticos pro viribus persequi, inuestigare, capere, vel Inquisitoribus manifestare, vt colligitur ex Conci. Biterrensi, c. 5. Si verò non sponte venit, sed post deprehensionē, citationē, & inquisitionem, vel multas admonitiones venerit ad fidem, & conuersus fuerit, vel resipuerit, & reconciliatus fuerit, tunc acrius puniri debet ad arbitrium Inquisitorum, iuxta Conc. Narbon. c. 5. considerando culpas, personas, loca, tempora, & aliarum circunstantiarum qualitates, arg. tex. in c. Deus qui, extra de pœnit. & remis. c. sicut. de homic.] Si verò patitur se damnari ob crimen hæresis, & postea vult redire, Ecclesia recipit illum; tamen debet detrudi in carcerem ad perpetuam pœnitentiā, c. pen. de hæret. si verò non vult redire, tunc pœna est illi ignis cōcrematio. Io. 15. si quis in me nō manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. [Sed cum viui cremantur, hoc est omnino præcipiendum, vt lingua eorum alligetur, & impium os obstruatur, ne si liberè loqui possint, audientes impiis blasphemiis offendant. Quando tamen veniunt ad pœnitentiam, semper post sentētiam latam ab Inquisitoribus debēt eadem crimina proprio sacerdoti

doti confiteri, Adr.lib.4.sent. de confess. quæst.4.]

Lex etiam humana imponit vltimum supplicium, vt l. Arriani. C.de hæret. & alia lex vltimum supplicium interpretatur pœnam capitis.ff.de pœn.l.capitalium.

2 Tamen duæ † sunt aliæ præcipuè pœnæ hæreticorum, quarum altera est excommunicatio Papalis latæ sententiæ in antiquis canonibus olim contenta, in cap. Achatius, cap. audiuimus, 24.q.1.ac tandem in Bulla Cœnæ Domini redacta, vt in eius principio patet. Altera autem est bonorum omnium, officiorum, dignitatum ipso iure confiscatio, cap. vergentis, de hære.cap.cum secundum, eo.tit.lib.6.

3 At non omnes † hæretici has dant pœnas. Qui enim solū mente hæreticæ opinioni assentit, licet verè sit, & realiter hæreticus, etiam si nunquam vllo pacto sui cordis arcanum reserauerit, Caiet. 2.2. q.11.art.3.cum hæresis in intellectu cōsistat, Turrecrem. in cap. dixit. 24.q.1. non tamen iste, qui mentalis hæreticus vulgò dicitur, in aliquam censuram incidit. Hoc autem est in causa, quia pœnæ istæ à lege humana inflictæ sunt; quæ licet de sui natura de occultis nō iudicat, cap.à nobis, lo secondo, de sent. excom. facit tex. in c.erubescant, 32.dist.c.sicut tuis, de simo. Archiep. Flor. 3.par.tit.25. c.4. Alfon. de Cast. lib.2. de iusta hæret. punit.c.18. Sotus in 4.sent. dist.22.q.2. art.3.Couar.3. in reg. peccatum, in primo, nu.7. secunda par. Ita nec etiam punit, cum pœna non infligatur, nisi pro illis, de quibus habet Legislator iudicare, D.Tho.1.2.q.100.art.9.Sylu.in ver. Hæ-
4 resis, 1.nu.5. Porrò, qui hæresim † mente conceptam verbo, seu scripto, aliove quouis signo expresserit, quamuis nullus forte adsit, qui legat, vel intelligat, excommunicatione Papali, etiam illa, quæ est in Bulla Cœnæ Domini, illico ligatur: Est enim illius peccatum iā non sui natura, sed solum per accidens occultum, de quo lex humana, & iudicandi, & pœnas infligendi vim habet, c.cogitationis, cum ibidem not. de pœnit. dist.1. glo. in Clem.1.vers.eo ipso, de hæret. Caie.2.2. q.11.art.3.Couar. qui supra nu.8. Non solum autem excommunicationis sententia ipso iure innodatur, sed etiam bonis omnibus ipso iure priuatur, quātumuis occultus sit, vt probat Abb. in c.fi.de hæret. Caiet.2.2.q.62. art.3. Sed cum hæc sit propriè pœna, an ante sententiam iudicis sit cogendus bona sua fisco tradere, explicabimus tit. seq.11.

5 Sed ab excommunicatione † iste, qui hæresim mente conceptam aliquo signo expresserit, absolui poterit, si Inquisitori crimen suum secretò confessus fuerit, ac coram eo secretam suæ hæresis abiurationem fecerit, ita Ioan.Lupi in tract.de hære.q.2. Concessit etenim Papa Inquisitoribus potestatem impendendi istis beneficium absolutionis. testatur Francus in c.vt officium, de hæret.lib.6.

6 Si † verò manifestus hæreticus esset, multosque scandalizasset, publice hæresim profitendo, tunc omnino cogendus esset publicè hæresim abiurare: quoniā pro manifestis criminibus publica iniungenda esset pœnitentia, cap.veritas.de pœnit.dist.1. Hinc Theodosius postquam per furorem iussit multos interfici, publicè coram populo pœnitentiam egit. cap. cum apud.11.q.3.

7 [Verum quid † in hac re sit abiuratio, dico quod est recessio ab hæresi cum iuramento de non redeundo ad eam: per quam qui abiurat, confitetur se verum fuisse hæreticum, & hæc dicitur abiuratio propria, de qua iura omnia loquuntur in Decreto, & Decretalibus. Est & alia abiuratio impropria, qua negat quis se fuisse hæreticum, sed purgat se de præsumptione, qua laborauit, de qua in cap. accusatus.in princ. de hæret.lib.6.

8 Qui verò † dicantur hæretici manifesti, Romanus Pontifex id aperte definiuit in cap.super quibusdam. vbi Ant. de Butr. de verbor.signific. scilicet, illos esse, qui contra fidem catholicam publicè prædicant, vel qui hæreticales profitentur errores fidei cōtrarios, vel qui suum proprium tuentur errorem, vel qui alio-

rum,

rum, qui etiam Hęresiarcha dicẽdus est, cap. qui aliorum. 24. q. 3. vel qui coram iudicibus fidei, vel prælatis de hæretica prauitate iudicialiter conuictus est, p legitimam probationem, cap. cum olim. de verbo. signifi. vel iudicialiter confitetur, vel condemnatus per sentẽtiam fuit. sententia enim iudicis notorium facit, c. vestra. cap. fin. de cohab. cler. vel mulie. l. emptorẽ. ff. de actio. emp.] His ergo pęnis hęretici puniuntur, sed cum agentes & consentientes par pœna soleat con-
9 stringere; Receptatores † eorum, & fautores, seu defensores eadem ligari censura nemo poterit ambigere, Si unquam legerit processus Bullæ Cœnæ Domini: cap. 1. Quod uerum erit, si semel etiam secreto auxiliũ ferre pręsumpserit, Sylu. in ver. hęresis. 1. ver. fautores, & ver. receptatores. Porrò si solas personas fraterna fortasse uicti charitate tueantur, eorũ sententias, & errores detestantes, nec eis quasi hæreticis, sed quasi proximis auxiliũ prębentes, censura aliqua nõ ligãtur, licet possint in foro fori puniri, Alfon. de Cast. lib. 1. aduer. hæret. cap. 9. Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 56. Quinimo nec in censuram incidunt, qui hæreticis cibũ
10 darent, & potum. Cum † receptatores dicantur, qui hęreticos abscondunt, sciẽtes eos esse tales, & eos occultant, & celant, vt non inueniantur ab Inquisitoribus, & è manibus iustitiæ euadãt, l. 1. & 2. ff. de recep. l. congruit. §. 1. ff. de offic. præsi. cap. excommunicamus, de hæret. Alfon. de Cast. de iusta, hæret. punit. lib. 2. c. 16. Non autem alimoniam præstantes. l. 1. §. quod autem. ff. de seruo cor. & ibi Bar. l. qui vas. §. qui furem. ff. de furt.
11 Inciderent † etiam in pœnas, qui recepta mercede hęreticos dimitterent, quos capere potuissent, facit l. 1. in fi. & ibi Doc. ff. de recep. At si in conuenticulis, nec ioco quidem, sed serio hæreticos laudare, aut excusare, aut eorum sententias commendare ausi fuerint, quasi fautores, bullę Cœnæ Domini absque dubio ligãtur, Sylu. in ver. hæresis. 1. versic. fautores.
12 Verum † quare puniantur isti hæreticorum receptatores, & fautores: respõdeo quia sine eis diu non possunt manere hęretici. ff. de offi. præsi. l. congruit, & ideo sunt puniendi; quia etiam grauius delinquunt, qui aliorum errores defendunt. 23. quęst. 3. qui aliorum. Ideo simili pœna cum hęreticis puniuntur. arg. 27. q. 1. de filia. Sed qui sint receptatores, defensores, fautores hæreticorum, quia proprius locus non est hic, ideo me remitto infra ad explicationem Bullę Cœnę Domini, cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Lex humana obligat in foro conscientia, & quare. Amplia, vt nu. seq. & 5. 8. Limita, vt nu. 10. 11. 18. 19. 25. 28. 30. 32.*
3 *Vendentes vltra precium à magistratibus præfixum peccant, & restituere tenentur. Et quid de vendente pretio aliquantulum maiori iusto. nu. seq.*
6 *Vsus quilibet an conuertatur in consuetudinem.*
7 *Clerici congregationis Cassinensis sub mortali an obligentur, vt consuetudinis recitare officium mortuorum.*
8 *Lex pœnalis in foro interiori obligat ad mortale.*
9 *Statutum pœnale pro vulnere non habet locum in leui vulnere.*
10 *Lex obligat ad mortale, præceptiua, & inhibitiua; non autem consultoria.*
12 *Soti sententia, an lex obliget ad mortale, quæ.*
13 *Lex de non extrahendis equis, an obliget in foro conscientiæ. Et an clerici contrauenientes peccent. nu. 14.*
15 *Lex purè pœnalis an obliget ad culpam, & quotuplex. nu. 17.*
16 *Legislatores mentem velle obligari ad culpam, qualiter cognoscatur.*
20 *Prælato, vel etiam Papæ, an semper obediendum.*
21 *Superioris præcepto iniusto non statim parere officialis, sed supersedere, vel rescribere debet, & fallit nume. 23. cum sequen.*
22 *Rescripto Principis an sit parendum, quando du-*

do duriorem pœnam contulit, quàm delictum expostulat.

26 Intellectus glossa in cap. denique, dist. 4.

27 Lex à certo genere personarum recepta, & ab alio non, quando obliget.

29 Ieiunium frangere, an liceat Christiano mortem interminante tyranno.

32 Forum conscientiæ veritati, & contentiosum præsumptioni innititur.

33 Filiusfamil. agens contra Senatusconsultum, quandoque restituendo non peccat.

34 Lex, quæ post biennium obligat debitorem creditori etiam pecunia non numerata, an procedat in foro animæ. vide.

35 Mater expensas filio diuiti factas animo non repetendi, repetere non potest.

36 Hæres sciens vires hæreditarias, Inuentarium non conficiens tenetur, etiam in foro conscientiæ. alias secus, quod intellige num. 38.

37 Pœna in foro conscientiæ debetur post condemnationem.

Vtrum lex liget in foro conscientiæ. Cap. X.

SVperest, vt pro complemento huius præcedentis capituli agamus de lege humana, an illa in foro conscientiæ liget; ita vt cōtrauenientes peccent mortaliter. Secundo, an pœna in foro conscientiæ debeatur ante iudicis condemnationem. Circa primam quæstionem stabilienda
1 est hæc conclusio. Lex humana, † siue Ecclesiastica, siue secularis, si iusta sit, nō nutriens peccatum, promulgata, & usu recepta obligat in conscientia subditorū animas, ita vt contrauenientes peccent mortaliter: & ratio est, quia edita videtur authoritate Dei per suos ministros, secundum illud Prouer. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Hæc est vera, & communis omnium opinio, in cap. 1. de const. vbi Fely. num. 47. idem in cap. nam concupiscentiam, eod. tit. nu. 1. Abb. in proœ. Decr. in ver. Rex pacificus. num. 4. tex. est in cap. 2. de maior. & obed. cap. qui resistit. 11. q. 3. glo. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 8. Archid. Flor. in 1. par. tit. 18. c. vnic. Sylu. in ver. lex. q. nona, Alfon. de Cast. de pœn. lib. 1. c. 5. Sotus lib. 1. de iust. &
2 iu. q. 6. art. 4. conclu. 1. Quæ † conclusio primò ampliatur etiam si sit statutum municipale, constitutio, vel pragmatica, vel edicta, seu banna, nam sunt leges, & obligant in conscientia, Isern. & Afflic. in proœ. const. Regni, in princ. sentit gl. 3. in cap. 2. de const. lib. 6. Fely. in d. cap.
3 nam concupiscentia. nu. 1. Vnde † præter debitā restitutionem peccant mortaliter vendentes vltra pretium à magistratibus taxatū, idest vltra assisum, Sot. in 4. dist. 25. q. 2. ar. 4. concl. Nauar. cap. 23. nu. 88. vers. 32. qui addit verbum, quando venditur res notabiliter iusto pretio, Sotus de iust. & iure lib. 6. q. 2. art. 3. Sed obi-
4 ter adnotandum esse duxi, An † peccet mortaliter, qui vendit rem plus iusto pretio, sed superexiguo diuersis, an multiplicatio illius superexigui, quod exigitur à diuersis, faciat peccatum mortale. Veritas est contra Sotum, quòd peccet venialiter, Nauar. cap. 17. num. 140. licet teneatur ad restitutionem. Amplia-
5 tur † secundo in consuetudine rationabili, quæ habet vim legis, quod est, quando communi hominum iudicio, ut arbitratur, peccatū esset facere contra illam.
6 Vtrum autem † quicunque usus in consuetudinem uersus obligatoriam legem constituat, ambigere quisque posset. Solet enim usu uenire, ut homines, uel diē festum colere, uel ieiunium seruare non quidem tāquam de præcepto, sed ex deuotione incipiant. Vt si in aliqua prouincia inciperēt feria 4. à carnibus abstinere, utrum postea præceptum esset. Respondetur perpendendum esse, quomodo talis religio fuerit seruata. Si enim tā tum ex deuotione libera, nūquam illud uertitur in præceptum: nisi postea religio crebescere incipit, tanquam præce-
7 ptum. Hinc † opinor, quòd cum apud clericos non sacerdotes congregationis

Cassi-

Cassinensis sit cõsuetudo, vt dicatur ab eis officium mortuorum, ꝙ talis consuetudo obliget ad mortale: cũ religio adeò inualuit, vt vix iam sit, qui audeat negare hoc esse præceptũ, Sotus li. 1. q. 7. ar. 2. Syluest. in ver. hora, q. 6. in fi.

8 Ampliatur tertiò, etiam si lex † ponat pęnam temporalem. Franc. in cap. perpetuo. & cap. commissa. §. porro, de elec. lib. 6. Felin. in d. cap. nam concupiscentiam. num. 7. Et licet Ang. in ver. pedagium, Matthes. in not. 77. & Decius in d. cap. Nam concupiscentiam, in secunda lectura, quem sequitur etiam Nauar. cap. 23. num. 53. dixerint contrarium: tamen verior opinio est, & cõmunis contra eos, scilicet, quòd nulla est lex pęnalis, quæ non obliget ad culpam, conclus. est D. Thom. 2. 2. q. 108. artic. 4. Sylu. in ver. inobediẽtia, in fi. vbi dicit, quòd indistinctè quando lex est iusta, siue pęnalis sit, siue non, obligat ad culpam. idem latè approbat Sotus, lib. 1. q. 6. artic. 5. de iu. & iure. Alfons. à Cast. lib. 1. de lege pęn. cap. 5. 8. & 10. Quod intellige, modo materia sit grauis, secus si leuis: tum, quia modicũ regulariter excusat à mortali, D. Thom. 2. 2 q. 59. artic. 4. ad 2. & q. 66. art. 6. tum, quia modicum non habetur in cõsideratione in materia, & statuto pęnali.

9 Hinc † statutum, quod imponit pœnam pro vulnere, non habet locum in leui vulnusculo, vt no. Barto. in l. si prædium. C. de ædil. edic. glo. in authen. minoris debitor. C. qui da. tu. vel cur. poss. Alex. cons. 103. incip. quod statutum, in fi. lib. 1. vbi inquit, quòd statutum in falsificante monetam, non habet locum in minima moneta. Quando autem minimum in cõsideratione habeatur, materia brocardica est, ideo me remitto ad Decium in cap. de appellationibus, num. 5. vsque 36. de appel. & in cap. maioribus, de pręb. & nos infra in 7. pręcep. cap. 2. nu. 15.

10 Limitatur † primo prædicta conclusio, vt intelligatur procedere in lege præceptiua, vel prohibitiua, cap. secundo, de maior. & obedien. cap. fin. §. quod præcipitur. 14. q. 1. cap. in his, de verborum significat. dist. 19. cap. nulli fas. cap. violatores. 25. q. 1. Secus autem si lex esset consultoria, glo. in cap. 1. de const. Abb. in d. c. nam concupiscentiam: nisi quis se astrinxerit consiliis, vt sunt profitẽtes castitatem, paupertatẽ, & obedientiam, quia post professionem, obligantur non ex vi canonis consulentis, sed ex vi voti, vel obligationis, extra de voto. c. scripturę. At quãdo lex dicatur præceptiua, necne, habetur per Abb. in d. cap. nam concupiscentiam, de const. & ibi Doct. & latè reassumit Sylu. in uer. præceptũ, & nos infra, c. 4. de quarto præcepto.

11 Limitatur † secundo, vt prædicta conclusio intelligatur de lege præceptiua, & quòd materia sit grauis: tunc enim obligat ad mortale. secus verò si leuis, & nõ tanti momenti, quia tunc tantum ad veniale obligaret: nisi esset contemptus, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 107. art. 3. Caiet. in ver. contemptus. Vnde dicit Fely. in d. cap. nam concupiscentiam. nume. 2. quòd cognoscitur lex præcępti, tam ex materia subiecta, quàm etiam ex verbis. ex quo, quicquid dicat Nauar. c. 23. nu. 55. in Manuali, volens leges seculares etiam præceptiuas non obligare ad mortale,

12 dicendum est cum † Soto, qui in dicto lib. 1. q. 6. art. 4. in ver. omnis, optimè concludit, quòd omnis lex, quæ absolutè fertur, hoc est, quæ contrarium non explicat, obligat ad culpam venialẽ, vel mortalem, secundum precium operis. Et sic inquit, quòd, an transgressio, uel omissio mortalem culpam transgressori impingat, ex rerum natura, & operis grauitate examinandum est. Ponit exemplum in statuto, tẽpore femis, vel belli edito, ne exportetur frumentum, vel arma, vtique ad mortale obligat: quia magni refert contrauenire. Si verò pręcipit nõ indui sericis, uel non ferre talia arma, quia parui referunt, eius inobedientia erit tantum uenialis. Et hęc circa leges seculares. Verum quando leges Ecclesiasticę obligẽt ad peccatũ mortale, uidebimus inf. in 4. pręcep. cap. 56.

Sic

13 Sic etiam poſſumus † dicere, quòd lex de non extrahendis equis obliget in foro conſcientiæ laicos, ita ut extrahentes peccent mortaliter; tum, quia lex eſt præceptiua; tum, quia materia eſt grauis. Affert enim non modicum detrimentum Regi, ac regno noſtro equis expoliari, præcipuè tempore belli. Ita Sotus de iu.
14 & iu. lib. 4. q. 6. art. 4. † Sed quid dicendum de clericis: Vtrum lex Principis ſecularis, quæ prohibet equos extra regnũ ſuum aſportari, obliget in foro conſcientiæ clericos extrahentes equos ſuos in ſuis equitiis genitos? & breuiter dicendum eſt, quòd non: & ratio eſt; tũ quia talis lex eſt clericis præiudicialis, quia odioſa, & in odium delicti inducta, & ideo reſtringenda, cap. pœnæ, de pœnit. diſt. 1. l. interpretatione. ff. de pœnis. tum quia eſt pręceptiua, quo caſu etiam ſi lex Principis generaliter loquatur, & rationabilis ſit, & fauorabilis, cui Canones non contradicerent, non habet locum in clericis; quia præcipiendo ſuperioritas notatur, quam in clericos exercere nequeunt, & ſic ex defectu poteſtatis talis lex prohibitiua, quamuis generalis ſit, & fauorabilis, non ligat clericos, ita teſtatur Decius, poſt Panor. & Fel. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 10. de conſtit. Nauar. lib. 1. de conſti. conſ. 4.
15 Rurſum † lex pœnalis obligat ad culpam, etiam ſi ſit purè pœnalis, quæ nihil præcipiat, aut prohibeat, ſed tãtum pœnam ſtatuat hoc, vel illud facienti: Vt eſt illa Exod. 22. Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem &c. quinque boues pro vno boue, & quatuor oues pro vna oue reſtituet. Et 2. q. 3. Qui non probauerit quod obiecerit, pęnam, quam ipſe intulerit, patiatur. Et l. capitaliũ, ff. de pœnis. ſic habetur: Incendiarii capite puniũtur. nam tales leges merè pœnales obligant ad culpam, vt tenet Sotus in lib. 1. de iu. & iu. q. 6. ar. 5. & Couar. in Reg. peccatum, in 2. par. §. 5. num. 4. qui inquit,
16 quòd & ſi † non neceſſariò, tamen plerumque poteſt colligi mens legislatoris, quòd trãſgreſſorem velit obligare ad culpam, ex eo, quod pœnam infert pro eo, quod alia lege, nec prohibitum eſt, nec præceptum. Quid enim ſi id, quod fiat, vel omittatur, nõ tantum eſt ſimpliciter vtile communitati, cuius legis conditor curam gerit, ſed & maximè intereſt id fieri ad bonum cõmune: tunc enim non alienum à ratione videtur in hac ſpecie coniecturæ intendiſſe Legislatorem ad mortalem culpam obligare tranſgreſſorẽ eius, quod in hanc legem mere pęnalem pro eius materia deduxit, & ita in hunc ſenſum poteſt admitti, quod Henr. Gandauenſis quodl. 3. q. 22. dicebat. ſ. legem purè pœnalem non obligare ad culpam: Sed tantum illam, quæ culpã præmittit, ideſt quæ pęnam infert pro eo, quod alia lege diuina, vel humana prohibitum, uel præceptum erat. Vt eſt illa, omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſ. Qua præcipitur, vt omnis ſemel in anno peccata ſua confiteatur, & ſaltem in die Paſchæ Euchariſtiæ ſacramentũ ſuſcipiat. Alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura.
17 Ex his ergo † colligitur, quòd quędã eſt lex pęnalis pura, ut illa Henrici: Quędam mixta, vt in cap. omnis. Quædam, quæ ab ipſo Legislatore accipit formam præcepti: quæ (vt ſupra diximus) vt obliget ad culpam mortalem, vel venialem, oportet vt pręcepto addatur materia grauis, vel leuis.]
18 Limitatur tertiò, † quando ſeculares Principes ſiue Eccleſiaſtici, qui legem fecerunt, explicarent, quòd non intendunt obligare ad culpam, ſicut explicatum eſt in conſtitutionibus Dominicanis, ſed tãtum ad pœnam, niſi propter pręceptum, vel contemptum, Sotus de iu. & iu. lib. 1. q. 6. art. 4.
19 Limitatur † quartò, quando eſſet iniuſtum præceptum legis, nam tunc non ligat in foro conſcientiæ. hinc Panorm. in proœ. Decret. Rex pacificus, infert, quòd gabella iniuſta licitè fraudari poteſt. Hæc autẽ iniuſtitia cognoſci poteſt, & primo vel ratione finis, vt quia non

ad communem utilitatem, sed ad propriam, Princeps legem edidit, vel etiam si semel instituta sit ad bonum commune, sed iam ad illud nō militat: puta, quia instituta est gabella ad securitatem uiarum, & postea viæ non custodiuntur. Secūdò redditur iniusta lex ratione formæ, vt quia non æquè distribuit onera subditis. Tertiò ratione causæ efficientis, vt si excederet facultatem statuentis, vt patet in statuto Episcopi, quod non ligat delinquentes extra suam diœcesim etiam suos subditos. cap. 2. de constitut. lib. 6. Quartò ratione materiæ, ut quiā præceptum est contra legem Dei, vel naturæ, vel iuris Canonici: nam tunc magis obediēdum est Deo, quàm hominibus, distinct. 8. cap. quæ contra, in fi. 11.
20 quæst. 3. cap. si dominus. Et † ideo non semper Prælato obediendum est, vt dicitur in c. non semper, & c. si is, qui preest. 11. quæst. 3. Vnde si Prælatus præcipiat sacerdoti existenti in peccato mortali, quòd celebret, nō tenetur obedire: secus si esset in peccato veniali, quia illud purgatur per generalem confessionē sacerdotis, vt inquit Sylu. in ver. cōfessio, in fi. & confessio. 1. q. 1. Immo nec præcepto Papæ est obediendum, quando illud esset iniustum, vt si contineret peccatum, vt per Innoc. in cap. inquisitioni, de sent. excommu. quem sequitur Abb. qui infert ad quęstionem, an parendum sit Papę, qui scribit pro notoriè indigno vt illi certum beneficium conferatur.

21 Quinimo hoc † ampliatur, etiā si pręceptum superioris prima facie deuiaret ab honestate, & iustitia, nam tunc nō tenetur officialis immediatè parere, sed supersedere potest, & rescribere, vt probatur in c. si quando, de rescrip. & per gl. fin. in cap. 2. de filiis presbyt. facit glo. notab. quam Bal. & Imo. in d. c. si quando, adducunt in Auth. de mand. prin. §. deinde competens, in ver. nuncians, quæ arguit Prælatos, qui non audent contra litteras Papæ reclamare, quod facere
22 debent. His † etiam adde tex. not. in l. si vendicari, de pœnis. vbi Angelus dicit non esse parendum rescripto Principis, quando duriorem pęnam cōtulit, quàm delictum videatur postulare, sed debet 30. diebus supersedere; quare fuit facta lex illa à Theodosio ad instantiā D. Ambrosij. ita probatur in tex. in c. cū apud Thessalonicam. 11. quæst. 3. Verum in his qualitas negotii debet cōsiderari diligenter; quia licet prima facie videatur mandatum iniustum, tamen interius bene cogitando forte apparebit iustum, & tunc mandatum debet impleri, ita probatur in tex. in cap. si quando, de rescrip. Vbi ponitur alternatiua illa, quòd adimpleat, vel rescribat. Aut finaliter diligenter considerando mandatum: si videtur iniustum, & tunc debet rescribere. Et hæc quidem conclusio firmata in d. cap.
23 si quādo, † videtur procedere in iudice qui causæ cognitionem adhibere debet, secus videtur in executore, qui sententiam iniustam exequi debet, c. pastoralis. §. quia verò, de offi. deleg. cap. si quando, eod. tit. nisi causa esset criminalis corporis afflictiua, vt no. Abbas post Inno.
24 in d. §. quia uerò. Et maximè hoc † procedit, quando constat de innocētia, quò casu omnino supersedēdum esset. l 1. §. fin. vbi Barto. ff. de quæst. Aliàs si dubitaret, obedire debet; quia excusatur propter obedientiæ bonum. 23. q. 1. quid culpatur. ipse enim discutere non debet superioris sententiam. Sylu. in ver. iudex, 11. quæst. 6.

25 Limitatur † quintò, quando legi præceptiuæ esset derogatum à consuetudine: quia tunc contrafaciens prohibitioni excusatur à peccato ratione cōsuetudinis, facit glo. in cap. venerabilis. in glo. 1. in fi. & ibi Abb. de consuetu. & quod no. Barto. in l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ędil. edic. Syl. in uer.
26 lex. quæst. 6. in fi. Et † nec obstat glo. in cap. denique, distinc. 4. quæ vult, quod licet consuetudo excuset à temporali pœna, non tamen à gehennali, & sic à peccato: quia glo. illa videtur procedere in consuetudine illa, quę esset contra præceptum iuris diuini, vel naturalis, facit

tex.

tex. in cap. non ſatis, de ſimon. & cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat. nam contraueniens nõ videtur excuſari ratione conſuetudinis à peccato, & ita illam gloſſam declarat Do. Abbas in cap. venerabilibus, de conſuet. ſecus videtur in alio præcepto, de quo loquitur Io. Andreas in cap. fin. de cognat. ſpiri. lib. 6. quia in tali præcepto contrauenientes excuſantur à peccato ratione conſuetudinis: niſi à principio conſenſiſſent, nam tunc ratio conſuetudinis ceſſaret, vt not. Abb. in cap. 1. de treug. & pace. Et ita intelligitur theorica illa generalis, quam facit Syluest. in ver. Lex, quęſt. 6. in fi. ſcilicet,

27 quod ubicunque † lex generalis accipitur in vſu à certo genere perſonarum, ab alio uerò non: Non recipientes non peccant ſaltem poſt longa tempora, diſtin. quarta, cap. leges, ergo à principio ſic; ſecus ſi in eodem genere perſonarum maior pars reciperet; quia minor non excuſatur, ibi Sylu.

28 Sextò limitatur, † quando quis ex iuſta cauſa pręcepto ſuperioris non obtemperauit, ut not. Abb. in cap. licet ex quadam, colum. 2. num. 4. de teſti. in c. eam te, in 3. not. de reſcrip. Hinc infert Abb. in rubr. de obſeruat. ieiuni, quod tranſgrediens ſolemne ieiunium non ſolum peccat mortaliter, ſi tranſgrediatur ex cõtemptu, vel inobedientia, quod eſt, ſi nolit ſe ſubiicere præcepto ſuperioris, qui contemptus clarè apparere non põt, niſi poſt monitionem: ſed etiam ſi quis tranſgreditur ex ira, concupiſcentia, uel negligentia; ſecus eſſet, ſi ex licita cauſa præcepto ſuperioris non obtemperauerit, vt quia fortè erat debilis, nec curauit

29 ire ad ſuperiorem. Sic autem ſi † tyrannus mortem alicui minaretur, niſi ieiunium frangereret, tunc nulla culpa eſſet ieiunium frãgere, niſi dum tyrannus in contemptum legis ad id cogeret: tunc enim teneretur Chriſtianus potius mori. & ratio eſt, quia qui metu mortis contra legem facit, videtur habere iuſtã cauſam credendi, quòd lex illum obligare nolit cum tanta cogendi vehementia; niſi quando uel contemptus legis interueniret, vel iniuria fidei, Caietan. 1. 2. quæſtio. 96. artic. quarto, Sotus lib. primo, quæſtio. 6. artic. quarto, circa fi. qui interpretatur tex. in cap. ſacris, de his, quæ vi, qui videbatur contrarius, & nos latè infra de ſenten. excommunica. cap. 12.

30 Septimò fallit † in præcepto iudicis ſecularis: non enim videtur habere poteſtatem ligandi animam ad peccatum: cũ anima tanquàm ſpiritualis ſubiiciatur Eccleſiaſtico, Imo. in c. ſecundo, de maior. & obedien. quinimo idem videtur dicẽdum in iudice Eccleſiaſtico: niſi præceptum eſſet ſecundum ius diuinum, vel canonicum: quia tunc cõtraueniens incurrit peccatum virtute legis diuinæ, vel canonicæ, & non propter præceptum, quod factum videtur. Nam ſi præceptũ emanauit in tali materia, in qua alias cõtraueniens non incideret in peccatum, & tunc contraueniens non peccat, ſed alia extraordinaria pœna puniendus eſt, ut no. Ioan. de Imo. in cap. cum contin-

31 gat, in 10. car. de iureiuran. Solum † ergo concluſio procedit, quando quis ex contemptu faceret contra pręceptum ſuperioris, uel quando à iudice Eccleſiaſtico pęna peccato expreſsè cõiungeretur, ut not. Dec. in c. nam concupiſcentiam, in 1. lect. de conſtitu. Quod ſecus eſt de Principibus ſecularibus: nam qui ipſis non obedit, incurrit peccatum propter conſtitutionem Eccleſiæ, quę aſſerit obediendum eſſe Principibus ſecularibus, cap. 2. c. ſolitę, in princ. ibi, ſiue regi, de maior. & obedien. 11. q. 3. qui reſiſtit, & cap. Iulianus.

32 Octauò fallit, † quando lex poſitiua fundat ſe ſuper pręſumptione, & non ſuper ueritate: quia in foro conſcientię attendimus ad ueritatem, vt credamus cõfitenti de omnibus. c. ſignificaſti, de homic. Vnde ſi veritas ſit contra pręſumptionem, non ſeruabitur, not. Innoc. & Doct. in c. quia plerique, de immu. eccl. Dec. in cap. 1. nu. 68. de conſtit. Sylu. in uer. lex, q. 9. verſ. 2.

33 Hinc† licet Senatusconsultum Macedonianum prohibeat, vt mutuum acceptum à filiofamilias non restituatur, fuit enim facta lex illa propter bonum publicum, vt uitentur mortes, & expectationes mortis parentum. l. 1. ff. ad Senatusconsul. Macedon. tamen si constaret, quòd quis filio mutuasset propter eius necessitatē, & charitatem, tunc ęquitas, faciens legem illam positiuam, cessaret, & filius veniens contra legem, idest restituendo non peccaret. Quare in tali casu deberet Confessarius explorare cō scientiam filij, qui mutuo recepit, an cō stet, quòd in veritate creditor dedit in necem paternam, & filius ita accepit; & tunc cum turpitudo sit ex parte vtriusque deberet illud dari pauperibus. Sed si constat, quòd non in necem, sed in charitatem, & necessitatem filij, tunc restituere debet: quia æquitas fouens legem positiuā, obuia legi naturæ cessat. Immo hoc procederet etiam si dubium esset, an mutuum fuerit in necem, vel in charitatem: quia lex conscientiæ tutius eliget, quòd in charitatē, & sic quòd restituet, ita Do. Ant. de Butr. in d. c. quia plerique, nu. 7. & 8.

34 Pręterea † licet lex positiua arctet ad restituendum eum, qui confessus est se dare centum sub spe munerationis elapso biennio: si tamen in veritate non ha buerit, licèt iste arctari possit absoluendum in foro contentioso, quia non potest se tueri exceptione l. ex contractu. C. de non numera. pecun. tamen in foro conscientiæ, quod innititur veritati, capitulo, à nobis, el secondo, de sentent. excommunicat. licitè tenet, nec reddere tenetur; quia lex illa fundata est in pręsumptione.

35 [Rursum, † licet mater, vel pater fece rit impensas filiæ, vel filio, quem non te netur alere, quique alia bona habet, vel cuius negotia gerit, videatur facere illas impensas de bonis filiæ, & non de suis bonis, argum. text. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. tamen si verè coram Deo, cui omnia patent, fecerit eas de bonis suis animo non repetēdi, non potest in foro conscientię illas repetere: quia in illo foro non statur pręsumptioni, sed tātum veritati, cap. humanæ, 22. quęst. 5. cap. is qui. c. tua, de sponsal.]

36 Ex his etiam patet, † quid dicendum de hęrede non conficiente inuētarium, qui obligatur vltra vires hæreditarias secundum legem positiuam, & tamen in conscientia non tenebitur, nisi inquantum hęreditas se extendit, vt no. per Docto. & pręcipuè Francum, in cap. quanquam, de vsur. lib. 6. Couar. in capit. primo, de testam. nume. 15. secunda par. Et hoc est verum, quia inquantum plus te

37 netur, est pœna: ad pœnam † autem in foro conscientiæ, quis non tenetur, nisi post condemnationem iudicis, 12. quęst. secunda, cap. fraternitatis. Quod intellige, secundum Francum in d. cap. quanquàm, num. 9. nisi hæres adeat sciens vires hæreditarias non sufficere ad hæreditatem, cum tunc videatur quasi contrahere cum creditoribus, & velle se illis obligare, ut l. apud Labeonem. §. fi. ff. ex quibus cau. in poss. Vnde etiam in foro cōscientiæ teneretur: quia sic præsumeretur fuisse eius uoluntas, ex quo scienter adiuit.

38 [Item secundum † Couar. intellige, quo ad legatarios, ut hęres etiā non con fecto inuētario nō teneatur ultra uires hęreditarias. Secus autem quo ad credi tores, quia tunc locus est opinioni Friderici consf. 21. dicētis teneri vltra vires hæreditarias. His proximum est, quod notat Pau. Aret. & Alex. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Deci. consf. 418. colum. 3. Gui. Pap. consf. 63. col. pen. vnanimi con sensu dicentes, testatorē non posse remit tere hæredi confectionem inuentarii in pręiudiciū creditorum, quibus ipse testa tor pręcisè satisfacere tenetur, nec potest eis præiudiciū inferre; poterit tamen prę dictam remisionē facere in præiudiciū legatorum; quod expressim notant prædicti Doc. quorum opinio cōmunis est, sicut Alexan. asserit in d. l. nemo potest. col. 5. Et hęc circa pręsens capitulum.]

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pœna in foro animæ non debetur ante condemnationem: & an idem sit in pœna amissionis bonorum. vide nu. seq.*

3 *Lex pœnalis licet dicat, ipso iure, vel facto, non obligat ad pœnam ante sententiam.*

4 *Hæretico licet lex imponat pœnã confiscationis bonorũ, tamen requiritur sentẽtia declaratoria ex theorica Alex. nu. seq.*

6 *Iura imponentia pœnam ipso iure, intelliguntur secuta sententia, vide exemplum in grassatore. nu. seq. & in læsa Maiestate. num. 10.*

8 *L. Manichæos, & l. cognouimus. auth. de Nestorianis. C. de hære. correcta fuerunt per cap. vergentis, extra de hæret.*

9 *Filius hæretici licet catholicus, priuatur legitima; furtim, vel dolo eam subtrahẽs, an tenetur in foro conscientiæ, nu. seq.*

11 *Bona hæretici, quando possint tuta consciẽtia à filiis possideri.*

12 *Fisci secularis, & Ecclesiastici duplex differentia circa hæreticorum bona incorporalia.*

13 *Fiscus, quid. & cui veniant bona applicanda.*

14 *Bonorum appellatione, comprehenduntur etiam commoditates.*

15 *Hæreticus amittit omnia, quæ sunt iuris ciuilis, vt est patria potestas.*

16 *Hæreticorum filii efficiuntur infames. amplia, vt nu. 18. 19. & 22. priuantur dignitatibus, vide nu. 21.*

17 *Intellectus glo. in cap. satis peruersum, distinct. 56.*

20 *Casus 12. quando pro parentum sceleribus puniuntur filii.*

23 *Statuta religionum imponentia pœnam ipso facto, declaratoria indigent.*

24 *Instrumenta tabellionis à lege officio priuati valent ante declarationem.*

25 *Clausula, ipso iure, vel facto, tria operatur.*

26 *Emptor bonorum delinquentis post delictum, quo casu pretium, & quo bona non amittat.*

27 *Delinquens post delictum bona ipso iure fisco applicata alienans peccat, quod intellige, vt ibi.*

28 *Clausula, ipso iure, liberat fiscum à soluendis debitis contractis post delictum.*

29 *Fructus à die commissi criminis debentur fisco.*

30 *Reus, qui bonis venit priuandus per sententiam, an fructus amittat à die commissi criminis.*

31 *Clausula, ipso iure, quæ operetur contra hæredes, nu. seq.*

33 *Hæretici vxor non afficitur pœna mariti.*

34 *Socius, & frater ex delicto per eos cõmisso pœnam ex proprio soluere debent.*

35 *Bona hæretici redeuntis ad fidem, an sint illi restituenda.*

36 *Declaratoria requiritur etiam in notoriis, licet adsit clausula, ipso iure.*

37 *Principes, et etiam priuati habentes secum in Ecclesiis, & alibi hæreticos non declaratos, excusantur. & nu. seq.*

39 *Principis apostatæ declaratio requiritur, ne ei obediatur.*

40 *Reus in foro conscientiæ, an teneatur post sententiam ad solutionem pœnæ.*

41 *Declaratoria requiritur, etiam si lex dicat, quod nulla requiratur declaratio.*

42 *Intellectus ad extr. Ambitiosè, de reb. eccl. non alien.*

43 *Declaratoria etiam requiritur in pœna conuentionali.*

Pœna conuentionalis debita in foro consciẽtiæ, si petatur.

44 *Declaratio iudicis in debitore moroso requiritur.*

45 *Legem pœnalem non esse in animæ iudicio seruandam, id quomodo intelligatur, & quo casu locum habeat. nu. seq.*

47 *Spurius non potest hæreditatem patris habere in foro conscientiæ, & quare.*

48 *Sacerdos peccat committendo fidei amici bona restituenda spurio; & an bona sine per amicum spurio tradenda; & quid de eis agendum. nu. seq.*

50 *Donatio facta per clericũ alicui, vt bona donata det spurio, non valet.*

51 *Et quid si fuerit institutus hæres à clerico, vt det bona filio suo.*

52 *Bona patris qua cautela potest filius spurius possidere.*

53 *Pœnam non deberi in foro conscientiæ ante executionem, de quibus pœnis intelligatur.*

54 *Pœnæ, quæ in foro conscientiæ effectum sortiuntur, absque actu iudicis, quæ: & id cuius respectu sit verum, nu. seq.*

56 *Sententia nulla requiritur, vbi certum tempus à canone est appositum.*

57 *Legatum tuta conscientia retineri non potest, non adimpleta conditione.*

58 *Vxor vsumfructum restituere tenetur, si minus castè vixerit; priuatur etiam hæreditate, & legato.*

59 *Canonicas horas non recitantes, in Ecclesia non residentes, ad Sacerdotium non se promouentes, obtenta possessione Ecclesiæ, tenentur ad restitutionem.*

60 *Beneficia Ecclesiastica sub hac, vel illa conditione conferri intelliguntur.*

61 *Sententia super delicto, in quo pœna ipso facto indicta est, non super pœna, est ferenda.*

Pœna ipso facto, an obliget in cõscientia ante sententiam. Cap. XI.

TRactauimus in præcedenti capitulo, an leges humanæ obligent in conscientia, ita vt contrauenientes peccent mortaliter. Et diximus, quòd sic ampliando, etiam si alia pœna temporalis constituta fuerit.

Restat modo, vt subtiliter explicemus
1 glossam† in cap. fraternitatis. 12. q. 2. quę insigniter asserit, pœnam in foro conscientiæ non deberi ante sententiam cõdemnationis, quam Doctores omnes commendant in cap. 1. de constit. D. Th. 2. 2. q. 62. art. 3. & ibi Caiet. & est communis opinio, vt ibi per Dec. in 1. lect. nu. 72. & per Couar. de spons. 2. par. c. 6. nu. 10. ver. 1.

2 Vtrum etiã † procedat in pęna amissionis bonorum ipso iure, vel facto à lege inducta, ita vt nulla sententia expectata, ipse delinquens illa bona teneatur fisco restituere, nec tutè possit illa retinere; an verò possit ipse delinquens tuta conscientia illa bona retinere, quousque fuerit à iudice condemnatus. Quæstio hæc est valde in vsu, & ideo subtiliter est rimanda. Et quamuis sit opinio Abbatis in cap. 1. num. 11. de const. quam sequitur Fely. num. 44. quòd non potest tuta conscientia illa retinere, sed debet statim restituere: tamen contra eos hæc stabilitur conclusio.

3 Lex † pęnalis ob id, quod dicit, ipso iure, aut ipso facto, aut quid simile, non obligat ad pęnam ante sententiam à iudice latam, sic vt reus teneatur in conscientia bona sua statim commissa culpa à se abalienare, hoc probatur in l. fin. §. si verò. C. de iure delibe. & in l. si quis in tantam. C. unde vi, quibus legibus imponitur pęna ipso iure. Et tamen communiter Doctores asserunt illarum legum pœnas in foro conscientiæ non deberi.

4 Coadiuuatur † præterea hęc sententia per text. in cap. cum secundum, de hæret. lib. 6. Vbi licet in crimine hęresis ipso iure imponatur pęna confiscationis bonorum, tamen bene requiritur sentẽtia declaratoria iudicis super crimine hęresis, antequàm executio fiat, qua declaratione facta, statim fieri potest executio per iudices seculares, qui bona hæreticorum capere possunt absque alio processu, immo ẽt sine alio iussu iudicis Ecclesiastici, Francus in d. c. cum secundũ, vl. not. [Quod intellige, modo bona sint in territorio seculari, aliàs si bona essent sita in territorio Ecclesiæ, fieret executio per fiscum Ecclesiæ, c. vergentis, vbi Panor. de hæret. d. cap. cum secundum. glo. in clemen. 2. de hæret. ver. Ecclesiæ. ita Nauar. lib. 5. de hæret. cons. 12.]

Ad idem tex. in l. eum qui delatorem,
5 vbi Bart. ff. de iure fisci. Hinc † Dominus Alexander in l. si quis maior. C. de transact. facit theoricam generalem valentem ad multa, quòd omnia iura mundi, quæ dicunt pęnam imponi ipso iure vel facto, debent intelligi; modo sit secura

cuta sententia declaratoria, per quam declaratum sit, fuisse commissum id, per quod pœna illa veniebat imponéda; aliás illa pęna effectum, & executionem non
6 sortietur. Facit † etiam text. in cap. primo, de homic. lib. 6. vbi Franc. nume. 6. infert, quòd & si diffidati, & banditi à populo Christiano possint occidi, etiam si diffidati sint clerici; cum censeantur degradati; tamen requiritur sententia declaratoria illos fuisse grassatores, vt succedat pœna à iure imposita, vt possint licitè occidi. Facit etiam tex. in cap. fœlicis. §. nullus, de pœn. lib. 6. Vbi etiam
7 si † in crimine lęsæ maiestatis, & similibus, quibus bona confiscantur, dominium ipsorum bonorum amittatur, & acquiratur fisco ipso iure sine sententia, erit postea tamen necessaria sententia saltem in genere, quæ declaret illum fuisse criminosum, antequàm fiat aliqua executio etiam in bonis. qua declaratione facta illum commisisse crimen lęsæ maiestatis, siue diuinæ, siue humanæ, possunt iudices facere executionem in bonis criminosi, etiam si catholicos habeat filios, cap. vergentis, extra de hęret. no. per glos. in sum. 23. quæst. quinta, l. quis-
8 quis. C. ad leg. Iul. maiest. Et † nec obstāt iura in l. Manichęos. l. cognouimus, auth. de Nestorianis. C. de hęret. quia illa iura fuerunt correcta per rationem assignatam in d. cap. vergentis. Quin-
9 imo veniunt † priuandi ipsi filij catholici etiam legitima, ita notatur per Genzelinum in clemen. secunda. §. cęterum, de senten. & re iudic. quem sequitur Zabarella in d. clemen. quęstio. septima. & ratio est, quia legitima est quota bonorum, quę pater habebat tempore mortis, sed pater eo tempore nihil habet, quando bona sunt confiscata, ff. de interdict. & releg. l. secunda, ergo. Pręterea legitima tolli potest per contractum: debetur enim ęre alieno deducto, ff. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. Hinc si pater vendit omnia bona sua, non potest filius reuocare pro sua legitima. sic ergo cum bona sint cōfiscata, quia nihil est in bonis, nihil etiam est in legitima. Neque obstat, quòd legitima debetur iure naturę, ergo per positiuum tolli non potest, arg. in d. clem. 2. §. cęterum.

10 Hinc † Guliel. de monte Laud. in d. §. cęterum, dicebat, ꝙ si filii audita condemnatione patris furtim, vel ui, vel dolo suam legitimam subtrahunt, non tenentur saltem in foro animę ad restitutionem aliquam faciendā: quia possunt illam tenere de iure. Nam respondetur, quòd legitima non debetur de iure naturę, sed de iure ciuili, licet instinctu naturali, & ideo per ius positiuū tolli potest, ut notat Dyn. in regula, indultum, lib. 6. Pręterea ex quo potest tolli per contractum, ergo & per delictum, quia in delictis quasi contrahitur, & per quasi contractum se obligat delinquendo ad pœnam, ff. de iure fisci. l. Imperatores, no. gl. de postu. l. 1. §. bestias.

11 [Verum, quod † diximus, filios catholicos priuandos esse bonis, atque etiā legitima, fallit nisi bona hęretici defuncti nōdum accusati essent possessa à filiis catholicis, per quinquennium ab obitu ipsius, quia tūc tutè ab hęredibus eius obtineri possunt, atque prescriptione defendi, licet sciuerint illum hęreticum fuisse, ita Bar. in l. 2. C. de apost. cuius opinionem in fisco seculari procedere existimauit Abb. in c. cum nobis. 3. colum. & ibi Fely. de pręscrip. Franc. in cap. 2. eod. tit. lib. 6. facit glo. in l. Manichęos. C. de hęret. Dicens in crimine lęsę Maiestatis non posse quem accusari post quinquennium ab eius morte. Rom. sing. 431. At quando bona illa venirent publicanda fisco iudicis Ecclesiastici, tunc possunt Inquisitores hęreticę prauitatis contra hęredes agere vsque ad 40. annos. ita gl. in cap. accusatus. §. pen. de hæret. lib. 6. per tex. in c. 2. de præscri. lib. 6. Quod procedit, etiam si bona ipsa deberent peruenire ad Ecclesiam Romanā, ut ibi per tex.
12 Ex † quibus sane colligitur duplex differentia inter fiscum iudicis secularis, & Ecclesiæ. Prima, bona laici defuncti hęre-

tici, quæ venirent incorporanda fisco iudicis secularis, posse tuta consciẽtia retineri ab hæredibus post quinquẽnium, quod secus est in bonis, quę venirẽt incorporanda fisco Ecclesię, quia requiritur tempus 40. annorum. d. c. 2. & d. §. penul. & hęc intellige quo ad bona, quia ad finem, vt hæretici memoria deleatur, nõ solum per annos 40. accusari potest, sed etiam perpetuò, vt annotauit Ioan. Mona. & cęteri in d. c. penul. Secunda differẽtia est, quòd bona defuncti hæretici, quæ fisco regio veniunt applicanda, possunt tutè post quinquẽnium retineri, etiam si sciuerint defunctum esse hęreticum, ita Couar. tit. de spons. 2. par. c. 6. §. 8. nu. 16. At secus, quando uenirent ad Ecclesię fiscum deuoluenda, quia ex parte hęredum requiritur bona fides. d. c. 2. de præscrip. lib. 6.

13 Quis autem sit † fiscus, dic, quod est bursa, ad quam applicantur prouentus, ita Car. in clem. 2. §. Inquisitoribus. nu. 3. de hæret. Cui tamen fisco veniant applicanda bona hæretici. Dic, quod si hæreticus erat clericus beneficiatus, talia bona beneficio acquirũtur, cap. excõmunicamus. §. damnati. de hære. de conce. pręb. quia diuersitatem. Si verò nõ erat beneficiatus, & tũc eius bona quæruntur fisco Ecclesię, ita videtur sẽtire Bal. in l. si quis presbiter. C. de episc. & cler. glo. not. in d. c. quia diuersitatem, si verò erat laicus, & tunc acquiruntur fisco regio, seu domino temporali, vbicumque sint sita, vt l. fin. C. de bon. vac. lib. 10. Franc. in cap. cum secundum. §. fi. de hæret. lib. 6. Verum quando expensæ omnes subministrantur à regio fisco pro erigendo illo summo prętorio, vbi expensis Regis constituuntur, atque mittuntur hęreticæ prauitatis Inquisitores, ad labem illam extirpandã, pro ut fit in Hispania, & tunc condecens est ut omnia bona etiã clerici hęretici beneficiati ad regium fiscum pertineant, & ita se habet praxis in Hispania, quæ non est aliena à iure, secundum Oldr. consi. 17. ita refert Couar. lib. 2. varia. resolu. c. 9. num. 12.]

Concluditur ergo, quod si quis sit declaratus hęreticus, statim potest fieri executio in bonis eius, exclusis filijs etiam de legitima.

14 Immo hic † appellatione bonorum comprehendũtur etiam commoditates, quas hæretici habent in bonis. Vnde confiscatis bonis, confiscãtur etiã commoditatis bonorum restitutioni subiectorũ in uita hæreticorum, ita Abb. in cap. cum uenisset, col. 3. de instit. vers. Aduerte. Host. in c. veniens, de transac. ęst tex. in ter. in l. Statius. §. Cornel. fœlici. ff. de iure fisci.

15 Rursum † non solum hæretici veniũt plectendi hac pœna, sed etiam amittunt omnia, quæ iuris ciuilis sunt, vt l. amissione. ff. de cap. dimin. Hinc perdunt patriam potestatem, quia nõ habent filios in potestatem, ita Bal. in l. nam & ciuiũ. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iu. possunt etiã impunè occidi. l. 3. in fi. ff. ad l. Cor. de sicar. l. proditores. ff. de re mi. Vbi quĩ potest occidere adulterũ, multo magis potest eum iniuria afficere, facit gl. sing. in cap. fœlicis. verbo, disponant, de pœnis, lib. 6.

16 Sunt † præterea filii eorum infames; quia infamia paterna eos semper comitatur, & consequenter dignitatum incapaces, l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. c. si quis cum militibus. 6. q. 1. immo priuãtur dignitatibus adeptis, vt beneficio Ecclesiastico. ita glo. in c. fœlicis. §. quod si quis. verbo, pontificalem, de pœnis, lib. 6.

17 Et † nec obstat glo. in cap. satis peruersum, dist. 56. quia illa glo. loquitur quando crimen læsæ Maiestatis committitur in Principem secularem, secus autem si in Ecclesiasticum, ita glo. in d. §. quod si quis. vbi Francus.

18 [Sed nunquid † ob crimen lęsæ Maiestatis humani commissum à parentibus nepotes afficiantur infamia, ac publicorum officiorũ indignitate. dic quod sic. ita tenent Cynus, Albericus, nu. 4. Sal. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. vbi hanc esse communem opinionem tenet idem Salycetus.

19 Quinimo † filios, & nepotes hęretici

hac eadem infamiæ pœna affici, etiam si illegitimi sint, ne plus fauoris habeat luxuria, quàm castitas, tenet glo. celebris, & ibi Archi. & Anch. & Doct. communiter in c. statutum, el primo, de hæret. li. 6. Repertoriũ Inquisitorum in verbo filii: & probatur si quidem hæc pœna filiis infertur ex eo, quod à sanguine illius hęretici processerint, & sint eius corporis pars. quæ quidem ratio etiam in filiis illegitimis obtinet, vt ex Bart. deducitur in l. 2. ff. de accusat. & ex l. hos accusare. §. omnibus. ff. eod. Hanc tamen opinionem glossæ in d. c. statutum. Anch. & Francus ibi intelligunt in filijs illegitimis & naturalibus tantũ, & non in spuriis, aut vulgo conceptis. Verum tu intellige illam in quocũque filio non solum naturali, & illegitimo, sed ẽt in spuriis, ac incestis, natisq; ex alio coitu damnato, modo pater sit certus, ita Cynus, q. 4. & Alberic. q. 8. in d. l. quisquis. Sunt etiam
20 duodecim casus, † quibus pro parentum sceleribus filii puniuntur, quos ponit Afflictus in constit. Neap. titu. 2. num. 23.
21 Sed † an veniant filii hæreticorum priuandi beneficiis adeptis, sunt diuersę opiniones, Imo. Ioan. And. per tex. celeb. in cap. vt cõmissi. §. priuandi. de hære. lib. 6. col. 2. Henricus in cap. vergentis. col. 4. & ibi Ananias, col. 2. de hæret. Præpositus in cap. satis peruersum. dist. 56. Ioan. Lupi in tract. de regno Nauar. 5. par. §. 8. fatentur filios hæreticorum priuari ipso iure beneficiis obtentis tempore commissi criminis, & est magis communis opinio, vt ibi per Ioan. Lupi. Quamuis Panor. in d. c. vergentis, post Ant. ibi, & Repertorium Inquisit. in ver. filii, asserant filios ob crimen læsæ maiestatis cõmissum à parentibus nequaquam priuari beneficiis obtentis eo tempore, quo pater scelus perpetrauit, eam sequitur Rom. sing. 686. dicens idem esse, siue sit crimen læsę maiestatis sæcularis, siue Ecclesiasticæ. Vide etiã glo. sing. in clem. 1. §. ipsius, de pœnis. & fortassis ista opinio verior est ex eo, quod nullibi expressum est, filios obtentis beneficijs priuari ob paternum scelus, & qui inhabilis efficitur ad obtinenda, regulariter obtentis non priuatur, ita gl. in d. clem. 1. & hanc opinionem tenet Couar. lib. 2. varia. resol. cap. 8.
22 An † uerò filii hæreticorum nati ante crimen commissum puniantur pęna infamię, & aliis. Dic, quod sic. ita Repert. Inquisit. in uer. filii. Cast. lib. 2. de iusta hæret. punit. c. ult. & lib. 1. de potest. legis pœna. c. 7. col. 1. probatur in c. filii. de hæret. lib. 6. & non obstat tex. in l. 2. C. de libert. & eorum liber. ubi probatur filios eam parentum conditionem sequi, quæ est tempore natiuitatis, aut certæ conceptionis, non quæ ante fuerit, uel postea: quo in loco Bald. notat delicta parentũ nõ nocere filiis primò natis, sed tantum nascituris, quoniam contrahunt rubiginem à linea iam infecta, ad idem glo. in c. iam itaque, in uer. reatum. 1. q. 4. nam resp. quod tex. in l. 2. loquitur quo ad statum libertatis, & seruitutis, non quo ad alia: nam plerunque quantum ad alia nõ consideratur status patris tempore conceptionis, l. 2. §. in filiis. ff. de decur. l. Diuo Marco. C. de quæst. l. Senatoris filiũ. ff. de Senat. ubi Senatoris filius dicitur etiã qui natus est ante dignitatem Senatoriam. per quem tex. Fel. & Ripa in c. inter cæteras. de rescri. Iacobi. de Georgio trac. de feud. col. 4. tenent falsam esse opinionem Baldi, dicentis non dici filiũ Regis, eum qui natus fuerit priusquam pater regnum obtineret, nec pręferendũ fore in successione ei, qui natus fuerit post adeptum regnũ. Sed ut reuertamur ad rem nostram,] colligitur hucusque quòd etsi pœna imponatur ipso iure, uel facto, semper tamen requiritur sententia declaratoria, fuisse commissum delictum, alias illa pœna effectum nõ habet.
23 Hinc inferuntur multa. Et primò † circa intelligentiã statutorum in religionibus, quibus cauetur, ut qui tale quid fecerit, ipso facto suis officiis sit priuatus: quia expedit, ut per iudicem declaretur
24 antequàm executio fiat. Secundò, † si tabellio per sentẽtiam legis est tabelliona-

tu priuatus, & nõ sit declaratum per sententiam iudicis, semper ualebũt eius instrumenta, donec declaretur, glo. in §. penul. in Auth. de tabell. Sylu. in ver. hæresis. 1. q. 8. versi. 11. in fi. & non obstat ratio Felini, qui in d. c. 1. de constit. nu. 44. defendendo Abbatem, inquit, quòd si requiratur sententia declaratoria, nulla esset differentia, an ipso iure imponatur pœna, vel ne. & nihil noceret priuatio dominii, quæ ipso iure fit, ex quo nõ ualet ante sententiam. Nam respondetur,
25 quòd† talis clausula, ipso iure, vel facto, tria operatur, & primo amissionem dominij ipsius rei, probatur in l. commissa. ff. de publ. & vectig. & per Ioan. And. in cap. cum secundum. de hære. lib. 6. Quo fit vt res quælibet per deliquentem alienata à fisco vendicari possit à die cõmissi criminis, precio ipsi emptori minimè soluto: nam si dominium in fiscum trãsferatur, & fiscus agit rei vẽdicatione, sequitur non debere fiscum precium emptori soluere: si quidem agens rei vendicatione, ad preciũ non tenetur. l. inciuilem. C. de furt. Hoc ipsum in specie notat Barto. in l. post contractum. C. de do
26 nat. col. 4. si tamen † precium datum ab emptore reperiretur inter bona ipsius delinquentis, teneretur fiscus bona illa capiens illud emptori reddere: quod etiã procederet, quando precium illud conuersum esset in utilitatem bonorum delinquentis, atque illa utilitas ad fiscum cum bonis fuisset delata, quod Bart. notat in l. 3. ff. de his, quæ in frau. credi. per l. emptor. ff. de rei vendic. Verum si alienatio fuisset facta à delinquẽte ex causa necessaria, puta pro alimẽtis, alienatio licita videtur, nec possent alienata per fiscum vendicari, Sylu. in ver. hæresis, 1. quæst. 8.
27 Ex his † considerandum est, delinquẽtem non esse à peccato immunem, si prædicto casu, quo fisco sunt ipso iure bona dalata, rem aliquam alienauerit, ipsum emptorem hoc ignorantem decipiens, Sylu. in ver. hęresis. 1. q. 8. nu. 14. Cum ipsi emptori immineat periculum ex culpa uenditoris amittendi rem, & preciũ: quod intellige, nisi emptori reuelauerit cõditionem rei ita esse; & hoc si tale delictum, propter quod sunt fisco applicata, potest probari: alias si esset improbabile, posset alienare, siue titulo lucratiuo, siue oneroso, vt ibi Sylu. Exemplum de hęresi omnino occulta: quia tunc non incurritur pœna, sicut supra diximus, c. præcedenti.
28 Rursum, † cum hæc clausula, ipso iure, operetur perditionem ipsius rei, hinc sequitur fiscum non teneri ad soluendũ debita ab ipso delinquente cõtracta post commissum delictum; illa verò, quę tempore criminis ipse delinquens contraxerat, sóluere tenetur fiscus, l. 1. §. an bona, vbi Bar. ff. de iure fisci. Couar. tit. de spõsa. 2. par. c. 6. nu. 8. §. 8.
29 Secundò dicta † clausula operatur restitutionem fructuum medii temporis, tex. est in l. eum qui, in princip. ff. de his, quibus vt indig. glo. not. in Auth. de incest. nupt. §. 1. uersic. imminere. & glo. in extraua. 1. Ioan. xxij. in ver. disponãt, de pęnis. Francus in d. cap. fęlicis. §. nullus, de pęnis, li. 6. nam à die commissi criminis non facit fructus suos, sed statim debentur fisco, Fely. in cap. Rodulphus, de rescrip. [Pau. de Cast. Saly. & Alexand. in l. 1. C. de iis qui. vt indig. qui inquiũt, quòd tenetur restituere fructus, quos percepit, vel pércipere potuit à die commissi criminis, siue extent, siue sint consumpti, siue effectus sit locupletior, siue non, idem Hippol. sing. 525. incip. clericus, qui commisit. & sing. 268. incip. uerus possessor. Dec. cons. 118. incip. Viso instrumento.
30 Quod† tamen secus esset, quando ob delictum quis esset bonis priuandus per iudicis sententiam, vel litis contestationem, id est, criminis accusationem, quia tunc ita fructus recipit, vt nec iudex possit in sententia eosdem fructus fisco adiudicare, siue sint extantes, siue consumpti, ita no. Car. in clem. constitutionem. §. cæterum. de elect. Fely. in cap. de quarta. num. 33. de præscrip. Contrariam tamen

men opinionem tenet Anto. Burg. in c. ad nostram, de empt. & vend. dicens etiã in hoc casu fructus à die commissi delicti debere fisco applicari, propter malam fidem, qua n delinquens habuit commisso crimine, & quia titulus ille, quem in re habuit, reuocatur per sententiam, probat hanc opinionem tex. in l. 1. C. de his quibus vt indig. Pau. in l. prædonis. post Bal. ff. de pet. hæred. Diaz in sua practica crim. c. 123. qui dicit communem, & opinionem Card. & Felyni existimat proce dere; quando ipse delinqués etiam post delictum in dignitate, officio, aut beneficio debitum ministerium exhibuisset. quod tamen dictum sane intelligendum est, nisi delictum etiam occultum etiam peracta pœnitentia delinquentem ipso iure ministrare impediret: vt, si delinquens esset homicida. tunc etenim seruiendo, ac ministrando in officio, quod exercere non poterat, dignus esset maiori pœna, quia semper peccaret mortaliter, quo fit vt ei fructus non sint iusta ratione concedendi, ne suum delictum illi prosit, facit glo. penul. in c. pro illorum, de præb. Hinc Felyn. in c. inquisitionis. 1. col. de accusa. dicit delinquentem non posse tutè in animæ iudicio retinere beneficium Ecclesiasticũ, cui est annexus ordo sacer, qué ipse propter crimen exercere nõ potest. ex quibus omnibus concluditur dictam clausulam, ipso iure, nil operari quo ad restitutionem fructuũ, nisi quando delinquens dignè post delictum cõmissum potuisset exercere suum officium.

31 Tertiò † operatur, vt dicta pœna trãseat contra hęredes etiam filios: nam licet aliàs morte delinquentis delicta extinguantur, l. 1. C. si reus, vel accus. mor. fue. cap. admonere, 33. q. 2. cum similibus: cum scriptum sit in lege diuina, Nõ portabit iniquitaté patris filius, nec econ trà, 1. q. 4. cap. 1. & 2. Item lege humana, canonica, & ciuili scriptum est, peccata suos authores, non alienos, debere tenere, C. de pęn. l. sancimus, extra de iis, quę fiunt à maio. par. cap. quæsiuit. Item expressum videtur, quòd crimen paternũ, vel pœna paterna nullam maculam filio infligit, ff. de pœn. l. crimen. tamen quan do à lege, vel canone pęna amissionis bonorum propter crimen lęsę maiestatis diuinæ, seu humanæ inducitur ipso iure, etiam mortuo delinquente, crimen illud tractari potest contra hæredes etiam filios, ad effectum, vt fiscus illa bona consequatur, glo. est in l. 3. §. quod autem, ff. quod quisque iur. quam Doctores communiter ibi approbant, probat etiam tex. insignis in cap. accusatus, §. penult. ubi Fran. iuncto tex. in cap. cum secundum, de hæret. lib. 6.

32 Et ratio † est ob atrocitatem delicti, quæ aliquando pœnã facit infligi ob delicta parentum, vt c. fęlicis, de pœn. lib. 6. vel quia ideo filij puniuntur, quia in eis paterni criminis exempla metuuntur. l. quisquis. C. ad l. Iul. maięst. Sed ista ratio non uidetur concludens, nam sic sequeretur, quod ex quocunque publico crimine pęna paterna deberet filium afficere, quod tamen non est uerum. Ideo uera ratio videtur esse, quòd hoc cõtingit, non ut principaliter puniatur filius propter crimen patris, cum sit innocens; sed cum pater terreatur ob affectum paternum in pęna filii, magis quàm in sua, uel quàm ipse filius, ff. quod met. cau. l. isti quidem, ad plus puniendum patrem, nedum in seipso, sed & in filio in certis criminibus, (ut est istud) sic statuitur: licèt occasionaliter filius puniatur; ut & pater arceatur à talibus criminibus committendis, cogitans de pœna, nedum sibi sed & suis filiis infligenda. sunt etiam & alia crimina, quæ morte non extinguuntur, ita glo. no. in rubr. C. si reus, uel accus. mor. fuer.

33 Sed an † ista pœna, quæ afficit hęredes hæretici, afficiat etiam hæretici vxorem? Resp. quòd non, quia haud potest fiscus capere bona vxoris hæretici quocũque modo acquisita, immo potest vxor res proprias quocũque titulo acquisitas, vęluti manu iniecta mox uédicare, tex. inter. in l. si quis post hac, in prin. ff. de bo. damna.

damna. And. Siculus in c. ex litteris, de pigno. in princ. & quamuis inter ipsos coniuges tacita videatur contracta quędam societas, propter quam lucra acquisita constante matrimonio veniunt diuidenda, sicut & damna, l. si merces. §. vis maior. ff. loca. tamen illud intelligitur, quando delictum descenderet ex contractu, secus si ex delicto, quia vxor non debet pro marito puniri, C. ne uxor pro marito, in rubro, & in nigro. Ad idem facit tex. in l. cum duobus. §. fin. ff. pro so-
34 cio. vbi si unus † ex sociis commisit delictum, de quo fuit condemnatus, ista condemnatio de communi solui non debet, sed solum de bonis ipsius delinquentis, tex. cum glo. in l. quisquis. ff. de regu. iur. Idem si unus ex fratribus, qui viuunt in communi, fuit condēnatus propter delictum à se commissum, illud debet soluere ex suo proprio, non autem ex communi, vt est glo. not. in l. cum duobus. §. Papinianus, in versi. non redigetur, quam ad hoc multum commendat Ioan. de Imo. in l. cum filiusfamilias. 3. colum. de verbor. obligatio. Ex his igitur patet, quòd licet pœna confiscationis bonorū transeat ad hęredes, non tamen transit ad bona vxoris.

35 [Sed quęritur, an † hęreticus, vel schismaticus ad fidem rediens, recuperet bona? Respon. secundum Abb. in cap. quia diligentia. de elect. quod vbicunque fuit facta publicatio bonorum, vel ab homine, vel à iure, vt est in materia hæresis, c. vergentis. de hæret. per solutam pęnitentiam bona non recuperantur, quod dictum adeo procedit, vt verum sit etiā si indulgentia concedatur à Principe, quia non extenditur ad bona, vt notat Bar. in l. fin. C. de sent. pass. Bald. in l. si ademptis bonis, eod. tit. & ratio est, quia quælibet restitutio Principis debet in dubio intelligi sine alterius præiudicio: quia Princeps nunquam præsumitur velle tollere ius alteri quæsitum: etiam si rescribat in materia, in qua per solam voluntatem possit ius alteri auferre, sicut est in materia beneficiali, facit tex. in c. ex tuarum. de vsu pal. cap. super eo. de offi. deleg. l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. Hinc vassallus feudo priuatus, & postea restitutus, post feudū alteri concessum illud non recuperat, vt per glo. & Doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. Pariter si mortuo patre filius spurius legitimatur per Principem, talis legitimatio non trahitur ad præiudicium consanguineorū, qui iam hæreditatem illius patris adiuerant ab intestato, facit tex. in l. fi. ff. de natа. restit. Communis est opinio in d. §. & quid si tantum. fallit tamen si concessa fuisset plena indulgentia; quia tunc videtur, quòd etiam ad bona trahatur, vt in simili notat Andr. Sicul. in cap. causam, quæ. colum. 6. versi. ego vidi. de rescrip. Verum notandum, quòd etsi restitutio expressè facta fuit ad bona, non tamen trahitur ad bona prius alienata per Principem, vt ibi per Abbatem: quia non intelligitur Princeps tertiò præiudicare. Alex. in cap. inter quatuor. de maior. & obed. nisi facta fuisset restitutio in forma plenissima, vt quia dicatur quòd restituit in pristinum statum non obstante aliqua alienatione, quā vult haberi pro non facta: quia tunc restitutus etiam bona in tertium alienata recuperabit, ita Innoc. in c. quia diligentia. de elect. Alex. in d. §. & quid si tantum. col. 11. versi. 2. dicēs hoc esse notabilissimum verbum. Non tamen recuperabit fructus ex illis bonis perceptos, ita tex. sing. in auth. de Nestorianis. C. de hæret. Ang. in d. §. & quid si tantum. Si verò restitutio nō fit per gratiam, sed ex iustitia, tunc illa reponit omnia in pristinum statum, sicut à principio fuerant, & operatur in præiudicium tertii, & trahitur ad bona amissa per quascunque manus ambulauerint, l. 1. §. de qua. ff. de postul. l. in causæ. §. fi. ff. de minori.] Verum conclusio principalis, quòd semper requiritur sentētia declaratoria, quamuis dicatur ipso iure, vel facto, ampliatur.

36 Primò, † quotiescunque pęna aliqua ipso iure, vel facto infligeretur pro aliquo

quo crimine, quod ita eſt notorium, vt nullam excuſationem habeat, nec aliqua poſſit tergiuerſatione celari, ita tex. in c. porrò, de diuor. glo. in cap. ad noſtram, el tertio, de iureiur. 2. q. 1. in primis, glo. in extrauag. 1. ver. non obſtantibus, de dolo & contum. in quibus iuribus habetur, quòd etiam in notoriis requiratur ſententia: non enim poteſt vir vxorem dimittere ſine ſententia iudicis, etiã ſi impedimentum eſſet notorium, & ſic Dom. Antonius de But. notat in d. cap. porrò, nume. 8. quòd etiam in notoriis eſt ordo ſeruandus quo ad ſententiam, licet non quo ad citationem, & alia: & ratio eſt, quia ſeparatio matrimonii eſt pœna, & non eſt inferenda niſi per iudi

37 cem. Quare † ex hoc capite excuſari uidentur à peccato quidam Monarchæ, & alii principes, & homines priuati etiam Eccleſiaſtici, qui permittũt legatos alioſque manifeſtos hęreticos ingredi ſecum in Eccleſiã, & eis præſentibus orant, miſſas audiunt, &c. licet notoriè hæretici ſint, & per conſequens excommunicati, cap. excommunicamus, de hære. cum ſi-

38 mil. Sic etiã † excuſantur omnes Catholici Galliæ, & Franciæ, qui cũ Lutheranis manifeſtis, immo palã confitentibus ſe, tales eſſe palã conuerſentur. Ratio eſt, quia in notoriis requiritur denunciatio, vt per Conc. Trid. quod cõmunis vſus recipit Nauar. in c. 22. nu. 1. de hor. can. vbi inquit, quòd requiritur, vt ſit denunciatus, & declaratus hęreticus. ſic etiam dicit Caiet. in 2. 2. quæſt. 12. art. fi. quòd

39 licet † Principi propter apoſtaſiam à fide ſubditi obedire non teneantur, ipſo facto, tamen requiritur declaratio criminis, etiam ſi factum eſſet notorium, contra Panor. in cap. cum non ab homine. de iudi. & Fely. in c. 1. num. 44. de conſtit. & in cap. Rodulphus. de reſcrip. & ratio, quam ponit Caiet. eſt, quia quandiu notorium facti toleratur à iudice, tolerandum etiam videtur à priuatis hominibus: nam peruerſus eſſet ordo, ſi priuati tenerentur facere, quod ſuperior timet attentare. quod eueniret, ſi Principe exiſtente notoriè hæretico, Eccleſia tacens vellet ſubditos illi non obtemperare, & ita praxis ſe habet, vide etiam Sylu. in ver. Aſſaſſinus, in fine.

40 Secundò ampliatur, † quod etiam lata ſententia condemnatoria, vel declaratoria non tenetur reus ad ſolutionem pœnæ in foro conſcientiæ; non enim tenetur contra ſe ſententiã executioni mandare, neque fiſco bona ipſa offerre, ita Couar. tit. de ſponſa. 2. par. c. 6. num. 10. verſ. ſecundo infertur. quamuis Fel. in cap. 1. de conſtit. & Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epiſco. & cler. contrarium affirmauit. Poſſet tamen eorum opinio procedere, quando iudex reum condemnaret ad ſoluendum, vel aliquid faciendum, quod non pertineret ad corporalem læſionem, vt peregrinari, in exilium ſecedere, in carcere perpetuo manere: has enim in conſcientiæ foro cogendum eſſe reum peragere manifeſtũ eſt; ſecus autem ſi pœna eſſet corporis afflictiua, vt mortis, vel corporalis læſionis: nam illas tantum tenetur pati, ita Caiet. 2. 2. q. 69. art. 3. Sotus, de iuſt. & iure, lib. 1. q. 6. art. 6. concl. 5.

41 Tertiò † ampliatur, etiam ſi adderet lex, quòd nulla requiratur declaratio etiam ſuper facto, ſicut fecit Paulus Secũdus, in extrauag. ambitiosè. quia adhuc erit iudicis executio neceſſaria: ratio eſt, quia ſi lata ſententia condemnatoria nõ debetur pęna in conſcientiæ foro, nec etiam debetur caſu, quo nulla requiritur ſententia, ita Couar. in d. c. 6. uerſ. Tertio infertur, qui tenet cõtra Sylu. in ver. Emphyteuſis, & in uerbo, aſſaſſinus, cuius opinio procedere poteſt, ut inquit Couar. in foro exteriori. [vel tenendo

42 quòd † procedat in foro interiori, dicimus, quòd ideo illud eſt, quia illa non dicitur pœna, ſed potius cõditio: quia cum ſummus Pontifex collator, diſpenſatorque ſit beneficiorum, declarat per illam extrauagantem illa lege, & tacita conditione quemcumque ſacerdotẽ ſacerdotia Eccleſię recipere, vt dũ eius bona alienauerit, eiſdem ſacerdotiis priuatus cenſeatur.

seatur. quamuis dubitet Sotus, an super crimine requirenda sit etiam tunc aliqua declaratio ad pacandas cõsciencias: attamen de hoc ad usum se refert ecclesiasticum. Igitur vult Sotus ideo nullam requiri declarationem, quia non est pœna, sed quędam conditio, vt est illa. Qui collegi umsuis bonis instituit, statuta facere potest, vt si quisque collegarum foris pernoctaret, aut vxorem duceret, ipso facto in conscientia iura collegii perdat. Sic Reges cum ministros sua voluntate, & tanquam suos ministros eligunt, ac de suo ærario stipendia illis decernunt, possunt tali conditione illos eligere ne munera capiant, aut iudiciũ vendant, & qui contrarium fecerint, eo ipso nulla alia expectata sententia in consciẽtia tali pęnæ subiaceant. Et ideo si conditionem voluerint accipere, tenentur implere. quæ quidem leges, siue conditiones vim habent in conscientia, quia potuit collegii institutor si libuit sub illa cõditione bona sua largiri. sic etiã & Rex. Tametsi cautè ab illis hoc est statuendum, vt leges obligent in conscientia. verum huiusmodi rigor permittitur, uel quando præfectorum negligentia pręsumitur, vel quando aduersum legum præcepta inuerecundè, & proteruè agitur contempta exterioris fori pœna, ita Sotus lib. 1. de iustit. & iure, q. 6. art. 6. col. pen. Couar. ad 4. lib. Decret. par. 2. cap. 6. §. 8. nu 10.]

43 Quartò † ampliatur, vt non solũ procedat in pœna legali, sed etiam conuentionali: nam sicut iudicis executio in legali pęna est necessaria, ita in conuentionali petitio creditoris expectanda est; cũ is, qui pœnam promisit, nulla conscientia præsumat alterum nolle pœnam recipere, si eam non petierit. Vnde Decius, qui in cap. 1. in prima lect. num. 73. de constit. asserit pœnam conuentionalem in foro conscientiæ deberi, est intelligendus, si ab illo, cui soluenda est, petatur. Is vero, qui ex conuentione, aut lege pœnam exigit, uel extorquet, nullum peccatum incurrit, Couar. qui supra, nu. 11. in 1. par. quando lex est iusta, uel pœna conuentionalis licitè in contractu deducitur, Corn. cons. 69. 2. vol.

44 Quintò ampliatur † in mora, quæ ex re committitur, idest, cum lex introducit; efficitq; aliquem esse morosum absque hominis facto, & interpellatione: quia is debitor ipso iure factus morosus dicitur, & tamen requiritur declaratio iudicis, ipsum talem esse. Ita Barba. consil. 51. col. 16. 17. lib. 1. Decius in authen. cassa, nu. 14. C. de sacrosan. eccle. Socy. cons. 68. num. 59. & ratio est, quia hæc moræ commissio non trahit secum executionem, & ideo iudicis factum requiritur, Gemin. in cap. fęlicis, de pęnis. li. 6. Qui tamen sint casus, in quibus mora ipsa re contrahatur, vide Iacob. Menoc. de arbit. iud. lib. 2. casu 220. vbi ponit modos 14.

45 Verum quod de lege † pęnali dicitur, eamq; in animæ iudicio seruandam non esse: ita accipiendum est, vt pœnalis lex, quæ in pœnam criminis sanxit priuationem dominii quarundam rerum, postquam res illę acquisitæ priuatis hominibus fuerint, & in eorũ dominiũ transierint, minimè in animæ iudicio deberi, recipienda est in hũc sensum, vt delinquẽs non teneatur bona illi dimittere, & fisco reddere, donec per iudicem eadẽ bona, ut per legis exequutorem auferantur.

46 Ea verò lex, † (& sic limitatur primò,) quæ ob aliam causam impedit alicuius rei priuatam acquisitionem, eiusdemque dominii trãslationem in eum, qui antea nullum ius priuatim ad eam habuit, profectò in conscientię iudicio seruanda est, nec hac lege constituta poterit priuatus eandẽ rem retinere, quippe qui nullum dominium, nec ius in ea habeat lege impediente eius acquisitionem: quę quidem lex, & si pœnalis est, nullam requirit hominis executionem quo ad pœnam ipsam: cum lege ipsa fiat

47 plena, & integra executio. Hinc † filius spurius qui à lege humana, eademq; iustissima, incapax ipso iure constituitur paternæ hæreditatis, non potest bona

post

poſt ipſius obitum obtinere in animæ iudicio; non alia ratione profectò, quàm quòd lex humana conſtituens, & efficiens aliquē ipſo iure incapacem alicuius rei, eiuſq; acquiſitionem impediens, ſiue id ſtatuerit ad pœnam, ſiue ob aliam cauſam, in foro conſcientiæ vim, & obligationem habet, ita Couar. in reg. peccatum. 2. par. §. 8. num. 6. Sed dubium venit intricatius diſputandum, & in praxi
48 conſuetiſſimum. Quid † ſi ſacerdos, aut clericus in ſacris, vel religioſus bona ſua fidei amici dederit, vt daret filio ſuo ſpurio, an ſacerdos peccet? Reſpondetur quòd fortaſſe mortaliter: cum lex humana iuſta obliget in foro conſcientiæ; eiuſmodi verò eſt odium æquū in clericorum ſobolem, ergo. Secundo cenſuerim illum fideicommiſſarium nullatenus teneri eadem bona filio clerici adiudicare; nam fidem contra ius ciuile lex naturæ
49 ſeruare non cogit. Quæritur ergo † quo ad reſtitutionem, quid de illis bonis agēdum ſit? Reſpondetur, quòd ſi clericus amico dat non ſub conditione, vt reddat filio, ſed abſolutè, neque alter ſub illa cōditione recipiat loco filii, ſed tanquā ſua, etiam ſi clericus certam fiduciam concepit, quòd amicus eſſet traditurus filio, & aliàs non illi relinqueret, nihilominus ille amicus poteſt tuto bona illa in conſcientia poſſidere tanquam ſua: & ratio eſt, quia etſi lex filium inhabilem fecerit ad ſuſcipiendum ea, quæ nondū poſſidebat, priuare tamen clericum ſuis bonis non poteſt, niſi in pęnam, quæ ante iudicis condemnationem non obligat, & ideo donatio facta amico tenet, quouſque per condemnationem priuetur. Immo nec per fiſcum condēnari ille poteſt, niſi probetur præſumptio, quòd recepit, vt redderet filio clerici. Quod ſi tunc amicus tanquam propria bona vult donare eidem filio clerici, etiā tenebit
50 donatio. Si verò † clericus dedit amico hac conditione, vt daret filio, & amicus hac conditione ſuſcepit, tunc donatio non tenet; quare amicus reſtituere bona non poteſt, neque ipſe dare filio clerici, facit tex. in l. eū qui, ff. de his, quibus vt indig. arbitror ergo de illis bonis antequàm cōdemnatio fiat, in conſcientia cenſendum eſſe, ac ſi ab inteſtato relinquerentur, & ideo ſi clericus legitimum hæredem habet, ſua ſunt.
51 [Quod ſi clericus † amicum ſuum hęredem inſtituerit, data parenti fide de reſtituendis ſpurio prædictis bonis: tunc licèt, qui fidem dederit, peccauerit mortaliter, fraudem hanc inſignem cōmittens aduerſus legem, quæ prohibet dictam fidem præſtari; tamē donatio tenet. quare cum dominus ſit, poteſt illas res in ſpuriū transferre, & nec dici poteſt ſpurium hac acquiſitione priuatum eſſe à lege, cum fiat ex voluntate veri domini, quàm parentis, ex cuius voluntate verus dominus ſciebat ipſum ad id minime obligari. Hinc ſubinfertur hęredem ſcriptū non teneri in iudicio animæ ſpurio hæreditatem reſtituere, etiam ſi tacitam fidem pręſtiterit de illa reſtituenda, cum promiſſio illa fuerit facta contra leges, & in fraudem legis, ergo ex ea non tenetur. l. iuriſgentium. §. prętor ait. ff. de pact. & §. generaliter. Nec etiam tenetur in conſcientia illa bona ad fiſcum deferre, neque fiſco id crimen ab eo cōmiſſum pandere: tum, quia non tenetur ſeipſum prodere, cap. ſi quando, de pęn. diſt. 1. tum quia in pœnam legis hanc hæreditatem eſſe deferendam fiſco, tradunt iura. l. 1. C. de his, qui. vt indig. l. ita fidei, l. non intelligitur, ff. de iure fiſ. Pœna autem in foro conſcientiæ nō ſoluitur niſi poſt condemnationem, cap. fraternitas, 12. quæſt. 2. Nec item tenebitur conſanguineis teſtantis illa bona tradere, cum iſte ſit verus hęres, fides autem ab eo data in pœnam delicti tollit ab eo hęreditatem, & fiſco eam defert poſt ſententiam. Quod ſi uerus hæres non eſſet, hæreditas ad teſtantis propinquos pertineret. Nec obſtat tex. in l. pręedonis. ff. de petit. hæred. quia Iuriſconſultus ibi non appellat hunc hæredem prædonem, ſed dicit cenſendum eſſe pręedonis loco, quia fraudem fiſco fecit, tacitam fidem pręſtando.

Ita

Ita Couar. de spósal. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 9.
52 Si tamen † vult pater filio spurio proprias res tutè relinquere, ita ut filius nō excludatur à fisco, tutissimum remedium est, omissa cautela, quam ponit Specul. ti. de success. ab intest. §. 1. vers. Quid si pater, nu. 30. & alia, quam ponit Bald. in l. 1. C. pro socio, col. fi. Cepolla caut. 38. vt spurium hæredem instituat sub cōditione, si à Principe fuerit effectus legitimus hæres: tūc enim secuta legitimatione patris hæreditatem absque animæ periculo obtinebit, cum institui iure possit incapax in tempus, quo capere possit. l. in tempus. ff. de hęre. instit. l. sicut, & ibi glo. in prin. ff. quib. mod. vsusfr. amit. quam opinionem communem esse testatur Iason in l. si filiusfamilias, num. 5. ff. de test.]
53 Secundò id, † quod dicitur, pœnam exteriorem non esse considerandam in animæ iudicio, donec executio fiet, verū est in pœnis exigentibus iudicis executionem, Fely. in cap. Rodulphus. nu. 38. 4. limitatione, de rescr. Non autem in pę
54 nis, † quę non requirunt actum aliquē iudicis, sicut pœnæ illæ, quibus quis incapax efficitur alicuius actus; nam tunc tenetur ab actu illo abstinere, sicut filius incapax bonorum paternorum tenetur à possessione bonorum illorum recedere, ut supra diximus, Caie. 2. 2. q. 62. art. 3. Syluest. in ver. pœna. quæstio. 28. Huc etiam spectant pœnæ, censuræ à canonibus indictæ. Item pœna irregularitatis, ac etiam quæuis aliæ, quibus propter crimen aliquis efficitur indignus, atque incapax alicuius rei, vel ut sit infamis, aut intestabilis: quia istæ pœnę in foro conscientię effectum habent, nam nullum actum iudicis exigunt. Fran. in cap. fœlicis. §. nullus, de pœn. lib. 6. Sylu. in verbo, pœna, Couar. in reg. peccatum, 2. par. §. 8. num. 6. Hęc tamen intellige,
55 respectu † incurrentium has censuras, nam respectu ipsius infamię statim quis efficitur infamis. Respectu verò aliorū, vt repellantur tanquàm infames, requiritur sententia declaratoria, facit glo. in clem. 1. vers. donec, de deci. sic etiam respectu ipsius excommunicati statim ipsa excommunicatio absque alia sententia declaratoria affligit, & inhabilitat ipsum quo ad omnes suas potentias, ita ut repellatur à communione, celebratione, cęterisque actibus excōmunicato vetitis. Sed vt ab aliis debeat tractari, & repelli vt excommunicatus, requiritur sententia declaratoria, ita Ioan. And. in cap. 2. de rescrip. lib. 6. Felyn. in c. Rodulphus, nu. 39. de rescript.
56 Tertiò nec † procedit in canone imponente pœnam ipso iure ex facto negatiuo: nam tunc nulla monitio, vel sententia requiritur, vbi certum tempus apponitur. [ita tex. in l. magnā. C. de contr. & commit. stipul. aptior tex. in cap. licet canon, de elect. lib. 6. Vbi præfigitur tempus vnius anni accipienti Ecclesiam parochialem ad se promouendum in sacerdotium, cum pęna perdendi eam ipso iure, si non fiat intra illum sacerdos, & sic pro facto negatiuo, quæ tamen sine ulla præmonitione incurritur.] Sylu. in ver. clericus. 3. num. 5. Hinc notat Gemin. in cap. 1. de vita, & honesta. cler. quòd clericus ipso iure priuatur priuilegio clericali absque alia monitione, uel sententia: quia ibi est pœna ex facto negatiuo, vt si non desistant scurræ, siue busones clerici intra annum, qui annus debet esse continuus, Sylu. in ver. excommunicatio. 7. nu. 57. [Sic ēt si esset constitutio synodalis, continens id, quod ius cōmune, imponens facto negatiuo pęnā, tunc illa incurreretur, omittendo sine monitione, Fel. in cap. 2. de magist. alleg. Feder. de Sen. cons. 109. qui etiam inquit, quòd quo ad Deum satis incurritur pęna, vel culpa sine monitione.]
57 Quartò fallit, quando † pœna non imponitur propriè, vt pęna, sed ut quædam conditio, uel modus rei traditæ. Vt cum testator reliquit aliquid faciendum, uel aliàs illud amittat, secundum Panorm. commu. receptum in cap. Raynaldus, super glo. ver. adiiciens, de testamen. tunc enim non adimpleta conditione, vel mo

do

do, non potest tuta conscientia legatum retineri, Nauar. de hor. canon. cap. 21.
58 nu. 48. Hinc infertur, † fœminam, quæ ex mariti testamento vsufructuaria relicta est in bonis ipsius mariti hac lege, ut castè viuat, omnino teneri vsumfructū restituere mariti hęredibus in animę iudicio, ex quo castitatem non seruauit, sic tradit Couar. tit. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 8. nu. 17. vers. 11. Nauar. in Manuali, cap. 23. num. 62. vbi ait secus esse, si méte tantum, vel uerbo, vel actu citra copulam fornicata fuerit. [Quamuis Couar. in 2. par. de spons. cap. 7. §. 6. num. 3. inquit, impudicam vitam agere eam fœminam, quæ amplexibus, osculisque uirorum vtitur, aut inhonestos tactus spontè patitur, eaque ratione subinfert legatum amittere sibi relictum sub conditione, si pudicè, ac honestè uixerit, quod Baldus respondet consil. 207. uol. 4.] Imò concludit Salycet. in l. fideicommissum, C. de fideicom. quòd uxor uenit hæreditate priuanda, uel legato, ut indigna, licet maritus non adiecerit clausulam, si castè uixerit, quia tenetur seruare castitatem etiā post mortem mariti, quia intelligitur durare in matrimonio. Hinc etiam
59 qui horas † canonicas non recitauit, uel qui non facit residentiam in sua Ecclesia parochiali, qui item post obtentam Ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificam possessionem non promoueatur ad sacerdotium intra annum, & eo elapso illam retinet, & in multis aliis casibus tenentur omnes in foro conscientiæ, etiam ante iudicis sententiam restituere fructus tāquam iniustè perceptos, iuxta Conc. Lateran. ultimum, sess. 9. & Pii V. statutum, & Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. de reform. §. si quis, & c. licet canon, de elect. lib. 6. Constat enim ex stylo curiæ, mentem Pontificum esse, uel fuisse, ut illo, vel illo casu non possint fructus retineri, & ad ratam teneri ad resti-
60 tutionem. Vel † item ipso iure beneficium uacare: nam beneficia Ecclesiastica sub hoc, uel illo modo, uel conditione tacitè, uel expresè cōferri intelliguntur, ut etiam adnotauit Nauar. in cap. non liceat. 12. quæst. 2. & in cap. fraternitatis, ead. quęst. & causa. Vnde tales pro uiribus suis non restituētes, neutiquam sunt absoluendi, ita Cathe. Neap. lib. 4. de recitat. hor. c. 4. & in ijs casibus posset opinio Abbatis, & Felyni, in d. c. 1. de constitut. defendi, qui quidem Felynus, in cap. nam concupiscentiam, eod. tit. multas alias tradit limitationes.
61 Postremò † pro complemento huius capituli considerandū est breuiter, quòd quando ipso facto pœnam lex decernit, tūc sententia iudicis non est necessaria, ut feratur super pęnam; est. n. iam decursa, sed super crimen ad hoc, ut bona possint apprehendi per fiscum, cui non constat de delicto incurso. Satis inquā est, ut hæreticus condemnetur de crimine hæresis, ex qua cōdēnatione sine alia noua expresione pęnę oritur ex natura rei cōdemnatio ad pœnā iuris, ita probatur in c. cum secundum. §. 1. & ibi Francus, in princ. de hære. lib. 6. & Clarius in cap. 1. nu. 6. de homic. lib. 6. Sotus de iust. & iu. lib. 1. q. 6. art. 6. tertia cōclusio. [Abb. in c. inter dilectos, prope fi. de excess. pręla. allegat text. in l. 1. ff. ad Turpill. Abb. in c. peruenit, el 1. de appel. Diaz in sua praxi crimi. cap. 123.]

SVMMARIVM.

1 *Præceptum secundum Decalogi, cur separatim traditum, quidq; comprehendat.*
2 *Deum in testimonium vocari non debere, qui id semper prohibitum existimant, falluntur: & quare liceat id.*
3 *Præceptum secundum Decalogi, quibus casibus modisq; violetur.*

De secundo Præcepto Decalogi. Cap. XII.

PRęceptorum ordo exigebat, vt prius ea, quæ ad diuinum cultum pertinerent, fidelibus proponerētur: hoc in primo Decalogi Præcepto erat quidem perfectissimè

simè adimpletú, vbi vt supra tetigimus, dum idolatria prohibetur, latria præcipitur: in quo quamuis implicitè præceptú videatur, ne sanctum Dei nomen siue blasphemando, siue in uanum iurando
1 dehonestaretur; Deus † tamen pro rei magnitudine separatim hoc præcipere dignatus est, dicens, Non assumes nomen Dei tui in vanum. Quo quidem præcepto omnia illa, quibus Deus ipse, quantum in nobis est, inhonoratur, prohibita intelligimus. Sicut in priori illo, omnia illa ad eius cultum spectantia iussa non
2 dubitamus. Hinc † illorum error confunditur, qui diuinum nomen in veritatis testimoniú afferre semper existimant prohibitum: cum sit potius religionis actus Deum testé debitis circunstantijs vocare. Scriptú est enim Deuter. 6. Deú tuú timebis, ac per illius nomé iurabis. Ratio vero est in promptu, quia diuini testimonij adhibitio fidei quidé est protestatio, qua Deus omnium conditor, omnium prouisor, nil inultum relinquens, omnium habés notitiam, sicut recogno-
3 scitur, ita, & prædicatur. Igitur illi † tantummodo hoc præceptum violant, qui nulla prçuia deliberatione ad iusiurandú confugiunt. Qui quando necessariú nó est, nempe vbi absque iuramento fidé sibi adhiberi credunt, iurare tamen nó desistunt. Qui in minimis etiam iurare nó dubitant: Qui iocando, aut ridendo sacrú Dei nomen, aut sacra Dei verba assumunt: Qui Deum mendacij sui testé vocare tentant: Qui Deum, aut Sanctos blasphemare audent: Qui vota, quæ Domino vouerint, reddere nolunt; de quibus omnibus suo ordine tractabimus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti definitio quæ.*
2 *Iuramentum duplex, assertorium, & promissorium, & vtrumque tres comites habet, & quos.*
3 *Iuramentum promissorium firmius, & fortius obligat quam votum.*
4 *Iuramentú aliud incautum, aut dolosum.*

De iuramento, eiusque speciebus. Cap. XIII.

1 IVramentum † est assertio, vel negatio de aliquo, sacræ rei attestatione firmata. Non enim solum ille iurare creditur, qui Deum testem inuocat, sed etiam qui per sacra Euangelia, aut per venerabile Crucis signum, aut per martyrum reliquias
2 iurauerit. Diuiditur † auté in duas species: nam quoddam dicitur assertorium, quoddam vero promissoriú. Assertoriú dicitur, vbi de re præsenti, vel præterita aliquid asseritur, vel negatur: Promissorium vero vbi in futurum quid faciendum, vel non faciendum promittitur.
3 [Et hoc† iuramentum promissorium inducit fortiorem, & firmiorem obligationem, quàm uotum, vt latissimè probat F. Michael à Medi. lib. 5. de sacrorum hominum continentia, cap. 23. quia licet votum inducat venerantiorem obligationem, quàm iuramentum, eo respectu, quod principale obiectum est ipsemet Deus, alia tamen ratione iuramentum, quod fit homini est fortius, & firmius; tum, quia non solum sicut votum obligat per illud diuinum Ps. relatum in cap. 1. de voto, Redde uota tua. Sic iuramentum obligat per illud diuinú, Redde iuramenta tua Deo. Et per illud præceptum, Non assumes nomen Dei in vanum, Exod. 20. Sed propter hoc, quod iuramentum obligat non solum Deo, sed etiam proximo, adeo quod licet Pontifices passim absoluant iusta de causa à voto, a iuraméto tamen, quo iurans obligatur proximo, non absoluút, nisi de consensu eius; tum, quia licet votum metu emissum sit ipso iure nullum, per cap. 1. de iis, quæ vi. iuramentum tamen metu contractum est validum, cap. verum. de iureiur. cap. ad audientiam. cap. Abbas, vbi glos. solennis, de iis quæ vi.] Vtrunque autem horum habere debet semper tres comites, iudicium, iustitiá, & veritatem: si deest iustitia, iniquum dicitur,

citur, si iudicium, temerarium, si veritas, falsum. cap. 2. 22. q. 2. Quæ periuria prohibita intelligimus, vbi à Domino præcipitur, Non assumes nomen Dei tui in vanum. Si enim vanum dicitur, quod frustra fit, suoque caret fine; profectò falsum iuramentum in primo gradu est vanitatis: caret enim veritate, quæ medulla dicitur sacramenti, & pari ratione temerarium ex eo iudicatur vanum, quia necessitate caret. Et iniquū vanum quoque censetur, ex eo, quod iustitiæ ornamento spoliatum est. Est † autē, & aliud
4 iuramentum, quod incautum dicitur, aliud vero, quod dolosum, quæ quandoque seruanda sunt, quandoque verò nō, sed hæc iā particularius sunt explicanda.

SVMMARIVM.

1 *Iurare per creaturas, an, & quando sit licitum.*
2 *Iurans per vitam propriam, quid intēdat, & iuramentum execratorium dicitur.*
3 *Iurans per creaturas quo casu, tum periurus, tum idolatra sit.*
4 *Periurus non est, qui iocando per lapidem iurauit, non adimplens promissum.*
5 *Iuramentum per creatorem maius, quam illud per creaturas: & quo casu ecōtra.*
6 *Formula huiusmodi, in mea conscientia, per meam fidem, an sint iuramentum: & nu. seq.*
8 *Iurans per Euangelia, Deo honorem latriæ debet exhibere.*
9 *Mos quorundam reuerentiæ plurimū hominibus, parum Deo exhibentium, corrigendus, secundum Host.*
10 *Iurare per inhonesta membra Christi, vel Virginis, an sit mortale: & quid de iurāte per membra Dei, nu. seq.*
12 *Iuramentum est, ita dicere; Hoc ita verū, sicut verus est Deus; sicut vera Euangelia, & huiusmodi. & quare.*
13 *Iurantis per vitam Dei; mens spectanda, qui tum cohibendus, tum grauiter puniendus.*
14 *Iuramentum ab idolatra factum, an sit obligatorium.*

Per quæ iurare sit licitum. Cap. XIIII.

Legimus in Deuter. cap. 6. Dominum Deum tuum timebis, illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis. Vbi expressè permissum cognouimus, quādo iurandum erit, licitum fore per sanctum Dei nomē
1 iurare. Per † creaturas vero non; sed ita tantummodo licitum iudicamus, si in Deum & ipsæ referantur, quatenus in ipsis scilicet diuina refulget veritas, ideoque vbi per Euangelia iuratur, idē erit, acsi per diuinam ueritatē, quæ per Euangelium nobis innotescit, iuratum esset, cap. etsi Christus de iureiur. Posset tamen aliter habere sensum, nec quidem detestandū, qui per creaturas iurat; nempe si quod in iuramento nominat, diuino intendat supponere iudicio, si aliter
2 quam ipse asserit, se habeat Sic qui † per vitam suam iurat, uidetur dicere, Deus mihi uitam adimat, si quod iuraui, uerum non existit. quod quidem iuramentum dicitur execratorium, [& licitū est: quia non inuocatur creatura, ut testis, sed potius Creatori oppignoratur, ut in ea diuinum iudicium exerceatur si uerū non est quod iuratur. Ita Apost. 2. Corin. 1. iurauit, dum dixit, Ego Deum testē inuoco in Deum uiuum.] si uero per creaturam iurādo, diuinam illi intendit exhibere reuerentiam, erit omnino illicitum, hac blasphemia detestanda, cap. clericus. cap. si quis per capillū, cum ibi notatis. 22. q. 1. Porro si quod per creaturam adimplere iurauit, facere recusat,
3 periurus † existimabitur, nisi iocandi animo, potiusquam iurandi, illa verba protulerit. Exemplum, si quis centum dare promittit, & omnino adimplere per lapidem iurat. Hoc casu est ipsius intentio prius exploranda: si enim authori lapidis reuerentiam exhibere intendebat, dum per lapidem iurabat, non equidem male iurauit: sed si nō adimplet, dicetur periurus: si vero lapidi ipsi reuerentiam,

& venerationem exhibere volebat, idolatriæ peccato tunc peccauit, & tūc periurus dicitur, si adimplere recusat. Sed
4 si † iocandi animo, potiusquam iurandi dixisset, per lapidem hunc dare promitto; si non adimpleret, non esset periurus: cauendus tamen semper erit hic iurādi modus, Turrecre. per illum tex. in c. ecce, 22. q. 5. verum enim vero semper ma
5 ius † illud reputabitur iuramentū, quod per creatorem fit, quàm quod per creaturam, ideoque maius peccatum existimatur illud iuramentū, quàm istud nō seruare: ratio est, quia quanto id, quod iuratur magis sanctum est, tanto maiori pęna dignum est periurium, cap. mouet, in fi. cum ibi not. 22. q. 1. Solemnitas tamen maior, & deliberatio maior in iuramento per creaturam cum debita ad Deum relatione adhibita causari potest, vt hoc violare maius sit peccatū, quàm illud per creatorem simplici verbo factum, glo. & alij, in cap. si aliqua. 22. q. 1.
6 Sed hic aduertendum, † quasdam reperiri in ore multorū frequentissimas oratiunculas, quæ iuramenti formam præseferunt: cū tamen vera iuramenta non sint, quod pcipuè ex intentione cognosci poterit. Complures enim sunt, qui interrogati semper respondere solent, ita est in veritate, ita est in fide mea, in mea conscientia, qui vere iurasse iudicandi sunt, nisi alia sit eorum intentio: non enim dicētes Deum in testimonium adducunt, sed potius verè ita esse asserunt, seipsos fidem suam in testem afferentes, sicut communiter Principes vti solent, idemque dicendum probat Caiet. in 2. 2. q. 89. art. 6. de illo, qui dixisset, per fidem meam. Sed de hoc dubitat Sotus lib. 8. quęst. 1. art. 1. colum. 2. in fi. vbi in-
7 quit, † quod quando additur per meam fidem, &c. videtur ibi species conflari iuramenti: nam per accusatiuum, videtur formam testis inducere: cuius quidem pia dubitatio ante factum de cōsilio amplectenda est, vt etiā ab iis, quę speciem mali habent, abstineamus. Post vero factum non est necessario ei inhęrēdum: nam siue dicant per, siue in, nihil iurāt. Nauar. in Manua. cap. 12. num. 2. versic. 4. nisi quod & ipse sentire videtur, rem aliquam sacram in testimonium adduxisset, fortasse dicens: Per sacra Euangelia, aut per sanctam Crucem. Sed ex his more solito, multorum deducamus dubiorum solutiones.

8 Prima. Qui per sacra † Euangelia, aut reliquias iurat, iuxta tex. in c. si aliqua. 22. quæst. 1. & cap. habemus. velle debet saltem habitualiter, si nō actualiter Deo illum latriæ honorem iurādo exhibere, non autem creaturæ, cap. & si Christus, de iureiur. quia species idolatriæ esset, si honorificentia creatoris trāsferretur ad
9 creaturam. Hinc arguit Hostien. † in d. c. contra illos, qui plus homines, quàm Deum honorant, qui coram altari transeuntes nullam inclinationis reuerentiam exhibent, & quando coram domino veniunt: quasi idolum ipsum colunt, iungendo manus, genuflectendo, non solum pileum, sed etiam zonam, & chlamydem remouendo, contra illud, quod dicitur Ioan. Apoc. 19. vbi Angelus dixit Ioanni cadere volenti ad pedes eius, Vide ne feceris, cōseruus tuus ego sum. Et licet reuerētia sit maioribus exhibenda, de maior. & obed. super his, & cap. is qui. & ipsi debeant illam recipere, ne contemni videantur, ff. de offi. præsid. l. obseruandum, tamen esset hæc idolatria secundum eum corrigenda, & quæ recipitur, & quæ exhibetur, ita refert Dom. Ant. de But. in d. c. & si Christus.

10 Secunda. Qui per † Christi inhonesta membra iurat, mortaliter peccasse iudicandus est. Hinc Carolus Cæsar lege lata in Toletano conuentus, pœnas statutas contra blasphemos sanxit infligendas esse contra iurantes per membra Christi, & Virginis gloriosissimæ, & ita intelligitur tex. in cap. si quis per capillum. 22. quæstio. 1. & in Authen. vt non luxur. cont. natu. & ratio est, quia licet membra illa in Christo, cum verus homo sit, vere existāt, qui tamen nominare audent, videntur quodammodo ipsum

sum

sum contemnere; quasi sit etiam in ipso aliquid contéptibile, ideoq; quasi blasphemi puniuntur, Nauar. c. 12. nu. 84. uer. 2.

11 Tertia. Per Dei † membra iurare, quasi credendo Deum corporeum, nobisq; similem, grauissimum est peccatum. 22. q. 1. c. si quis per capillum.

Quarta. Qui sub tali uerborum con-
12 ceptione proferunt iuramentum, † hoc uerum est, sicut Deus uerus est, uel sicut Euangelia uera sunt, uel sicut uerum est Christum esse Virginis filium, acerrimè reprehendendi sunt, & habendi sunt tãquam blasphemi: immo etiã si affirmatio illa ueritate nitatur, adhuc tamen qui hisce uerbis utũtur, non effugiunt blasphemię crimen, & culpam; ratio est in promptu, quia nostrarum ueritatum nulla est cum diuinis comparatio: est etiam quædam non infima blasphemię species, quę uel à nostra superbia procedit, uel nostra inflammatur iracundia, dum nobis tantam fidẽ pręstari affectamus, qui & decipi, & decipere solemus, quanta debetur ueritati diuinæ. Sotus de iusti. & iure, lib. 8. q. 2. artic. 3. colum. 4. in princip.

13 Quinta. Qui iurando dicunt, Per † uitam Dei, interrogandi sunt qua mente id dicant: si enim intelligunt Dei uitam in testem adducere, cohibendi sunt ab hac indeuota, & irreligiosa iuramenti formula, sed non quasi pro blasphemia puniendi. Si uero id dicunt, quasi Dei uitam iudicio alterius subiicere uolentes, si falsum dicunt eo modo, quo ut supra diximus, qui per uitam suam iurant, Dei iudicio, ac punitioni eam submittunt. Si falsum iurant, grauissimas cogendi sunt dare pœnas: est enim hoc hæreticum credere, uel Deum superiorem habere, uel eũ mortalem esse, & eius uitam terminum posse accipere, ut inquit Cou. in rubr. de pact. p. 1. §. 7. uer. 6. hinc.

14 [Sexta. Vtrum † iuramentum ab idololatra factum sit obligatorium? Respondeo secũdũ Ray. quod sic, si illud, quod promisit, sit licitum: cum enim infidelis iurauerit, peccatum in modo iurandi cõmisit, sed si illud seruat, ĩ hoc bene facit; & si non seruat, peccatũ peccato addit. Christianus uero si non potest aliter fidem dictis eius adhibere, & expedit ei ab illo cautionem habere, licet ille peccet iurando, iste tamen non peccat recipiendo. Exemplum huius habetur de Labã, Gen. 31. & de Achimelech, Gen. 21. 22. q. 1. mouet te. vbi uide Augustinum.]

SVMMARIVM.

1 *Iuramẽtum summæ maiestatis religionisq; esse, & apud ethnicos fuisse.*
Clymiæ religio in iurando.
2 *Requisita in iuramento quæ.*
3 *Iurantes se quædã leuia facturos, quæ sunt indifferentia, peccant; quæ vide.*
4 *Iuramenti occasio, & necessaria, & iusta esse debet.*
5 *Iuramẽtũ casibus quatuordecim fit licitũ.*
6 *Iurantes in re leuissima, vt ementes vendentesq;, quando venialiter, mortaliterve peccent.*
7 *Iurantes supererogationis opus aliquod se non facturos, quomodo peccent, vel obseruare teneantur.*
8 *Iuramentum faciendi aliquid, quod melius est non facere, an sit obligatoriũ, possitq; propria authoritate contrauenire.*
9 *Iurans aliquid indifferens, an seruare teneatur. vide remissiuè.*

De Iudicio, ac Iustitia, iuramenti comitibus. Cap. XV.

1 TAntæ † maiestatis, tantæque religionis est iuramentum, ut si ad illud inconsideratè recurratur, iam uirtus non existimetur, sed uitium. Quin apud antiquos ethnicos tantæ religionis fuit iuramentum, ut teste Basilio in sermone ad adolescentes, Clymias unus ex familiaribus Pythagoræ, cum per iusiurandum trium talentorum mulctã posset effugere, exsoluere maluerit, quàm iurare, tametsi recto iuramento usurus esset. Quod si iuramentum apud eos, qui ambulabant

in tenebris,tantæ venerationis erat, quã tæ eſſe debet apud nos, qui verſamur in media luce Euangelica? ſaltem illud ſtudeamus,vt quæ in eo requiruntur,atten
2 damus. Requiruntur † aũt plura, & primo quidem iudiciũ,& diſcretio, hoc autem adhibuiſſe ille credendus eſt,qui ad iuramentũ non niſi maxima neceſſitate, cum veritas in facti quæſtione dignoſci nõn poſſit,recurrendum duxerit. Nec ẽt in omni facti q̃ōne, ſed in illa tantummodo, quæ per aliam viam,quàm per iuramentum,innoteſcere nequeat. In qua rei magnitudo,ac pietas,vt Deus in teſtimoniũ vocetur,dignum eſſe ſuadent:nã contemnere potius creditur,qui vbi nec honeſtũ quidem hominem ad ferẽdum teſtimonium vocare dignũ duceret, ibi Deũ teſtem dare vellet, Sotus de iuſt. &
3 iu. lib. 8. q. 2. ar. 3. Hinc † ẽt errare illi cõgnoſcuntur,qui minima quædã,& indifferentia,hoc eſt,quę neque peccata ſunt, neque virtutes,facere,aut non facere iurant. Ecce enim iurat ille lapidem frãgere,ad quẽ fortaſſe pedem,aut tibiã offenderat. Alter vero iurat nunquã in terrã aquam mittere, aut alia huiuſmodi: iſti ita iurando peccant,quia abſque iudicio, iuramenti comite, iuraſſe noſcũtur, c. 2. 22. q. 2. Non quia verè periurii crimen cõmittant,ſed quia incautè iurãt,& periurij grauiſſimo crimini ſe exponũt. Sed cum ad iuramentũ recurrimus, nõ ſatis
4 eſt hoc ſolum conſiderare,an † iuramentum neceſſarium ſit: nam oportet etiam inquirere,an iuſtũ ſit: quãtumuis enim res ſit magna,ac mente reuoluta, ſi iniuſta ſit,non eſt facienda: ita nec ẽt iuramẽti vinculo permittenda:deeſt enim iuramento huic iuſtitia, quæ ipſius comes debet eſſe indiuiduus,vnde qui homicidium,aut furtum, vel quid ſimile iurant ſe perpetraturos, peccare quidem dum iurant,comprobantur, non tamen adimplere coguntur,immo nec erit aliqua diſpenſatio neceſſaria, Sot. lib. 8. q. 1. art. 7.

[Secundo, cum pro leui cauſa non ſit iurandum,ſic enim deficeret iudiciũ diſcretionis,nam non dẽt quenquam ſpontanea voluntas adducere, ſed neceſſitas, vel vtilitas,ideo opere precium eſt vt videamus quibus in cauſis iuramentum contineat vtilitatẽ, vel neceſſitatẽ, vt ſic licitum dicatur. & inuenio, ꝙ iuramen-
5 tum licitũ † redditur pro ſocietate coeunda, arg. 13. diſt. nerui. Item in pace ineunda, 22. q. 4. c. innocens. Item in teſtimonio ferẽdo, 2. q. 4. c. nullam, 35. q. 6. c. notificamus. Item pro confirmatione promiſſi. vnde Pſal. Iurauit Dominus veritatem. Itẽ ſit pro accuſationibus. vnde Deut. 17. In ore duorũ, vel trium teſtiũ peribit q̃ui interficietur. Item ſit propter nouem alias cauſas licitum, ſecundum Alex. tit. 1. de expoſit. ſecundi præcepti. Quarũ ſeptem ſunt propter bonũ introducendũ,& duæ propter malum amouẽdum. Prima igitur cauſa eſt pro veritate confirmãda. 2. Cor. 1. Fidelis Deus,quia ſermo noſter, qui fuit apud vos, non eſt in illo,eſt,& non. Itẽ pro veritate declaranda. Deut. 19. In ore duorũ,aut trium ſtat oẽ verbum. Hinc ſecundũ iura non eſt teſtis, niſi iuratus. Item pro amicitia cõtrahenda, Gen. 26. Dixerũt viri Gerare ad Iſaac,ſit iuramentũ inter nos. Item pro pace reformanda. Gen. 26. Iacob iurauit Laba. ext. de iudic. nouit. Itẽ pro fidelitate ſeruanda. 2. Reg. 5. Venerunt ſenes Iſrael ad regẽ,& percuſſit cum eis fędus coram Domino. ext. de elect. ſignificaſti. Itẽ pro obedientia, & ſubiectione cognoſcenda, ſicut iurauerunt viri Galaad ipſi Iepte. Iud. 11. de elec. c. ſignificaſti. Item pro conſuetudine Eccleſiæ ſeruanda,ut Canonici. Exod. 24. Filii Iſrael data lege iurauerunt ſe Domino ſeruituros. Item pro calumnia ſopienda: ut q̃n ſit iuramentum de calumnia in conteſtatione litis, Hebr. 6. Omnis controuerſię ad confirmationẽ finis eſt iuramentum. Et pro infamia purganda, ext. de purgat. cano. per totum. Hæc glo. in cap. nullus, ext. de iureiur. vnde verſus. Pax, & fama,fides,reuerentia,cautio,dãnum,defectus veri, ſibi poſſunt iura caueri.] Hæc dixiſſe ſufficiat,nunc ad particulares deciſiones more ſolito deſcendamus.

Prima.

6 Prima. Qui in re † leuissima, atque inani iurant, siue etiam frequenter, & absque necessaria causa, sicut ementes, & vendentes sæpe facere nouimus, peccant quidem, eo q; iudicium in iurando non adhibent, sed venialiter tantũ, si veritas non defuerit; Sotus lib. 8. q. 2. ar. 3. col. 7. Si tñ esset contemptus, vel notabili periculo peierãdi se exponerent, peccarẽt mortaliter, Sylu. in ver. iuramẽtũ. 2. q. 8.

7 Secunda. Qui † monachalem habitũ non assumere iurat, siue eleemosynam nõ dare, vel aliud supererogationis opus non facere, venialiter tantummodo peccat: non enim ad hoc tenetur. at si in necessitatis articulo, vbi ex præcepto etiam obligaretur, nõ facere iurasset, mortaliter peccasse iudicandus erit, Sotus lib. 8. q. 2. ar. 3. vers. quinta conclu.

8 [Et talis siue † venialiter, vt in primo casu: siue mortaliter, ut in secundo, obseruare iuramentũ tenetur. Nec ẽt iuramentũ de non faciendo ea, quæ melius est facere, vel de non faciendo ea, quæ melius est non facere, quàm facere obligat. Ideo iurans, q; non tenebit aliquẽ in suo seruitio, quem aliàs esset melius retinere, quàm non retinere, vel q; non loquetur cum proximo, cum quo alias melius esset loqui, quàm nõ loqui: vel quòd nõ faciet subuentionem temporalem, q̃ spiritualẽ, quod alias melius esset facere quàm non facere, uel quòd non uisitabit infirmum in domo sua, quem aliàs melius esset visitare in domo, quàm nõ visitare, & sic de similibus, non obligatur ad obseruandũ quod iurauit. Vndẽ Tho. 3. dis. 39. art. 3. inquit, quòd quando quis facit, quod est melius, nõ est periuriũ, sed periurio contrarium. De omnibus enim talibus intelligitur illud, quod habetur 22. q. 4. in malis promissis rescin de fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incautè uouisti nõ facias. Propter reuerentiã tamen diuini nominis inuocati, & ad punitionẽ temeritatis sic iurantiũ, & propter reuerentiã eorum, qui pręsunt, non debet quis authoritate propria uenire cõtra quodlibet iuramẽtũ incautum. Sed pro aliquibus recurrere debet ad aliquẽ superiorẽ suum, qui à tali iuramẽto debet absoluere ipsũ, uel declarare eũ non obligatũ: maximè, quãdo potest oriri dubiũ, utrũ obseruatũ uergat in peiorem exitũ, quàm non obseruatũ. Contra tamen quodlibet iuramentum, quod derogat charitati, uel eius pfectioni, uel disponentibus ad eã, potest homo uenire propria authoritate in casu necessitatis.]

9 Qui iurat † aliquid indifferens, ut in terram non spuere, uel per locum aliquẽ non transire, an seruare teneatur, uel ne, in cap. 7. examinabimus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum triplex, solennizatum, deliberatum, & inconsideratum: vnde & triplex oritur periurium. nu. seq.*

3 *Iuramentum carens veritate, mortale esse, dicitur etiam in minima re.*

4 *Iuramentum promissorium, tum mortale, tum veniale, pro intentione iurantis.*

5 *Periurium assertorium nulla causa excusatur.*

6 *Discretionis annos, qui attigit, peierans, mortaliter peccat.*

7 *Iurare turbato animo falsum, modo veniale, modo mortale est peccatum.*

8 *Falsum pro vero habitum, iuramento firmare, non est peccatum.*

9 *Iuramentum in re falsa, etiam iocando, mortale.*

10 *Persona publica à falsum iuraturo iuramentum exigere licet, priuata verò, an, & quando.*

11 *Iuramentum deferre suspecto de transgressione, mortale est.*

12 *Iurare in re, quam scit iurans se tempore præstituto non præstaturum, mortale est.*

13 *Iurãs falso leue aliquid non fecisse, peccat mortaliter, & quare.*

14 *Iuramentum promissorium in re leui si fit animo non implẽdi, lethale est, & nu. 17.*

15 *Iuramentum de re mala non tenet, peccatum tamen parit.*

16 *Mulieres iurantes iratæ, verberaq́, aut similia minãtes pueris, peccant venialiter.*

De veritate, præcipuè iuramenti comite. Cap. XVI.

Exigitur quidem iustitia, & iudicium in iurando, sed multo magis veritas. Ideoq; sciendū est[Primo,ꝙ sicut iuramentū assertorium,quod est de præsenti, vel de præterito,debet habere ueritaté,ita & iuramentum de is, quæ sunt à nobis faciéda in futurum. Et ideo plerunque iurm̄ habet quandā obligationem, diuerso tn̄ respectu:quia in iuramento, quod est de pręsenti,vel de pręterito,est obligatio nō respectu rei,quæ iā fuit,uel est,sed respectu ipsius actus iurandi, ut scilicet iuret quod iam uerum est,uel fuit. Sed in iuramento promissorio cadit obligatio ecōuerso super rem, quam affimauit aliquis in iuramento. Ita D.Tho.2.2.q.86.ar.7. Secundo sciendum est]secundum Turrecr.in c.habemus,nu.3.22.q.1. ꝙ iura-
1 mentū†triplex est,quoddā deliberatum, & solénizatū,sicut quando testes iurant super sancta Euangelia in præsentia iudicis.Quoddā est deliberatū,sed non solénizatum; ut qn̄ quis in occulto iurat aliquid cum deliberatione,intendens illud per diuinę ueritatis testimoniū confirmare. Quoddā uero est, nec deliberatū, nec solénizatum, sicut qn̄ quis iurat in cōi sermone, non attendens quem inuocat, & ad quid,sed ex quadā consuetudi-
2 ne, & secundū hoc† periuriū tripliciter pōt committi. Et si committatur in iurō deliberato,& solénizato, mortale peccatū est, & enorme, reddens ét personam infamē: Si uero cōmittatur in iurō, nec deliberato, nec solemnizato, tunc nō est peccatum mortale, sed ueniale, per hoc, ꝙ lingua in lubrico posita est : uerum si committatur in iurō deliberato, sed non solemnizato,& tunc aut deliberat de dicto tantū, vtrum sit uerum, sed non de iuramento superaddito,idest nō attendit ad iurm̄, & quasi non percipit se iurare, sed ex lapsu linguæ in iurm̄ prolabitur, & quia tunc quasi nesciens iurat, non peccat mortaliter,sed tantum uenialiter, quia nesciens nō reputatur voluntarius; modo perniciosum non sit mendacium, concordat D.Th. in 3. sent. si vero deliberat de dicto, & iurō, tunc talis regula
3 proponitur. Vnumquodque† iuramentū,quod veritate caret, esse mortale peccatum,nec aliqua utilitatis causa,aut necessitatis excusari:magna enim culpa est testem falsi Deum adducere, quod adeo verum est, vt ét si minimū,quod verum esse iuratur, & tn̄ falsum est,mortale peccatum esse credatur. Exemplum, si quis iurat palpebras non mouisse, mortaliter peccat; nam ét hic in falsæ rei testimonium Deū vocare audet:sed hoc in assertorio iurō tantūmodo locum obtinet. In
4 promissorio † vero distinctione indiget: nā si quis calamū dare promittat, si promissionis tpe verè quod promisit adimplere cogitat, licet postea non adimpleat, venialiter tantummodo peccat. paruitas enim rei à peccato mortali excusat.Si vero nec ét qn̄ iurauit,adimplere promissū cogitabat, mortaliter peccasse existimandus est:quia testé falsi Deum adduxit:nā qui dare promisit centū, tenetur habere propositum saltem tépore promissionis illud adimplere suo tépore, hoc si falsum est,iā Deum in falsi testimoniū adduxit, ideoq; mortaliter peccauit, Sotus lib.8. q.1. art. 7. col. 2. & 3. sed ad dubiorum decisiones ex his eliciendas accedamus.

5 Prima. Periurium † assertoriū, quod est falso Deum iurare circa materiā, quę est de pręsenti,vel pręterito, mortale peccatū esse manifestissimū est, siue fiat ad cauendū sibi morté, vel ad tuendam innocétis, aut Regis vitā, vel ad liberandā ab incendio,vel proditione totam Rempublicam, aut ad eripiendam ab æterna morte proximi animam, ita Couar. in rubr.de pact.par.1.§.1. vers.sexto.

6 Secunda. Qui † postquam annos discretionis attigerit,iuxta tex.in c.1.de delic. puer. deierat, mortaliter peccat, siue hoc fecerit vtilitatis propriæ, siue alienæ causa, gratia iocandi, aut excusandi, aut metu,ita Nauar.in c.12.nu.6.qui reprobat opinionem glossæ in c. veniens,extra

de

de iureiur. asserentis non esse amplius, quàm veniale, iurare falsum iocandi causa, quia communiter reprobatur.

7 Tertia. Et si † incõsideratè, turbatoq; animo iurare falsum, non aduertens, an illud sit falsum, peccatũ sit veniale, quia non vr habere intentionem iurandi, secundum D. Tho. 2.2.q.89.art.3. tñ qui inconsideratè, turbatoq; animo falsum iurat, si cum aduertit, paratus non sit desistere, à mortali non excusatur, secundũ Caie.d.ar.3. Si vero contrarium haberet animum, scilicet cum aduertit non falso iurare, uenialiter tantũmodo peccaret. Sylu.in ver. iuramentum, 2. nu.6.

8 Quarta. Qui † quod falsum est, verũ putans iureiurando asserit, peccasse non iudicatur; nisi diligentiam, quam in illo cognoscẽdo adhibere tenebatur, sua culpa non adhibuit, quo casu ex quantitate culpæ quantitas peccati existimatur, Sot. lib.8.q.2. ar.1. de iust. & iu.

9 Quinta. Qui † falsum credens, quod falsum est cum iuramento affirmat, etiã si iocandi causa id fecerit, mortaliter peccat, Turrecre.in sum. 22.quæst.2.tex. in c.homines, 22.quæst.2.

10 Sexta. Qui † inducit, seu exigit iuramentum ab eo, quem scit falsum iuraturũ, non peccat: modo exigat publico fungens officio, & munere, iuxta ordinem iuris, c.quãuis.22.q.1. Couar.tit.de pac. par.1.§.6.nu.2.in fi. verum si hoc faciat, ut persona priuata, mortaliter peccaret: uincit enim is homicidã.22.q.5.c.si quis conuictus. & c.seq. Card. in clem. uni. de iureiu. nisi is, quem scit falso iuraturum, esset iam paratus iurare, puta, quia se offerret, & esset aliqua rõnabilis causa ad recipiendum tale iuramentum, nam tunc recipiens non peccaret mortaliter, sed tantum de ea priuata persona intelligitur, quę ad iurãdum inducit, uel dispo nit, quẽ scit, uel probabiliter credit periu raturum, pulchrè Turrecre.in c. quam-

11 uis.22.q.1. Hinc † infert Panor.in c.clericos, de cohab.cler.& mul. ꝙ nunquam est deferendum iuramentum illi, contra quem est uehemẽs suspitio de transgressione eius, & deferens peccat mortaliter, cap. ille, 22.q.5. Quod nota contra nonnullos Confessarios recipientes à pęnitentibus iuramenta de abstinendo ab aliquo peccato, sed potius pęnã statuant.

12 Septima. Qui † quod adimplere posse non credit, cum iurõ promittit, mortaliter peccat, & est periurus: quia scienter iurat contrariũ eius, quod in mente gerit, & facturus est, c.in dolo, 22.q.2. Veluti si iurat se ad certum tempus persolu turum debita, probabiliter credens non futuram sibi facultatem id eo tempore faciendi. At si adimplere posse existimat, & postea aliqua necessitate impeditus, propositũ mutauerit, uel adimplere non potuerit, à periurio excusatur, 22.q.2.c. beatus, l.vlt. ff.qui satisd. cog.c.querelã, ff.de iureiur. modo cũ ad meliorem fortunam peruenerit, quanto citius adimplere non desistat, argu. tex.in c.dilecti, de dolo, & contum.

13 Octaua. Qui † in terram non spuisse, aut alia huiusmodi, quę minima sunt, se non fecisse iurat, cum uerè fecerit, mortaliter peccat: cum Deum citare in testem falsi charitati eius contrarium sit: etenim si mendacium simplex, utcũque in re leuissima contingat, non potest dici citra peccatũ saltem ueniale, c.primo, 22.quæst. 2. mendacium ergo non simplex, sed cum testimonio diuini nominis contingens dubio procul absque mortali culpa dici non potest. Couar.in rub. de pact.par.1.§.1.uers.sexto.

14 Nona. Qui † calamum dare cum iuramento promisit, aut aliud minimum, si dandi animum, cum iurabat, habuit, excusari poterit à mortali, si postea non dedit: si uero contrarium etiam tunc facere deliberabat, mortaliter peccauit, Sotus de iust. & iure, lib.8.quæst. secunda, artic. 1. sic qui unum Pater noster, aut Aue Maria, uel quid simile minimum iurat, non tenetur sub pœna mortalis culpæ, sed tantum uenialis adimplere: modo adimplendi animum cum iurabat, habuerit: aliàs secus, si iuramentum

15 esset magni momenti. Hinc † infertur, quòd

quòd qui absque animo adimplendi malum aliquod, puta homicidiũ, aut furtũ facere iurat, mortaliter peccat, nec adimplere tenetur, Nau. c. 12. nu. 12. si vero esset hoc minimũ, mortale peccatũ non iu
16 dicaretur. Hinc mulieres, † quæ irato animo filios uerberare iurant, venialiter tantũmodo peccant nõ adimplendo: minimũ enim hoc est malũ, quod facere minatæ sunt, vt interim omittamus eas animũ iurandi nõ habere, ideoq; nec iuramento ligari, Sot. lib. 8. q. 1. ar. 7. ad 4. arg.
17 Decima. Qui † amicũ habet obuiũ in via angusta, cedensque inuitat eum, ut prior transeat, iurando affirmans se non transiturum, antequam ille trãsierit, peccat venialiter non adimplendo, si adest intentio faciendi id, quod iurat: quia minimum est. Sotus, qui supra, col. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum dolosum, quare sic dicatur.*
2 *Iurare dolosè quis quadrupliciter dicitur, & de prima specie, nu. seq.*
4 *Iurare lingua, & mentem iniuratam gerere, licet coacto in re iniusta.*
5 *Iurans sine intẽtione iurandi, an ad promissa teneatur; & quid de iurante sine intentione non se obligandi. ibid. & nu. seq.*
7 *Iurans, interrogatus, non vidisse, quod vidit, non excusatur, si aliud mente reuoluebat, & id ipse intelligebat.*
-*Iuris ordo, quĩ seruari dicatur in iuramẽto.*
8 *Verba quando secundum iurantis, vel deferentis intentionem sint intelligenda.*
9 *Iuramento decipere interrogantem quando liceat. vide q. de vxore suspecta de adulterio apud virum.*
10 *Iurans animo non iurandi, ratione scandali tenetur seruare iuramentum.*
11 *Promissum seruandum puellæ de ea ducenda in vxorem, iuramẽto firmatum.*
12 *Iurans necessitate & vi adductus, si iurãdi animum non habet, vel si aliud mente spectet, an peccet.*
13 *Iuramentum non petendi absolutionem, an sit semper obligatorium.*
14 *Casus ix. quibus iuramentum præstitum non tenet.*
15 *Metu extortum restituendum est, fallit si dans fuit causa metus.*

De iuramẽto doloso. Cap. XVII.

1 IVramentum † dolosum ab effectu dicitur, eo, quod cũ dolo, & fallendi animo fiat. Falsitas autem eius in eo consistit, quòd verba menti non consonant. Verba enim in hac iuramẽti specie apertam iuramenti figuram præseferũt, sed mens
2 aliud intelligit. Quod euenire † quadrupliciter potest. Primò, si aliud iurare intẽdat, quàm ille, cui iuratur, credit. Secundò, si iurandi intentionem non habet. Tertiò, si iurare quidem consentit, sed non se obligare. Quartò, si iurare, & obligare se uolens proponat etiã illo tempore, quo erat promissum, non adimplere.
In primo casu iuramẽtum accipiendũ
3 est ẽt in † foro animæ secũdum sensum, & mentẽ eius cui præstitum est, ita tex. in c. qui peierare. §. ex his, & c. quacunque, 22. q. 5. modo is cui iuratur, iuramẽtũ acceperit iuxta debitũ sensum. Quod si iurans nulla fuerit vsus arte ad decipiẽdum eũ cui iuratur, & tunc iuramentũ est accipiẽdum secundum intentionẽ, & mentem iurantis: & ratio est, quia cum ille vult se obligare sic, & non aliter obligabitur, & nõ secundum alterius intentionem. In foro aũt exteriori adsumẽda est interpretatio eius, cui iuratur, modo is intellexerit secundũ ius, & verã, ac propriã verborũ significationẽ, c. ex litteris, de spõs. Verum si intẽtio ignoratur iurãtis, & tũc iuramẽtum est interpretandũ, & obligat secundum quod verba accipi solent. Quod idẽ est intelligendũ, si uterque fuisset fraudulentus: quia tũc debẽt accipi uerba secundũ arbitrium boni viri, & secundũ q; sonãt verba illa apud rectè intelligẽtes. Si tamẽ verba plures habent intellectus, & uterq; in fraude fuerit, secundum iurantis intentionem accipiatur: ac si vterque rectã habuit intentionem, tunc secundũ vtriusque mentẽ verba accipiantur, quod si generalia fuerint, casum

casum illũ non cõprehẽdit, de quo verisimiliter, qui iurat, non cogitauerit. Hæc infra exẽplis sufficientissimè declarabuntur. Illud aũt hic admonendũ est, hanc iu
4 ramenti † speciẽ dolosam propriè conuenire iuramento promissorio, quod secũ affert obligationẽ aliquid faciẽdi, vel nõ faciendi; & hac iuramẽti specie tunc vti licet nobis, cum iniustè ab aliquo iurare cogimur: sed vbi coactio nõ interfuerit, vel qui cogit, non põt iure cogere, nullo pacto licet, c. humanæ aures, cũ ibi not. 22. q. 5. D. Th. 2. 2. q. 98. ar. 7. ad quartũ.
5 Secundo verò † casu, vbi quis iurandi non hẽt intentionẽ, & profert verba iuramentum significantia, dicendum est, ꝙ quãuis absque dubio peccet, non tamen iuramẽti vinculo promissa seruare astringitur, Sotus li. 8. q. 1. art. 7. vers. 4. arg. Est enim iuramentũ actus humanus, ideoq; secundũ regulas generales vbi nulla est intentio, nullũ est iurm̃, vnde nulla erit obligatio. Sed in tertio casu, qñ cõsentit iurare, sed nõ se obligare, quãuis dissensio sit inter Doctores, verius tñ est dicendum, ꝙ promissa seruare teneatur: iuramentũ enim ex sui natura necessitatem promissa seruandi producit, ideoq; vbi intẽtio fuit iurãdi, & verba sunt prolata iuramenti figurã habentia, statim producta est adimplendi, quod promissum est, obligatio, quæ ab intentione se non obligãdi impediri non poterit. Sotus li. 8. de
6 iu. & iu. q. 1. ar. 7. ad quartũ arg. Sed † in vltimo casu absque cõtradictione erit dicendũ, necessarium esse seruare iuramentũ, & si illicita intẽtio nõ adimplẽdi, peccatũ sit proculdubio, q̃ iuri obligationẽ tollere, sicut ex post facto superueniens nõ posset, ita nec ẽt à principio. sed tandem ad particulares decisiones accedamus.
7 Prima. Qui interrogatus, † Titium an noctu viderit, quem verè viderat, & cognouerat, respondit se nunquam vidisse, secum mente reuoluens montẽ aureũ, aut quid simile. Si hac intentione Titiũ se non vidisse iureiurãdo affirmat, periurus dr̃, & mortaliter peccat, si iurare non cogebatur, vel ipse sponte se obtulit, vel iudex sit cõpetens, vel ẽt iuris ordine seruato iuste iurare coactus fuit, D. Th. 2. 2. q. 89. art. 7. ad quartum. iuris aũt ordinẽ tunc seruari dicimus, qñ de eo, quod qs interrogatur habetur semiplena probatio, vel eius infamia præcesserit, vel indicia approbata intercederent, Nau. in Manu. c. 12. nu. 18. ver. ex quo. & c. 18. n. 57.
8 Secũda. Iurantis † verba sunt intelligẽda secundũ intentionẽ, & mentẽ iurãtis, c. humanę aures, c. qui peierare. §. ex his. 22. q. 5. c. 1. de iureiu. li. 6. in fi. verbis. modo iurans nulla fuerit vsus arte, calliditate, versutia dolo in verborũ cõceptione: quod si is, qui iurauit, vsus fuerit in conceptione verborũ dolo, arte, aut calliditate ad decipiendũ eum, cui iuratur, tunc ẽt in foro animę iuramentum intelligendum est, secundum sensum, & mentem eius, cui iuramentum fuit præstitũ, d. c. qui peierare. §. ex his. quacumque arte, 22. q. 5. D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. ad quartum. vbi optimè Caietanus.
9 Tertia. Qui à iudice, † vel ab alio interrogatur de iis, de quibus testimoniũ ferre non cogitur, & iurare cõpellitur, poterit secũ aliud dũ iurat, cogitare, & ita illũ decipere, vel ẽt dicere se nescire, quò illi manifestare teneatur, per c. vtilẽ, 22. q. 2. Nauar. c. 12. nu. 18. Mentiri aũt simpliciter non põt absque peccato, D. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 1. & 2. Couar. li. 1. var. resol. c. 2. nu. 2. [Item quid de vxore suspecta apud virũ de adulterio, quod commisit: Nunquid postquam de peccato confessa fuit, & pęnituit, iurare põt, ꝙ de adulterio in culpa nõ sit, propter vitandũ scandalum viri, qui non põt aliter placari, nisi iuret, & ad hoc eam cogit? Respondet Rod. ꝙ potius dẽt omnia mala perpeti, quàm hmõi temerarium iuramentum subire; cum nondum possit esse certa, ꝙ huiusmodi culpa sit ei remissa, vt ext. de purga. c. accepimus. Si tñ talis mulier cõpulsa iusto metu iuraret sub verbis duplicibus, quę cõtinent verũ in vno sensu, & in illo sensu intelligeret, licet vir aliter intelligeret, forte non peccaret, si p cautelã huiusmodi malitiã eius excluderet. Astẽ.

lib.

lib.1.de iur̃o.ti.18.ar.7.ver.q̃d de vxore.]
10 Quarta. Qui † iurat animo non iurādi [minime obligatur in cōſcientię iudicio ratione iuramēti: quia animū iurandi nō habuit. Sed tñ hic peccatū mortale committit, quippe qui pernitioſo vtatur mēdacio in graue diſpendiū publicæ, & humanę actionis:ad cuius confirmationem, & tutiorē vim ſolent iuramēta exigi: atque ideo ſi is, à quo iur̃m exigitur ad confirmationē alicuius actus,nō habeat iurandi animū,publicæ vtilitati, & humanis commertijs illudit. Deinde diuinā maieſtatē offendit, quippe qui actu exteriori diuinū nomē aſſumit,actu vero interiori diſſentit ab hac inuocatione diuini teſtimonii, quod nihil aliud eſt q̃ quędam diuini nominis illuſio,ita Caie. 2.2.q.89.ar.7. Aſtenſ.lib.1.de iura. ar.7. Sot.lib.8.de iu.& iu.q.1.ar.7.ex quibus rationibus colligo,ꝙ tenetur hic ita iurans ēt in animæ iudicio iuramentū ſeruare,ſi id exigatur,non ratione iuramēti ex vi eiuſdē,ſed ratione ſcādali uitādi exterioris,] quod vere oriretur, ſi iur̃m nō ſeruaret,(v.g.) ficte qui iurauit in re alicuius momēti ſi aliter perſuaderi nō poteſt ſe nō uere iuraſſe,tenetur iuramentū ſeruare,ne habeatur in aliorū opinione periurus, & hoc ſub reatu peccati mortalis,Couar.ti.de pact.1.par.§.5.nu. 2.pro quo facit ſententia Bal. in l.ei qui ſeruo.C.quod cum eo.ſcribentis,ei,qui promiſit alteri centum aureos abſque animo promittendi, non teneri abſolutè ex promiſſione, ſed ex alia æquitate cogendum fore promiſſa ſeruare.

11 Rurſum, † qñ quis vt puella frueretur,fictè illi iurauit eā,ſi conſenſum præſtiterit,ducere in uxorē,tunc tenetur ſeruare promiſſum, quippe qui pernitioſo vtitur mendacio,Sotus lib.8.q.1.art.7.

12 Quinta.Qui in nemore † captus à latronibus, vel in alia neceſſitate poſitus aliquid dare,aut facere promittit, & verba iuratoria profert,ſi iurandi animū nō habet,mortaliter peccat,Caiet.2.2.q.89. art.7.& ante abſolutionē tenetur hoc iuramentū ſeruare: quia Eccleſia quo ad exterius iudiciū potius præſumit iurādi animū, ne præſumat mortale peccatū,c. veniēs,de iureiu.Couar.ti.de pact.1.par. §.5.nu.3. Verum ſi iſte aliud mente cogitauerit,(v.g.) promitto dare, aut facere ſi à iudice coactus fuero,vel ſi cęlū ruat, vel quid ſimile,tūc à peccato erit immunis, & iuramentū ſeruare nō eſſet cōpellendus,Arch.in c.hoc uidetur,nu.6.22. q.5.Sylu.in verbo iuramentum,4.nu.7.

13 [Sed quid ſi † quis coacte iurauerit rē dare, & nō petere abſolutionē à iur̃o. Dic ꝙ poteſt adhuc Eccleſiæ denūciare, & Eccleſia ad eius denūciationē ipſum proprio motu abſoluere,extra de iureiu. quēadmodum, in fi. Sed no. quod iur̃m præſtitū ſuper dānis non repetendis non obligat, quin expēſæ repeti poſſent; quia aliud eſt dānum,aliud expenſæ, extra de

14 iureiu.ad noſtrā.† Excipiuntur aūt nouē caſus,in quibus non valet,licet interueniat ſacrum metu extortum. Primus in matrimoniis, quæ debēt eſſe libera in contrahendo.extra de ſponſa.cū locum. Secundus in promiſſione dotis eadē ratione.ff.de iis quę met.cauſa.l.ſi mulier. §.ſi dos.Tertius in alienatione rei Eccleſiaſticæ, extra de reb.eccl.nō alien.ſi q̃s presbyterorū. Quartus in iuriſdictione proroganda,ff.de iud.l.2. Quintus in uoto,extra eo.c.1.& de voto.c.licet.Sextus in authoritate tutoris,ff.de auth. & conſent.tut.l.1.in fi.Septimus, vbi quis per metū facit teſt̃m, ff.de teſta. l.quæ teſtamento in fi.Octauus in ſententię prolatione,11.q.3.iniuſtū.Nonus in procuratoris inſtitutione,arg.extra de proc.accedēs. Omnes hos caſus ponit Hoſt. ti.de his,quę vi.c.ſi.& ſex Ber.ext.eo.c.Abb.]

15 Sexta. Vtrum aūt is,qui † extorſit aliquid per metū, teneatur reſtituere. Rñdeo breuiter,ꝙ reſtituere tenetur nō ſolum habita per talem metum, ſed etiam omnia, quæ amiſit ille, cui talis fuit illatus metus. l.ſi cū exceptione. §.Pedius. ff.quod met.cau. Quod tamen fallit, ſi dans fuit in cauſa ſui metus,(verbi gratia,) minatur quis accuſationem de crimine ueraciter perpetrato, licet talis,qui

mina-

minatur, turpiter accipiat aliquid, vt ab accusando desistat: tñ necessario restitue re non tenetur, si alius potuit donare. Si vero incutitur timor iniustè: (Exemplũ) pater comminatur interficere adulterũ cum filia, quod de iure ciuili licet, tali timore extortum tenere non poterit in conscientia; nisi in recompensationẽ sui interesse, puta famæ læsæ, & huiusmodi, facit tex. cum glo. in c. inter hæc. 32. q. 2. Sylu. in ver. metus. quæst. fi. & 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum vergens in deteriorẽ exitum, non seruandum, & quot modis vergat.*
2 *Iuramentum vergens in exitium salutis æternæ, periurium est potius; nec seruandum. nu. 9.*
3 *Res minima, vel indifferens, impossibilitas, & magna difficultas, in iuramento non seruato excusant à mortali.*
4 *Necessitas licet excuset à periurio, non excusat à foro.*
5 *Iuramentum, vbi licet cogentem deludere, non seruatur.*
6 *Iuramentum defuncti seruare non cogitur hæres.*
7 *Iurans per se, & suos hæredes, non obligat in spiritualibus hæredes, secus in temporalibus, vt nu. seq.*
9 *Iurans quod ex se malum est, propria authoritate, & sine absolutione potest contrauenire.*
10 *Iuramentũ de non loquẽdo cũ aliqua persona, quãdo egeat, vel non, dispensatione.*
11 *Iurans de non faciendo aliquod melius bonum, vel de non mutuando, aut fideiubendo, quo casu venialiter, & quo mortaliter peccet, & an obligetur.*
12 *Vir iurans se non acturum rerum amotarum, seruare non tenetur.*
13 *Iuramentum de non denunciando, non tenet; præsertim in crimine committendo, secus in commisso.*
14 *Pecunia data, quò non denuncietur crimen, restituenda.*
15 *Iuramentũ famuli de denunciando domino furantes eius bona, an seruandũ sit: & quid de testibus synodalibus, vide ibi.*
16 *Iuramentum in re, quæ vitæ interitũ afferat, non implendum; neque etiam votũ.*
17 *Iuramentum non contẽnit, qui animi causa, & de modico ludit.*
18 *Iuramentum adeundi Hierosolimam si luserit, non est Papæ reseruatum.*
19 *Voti commutandi facultas ad iuramentũ non extenditur.*
20 *Iuramentum prælati, de non alienandis bonis Ecclesiæ, quam vim habeat.*
21 *Promittens dare aliquid nomine pœnæ si ludat, valet promissio.*
Mulier à marito pœnam, quo casu possit stipulari.
22 *Iuramento de re parui momenti non seruato, lethale non admittitur crimen.*
23 *Iuramentum in re indifferenti propria authoritate infringitur.*
24 *Impossibilitas quo casu liberet iurantem à periurio, & quo non.*
25 *Iuratæ rei in aliam commutatio, quando fieri possit sine peccato, & quando secus.*
26 *Iuramentum non ligat iurantem nimio furore turbatum.*
27 *Iurans redire ad carceres, an adimplere teneatur; & quando ẽt redeundo peccet.*
28 *Iuramento non obstante, ex causa rationabili licet euulgare secretum.*
29 *Votum de non iurando, non frangitur in teste iurante.*
30 *Testis non tenetur cœlare secretum; fallit tamen duobus in casibus.*
31 *Iurans iniustè coactus, si aĩo sub aliqua cõditione promittat, ea adueniẽte tenetur.*
32 *Iurans coactus se pecuniam latronibus daturum, tenetur adimplere.*
33 *Iuramentum vsuras soluendi, an ita seruandum, vt absolutio peti non possit.*
34 *Absolutio à iuramento, an peti possit post incursum periurium.*
35 *Pecunia iuramento promissa latronibus, an recipiat compensationem, vide.*
36 *Filius iurans non recedere, vocatus à patre recedens, non est periurus.*
Superior proprie intelligitur summus Pontifex.
37 *Iuramentum sine præiudicio superioris intelligitur, vbi agitur de iure superioris, limitatur, vt nu. 36.*

Iurans

38 *Iurans non exire domum, exiens citatus à iudice, non est periurus.*
39 *Superioris authoritas semper in votis excepta intelligitur.*
40 *Praeceptum iudicis ex iusta causa liberat debitorẽ non soluentẽ à periurio. nu. seq.*
42 *Filius scholaris debitum contrahens ratione studii, videtur se obligasse de consensu patris.*
43 *Conditio, si res in eodem statu permanserit, subintelligitur in iuramento, & vide exempla.*
44 *Iuramentum de non offendẽdo inimicum, intelligi, nisi lege permittente, vel de inimicitia praecedenti. nu. 47.*
45 *Periurus non est, non seruãs iuramentum socio sibi promissum non seruante.*
46 *Iurans stare mandatis, intelligit de moderatis.*
48 *Iurati sibi inuicẽ, mutuo consensu à iuramento liberãtur: idem de eo qui iurauit, vt & alter illud ipsum seruaret, nu. seq.*

Quibus causis liceat iuramentum non seruare. Cap. XVIII.

RElìquum est pro absolutione eorum, quae ad nostram mate riã iuramenti spectant, vt declaremus, quibus ex causis iuramentũ nõ seruare liceat: quod quibusdã regulis dignosci poterit. Quarũ † prima sit, vbi vergit in deteriorem exitum; vergere autẽ in deteriorem exitum est, qñ peius est ipsum implere, quam infrin gere, Sotus lib. 8. q. 1. art. 7. col. 4. Quod quidem contingere potest multipliciter.
1

Primo, quando vergit in interitũ salu tis spiritualis, idest in dãnũ animę: quia videlicet est mortale, aut veniale. Hinc infert Arch. ꝙ iurãs facere aliquid, quod est veniale peccatũ, illud iurm̃ non debet seruari, pro quo optime facit tex. in c. 2. de pact. li. 6. & ibi Io. And. & rõ est, nam cum veniale peccatũ opponitur feruori charitatis, consequitur ex hoc, nullam posse ẽt prętito iuramẽto constitui obligationem ad id agendũ, Abb. & Fel. in c. si vero, de iureiu. Zab. in clem. 1. de vsur.

Secundo si vergit in praeiudiciũ salutis corporalis directè, vt quia esset aliquid mortale corpori suo, vel proximi. Vel tertio si vergit in dispendiũ salutis aeternae, quod idem incidit cũ primo. Vt si quis iurauit sanctimonialẽ corrumpere, vel patrẽ suum interficere, vel esset iuramentũ fauens vsuris. & tunc propria authoritate põt cõtrauenire, c. 2. 23. q. 4. notat Inn. de elect. venerabilẽ. tale enim iurm̃ nullo pacto seruandum est, c. non est obligatorium, de reg. iu. li. 6. d. c. si vero. & c. cum quidam. §. vlt. c. sicut, de iureiur. c. in malis. cum similibus. 22. q. 4.
2 & † potius dicitur tale iurm̃ periurium, c. 1. de iureiu. li. 6. [licet debeat pęnitere. 22. q. 4. c. 1. & seq. si uero possit seruari sine interitu salutis aeternę, sed alias esset temerariũ, & pernitiosum exemplo, vel periculosum, vt in c. venerabilẽ. de elec. non debet venire contra, sine authoritate superioris, de iureiu. si uero, & c. cum quidam. §. fi. & c. verum. Idem si dubiũ est, si autẽ temerarium tantum esset, & nõ pernitiosum exemplo, nec periculosum, tunc illud seruari debet, de iureiu. si uero. nisi esset metu, vel dolo extortum; quia tunc semper talia iurã absoluuntur, de iureiu. c. verũ. & c. cũ contingat. notat Inn. in d. c. venerabilem. nu. 5. de elect.]
3 Secunda regula est. Vbi † minimũ est quod promittitur: tunc non obseruare, non erit saltem mortale peccatum, qñ iu rando mens verbo concordat. Idẽ quando id, quod iurat, est indifferens, vt no. Do. Ant. de But. in c. si vero, de iureiu.

Tertia, ubi superuenit impossibilitas, uel necessitas, aut magna difficultas. cap. querelam, de iureiu.

4 Sed aduerte, quod licet † necessitas excuset à periurio, non tamen excusat à foro. Vnde cum ratione iuramenti quilibet efficiatur de foro Ecclesiae, ut est tex. not. in c. 3. de foro comp. in 6. poterit aliquis ratione iuramenti, non obstante necessitate, qua iuramentum adimpleri nõ possit, conueniri coram iudice Ecclesiastico, ita dixit Io. And. in d. c. 3.

5 Quarta, ubi licuit † iniustè iuramentũ extor-

extorquentē deludere, si calliditate aliqua uerborum usus fuerit ad inducendum ad iusiurandum, ut superius diximus, c.6.nu.2.nā tunc secundum mentē proferentis iuramentum intelligitur.

6 Quinta ratione † hæredis, qui non cō pellitur obseruare iurm̄ defuncti, ita Io. And. in c.3.de foro compe.li.6.& de sepul.c.fi. Et ratio est, quia iuramentū ex parte iurantis est personale, ut in c.ueritatis, per Inn. & Io. And. de iureiu. inde est, quod hæres non incidit in periuriū, licet ueniat contra iurm̄ defuncti. Et nō obstat illud, quod dicitur, q̄ persona hæredis, & defuncti eadem censeatur, ut in Auth. de iureiu à mor. præsti. post princ. & q̄ hæres repræsentet personam defuncti, l. cum à matre. C. de rei uend. & l. mortuo. ff. de fideiuss. quia prædicta procedunt in temporalibus, secus in iurō,

7 & quo ad periurium. Vnde licet † quis iuraret per se, & suos hæredes, tamen spiritualiter non pōt obligare hæredem, licet honestum sit, ut in spiritualibus obligationibus filius sequatur uoluntatē patris, tn̄ non est necessarium, ut no. in c.1. de desponf. impub. & in c. ex litteris, el secondo, & c. ueniens, de sponf. Vnde licet ratione iuramenti obligatio quo ad temporalia transeat ad hęredē, ut per glo. no. in d.c. ex litteris, el secondo: tn̄ secus in spiritualibus, in quibus cū ligetur anima, sine proprio consensu, & spirituali mandato ligari non pōt, facit cap. ut circa, de

8 elect. lib.6. Quare † & si quo ad ualiditatem contractus iurm̄ defuncti obliget hæredem, ut dixit glo. not. in c.2. in fi. de pact. lib.6. & sequitur Bal. in auth. sacramenta. C. si aduer. uend. non tn̄ filius uel hæres dicitur periurus, si non sequitur factum defuncti. Et quamuis quandoq; hæres possit compelli per iudicem ad satisfaciendum animæ ipsius defuncti, tamen illud non est ratione iuramenti, sed ratione causę, quæ talis est, ut teneatur hæres satisfacere animæ defuncti. Stet igitur regula firma, quòd hæres non teneatur sequi iuramentum defuncti.

Sexta, & ultima est, propter multas conditiones, quæ in iuramento subintelliguntur, iuramentum non est seruandum. Sylu. in uer. iuramentum. 3. q.1. sed hæc exemplis modo declarabimus, & explicabimus, & primo.

9 Qui iurat id, quod secundum † se malum est, ut perpetrare homicidium, uel parentes non honorare, cum ipsis non loqui iurando, peccat mortaliter, & propria authoritate sine absolutione à iurō pōt uenire contra illud, uidetur probari in c.1. ubi Fran. de iureiu. lib.6. Do. Ant. de But. in c. uenerabile, in fi. de elect. Sotus, de iust. & iu. lib.8. q.1. ar.7. col.4. Couar. tit. de pact. §.6. nu.5. 1. par. qui ampliat, siue iurans babuerit animum agendi, quod iuramento promiserat, siue nō: quia nomen Dei in uanum assumpsit, ipsum in testem assumens falsę promissionis, quod idem notat Sylu. in uer. iuramentū. 4. q.1. [& ratio ponitur in c. duo mala, & in c. nerui, dist.13. ubi scriptum extat minus malum esse iurm̄ noxium frangere, quàm ipsum adimplere, etenim in primo casu Creatorē offendimus, & nostram animā maculamus, cū uero noxia promissa complemus, & Dei iussa cō tēnimus, & proximis nocemus, & nosmetipsos offendimus, quare cum illinc duplici culparum gladio pereamus, hinc tripliciter iugulemur, constat illud esse eligendū, quod minus grauat, & per consequēs deierare, quàm malum cōmittere, arg. tex. in c.1. de treu. & pa. Quāuis, ut adnotauit glo.1. in d.c. duo mala, nulla est hic iuramenti uiolatio, c. si aliquid, 22. q.4. Sed dr̄ peierare, quia ita opinatur. hoc idē S. Tho. explicat 2.2. q.89. ar.7.]

10 Sed aduertendū † est, circa iurm̄ non loquendi cum parentibus, uel extraneis, aut aliis consanguineis, quod si illud nō loqui, est ex indignatione, uel quia non uelit præbere officium charitatis, tunc tale iuramentū non indiget absolutione, quia militat contra charitatē. Sed si non loqui cum consanguineis, uel extraneis iuramentum præstaretur ex aliqua iusta causa, ut quia sermones illius essent corruptibiles, tunc iuramentū indigeret dispensa-

ſpenſatione, & ſtante illa cauſa iuramentum eſſet ſecundum Do. Ant. de But. in c. cum quidam, de iureiur.

11 Secundo, qui iurat † ſe non facturũ aliquod melius bonũ, quod tñ facere non tenetur, peccat quidẽ venialiter iurãdo, quatenus obicẽ ponit ſpiritui ſancto, qui eſt boni propoſiti inſpirator, non tñ peccat iuꝛm ſeruando; ſed multo melius facit, ſi non ſeruet, D. Th. quodlib. 3. ar. 14. Abb. in c. ſi vero, el 3. de iureiu. colligitur ex Gratiani reſolutione ĩ c. fi. §. fi. 22. q. 4. Vnde ſi quis iureiurando promittat nõ mutuare pecunias, non fideiubere: certe in caſibus, quibus id officium impendere tenetur, ſub mortalis, aut uenialis culpæ reatu, dubio procul peccabit, ſi iuꝛm ſeruet, & peccabit iterũ iurando, Do. Anto. de But. in c. cum quidam. nu. 9. de iureiu. & ratio eſt, quia tale iuꝛm non obligat, vbicũque proximus ut reus indiget fideiuſſore: quia ex præcepto tenemur diligere proximũ, de pœn. diſt. 2. §. proximos. ergo per iuꝛm non poſſumus nos ſubtrahere ab hac pietate ex neceſſitate facienda, vt in c. ſi diligenti. de foro cõp. [Quod quidẽ dictum amplia, ẽt in clerico, contra Old. conſ. ſuo 89. qui dicebat, ꝙ ſi clericus hoc iurat, & tunc tale iuꝛm non eſt illicitum, quia ad hoc de iure tenetur, c. 1. de fideiuſ. quia eius dictũ tantum procederet ſi non haberet bona patrimonialia, & frequenter fideiuberet, vt innuitur in d. c. 1. verbo inſeruiẽs, quod frequentiã denotat, vt ibi per gloſ. quia ſi hẽt bona patrimonialia, ita ut poſſet proximo ſubuenire, non video cur patrimonialia non poſsit obligare fideiubẽdo, ut not. Hoſt. in d. c. 1. cum clerici ſint adſtricti multo magis ad opera charitatis, ꝗ̃ laici, quia nulli debent velle nocere, oĩbus aũt prodeſſe, vt dicit tex. 24 q. 5. c. denique. & de poſtu. c. fi.] Et eodẽ modo dicẽdũ eſt de iuro de non mutuãda pecunia: quia nõ obligat, quo minus poſsit, & debeat fieri mutuũ indigẽtibus, per not. per Io. And. in c. 2. de ſolut. Extra tñ caſum neceſsitatis, & ſi poterit tale iuꝛm ſeruare, tñ melius faciet venire contra iuꝛm. Siue proximus ſit in extrema neceſſitate conſtitutus, ſiue non. Couar. in rubr. de pact. par. 1. §. 6. nu. 7. ver. ſexto.

12 Tertio vir † qui iurat non agere contra vxorẽ rerum amotarum, obſeruare iuꝛm non tenetur, quia huiuſmodi obſeruatio occaſionẽ præberet mulieribus furandi. l. conuenire. ff. de pact. dotal.

13 Sic qui iurauit † aliquẽ non denunciare, non tenetur illud iuꝛm adimplere, vide gl. in c. ad noſtrã, el 2. de iureiur. quia eſt contra bonum animæ delinquentis, & charitatis. 2. q. 1. cap. ſi peccauerit, de iudic. cap. nouit. Quod tamen procedit, quando denunciatio principaliter eſſet propter bonum publicũ, licet ſecundario propter priuatum. Syl. in ver. iuꝛm 4. q. 11. Adnotandum tñ eſt, quod ſm Panor. in c. quemadmodum. §. 1. nu. 14. de iureiur. hoc procedit, quo ad crimen committendum; quia præſtat materiam peccandi, ff. de pactis. l. ſi vnus, §. illud. & §. pacta. ſecus reſpectu criminis iam commiſſi, ita tex. iuncta glo. in d. c. quemadmodum. quia tunc ceſſat cauſa peccãdi.

14 Si tñ quis † pecuniã acciperet, turpiter acciperet, & de conſilio eſſet reſtituẽda: q̃a moueri debet ad nõ accuſandum ex charitate ſperans correctionẽ, & non ex cupiditate: Sed qui pecuniam acciperet de non accuſando reſpectu criminis perpetrãdi, teneretur ex præcepto ad reſtitutionẽ, Sylu. in ver. Accuſatio. q. 6.

15 Quarto nec etiã † famulus, qui Dño iurauit denũciaturũ, ſi quẽ ſciuerit eius bona ſubripuiſſe, ſeruare iuꝛm tenetur; ſi dñs eſſet truculentus: ſed ſi manſuetus eſſet, & probabiliter crederetur rationabiliter ꝓceſſurus, ſi res ſublata erat ſub eius cuſtodia, reuelare tenetur. Idẽ ſi non eſſet ſub eius cuſtodia, modo probare poſſit; ſi vero non põt probare, reuelare non tenetur, 2. q. 7. c. quia plerique, niſi in caſu, cui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, facit tex. in c. hoc videtur, 22. q. 5. Et ſi aliter iurauit, iuꝛm nõ fuit licitum, vnde nec obligatorium. Idem dicit Hugo de teſtibus Synodalibus, quod non teneantur denunciare Epiſcopo, licet

cet iurauerint, nisi crimina, quæ probare possunt, 23.q.4.c.quisquis, alias esset pro ditor criminis, 2.q.1.c.si peccauerit. nisi hoc faciet secretò Episcopo, vel alii qui pôt corrigere paternè, arg.tex.in d.c.hoc videtur. Sylu.in ver.familia.q.8.

16 Quinto. Qui† aliquid iurat quod vergit in interitū salutis corporalis, illud adimplere non tenetur: Quod procedit, siue iurm tendat in mortem alterius, c.2. 22.q.4.siue in propriā. Hinc Panor.in c. si vero, nu.2. de iureiur. inuehitur contra Carthusienses, ꝙ non obstante regula, & voto, debent carnes comedere, qñ non aliter possent morté euadere, quam pp esum carnium: quia sicut iurm, ita & votum, nō ligat propter periculum mortis, cum paribus passibus ambulét, quod verū est, quando ex aliquibus circunstātis medici affirmarent infirmum moriturum absque prædicto esu carnium.

Sic etiam, qui iuraret Romę moraturum mense Augusto, si à medicis iudicaretur moriturus ex tali mora, illud iuramentum non esset obseruandum, D.Anto.in d.c.si vero, nu.4.de iureiur.

17 Sexto. Qui† non ludere iurauit, si recreandi animi causa de modica quantitate pecuniæ qñque luserit, iurm contenere non creditur: quod in dubio de ludo magnæ quantitatis, ac uitioso intelligitur, Nau.c.12.nu.11.ubi inquit iustā nō esse causam in hoc casu dispēsandi magnū ludendi superueniés desideriū in iurante.

18 [Quamuis si iusta† causa adesset, posset relaxari, tū à Papa, tum ab Epo, quia non est de reseruatis Papæ, Nauar.eo.c. nu.75. Sed, an alius, quàm Papa possit relaxare iuramentum de adeundo Hierosolymam, si ludo illicito luderet. respōdeo, ꝙ sic: quia non est de reseruatis Papæ, sicut est relaxatio uoti, id ipsum faciendi, Nauar.in Manua.c.12.nu.32.Io. Tab.in ver.iurare, num.21.& Nauar.de iureiur.lib.2. cons.5.nu.4.

19 Qui ēt dicit, †nu.6.ꝙ non pôt relaxari à Confessario legitimè electo per Iubileū, in quo datur facultas dispensandi super votis, nulla facta mentione de iuris: quia sunt diuersa, & à diuersis nō fit illatio.l.Papinianus exuli, ff.de minor. præsertim in dispēsationibus quę sunt odiosæ, & exorbitātes à iure, c.quæ à iure, de reg.iu. li.6. Facile tñ putat posse absolui à sacra pęnitentiaria à pręfato iurō. Sed redeundo ad modicam quantitatem.]

20 Sic in iuramento† prælati de non alienando inconsulto Papa, non comprehenditur res modica, vel paruæ utilitatis, Panor.in cap.ut super, de rebus eccle. non alien. qui facit singularem theoricam, ꝙ iuramentum simpliciter præstitum de rebus eccle.non alienandis, restringitur ad alienationem illicitam, ut in c.fi.in gl. in ver. assensu, de eccl.ædif.

Immo nec etiā in casu utilitatis: quia necessitas, & vtilitas æquiparantur in iure, vt notatur in summa.12.q.2.Arch. in c.non est contra, 22.q.1.

21 Sed vtrum†, si aliquis ludat multum, & faciat instrumentū amico suo, non ludere, & si ludat, promittit sibi dare tantū nomine pęnæ, an ualeat instrumentū, & stipulatio? Resp. ꝙ sic; facit quod not.in l.fi.C.de aleato. & per hoc sumitur cautela, per quam quis retrahitur à ludo, facit etiam quod notant Doctores, Bart. Bal.& Franc.de Aret.in l.ex parte.§.mulier.ff.de verb.obl. ubi est tex.litteris aureis scribendus, ꝙ potest uxor à marito stipulari pęnam, si redierit ad concubinam, uel si cōcubinam acceperit, & hoc, ut coniuges honestè, & pudicè uiuant, & tollatur occasio adulterandi.

22 Septimo pari† ratione manifestum est iurm, quod licitum est in se, uel alteri utile, si nullius est, uel minimi momenti, ut uerberare filium, uel dare aliquid paruū, ut pomum, & huiusmodi non obseruando, non esse peccatum mortale, quamuis iurans intenderet seruare. Sylu. in uer. iuramentum.4.q.1.uer. circa hoc.

23 Octauo, qui† indifferens aliquid iurat, ut ire ad uillā, non esse militē, uel negotiatorem, uel non recipere fundum à tali dño, dato casu, quo quis uiuere nequeat, nisi ueniat contra iurm, illud seruare nō tenetur, & propria authoritate

contrauenire pôt:quia si à principio fuisset iste casus præmeditatus, iurm fuisset temerarium, vnde contrauenire potest propria authoritate. D. Ant. de But. in c. si vero, de iureiur. Sylu. qui s.q. 1. ver. 3.

24 Nono, qui iurat † aliquid se daturum Titio tali tempore, si superuenerit postea impossibilitas, vel necessitas, vel magna difficultas, illud adimplere non cogitur. Nam de impossibilitate dicitur, impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de reg. iur. De necessitate vero, vel magna difficultate dicit Abb. in cap. querelam, primo not. & in c. breui, de iureiu. quòd excusat à periurio: ratio est, quia Deus respicit animum, & non manum. cap. si quid inuenisti. 14. q. 5. Verum circa impossibilitatem, si tempore iuramenti quis probabiliter credebat se non posse implere, tunc iurando peccauit mortaliter, quia defuit vel veritas, uel iudiciũ, & sic dicitur periurus: esset tamen iusta causa petẽdi dispensationem, vel cõmutationem, vt id fiat, quod fieri pôt: secus si probabiliter credit se posse facere: tunc enim periurus non dicitur, Sotus de iust. & iu. lib. 8. q. 1. ar. 7. col. 3.

25 Decimo, qui † rẽ iuratam cõmutat in euidens melius, nullum peccatum committit, iurm non seruando, c. peruenit, el 2. de iureiu. facit tex. in c. scripturæ, de voto, & propria authoritate contra illud uenire pôt. At si bonũ iuratum nõ esset impeditiuum maioris boni, sed vtrũque fieri posset, non posset contraueniri iuro, absque authoritate superioris, & similiter, si esset dubium. Nam in vtroque casu necessaria est authoritas Episcopi. Do. Ant. in cap. 3. nu. 5. de iureiur.

Præterea, quando iuramentum non concerneret vtilitatem alterius; quia si concerneret, etiam si vnum sit totaliter impeditiuum alterius, non posset quis contrauenire: nam debitor, qui iurauit dare vnam rem, non potest dare aliam meliorem pro illa, inuito creditore, Syl. in ver. iuramentum. 4. q. 20.

26 Vndecimo, qui † animo turbatus aliquid facere iurat, ẽt si licitum sit, minime adimplere cogitur; si turbatio tanta sit, quæ iuranti iudicium adimat ex nimio furore, c. si quis iratus, 2. q. 3. Syl. qui supra, q. 9. qui asserit in materia iuramẽti deliberationem dupliciter sumi.

27 Duodecimo, qui † iurat redire ad carcerem, potest absque periurii, & mendacii labe non redire ad carcerem, si carcer esset iniuriosus, idest contra iura, cap. 1. quod met. cau. quasi esset alicuius latronis, vel tyranni, secundum glo. commu. approbatam in clem. pastoralis, ver. per violentiam, de sent. & re iud. Syluest. in ver. iuramentum. 4. q. 26. aut iudex ille sit incompetens, vel etiam si competens, sed iuris ordine non seruato, Nau. c. 12. nu. 18. Quinimo, qui iurat redire ad carcerem, in quo iniquissimè retinebatur, si cum probabilibus coniecturis mortẽ timet si redierit, peccat, & grauiter quidem redeundo: quia facit id, ex quo sequitur mors, ergo suiipsius est homicida, Couar. lib. 1. var. resolu. c. 2. nu. 7. qui disputat ad partem: tamen quòd redire nõ teneatur cõcludit. Verum si carcer non esset iniuriosus, seruare cogitur, etiam si mortem sibi inferendã certo certius credat. Caie. 2. 2. q. 89. art. 7. ad quartum, an vero liceat capto fugere à carceribus, & an liceat cum damno custodis, nos infra in octauo præcepto, cap. 3.

28 Tertiodecimo, qui † secretum apud se quicquã seruare iurauit, si pandit sine vrgenti, & rõnabili causa, peccat mortaliter: cũ sit contra ius naturale: sed ex causa rõnabili, & vrgenti, puta si immineat rõnabile nocumentum corporale, uel spirituale Reipublicæ, vel particularis personæ, vt cum aliquis quæritur, vt occidatur, debet manifestare non obstante quacunque promissione, vel iuramẽto, cap. non est obligatorium, de reg. iu. li. 6. Nec tenetur seruare ordinem fraternæ correctionis, nisi certus esset de emendatione per secretã admonitionẽ, Sylu. in ver. secretum. nec ẽt peccat, si pandit iis, qui possunt prodesse, & non obesse. cap. hoc videtur, 22. quęst. 5. vel si producatur in testem, tex. est iuncta glo. in cap. nerui,

nerui, ver. à transgressionis, dist. 13. Inn. in c. qualiter, de accus. el 1. nam interpretatur iurm̃ hoc, nisi fuerit productus in
29 testé, immo† ẽt si vouisset quis nũquàm iurare, tñ tenetur dicere veritatem cum iuro, & non frãgitur ex hoc votum, arg. c. venientes, de iureiu. ſm Io. And. ut refert Inn. in c. quia plerique, de offi. ord. lib. 6. Verum, quod diximus, ꝙ non te-
30 netur celare † secretum qñ producitur quis in testem, fallit, qñ qui exigeret iuramentum, esset homo sæuus, de quo verisimiliter præsumeretur, ꝙ procederet iuris ordine non seruato, Sylue. in ver. iurm̃. 4. q. 15. vel etiam qñ commissa in secreto essent talia, ꝙ nulli præiudicat ẽt: nam tunc tali casu ẽt si quis esset requisitus in testem, non tenetur illa prodere, ẽt ex præcepto superioris: quia seruare fidẽ est de iure naturali, contra quod nihil potest homini pręcipi, Sylu. in ver. confessio. 3. q. fin. in fi. & in ver. testis. q. 8. ver. secundum. Si tamen superiori iustè præcipienti obtẽperaret, non peccaret, Abb. in c. dilectus, de excess. prælat.

31 Decimoquarto, qui † iniustè coactus aliquid cũ iuratoria cautione promittit, periculum euitare cupiens, sed secũ ita ait: Ita demũ promitto, si nauis ex Asia venerit, aut quid simile, licèt hoc nõ exprimat, tñ seruare non cogitur, nisi nauis ex Asia venerit. c. humanę aures. 22. q. 5.

32 Decimoquinto, qui† à latronibus coactus aliquid dare cum iuro promittit, aut facere, seruare cogitur, nec vis excusat, quamuis potuisset latrones calliditate decipere, Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7. Couar. in rubr. de pact. §. 1. nu. 3. quicquid teneat Panor. in c. si vero, in fi. de iureiur. vnde si latrones calliditate non deceperit, tenetur pecuniã promissam soluere, quam tñ ab ipsis põt repetere, & ipsi latrones tenentur in foro conscientię eã restituere, cum nullo pacto fuerit in eos translatũ dñium, glo. in cap. 2. 15. q. 6. D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. ad tertium.

33 [Quod idem† asseueramus in eo, qui iurauit creditori soluere vsuras. nã licet talis cõtractus iuro non firmetur, ut notat Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. tñ inquit iurm̃ seruandum fore, vt habetur per tex. in c. debitores, de iureiu. põt tamen qui iurm̃ hoc præstiterit petere à iudice Ecclesiastico, ꝙ compellat creditorem hoc iuri vinculũ remittere, ita adnotauit Couar. lib. 1. var. resol. c. 4. nu. 5. Idemq; peti potest à Iudice seculari, ſm Feder. cons. 272. Aut denique is, qui iurauit petet ab ipso Episcopo absolutionẽ huius iuri, quæ facillimè præstanda est eo ipso, ꝙ iurm̃ ex parte recipientis iniquitatẽ habet. c. si verò, de iureiur. Abb. in c. ad aures, de his, quę ui. Bart. in d. l. si quis pro eo, nu. 10. adiiciens, ꝙ obtenta hac absolutione manet ipse debitor liber à contractu omnino, nec tenetur ex eo quicquam soluere creditori. Quod intel-
34 lige, † modo debitor non sit periurus ex mora cõmissa in soluendis usuris; nẽpe quia dies nondum præteriit, intra quem soluere promiserat: Nam si periurii crimine hac ex causa iam est irretitus, præcise soluere debet, ac demum repetere, & hoc in pęnã periurii, Rom. sing. 489. Cępolla cons. ciuili 18. col. 2. Quod si periurus nõ fuerit, & ante absolutionẽ soluerit, põt pecuniam solutã repetere: Nec ad hanc repetitionẽ necessaria est absolutio à iuro, tex. in d. c. debitores. nisi ẽt iurauerit debitor non repetere usuras ẽt post earum solutionem: tunc enim ad repetitionẽ præmittenda est absolutio, ita not. glos. & Doct. tex. in c. 1. de iureiur. item glo. in c. tuas, de vsur. Sed si debitor adiecerit ultra non petere à iuramento non repetendi usuras absolutionem, nihilominus illam potest petere: nam ut rectè adnotauit Fel. in c. constitutus. 4. col. de rescrip. idem in c. 2. de spons. col. 6. non ligat iurm̃, aut uotum de non petenda absolutione, uel relaxatione, quoties melius est, ac Reipublicæ, & saluti priuatorum conueniat eam peti.]

35 Sed, an † promittens pecunias latronibus, possit de ipsis admittere compensationẽ, forte si quis ex eis, uel ẽt omnes aliquid ei deberent. Respondet Sotus, lib. 8. q. 1. ar. 7. uer. 3. denique, quod non.

& si ex dispẽsatione posset fieri dicta cõpensatio. c. verum, de iureiur. c. 1. c. Abbas, de his, quæ vi, aut met. cau. Sylu. tñ in ver. iurm. 4. q. 27. inquit, ꝙ si ideo ego latroni soluere nõ possum, quia ipse mihi non soluit quod debet, vel ẽt cum possem soluere, tñ non soluendo in cõsciẽtia non sum periurus: modo velim compensare quod latro mihi debet, & debita sint liquida, nisi iurans intendisset se obligare ad dandã pecuniam formaliter, vel ad dandam, ẽt si latro non soluisset.

36 Decimosexto. Filius, qui † de licentia patris fuit in studio, sed non pro necessitate studii, sed pro lasciuia, debitum contraxit, & iurauit creditori non recedere ante debiti solutionẽ, si reuocatus à patre, recessit, non est periurus: quia in oĩ iurõ excipitur authoritas superioris, tex. celebr. in c. cõstitutus, de rescri. à contrario sensu. vbi gl. in c. quæ contra mores, dist. 8. facit tex. in c. venientes, de iureiu. de prohib. feudi alien. c. imperialem. §. vl. glo. in ver. Iurõ, in extrau. Ioan. xxij. suscepti, de elect. Doctores reassumunt in l. fi. ff. qui satisd. cog. in propriis terminis Fed. consi. 176. alias 191. vbi inquit, quod si clericus, vel scholaris filius familias iurauerit de non discedendo à studio absque licẽtia creditoris, quod si reuocatur per patrem, aut Epm sine procuratione eius, quod non est periurus, petita licentia, & non obtenta, si recedat: quia nedũ Papæ, sed ẽt alterius superioris censetur ius exceptũ, d. c. venientes. sed aduertendũ est, ꝙ dum dr̃, semper excepta intelligitur authoritas superioris, ꝙ pro superiore propriè capitur Summus Pontifex. Hinc dicimus citatũ à Papa non excusari à personali cõparitione, prætextu iurĩ fidelitatis Imperatori, vel Regi præstiti. ita Quint. Mẽdosij additio ad alleg. Lapi. 15. versi. superioris. Rursum, licet monachus in monasterio remanere debeat, in quo ꝓfessus est: tñ illud verũ est, nisi à suo superiore, & maximè à Papa licentiã habeat ad aliud se trãsferẽdi, quia authoritas superioris semper intelligitur excepta, de iureiur. venientes, glo. in cap. pro illorum, in ver. recepisse, de præben.

37 Igitur vbi agitur † de iure superioris, concludendũ est, ꝙ iurm sine eius prẹiudicio intelligitur, d. c. venientes, vbi agebatur de appellatione, quæ impediri non poterat, quo minus ad pẹnã deferretur, est ẽt tex. in l. fi. ff. ad municip. d. c. constitutus. cum simılib. Quæ conclusio ampliatur non solum in Pontifice, sed ẽt in

38 alio superiore. d. l. fi. Vnde † iurans non exire domum, si citatus à iudice, vt compareat, comparendo non efficitur periurus, ut per Ioan. And. in cap. cum parati, de appel. & per Arch. in cap. authoritatem. 15. quæst. 6. notatur in capitulo, si eum, de præben. lib. 6. per Docto. in cap. quia plerique, de offic. ordin. lib. 6. [Quod extende ẽt, si iurasset specialiter, & expresse non venire ad iudiciũ vsque ad 15. dies, quia si interim citaretur, tenetur venire, licet esset eo casu periurus, aliàs iurm seruaretur in detrimentũ alterius, puta iudicis vocantis, cuius iurisdictio contemneretur, & ẽt partis, cuius iustitiã differret, qđ esse nõ debet, c. si vero. c. verũ. c. cũ cõtingat. in fi. de iureiu.]

Ampliatur secundo, vt multo magis hoc procedat in uoto. Inde est, ꝙ Papa facit de monacho clericum secularẽ, ut in

39 c. quorundã. 74. dist. quia † in votis semper intelligitur excepta authoritas superioris, ut in d. cap. venientes, & c. nõ est, de voto. vnde si Papa absoluit à iurõ, per quod ipse iurans Deo, & homini obligatur, vt in c. authoritatem. 15. q. 6. & not. in c. quanto, de iureiur. & tenuit glo. in c. proposuit, de conceff. præben. fortius à uoto, per quod obligatur soli Deo.

[Ampliatur tertio, ut in iurõ semper intelligatur exceptum ius cõe. Hinc Bal. in c. uenientes, nu. 5. ext. de iureiu. dicit, ꝙ si statuto, uel consuetudine hr̃, vt non possit appellari nisi infra quinque dies, ꝙ istud statutum non intelligitur si appelletur ad Principem: quia ius cõe, quod ad supremã potestatem pertinet, semper uidetur exceptũ, vt no. extr. de iureiu. c. ad nostrã, & ideo poterit appellari infra decem dies, sed ad iudicem appellationis illius

tus terrę non poterit appellare, nisi prout statutum dictat de huiusmodi iudicibus appellationũ illius terrę. Rursum iurans seruare in oĩ causa ordinem iuris, intelligitur pręterquam in notorijs: cum ſm traditiones Canonicas nõ sit ex toto ordo iuridicus obseruandus, q̧ est in alijs obseruãdus, c. ad nostrã, el'3. de iureiur.

40 Limitatur † uero hæc conclusio, ut nõ procedat in iurõ assertorio, quod est de præterito, uel præsenti: quia in tali authoritas superioris nõ uidetur excepta, quia tale iurm, quod est de pręterito, uel præsenti, non recipit aliquã suspensionem. Immo statim est iurans periurus, si falsum iurauit, uel non periurus, si uerum, arg. ff. de uer. obl. l. conditio in pręteritũ, ff. si cer. pet. l. cũ ad præsens, cũ sim. & de hoc iurõ loqutur 32. q. ult. c. ult. ſm Ber. & Host. in c. quẽadmodũ, ext. de iureiu.] Rursum ut procedat, qñ agitur de interesse superioris, secus si nõ agatur de interesse superioris, sed priuatorum: quia iurm pręcisè obligat, nec per superiorem remitti põt, ut per Abb. in d. c. cõstitutus. Hinc iurãs reo soluere, tenetur soluere, & nõ soluendo est periurus, non obstãte pręcepto iudicis, quod nõ soluat. not. in c. significauit, de censi. quia plus est timẽdus Deus, q̃ iudex, quod met. cau. sacris.

41 Quod † intellige, nisi iudex ideo præciperet debitori, ne creditori soluat, quia bona creditoris essent confiscata ob aliquod delictũ, quia tunc præceptũ habet iustã causam, & ideo est ei obediendũ. ff. ad l. Iul. maiesta. l. fi. C. de bonis dãn. l. fi. ff. de iure fisci. l. in fraudẽ. Sic Doctor, qui obligatus est ad legẽdũ in aliquo studio forensi, non põt à patria reuocari: & ratio est, quia Doctor potuit se obligare, nec in tali obligatione tangitur ius superioris, ut no. Dec. ĩ d. c. cõstitutus, nu. 24. qui in d. c. & in c. significasti, in secunda lect. nu. 45. latè explicat dictam qõnem.

42 Sic ẽt † ex hoc dubitabilis redditur decisio Fed. de Senis de filio scholari, & de clerico, qui iurauit creditori nõ recedere: nisi dicamus, q̧ iurm fuerit illicitum, ut not. Do. Ant. de But. in c. constitutus, de rescri. nu. 17. & ibi Dec. quo casu excepta uidetur authoritas superioris.

Limitarem vero prędictam conclusionem primo, qñ contraxisset rõne studii: quia tunc vr̃ se obligare de consensu patris: quia uno cõcesso conceduntur oĩa, sine quibus illud non habet effectũ, cap. præterea, de offi. deleg. [Hinc si datur securitas principali, vr̃ data accessorio. vnde si datur securitas principali, ut possit venire ad ciuitatẽ, & non possit venire sine equo, vr̃ data securitas equo. Item si datur securitas alicui, ut possit cõducere mercimonia, videtur ẽt data, vt illa posit conducere per mulos, & bestias, D. Ant. in c. 2. nu. 8. de pactis.] Secundo si debitũ in parua quantitate contraxisset: quia verisimiliter dicendũ est patrẽ habere ratũ, per ea, quæ dicit Sotus à simili, li. 4. de iu. & iu. q. 5. ar. 2. col. 3. Nau. c. 19. nu. 12. [Sed quæritur; Quid si filius obligatus esset soluere ad annũ, quando soluere tenetur, in principio anni, uel in fine. Dic; Si debet per annũ, & tunc in principio soluere tenetur. C. quando di. leg. ce. l. 1. si debet quolibet anno, in fine. ff. de condi. & demon. l. si in annos. vide hanc materiam ff. de verb. obl. l. qui hoc anno.]

43 Decimoseptimo, qui † iurauit accipere Bertã in vxorẽ, non tenetur illud adimplere, si ea fuerit fornicata, vel leprosa, aut irremediabiliter infirma: quia ĩ iurõ subintelligitur cõditio, si res in eodem statu permanserit. [cap. quemadmodum, de iureiu. Hinc fit, q̧ si Papa scripsit pro aliqua monachanda, & illa postea mores corrũpit, non debet recipi inter moniales. ff. de confirman. tutore. l. utilitatis, Bal. in d. c. quemadmodum. Sic qui iurat reddere gladiũ, non tenetur illud obseruare si repetatur in furia, ne seipsum, uel alium interficiat, 22. q. 2. c. ne quis. arg. ff. de solut. cum quis.]

44 Et qui pacifcitur † cũ inimico, & iurauit eum non offendere, si ex forma statuti potest impune occidere tanquam exulantem, occidendo non facit contra iuramentum: quia illa promissio nõ occidendi intelligitur, nisi lege permittente. l.

quæro. §. inter locatoré, ff. loca. Bar. in l. qui seruum. ff. de verb. oblig. Syl. in ver. iuramentum. 3. q. 1. ver. 4.

45 Decimooctauo, qui † iurauit non diuidere societaté, non tenetur illud seruare, si promissum ei non fuit seruatū: quia cum iuro intelligitur conditio, si seruetur mihi fides. c. peruenit, el 2. de iureiu. vel nisi socius sit rixosus, & molestus, Sylu. qui supra, ver. & quarto.

46 Decimonono, qui † iurat stare mandatis alicuius, intelligitur, nisi quid immoderatum ab eo præcipiatur [iniustū, illicitū, impossibile, uel inhonestum. D. Tho. 2. 2. q. 98. art. 2. ad 3. Item qui iurat reddere alicui vinum, uel bladum, subauditur eiusdem bonitatis, non enim vinum nouū pro veteri reddat, ff. si cer. pet. l. cū quid, & de ver. obl. l. triticum. Rursum qui filiam, vel sororé suā alicui dare iurauerit, subintelligitur, ꝙ bona fide laborabit ut eā habeat: nec. n. ad aliud obligatur: cū alienum factū pręcise promittere non posit, Instit. de inuti. stip. §. si quis alium, ext. de sponſ. ex litteris.] & de multis alijs conditionibus, quæ subintelliguntur in iuramento, vide Ant. de Butr. in c. quemadmodum, nume. 10. de iureiur.

47 Vigesimo, qui † facta pace cū Titio, iurauit nō offendere, non est periurus, si eū offenderit ob inimicitiā ex post facto superuenientem: quia iurm restringitur tantum ad inimicitiam præcedentem, Sylu. in uer. iuramentum. 3. uer. 16.

48 Vigesimoprimo, qui † sibi inuicé aliquid cū iuro promittunt, possunt sibi inuicé illud relaxare: quia in iuro intelligitur cōditio, nisi ex mutuo consensu sibi inuicem absoluant. Quod tñ intellige, qñ iurm concernit utilitaté iurantium tantū, probatur exprefsè per Abbaté in c. 1. nu. 4. de iureiu. & in c. 2. de spōſ. D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 9. ad 2. Secus si concerneret principaliter cultum Dei, uel religioné, aut pietatem, v. g. quia iurauerunt ingredi religionem, uel dicere psalterium pro inuicem, nam tunc non possent iurm relaxare, D. Tho. ibi ad secundum. Simili-

49 ter non † tenetur iurm adimplere ille, qui iurando aliquid facere, uel non facere, intendebat quod ille, cui iuratur, similiter faceret, quia si ille non seruat, nec iste tenetur. (exemplum) si appositū esset iuramentum, ut aliquas orationes peculiares sibi dicerent: quod eo maximè hoc procederet, quando per ambas partes esset remissum hoc iurm, cum dicta promissio sit principaliter facta ipsis, & non Deo. D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 9. ad 2.

Hortatio ad non iurandum, nisi ex causa graui, atque circunspecta.

PRæter ea, quæ diximus supra c. quarto, adde, quod cū per iurm inuocetur Deus ut testis, magna profecto irrogatur iniuria eū assumendo in testimoniū rei falsæ, cū sit summa veritas, vel cum sit super omnia excelsus, inuocando eū pro leui causa, & existens summè bonus, vocādo eū in re illicita, ideo nunquā est iurādū, nisi iurm comites habeat, iudicium, iustitiam, & ueritatem. Quare utédum nobis est iuro, tanquam medicina, quæ non nisi in necessitate accipitur. Apostolus nunquam iurare perhibetur nisi scribendo, vbi consideratio cautior non habet linguā præcipitem. Iurationi (inquit scriptura) non assuescat cor tuum: multi enim casus sunt in illa, Qui peierat, Deo iniuriā facit, sibi ipsi, atque omnibus hominibus. Etenim qui falsum iurat, aut credit Deū nescire verum, quod est contra eius sapientiā: cum illi omnia sint nuda; aut diligere mendaciū, quod maximè odit: cum ipsa veritas dicat, Perdes oēs, qui loquuntur mendacium. aut derogat potentiæ, quasi non possit de eo punire. Facit iniuriam ēt sibiipsi: Nam dicere, per Deum, ita est, ac si dicat, Deus puniat me, si non ita est. Præterea omnibus hominibus, quia nulla societas esse inter homines potest, nisi sibi inuicem credant, quod fit per iurm. Facit ergo iniuriam Deo, crudelis est sibiipsi, & noxius alijs.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Blasphemiæ nomen non idem apud Theologos, quod apud Canonistas, significat.*
Hæresis in credendo, blasphemia in dicendo consistit.
2 *Blasphemus apud Canonistas, qui, & qui apud Theologos dicatur.*
3 *Blasphemus, aliquid verum, & honestum etiam irreuerenter Deo attribuendo, fit.*
4 *Blasphemia cordis, & exterior blasphemia quæ.*
5 *Iustitiam, prouidentiam, aut potentiã Deo auferentes, an hæresim præseferant.*
Potta di Dio, ò della Vergine Maria, quod genus blasphemiæ sit.
6 *Verba contra articulos fidei proferẽtes, verbi gratia, Deum tempus clarum facere non posse, blasphemi hæreticales sunt.*
Contra beatissimam Dei Matrẽ blasphemias vltio diuina grauiter coercet.
7 *Blasphemus est maledicens Deum, vel Sãctos, vel etiã aliquid vt creaturam Dei.*
8 *Blasphemus aliqua passione turbatus, quãdo dicatur peccare mortaliter, vel venialiter.*
Subreptio in blasphemiam dupliciter contingit.
9 *Verba hæreticalia iracundiæ calore proferentes, an hæretici sint, & puniendi.*
10 *Ebrius, qui hæreticatur, similis est furioso.*
11 *Blasphemus est proferens hæc: Questo sarà al dispetto di Dio: Non ha poter Iddio: Renego Iddio: Rincresca à Dio.*
12 *Abnegans fidem, vel aliquod sacramentum, blasphemus est.*
13 *Blasphemus, quando dicatur, dicens; Ita est per vitam Dei.*
14 *Blasphemus est, ita falsò dicens: Hoc verum, sicut Euangelium, aut sicut Christus, &c.*
15 *Blasphemo notorio de iure, vel de facto, vel publicè passim scandalizanti grauis pœnitentia iniungenda.*
16 *Blasphemantem quilibet tenetur acerrime corrigere, sine periculo tamen vitæ.*
17 *Verba sacræ Scripturæ ad scurrilia trahẽtes præter mortale grauiter sunt coercẽdi.*

De blasphemia. Cap. XIX.

1 Blasphemię† nomẽ apud Theologos nõ idem significat, quod apud Canonistas. Illi cũ hoc verbo comprehensam intelligunt quamcunque falsitatis affirmationem, aut ueritatis negationem de Deo prolatam. Hi aũt maledictionẽ Dei, aut Sanctorum eius propriè blasphemiã appellant. c. 2. de maled. cui Canonistarum interpretationi consentit etiã usus vulgi. Igitur qui Deum asserit iniustum, improuidũ, aut crudelem, quæ sunt absque dubio falsissima, blasphemus à Theologis appellatur, nõ tamẽ hęreticus: nisi quod ore profert, mẽte credat. Aliud est enim credere, aliud dicere. Et hæresis in credẽdo, & blasphemia in dicendo cõsistit, vti
2 probat Caie. 2. 2. q. 13. ar. 1. Qui vero† cõuitium, contumeliam, maledictionẽ in Deum, aut Sanctos, aut Virginem matrẽ profert, blasphemus à Canonistis iudicabitur. Cui simile etiam ille creditur, qui Deo vel Sanctis eius aliquod uerum, sed tamen inhonestum cum irreuerẽtia magna attribuit, sicut faciunt peruersi homines iurantes per culũ Dei, aut vas fę-
3 mineum Sanctarum. At† qui Deo attribueret, vel Sãctis aliquod verum, & honestum, sed tamen irreuerenter, & cum despectu magno, vt iurando per corpus, & sanguinẽ, aut caput Dei, & huiusmodi, præter peccatum mortale esset etiam blasphemus, quãdo in huiusmodi haberetur sensus erroneus (puta) q Deus ex sua natura corpus, aut caput, vel capillos haberet. Verum si tália iuramenta licita, fierent cum iustitia, veritate, & iudicio, neque peccatum vllum esset, vel veniale, si irreuerẽtia parua interueniret. Sylu. in
4 ver. blasphemia. q. 2. & 3. Porro † si maledictio, de qua supra sola mente cõcipitur, cordis blasphemia appellabitur: si vero actum exteriorẽ habet, exterior blasphemia censetur, D. Th. 2. 2. q. 13. art. 1. Hæc in genere dixisse sufficiat, nunc ad particulares decisiones descẽdamus, ex q bus quæ hucusque attigimus, elucescãt.

5 Prima, qui † dicere audet Deũ esse iniustum, aut immisericordem, uel personarũ acceptatorem, aut nõ videre quę in mundo gerũtur, non posse hoc, uel illud facere, aut quid simile, mortale peccatum cõmittere iudicãdus est, immo hæc hęresim sapiunt, & si hæreticus non censeatur, si dum hæc ore profert, mente nõ credat uera, D. Tho. & Caie. 2.2. q. 13. ar. 1. Boer. q. 301. col. 1. qui idẽ ait, cũ dicitur, Potta de Dio, ò della Vergine Maria: Qđ intellige, dũmodo aduertat eiusmodi verba importare blasphemiam, ălias secus.

6 [Sic qui contra † fidei articulos verba sua proferunt, & eos agitant de directo, vt pote, qui Dei omnipotentiam infringunt, dicentes, Deũ tempus clarum, uel hmõi factibilia nõ posse facere, quod est contra primũ articulum fidei, qui est credere in vnũ Deum patrẽ omnipotentẽ, vel qui Beatæ Marię Virginis matris Dei pudicitiam tollunt, dicentes eam meretricem, vel verba æquipollentia in effectu, quod est contra articulũ fidei, qui est credere filiũ Dei conceptum de Spiritu sancto, natũ ex Maria Virgine, tales sic directè articulos fidei agitantes dicuntur blasphemi non merè, sed hæreticales blasphemi, ita Eymericus in 3. par. direc. q. 41. & nota quod inter maximas blasphemias cõputandæ sunt illæ, quæ sunt prolatę cõtra beatissimã Mariam Virginẽ matrem Dei. Has enim diuina vltio grauiter coercet, vt præter alia docet me exemplum illud memorabile, quod refert Nicephor. lib. 18. cap. 33. historiæ ecclesiasticæ.]

7 Secunda, qui † dicit, maledictus ille, aut ille sanctus, aut Deus, blasphemus est: quia videtur per hęc verba dicere, quòd Deus sit creatura sensibilis hisce precationibus subdita. Syl. in uer. Blasphemia. q. 2. in fi. Similiter blasphemia erit, si dixerit aliquis, Maledicta terra, aut maledictũ lignum; modo rem illam in eo, quòd creatura Dei sit, blasphemauerit. Si vero simpliciter absque alia consideratione eã maledixerit, veniale peccatum reputabitur, Nauar. in Manu. c. 12. nu. 86.

8 Tertia, qui † passione aliqua commotus linguã in verba blasphemiæ relaxauerit, blasphemandi animum non habens, uenialiter tantummodo peccasse creditur, c. vnũ. §. alias, in fi. dist. 25. ubi tanta turbatio fuerit, ut quod diceret, non aduerteret, etiam si rei illicitæ, puta ludo tunc operã daret, quamuis ex deprauata quadam consuetudine, Sylu. in ver. Blasphemia. q. 4. Secus si aduerteret, quantumcunque repentino furore blasphemauerit: quia tunc mortaliter peccaret. D. Tho. 2.2. q. 13. ar. 2. ad fi. Nauar. c. 12. nũ. 84. licet statim pęniteret, secundum eundem Doctorem, & in c. 23. nu. 117. in princ. Ex quibus verbis colligitur dupliciter subreptionem in blasphemia posse contingere. Vno modo, cum quis subitò ex passione prorumperet in verba contumeliosa, non considerans illa importare blasphemiam, & veniale peccatum est. Alio modo, quando aduertit esse blasphemiam, & tunc mortale.

9 [Eodem modo † dicendum putamus de iis, qui hęresim proferrent per irã, seu calorem iracundiæ, non considerando quid dicerent, Zanchinus tract. de hære. c. 7. nu. 9. vel qui per lubricum linguæ, id est, per facilem, & indeliberatum linguæ lapsum inconsideratè hæreticum verbũ proferrent, nã isti, nec hæretici sunt, nec puniendi videntur; quia lubricum linguæ non facile ad pœnã trahendum est, l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest. l. 1. C. si quis imperat. maled. 22. q. 2. c. quod aũt. Non tñ multum relinquẽdum hoc delictum in foro fori, tradunt Lapus, & Card. in clem. vnica, de usur. sed extraordinariè puniendi sunt pęna pecuniaria piis locis eroganda, vel alia leui, iuxta personæ qualitatẽ, & quantitatẽ astantium, atque scãdali inde orti, quæ in delictis coercendis sunt obseruanda, c. sicut dignum. de homic. l. aut facta. ff. de pęnis. quod tũc maximè procedere potest, quando subreptio ista procederet à mẽte ad hoc disposita, vel ex notabili incuria, & negligentia, quando si uellet, posset cõmodè prouidere, ne illud occurreret, vnde nõ prouidendo videtur malitiosè peccare, cum lata

lata culpa dolo compatetur, de cōst.li.6. cap.2. Doct. in l. quod Nerua. ff. depos. Vnde quamuis isti non sint hæretici, videntur tamen peccare mortaliter peccato subreptionis in sua origine, ita supplemen. in verbo peccatum 2. quamuis contrarium afferat Sylue. in uerbo Blasphemia, nu. 4. & Nauar. c. 12.nu.84.

10 De † eo vero, qui cum ebrius est hæreticatur; perinde censendū est, ac de furioso, & mente capto, l. omne delictum. §. per uinum. ff. de re milit. c. à crapula. de vita & honest.cleric. l.respiciendum. §.delinquunt. ff.de pœnis. Quod idem extendimus ad dormientes, cum horum tunc nullum sit animi iudicium: quia sensus sunt penitus ligati, & furiosis cōparantur, l. 1. §.adipiscimur.ff.de acquir. possessio.]

11 Quarta. Qui † dicere ausus fuerit, Quello sarà al dispetto di Dio, blasphemus est. Nam cum Deus sit omnipotēs, & uita, & mors in ipsius manu posita sit, Deuter.30.sequitur, quod si reluctante eo aliquid velimus, ipsius potestati detrahimus, & ob id blasphemia est, ita Imola in l.his uerbis. §.1.de hære.instit. Soc sen.consi.102.lib.1.Boer.q.301. nume.1. sit etiam blasphemia dicitur; Non ha poter Iddio, ita Didacus in cap. quāuis, par.1.§.7. nume.9. versi. quarto, de pact. lib. 6. quia potestati Dei aduersatur. Est etiam blasphemia, dicendo; Renego Iddio, Didacus, qui supra. sic qui diceret; Rincresca Iddio, Didacus d.§.7. num.9. versic. quinto, quod latius probat Tho. Gram. decis.50. vbi inquit sic fuisse decisum in Rota Neapolitana. Is

12 etiam † qui diceret; Abnego fidem, vel chrismа, aut aliud sacramentum, blasphemus esset procul dubio, non tamen hæreticus, nisi hoc mente crederet, Soc. sen. consi.119.lib.4.

13 Quinta. Qui † quod enunciauerat iuramento confirmare tentans dixit, Ita est per uitam Dei, aut quid simile, blasphemasse nōn creditur, ubi solummodo Dei uitam in testem adducere cogitauit. Si uero quasi Dei uitam ultioni alterius subdere uolens, si falsum esset quod affirmabat, huiusmodi uerba protulisset eo modo, quo qui iurant per uitam patris, aut filiorum, Dei ultioni illam uidentur subdere, si falsum dixerint, esset absque dubio nefandissima blasphemia, cum nec Deus superiorem habeat, qui ab illo possit pœnas accipere, nec eius uita terminum possit habere, Didacus in capit. quamuis, parte prima, §.7. nume.9.uersic. sexto, de pact. libro 6. Sotus, de iust. & iure, lib.8.quæst.2.art. 3. colum.4. Couar.in rubr. de pact. par.1. §.7. uers.6.

14 Sexta. Qui † sic ait; Hoc uerum est, sicut Euangelium, aut sicut Christus natus est de Virgine, aut sicut Deus trinus est & unus, aut aliud quid huiusmodi. si falsum erat quod affirmabat, erit absque dubio fœdissimum periurium, atque blasphemia. Verum si uerum esset, indigeret etiam quammaxima reprehensione. Diuinæ enim veritates (ut ita dicam) ipsissimi sunt veritatum fontes, ideoq; cum nostris veritatibus illas conferre maxima est superbia, immo etiam non infima blasphemiæ species. Sotus qui supra.

15 Septima. Qui † publicè blasphemauerit, ita, vt sit notorium de iure, ut conuictus, vel in iudicio confessus, aut condemnatus, uel sit notorium de facto, ut quia blasphemauerit in platea, seu in cubiculo multis audientibus, & Episcopo referentibus, ad hoc de exces. prælat. cap. inter dilectos. & cap. quam sit graue. de verb.signific.l.palam. vel quia est vulgatissimum, & ex hoc peccato multos scādalizat; tunc si illa blasphemia sapit hæresim, Neap. est casus reseruatus. Si vero hæresim non saperet, aduertant Confessarii iniungere grauem pœnitentiam maximè recidiuantibus. At quando quid dicatur publicum, notat Panor.consi.99. nu.1.& 3.Syl.in uerb.Blasphemia.Doc. in c.2. extra de maled.

16 Septima. Qui † blasphemantem audit, etiam si correctionem non sperat, tenetur acerrimè corrigere, vbi potest absque

que periculo adimplere. Cóc. Later. sess. 9. ad abolendam. Nauar. c. 12. nu. 83. [Sed heu hodie multi sunt, qui audientes eũ ad vindictã, seu ad correctionem promoueri debent, & prouocãtur ad risum. O seculum infelix; O ætas omnino lutea. Insurgit quisque vestrũ, ac furit, si Principem suum terrenũ, si dñm amicum, si denique seruũ afficere audit, & Creatorem, & Redemptorem vestrum blasphemare auditis, & obmutescitis. Vbi fides? vbi religio?

17 Octaua. † Qui verba scripturæ sacræ ad iocosa, scurrilia, & inania, velut paschinos, & turpẽ amorem trahũt, mortaliter peccant, & grauiter coercendos iubet horũ scelerum patratores, Conc. Tri. sess. 4. in fi. ver. post hæc. Est enim ingens, & immune scelus, cũ Spiritus sancti verba in ludibrium conuertantur, vel amantes sacra Scripturæ verba ad sua trahere desideria, & contortis scripturæ testimoniis nefariè vti, vt sua facilius persuadeant.]

SVMMARIVM.

1 *Peccatum in spiritum sanctum tribus modis accipitur, & quibus.*

2 *Peccatum contra attributum spiritui sancto, sex habet species.*

3 *Peccati in spiritum sanctum prima species, quæ.*

4 *Desperans de diuina misericordia ob peccata cõmissa, peccat in spiritum sanctum, & de aliis desperationibus vide.*

5 *Proponens inhærere peccato fornicationis, vel furti, & mærens ob pœnitentiam peccatoris, vel ampliationem fidei, pec. in sp. san. nu. seq.*

7 *Vsuram licitam esse affirmans, & pertinaciter non obtemperans superioribus, peccat, nu. seq.*

9 *Blasphemans est de familia Diaboli, & blasphemia grauior homicidio.*

10 *Deus, quibus pœnis nonnunquàm blasphemiam vindicauerit.*

11 *Confessarius, qua ratione reuocare possit pœnitentem à blasphemia.*

12 *Blasphemia etiã occulta quæ de iure Põtificio pœna, & ex synodo Neap. imponatur.*

13 *Blasphemiæ pœna de iure ciuili, quæ, & apud varias nationes varia.*

14 *Blasphemantes non se corrigentes, nec post confessiones abstinentes, iidem semper existentes, non absoluendi.*

De blasphemia, seu peccato in Spiritum sanctum. C. XX.

1 PEccatum † in Spiritum sanctũ tribus modis solet accipi. Quãdoque enim blasphemiã significat cõtra super sanctissimam Trinitatem, aut et contra Spiritus sancti personam prolatã. Qñque finalem impœnitentiam comprehendit tantummodo. Qñque vero peccata illa, quæ contra attributum Spiritui sancto, quod est bonitas cõmittuntur, amplecti intelligitur.

2 Hoc † aũt vltimo modo scriptum sex habet species, quarũ prima, est desperatio. Secunda, præsumptio. Tertia, obstinatio. Quarta impœnitentia. Quinta, inuidia fraternæ gratiæ. Sexta, & vltima, impugnatio veritatis agnitæ, glo. & Turrecre. in c. importuna. §. quod autem. de pœnit. dist. 1. D. Tho. 2. 2. q. 14. ar. 2. glo. sing. in c. sacerdos. de pœn. distin. 1. Hæ uero species quamplurima complectũtur indiuidua, vti ex sequentibus particularium quæstionum decisionibus colligi poterit, quarum prima.

3 Qui crimen † aliquod patrare intendẽs, cogitationes sanctas suo cordi aduenientes, timoremq; diuini iudicii expellit, veniam absque pœnitentia sibi promittens, peccato in Spiritũ sanctum peccat, D. Th. 2. 2. q. 14. art. 2. Si uero veniã speraret peccando, eò q̃ & à peccato desistere, & dignam pœnitentiam qñque cogitaret, aut proponeret, in Spiritum sanctũ peccare non est iudicandus: Immo potius peccatum minueret, D. Tho. 2. 2. q. 21. ar. 2. ad 3. & nos supra lib. 1. c. 12.

4 Secunda, qui sua † peccata cõsiderans, diuinamq; iustitiã, de misericordia desperat, in Spiritũ sanctum peccatum dr, D. Th. 2. 2. q. 14. art. 2. verum qui in desperа-

ſperationem ſalutis veniret, aut in contemptũ beneficiorũ Dei: quia forte nollet eſſe natus, aut vellet eſſe beſtia, aut mori, hic non peccare in Spiritum ſanctum, ſed tantum mortaliter, credendus eſt, Sylu. in verbo, accidia. §. 2.

5 Tertia, qui † fornicationem, aut furtum committens, ſecum ſtatuit inhærere peccato, & in hoc ſuum ſtatuit mentis propoſitum, in Spiritum ſanctum peccauit. Turrecr. in c. importuna. §. quod autem, de pœnit. diſt. 1.

6 Quarta, qui † fratrem ſuum in Dei ſeruitio proficere vidẽs, aut peccatores agere pœnitentiam, aut etiam Euangelii prædicationem dilatari, & numerum fidelium creſcere intelligẽs dolore afficitur, peccat in Spiritum ſanctum.

7 Quinta, qui † uſuram, peccatum eſſe non dubitans, licitam eſſe prædicat, vt libentius ipſe, & alii hoc peccato peccent, idẽ ſcelus cõmittit. c. conſuetudo. diſt. 8.

8 Sexta, qui † ſuperioribus obtemperare nolle firmiter ſecum ſtatuit, in Spiritum ſanctum peccare iudicatur, quia hic obſtinatus dicitur. cap. damnationis. 24. q. 2. D. Tho. 2. 2. q. 14. art. 2.

Deteſtatio blaſphemiæ.

QVam ſit atrox, atque immane hoc ſcelus, inde maximè colligitur, ꝙ ſacræ litteræ ſi de blaſphemia ſermo incidat ob malæ, & impiæ vocis horrorem benedictionis nomine utuntur. Et cum
9 ex† loquela cognoſcatur, qualis quiſque ſit, manifeſtum eſt blaſphemantem eſſe de familia Diaboli, cũ id faciat, quod Dæmones, & damnati in inferno. Hoc ẽt peccatum longè maius eſt, quàm homicidium: blaſphemia enim in Deum, & in eius honorem tendit, homicidium autem in proximum; habet etiam grauitatem infidelitatis: quia ſi blaſphemans nõ ſentit verum eſſe quod dicit, ita tamen dicendo innuit perſonam dicentis ſic eſſe, & ideo maxima dignus eſt pœnitentia. Nam ſi quis Regem blaſphemat, omni opprobrio, & ſupplicio, & quidẽ merito dignus habetur, qui in Regem regum contumelias proſcindit, quæ ſuppli-
10 cia ſubſtinere dignus erit? Ob † hanc blaſphemandi impietatem ſæuire ſolet ſæpe numero Deus in genus humanum, nunc ſcilicet urbium incendijs, nunc famæ, nunc bellis, & ſubmerſionibus, atque aliis portentis ſuum vindicans ſanctiſſimum nomen, & honorem, vt habetur in Auth. vt non luxur. cont. natu.

11 Quare videat Confeſſarius † pœnitentibus perſuadere, vt ab huiuſmodi genere blaſphemiæ abſtineãt, quod facile perſuaderi poteſt hoc argumento. Nã cum alia peccata habeant aliquem prætextũ, quo vtcunque videntur excuſari poſſe; ſola blaſphemia caret excuſatione. Peccata enim carnalia habent pro prætextu voluptatem; furta apparentẽ vtilitatem, ſi non veram; homicidium iniuriæ vltionem; vſura lucrum. At in blaſphemia nihil aliud eſt, quod eam quoquo modo excuſet. Ille namque iræ, atque indignationis ſpiritus ſedari poſſet prolatione aliorum verborum æquè, ac ſedatur prolatione blaſphemiæ. Quapropter ſtudeat Confeſſarius omnino tale deteſtabile crimen blaſphemiæ à pœnitentibus extirpare; Aperiendo eis, qualiter olim lege veteri tale vitiũ puniebatur, quia pœna mortis puniebatur, ſicut habetur Leuit. 24. Qui blaſphemauerit nomen dñi, morte moriatur, lapidibus obruet omnis multitudo; & propter blaſphemiã, vt habetur 4. Reg. 19. Angelus domini una nocte totum exercitum percuſſit Senacherib, ipſeq; à filiis poſtea interfectus eſt.

12 Præterea† iure Pontificio per cap. ſecundum, extra de maled. talis imponebatur pœnitentia etiam de blaſphemia non notoria, modo probari potuiſſet, vt ſeptẽ Dominicis ſtaret præ foribus Eccleſiæ, dum agebantur miſſarum ſolemnia, & vltimo die ſine pallio, & calceamentis, & ligatus corigia in collo, & ſeptem feriis pręfatarum Dominicarum ieiunaret in pane, & aqua, & non intraret in Eccleſiam, & in quolibet præfatorum dierũ tres ſi poterat, aut duos, uel vnum

reſi-

reficeret pauperem, ut inquit Syluest. in ver. blasphemia. q. 7.

Et hodie in synodo Neapolitano, cap. 9. statuta est pœna clericis, vt qui palam maledicta, conuitia, aut obscœna verba in Deum, ac Dominum nostrum Iesum Christum, uel in eius Beatissimam Genitricem, uel in aliquem Sanctorum plena ueneno pestifero lingua protulerit, is si clericus fuerit, ad ordinarii arbitrium, ad fructuum ecclesiasticorum priuationem, & beneficii depositionem usque plectatur, iuxta Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 9.

Quod autem ad laicos attinet, sciant se non impunè habituros, sed sub pœnis à canonibus statutis mulctandos esse.

13 Iure † autem ciuili blasphemãtes olim pœna mortis puniebãtur, ut in Authen. ut non luxur. contra nat. §. preterea. alias uero pœnas aduersus blasphemos, statutas iuxta uarias prouinciarum leges refert Nicol. Boerius, quæst. 301. ubi etiam tractat de his, qui non lingua, sed manibus offendũt diuinam maiestatem, eius imagines, aut Virginis Mariæ, aut Sanctorum lædentes. Et ut alias prætermittam, quas refert Couar. titu. de pact. 1. par. § 7. nume. 2. Blasphemus iure Neapolitani regni abscissione linguæ punitur, tametsi ea pœna per usum commutata sit in linguę perforationem, quæ clàuo publicè fit, secundum Gramma. decis. 50. Quare cum tam detestabile sit crimen blasphemiæ, seuerissima pœnitentia maximè in recidiuantes à Confessariis imponenda est, & pręcipuè eradicanda est occasio, ut si ex ludo accidat, non

14 ludat, & † Confessarius, qui huiusmodi perditos homines blasphemare solitos audierit, si nulla de confessionibus clãpsis secuta est emendatio, debet per aliquos dies differre absolutionem, qui si postea emendatos uiderit, absoluat, alias minimè: & ratio est, quia qui sæpius in hoc errauerunt, & in præteritis confessionibus non fuerunt correcti, credi potest, quòd nec in futurum tam firmiter proponant uitam suam corrigere, quòd idem faciendum in periuriis, aliisque uitiis carnalibus: sed si semel, aut bis ceciderint, absoluat.

SVMMARIVM.

1 *Voti definitio quæ, & quid uotum differat à promissione, & sponsione.*

2 *Vouentis ex parte tria in voto requirũtur, & quæ ea sint.*

11 *Testes, & uerba ad uotum non necessaria.*

3 *Voto non astringitur, qui rationis usum ad uotum ob animi perturbationem non adhibuit, nu. 12. probatur id consuetudine, ut nu. seq.*

5 *Propositum, si deest animus se obligandi, uel tacita promissio, non obligat: nu. 15.*

6 *Votum de re Deo aduersa, vana, impossibili, & necessaria fieri non debet.*

7 *Regula magistralis, quando votum valeat.*

8 *Voti est apta materia id, quod maius bonum est.*

9 *Votum diuiditur in solemne, & priuatum, ex quo variæ species emanant.*

10 *Votũ simplex, & si non minus apud Deũ sit obligatorium, quàm solemne, multum tamen ab eo differt.*

11 *Voti diuisio ratione tùm subiectæ materiæ, tùm personæ vouentis.*

13 *Rationis vsus impediri multũ, vel parum, quando dicatur.*

14 *Vouisse non dicitur secum deliberans, corde non promittens.*

16 *Castitatem, an voueat dicens, Seruiam tibi Domine: intelligendo in statu continentiæ.*

17 *Vouens homicidium, peccat, nec tenet votum.*

18 *Vouens opera præceptorum, duplex violat præceptum, & utrunque confitendum.*

19 *Vouens non fideiubere, vel mutuare, non obligatur.*

20 *Votum non vouendi emissum, an validum.*

21 *Votum de contrahendo matrimonio, an obliget.*

Vouens

22 *Vouens bonum, quo malo inseruiat, non astringitur obseruare, vide plura.*
23 *Votum de venialibus inualidum, de mortalibus valet, sed abstinere tutius est.*
24 *Votum de non vouendo, nisi in scriptis, valet, & aliter vouens peccat, obligatur tamen.*
25 *Votum de re inutili animæ saluti, vel corporis, non tenet.*
26 *Votum de re indifferenti, & infructuosa, an sine dispensatione infringi possit.*
27 *Votum de non loquendo cum tali, vel de non transeundo per aliquem locum, quo casu liget.*

De voto. Cap. XXI.

Nunc voti materia se discutien-
1 dam offert. Est autem † votū, (vt interim quāplurimas omittamus definitiones à Turrec. relatas in summa 17. quæst. 1.) promissio quædam facta Deo, aut Sanctis eius de iis, quæ Dei sunt. Hinc quo nam pacto à sponsione, pollicitatione, & promissione differat, facillimè colligitur. Hæc enim hominibus fiunt; at votū soli Deo. Ideoque vouisse non creditur, qui Titio, aut Sempronio ieiunaturum se, aut oraturum promisit, aut amplius non lusurum, S. Thom. 2.2. quæst. 88. art. 5. Sotus in 4. sent. distin. 38. quæst. 2. art. 1. vers. ad solutionem quęstionis, in fi. Nauar. cap. 12. nume. 25. & de voto, lib. 3. cons. 111.

2 Tria † verò ad votum, si vouentis tātummodo personam consideras, ex necessitate requiruntur. Videlicet rationis deliberatio, propositum uoluntatis, & promissio, in qua demū uoti ratio perficitur. Hæc autem tria neque longa, neque multa deliberatione indigent: nam subito fieri possunt, Sylu. in ver. iuramē tum. 4. num. 9. At uerba uotum ipsum exprimentia, ac testes qui illa auscultēt, sicut non sunt ad uoti soliditatem necessaria, ita ubi affuerint, maiorem quandā obligatiuā vim voto præstare existimantur. Ita Dom. Ant. de Butr. in cap. 3. extra de voto. igitur, vt ad rationis delibe-
3 rationem accedamus, qui † timore, aut aliqua passione usum rationis, dum uouet, minimè habet, uoto nō astringitur: extra eod. uenientes, de regula. ad nostram. quia primum deficit requisitum: secus autem si haberet quidem, sed passione aliquantisper impeditā: ita probatur in cap. sicut nobis, de regul. & cap. ueniens, de uoto. nam sicut passio à mortali non excusat, nisi ubi tāta fuerit, quæ in totum auferat rationis discursum, D. Thom. 1.2. q. 77. art. 4. in corp. & ad 3. ita etiam, nec à voti obligatione liberare poterit: illud enim rationis iudicium, quod ad obligādum nos Diabolo est sufficiens, ad obligandum etiam Deo non debet insufficiens reputari, ut dixit glos. no. in c. mulier. 32. q. 2.

4 Comprobatur † hoc cōsuetudine prętorii sacrę pœnitentiariæ, ubi uota illa, quæ ex passione iudicium, ac rationem uouentis penitus non absorbente processerunt, dum facilè dispēsantur, (quod etiam inconsultus calor exposcere uidetur) obligandi uim cum fierent, habuisse tacitè declarantur, cap. 1. de uoto, quod etiam Caiet. 2.2. quæst. 88. art. 1. probat. Sed sola deliberatio obligationem non parit. Quid enim si post quàm deliberationem adhibuit, adimplere non proponit; aut etiam quid si proponit quidem, sed non promittit. certè minimè obligatus remanebit. Est enim communi cal-
5 culo receptum, † propositum orandi aut ieiunandi, seu quid simile adimplendi, si aut animus se obligandi, aut promissio saltem tacita defuerit, cōtrauenientes ad nullum obligare peccatum, quicquid gl. in c. qui bona, 17. q. 1. videatur asserere. Nauar. cap. 12. num. 26. Hęc ex persona uouentis sunt necessaria. Ex parte uerò
6 materiæ primo requiritur, † quòd non fiat votum de re Deo aduersa, vnde peccata ipsa uoti materia esse non possunt. Secundo, quòd uanum non sit, quod Deo promittitur, propter quod indifferentia excluduntur. Tertio; quòd impossibilia non uoueantur, nec etiam ne-

cessaria. Vti si quis digito cœlũ tangere, aut mortẽ nolle subire uoueret, Sotus de iust.& iur.lib.7.q.1.ar.3.uers.2.conclus.

7 [Tandem accipe † regulã, ut scias quãdo uotum ualeat, quæ est huiusmodi, ꝙ ubicunque uoueo, uel promitto aliquid facere, quo facto salus spiritualis, uel corporalis adimitur, uel peccatum mortale incurrere, non est seruandũ uotum, neque iurm, neque pactum, neque consuetudo, neque lex, neque præceptũ, neque aliquod aliud uinculũ fraternitatis. 22. q.4.§.fi. & c.inter cætera. de iureiur.ca.

8 quãto.] Illud ergo † qđ maius bonũ est, uoti tantummodo est apta materia, siue præceptũ hoc sit, siue consiliũ. Vnde qui nũquam blasphemare, aut adulterari uouet, ita uoto astringitur, ac si ieiunare, aut orare uouisset: quare si qđ promisit, non seruet, duplici pęna puniendus erit: nã & uoti transgressor fuit, & præcepti. Arch.Flo. 2.p.tit.11.c.12.§.1.uerum opera hęc operum præceptorũ nemini consulenda sunt: non enim solent bene succedere, uti experientia rerum magistra docuit. Sotus, qui supra, ad 2.

9 Diuiditur aũt uotũ † in plures species: aliud enim solẽne est, aliud priuatũ. Solẽne est, qđ per susceptionẽ sacri ordinis, aut professionẽ approbatæ regulæ solẽnizatur. c.1.de uoto, lib.6. priuatum uerò, aut tacitum est, aut expressum. tacitum, quod sola mente Deo fit: expressum, ubi uerba, aut scriptura accesserit, Sot.in 4. sen.dist.38.q.2.ar.1.uers.ad solutionẽ.

[Hic tamen notandũ, secundum glo.

10 in c. rursum, qui cler. uel vou. † quòd quantũ ad Deũ, simplex uotum non minus obligat, quàm solemne: nã ex sui natura utrumque eandem obseruantiã habet. Vtrumque enim est in perpetuũ obseruandũ, utriusque uiolatio peccatum mortale inducit: Vtrumque prohibet cõtrarium actum: Maius tñ peccatũ est in fractione solemnis uoti, quàm simplicis. Et solemne dirimit matrimonium post contractum, ex constitutione Ecclesiæ, quæ moueri potuit duplici ratione secũdum Io. And. in c. vni. de uoto, in 6. tum pp publicæ honestatis iustitiam: inhonestum enim esset obligatum Deo per monachatum, uel ordinem sacrum cõtrahere, 88. dist. c. cũ in pręterito, & c. seq. tum etiã, quia per uotum solemne monachationis, uel sacri ordinis, sui corporis dominium in alium vr̃ translatum, sicut & per matrimoniũ. Illud ergo pręd ictorũ, qđ pręcedit, soluit illud, quod sequitur, i. si pręcedit matrimoniũ, soluitur uotũ, si uotum tale pręcedit, soluitur matrimoniũ, i. facit ecclesię constitutio ꝙ non teneat: Archid. 27. q. 1. c. sicut bonũ. nu. 4. Io. Andr. in d. c. unic. & Franc. D. Tho. 2.2. q.88. art.7. quę ratio deficit in uoto simplici non uestito solemnitatibus illis, per quas corporis dominiũ vr̃ esse trãslatum. Et maior pęna imponitur in fractione solẽnis, q̃ simplicis, vt patet 22. dist. c. si uir, 27. q. 1. c. de uirginibus. & c. deuotã. Et ratio est, quia qui frangit solemne uotum, peccat in Deum, offendit constitutionem Ecclesię, & homines conscios scandalizat, qđ in simplici nõ contingit, ut notat Host. in sum. ext. qui cleri. uel vonen. §. quis vouens. uersi. sed cũ vtrũque, & sequen. argumen. text. in cap. de homine, ext. de celebrat. miss.] Itẽ, aliud purum est, aliud conditionale. Purum, cum quis sine conditione aliqua uotum emittit: Conditionale, vbi sub aliqua cõditione promittitur. Et hoc si cessauerit conditio, obligationem nõ parit. Si quis ergo peregrinationem, aut ieiuniũ Deo uouisset, si filius eius instantis mortis periculũ euaderet, si tunc moriatur, quod promiserat, quasi cessante cõditione, seruare non cogitur, Turrecre. in summa.

11 17. q. 1. Distinguuntur † pręterea vota ratione subiectę materię: nam alia sunt castitatis uota, alia religionis, alia super re minima emissa. Demũ ratione personę uariãtur: Alia enim sunt vota à filijsfamilias, alia à monachis, alia uero ab his, qui sunt sui iuris. item alia metu, alia sponte facta, de quibus in sequentibus latius disseremus: nunc aũt ex ijs, quę dicta sunt, more solito particularium dubitationũ solutiones elicere intendimus.

Pri-

12 Prima, qui † ira cõmotus, aut mortis metu turbatus amplius non ludere, aut religionis habitũ suscipere vouet, si turbatio saltẽ illo tempore, qñ votũ emisit, in totum vsum rõnis abstulerat, seruare quod promiserat non cogitur, [ita gl. in c. sunt qui opes. 17. q. 4. & gl. in c. dudũ. de conuer. coniu. & gl. in c. ex litteris. de diuor. & ita intelligitur dictũ Rom. singu. 508. & Ias. in l. si filiã. C. de in offi. testa. quatenus concludunt votũ per calorẽ iracundiæ, & turbationẽ animi factũ esse nullum. facit ẽt tex. in c. si quem. §. notandum, 2. q. 3. ubi inconsultus iracũdiæ calor vitio caret. Hinc dicit tex. in c. si quis iratus, eadẽ quæst. ꝙ veniam meretur factum calore iracundiæ. & tex in l. vnic. C. si quis imperat. maled. dicit, ꝙ si quis putauerit nostra nomina lacessenda, si hoc ex leuitate, contẽnendũ est, si ab insania miseratione dignum, si ab iniuria remittendum. sic ẽt tex. in l. famosi, ff. ad l. Iul. maiest. dicit, ꝙ lubricum linguæ facile ad consequentiam trahi non debet.] secus autem si aliquantisper so-
13 lummodo impedisset. Impedire † autem vsum rationis est, qñ quis verba, quæ ꝓfert, non aduertit, & non cogitat. Aliquantisper autem usum rationis impedire, est, quando quis hoc agit, sciens quod vouit, & tunc tale votum procedens ex animi facilitate ratione minus plenę deliberationis ligat, licet facilitas præstet causam dispensandi, & cõmutandi, Abb. in c. 2. de voto, Syl. in ver. votum, 2. q. 13. Nauar. extra de voto, lib. 3. consi. 7.

14 Secunda, qui † habita secum deliberatione religionis habitum suscipere, aut castitatem seruare proponit, vouisse non censetur; nisi ẽt hoc Deo saltẽ corde promisisset, D. Tho. 2. 2. q. 88. artic. 1. Ant. de
15 But. in c. 2. de voto. [Archi. † in c. q̨ bona. 17. q. 1. Hinc Nauar. in consi. 10. de voto. lib. 3. dicit, ꝙ non inducitur votum ꝑ verba illa, Non morabor hic diu, intendens intrare in religionem. Nec per illa, Promitto nolle mori in seculo, q̨a aliud est, promitto ingredi religionẽ, & aliud, promitto velle ingredi: sicut aliud est, ascendere in nauim, & aliud uelle ascendere, vt ait glos. in l. in uendentis. C. de contrah. emp. Et aliud, contraho matrimonium, & aliud, uolo cõtrahere, iuxta no. in c. ex parte, de spons. Sic nec est uoti transgressor ille, qui graui morbo uexatus proposuit multa bona facere, & ingredi religionẽ, c. literaturã, extra de uoto, quia nullum propositũ quantumcũq; firmũ & continuatũ efficit uotũ, ut oẽs notant in d. c. Sed quid si quis ita dice-
16 ret, Da † mihi Dñe salutem, & ego seruiam tibi; intelligendo mente de seruitio in statu castitatis, obligetur ne ille ad seruandam castitatẽ. tenet Nauar. in consi. 8. extra de uoto, ꝙ sic. tũ, quia ita obligatur qui dicit alteri, Tibi dabo centum, si feceris hoc, ac qui dicit, Promitto dare centum, si hoc feceris, ut colligitur ex l. 1. ff. de pac. l. naturalis. ff. de præscrip. uerb. & c. iuramenti. 22. q. 5. tum quia, ut ait Caiet. 2. 2. q. 88. arti. 1. non solũ fit promissio ꝑ actum significatum, & exercitũ, dicendo, promitto ꝙ faciam hoc, sed ẽt per solum actum exercitum; dicendo, faciã hoc, nisi qui ita diceret declaret magis tunc non habuisse animũ promittendi.]

17 Tertia, qui † homicidium committere, aut ociosum uerbũ dicere uoto promittit, peccat quidem dum uouet, sed uotum adimplere minimè cogitur. Sotus, de iust. & iure, li. 7. q. 1. art. 3. col. 3. uer. 4. [Deus enim respuit obligationem oblatam contra seipsum. Vnde Isidorus, & habetur 22. q. 4. In malis promissis rescinde fidem, & in turpi uoto muta decretũ. & in talibus magis placent Deo transgressores, quàm obseruatores, etiam si interuenerit iuramentũ, ut inquit Host. in sum. de uoto. §. 1. Hinc affirmat D. Hieronymus Iepte; qui propter uotum filiã suam interfecit, Iudi. 11. in uouendo fuisse incautum, & in reddendo uotum impium: sed quia illum impietatis pœnituit, ideo Hebr. 11. Sanctis annumeratus fuit. Ricar. 4. dist. 38. q. 3. art. 1.]

18 Quarta, qui † opera pręceptorum, ueluti fornicationem non committere uouet, si fornicetur, duo præcepta uiolasse cense-

censetur, alterum non fornicandi,alterũ uoti adimplendi. Vnde non sufficeret ta li transgressori culpam sine huiusmodi circunstantia confiteri, ut rectè adnotauit Archiep.Flo.2.par.ti.2.c.2.§.1.& melius Caiet.2.2.q.88.ar.1.non tamen uota hæc à Confessariis consulenda sunt, quia neque hæc crebro solent bene succedere,nisi pœnitens sit persona prudés, & constans ad peccatum aliquod procliuis,quod occasio est illi mali grauissimi, aut scandali,Sotus lib.7.de iusti.& iure, q.1.art.3.col.4.in prin.uer. & quamuis.

[An uero propensio uouentis ad fornicandum, uel ad ludendum, & timor, quòd non seruabit illud, sit iusta causa relaxandi uotum de non fornicãdo, uel ludendo,(uerbi gratia,) an iusta causa dispensandi super uoto castitatis sit, quia uouens ualde urgetur stimulis carnis ad fornicãdum, uel est nobilis, qui ueretur se non seruaturum uotum non ludendi in exercitu,uel curia, ubi magna est con suetudo ludendi inter hoĩes sui ordinis. Circa primum dic, quod sic, & ita sacra pœnitentiaria solet admittere pro causa, uel parte causæ dispensandi super uoto castitatis,quod qui,uel quæ uouet ualdè urgetur stimulis carnis ad fornicandũ,reputans iux. dictum Apostoli ad Cor. 7. melius esse nubere, quàm uri. Circa secundum uero idem dicit Nauar.lib.3.de uoto,cons.16.& ratio est,quia per dispẽsationé efficitur, ut paratus committere duplex peccatũ, uel unum cum circunstantia uoti, cõmittat unum peccatum, quod solum est peccatum absque tali circunstantia uoti, & constat quod rectè facit, qui cõmissuro alterũ de duobus peccatis consulat, ut committat id, quod est minus,cap.si quod uerius, 33.q.2.]

19 Quinta,qui † mutuo nũquàm dare vouet, aut nunquàm fideiubere, voto hæc adimplere non astringitur, qñ illa facere esset consilii.Sot.d.art.3.col.5. [Poneret enim in corde suo non ascendere, & in uia Dñi non progredi;regredi est.Sed ne plures condemnemus,qui hoc cõsueuerunt,hoc intelligimus,qñ ea facere cõsiliũ fuerit. Nã omnibus mutuo dare,aut fideiubere pro oĩbus,non est consilium. Quare qui sic voueret: Non omnibus indiscriminatim mutuabo,nihil mali vo ueret,secus aũt si diceret nulli,neque vllo casu. Ex his fit consequens,neque lici

20 tum esse votũ † non vouendi: qm̃ vouere in genere consiliũ est. at quoniã non cuicunque semper est consiliũ,licet facere votũ non vouendi, nisi corã tali perso na,aut cũ talibus circunstantiis, nihilominus si eo non obstãte voueas, quãuis pecces, tenet tñ votũ iure diuino, & naturali,cui tu non poteras derogare. Hæc Sotus ibi. Pari modo idẽ dicendũ est de eo,qui vouit non ingredi religioné: hoc enim votum non est licitum,cum impediatur amplitudo charitatis, & impeditur salus hominis, quæ per religionis introitum procuratur,& diuina inspiratio, de regu.licet. 19.q.2. duæ sunt.]

21 Sexta, qui † uouet contrahere matrimonium,voto nõ obligatur. Hoc.n.religiosi habitus susceptioni,quod proculdubio maius bonũ est, impedimẽtũ prębet. Disponere.n. debet homo in corde suo non descensiones, sed ascẽsiones in vita spirituali,iuxta propheticũ dictum: Beatus vir,cuius est auxiliũ abs te, ascensiones in corde suo disposuit. Qui aũt matrimonium vouet, descẽdit à cęlibatu ad matrimoniũ: si vero videns se concubinarii amplexibus sordidatũ, ut tanto peccato obuiaret, matrimonium cõtrahere Deo promitteret, votum seruare cogeretur. Nauar.c.12.nu.43.contra Sotum.

22 Septima,qui † maius aliquod bonum vouet,sed ad malũ finé,vti religionis habitũ suscipere, vt aliquos deciperet,vel ire ad talem Ecclesiã,ueluti ad solicitandam puellam,uotum seruare non cogitur, Caiet.2.2.q.88. artic.2. & uouendo peccat Sylu.in ver.votum.2.q.2.ver.3.in fi.

[Et rõ est, quia votũ maioris boni ob malũ finem emissum non obligat, siue finis ille malus sit finis illius boni, quod vouetur, quale est votũ faciendi eleemosynã ob inanem gloriã, vel ob aliquã voluptaté illicitam aucupandã, siue sit finis

ipsiusmet

ipſiuſmet boni, quale eſt votũ, quo dux ad bellum iniuſtũ proficiſcens promittit ſe alicui operi pio pecuniã oblaturum, vt victoriam licet iniquã ſibi concedat, ea intentione, vt illud votũ ſit mediũ ad illã victoriã aſſequendã, vel ſi poſt factũ obtempta iniuſtitia aliquid Deo in gratiarũ actionẽ offeratur, quoniam oẽ opus, cuius finis eſt malus, ipſum quoque malũ eſt, 23.q.5.cũ miniſter. vnde tunc graue peccatũ ſacrilegii, & blaſphemiam cõmittit: irrogat.n. Deo iniuriã, petendo patrociniũ ad malum. nam cum ſit ſummè bonus, non poteſt eſſe mali author. Si verò quis faceret votũ de dãdo aliquid alicui Eccleſiæ in gratiarũ actione, vel uas argẽteũ templo Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſi prolẽ ex concubina habuerit, tale votũ valeret: quia proles bona eſt, licèt cauſa, ideſt, adulterium, vel fornicatio ſit mala. Idẽ eſt iudiciũ de meretrice, quæ Beatæ Virgini dimidietatẽ turpis lucri promittit, quia & ſi turpitudo ſit cauſa lucri, lucrum tñ licitum eſt. Idẽ quoque cenſendũ eſt, ſi quis in duellũ deſcendẽs quidpiã ſpoponderit, ſi ſaluus euaſerit. Vel de luſore, qui promittit pauperibus partem lucri in ludo iuſto: nã licèt ludus inordinatus ſit peccatũ, lucrum tñ ex lucro iuſto eſt licitum. Sic ſi neque finis boni, quod uouet, neque eiuſdẽ uoti eſſet malus, licet cauſa, quę impellit ad vouendũ, eſſet mala, ẽt votum valeret. Exemplũ de eo, qui aliquã religionẽ profitetur, non dirigendo ſuã profeſſionẽ, & ſua vota in finẽ luxuriandi, licet ad id impellatur; ſpe ibi reperiendi occaſionẽ luxuriandi. Validiori ẽt ratione votum valebit, qñ quis promittit bonum in ordine ad malũ puniendum, ſiue impediendũ. nam ſi euenerit, promiſſum ſeruare tenetur: ut ſi quis promittat talem facere eleemoſynã, ſi adulterium commiſerit: & ratio eſt, quia huiuſmodi votũ eſt, quaſi opus pœnitentiæ patratæ iniquitatis vindicatoriũ, aut patrandę inhibitorium, ita Sotus de iuſt. & iu. lib.7.q.1.art.3. Nauar. de regul. commen.2.nu.67. circa medium.]

23 Octaua, votum † ſe nunquam peccaturum venialiter eſt inualidũ; eſt.n. hoc hominibus abſque ſpeciali dono gratiæ impoſſibile, Sotus li.7.q.1.art.3.col.4.verſ. vtrum vero. At votũ ſe nunquã peccaturum mortaliter, validũ eſſet: etenim hoc per Dei gratiã eſt poſſibile. Non tñ hoc à Confeſſariis conſulendũ, aut permittendum eſt: cum res ſit perdifficilis tũ factu, tum ẽt præſertim cognitu, potiſſimũ de peccatis cordium, ſi præſtiterit conſenſum. Sotus, qui ſupra, de iuſt. & iu.

24 Nona, qui † emittit votum de non vouendo niſi in ſcriptis, aut in manu talis, voto obligatur: ita, ꝙ ſi poſtea voueat, & votũ ſuũ verbo, vel ſcripto non exprimat, peccat: nam tale votum eſt bonum, quia per voti expreſſionem in verbo, vel ſcripto hr̃ de voto facto certior cognitio, & præcauetur in vouendo præcipitatio, quorum vtrunque eſt bonũ. Nihilominus tñ videtur, ꝙ teneat illud uotum, ſi alias ſit licitũ: cum vouere ſit bonũ, & à Spiritu ſancto conſulatur, c. magnæ, extra de voto. Vouete, & reddite. Votum vero de non uouendo non obligat: quia ponit obicẽ Spiritui ſancto. Vnde votũ, de quo eſt propoſita qõ, non obligat ad non vouendum, ſed obligat ad exprimendum per verbum, uel per ſcriptum, ſi cõtingerit emittere votũ. Hæc Aſtenſ. li.1. de voto, ar.7. Syl. in verb. uotum.2.q.7.

25 Decima, qui † aliquid uouet, quod eſt inutile ſaluti animæ, uel corporis, uotũ adimplere nõ cogitur, immo voto contrauenire poteſt: uerbi gratia, uouet quis non petere diſpenſationem à uotis, ſi in caſu probabiliter timet de uoti tranſgreſſione, tunc eam petere poteſt. Sic uouẽs non comedere carnes, eo caſu, quo dicitur à medicis, eum eſſe in periculo mortis, niſi carnibus utatur, tali caſu poteſt carnibus uti, non obſtante uoto. Hugo. 22.q.4. non ſolum. Sylu. qui ſupra, q.14.

26 Vndecima, qui † ungues nõ reſcindere uouet, uoto nõ aſtringitur; eſt.n. hoc indifferens, & infructuoſum: quinimo qui hæc uota indifferẽtia, atque infructuoſa emittit, poſſet abſque diſpenſatione contrafacere, licet tutius ſit ſaltem à Confeſ-

sario licentiam petere, seu declarationē. Syl.in ver.votum.1.q.4.ver.3.in fi. At si dubitaret, an dicta vota vtilitatis aliquid afferant,timorati tunc animi esset dispensationem procurare,Sotus li.7.q.1.art.3. Immo si dubium non esset probabile, si ante depositionem conscientiæ erroneæ cōtrafaceret,peccaret mortaliter,per tex. in cap.per tuas, lo 2. de simo.

27 Duodecima,qui†cum illo, aut illo sermonem non hr̄e vouet, aut per aliquem locum non transire, haud ligamine voti tenetur astrictus:nisi hæc qnque peccandi occasionem præbuissent, atque præberēt:quo casu cessante illo periculo,ac peccādi occasione, liber erit à vinculo voti, Sotus d.ar.3.Nauar.c.12.nu.28.ver.9.

SVMMARIVM.

1 *Vota sub mortali sunt seruanda, & quamprimum etiam implenda, & nu. seq.*
2 *Votū ieiunandi duobus in casibus nō ligat.*
3 *Vouēs eleemosynā sine præfinitione tēporis, tenetur quanto citius; & tribus in casibus peccat statim nō implens,quos vide.*
4 *Vouens certa die ieiunare, si tali die non impleuit, an teneatur die sequenti,vel altero, & nu. seq.*
6 *Ieiunii dies si inciderit in diem dominicam, sabbatho satisfieri potest voto.*
7 *Voto non liberatur, inuenta difficultate in implendo, quā si sciuisset, non vouisset.*
8 *Votū toties parit peccatū,quoties frangitur.*
9 *Votum violare, qui metu mortis coactus est, an peccet mortaliter.*
10 *Vota defuncti perinde persoluenda, atque debita; & quo casu filius priuetur hæreditate, & legitima, non soluens.*
11 *Filium pater ad personale votum,an possit obligare.*

De obseruatione votorum. Cap. XXII.

SI quę hominibus implere promisimus,tanta diligentia,tātoque studio seruare conamur; quæ Deo, ac Domino nostro vouimus, procul dubio lōgè maiore debemus fidelitate custodire,atque oī superata difficultate,persoluere. Scriptum est enim, Vouete, & reddite; quorum primū consilii est, secundū vero præcepti: nā ad iustitiam pertinet. Vnde inquit sapiens,Displicet Deo stulta promissio.Ex
1 quo † quàm mortale peccatū sit vota nō seruare, facillimè deducitur: cū nemini sit ambiguū ea,quę contra Dei charitatē fiūt,esse suo genere mortalia, D.Th.1.2. q. 88. art. 1. & 2. probat hoc in propriis terminis,Sotus de iu.& iu.li.7.q.2.ar.1. D.Th.& Caie.2.2.q.88.art.3. Immo nō solū seruanda sunt vota, sed ēt nisi aliud expressum fuerit,quantò citius adimplēda. Qui enim cito dat, bis dare creditur. Cōtra verò,qui tardè reddit, minus dedisse reputatur. l. si cui ex empto. ff. de verbo. sig. Sed ex his multarum elicitur decisio quæstionum, quarum prima.

2 Qui † Deo,aut Sanctis eius ieiunare vouet,aut orare, mortaliter peccat, si nō adimplet,Sotus lib.7.q.2. art.1. attamen à particulari transgressione voti à quolibet sacerdote absolui poterit, sed non à voti vinculo liberari, Syl.in ver.votū.4. §.3.vers.10. In duobus autem casibus tale votum non ligat.

Primus propter impotentiam implendi; vnde si quis vouet ieiunare, & sine magno corporis detrimēto id facere nō pōt, si deest facultas adeundi superiorē, pōt propria authoritate contrauenire, facit tex.in c.licet,de pœn.& remis.c.venerabilem,de elect.uerum postea,quam citius potest,debet babere recursum ad superiorē, facit tex.in c.ea noscitur,de sen. excom.Do.Ant.de But.in d.c.licet.

Secundus propter authoritatem dispēsantis legitimam, Syluest. in ver.uotum. 2.q.1. circa finem.

3 Secunda. Qui † absque temporis præfinitione eleemosynam dare vouet,quāto citius adimplere cogitur: scriptum est enim, Deuter. 23. Cum votum uoueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatū. Immo non solum imputatur

tatur ei ad peccatum, si statim quamprimum commodè poterit, votum non adimpleat, hoc est, quando suggerit ei conscientia sua tempus iam esse elapsum, Nauar. cap. 12. num. 41. Sed etiam erit peccatū mortale in tribus casibus. Primus, quando differtur vltra tempus, ad quod quis se obligare intendebat explicitè, vel etiā implicitè (puta) quia si cogitasset, tantum tempus sibi statuisset. Secundus, quando tempus non determinauit, & pōt commodè adimplere uotum, & procrastinat ex negligentia notabili arbitrio boni viri: nam hoc casu potest à Confessario definiri tempus, intra quod adimpleat, quod si non fecerit ex notabili negligentia, peccat mortaliter. secus verò videtur, si procrastinat ex spe maioris cō moditatis, vel quia sine magna negligentia est oblitus ex multitudine occupatio nū, vel ex rei paruitate. Tertius qñ tempus non determinauit, sed probabiliter timet occurrere impedimentum perpetuum, Sylu. in ver. votum. 2. quæst. 3.

4 Tertia. Qui die † certa, puta die Veneris aut Sabbathi ieiunare uouet, & cum illo die non ieiunasset, dubitat, an die sequenti, uel altero ieiunare sit astrictus, consulat primum voluntatem suā: si enim tempus non respexit, sed potius ad ieiunium mentis oculos cōuertit, & quod Deo sit carum, & acceptum, obligatus erit altero die ieiunare. sic enim qui centum die Veneris, aut Sabbathi promittit creditori soluere, si illo die nō soluat, non tamen ab obligatione liber remanet, sed sequenti die soluere cogitur. l. Cellus. ff. de arbit. c. cum dilectus, de dolo & contum. sic etiam qui iniunctam à Confessario pęnitentiam statuto die non adimpleuit, sequenti, aut altero die absque dubio adimplere cogitur: solent enim Confessarii cum pęnitentias imponunt, non ad tempus tantūmodo, sed ad opera pia, quæ præcipiunt, mentis oculos habere. Si † verò tempus principaliter respexisset, dum votum emisit; considerans enim Christum pro nobis die Veneris in cruce passum; vouet illo die carnem ieiunādo affligere, si illo die non ieiunauit, altero ieiunare non cogitur, sed de uoti transgressione tantummodo pœnitere. Sic etiam dicimus de ieiuniis ab Ecclesia præceptis, quæ cum potius tempus, quàm opus respiciat, dū talia præcipit, si debito & præfixo tempore non adimpleantur, erit dubio procul mortale peccatum, sed alio tempore adimplere non cogitur, Syluest. in ver. votum 2. num. 4. Sotus lib. 7. de iust. & iu. q. 2. art. primo, in solutione ad 4. Nauar. cap. 12. nu. 41.

5

6 Quarta. Qui † in vigilia Sancti ieiunare voto promisit, si vigilia die Dominico celebrabitur; Sabbatho ieiunare poterit: sic enim in præceptis ab Ecclesia ieiuniis obseruare solemus. Sylu. in ver. uotum 2. q. 16. Ioā. de Neap. in quolib. c. 1. de obseru. ieiu.

7 Quinta. Qui † votum emittit, & postea difficultatem in adimplēdo patitur, quam si antea considerasset, minimè vouisset, à uoto non liberatur. Si verò absque culpa sua, quod antea uouerat, & adimplere poterat, iam ei fiat impossibile, non adimplendo non peccat. Immo ét si culpa sua, id ei contigerit, tenetur tantummodo de peccato pœnitentiā agere, & pro parte, qua poterit adimplere, c. quidam, de conuer. coniu. per illud axioma, Quod quicquid faciendum votum impediret, adueniens post uotum eiusdem obligationē tollit, tenetur tamen voluntatem nunquam dimittēdi habere, si ad meliorem fortunam peruenerit, D. Th. in 4. sent. 38. q. 1. artic. 2. & 2. 2. q. 189. & ibi Caiet. art. 4. Nauar. c. 12. nu. 39.

8 Sexta. Qui aduertenter † frangit votum, peccat mortaliter toties, quoties fregerit, c. licet, c. magnæ, de voto. nisi contrauenerit ex obliuione notabili, uel ægritudine, Ang. in ver. votum 3.

9 Septima. Qui metu † mortis cogitur ad voti violationem, mortaliter peccare non creditur, si talis sit metus, qui in cō stantem virū cadere potuisset: nisi in cōtēptum Ecclesiæ ad voti transgressionē cogeretur, c. sacris, de iis, quæ ui. Sotus

lib.7.de iust. & iu.q.2.ar.1. col.mihi 4.

10 Octaua. Qui defuncti † hæres extitit, siue filius sit, siue extraneus, uota defuncti realia, non secus, ac alia ipsius debita cogitur persoluere, cap. fin. de sepul. Dom. Ant. & Abb. in cap. licet, extra de uoto. Sylu. in uer. uotum 2. quæst. 11. In quo textu habetur, quòd non persoluendo priuatur omnimoda hæreditate paterna, etiam legitima: Quod intellige, qñ hęreditas esset indiuidua, ut est successio in regno, quod si diuideretur, cito destrueretur: secus si esset hæreditas diuidua, quia tunc non ueniret hæres priuãdus legitima, & ita intelligi potest tex. in auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. posset etiam hæres excommunicari. cap. fin. de sepul. An tamen cogatur filius adimplere, quod pater, uel mater filium facturum uouit: dic quòd non, unde si mater uouit filium fore monachum, nõ cogitur filius adimplere, Abb. in c. olim, nu.4. de rest. spol.

11 [Nec † etiam tenetur uotum personale defuncti, nisi illud promiserit, adimplere. definitum est in c. licet, de uoto. Ideo namque dicitur uotum personale, quia solam personã uouentem obligat. Immo nec filium pater ad illud potest obligare: ratio est, quia ad actiones personales nisi per propriam uoluntatem obligatur nemo. Sed nec etiam est obligatus ad soluẽdum uotum mixtum defuncti, ea parte, qua reale est: (uerbi gratia) si defunctus promisit peregrinationem, in qua erat quinquaginta aureos nummos consumpturus: (hoc enim dicitur uotũ mixtum) tunc hæres non tenebitur quantitatem illam soluere; propterea, quòd qui ad principale non tenetur, idest ad peregrinationem, neque ad accessorium, quod est quantitatem illam nummorũ pauperibus erogare, & hæres ad principale nõ tenetur. Tenebitur tamen eleemosynã, aut sacrificia, si à defuncto promissa erãt templo, quo erat peregrinaturus, adimplere: quia eleemosyna, aut sacrificia à defuncto promissa ad reale uotum spectant, Doct. in c. licet, de uoto.]

SVMMARIVM.

1 *Modicum à mortali semper excusat.*

2 *Mortale non admittit, qui Pater noster de Rosario dicendo ex voto, omisit. Vouere sub reatu mortali, stultũ est votum.*

3 *Vouens obolum dare pauperi, vel dicere Pater noster, venialiter non implens peccat.*

4 *Vouens quotidie dare pauperi denarium, iam non censetur uotum de re modica.*

5 *Votum abstinendi à ueniali nõ implens, duplex ueniale committit.*

De votis minimarum rerum. Cap. XXIII.

1 Modicũ † à mortali semper excusare, probat latissimè Naua. in sum. in prælud. 9. Ideoq; si in modico quis uotũ transgrediatur, aut ẽt modicæ rei quis uotum nõ seruet, mortale peccatũ non reputabitur: cum enim uotum cuiusdam particularis legis rationem habeat, aliter obligare nõ creditur, quàm ipsæ leges ecclesiasticæ: probat hæc latissimè Sotus lib.7.q.1.artic.2.col.1. Nauar. c.12.nu.40.

Hinc multa deciduntur.

2 Primo. Qui uouit † quotidie Rosariũ dicere, si unum, aut alterũ, Pater noster omiserit, peccasse mortaliter non censetur: lex.n. Ecclesiastica non obligat ad horarum recitationem tãto cum rigore, ut ex unius, aut alterius uersiculi transgressione ad mortale pc̃m̃ uelit astringere.

Sed quid si diceret, uoueó sub reatu mortali dare calamum alicui, an tunc transgrediendo peccaret mortaliter? Respondet Sotus de iust. & iu. lib.8.q.1.artic.7. col.2. quòd non: esset enim uotũ stultum, & per consequens ad mortale non obligatorium: quin uerò si esset res uana, non obligaret. ibi Sotus.

3 Secundo. Qui † unum paruum denarium pauperi dare uoto promisit, aut unum recitare Pater noster, si uotũ non implet, uenialiter tantummodo peccat: minimum enim est. Si uerò uotum fecerit

4 cerit quotidie dare† denarium pauperibus, siue recitandi Pater noster, aut Aue Maria, tunc demum peccasse mortaliter iudicatur, si continuatis multis diebus uotum seruare omiserit, ita quòd boni viri arbitrio iam modicum nō existimetur, Sotus lib.7.q.2.art.1.colum. 2. contrarium tamen asseuerauimus, scilicet huiusmodi peccare venialiter infra in septimo præcepto de furto, num.15.

5 Tertio. Qui † à singulari, uel aliquo uerbo ocioso se abstinere voto promisit, si contraueniat, mortaliter peccare non censetur, sed tantummodo uenialiter: creditur enim ſm legis consuetudinem obligandi se uoluntatē habuisse ad ueniale. Erit tñ illius actus duplex ueniale peccatum: cum præter cōem legem agat, & uotum non seruet, Sotus, qui supra, in princ. & lib.8.q.1.art.7.col.2.

SVMMARIVM.

1 *Voti materia propria sunt opera supererogationis, & vota religionis cæteris antecellunt.*

2 *Vouens ingredi religionem expresso nomine, vel loco religionis, vel non expresso, an, & quando liber sit à voto, si non admittatur.*

3 *Vouens in specie ingredi religionem, an à voto liberetur, si Generalis non vult illum recipere.*

4 *Vouens ingredi religionem, an ēt profiteri teneatur ingrediens, distingue vt ibi.*

5 *Dispositio loquens de ingressu monasterii, de valido ingressu intelligitur.*

6 *Professio, & ingressus monasterii distinguūtur: & an propriè quis dicatur ingressus ante professionem.*

7 *Ingressus ad religionem nonnunquam obligat ad professionem. nu. seq.*

9 *Donata ante, vel post ingressum ab egresso infra annum recuperantur.*

10 *Exitus ante professionem num fiat licitus, præmisso prius voto fieri frater.*

11 *Dubitans, an vouere profiteri, num licitè possit exire.*

12 *Et quid si anteq̄ intret, eligatur in Epm.*

13 *Emittens tria vota absque animo se obligandi, in quo statu reperiatur.*

14 *Vouens vitam monachalem animo profitendi ad chorum, non admissus non tenetur conuersus fieri.*

15 *Monachus, vel Religiosus, qui simpliciter fieri vouit, an de perfecta religione intelligatur vouisse.*

16 *Monachus, vel religiosus quis dicatur, & fratrum appellatione qui veniant.*

17 *Monachorum appellatione, qui dicantur, & qui sint conuersi.*

18 *Impedimenta, quæ si uouens nouisset, non vouisset, non liberant à voto.*

19 *Incorrigibilis è monasterio expulsus, si frugi effectus reuertens non admittatur, an sit à voto liber.*

20 *Religionem qui vouit profiteri, si vxorem duxerit, an exigere, & reddere debitum possit: tenetur tamen animū ingrediendi habere, nu. seq.*

22 *Vouens vnam, & alteram religionem ingrediens, quare in ea licitè possit esse.*

23 *Vouens religionem, & etiam seruare castitatem, non admissus castè viuere debet in seculo.*

24 *Virginitatem, qui vouit, si votum fregerit, tamen postea seruare cogitur: quid si vxorem duxerit. & nu. seq.*

26 *Peccare paratum debet Confessarius quātum potest, reuocare à peccato in casu.*

De voto Religionis, & castitatis. Cap. XXIIII.

1 Supererogationis † opera voti sunt propria materia, ut ex prędictis colligitur. Inter quę cum regularis vita primū obtineat locum, iam sequitur uotum illud, quod religionis dicitur, omnia alia antecellere, huic proximum est uirginitatis, aut castitatis votum, eo quòd uirginitas ipsa cætera omnia supererogationis opera facilè superat: habent autem hæc uota propter sui excellētiam quamplurima in eorum obseruatione specialia, ideo de iis erit more solito specialius differendū.

2 Primo. Qui uouit † habitum religionis in cœnobio D. Seuerini de Neap. suscipere, si repulsam à patribus illius monasterii patitur, non cogitur alibi regularem uitam ducere, D. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. tertio, ad secundum. Si verò in religione aliqua, (puta) Benedictina vouet regularem ducere vitam, nõ ei sufficiet, si ab uno, vel altero monasterio reiciatur, nec tamen omnes illius domos tenetur perquirere, sed satis est ei, si aliqua tantummodo arbitrio boni viri cœnobia perlustrans, & suam volũtatem exponens non recipiatur, Nauar. cap. 12. nu. 46.

3 [Hinc † sequitur, quòd vouens ingredi religionem Minimorum: si adiit Generalem, qui noluit eum recipere, non satisfacit voto, ita ut possit declarari absolutus ab eo, sine alia causa in id accedenti: nisi sciret Generalem, uel Prouincialem causa cognita, & partibus auditis, suis subditis iussisse ne ipsum reciperent ad sua monasteria, eo quòd ob talem causam iudicauerit indignum, qui recipiatur. ita Nau. li. 3. de voto. cõs. 11.] At si regularem habitum uouit suscipere, nec locum, nec religionem aliquam particularem expressit, ita demum poterit secura conscientia remanere in seculo, si saltem omnes, aut pœnè omnes conuentus in regione propria existentes circuisset, & ab omnibus repulsus fuisset, Sotus lib. 7. de iust. & iu. quæst. 2. art. primo ad tertium argumen. Quod verum erit, vbi saltem tacitè de monasteriis suæ regionis, dum uouebat cogitasset, vel etiam, quam tunc habuisset intentionem, dubitaret: cum in dubio uotum ita sit interpretandum, vt uouẽs liber maneat, Sotus lib. 7. quęst. 3. art. 2. colum. 3.

4 Secundo. Qui † ingredi uouet religionem, an obligatus sit non solum ingredi, sed etiam profiteri. dicit D. Thomas, quam sequitur Caiet. 2. 2. quæst. 189 artic. quarto, quòd cum votum debeat esse uoluntarium, cap. licet, de regu. & eatenus fertur obligatio uoti, quatenus se extendit intentio uouentis, quòd exploranda est intentio eius, scilicet, quã do uotum emisit, an intendebat se obligare non solum ad ingressum religionis, sed etiam ad profitendum, & tunc tenetur perpetuò remanere: si autem intendebat se obligare ad ingressum religionis causa experiendi, & tunc manifestum est, quòd remanere non tenetur. Sed in dubio quando aliud non cogitauit, aut expressit, profiteri non cogitur, sed ad seculum remeare poterit, si regularis vitæ onera ferre dubitabat, secus autem si profiteri uouisset, Syluest. in ver. religio, secunda, quæst. 19. Couar. titu. de pact. prima par. §. 3. num. 12. vers. quod

5 si quis. Et † nec obstat, quòd dispositio, quę loquitur de ingressu monasterii, de valido ingressu intelligitur, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. 2. & ibi Bald. C. de eunuch. cum vulg. & expressa cõditio apposita in aliqua dispositione si aliquis ingrediatur monasterium, non impletur, nisi persistat in monasterio, ut tradunt Bald. & Moder. in l. si quis hæredem, C. de institut. & substitut. nam

6 ante professionem † non dicitur propriè quis ingressus, optimus text. in capitu. religioso, §. 1. de sentent. excommunic. lib. 6. quia illa procedunt inspecta mente disponentis, qui cogitare videtur de ingressu monasterii cum effectu, idest cũ professione, aliàs ingressus monasterii, & professio distinguerentur, cap. pen. de regu. lib. 6. & ita est in uoto. Nec etiam obstat authoritas D. Thom. 2. 2. quæst. 189. artic. 3. ad secundum, ubi inquit, quòd, qui se uoto obligauit ad religionis ingressum, si non recipitur in una, tenetur ire ad aliam, quia diuersus est casus, & ex diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. ibi enim intelligitur de eo, qui nõ est ingressus, hic autem de eo, qui fuit receptus. Et si diceres quod discrimen est inter hunc, & illum, qui absque uoto ingreditur? Respondet Caiet. qui supra, esse maximum: nam ut omittamus interim quòd iste religionis habitum cogebatur suscipere: ille uerò

minimè

minimè: iste si sine rationabili causa in religione non perseuerauerit, mortaliter peccabit: ille uerò, qui absque uoto ingressus fuerit monasterium, venialiter tantummodo peccare creditur, etiã ubi sine rationabili causa recesserit, [nisi eui
7 denter † appareat, quod per ingressum religionis uoluerit uitam mutare, puta, quia ipsemet fuit confessus, quòd tempore sui ingressus animus suus fuerit firmus mutare seculum, cap. statuimus, de
8 regula. Vel nunc † confitetur, vel dimisit beneficium suum, quod tenebat, dum aliud non haberet, vel si se, & sua expressè monasterio obtulerit, vel fecit testamentum. Hęc enim & similia sunt signa euidentia dimissionis seculi, quod nota. ita Dom. Anto. de Butr. in d. cap. statuimus. in fi. Abb. in cap. consulti. de regu.
9 Sed an recuperet bona, † quæ aliis donauit, vel legauit ante ingressum, si postea infra annum egrediatur. Dic, quod non. Host. in d. c. statuimus, nisi fecerit protestationem, quod intendebat probare regulam: quia tunc uidetur donare causa mortis, & sic causa non secuta recuperat bona, arg. tex. in l. mortis causa. ff. de dona. causa mor. l. non omnis. ff. si cer. peta. Si uerò post ingressum fecerit donationem suorum bonorum etiam cum iuramento in fauorem pię causæ, illa non ualet, nisi cum licentia Episcopi, seu eius uicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, & tunc non aliàs intelligitur suum effectum sortiri, nisi secuta professione, ita habetur in Conc. Trid.
10 sess. 25. cap. nullus quoque. Sed quid † si quis emitteret uotum ingrediendi religionem, & fieri frater, an illã ingrediens licitè possit ante professionem exire, & matrimonium contrahere. dic quod sic; & ratio est, quia uotum ingrediendi religionem, & fieri frater, sunt eiusdem virtutis, ita singulariter asseruit Caiet. 2. 2. q. 189. art. 4. Sed uouens ingredi religionem potest liberè exire, ita D. Th. d. art. 4 ergo sic qui uouit fieri frater, Nauar. extra de uoto, lib. 3. conf. 19.
11 Rursum quæritur, quid de † eo, qui uouit vnam religionem ingredi, an licitè possit exire, si dubitat, an etiam uouerit profiteri? Respon. quod sic, si dubitans multum inclinat in partem negatiuam, ꝙ ingrediendo adimpleuit votum, maximè, quia hoc semper præsumi debet pro libertate. At si est anceps, eligere potest tutiorem partẽ, saltem quo ad forum cõscientiæ, cap. iuuenis. de spons. & si non vult profiteri, procuret habere dispensationem in sacra pœnitentiaria, eo modo, quo ponitur per Nauar. lib. 3. de uoto,
12 conf. 18. Sed quid † si quis uouit ingredi religionem, & antequam intret eligitur in Episcopum, an sit deobligatus? Respon. quod non, ita tex. in cap. per tuas. extra de uoto. potest tamen Papa dispensare, ne ad religionis ingressum teneatur.
13 tur. Sed an † ad uoti obligationem requiratur propositum adimplendi promissum, (verbi gratia) Religiosus vouet tria vota, an teneatur, quando uouet, habere efficax propositum obseruandi illa? Respon. quod uouens animo obligandi se, & non adimplendi promissum, mortaliter peccat, estque in statu damnationis, donec propositum mutet, & ad votum adimplendum obligatur. At qui vocetenus sine animo obligãdi se Deo, & adimplendi uotum uouet, mortaliter peccat, quia mentitur, si uoce tantum illud proferat, non tamen ad votum adimplendũ obligatur, Sotus lib. 8. de iust. & iu. q. 1. artic. 2. Deest enim voluntas uouendi, quæ est radix obligationis. Hinc qui coram aliis, ut fit in voto solemni religionis, sine animo promittendi uouet, votum adimplere tenetur, non ratione uoti, quia fuit nullum, sed ratione scandali uitandi, quod ex uoti fractione sequeretur, posseque Ecclesia sic uouentem ad uoti obseruantiam compellere: quia cum Ecclesia non iudicet de occultis, non tenetur illi credere, quamuis iuret intentionẽ obligandi se non habuisse, quemadmodum fictè ordinato, aut baptizato etiam si iureiurando affirmet se intentionem recipiendi tale sacramentũ nõ habuisse, fidẽ adhibere haud tenetur.]

14 Tertio. Qui † monachalem vitã vouit ea mente, vt profiteatur ad chorũ, & assumat sacros ordines, si repulsus fuerit, nõ cogitur conuersorũ habitũ suscipere, aut ad munera laica profiteri: immo nec ẽt Grãmaticam tenetur addiscere, si uellent eũ recipere, qñ Grammaticam calleret, si ignorauit ipse Grammaticam monacho profitenti ad chorũ necessariam, Sotus de iust. & iu. lib. 7. q. 2. art. 1. col. 5. in fi.

15 Quarto. Qui † vouit se monachũ fieri, aut religiosũ simpliciter, non cogitãs de libertate exitus, nec de professione, intelligitur votũ istud in anno quidẽ probationis, non tñ de perfecta, & perpetua religione. Quod idem dicendum de eo, qui vouerit se esse religiosum, ea tñ intentione, & mente, vt velit gaudere anno probationis: nam poterit intra annũ ante professionem exire, ita vtrunque docere conatur Caiet. 2. 2. q. 189. art. 4. Quod secus est, si simpliciter uotum fecisset se esse religiosum. Coua. tit. de pac. prima par. §. 3. nu. 5. circa fi.

16 Quis aũt † dicatur monachus, vel religiosus, dico secundum Decium in c. causam quæ, nu. 6. & 7. de iudi. ꝙ propriè loquendo oẽs religiosi, & monachi fratres dicuntur, secus est de cõi usu loquendi: quia tantũ illi, qui sunt de ordine sancti Benedicti dicuntur monachi, alii aũt religiosi mendicantes fratres dicuntur, & in materia odiosa appellatione fratrum, non veniunt monachi: quia cõis usus loquendi attenditur, vt notatur in c. ex litteris. primo de sponsa. facit tex. in c. quã. 2. q. 7. notat Abb. in c. sanè, in fi. de foro

17 compe. & contra, † appellatione monachorum non veniunt fratres, vt in d. c. causam quæ. Conuersi verò dicuntur, qui se, & sua obtulerunt monasterio habitu non mutato, ut tradit Abb. in c. non est, in secundo not. de reg. & in c. tuis, in primo not. de testib. Hoc tñ variatur ſm diuersos mores religiosorũ, ut notat Dec. in c. in præsentia, nu. 23. de proba. Quod nota pro illis, qui uouent se fieri oblatos, vel conuersos, & nesciunt explicare suam voluntatem.

18 Quinto. Qui † regularem vitã ducere vouit, si postea impedimẽtũ aliquod experiatur, quod si antea cognouisset, votũ minimè emisisset, tamen quod promisit seruare cogitur, D. Th. in 4. sent. dist. 38. art. 2. q. 1. & 2. 2. q. 189. art. 4. vbi Caiet.

19 Sexto. Qui à † monasterio postquam religionis solemne votum emiserat, tanquã incorrigibilis expulsus, iuridicè causa cognita per sententiã definitiuã propter sua delicta, mutatus in virũ alterũ, mutatisq; moribus in melius, ad cœnobiũ rediens, & quod recipiatur humillimè exposcens, si non admittitur à patribus, poterit tuta conscientia in seculo remanere, in habitu clericali subiectus Episcopo suo, à voto paupertatis, & obedientiæ liber, sed voto continentiæ astrictus, atque horas canonicas recitare obligatus, ẽt si nullum vnquã ordinem suscepisset, Sotus li. 7. q. 2. ar. 1. col. pen. ver. superest hic. [Quis aũt sit incorrigibilis, vide Panor. in c. cum non ab homine. de iudi. vbi concludit, quod tribus modis. Primo, qñ quis perseuerat in criminibus perpetratis, quia non vult ab illis desistere. Secundo, si ter monitus nõ desistit, c. contingit, el 1. de sent. excom. Tertio, qñ pœnitentiam sibi iniunctam non facit, & se occultat, probatur in c. vt famę, de sen. excom. proprie verò dicitur ille, de quo nulla est spes, quod corrigatur: cũ Ecclesia non habet vltra quod faciat, d. c. cum nõ ab homine, qui admonitus à superiore est obstinatus, & illum non vult audire, ad hoc 8. dist. c. consuetudo, in fi.]

20 Septimo. Qui † vouit religionis habitũ suscipere, & in ea profiteri, si vxorem duxerit, voti quidem transgressor erit, at nõ impeditur ab emisso voto, quin possit & exigere, & reddere debitũ, ita Io. And. in cap. rursum, qui cler. vel vouen.

Verũ fatetur, ꝙ sit necessaria dispensatio Episcopi. Petrus tñ de Ancha. in c. 1. de voto, lib. 6. vr̃ velle, quod non sit necessaria dispensatio, & ita refert D. Tho. tenere in 4. sent. dist. 38. ar. 4. & ita est veritas, cuius rõ est: nam quemadmodum, qui Deo promisit intra annũ sacros or-

dines

dines suscipere, si eo tpe non suscipiat; peccati quidem reus erit, sed non erit astrictus horas recitare, atque castitatem

21 seruare. Sic qui † vouit religionē ingredi, & in ea permanere, si postea duxit uxorem, tenetur quidem rōne huius peccati non exiguā agere pœnitentiam, & ēt voluntatem retinere adimplendi votum, si quando potuerit, id est, mortua vxore, ita Io. And. in c. 1. de voto, lib. 6. At quandiu matrimonii vinculum durat, non tenebitur castitatem seruare, Sotus li. 7. q. 2. art. 1. col. antepe. Nauar. c. 12. nu. 47.

22 Octauo. Qui † post votum à se de certæ religionis ingressu emissum, religionē aliā laxiorē ingreditur, & profitetur in ipsa, pōt licitè manere in illa, vbi professionem emisit: quia voto priori simplici derogatur per hoc secundū solēne. Pro voto tñ non completo erit eidem pœnitentia imponenda, tex. est in cap. qui post votum, de reg. lib. 6. Syl. in ver. Religio. 2. q. 18. [Cauere tñ debet magister nouitiorū, ne tales vouentes recipiat, vel receptos retineat, quia retinendo, peccatis illorū cooperatur. Sed an possit Eps dispēsare, vt habens arctioris religionis votū, latiorē intrare valeat? dic quod sic. Hoc enim non est dispensare in uoto religionis, cum semper sit religioni obnoxius, sed est dispensare in latiori uinculo. Rursū, an interim, ꝙ nō profitetur remaneat obligatus ad primum votum. Dic ꝙ sic, ita tex. in d. c. qui post votum, ibi & profitetur. vbi fm Io. Andr. hæc copula dat intelligere, ꝙ post ingressum ante professionē adhuc est obligatus ad votum. Vnde potest primum monasteriū agere contra talem, vt votum adimpleat, ita Arch. in c. scimus, 12. q. 1. Et si certā religionē non expressisset, pōt Ecclesia qñ sibi in iudicio constaret, illum cogere ad aliquā profitendā, ita Io. And. & Franc. in d. c. qui post votum.]

23 Nono. Qui † uouit religionem eo animo, ut si ad illā non admittatur, castitatē in seculo custodiat, non seruando, peccat mortaliter, ēt si repulsam à monachorū patribus patiatur, ita Io. And. in c. 1. de uoto, lib. 6. At si uouit principaliter religionem, & ueluti accessoriè castitatem, quā facilius in ea seruare pōt, tū liberatus à uoto religionis, erit ēt liber à uoto castitatis. facit tex. in c. accessoriū, de reg. iu. li. 6. ita Nau. li. 3. extr. de uoto, cons. 4.

24 Decimo. Qui † uirginitatem uouit, si illam amiserit culpa sua, siue etiam absque sua culpa, tenetur in futurum castitatem seruare, adeò quòd si uxorem duxerit, atque matrimonium consummauerit, debitum quidem reddere poterit, sed non exigere; immo animum seruādi tenetur habere, atque executioni mādare, quando sibi licebit; puta uxore mortua, D. Tho. 2. 2. q. 79. ad secundum, & 88. artic. 3. ad secundum, Nauar. cap. 12. num. 41. secus autem est de illo, qui religionem uouit, ut diximus supra, num. 7. Qui uerò habuisset intentionem promittēdo uirginitatem, solum abstinendi à primo libidinis actu, & tūc uiolata uirginitate, cōtinētiam seruare nō teneretur. Et ideo cōfessor intētionē pcūctari tenetur.

25 Vndecimo. Qui † uirginitatem uouit, aut castitatem, contrahendo matrimonium, non solum peccat mortaliter, uerum etiam tenetur ingredi religionem, & in ea profiteri, si matrimoniū nō consummauit, ita Syl. in uerbo matrimoniū. 7. q. 5. & ratio est, quia tenetur uotū iuxta uires proprias seruare, & effugere periculū uiolandi illud, quod esset si cum uxore cohabitasset. Verum si consummasset matrimoniū, illud profectò teneret, c. rursum, qui cler. uel uouen. sed debitum nō posset exigere absque iusta dispensatione, Nauar. c. 12. num. 76.

26 Duodecimo. Confessarius, † & si nō peccet mortaliter respondendo habenti uotum castitatis simplex, quod si matrimonium contraxerit, illud erit ualidum, sed mortaliter peccat contrahendo, tamen debet talem habentem simplex uotum castitatis inquirentem, an possit matrimonium contrahere, prudenter deludere: quia secundum Host. non solum quis non debet peccati occasionem dare, sed etiam debet ab eo, quan-

rum

tum potest auertere peccare paratum, Sylu. in ver. matrimonium, 7. quæst. 5. vers. nonum.

SVMMARIVM.

1 *Vota metu facta, an obligationem habeant.*

2 *Metus ab intrinseco, & ab extrinseco, qui, & qui metus ad vouendum directè cogat, vel non, nu. 7.*

3 *Minor metus cadit in fœminam, & puerum, quàm in virum constantem.*

4 *Persona minantis conditio consideranda, vt iudicetur qualis sit metus, & idem de blanditiis, & etiam cui minæ inferuntur, nu. 6.*

5 *Rogatio superioris habet vim præcepti.*

8 *Coactus à patre verbis, & verberibus, voto non ligatur, & quid de vouente in periculo mortis.*

9 *Matrimonium contractum ab existente in periculo mortis, an teneat.*

10 *Castitatem, qui vouit coactus directè ad vouendum, si contraueniat, an peccet.*

De votis ob metum emissis. Cap. XXV.

Voti obligatio (uti supra tetigimus) ex nuda, puraq; promittentis voluntate pendet, ideoque vbi aliquid obiicitur, qđ voluntatem tollat, obligatio nulla nascitur: metus autem, quia voluntatem solet tollere, ideo obligationem impedire con
1 sueuit. Vnde † vulgò dicitur, quòd uota metu facta obligandi uim non habent, sed hoc non semper verum est: multa enim vota metu facta tenent, & vt multas omittamus scribentium ambages, regulam certam constituamus, qua poterunt dubia omnia fugari, quæ huiusmodi est: Quotiescunque cogitur aliquis vi, aut metu directè ad votum aliquod emittendum, voto non astringitur: vbi verò directè ad vouendum non cogitur, sed aut in carcere detinetur, etiam iniustissimè, aut aliàs opprimitur, & ille ut patrocinium mereatur diuinum, votum emiserit, obligatus remanebit. Primum solent nostri metum ab intrinseco, secundum vero ab extrinseco appellare, licet non ita perfectè declarent, sed hoc iam
2 non sufficit: nam † non omnis metus etiam ad vouendum directè cogens excusabit, sed ille tantummodo, qui in constantem virum cadere potuisset. Hic autem quis nam sit, non est adhuc compertum, vnde boni viri arbitrio remittendum, quod notat glo. in l. interpositas, in ver. cruciatum. C. de transact. text. in l. metus autem causa. ff. ex quib. cau. maio. Abb. in cap. cum uirum, num. 8. de regu. Dec. in c. 1. nu. 1. & nu. 8. de appella. glo. in cap. cum dilectus, de his, quę ui, aut met. vbi Abb. dicit eum singularem, qui hoc ex qualitate obiecti agentis, & etiam patientis poterit determinare: nam minor metus cadit in fœminam, quàm in uirum, glo. in c. quod locum, de sponsa. Paris. in cons. 26. nume. 64. lib. 3. sic mi-
3 nor † metus cadit in puerum, quàm in uirum: sic si leuis offensa, aut modicæ pecuniæ amissio, aut aliud quid simile comminatum fuerit, metus cadens in constantem virum non existimabitur. l. uani timoris. ff. quod met. causa. at si mors naturalis, atrox cruciatus, diuturnus carcer, & iniuriosus, amissio bonorum, vel maioris partis, aut virginitatis, aut quid simile comminatum fuerit, metus cadés in constantem uirum reputabitur: quia ad fortitudinem etiam spectat ibi timere, vbi est timendum, cap. cum dilectus, quod met. cau. l. isti quidem, l. nec timorem, l. qui in carcere, ff. eo. tit. Quod uerum erit, si persona, quę minas infert, talis sit, quæ quod ore minatur, opere possit adimplere. finge enim puerum, aut imbecillem mulierculam iuueni morté, aut atrocem cruciatum, nisi religionis uotum emiserit, comminantem quis reperiretur, qui hunc iustum metum
4 existimaret? Consideranda igitur † est persona, quæ minas infert, vt sit malæ conditionis, secundum Bald. in l. interpositas.

positis. C. de transact. vel quòd minans fuerit consuetus illas exequi, Bald. in l. fin. ff. de hæred. instit. Inde est, quod si minæ proferantur per eum, qui id potest exequi, quod minatus est, timendæ sunt. l. quæsitum. ff. ad Turpil. l. nisi. §. si legatarius. ff. ad l. Falcid. & quod dicitur de minis, intellige etiam de blanditiis, importunis precibus domini, & superioris, nam huiusmodi blanditiæ inducunt iustum metum, glo. in l. 1. C. si rect. prouin. & in l. 1. ff. quod iussu. Et roga-
5 tio † domini, & superioris habet uim præcepti, Bal. in l. si mandator. C. quod cum eo. Alex. consi. 124. ad quod facit quod inquit Barb. in c. quoniã Abbas, col. 25. de offic. deleg. vbi infert, quod si subditus superiori pro modico remittat vsuras, non tenet talis promissio: quia præsumitur facta per metũ, ita not. Io. And. in addit. Spec. in tit. de usur. §. 1. in prima additione magna, sequitur Paris de Put. in suo tract. de syndic. tit. 14. in prin. Hippol. Marsil. sing. 645. incipiens, Aduertãt
6 Principes. Sic etiam † personæ illius, cui vis infertur, qualitas est consideranda: quia metus, qui excusaret mulierem, aut senem calore sanguinis iam destitutum, iuuenem minimè excusatũ reddere posset, vt inquit Sotus, lib. 7. quæst. 2. art. 1.
7 col. 4. Nec etiam semper vera † est altera nostræ regulæ pars, quæ dicit metũ non excusare, vbi quis directè ad aliud potius cogitur, quàm ad uouendum: nã si tantus sit metus, ut in totum auferat rationis discursum, excusabit quidem, secus verò si non tãtus fuisset, Arch. in c. sunt qui opes, vbi etiam gl. 17. q. 4. gl. in c. non est. 15. q. 1. Hæc ex specialium casuum decisione faciliora reddentur.
8 Prima. Qui à † patre, aut alio cogitur, ut uotum religionis, aut castitatis emittat, & uerbera uerbis admiscentur, si uouerit, uoto non ligatur, c. 1. de his, quę ui. directè enim cogebatur ad uouendum. Si uerò dum febribus æstuaret, & mortis periculum timeret, uel etiam si dum detineretur ab hostibus in iniurioso carcere, aut in medio pelago à uentis agitaretur, uotũ uouit, obligatus erit: nõ enim ad uouẽdum cogebatur; immo nec instigabatur quidem, sed ut diuinũ imploraret auxilium, ad uotum confugit, tex. est. & ibi Abb. in c. 2. de renunc. c. sicut, Io. 2. de regul. Abb. in cap. 2. de his, quæ ui. Sylu. in uer. metus, nume. 8. nisi tantus esset metus, ut rationis usum pro illo saltem tempore, quo uotũ emittitur, auferret in totum, Sylu. in uer. uo-
9 tum. 2. §. 12. Sic † matrimonium cõtractum ab existẽte in articulo mortis, naufragii, prælii, ægritudinisve causa, cum concubina, non ex eo nullum erit, quod timore periculi sit contractũ, quòd aliàs minimè contraheretur: is enim metus ad illum actum non fuit illatus, Couar. de pact. par. 1. c. 3. nu. 16.
10 Secunda. Qui † castitatem uouit, coactus directè ad uouendum, si contraueniat etiam propria authoritate, non peccat: nam ipso iure nõ tenetur, tex. in terminis, in c. 1. de his, quæ ui. Hæc autem uera sunt, ubi ad uouẽdum cogitur, nisi ad uoti uiolationem metu mortis astringeretur, quia non esset tunc uoti uiolatio mortale peccatum: nisi hoc in Ecclesiæ contemptum præciperetur, per c. sacris, de his, quæ ui. Sotus, lib. 7. quæst. 2. artic. 1. col. 4.

SVMMARIVM.

1 *Vota puerorum, & filiorum familias an uouentem obligent.*
2 *Pubertas, & ætas prope pubertatem, quo anno in masculo, & quo in fœmina, & an ualeat uotum in hac ætate. nu. seq.*
4 *Votum filiifamilias maioris 14. ann. pater vel tutor non infringit, secus de existente propè pubertatem, amplia, ut nume. seq.*
6 *Filius existens sub patria potestate uouens siue maior, siue minor, uoto ligatur, votum tamẽ pater usque ad annum 25. irritare potest, & nu. seq.*
8 *Filius votum reale patris, salua legitima, implere cogitur, personale non item.*

De

De votis filiorum familias. Cap. XXVI.

1 VOta, † quæ à pueris, aut filiis familias emittũtur, non eundẽ habent robur, nec eandem pariunt obligationẽ, tum pp paruitatẽ iudicij; tum ẽt, quia cum nihil habent, saltẽ quantũ ad administrationem, promissione minimè ligantur. Igitur si pp minorem ætatem rationis vsum non sunt adepti, uoto nullo ligantur. c. 1, de delict. puer. si verò habent quidẽ rationis vsum, quod in puero quantũ ad vouere est solum propè pubertatẽ, ita proprius tex. in c. 2. ext. de voto. vbi Abb. in primo notabili, Sylu. in verbo, religio. se-
2 cundo, q. 15. & propè † pubertas in masculo est decem annis cũ dimidio, & in fęmina nouem cum dimidio, ſm gl. no. in l. 1. ff. de nouat. Francus in c. si pater, nu. 17. de testa. lib. 6. tunc si votũ personale emiserint, hoc est rem aliquam ad personã propriam pertinentẽ, vti esset oratio, & ieiunium, aut ẽt regularis vita, valebit quidẽ votũ, sed à parentibus, aut tutoribus irritari poterit, si adhuc vouẽtes infra pubertatis annos sint constitu-
3 ti. 20. q. 2. puella. Si † verò iam puberes facti, quod in masculis in quartodecimo anno, in fœminis uero duodecimo solet anno contingere, votũ aliquod personale emiserint, adeò firmũ illud erit, quod nec à parentibus, nec à tutoribus infringi poterit, aut irritari. At si reale votum, quod vouerint; idest, si aliquid ad res ipsas pertinens, & in cuius adimpletionę sumptus sunt necessarii, voto promiserint, absque dubio ligantur, sed à parẽtibus, aut curatoribus, ẽt si maiores fuissent, qñ votum emiserũt, irritari poterit, Sotus de iust. & iu. lib. 7. q. 3. art. 2. Hinc multa deducuntur, & primo.

4 Si filiusfamilias † maior quatuordecim annis vouit regularem ducere uitã inuitis parẽtibus, aut tutoribus, adimplere cogitur, nec poterit ab ipsis irritari, Sylue. in uer. uotũ, 3. q. 6. Naua. c. 12. nu. 70. Si uerò infra annos pubertatis existens uouit qualibet sexta feria ieiunare, aut ẽt habitũ religionis suscipere, licet uoti uinculo ligetur, quod intellige si fuerit prope pubertatẽ, quo ad uotum, quæ in masculis in decimo anno cũ dimidio, in fęminis uerò nouem cum dimidio solet anno contingere, quãuis quo ad peccare posse prope pubertas sit post annum septimũ, tunc in tali casu poterit pater uotũ irritare, quod si nõ irritauerit, tenetur filius adimplere, D. Tho. opusc. 17. c. 12. postquam paternam exiuerit potestatẽ, uerũ quia tales sunt inexperti, propter fragilitatem ætatis, cum ipsis facilius dispensatur, ut not. extra de uoto, cap. ueniens, Dom. Ant. de But. in cap. scripturæ, num. 3. eod. tit. & Innoc. ibi.

5 [Sed quid si uouerit † se seruaturum continentiam, uel ingressurum religionẽ, cum uenerit ad ætatem legitimã, uel cũ pater eius obierit. Nunquid pater uotum illud reuocare, uel irritare potest cõtradicendo? Respon. Inn. in d. c. scripturæ, ꝙ sic. unde non tenebitur illud seruare, nisi iterũ uoueat; quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. Nec pater, nec tutor peccat in reuocando: quia hoc sibi conceditur à iure, & à Deo. hęc Innoc. Sed quid si habet auũ, & patrem, & auus consentit, & pater dissentit in uoto ipsius nepotis. Dic, ꝙ semper est præferẽda uoluntas patris, & non aui. ita dicit multum eleganter Innoc. cap. 2. de regu. ubi etiam ponit utrũ mater debeat consentire uoto filii, de quo etiam in cap. si qualiter, ubi glo. 20. q. 2. quæ uidetur dicere, quòd sufficit patris consensus.]

6 Secundo, qui † eleemosynã dare uouit, dum esset in patria potestate, siue maior sit, siue minor, uoto ligatus remanet, sed usque ad uigintiquinque annos poterit pater tale uotum irritare: nisi iste castrense, uel quasi castrense haberet peculium, in quo pater familias reputatur, D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 8. & in 4. sent. dist. 38. q. 1. art. 1. q. 3. ad secundum.

7 Tertio, qui † dum esset puer, uotum personale emisit, quod nunquàm fuit à paren-

parentibus, aut tutoribus irritatum, maior factus tenetur adimplere, ſi compertum habet, quòd tunc dũ uouebat, uſum rationis habuerit, quod eſt, ſi fuerit doli capax, vt ſupra diximus. Si verò dubitat, credendum eſt potius, ꝙ illo tempore dictum vſum non habuerit, vt à voti vinculo liber remaneat: ratio eſt, quia ſemper melior eſt cõditio poſſidentis, & hominem manere à uoti vinculo liberũ, cẽſetur manere in ſua poſſeſſione. Sotus lib. 7. q. 3. art. 2. col. 2. verſ. Sed eſt hic.

8 Quarto, filii, † vota à parentibus facta, ſi realia ſint, & ipſi hæredes extiterint, adimplere aſtringuntur; quatenus vires hæreditariæ patiuntur. Verũ ſi pro huiuſmodi uotis filii legitima priuarentur, cauſam haberent impetrandi diſpenſationem. Sylueſt. in uer. uotum, 2. q. 11. verſ. quartum, Nauar. c. 12. nu. 56. vide quæ ſupra diximus, cap. 11. nu. 8. Si verò perſonalia ſint, minimè tenentur, ſiue talia ſint, quæ à filiis eſſent perficienda, niſi ſe ſponte obligauerint, Sylu. qui ſupra, ver. tertium. Vnde ſicut non cogitur filius die veneris ieiunare, in quo ieiunaturum ſe pater uoto promiſerat: ita nec etiam habitum religionis ſuſcipere, ſi pater, uel mater filium monachum futurum uouiſſent, Abb. in c. olim, nu. 4. de reſtit. ſpol.

SVMMARIVM.

1 *Monachi ſtrictius ſubdũtur Abbati, quàm ſeruus domino.*

2 *Monachus, cui monaſterium egredi non licet, non impetrata exeundi licentia ob uotum adimplendum, tutus eſt à peccato.*

3 *Monachus votum orãdi per horam, vel ſe virgis cædendi implere tenetur; debet etiam vxor vota abſtinentiæ exequi.*

4 *Prælatus aſſenſum in voto, monacho præſtitum, ex cauſa reuocare poteſt.*

5 *Monachi voto irrito facto à prælato, non reuiuiſcit obligatio, monacho liberato à poteſtate. & an uota omnia irritare poſſit prælatus, nu. ſeq.*

De votis à Religioſo emiſſis. Cap. XXVII.

SI ſubiectio, & obedientia alii debita, (quemadmodum ſuperiori capitulo diximus) uoto impedimentum afferre ſolet, ne obligationem producat; monachi, qui

1 magis † Abbati ſubduntur, quàm ſeruus domino, aut uxor uiro, aut filius patri, cap. noluit, iuncta glo. 33. q. 5. abſque dubio non ligantur, dum uouent. [& ratio eſt ſecundum Rich. 4. diſt. 38. q. 4. art. 1. quia uotum religionis eſt tantæ altitudinis, quòd omnia alia poſſunt commutari in illud, ut infra dicetur. Et ideo Eccleſia conſiderans huius uoti altitudinem, & humanam infirmitatem, uoluit authoritate Dei nullum uotum poſſe ſuperaddi uoto religionis propter periculũ transgreſſionis. Qua etiam de cauſa iura conſentire uidentur, ꝙ uota, quæ fecit homo ante ſui profeſſionem, in religione, quæ prælatus eum recipiens ignorauit, reuocare poteſt, poſtquàm notũ ſibi fuerit. ita arguit gloſſa 33. q. 5. noluit.] Eſt tamen aliquis adhibendus modus. ut enim dixit Caiet. 2. 2. q. 88. art. octauo. Quædam in religione monachis, uel in genere, uel in ſpecie prohibita ſunt, & hæc uouentes adimplere non coguntur, ſed Abbati tantummodo ſuggerere; & ipſius impetrare aſſenſum. Quędam uerò ſunt permiſſa, & hæc uouentes adimplere obligantur, niſi à prælatis irrita facta fuerint. Hæc eſt particularium caſuũ deciſione magis eluceſcent.

2 Prima. Qui † in religione aliqua conſtitutus, ubi non licet abſque particulari Abbatis licentia è monaſterio egredi, uouit pium aliquem locum uiſitare: tutus non erit, ſi à prælato uotum ignoranti ei generaliter, aut etiam ſpecialiter clauſura præcipiatur, ſed oportet, ut prælato uotũ ſuggerat, & aſſenſum expoſcat, quòd ſi præſtare noluerit, tunc poterit tuta cõſcientia in clauſtro permanere, Sot. li. 7. de iuſt. & iu. q. 3. ar. 3. col. 3. uer. at uerò.

Secun-

3 Secunda. Qui † orare per horæ spatium, aut virga corpus castigare vouit, adimplere obligatur: non enim hęc in religionibus prohiberi solent illis saltē horis, quibus communibus obedientiæ officiis non derogatur. Si tamen prælato libuerit, poterit votum hoc reuocare, & ipse amplius adimplere non cogitur, cap. monacho. 20.q.4. Caiet.2.2.q.88.art.8. Sic etiam posset uxor vota aliqua abstinentiæ facere, & obseruare præter volūtatem mariti; quæ scilicet potest adimplere sine scandalo viri, quæ non tenetur frangere, sed adimplere, vt si vouit de suo dare pauperibus, vel dicere tot Pater noster, vel vnum Psalmum, Turrecre. in c. manifestum, 33.q.5.nu.3.

4 Tertia. Prælatus, † qui vouenti monacho assensum præbuit, poterit nihilominus ex causa iusta, & assensum reuocare, & uotum irritare. Quo casu ille adimplere non cogitur, si tamen sine rationabili causa assensum semel præstitum Abbas reuocaret, à peccato non esset immunis, c. noluit, c. manifestum, iunctis glossis, 33.q.5.

5 Quarta. Qui votum † emisit, quod postea à prælato fuit irritum factum, si ab eius potestate liberabitur, prior obligatio non reuiuiscit: obligatio enim semel extincta nunquam reuiuiscit, l. cum ex causa. C. de remiss. pign. cap. quidam, & cap. placet, de conu. coniug. Sotus lib.7. de iust. & iu. q.3. art.1. col. pen.

6 [Quinta. † Vota de operibus necessariis necessitate præcepti, aut uoti, absoluta sunt, & nullo modo conditionata, ita ut religiosus ad illorum obseruātiam inconsulto prælato teneatur, Prælatusque illa irritare, aut dispensare in illis non poterit: Vt si subditus emittat votum non mentiendi, aut non dicendi verbū ociosum: Ratio est, quia potissima causa, propter quam Prælatus vota subditorū potest irritare, esse dicitur, propterea quod est dominus operationum subditorum, potens illas cōcedere, aut prohibere: quę lege diuina pręcipiuntur, prohibere, vel concedere; quæ eadem lege prohibentur non est illarum operationum dominus, nec in illis dispensare potest, commutare tamen poterit. Sotus tamen oppositam opinionem defendit, ut infra cap. seq. num.7.]

SVMMARIVM.

1 *Votum pœnale, quale sit, & presbyter, & sacerdos idem sunt.*

2 *Vouens clericum fieri, sufficit, si aliquem ex ordinibus suscipiat.*

3 *Votum religionis conditionale, à quo dispensari possit, vel ante, vel post euentum cōditionis: in quo vouentis verba consideranda, nu. seq.*

5 *Vota, qui virtute Iubilei potest commutare, non potest pœnas incursas relaxare.*

6 *Absolutus à voto, absolutus dicitur à pœnis.*

De voto pœnali. Cap. XXVIII.

1 EST & aliud voti † genus, quod à pœnæ adiectione pœnale dicitur, vt si quis in lapsum carnis incidens, quod postea maximè odit factum, votum voueat dicēs: Si amplius in lapsum carnis incidero, religionis voueo habitū suscipere, uel presbyter fieri; hic si in carnis lapsum inciderit, uoto quasi adueniente conditione ligatur, tenetur q; habitum religionis suscipere. sic etiam tenetur ad sacerdotii ordinem promoueri: cum presbyter idem sit, quòd sacerdos, c. cleros, dist.21.

2 Quod † secus dicendum esset, si vouisset clericum se fieri: sufficeret enim si aliquem de septem ordinibus suscepisset: non autem si primam tonsuram; cū tonsura propriè nō sit ordo, nec aliquem faciat clericum. Richar. distin.22.art.1. quæst.1.lib.4.

3 Quæri † tamen solet, à quo possit dispensationis beneficium sic uouens impetrare. & quidem uerior est opinio, & resolutio, ut dicamus, [quod votū presbyteratus cōmutari potest in aliud æque, vel magis bonum, etiam authoritate ordinarii:

dinarii: quia nō est de numero quinque votorum reseruatorum dispensationi Papæ, de quibus in extrau. Sixti IIII. & si Dominici, de pęnit. & remiss. Et nec obstat, quod uotum presbyteratus videatur sub se includere uotū perpetuæ continētiæ, quod est illi annexum. dist. 27. & 29. quia etiam uotum religionis est huiusmodi, non tamen uouēs religionem censetur uouere illam, ut inquit Nauar. in suo Manua. c. 12. num. 47. At uotum pęnale religionis ante conditionis euētum semper potest] Episcopus dispēsare. post quam verò conditio adimpleta fuerit, ita demum dispensare poterit; si quod vouit, sit alias eius dispensationi commissum. Quamuis non desint, qui credant etiam impleta conditione in uoto religionis, aut alio huiusmodi, cuius esset aliàs dispensatio Papalis, vbi sub hac forma cōceptum fuerit, licitum esse Episcopo dispensare, Sotus de iust. & iure, li. 7. q. 4. art. 3. Couar. in rubr. de pact. par. 1. §. 3. in fi. Nauarrus uero in Manuali, ca-
4 pit. 12. nu. 43. uerba † uouentis dicit considerãda. Si enim dixit, Religionem uoueo, aut aliud, quod ad Papalem dispensationem pertineat, si amplius lusero, & hoc casu siue non adueniente, siue adueniente conditione solus Papa dispensabit. Si uerò dixisset, Voueo amplius non ludere, sub pęna seruandi perpetuam castitatem, aut aliud huiusmodi, & tunc etiam Episcopus dispensare poterit, licet si simpliciter uouisset, Papalis fuisset dispensatio. Cum ergo tantus sit opinionū conflictus, poterit Confessarius benigniorem opinionem eligere, per notata in c. fi. de constit.

5 [Rursum † quæritur, quid de eo, qui uouit singulis vicibus, quando luserit, vel cum muliere rem habuerit, erogare quasdam eleemosynas, qui postea frequēter fregit votum, & incurrit in pęnas, an per commutationem factam à Confessario habente hanc facultatem vigore Iubilei in dotationem cuiusdam virginis pauperis, videantur condonatæ pęnæ antea incursæ; & videtur quod non: quia aliud est obligatio soluendi pœnam iam incursam ratione violati voti, & aliud votum ipsum. Et in Iubileo prædicto Papa concessit Confessariis facultatem cōmutandi vota, nulla mentione facta de condemnatione obligationis ad soluendas pœnas prædictas, ergo non poterit Confessarius condonare obligationem soluendi eas; quia à diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. c. ad audientiam. de decim. Nauar. extra de voto, lib. 3. conf. 35.

Verum, quando quis facultatem habet vota commutandi, & remittendi pę-
6 nas, tunc † aduertat qui petit commutationē uoti, vt absolutus sit à voto, quod petat absolutionem non solum super pœnis incursis, sed etiam super obligatione noua, qua se obligauit aliquid non facturum sub tali pœna; quia tunc si post cōmutationem illud fecerit, in pœnas non incurrit: quia sublato principali tollitur accessorium, l. cum principali. ff. de reg. iur. c. accessorium. eod. tit. lib. 6. Alias secus, si esset dispensatum super pœnis tantū, Naua. extra de voto, lib. 3. conf. 34.]

SVMMARIVM.

1 *Voti vinculum pluribus modis tollitur; & quibus.*
2 *Irritare votum quid sit: & votum irritatur ex defectu conditionis, vel generalis, vel specialis, vel subintellecta, vide exempla.*
3 *Vota irrita fieri possunt ab iis, qui vouentes habent in potestate: & qui sint ii.*
4 *Vota quæ irritari possunt ab habentibus vouentes in potestate etiam post ætatem legitimam.*
5 *Vota puberum semel irritata, semper irrita manent.*
6 *Vota eorum, qui sunt ætate legitima quanam irritari possint à parentibus.*
7 *Prælatus vota omnia professorum irritare potest.*
8 *Vouere coniugati non possunt ea, quæ alteri præiudicant, & quo casu possint etiam cum præiudicio.*

Superior

9 *Superior non potest uotum eius, quem habet in potestate, infringere sine peccato, si consenserat.*

Quibus modis votum tolli possit. Cap. XXIX.

SVperius ostendimus, quæ requirantur in emittendis uotis. Sæpe namque uotum nō est, quod uidetur esse uotum. Egimusq; de uotorum generibus: simulq; attulimus in quolibet genere complurium casuum decisiones. Reliquum
1 est † ut de modis, quibus uoti uinculum tollitur, differamus. Ne quis pusillus, & imbecillis putans uotū nunquam fieri irritum posse, animum despondeat. Variis igitur modis uoti uinculum tolli potest, uidelicet irritatione, commutatione, uel redemptione, dispensatione, interpretatione, & denique cessatione, de quibus sigillatim differendum est, & primo de
2 irritatione. Irritare † uotum, est ipsum cassare, & infringere, ita ut amplius ligandi uim non habeat: hoc autem irritare potest is, qui illud emisit propria authoritate: & primo, ex defectu conditionis generalis, vel specialis in uoto appositæ, vel subintellectę. Exemplum de generali: vt voueo ire ad sanctum Iacobum, si vixero, vel si potero: si Deo placuerit faciam hoc, vel aliud: hæc sunt cōditiones generales, quæ in quolibet actu intelliguntur, 16. q. 1. in parochia. & 22. q. 2. Beatus Paulus. Et de multis huiusmodi conditionibus habetur de iureiur. cap. quemadmodum. Item si sit conditio specialis: vt si filius meus liberabitur, offeram pallium, ibo ad sanctum Iacobum, tunc hę sunt speciales, quæ non intelliguntur, nisi exprimantur. ff. de verbor. oblig. l. ubi autem, & l. si repetendi. C. de condic. ob cau. & tunc ex defectu harum conditionum mutatur votum, quia non arctatur quis ad votum implendū, nisi tales conditiones extiterint, ideo si filius non liberabitur, non tenetur implere, 36. q. 2. c. fin. & de restit. spolia. cap.
3 olim. Rursum, † irritare uotum ij possunt, in quorū potestate sunt vouentes, veluti pater, & eo deficiente, mater, si est tutrix filiorum, & ipsi tutores, vel curatores, maritus, dominus, Abbas, vel alius Prælatus religiosorum in iis, in quibus vouentes eis subiiciantur, arg. tex. in cap. puella, cap. illud, 20. q. 2. cap. manifestum, & cap. noluit. 33. quæst. 5. Sed non omnes æqualiter: nam pater, & eo deficiente, mater, vel tutor, & Prælati religiosorum omnia vota tam realia, quam personalia, quæ fiunt ab iis, qui pro ætatis defectu non possent matrimonium cōtrahere, irritare possunt, adeò ut quæ semel irritarunt, nunquam postea cōualescant, etiā si irritantes, denuò consentiant: nisi vouentes eadem vota iterū ratificent.
4 Irritare † autem ea possunt, etiam postquam ad legitimam ætatē peruenerint, dummodo qui uouerunt, illa prius non ratificauerint, Caiet. 2. 2. q. 189. ar. 8. nisi in uoto solemni, quod irritare quidem possunt ante legitimam ætatem, non autem postea, cap. puella, & ibi Card. S. Sixti, 20. q. 2. licet non ualuerit tale votum solemne in pueritia factum, etiam si malitia suppleat ætatem, sicut valet simplex, Nauar. cap. 12. nu. 65. ante finem,
5 & num. 68. Vota † autem puberum legitimè irritata semper irrita manent, nec incipiunt obligare postquam illi liberantur à subiectione irritantium: quia obligatio semel extincta nūquam reuiuiscit, quod procedit etiam si puberes vouerint pro eo tempore, quo liberi à tali subiectione fuerint, ita Sylu. dicit cōmunem in ver. religio. 2. quæst. 15. vers. sed si impubes. & in ver. uotum. 4. quæst. 2. uers.
6 quintum. At uota facta † ab iis, qui ad iustam peruenerunt ætatem, in qua matrimonium contrahere possent, tunc pater, aut mater, aut curator non possunt irritare, nisi uota realia ad rem familiarem pertinentia, non autem purè personalia, ueluti continentiæ, religionis, ieiunii, dicendi aliquas orationes, uel accessoriè realia, ut est religionis, quòd quidem ex con-

consequenti bona profitētis transferun tur ad monasterium cum ipsa persona, c. in præsentia, de probat. nisi iuri illorum parentum, vel curatoris prçiudicent: nec etiam tunc, si facta fuissent in subsidium Terræ sanctæ, vel de rebus castrensibus, vel quasi, vel cum expresso, vel tacito cō sensu parentum, vt optimè collegit Sylu. in uer. uotum. 3. q. 6.

7 At prælati † omnia eorum uota, qui iam professi sunt, irritare possunt, quā-uis sint de non peccando tali, vel tali pec cato mortali, vel ueniali, Sotus de iusti. & iure, lib. 7. quæst. 3. art. 1. Nauar. c. 12. num. 65. & 70. contra Caiet. 2. 2. q. 86. art. 8. in fi. irritata autem non intelligun tur, eò quòd superior inhibuerit: nisi cer tior factus de uoto, illud omnino irrita-uerit: quamuis absque hoc inferiores uo tum implere non teneantur, sicut sentit Innoc. commu. receptus in cap. scriptu-rę, de uoto. verum an sit simpliciter ue-rum hoc dictum, vide quæ supra dixi-
8 mus. Maritus † autem, & uxor non pos sunt alter alterius uota irritare, nisi in-quantum sibi præiudicium faciant, cap. noluit. cap. manifestum, 32. quæst. 5. quo etiam casu nō possent, quando alter con-iugum notoriam fornicationem, siue car nalem, siue spiritualem admiserit; tunc enim adulter non posset irritare uotum innocentis, licet præiudiciale sibi, secun-dum Panor. in c. fin. de conuer. coniug.
9 irritare † uerò uotum subiecti, in quod prius consenserat superior aliquis ex prę dictis, non potest absque mortali pecca-to, si id facit sine rationabili causa, ex me ra malitia, vel proprio affectu impulsus, vel fingens illud in maximum uergere præiudicium, cum non ita sit; licet in me ra ipsius uoluntate positum erat, ante-quam approbaret, illud irritum facere, quoniam in hoc suo iure utitur, d. capit. puella, & cap. illud, 20. q. 2. c. noluit. 32. q. 5. subiecti autem non peccant, si non adimpleant uota, quæ fuerunt ita perpe-ram irrita facta, Caiet. 2. 2. quæstio. 88. artic. 8. Sylu. in uer. uotum, 4. quæst. 2. ver. sextum.

SVMMARIVM.

1 *Votum commutare, quid sit, & commutatio in melius propria authoritate fieri potest, num. 5. & quid si in æqualem rem. num. 6.*

2 *Vota simplicia, facta per secularem, eo religionem ingrediente extinguuntur. fallit si culpa sua, nu. seq.*

4 *Iuramentum emitti solitum in Anglorum collegio, an per religionis ingressum tollatur.*

6 *Ieiunanti in pane, & aqua, licet vti leguminibus, & piscibus ex causa necessitatis.*

7 *Fragilitas magna, an iusta causa sit commutandi votum castitatis.*

8 *Confessarius in commutandis votis ex vi Iubilei, vel priuilegii, quidnam obseruet, & num. 10.*

9 *Vota, Iubilei priuilegio gaudent, quæ ante Iubilei concessionem sunt contracta.*

11 *Vota intuitu certæ personæ, vel loci, an commutari possint propria authoritate in melius, & an in rem æqualem, nu. seq.*

De commutatione. Cap. XXX.

1 Commutare † vota, quæ sunt voluntatis, nam uota necessitatis commutari nō possunt, argum. 17. q. 1. sunt quædam. (nō enim baptizatus votum fidei, quod emisit, commutare potest) sed solū potest opus aliquod supererogationis uoto pro missum in aliud mutari, ut si ieiuniū uo uenti, orationes loco ipsius præcipiātur. Si verò in pecuniam, uel in aliud pecunia æstimabile cōmutaretur, redemptio propriè esset, ut si ieiunii, aut peregrinationis votum in eleemosynas commuta retur, de hoc loquitur tex. & ibi Abb. in c. 1. extra de uoto. Hęc commutatio si in melius fiat, authoritate propria fieri pote rit: Non enim propositū, aut promissum infringere creditur, qui illud in melius commutat; de iureiuran. cap. peruenit. Caiet. 2. 2. q. 88. artic. 12. contra Sylu. in
2 ver. votum. 4. §. 7. Hinc vota † simplicia

in seculo facta, quæcūque sint, siue personalia, siue realia, extingui censentur religionis ingressu. cap. scripturæ, extra de uoto, D. Thom. 2.2. q. 88. art. 12. Quod procedit, ut etiam intra annum probationis contingat liberatio à uotis nō solum personalibus, videlicet ieiunii, & orationis, sed etiam à realibus, nempe à soluēda eleemosyna, ita aduersus Sylu. tenet Couar. de pact. par. 1. §. 3. nu. 4. vers. 6.

3 [Verum si † quis culpa sua rediret ad seculum, tunc tenetur implere primum uotum, S. Thom. 2.2. q. 88. art. 12. ad 1. & dist. 39. q. 1. art. 4. quod idem dicendum, si ex iusta causa expellitur à monasterio, & ipse dolo quęsiuit causam, facit tex. in cap. 2. de fil. presbyt. Conc. Trid. sess. 22. c. 5. & 6. & sess. 25. de reformat. capitu. 18. & non obstat, quòd obligatio semel extincta non reuiuiscit; quia intelligitur modo non fiat commutatio à iure, ut in casu nostro, cap. scripturæ, extra de uoto.

4 Sed an iuramentum † emitti solitum in Anglorum collegio: nam qui illud ingredi uoluerit, tenetur iurare se post tot annos pro defensione fidei catholicę in Angliam profecturum, illáque ibi publicè, & priuatè prędicaturum, possit tolli religionis ingressu? Consuluit Nauar. de regul. lib. 3. consil. 1. quòd non: tum quia iuramentum obligat nō solū Deo, sed etiam proximo. Hinc est, quòd à uoto ex causa sæpè absoluit Papa, quòd nō ita est à iuramēto, nisi de consensu eius, cui iurans obligatur. Hinc fit, quòd iuramētum est firmius, & indissolubilius voto. vnde uotum metu factum est nullum, cap. 1. de iis, quæ vi. non tamen iuramentum cap. ad audientiam, cap. Abbas, de iis, quæ vi, c. uerum, de iureiur.]

5 Quod si commutatio † non fiat in ingressum religionis, sed in aliud: tunc si is, qui votum emiserit, certus sit absque dubio illā fieri in melius, nulla erit Prælati authoritas necessaria, huius opinionis auctor est Caiet. 2.2. q. 88. artic. 12. Item in uer. uoti commutatio, tex. optimus in d. cap. peruenit, lo secondo. Sotus lib. 7. de iust. & iu. quæst. 4. artic. 3. Sic, & in materia tex. in cap. licet, extra

6 de pœnit. & remiss. licitum † est promittenti ieiunare Confessario dies aliquot in pane & aqua, ex causa necessitatis, modo certa sit, vti leguminibus, & piscibus absque Prælati authoritate, ita etiā tenet Couar. qui supra, vers. Ego uerò.

Si verò in ęquale opus facienda sit cōmutatio, oportet hoc fieri ex aliqua causa rationabili cū superioris authoritate, secūdum Caiet. d. art. 12. ita probatur in cap. 1. de uoto. quia dum agitur de ęqualitate, alienum debet requiri iudicium. Quod etiam dicendum erit, ubi opus æquale sit, an melius, ambigitur, Sotus lib. 7. q. 4. art. 3.

7 Sed an † iusta causa commutandi uotum castitatis, sit magna fragilitas, quam uouens in semetipso experitur ad illud obseruandum, & ob quam credit non adimpleturum, quod uouit. Nauar. cap. 12. numc. 78. respondet, quòd sic. At si uoti commutandi facultas in Iubileo aliquo, aut priuilegio conceditur, tunc magis pia commutatio fieri poterit: semper enim ita priuilegium interpretādum est, ut non sit superfluum. capit. 1. cum ibi not. de rescript.

Et absque dubio in melius opus commutatio de iure communi licita fuisset.

8 In qua quidem † commutatione Confessarius debet illius tenorem obseruare, & in illorum utilitatem cōmutare, quibus illæ bullæ mandātur: ut puta, si in fauorē Cruciatę, vel alicuius Ecclesię dentur, nō potest in ieiunia, vel orationes, uel eleemosynas aliis locis erogandas cōmutare, Nauar. cap. 12. nu. 81. ver. Monemus Confessarios.

9 Aduertendum † tamen, hæc priuilegia, illa tantummodo uota ante Iubilei, aut priuilegii concessionem emissa comprehendere: ad uota verò post ipsorum concessionem facta non extendi, Sotus lib. 7. quæst. 4. art. 3. colum. 4. qui aliter dicit in facultate concessa absoluēdi ampla à quibuscunque peccatis: nam illa extenditur etiam ad peccata, quæ quisque

post

post bullam commiserit. Cautus tamen
10 semper † sit voti commutator, ut locũ, tempus, laborem, sumptus in itinere faciendos, præter illos, quos domi suæ fecisset, corporis afflictionem, & omnia alia bene perpendat, vt in æquiualẽs possit commutare. [Exempli causa, erit in itinere singulis diebus sex nũmos argenteos consumpturus, & domi tres tantũ: iis tribus deductis, cæteri sunt pauperibus elargiendi. Habeat etiam rationem Confessarius ad expensas, & labores in eundo, non autem in redeũdo: ratio est, quia solum promisit ire, & non redire.] Et tale peregrinationis votum consideratis sumptibus pro itinere, vt diximus, poterit in aliud quid pium commutare, verbi gratia, in tantam quantitatem pecuniæ puellæ nupturæ tradendam conuertere. Ita votum peregrinationis, cõsiderato labore, poterit cõmutare in aliud opus, in quo persona exerceatur, & fatigetur, ut in vigiliis, orationibus, & ieiuniis, ita Dom. Anto. de Butr. in cap. magnæ, nu. 6. de uoto. sic etiam religionis votum in perpetuas orationes, & in alia pœnitentiæ opera perpetua commutari debet, ad eum finem, ut ea adimplens meminisse semper debeat voti religionis, quo astringebatur: debet etiam commutari in frequentiam sacramentalis confessionis peccatorum singulis saltẽ mensibus, vide Sotum lib. 7. de iust. & iure, q. 4. art. 3. & ita est in praxi Romæ in officio pœnitentiariæ, sicut mihi pluries
11 commissum fuit. Quæri † autem potest, an votum factum intuitu certę personę, vel loci, puta de dando aliquid tali pauperi, vel tali Ecclesię, commutari possit à vouente propria authoritate, vel ab Episcopo? & dicimus, quòd cum tali loco, vel personę non sit acquisitum ius, quasi res deuota sit sua: quia nec eis, nec aliquibus pro eis acceptãtibus est facta pollicitatio, sed Deo; ideò si Deo satisfiat per commutationem in melius, v. g. per ingressum religionis, vbi totum vitæ tẽpus impenditur obedientię sui conditoris, de pœnit. distinct. 1. §. his authoritatibus, & in continua pœnitentia, & exercitio, in quo semper debent esse monachi, 16. q. 1. vos autem. tunc liberatus est ab omnibus uotis, d. cap. peruenit,
12 & cap. scripturæ. Si † verò Deo satisfit per commutationem in æquale, & tunc requiritur authoritas Episcopi, absque consensu illius personæ, vel Ecclesiæ, Nauar. cap. 12. nu. 78. modo causa subsit ex parte vouentis, puta, quia persona est malæ vitæ, vel Ecclesia male officiata, vel destructa: verùm donec res commutetur, iam habet ius agendi is, ad quem ventura erat res deuota apud Episcopũ, uel alium superiorem, ut compellat uouentem reddere, & ita intelligitur tex. in l. illud, C. de sacrosanct. eccl. Sylu. in ver. votum. 4. q. 7. uers. quartum.

SVMMARIVM.

1 *Dispensationis definitio.*
2 *Dispensatio debita, prohibita, & permissa.*
3 *Papa, an possit circa ius diuinum, humanum, & naturale dispensare, & de amplissima eius potestate, vide. & nu. 8. 9. & 13.*
4 *Imperator quomodo intelligatur esse Dominus mundi.*
5 *Papæ potestas in beneficialibus quæ.*
6 *Papa, & expectatiuam, & ut quis habeat plura beneficia curata, concedit.*
7 *Papa in omnibus casibus à iure non expressè prohibitis dispensat.*
8 *Tria continentur in lege naturali, & quæ ea sint.*
9 *Dispensatio propriè, & impropriè dicitur; & quid in stricta, & in larga significatione significet.*
10 *Papa præcepta iuris naturalis, quo ad prima principia, nec dispensare, nec interpretari potest.*
11 *Papa interpretari potest ea, quæ necessariò deducuntur ex primis principiis iuris naturalis.*
12 *Homicidium ad defensionem permittitur à lege, sicut & furtum, ne quis fame pereat.*
14 *Papam posse ius naturale mutare, secun-*

De dispensatione. Cap. XXXI.

[PRo euidentia huius tituli, nota quòd habemus in iure rigorem, ius, æquitatem, & dispẽsationem. ita est glo. sing. in c. vt constitueretur, dist. 50. Rigor est districtio iuris, siue excessus, & austeritas iuris scripta ad terrorem. Hinc dicit Canon non esse dandam communionem etiam in fine uitæ iis, qui defecerunt in accusatione clericorum. 2. q. 3. si quis Episcopum. Item non esse orandum pro iis, qui presbyterũ nominauit tutorem in testamento filio suo, c. neque, dist. 88. Sed iste rigor non est seruandus, nisi vbi timetur exẽplum mali, 45. dist. sed illud. Nonnũquam appellatur rigor iuris subtilitas, sic de restit. spol. in litteris. & cap. sæpè contingit. Sed ius est ars boni, & ęqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellat, l. 1. §. ius, ff. de iust. & iu. quia ut ius suum vnicuique tribuit sacerdos in danda pœnitentia, ita iudices in iudicando, l. iustitia, eo. tit. Aequitas uerò media est inter rigorem, & dispensationem, seu misericordiam. l. placuit. C. de iudic. Vnde sic per Cyprianũ describitur. Aequitas est iustitia dulcore misericordiæ temperata. hanc iudex semper debet habere præ oculis, ff. de eo, quod cer. lo. l. quod si Ephesi. in fi. vt sciat bonos remunerare, & malos punire, via regia incedens, nõ declinans ad dexteram, uel sinistram, ff. de iust. & iu. l. 1. §. 1. vers. Iustitiã, dist. 45. disciplina. qui emendat. dist. 50. ponderet. & cap. Dominò sancto.]

1 Dispensatio verò † est relaxatio iuris communis facta cum causæ cognitione ab eo, qui ius habet dispensandi, secundũ glo. solemnem in c. nisi rigor, 1. q. 7. argu. text. in c. sicut. §. ex his, 11. quæst. 1. glo. sing. in c. requiritis, 1. q. 7. ubi agitur per glossam tota penè materia dispẽsationis. Hanc uocat canon vulnus, quia vulnerat ius commune. 24. q. 4. ipsa pietas, circa finem. Vnde ille propriè dispensat circa ius, qui data legis obligatione ab ea priuatim aliquem eximit. Huius rei exem-

plum est in cap. de multa, extra de præb. iuxta ea, quæ tradit D. Thom. quodlib. nono, art. 15. Iure etenim humano duo beneficia curam animarum habentia obtinere nullus potest. At Romanus Pontifex aliquem nobilem, aut litteratum ab hac iuris humani prohibitione eximere potest, Cardin. à Turrecrem. in tract. de eccl. lib. 3. cap. 55. Sotus lib. 1. de iust. & iu. q. 7. art. 3. Couar. de sponf. 2. par. c. 6. §. 9. num. 2.

2 [Hæc autē dispensatio † alia est debita, alia prohibita, alia permissa. Debita est, ubi multorū scandalum timetur, dis. 50. ut cōstitueretur. 45. dis. licet. uel ratione tēporis, exemplum. 1. q. 7. necessaria. Itē ratione pietatis, uel personæ, ut pro senectute, di. 51. c. tanta. Et breuiter ubicunque persona, res, locus, causa exigit, hęc debita est dispensatio. 19. q. 1. cap. 1. & 2. dis. 50. c. Domino sancto. uers. pręcipiāt. & uers. necesse est. Hinc dispēsare significat diuersa in animo pensare, & uersare, an relaxatio iuris expediat. Prohibita uerò dicitur dispensatio, ubi fieri nō potest sine magna decoloratione Ecclesiæ, & ubicunque non subest iusta causa dispēsandi, ut quia nulla est necessitas, uel utilitas. 1. q. 7. tali, & c. & si illa. Permissa etiam uidetur dispensatio in casu, Si quis presbyter, dis. 50. Hæc glo. in cap. ut constitueretur, ead. dist. Sum. Hostien. de dispens. nu. 2. Astens. Sum. Confess. & Supplementum, in uer. Dispensatio.]

3 Sed dubitandum est: num † Papa circa ius diuinum, aut humanum possit dispensare; cum Dei, & Papæ idem sit cōsistorium, argum. cap. 2. & 3. de transla. prælat. & in cap. Romana, de appel. lib. 6. & breuiter dici potest, Papam omnia posse, sicut Deum, peccato excepto, ut de pœnit. dist. 2. charitas. ipse enim est Vicarius Christi, uicem non puri hominis, sed ueri Dei gerens in terris, d. cap. 2. & 3. unde omnia regit, disponit, & iudicat, prout sibi placet. 9. q. 3. cuncta per mundum, & cap. per principalem, Habet etiam in terris plenitudinem potestatis, ut 2. q. 7. de cætero, [& ideo dicit Bald. in rubr. Decret. uer. ibi, Episcopus, quòd Papa non solum est Episcopus, sed culmen Episcoporum, & cęterorū, quos intellectus imaginari nō potest, & quod illi data est clauium plenitudo, facit tex. in cap. ad honorem, de auth. & usu pal. & Papa summus est Sacerdos, & solus habet potestatem, quam omnes Patriarchæ habuerunt, ut inquit Bald. in l. rescripta, colum. 2. uersic. de Papa aliquid dicam. C. de precibus Imperat. offer.] & dummodo contra fidem non ueniat, in omnibus, & per omnia potest facere, & dicere quicquid placet, auferendo ius suum cui uult: quia non est, qui ei dicat, cur ita facis? 19. distinct. in memoriam. Et apud eum est pro ratione uoluntas, & quod ei placet, legis habet uigorem, Instit. de iure nat. §. quod principi. Vnde

4 sicut † Imperator est dominus mundi, & rerum eius. l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. quod intellige, quo ad iurisdictionem, & protectionem. 12. q. 2. quicunque militum. 23. quęstio. 5. dicat, & q. 8. conuenior, distinct. 8. quo

5 iure. Sic etiam, & Papa. Vnde habet † in beneficialibus plenissimam potestatem. capit. 2. de pręben. lib. 6. & clem. 1. ut lite pend. & potest ad libitum de eis dispo nere. 12. q. secunda, cap. bonæ rei. 9. q. 3. cap. per principalem. cap. si gratiose, de rescrip. lib. 6. & ibi not. Dom. quia non habet superiorem. cap. licet, de elect. & habet celeste arbitrium. l. 1. C. de summa Trinit. unde potest sibi reseruare beneficii collationem, d. capit. secundo, de pręben. lib. 6. & cap. dudum, eodem tit. Quinimo absque alia reseruatione, ex sola uoluntate potest recurrere cum omnibus ordinariis, ut notanter uoluit Ioan. Mo. in cap. si eo tempore, de elect. lib. 6. quem refert, & sequitur Bald. in cap. 1. in princ. de his, qui feu. da. pos. & in cap. primo, colum. 1. qui sit Dux, March. uel Com. lib. Feud. & quod plus est, potest præuenire omnes collatores beneficiorum, ut notanter decidit Feder. in quodam suo tractatu permutationis beneficiorum.

6 Potest † enim dare expectatiuam, seu ius ad uacatura, argum. tex. in cap. 2. de concess. præb. & d. cap. 2. de præb. lib. 6. & potest facere, vt quis habeat plura beneficia curata, c. de multa, de præb. & breuiter ei ab ipso sunt commissa iura cęlestis, & terreni Imperii, vt 92. dist. cap. 1. Hinc Speculator in tit. de dispensatione.

7 §. nunc breuiter. ponendo † regulam notabilem, dixit Papam posse in omnibus casibus dispensare, in quibus à iure non reperitur expressum contrarium. Num etiam possit circa ius diuinum, uel naturale?

Quæstio hęc valdè per Canonistas est ventilata in c. litteras, de restit. spoliat. in c. proposuit, de conces. præb. in c. ad monasterium, de statu mona. in cap. non est, extra de uoto, in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. per Couar. de spons. secunda par. §. 9. nu. 2. c. 6. & uariè atque confusè loquuntur, & nec ex eorum doctrina potest quæstio hæc declarari.

Ideo ut facilior reddatur, sciendum
8 est † quòd in lege naturali tria continentur, scilicet propria principia, uerbi gratia, nulli faciendum esse malum, omnia esse agenda secundum rationem. Rursum continentur primæ conclusiones, & dicuntur illæ, quæ necessariò ex primis principiis deducuntur, ut sunt præcepta decalogi, uerbi gratia: Primũ principium legis naturalis est, nulli faciendũ esse malum, necessariò igitur concluditur ex hoc principio hoc, quod est, non esse nocendum, ut tradit D. Thom. 1. 2. q. 95. ar. 2. Sic principium legis naturalis est, Aut secundum rationem agatur: ex hoc autem principio sequitur quasi conclusio propria, quòd deposita sint reddẽda, Diuus Tho. 1. 2. quęst. 94. art. 4. Præterea sunt, & tertio in lege naturali quędam determinationes particulares, sicut lex naturæ habet, quòd qui peccat, puniatur, sed quod tali, vel tali pœna puniatur, hoc est quædam determinatio legis naturæ, D. Tho. d. q. 95. ar. 2.

Secundo præmitto, quòd dispensatio intelligitur propriè, & impropriè.

9 Dispensare † in stricta significatione est relaxare obligationem quo ad hunc hominem, uel hoc tempus. In larga uerò significatione dispensare est interpretari, idest dare intellectum præcepti, uel præcipientis stante obligatione quo ad hũc & nunc. His sic stantibus respondeo per has propositiones.

10 Prima. In præceptis † iuris naturalis quoad prima principia Papa, nec dispensare potest, nec interpretari, D. Thom. in quodlib. 4. art. 13. in 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 2. & 1. 2. q. 95. art. 5. & in dubio 519. Sylu. in uer. consuetudo. q. 9. Couar. tit. de sponsa. parte 2. c. 6. num. 2. §. 9. [Vnde dicitur, distinct. 5. ius naturale cœpit ab exordio naturalis creaturæ, nec uariatur tempore, sed permanet immutabile, & distin. 6. cap. 3. §. his itaque respondetur, dicitur; quòd moralia præcepta, vt Non occides, ad naturale ius spectant, atque ideo nullam mutabilitatem recepisse mõstrantur.]

11 Secunda conclusio. In præceptis † iuris naturalis quo ad ea, quę necessariò ex primis principiis deducuntur, Papa dispensandi, hoc est interpretandi, facultatem habet, verbi gratia, ex principio iuris naturalis rationi obediendum, necessariò sequitur deposita esse reddenda. Potest tamen Papa, vel lex, aut consuetudo interpretari in aliquibus casibus non esse reddenda. Exemplum, si quis petat gladium depositum ad impugnandam patriam, D. Tho. 1. 2. q. 94. art. 4. nam ratio naturalis id suadet. Sic etiam furioso gladium non esse reddendum.

12 Præterea, lex † naturalis, Non occides, per humanas leges sæpissimè explicatur, ut constet per eas homicidium ad defensionem commissum minimè prohiberi. l. ut uim. ff. de iusti. & iure, c. unico, de homic. lib. 6. Ratio enim naturalis defensionem omnibus permittit. Sic lex illa, Furtum non facies: ita intelligenda est, ut furtũ committere nõ dicatur, qui fame coactus uictus gratia alienũ quid assumit. c. si quis propter necessitatem, de fur. cap. discipulos, de consecra. dist. 5.

ita

ita colligitur ex Diuo Thoma, 1.2. quæstio. 95. art. 5.

13 In † his igitur casibus Papa non potest dispensare dispensatione propriè sumpta, sed potest interpretari, scilicet vtrum in aliquo determinato casu habeat locum ratio naturalis. Vtrum ista subtractio huiusmodi rei sit furtum, vel ne. ita Sylu. in ver. Papa. §. 16. ver. nonum.

Tertia, quo ad determinationes particulares deriuatas à lege naturæ, Papa non solum interpretari, sed etiam mutare potest, scilicet declarando, mutando, interpretando, & distinguendo, & etiam augendo.

14 Et sic † intelligo dicta Canonistarum dicentium, quòd Papa potest ius naturale mutare, id est, quantum ad particulares determinationes, ita Sylue. in ver. Papa, q. 16. versi. 4. in fi. & in ver. consuetudo, quęst. 9.

15 Quarta, in iure † diuino, quo ad articulos fidei, & sacramenta Papa dispensare non potest, D. Tho. in 4. sent. dist. 27. q. 3. ad secundum, in quodlib. 4. ar. 13. in dubio 519. tex. & glo. in c. sunt quidam. 25. q. 1. glo. in c. litteras, vers. dispensare, de restit. spol. idem habetur in c. proposuit. in ver. supra ius, de conces. præb.

Non enim potest Papa dispensare, vt aliquis sine baptismo saluetur, vel sine confessione, Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 5. prima concl.

16 Quinta, potest † Papa dispensare dispensatione impropriè sumpta pro interpretatione: cum solus Papa possit circa articulos fidei interpretari, & sacramenta, 24. q. 1. cap. quoties, extra de baptis. c. maiores, cap. per uenerabilem, qui fil. sint legit. Sylu. in ver. fides. q. 7. in ver. Papa. q. 16. §. 4. ver. 3. Et ita intellige dicta Canonistarũ, dum dicunt posse Papam cum causa dispensare in iure diuino, Abb. in cap. non est, extra de voto. Habet Papa potestatem declarandi ius diuinum, dispensandi verò nulla ei cõpetit facultas, nec causa aliqua id pati potest, D. Tho. in d. quodlib. 4. art. 13. Couar. de spons. parte 2. §. 6. nu. 4. §. 9.

17 Sexta. In his, † quæ sunt de iure diuino, vt quia ab Apostolis fuere tradita, Papa dispensare potest, D. Thom. d. art. 13. Hinc licet Apostolica doctrina dicat oportere esse Episcopum unius uxoris uirum, potest tamen per eum, qui primatum in Ecclesia tenet, dispensari, cap. nuper, c. fin. de bigam. Cum ecclesia nunc eandem potestatem habeat statuendi, & destruendi, quam tunc habebat. Hæc tamen dispensatio nunquam fieri debet, nisi pro magna, & ardua causa, sicut habetur in cap. Lector, in glo. distin. 34. Vbi Lucius Papa dispensauit cum Panormitano Archiepiscopo bigamo. D. Tho. d. art. 13. Sylu. in uer. Bigamia. q. 6. Sic etiã dispensare potest ut aliquis sacerdos nõ indutus sacris vestibus, possit consecrare corpus Christi. potest etiam dispensare contra sancita vniuersalis Concilii, etiã si Concilium vniuersale futuris Romanorum Põtificum dispensationibus deroget, Couar. qui supra, nu. 6.

[Et nec obstat tex. in c. sunt quidam 25. q. 1. vbi dicit Vrbanus Papa, quod Romanus Pontifex in iis, quæ tradiderunt Prophetæ, & Apostoli, ac Sancti patres definierunt, nõ nouam legem dare, sed potius quod prædicatũ est vsque ad animam, & sanguinem confirmare debet: quia illud procedit de fide, & veritate Euangelica, quam Apostoli promulgarunt, non de humanis legibus, aut ordinationibus, quas ipsi statuerunt. Et si decretum ad statuta etiam Apostolica uelimus extendere, dicendum est non posse Papam ea mutare pro voluntate, bene tamen pro necessitate, aut vtilitate notabili spirituali. Conclude ergo, quòd Apostoli quædam scripserunt, tanquam præcones, & promulgatores veritatis, & diuinæ voluntatis, qualia sunt quę ad fidẽ, & ad sacramenta pertinent, & in his certum est Papam dispensare, aut mutationem aliquam facere nõ posse: quæ enim à Deo instituta sunt, per homines dissolui non possunt. Alia verò sunt, quæ scripserunt, & ordinauerũt, veluti homines regimen Ecclesiæ habẽtes, & in his sicut

illi dispensare, aut variare potuerunt, ita & Papa, prout necessitas, aut vtilitas postulauerit, poterit dispensare. Io. Medi. C. de ieiun. q. 3. vers. itaque.]

18 Septima. Et si † votum sit iuris diuini, potest tamē summus Pontifex ex aliqua iusta causa dispensare, idest vouentē deobligare, Syluest. in ver. votum. 4. q. 3. vers. 3. & nec obstat voti obligationem esse iuris diuini, ideo non posse per Principem Ecclesiæ tolli. quia respondetur, [quòd quædam sunt obligationes, quæ ex humana voluntate nascuntur. ut sunt obligationes voti, & iuramēti, quę oriũtur ex animo vouentis: in tantum enim obligatur qui vouit, in quantum se ad id obligare intendit, Nauar. c. 12. nu. 26. & nos supra, c. 21. nu. 5. vnde fit, vt si quis dolosè voueat, aut iuret, nulla inde nascatur obligatio in conscientia, nisi in fraudem, seu damnum alterius factum sit votum, aut iuramentum, quia tenebitur is, qui dolosè iurauit, aut promisit ad resarciendum damnum sua culpa alteri illatum. Aliæ sunt obligationes, quæ habent ortum ex diuina voluntate, ad quas tenentur homines inuiti, vt sunt obligationes præceptorum Decalogi, & aliorum, quę Deus per se iussit non expectata hominis voluntate: tunc dico quòd in prioribus obligationibus, quæ ex humana voluntate profectæ sunt, potest Papa dispensare, non tamen in his, quæ à diuina uoluntate proficiscuntur: ratio est clara, tum quia, quando homines per votũ, seu iuramentum ad aliquid se obligant, id intelligitur excepta voluntate superioris. c. constitutus, de rescrip. c. uenientes, de iureiur. Tum etiam, quia voluntas humana est obliquabilis ab eo, quod rectum est, vnde accidit hominem incautè sæpè iurare, aut vouere, ac proinde iustũ est vt inferiorum voluntates alicui superiori subiiciantur, per cuius voluntatem inferiorum voluntas reguletur, & dirigatur. Inde patribus concessa est facultas irritandi vota per filios emissa, & maritis vota vxorum. Ita etiā & Papę concessa est facultas in uotis, & iuramentis dispensandi ob aliquam causam iustam. c. magnę. extra de uoto. Sed indignum est, & absurdum dicere, quòd uoluntas Dei obliquabilis sit, quòdque uoluntati hominum subiiciatur, ideo nec dicendũ est, quòd Papa possit obligationes, quę ex diuina uoluntate sunt ortæ, dissoluere, aut limitare, quāuis eas possit declarare.] Præterea iuris diuini est obligatio uoti in communi, & generali obligatione: quia tenemur uota seruare iure diuino, non tamen peculiare quodlibet uotũ est iuris diuini: sic obedire legibus est à Deo, & à lege diuina; non tamen quælibet lex humana est ius diuinum. Quare concludit Couar. cum communi, tit.

19 de testib. c. 2. nu. 4. usque in fi. posse † Romanum Pontificem, monachum à uoto continentiæ eximere propria dispensatione, atque à uoto paupertatis, eximendo eum à uoto, & religione, ut sic exēptus uxorem ducere ualeat, & proprium patrimonium habere, atque testari; licet fieri conueniat rarò, & quando euidens reipublicæ Christianæ adest utilitas. Sic legitur in q. 88. art. 11. 2. 2. secundum D. Tho. Cœlestinum sum. Pont. III. dispensasse cum Remigio monacho, & sacerdote sanguine domus Aragoniæ, ut uxorem duceret, cum cæteri masculi ex illa progenie defecissent. Similiter legitur in historia Archiep. Floren. in 3. par. lib. 19. c. 6. de Cōstantia filia Rogerii Regis V. moniali, dispensata à Papa, quæ nupsit Enrico Augusto, licet ageret annũ quintum, & quinquagesimum, & peperit Fedricum II. & in publico cunctis cernentibus, ne de partu supposito suspicarentur.

20 Sed quid propriè sit dispensatio † in materia uoti, dicimus, quòd dispensatio est subditum à uoto in casu, ubi uouendi ratio cessat, eximere, ac ei contra uotum ueniendi licentiam tribuere. In hoc primo spiritualis authoritas requiritur, Sotus de iust. & iure, lib. 1. quæst. ultima, art. 3. nec omnes, qui spiritualem habent authoritatem, dispensare possunt, nec si in uno dispensandi facultatem habent,

bent, in omnibus credendum est eis per-
21 missam. Nam † Episcopis dispensandi facultas tributa creditur in uotis omnibus, in quibus specialiter eis prohibita non reperitur, ut concludunt omnes in cap. at si clerici. §. 1. de iudic. Quæ autem prohibentur, hęc sunt. Dispensatio uoti Religionis, Castitatis perpetuę, Voti peregrinationis Hierosolymitanæ, quando non ex deuotione, sed in subsidium Terræ sanctæ uouet, aut Compostellanę, aut etiam Romanæ, cap. quod super his, cap. de multa, de uoto. Item in uoto continentiæ solemni annexo ordini sacro solus etiam Papa dispensat, communis est omnium sententia. Hinc constitutus in sacris ex dispensatione Papæ matrimoniū contrahere potest, secundum Ioan. And. in c. placet. de conuer. coniug. Item
22 in † uoto solemni per professionem facto, maior pars Doctorum non dubitat posse eundem summum Pontificem dispensare ex grauissima causa, & necessitate, ut esset, si per matrimonium alicuius professi posset pax patriæ procurari, uel patriam infidelem ad fidem conuerti, ut plenius de his per Ioan. And. & ibi Franc. in cap. semel Deo, de reg. iu. lib. 6. gl. commu. recepta in c. cum ad monasterium. de statu mona. quamuis tex. ibi in fine uideatur contrarius. Nam respondet Couar. in rubr. de testa. c. 2. nu. 10.
23 & 11. quod uerba illa, † secundum uotum paupertatis, & castitatis, adeo annexa sunt statui monastico, quòd nec summus Pontifex possit dispensare, intelligenda sunt manente ipso uoto: nō enim potest Papa, ut quis existens monachus, uxorem ducat. Pōt tamen eximere eum à uoto, & religione, ut ita exemptus uxorem ducat, & proprium patrimonium
24 habere poterit. Sed an possit † Papa licentiam cōcedere monacho testandi de bonis, quę obtulit monasterio? Respon. Ioan. And. in reg. semel Deo, de reg. iur. lib. 6. qui in simili quęstione, & in eius solutione utitur his uerbis. Non debet lingua transeunte super terram, os ponere in cœlum, iuxta illud, quod dicit tex. in cap. in tantum, distin. 21. Ipse Papa, de cuius potentia quæritur, quęstionem soluat. Consulendum est tamen sibi, quod ab his abstineat, ut ibi per Ioan. And. Sed Francus in rubr. de testa. lib. 6. num. 79. quasi usque in finem, recenset opiniones pro utraque parte. tandem inquit ipse, quod dubietas stat in hoc,
25 An Papa † possit dispensare contra substantialia regulæ; & an dicatur habere dominium rerum Ecclesiæ, uel non. & posito quod secundum communem opinionem Canonistarū ex iusta causa Papa possit dispensare contra substantialia regulę, ut inquit Ioan. And. in reg. semel Deo, de regu. iu. lib. 6. & Innocentius in d. c. cum ad monasterium. Quia tamen secundum communem & ueriorem opinionem non dicitur habere dominium rerum Ecclesię, ut notat glo. in c. causam. de uerb. sig. facit tex. in c. cum ex eo, de elect. lib. 6.

26 Ita † etiam uidetur tenere Innoc. Io. And. in c. cum super. de causa posses. & Archid. in cap. statutum. §. possessionem, de rescri. lib. 6. non uidetur quod possit permittere alienationem rerū Ecclesię, vt inquit tex. in c. nō liceat Papę, 12. q. 2. sicut esset dispensando, quod monachus testetur, ex quo omnia bona, & iura ipsius monachi sunt monasterii, ut per Io. And. in c. in præsentia. de prob. & quicquid quærit monachus, quærit à monasterio, c. quanto, de offi. ordin. Et in hac opinione uidetur persistere Francus in rub. de testa. nu. 83.

Innocentius verò in d. c. cum ad monasterium, inquit, quòd potest Papa concedere facultatem monacho testandi, modo subsit magna, & uera causa. Exempli causa, si distributio per monachum fieret in causam maioris boni, quàm si illæ res remanerent apud monasterium, & illa causa sit talis, ex qua esset permissa alienatio de rebus ipsius Ecclesiæ, puta in casu in c. aurum, 12. q. 2. uel simili casu, alias dispensatio sine magna, & uera causa, nulla esset, secundum. Ioan. And. in d. reg. semel Deo, & secundum Inno.

peccaret

peccaret tam Papa dispensans, quam ipse, cum quo dispensatur.

27 Et generaliter † in quibuscunque votis debet esse causa uera, & legitima existenter non autem apparenter, alias ille, cum quo dispensatur etiam per Papam, numquam esset tutus quo ad Deum, ut voluit glo. sing. in cap. non est, de voto, facit glo. in cap. quanto, de officio ordin. dicens, quòd licet quis absoluatur à iuramento per Papam, tamen nisi subsit iusta causa, & vera, non est tutus quo ad Deum, idem tenuit Innoc. in cap. cum inter P. de renunc. Ad idem facit glos. not. in cap. monachi vagantes. 17. q. 1. volens, quòd licet de iure sit, ut monachus possit promoueri ad Ecclesiam secularem curatam, ut in capit. quòd Dei, de statu mona. tamen illud uerum, quando promouetur, vt prosit, & sic ex iusta, & utilissima causa, secus si ut præsit: quia peccat mortaliter, & venit contra uotum. ex quibus omnibus posset concludi, quòd ex dispensatione Papæ subsistente uera, & magna causa poterit monachus facere testamẽtum de bonis per eum oblatis monasterio.

28 Qui † si tantum habuisset facultatem testandi, & ex omissione alicuius solemnitatis non ualeret iure testamenti, dato quòd sit apposita clausula codicillaris, tamen non ualebit ui codicillorum, ex quo solum habuit potestatem testandi; quia regula l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & l. 2. ff. de leg. 1. quæ habet, quod qui potest testari, potest codicillari, procedit in iis, qui possunt testari de iure cõmuni, secus si ex priuilegio concesso per Principem viuentem, ita Ang. & post eum Imo. in l. seruus communis Meuii. ff. de stipul. seruorum. Et hæc circa hanc quæstionem. In cæteris autem uotis, exceptis suprascriptis, alii prælati inferiores possunt dispensare, ut Episcopi, uel qui iurisdictionem Episcopalem, vel quasi habent, & prælati religiosorum, non solum Generales ordinum, sed etiam priores conuentuales, & ministri in uotis religiosorum suorum irritandi potestatẽ habent plenissimam, immo etiam dispẽsandi, Abb. in cap. 1. de uoto. nisi eorum subditi essent seculares: quia eorum uota, nisi aliquod speciale priuilegium à sede Apostolica obtinuerint, dispensare, vel irritare nequeunt.

29 Episcopi † igitur possunt dispensare, & commutare votum continentiæ, seu castitatis ad tẽpus seruandũ, immo perpetuum simplex, si sit magnum periculum incontinentiæ, & Papa adiri non possit, quod qualiter intelligatur Papam adiri non posse, diximus in primo libro, cap. 13. ita Nauar. cap. 12. nu. 73. Sylue. in ver. dispensatio, q. 4. qui addit alium casum, quando Episcopus dispensat non vt Episcopus, sed ut commissarius Papę, & ex eius specifica commissione, ita tex. in cap. veniens, qui cler. uel uouen. Et in voto non nubendi: quia aliud est vouere castitatem, & aliud vouere, non contrahere matrimonium.

30 Vnde † uouens non contrahere, fornicando non facit contra suum votum, Sylu. in ver. votum. 4. q. 4. in fi. Sotus in 4. sent. dist. 38. q. 2. art. 1. conclu. 1. & ita seruatur in sacro prætorio pœnitentiariæ, ut inquit Nauar. cap. 12. num. 76. Item in voto de non committendo tale, vel tale peccatum, vel de non peccando in genere, Nauar. ubi supra, nu. 65. quamuis in hoc ultimo sibi videatur contrarius in d. c. nu. 65.

31 [Sed an votum † de nõ tangendo mulierem, sit votum castitatis. Dic quod non; tum, quia votum de non nubendo non est votum castitatis; tum, quia votum castitatis lõgè plura includit, quàm hoc votum: cum includat omnia, quæ sexto præcepto continentur, ita consuluit Nauar. lib. 3. de uoto, cons. 22. Hinc fit consequens, quod cum hæc vota non includantur sub voto castitatis, quòd per Episcopum possint commutari, uel per Iubileum, quando ad ea commutanda datur facultas.]

32 Non solum † autem spiritualis potestas requiritur, sed etiã causa iusta in dispensatione est necessaria, aliàs nulla creditur,

ditur, etiam si à summo Pontifice facta fuisset, ut supra diximus: quia Papa ad ędificationem positus est, non ad destructionem, facit tex. in cap. sunt quidam, 25. q. 1. Sotus, lib. 7. q. 4. art. ultimo, Sylu. in ver. iudex, 1. num. 10. in fi. Est enim voti obligatio à iure diuino descendens, quam Papa non potest absque causa tollere, sicut legem suam, aut prædecessorũ suorum; glo. & Abb. in cap. non est, extra de uoto. Si tamen dispensatus iustam esse dispẽsationis causam arbitratur, ignorantia hęc super authoritatem superioris innixa excusabit à mortali, argum. tex. in cap. quid culpatur. 23. q. 5. D. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad secundum.
33 Causæ † autem dispensandi sunt multę, & prima necessitas, vel utilitas, 1. quæst. 1. capit. tali. Secundo, quãdo timetur maius malum, sicut cum Anglicis fuit dispensatum, 35. quæst. 3. quod scripsi, & c. quædam lex. Tertia, propter futurum bonũ, ut quando dispensatur cum hæreticis, ut alii facilius reuertantur ad Ecclesiam, vt 23. q. 4. cap. ipsa pietas. Quarta propter multitudinem, & scandalum uitandum, dist. 50. ut constitueretur.
34 Sed † in materia voti iustæ causæ dispensandi ponuntur per D. Tho. 2. 2. q. 88. artic. 10. per Sylu. in uer. dispensatio. num. 3. veluti si materia voti sit illicita, & sic quælibet causa reddens cõplementum uoti malum, vel si materia voti sit inutilis: non enim vana opera sunt Deo grata, vel sit maioris boni impeditiua. Exemplum in Concionatore, qui vouit ieiunare, & si votum seruat, sermonem ad populum habere non potest, hæc iusta erit dispensationis causa, Sotus de iustitia & iure, lib. 7. quæst. 4. art. 1. & fi. Immo si manifestum erit ex redditione voti vnum ex his efficere, potest etiam absque dispensatione eius implementum omitti.
35 Rursum † leuitas in uouendo, imbecillitas vouentis ad exequendum, quod vouit, puta ad ieiunandum, vel peregrinandũ, numerosa familia vouentis, quæ absque notabili nocumento domini absentiam neutiquam tolerasset, & alia similia, scilicet necessitas, & vtilitas publica, ac etiam priuata, de quibus certa regula dari non potest, & subinde arbitrio superioris definiri; possunt esse iustæ causæ ad dispensandum, Nauar. c. 12. nu. 76. in fi. & nu. 77.

SVMMARIVM.

1 *Votum interpretari quid sit, & quid interpretatio à dispensatione differat.*
2 *Voti interpretatio propria authoritate fieri potest, dispensatio superioris authoritatem requirit; vide exemplum.*
3 *Dubitans, an votum fecerit, necne, vel an habuerit rationis vsum, non vouisse, nec habuisse existimare debet.*

De interpretatione voti. Cap. XXXII.

1 Interpretari, † est declarare votum in illo, aut illo casu locum non habere, seu ad illũ casum non extendi, & in hoc interpretatio à dispensatione differt, quod per illam, qui voto astringebatur, etiam in casu à voto comprehenso, poterat superioris authoritate votum non seruare. Per hanc uerò tantummodo declaratur, quod à voto casus aliquis non comprehẽditur. Rursum interpretatio voti exigit, vt eius impletio sit rationi naturali contraria: Dispensatio verò, quòd tantummodo inutilis, aut maioris boni impeditiua sit, requiritur.

2 Hinc † sequitur, quòd hæc etiam propria authoritate fieri possit, cum dispensatio semper superioris authoritatem necessariò requirat. Exemplum, voui illo, aut illo die carnem non comedere, si cõtigerit, vt aliud, quo vescar, non habeã, nisi carnes tantummodo, potero propria authoritate carnes comedere, & sic uitam seruare, facit tex. in cap. licet, de pœnit. & remis. si verò abstinentia à carnibus aliquod mihi impedimentum tantummo-

tummodo præberet, dispensatio superioris esset necessaria. ratio differentiæ est: nam in primo casu votum propria authoritate interpretor, ut illum casum satis iniquũ non comprehendat: in secundo casu, cum sit necessaria dispensatio, superioris authoritas exigenda erit, sine qua nunquàm dispensatio consistit.

3 Immo † etiam si quis dubitat, an votũ emiserit, aut etiam de hoc certus, an tũc dum votum vouit, vsum rationis non haberet, pro certo non habet, poterit in dubio se non uouisse, aut tunc usum rationis non habuisse, existimare, Sotus libro 7. de iustitia & iure, quæst. 3. artic. secundo, colum. 2. Medin. libro primo, cap. 14. §. 7.

SVMMARIVM.

1 *Votum abrogare, quid sit; & cessare à voto, quando dicatur.*

2 *Votum quid sit, & diligentissimè esse seruandum demonstratur rationibus, & exemplo.*

3 *Votum nulla pœnitentia deleri potest, nisi solutione eius, quod promissum est.*

De voti abrogatione, siue cessatione. Cap. XXXIII.

1 ABrogare † votũ, est ipsum, postquàm uim habuit, in totum tollere. hoc autem per dispensationem fit, aut etiam per interpretationem, eo modo, quo supra diximus. Cessare autem à voto dicitur, vbi adimpletum fuit illud, quod voto promissum erat: tunc enim absque dubio amplius non ligabit. Exemplum, uoui die sabbathi ieiunare, peracto ieiunio, uotum amplius non ligabit. Sic etiam, voui per locum aliquem non transire, quia mihi causa extiterat, & extare etiã poterat peccati, cessat iam causa, sublata est occasio, cessabit etiam votum, nec amplius poterit obligationem aliquam producere.

Hortatio ad votum adimplendum.

PRæterea ad ea, quæ supra diximus,
2 adde quòd cũ votum † sit promissio, quæ non cuique, sed Deo fit, vnusquisque consideret, qua pœna mulctandus sit qui id Deo subtrahit, quod pollicetur. Qui coram Rege mẽtitur, grauissimam meretur pęnam, qua igitur pœna dignũ esse indicabimus, qui mentitur coram Rege regum? Ananias Deo pecunias vouerat, quas postea diaboli persuasione uictus subtraxit, vnde subitanea morte mulctatus est. c. Ananias, 17. q. 1. c. dilectissimi, 12. q. 1.

Si ex chirographo homini facto quis adeò astringitur, vt possit in carcerem detrudi, nisi debitum soluat: quanto magis Deo fidem frangens ligatis manibus, & pedibus detrudẽdus erit in tenebras exteriores?

3 Grauitas † huius delicti ex eo nosci potest, quòd pœnitentia sola ad id delendum, vt in aliis delictis non sufficit, nisi id fiat, quod promissum est, vel nisi commutationem, vel dispensationem non à quocunque, sed vel à Papa, vel ab Episcopo quis obtineat.

SVMMARIVM.

1 *Decalogi praceptum tertium partim morale, partim ceremoniale videtur; in quo cultus externus distribuitur.*

2 *Hominis officium est pro gratiis agendis Deo, tempus ad id statutum habere.*

3 *Dies Dominicus ab Apostolis subrogatus in locum Sabbathi, & ad cultum diuinum consecratus.*

4 *Die Dominico quàm gloriosa, & admiranda operatus sit Deus.*

5 *Dies Dominicus, & catera Sanctorum solemnitates sunt tempora certa ad venerandum Deum instituta.*

6 *Sanctorum memoria, quare eo die, quo e vita exiere, fiat.*

7 *Affirmatiuum, & negatiuum continetur sub*

sub forma verborum tertii precepti.

8 *Precepto tertio satisfit, audiendo missam; & an conciones, & id genus catera, audire, vel facere sit necesse.*

9 *Negatiuum contentum in hoc precepto, quod sit.*

10 *Opera seruilia tripliciter dicuntur, & numero 15.*

11 *Opera ad Dei cultum pertinentia habere suos gradus, & qui sint.*

12 *Opera, que corporali exercitio efficiuntur, que, & que sacrorum preparatoria, num. seq.*

14 *Opera per accidens ad diuinum famulatum spectantia, que.*

16 *Actiones à mente vel spiritu emanantes inter seruilia non numerari.*

Legere, docere, consulere, non esse seruilia.

17 *Seruilia exercentes in die festo excusat necessitas; & temporis exiguitas.*

18 *Consuetudo generalis Ecclesie, & rationalis, tacito prelatorum consensu roborata, excusat.*

19 *Seruilia ex causa facta in die festo etiam mercedis intuitu non fiunt illicita.*

20 *Artes eius natura, vt etiam die festo exercende sint, eas exercentes excusantur; & que sint, & multos casus vide.*

21 *Rusticus, vxor, filiusfamilias, si coacti exercent opera seruilia, excusantur à mortali, & quo casu mortem potius eligere debent.*

22 *Laborantes in vigilia diei festiui vsque ad mediam noctem, & etiam per totam noctem, consuetudine excusantur; ea cessante peccant.*

23 *Dies incipit, & finitur diuersis temporibus, & horis.*

24 *Romanus Neapoli commorans, ibi festa precepta seruare tenetur.*

25 *Discedens, aliò ad laborandum profecturus, si die ante festum missam audierit, excusatur missam non audiens in sequenti die festo.*

26 *Impium, die Natalis, Paschatis, Pentecostes, aut Assumptionis Dominice iter facere, clericis ne Dominicis quidem licet.*

27 *Scholares legentes, & cantores, aut reficientes pontem vrgente necessitate in die festo excusantur, & nu. seq.*

29 *Iureconsulti consulentes è longinquo profectis, vel aliquid simile exercentes accedente necessitate excusantur.*

30 *Laborantes in die festo pro victu familie comparando, ita vt si cesset deficiat victus, excusantur.*

31 *Excommunicationem latam ab ordinario loci, non incurrit laborans die festo ex necessitate.*

De tertio præcepto Decalogi. Cap. XXXIIII.

VLtimum primæ tabulæ præceptum explicandum superest, quod ad exteriorem Dei cultum pertinere noscitur. Exclusis etenim veræ religionis obstaculis per idolatriæ, omnisq; diuinæ irreuerentiæ prohibitionem duobus primis pręceptis factam, congruentissimè tertiũ hoc sub-
1 nectitur. In quo † externus ille cultus, qui Deo à nobis debetur, rectè, atque ordinatè præscribitur his uerbis. Memento vt diem sabbati sanctifices: quod quidem partim morale, partim verò ceremoniale præceptum iudicatur, uti docet D. Tho. 1.2.q. 100. art. 3. ad secundum, & 2.2.q. 122. ar. 4. quem oẽs Theologi secuti sunt. Est enim hoc pręceptũ morale, ut
2 cum † omnes homines teneantur unum Deũ colere, tempus aliquod debeant secernere, atque ab aliis profanis actibus eximere, Deoq; colendo dicare, ut illi cultũ exhibeant, illumq; uenerentur, illiq; gratias agant, à quo tanta, totq; beneficia gratuito acceperunt, iuxta dictũ Psal. 45. Vacate, & uidete quoniam ego sum Deus. si uero tẽporis taxatio in hoc pręcepto expressa attenditur, inter ceremonialia cõputabitur. Ideoq; simul cum aliis ceremoniis, cultibusque Hebraicis adueniente veritatis tempore sabbathũ sublatum, atque à sanctissimis Apostolis in alium diem mutatum noscitur.
3 Qui † primum, eundemq; octauum diem, quem etiam Dominicum dixerũt, ad diuinum cultum consecrare statuerunt,

runt, quem aliis diebus præferrent, quia multa, eaque maxima ipso die gesta fuisse noscimus. Quicquid enim (ut inquit magnus ille Leo,) qui uerè doctrinam uitæ, & uitam doctrinæ, ac utrunque potestati adæquauit: Quicquid à Deo insignius institutum est in huius diei fe-
4 stiuitate fuit gestum. In † hoc mundus sumpsit initium: In hoc per Christi resurrectionem, & mors interitum, & uita sumpsit exordium. Quare D. Ignatius epistola 3. ad Magnesios diem Dominicam, diem Resurrectionis appellat, ac regalem, omniumque supremam. In hoc Apostoli à Domino prædicandi sumpsere potestatem, & inferendi mundo vniuerso sacramentum regenerationis accipiunt. In hoc denique promissus à Domino Spiritus sanctus aduenit. Meritò igitur cantat Ecclesia: Hęc dies, quam fecit Dominus, &c. Decebat igitur tot, ac tanta nobis præstita beneficia mente uoluere, ac ipsum munificentissimum Dominum interiori, exterioriq; cultu semper uenerari. At quoniam imbecillitas nostra hoc nō patitur, & ab iis præcipuè, qui humanarum rerum occupationibus detinentur, præstari hoc non facilè poterat; certum tem
5 pus † statutum fuit, quo talia commodè effici possent, (uerbi gratia) diem Dominicum, & alias solemnitates, quarum mentio fit in cap. 1. de consecr. distin. 3. capit. 2. & fi. de feriis. Insuper & alias, quas Episcopi in memoriā alicuius Martyris, uel Sancti celebrare statuerunt, ut pro diuersis à Christo, & Sanctis præstitis beneficiis, & in memoriam sanctorum Martyrum, qui pro Christi fide sanguinem suum fuderunt, illis diebus simus Deo grati, & Sanctis ob beneficia à Deo collata, & ut Sanctorū exempla ad imitationem nos prouocent, eorum-
6 que imploremus patrocinia. Fiunt † uero à Christianis Martyrum, ac Sanctorum memorię eo die, quo mortem obiere, quia illo die nascuntur sancti uiri ad gloriam, & uitam æternam, quod glossa annotauit in cap. non licet, 33. q. 4. cuius mentionem facit Abb. in cap. 3. de fer. glo. in l. cum quidam, ff. de annu. lega. glo. in §. cum autem, uers. in natalibus, Instit. de ingenuis.

7 Quod † igitur ad huius præcepti explicationem pertinet, animaduertēdum est, sub hac uerborum forma non solum aliquod affirmatiuum, uerum etiam aliquod negatiuum contineri. Affirmatiuum, quod hic præcipitur, est sancto se dedicare famulatui. Hoc autem, uti Ecclesiæ instituto declaratum est, adim-
8 plebit, † qui sacrum missę sacrificium deuotè audierit. At conciones, cęteraque ecclesiastica audire officia, immo etiam & actum dilectionis erga Deum exhibere, peccatorum contritionem habere: quamuis nonnulli, iique grauissimi Scriptores hoc de præcepto esse existiment, asserentes quoque peccatum hoc die cōmissum duplicem habere deformitatem, ideoque diei festi circunstantiam necessariò confitendam fore. nobis tamen cōtraria uerior uisa est opinio, pro qua egregiè pugnat Sotus lib. 2. de iust. & iu. q. 4. art. 4. Couar. lib. 4. uar. resol. capit. 19. num. 6.

9 Negatiuum † uerò, quod hic præcipitur, est à seruilibus cessare operibus. porro ut pars hæc huius præcepti, quæ maiorem continet difficultatem, clarius innotescat.

Considerandum est, opera ipsa serui-
10 lia in † triplici esse differentia: Nam primo peccata ipsa, seruilia opera existimantur. scriptum est enim: Qui facit peccatum, seruus est peccati. & hęc absque dubio semper intelliguntur esse prohibita, & in hoc nulla est difficultas. Secundo uero loco opera illa, quæ ad Dei seruitiū attinent, seruilia nuncupantur. hæc autem tantum abest, ut præcepto hoc prohibeantur, ut etiam pręcepta etiā à nonnullis existimentur, ut supra tetigimus. Ad hoc enim ab aliis operibus in die festo cessāmus, ut iis liberius incūbamus.
11 Sed † habent & hæc opera ad Dei cultum pertinentia gradus suos. Quædā enim ex his sunt supernaturalia, seu

ab

ab increato spiritu supernaturaliter nobis elargita, & hęc semper esse licita diebus festis nō ambigitur; talia sunt sacramentorum administratio, conciones ad populum, oratio mentalis, aut uocalis, quæ [fit genu flexo in omnibus diebus, præter diem Dominicum, cæterasque festiuitates, quæ fit à stante genu recto. Et hoc ideo, quia genuflexio, quam sex diebus adhibemus, casum nostrum in peccatum significat, sed non flectere genu die Dominico, Resurrectionis nostrę est significatio. Insuper quoties genua flectimus, & erigimur, reipsa ostendimus, quòd per peccatum in terram delapsi sumus, & per benignitatem eius, à quo conditi sumus, ad cœlum reuocati sumus.]

12 Quædam † uerò opera sunt, quę non nisi corporali exercitio complentur, & hęc aut talia sunt, in quibus Dei cultus etiam per se consistat, uti est Sanctorum circunferre sacras imagines, aut organa in Ecclesiis pulsare; aliaque huius generis, & hęc absque ulla distinctione licita in omni tempore iudicantur; aut uerò

13 sacrorū † sunt pręparatoria, & hęc diebus etiam festis permissa sunt, ubi adeò diuina sunt propinqua cultui, ut sine ipsis fieri nequeant: aut pręcedenti die facta nō prodessent; huiusmodi sunt campanarum pulsatio, aliaque similia, nam si alio die pręparari potuissent, diebus festis, hęc ita demum agere non liceret, nisi continuatio festorum hoc exposceret; huius generis sunt hostiarum decoctio, monumentorum, aut ecclesiarum apparatus, aliorumque his similia.

14 Illa uerò, † quę non per se, sed per accidens tantummodo ad diuinū sunt spectantia famulatum, diebus festis absque superioris dispensatione exequi non est permissum; huiusmodi sunt pauperculę Ecclesię agros colere, aut ad structuram hospitalium lapides pręparare, siue aptare: Licet enim charitas, quę ad hoc impellit, iustam superiori cauiam tribuat, non tamen hæc ex se opera talibus temporibus licita efficit.

15 Tertio, † & ultimo loco seruilia opera censentur illa, pro quibus homo homini corporaliter seruit. hęc autem sunt, quę pręcepto hoc diebus festis exerceri prohibentur illis uerbis, Nō facies opus seruile in eo. Cum autem homo hominis seruus secundum corpus tantummodo, non autem secundum mentem esse

16 cognoscitur, sequitur † actiones illas, quę à mente, aut à spiritu tantummodo proficiscuntur, nunquam inter seruilia opera esse annumeranda, ideoque nec etiam hoc pręcepto interdici. Legere ergo, aut docere, aut etiam consulere, opera seruilia non sunt, ideoque pręcepto hoc minimè prohibita, eademque ratione ius dicere, causas agere, aut iuramentum iudiciale exigere, hoc pręcepto nō erant olim prohibita, quę hodie exerceri non sinit lex Pontificia, quę habetur in cap. 1. & in c. conquestus, de feri. Sola ergo illa opera seruilia, & quę corporalia sunt, hoc pręcepto interdicūtur. Multa tamen sunt, quę etiam iis diebus talia exercentes excusant: nō enim tanta pręceptum hoc religione colimus, quanta olim illis, quibus primo datū fuit, ideoq; strictiori religione seruabatur, ut magis figurę corresponderet, ut docet D. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 4.

17 Prima autem † ex iis, quę laborantes iis diebus excusatos reddunt, est necessitas, siue illa sit eorum, quę ad quotidianum uictum, siue eorum, quę ad tuendam salutem spectant, siue etiam particularis sit proximi necessitas dilationem non patiens, & multò magis si uniuersę esset Reipublicę. Secunda, modicitas est temporis: semper enim modicum solet contrauenientes à mortali saltem excusare. Hinc uendentes, aut ementes die festo, ubi parua in hoc temporis iactura fuerit, (uerbi gratia) quia de precio conueniendum non est, excusantur: ideoq; qui candelas emunt, aut uendunt, peccare non iudicantur: non enim multum temporis spatium in hoc cōsumitur, Nauar. cap. 13. num. 8. Hac pariter ratione infert Sylu. in uerbo, Dominica, uer. 5. quòd

quòd suentes paruo temporis spatio, vel ramum putantes, aut uni, aut alteri barbã tondẽtes excusantur à mortali, immo etiam à veniali, si aliqua iusta causa interfuerit, vt inquit Nauar.c.13.nu.9.

18 Tertium † vero est Ecclesiæ generalis consuetudo, vti illa est, quæ habetur in cap. licet, de feriis. vbi halices, thinnos, aliosq; pisces, qui solo uno, eodemq; breui anni tempore tantũmodo capiuntur, etiã diebus festis piscari permissum est.

Quarta denique est ipsa consuetudo rationabilis tacito saltem prælatorũ consensu roborata, exemplum. Mercatus in die festo fieri, est absque dubio interdictus, c.omnes, de feri. & tamen consuetudine generali contrarium seruatur.

19 Porro † hæc in diebus festis ex causa operari licet; & etiã si merces accesserit illicita, non redduntur, quãuis mercedis intuitu præcipuè exerceãtur, probat hoc Caiet.2.2.q.122.art.4. Sotus li.2. q.4.ar. 4.in fi. Nauar.cap.13.nu.5.vers.8.contra Syluestrum. Hæc in genere dixisse suffi ciat, nunc ad particularium quęstionum decisiones descendamus.

20 Prima. Ratione † necessitatis, maximè si vergat in periculum, vel damnum, excusantur carnifices carnem vendẽtes die festo, etiam si tempore notabili occupentur propter necessitatem, quæ præueniri non potest, nec differri ratione æstatis, aut multitudinis festorum, vel huiusmodi. Item de tabernariis præparãtibus cibaria necessaria, secus si causa ebrietatis, aut luxus causa. Item de medicis, aromatariis, ac sanguinem mittentibus, marescalchis, qui soleis ferreis bestias in itinere constitutas calceant. Vendentibus panem, aut herbas, vel fructus quotidianos victui necessarios, licet qui emant, quãdoque voluptatis causa emant, quia quod vni gula est, alteri necessarium esse potest. Et idem de furnariis, qui exigente festorum concursu in die festo panem conficiunt, aliàs secus, vbi nulla esset necessitas. Et idem de occurrentibus conflagrationibus, aut inundationibus, aut incursibus hostium. Sicut etiam de accẽdentibus ignem causa conflandi vitri, aut ligna adiicientibus; quia res illa dilationem non patitur, vti à peritis accepimus. Idem de vectoribus mercium, aut cursoribus, qui absque graui incommodo diebus festis cęptum iter non possent intermittere. Et idem de exigentibus à rusticis diebus festis debita, aut operarios conducentibus, si alia die illos cõmodè non possent inuenire. Et idem de iis, qui in vigilia festi mittunt sua iumenta ad portandum necessaria pro festo, cũ præuenire non potuerunt. Omnes isti excusantur ex capite necessitatis. Ita Syluest. in uer. Dominica, nu.7.q.5. Sotus lib.2.de iust. & iu.q.4.art.4. vers. quarta causa. Io.Tab.in ver.feria, nu.21. Nauar. c.13.num.7.

21 Secunda, ex eodem † capite excusantur à mortali peccato, si laborent rustici mercede conducti, aut etiam vxor, filius familias, qui à domino, aut à patre, aut à marito diebus festis laborare coguntur, nec absque scandalo, aut graui eorũ damno, quod est, si ad blasphemias, uel verbera procederetur, possunt illis contradicere: modo in festorum contemptum hoc ab illis non præcipiatur; tunc enim mortem potius tenẽtur eligere, Syluest. qui supra. Sotus latè lib.1. de iust. & iu. q.6.art.4.col.fin. Nauar. cap.13.num.7. finito tamen conductionis tempore stipendiarii omnes à talibus dominis, qui eos diebus festis laborare compellunt, discedere tenẽtur, qui etiam possunt suam recipere mercedem, ne domini ad hoc procliues reddantur, & commodum ex sua iniquitate reportent, Nauar. & Syl. qui supra.

22 Tertia laborantes † die feriato, qui festum immediatè pręcedit, usque ad mediam noctem à consuetudine excusantur: quia ad hunc effectum dies incipit à media nocte, & in media nocte finitur. Couar.lib.4.var.resol.cap.19.concl. quinta, nu.9.in fi. Quamuis antiqui canones à primis vesperis à seruili opere cessandum statuerint, c.1.& 2.de feriis. Nauar.cap.13.nu.5.

Quod

Quod verò ait Sylu. in ver. Dominica, nu. 4. laborandum vsque ad tertiam, aut quartam horam noctis, quasi de honestate dictum sit, accipiendum credimus: ne videlicet ob multam vigiliam in mane festi sint omnino torpentes, aut aliis pauperibus artificibus lucrum tollant. Qui verò totam noctem diem festum præcedentem vsque etiam ad primam festi horam laborare non cessant, excusantur etiam propter consuetudinẽ particularem, quæ in aliquo loco in aliquibus locis vigere solet: nec etiam eis in futurum hoc facere deliberãtibus est absolutio deneganda, quamuis acriter reprehendendi sint: at si particularis cesset consuetudo, mortale peccatum reputatur. Ioan. Tabien. in verbo, feriæ. nu. 14. & ver. dies, num. 3.

23 [Et nota, quòd dies † incipit, & finitur diuersis temporibus, & horis, secundum diuersitatem eorum, de quibus agitur. Nam quo ad ordinandum incipit dies in vespera, & finitur in mane sequẽti, dist. 75. quod à patribus. Quoad iudicandum incipit in solis ortu, & finitur in occasu, vt extra de offic. deleg. c. consuluit. Quo ad soluendum incipit in medietate noctis unius, & finitur in medietate noctis alterius, vt ff. de feri. more Romano. Quo ad treugas seruandas incipit in solis ortu, & finitur in occasu, ext. de pace, & treuga. c. 1. Quo ad ieiunandum incipit post cœnam, de consecr. dist. 3. de esu.]

24 Quarta. Natus † Romæ si Neapoli commoretur, festa Neapoli tantummodo præcepta seruare tenetur, per text. in cap. illa, 12. dist. ibi, Dum fueris Romæ, Romano viuito more.

25 Quinta. Qui Capuæ † habet domiciliũ, si inde discedat, & Auersam ueniat, vt possit die aliquo, quo ibi à seruilibus cessare præceptum est, laborare, minimè peccare creditur: Immo nec missã audire tenetur, quãdo in festi vigilia discederet: quod secus dicendum, si eodem die festo iter arripuerit, Nauar. cap. 13. nu. 5.

26 in fine. Non enim debent † laici in diebus festis aliquibus iter agere, ut in die Paschatis, Natalis Domini, Pentecostes, aut Assumptionis Dominæ: summa etenim esset impietas tantarum festiuitatum rationem non habere. Sed clericis nequaquam licitum est diebus festis, & Dominicis iter agere, qui diuinis sedulò operam dare debent, ut inquit Iacobus Menoch. lib. 2. de arbitrariis iud. casu 2. nume. 19.

27 Sexta. Excusantur † pariter scholares legentes, aut studentes diebus festis causa illuminationis intellectus, quamuis etiam ad lucrum mentis oculos habeant, Abb. in cap. 1. de feri. Similiter neque peccant cantores, aut musici, qui in die festo cantant, aut sonant: modo hoc fiat ob honestum finem, ut inquit Nau. cap. 13. nu. 14.

28 Septima. Similiter † excusantur rõne pietatis reficientes pontem die festo, aut simile quid exercentes, si necessitas vrgens dilationem nõ pateretur, alias esset dispensatio necessaria. Sylu. in ver. Dominica, num. 7. vers. 3. Sotus lib. 2. quæstio. 4. art. 4.

29 Octaua. Iurisconsulti, † aut causarũ patroni illis, qui è longinquo adueniunt consulentes, aut coram iudice tuentes, aut aliquem iudicialem actum exerceri postulantes, etiam si notariorum opera esset necessariò adhibenda, peccare non iudicantur, vbi necessitas in causa fuerit, ut hæc in die festo fierent, etiam si merces accesserit. Syluest. num. 7. Nauar. num. 12.

30 Nona. Excusantur † similiter ratione necessitatis laborãtes diebus festis, ut vxores, filios, familiamque propriã possint alere: quod si in diebus festis ab opere cessarent, adimplere non possent, Syl. in ver. Dominica, nu. 7.

31 Decima. Pariter † nec excommunicatione aliqua ligantur, qui ex iusta causa diebus festis seruilia opera exercent, excommunicatione aliqua ab ordinario loci contra laborantes diebus festis lata: quia sentẽtia eius generalis iuridicè interpretanda est, nempe quòd nemo effi-

S ciat

ciat opus, nisi lege concessum, argumen. l. si procurator. ff. de cond. inde. c. Quintauallis, de iureiu. sed cuilibet cōceditur opus vitæ necessarium, cap. discipulos, de consecr. dist. 5. ergo.

SVMMARIVM.

1 *Diebus Dominicis, & etiam in quolibet alio die festo, missam integram audire oportet ex præcepto, nec ante benedictionem egredi licet.*

2 *Diebus cæteris præter festiuos, missam audire, est consilium.*

3 *Egrediens ante benedictionem, id est, post communionem ex præcepto de audienda missa satisfacit.*

4 *Missæ particulam principii, & finis omittens peccat: excusatur qui dimidium vnius missæ, & alterum alterius dimidium audit.*

5 *Missa vbicunque audiatur sufficit.*

6 *Missam audiens à notoriè fornicario, vel ab excommunicato publicè denunciato, peccat mortaliter.*

7 *Missam an audire teneatur, qui nisi ritu Græcorum eam audire nequit.*

8 *Attentionem necessariam in audienda missa non adhibens in aliqua parte notabili, mortaliter peccat.*

9 *Verba an sint distinctè audienda, & quæ attentio sit necessaria.*

10 *Orationes dicens, non ex præcepto, vel horas, aut preces ex pœnitentia iniunctas, an satisfaciat præcepto audiendi missam.*

11 *Ministri discurrentes pro expeditionibus missæ, missæ interesse dicuntur.*

12 *Sacerdos celebrans missam solemnem, potest horam aliquam canonicam dicere, dum chorus cantat, vel organa pulsantur.*

13 *Vesperas, & cætera diuina non audiens diebus festis non peccat, modo non adsit consuetudo.*

14 *Laici stantes in choro cum clericis, an peccent: & chorus in hac materia quid significet, nu. seq.*

De auditione Missæ.
Cap. XXXV.

1 ET si singulis † Christianis, cū peruenerint ad annos discretionis, quod est, quando Ecclesia iubet eos confiteri, iuxta tex. in c. omnis, de pœn. & remis. (modo non sint excōicati, nec interdicti, vel aliàs legitimè impediti) præcipiatur sub reatu peccati mortalis die Dominico integram missam audire, per tex. in c. missas, de consecra. distin. 1. notatur in cap. vt Dominicis, extra de paroch. & cap. quanta cura, sess. 22. in Concil. Trid. ita quod ante benedictionem nullus egredi audere debet: Tamē generaliter in quolibet die festo ex præcepto hoc præcipitur, tex. est in cap. qui in die solemni, de consecr. dist. 1. cum ideò sint instituta festa alia à Dominica, vt vacetur diuinis.

2 Aliis † autem diebus nullus etiam religiosus ad id ex præcepto tenetur, sed tātum ex consilio; cum ipsi sint totaliter diuino cultui dedicati. 12. q. 1. c. duo sunt. & maximè in Quadragesima, & ita intelligitur tex. in c. solent, de consecr. dist. 1. & tex. in cap. fi. de priuileg. lib. 6. Vbi inquit, quòd nisi subsit aliqua rationabilis causa, Episcopus singulis diebus debet celebrare missam, vel audire. Sed modo ad dubiorum decisiones accedamus.

Prima. Missam die festo integram nō audire, peccatum est mortale, cap. omnes fideles, cap. missas, & c. cum ad celebrandas, de consecr. dist. 1. Sed quia † modicum pro nihilo reputatur, hinc satisfacit huic pręcepto, quoad effectum vitandi mortalem culpam, qui ante benedictionem egreditur, idest post communionem, cum paruitas in omni materia ex sui natura excuset à mortali, at partem notabilem omittere, quæ secundū Sylu. dicitur medietas, vel tertia, vel secūdum Nauar. ab introitu vsque ad epistolam, vel secundùm Sotum in 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 1. col. antepenul. ab introitu usque ad Euangelium, peccatum est lethale;

le; nisi illam notabilem partē finita missa per se legeret, vel ab alio audiret, Nauar. qui supra. Qui ergo missam ab Euangelio vsque ad communionem audiret, præcepto satisfaceret.

4 Secunda. Etsi † modicum pro nihilo reputetur; tamen qui particulam principii missæ omitteret, & particulam finis, peccaret mortaliter: cum ex vna particula principii, & finis possit constitui pars vna notabilis. Excusaretur tamen à mortali, qui vnius missæ dimidium, & alterum alterius missæ audiret, Sotus in 4. dist. q. 2. art. 1. vers. at quid.

5 Tertia. Quamuis † antiquo iure missa esset audienda in propria parochia, vt est tex. in capit. ut Dominicis, de paroch. idemque hortatur Synodus Tridentina sess. 22. in c. quanta cura. Tamen de cōi consuetudine vbicunque illa audiatur, sufficit. & tex. in d. cap. vt Dominicis, procedere poterit in villa, vbi Parochus de oblationibus viueret.

6 Quarta. Peccatum † est mortale missam audire solummodo à sacerdote fornicario, qui notorius est, atque publicè denunciatus, secundum vltimum concilium Constantiense, licet consultius sit illam audire à bono, & meliori sacerdote: quamuis si audiatur à quocunque sacerdote malo, etiam si fuerit excōicatus, suspensus, vel interdictus, modo non fuerit publicè denunciatus, non erit peccatum mortale: facit tex. in c. intra, 1. q. 1. Sylu. in ver. missa. 2. q. 3.

7 [Sed an Italus † in terris Græcorū in die festi missam ritu Græcorū audire possit, an verò excusetur, quando aliam audire non potest, vide Nauar. lib. 2. de celebr. miss. cons. 1. vbi inquit, quod si mos celebrandi missas illarum terrarum esset contrarius ritui Catholicorum necessariò iuri diuino in eis celebrandis seruando, tunc non deberet audire, & auditio est prohibita. At si mos esset tantū contrarius iuri canonico consuetudine aliqua abrogabili, tūc posset audire sine peccato. Præterea consideranda esset consuetudo, quæ est in illis terris, quia si esset legitimè præscripta circa eam non audiendam, & tunc posset excusari: Cum præceptum de audienda illa diebus festis humanum sit, vt colligitur ex c. missas. de consecr. dist. 1. hæc Nauar.

8 Quinta. Missam † audiens, & non adhibens attentionem necessariam in aliqua eius parte notabili, colloquendo, scribēdo, dormiendo, peccat mortaliter, Nauar. c. 21. num. 8. Audire autem missam intelligimus sub præcepto, præsentes esse debere animo, & ea mēte vacandi Deo, & ex consequenti nihil exterius facere repugnans dictæ intētioni, videlicet dormire, aut loqui per aliquam partem notabilem:

9 Vtrum † autem audiantur, uel nō audiantur distinctè verba missæ, hoc non cadit sub præcepto. Alioquin præceptum non adimpleret surdus, & qui in magna Ecclesia sacerdotē à longè spectaret, licet non audiret. Attentionem verò, quæ necessaria est sub præcepto ad audiendam missam, dicimus non esse tātam, quanta est in officio diuino, sed sat est, quòd sit actus humanus, & quod sciat se esse ante Dei conspectum, id est, vt adsit animus attentè audiēdi missam. Vnde quamuis veniant cogitationes, & in ijs per totam ferè missam perseueratum fuerit, non tamen sponte, satisfit præcepto, quod secus esset, si cogitationes venirent eò volente, & de industria, ita Syluest. in ver. missa, 2. q. 6.

10 Sexta. Satisfacit † præcepto audiendi missam, is qui orationes diceret, quæ nō sunt ex præcepto, Sylu. qui supra, in fi. At horas persoluere, vel preces ex pœnitentia, vel voto iniunctas non potest, secundum Sylu. qui supra. Caiet. tamen, quem sequitur Sotus in 4. sen. dist. 13. q. 2. ar. 1. circa fin. indubitanter asseuerant posse ambobus præceptis satisfacere; tum, quia vtraque præcepta eundem finem repræsentant, scilicet Dominicam passionem; tum etiam secundum Sotum, quia si illas orationes potest quis recitare, quę non sunt ex pręcepto, & tamen satisfacit auditioni missæ, ergo & illas, quę sunt ex præcepto, ita ét tenet Medina, C. de

confess. quæstio 44. tract. 2. Abstinere tamen se debent ecclesiasticæ personæ ab horis in missa persoluendis, nisi in magna necessitate: cũ ipsæ norma debeant esse laiçorum, & ad ipsarum vitam multi respiciant.

11 Septima. Sacrorum † ministri discurrentes pro expediẽtibus missę, vt in missis solemnibus, pro thure, vino, & huiusmodi, intelliguntur adesse missæ pro tempore illo, Sylu. in ver. Missa, 2. vers. 15.

12 Octaua. Sacerdos † ipse qui celebrat, potest cum ministris dicere horam aliquam canonicam, dum chorus cantat: modo dixerit totum, quod chorus cantabat, quasi tempus illud ei vacet: licet verè sit tempus missæ. Et similiter dum pulsantur organa potest ab omnibus id fieri eadem ratione: quia non impeditur dictæ missæ attentio, sed vnus diuinus cultus alterum compatitur, ita Caiet. in ver. festos, col. 3.

13 Nona. Vesperas, † cæteraq; diuina officia diebus festis non audire, non est peccatum mortale, neque veniale, nisi ratione uoti, aut iuramenti: quia tũc transgrediendo votum peccaret lethaliter. Verùm si qua consuetudo introducta esset audiendi vesperas, crederem illam obligare transgressorem ad veniale tantum, tum quia lógè laxius, quàm auditio missæ seruatur, tum quia pauci se accusare videntur de illarum fractione tanquàm mortali, & pauci confiteri ea, itá Nauar. in c. 21. nu. 1.

14 Audiendo † tamen non debent laici stare in choro cum clerici, cap. 1. de vita, & hone. cler. & hoc, vt clerici libentius vacare possint diuinis, c. sacerdotum, de consecr. dist. 2. Sed aduertendum, quòd verbum, debet, positum in d. c. 1. procedit de honestate. Hinc sequitur non peccare mortaliter laicos ibidem stantes, secundum Doct. in d. c. 1. Quinimo nullo modo peccãt, quando esset contraria cõsuetudo, facit tex. in cap. contra morem, dist. 100. c. ex litteris, de constit. vel quando inuitati à clericis accederent, ad hoc dist. 23. c. 1. & 2. vel etiam, quando itinerando transirent per chorum, ita Dom. Ant. de But. in c. 1. de vita & hone. cler. Chorus autem licet pluribus modis accipiatur, vt per tex. in l. cum eiusdem, iuncta glo. ff. de ędil. edic. & l. si chorus, cum

15 glo. 1. ff. de leg. 3. hic † tamen accipitur pro loco in Ecclesia, in quo conuenire consueuerunt canonici, seu alii de conuentu diuina cantantes.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia piè procedit cũ fidelibus circa obseruantiam diei festi, & ex quibus causis non audientes missam excusantur.*
2 *Metus mortis ab audienda missa in die festo excusat.*
3 *Differentia inter ecclesiasticum, & diuinũ preceptum, & quare in diuino delinquẽtem metus mortis non excuset.*
4 *Interdicti, & excommunicati missam non audientes non peccant.*
5 *Infirmi, & eorum ministri, nutrices, famuli, itinerantes, pauperes, matres filias non ducentes ad Ecclesiam, vxor, custodes arcium, & vidua, quæ quisque rationabili causa excusetur, non audiendo missam, vide.*
6 *Causa rationabilis quid sit.*

Quando non audientes missam diebus festis excusentur à mortali. Cap. XXXVI.

1 NOn ita † Ecclesia pia mater tã stricto iure festorum obseruãtiam præcepit, ut non sint aliquæ rationabiles causæ, ob quas missam non audientes non excusentur à peccato. Est enim timor mortis, damnum graue animæ, corporis, honoris, propriorum bonorum, vel proximi; & omne motiuum consentaneum humanæ rationi, ita Syl. in uer. missa. 2. q. 1. vers. dicitur sexto. Caiet. in ver. festos, col. 3. Sed hæc ex decisione casuum magis elucescent.

2 Prima. Missam † die festo non audire metu

metu mortis, nullum est peccatum: nam Ecclesia obseruationem festorum præcipiens non tam stricto rigore uoluit quẽ obligare, vt pro eorum obseruatione debeat mortem quis obire: quare qui metu hostis, quem certò credit paratum esse se occidere, vbicunque obuiã habuerit, omitteret die festo Ecclesiã adire, vbi sacra audiret, excusatur à culpa: quia est timor cadens in constantem virum, ita Sotus in 4. dist. 29. q. 1. art. 2. ver. in solutione. Immo etiam si metus non fuisset constans, sed leuis, fuisset tamen causa, sine qua missam non omisisset, à culpa excusaret in iudicio animæ, arg. eorum, quę dixit Sylu. in ver. ieiunium. c. 8. §. 1. & Nauar. in c. 27. nu. 93.

3 Frangeret† autem diuinum præceptũ, verbi gratia, si puella metu mortis percussa oblatũ stuprum admitteret, aut si quispiam mendacium pernitiosum diceret, vel peierarer, peccatum esset mortale: cuius quidem diuersitatis ratio inter diuinum, & ecclesiasticum præceptũ, secundum Sotum in 4. dist. 29. q. 1. art. 2. hæc est: quia quædam sunt intrinseca ratione peccati, quia sunt prohibita, quia mala: quædam verò sunt mala, eò solum, ꝙ sunt iure humano prohibita. Illa prioris generis cum sint natura sua mala; nequeunt non esse mala, & ideo nullo metu quamtumuis atrocissimæ mortis, ea committere licet, adeò ut statim quod quis committit, desinit esse constans, & peccat mortaliter. c. sacris, de his, quæ vi. Sed alia posterioris generis, quia nõ sunt intrinsecè mala, possunt quidem bona fieri, quando sunt media cauendi grauioris mali.

4 Secunda. Interdicti,† & excommunicati licet absolutionem procurare neglexerint, excusantur ab auditione missæ: nam quamuis peccent negligendo absolutionem procurare, non tamen peccant non audiendo missam, quam iure nequeunt audire, arg. tex. in c. quia vniuersitaté. de cõcess. pręb. Naua. c. 21. nu. 3.

5 Tertia, excusantur † pariter infirmi, & eorum ministri, qui sine salutis damno eam audire nequeunt. Sotus lib. 2. quæst. 4. ar. 4. in fi. Nutrices pariter, quæ sine periculo infantes, quos lactant, relinquere nequeunt. Item serui, & famuli, dum hærus, uel iter eis imperat, vel aliud negotium, licet sacrũ non audiant, non peccãt. In ipsum tamen hærum noxa refundetur, si absque causa seruũ impediat, quo minus missam audeat, Sotus, qui supra, & Syluε. in ver. Dominica, nume. 7. Similiter iter facientes, qui audiendo missas, à sociis necessariis relinquerentur, ut associati cum tabellario publico, id est con lo Percaccio. Pariter pauperes, qui vestibus carent, sine quibus absque rationabili pudore audire non valent.

Matres quoque non ducentes in templum filias, vbi timeretur de earum raptu, vel vbi etiam est in more puellas nõ exire in publicum, nullam contrahunt culpam: secus si à matribus ducerentur ad vanitates: quinimo possent matres absque peccato domi manere earum custodes, si aduersus filias quippiam timeretur.

Parere etiam debet uxor, si à marito zelotipo prohibeatur ne ad sacra accedat. Excusantur etiam custodes arcium ratione officii sui. Similiter domini, eorumque consultores, qui tempore missæ moram negotiis non patientibus impediuntur. Vidua quoque, quæ se domi continet post mortem mariti in aliquo breui tempore, excusatur: secus si per menses sex, vel per annum, distin. 8. capit. consuetudo.

Qui omnes, & si bona fide secũdum suam existimationem putent se excusari à missæ auditione, & tamen non ita sit in re, sed aliquando fallantur, non pec-
6 cant mortaliter. cum † rationabilis causa sit omne motiuum consentaneum humanæ rationi. Hæc Sylu. in uerbo, missa, secunda quæstio. prima, versi. dicitur sextò. Sotus lib. secundo, de iustitia & iure, quæstio. 4. articu. 4. Nauar. capit. 21. num. 3. Caiet. in verbo festos, in summula.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium vnde dicatur, & est triplex, quorum primum, abstinentia à peccatis.*

Abstinentia praclara est, animus à vitiis ieiunus.

2 *Ieiunium est moderata refectio in singulos dies sine luxuria ciborum.*

3 *Fames minus offendit, quam ciborum excessus.*

4 *Contra asserentes sperma retentum generare venenum; & de errore medicorum venereas res suadentium.*

5 *Ieiunium quod vocatur ecclesiasticum, quale sit.*

6 *Vini potus, & aqua, electuaria, & huiusmodi ieiunium non soluunt, & an committi possit, vt meritum perdatur, numero 24.*

7 *Ieiunii tempora fidelibus ex praecepto seruanda, quae sint.*

8 *Ieiunia, siue ecclesiastica, siue ex pœnitentia, siue ex voto, non seruantes peccant; fallit ex causa rationabili.*

9 *Ieiunium in Aduentu Domini est de consilio, monachis nigris tamen est de praecepto.*

10 *Dies ieiunii, qua hora incipiat, & qua desinat, & abstinendum à quibus cibis.*

11 *Lacticiniis qui vesci possunt, an possint sagimine, vel oleribus cum sagimine coctis, vel cum carne.*

12 *Consuetudo comedendi lacticinia in Quadragesima, an excuset.*

13 *In omnibus ieiuniis consuetudo attẽdenda, nisi in duobus casibus.*

14 *Testudines appellatione carnis non veniunt.*

15 *Ieiunium quando ex euidenti causa propria auctoritate frangatur.*

16 *Ieiunii frangendi iusta, an sit causa, qui cognoscam.*

17 *Dispensatio circa ieiunia generalia pertinet ad solum Papam.*

18 *Praecepta Dei, in quo differant à praeceptis Ecclesiae.*

19 *Exceptio causae rationabilis admittitur in omni praecepto legis positiua.*

20 *Ieiunium quatuor de causis assumitur.*

21 *Vigilia Sanctorum, quare id nominis sortita.*

22 *Ieiuniũ sumi pro satisfactione peccatorũ; & an perfecti ad id teneantur.*

23 *Lex praecipiens aliquid non ad finem, sed ad media tendentia ad finem, obligat.*

24 *Vinum inconsideratè in die ieiunii sumptum ante, vel post cibum, ieiunium non frangit.*

25 *Ebrietatis mala, & origo.*

26 *Sumens aliquid inaduertenter, & postea recordatur esse ieiunium, quid faciet.*

27 *Medicina, vel praegustatio ciborum non soluunt ieiunia.*

28 *Ieiunare quo casu liceat in festo Natiuitatis Domini.*

29 *Collatio quomodo facienda.*

30 *Collatione vti mane non licet.*

31 *Religiosi mensae inseruientes, vel legentes, aliquid comedendo, quo casu non peccent.*

32 *Surrectio à mensa animo redeundi non frangit ieiunium.*

33 *Vinculis duobus, qui tenetur ad aliquid, si non seruauerit, fractionem vtriusque confiteri debet.*

34 *Iter agens morem loci, vbi est, in vigiliis seruare debet.*

35 *Hora manducandi in die ieiunii est meridies, hora sexta, & an hora praeueniri possit.*

36 *Ieiunii horam differre, & in die Dominico ieiunare, an liceat.*

37 *Die quo tenetur nõ ieiunans, an, & quando teneatur die sequenti.*

38 *Ieiunii in die, an toties committatur peccatum, quoties comeditur.*

39 *Comedens vnica refectione vsque ad ingluuiem, an frangat ieiunium.*

40 *Ieiunium, ad quod quis est obligatus, non potest commutari in opus pium.*

41 *Pueri quando incipiant teneri ad ieiunia, & quo casu ante tempus etiam ipsis ieiunia indicantur.*

42 *Ieiunare non tenetur sexta feria, qui 15. anno aetatis, S. Francisci religionem ingreditur.*

43 *Senes sexagenarii immunes sunt à ieiuniis.*

Mulie-

De ieiunio. Cap. XXXVII.

1 IEiunium, † secundum Doctores, dicitur à quodam intestino, quod sic vocatur, quia vt plurimũ est vacuum, & subtile, & exinanitum, ut ait Arist. lib. 3. de par. anim. cap. penul. Hoc autem triplex est. Primum magnum, & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis seculi voluptatibus, cap. ieiunium, de consecrat. distin. quinta, quid prodest. De hoc ieiunio inquit beatus Hieronymus Epist. quinta.

Quid prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? Quã laudem merebitur de pallore ieiunii, si quis inuidia liuidus est? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira, atque odio inebriari? Tunc inquam, præclara est abstinentia, atque magnifica castigatio corporis, cum animus est ieiunus
2 à vitiis. Secundum † ieiunium est discreta, atque moderata refectio, vt singulos dies absque luxuria ciborum transeamus, de consecrat. distin. 5. cap. sint tibi, cap. ne tales. legimus, & cap. nihil, vbi sic inquit Ioan. os aureum. Nihil enim sic iucundum est, sicut cibus bene digestus, aut bene decoctus: nihil sic salutem, nihil sensuum acumen operatur: nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio: sufficientia quippe cum nutrimento, & sospitatem simul procreat, & voluptatem: abundantia verò morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo ciborum: magis autem, & multo peiora.
3 Fames † quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat eum de hac vita pœnali: excessus verò ciborum consumit, & computrescere facit corpus humanum, & carnem macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morte crudeli cõsumit. Hinc diuinus ille Plato (loquendo de morali ieiunio) tria dicebat esse vitæ saluberrima. vesci citra saturitatem;

ocia fugere,& à Venere abstinere. Licet
4 quidam† maligni spiritus cōsilio repleti dicant, semen diu retentum conuerti in venenum,contra dictum Apostoli, Corinth. 6. inquiens, in laboribus multis,vigiliis, ieiuniis, & castitate. & rursum Roma. 13. Non in comessationibus,& ebrietatibus,non in cubilibus,& impudicitiis. Hinc manifestissimè patet magnopere errare medicos, īfirmis suadentes pro salute corporis tendentia in animarum periculum,& ut veneri obediant:cōtra quos maximè exclamat tex. in c.cum infirmitas, de pœnit. & remis. & ibi Io. Andr.& Abb. dicentes debere medicos prius inducere infirmos ad cō fitendum. Igitur secūdum ieiunium est moderata refectio. De laude huius ieiunii sic inquit Hyeronimus in Epist. 10. Parcus cibus,& venter semper esuriens triduanis ieiuniis præfertur, multoque melius est quotidie parùm, quàm rarò satis sumere. Pluuia illa optima est, quæ sensim descendit in terram, subitus, ac nimius imber in præceps arua subuertit.
5 Tertium ieiunium † est subtractio prandii,& post cœnam cuiuslibet cibi priuatio vsque in sequentem diem; item subtractio à carnibus,& omnibus, quæ sementinam trahunt originem,dist. 4. cap. denique. Et hoc ieiunium vocatur ecclesiasticum,de quo loqui intēdimus,quod quidem manet etiam post vnicam comestionem,nec soluitur, nisi per secundam sumptionem illorum,quæ in cibū, & refectionem de se consueuerunt assumi.
6 Ideoque † ea,quæ per alios cibos accipi consueuerunt, uel digerendos,sicut electuaria,uel deducendos per membra, sicut potus uini,aut atquæ,hæc ieiunium non soluūt; quamuis nutriāt aliquo modo,ad differentiam ieiunii, quod dicitur naturæ, quo quis ieiunus dicitur ante cibum sumptum illa die; etiam si pluries postea comesturus sit; & quia tale ieiunium dicitur ex priuatione cibi assumpti,ideo quælibet cibi sumptio hoc ieiunium tollit, D.Thom.in 4.sent.dist. 15. q.3.art.4. Sylu. in ver. ieiunium. nu.2.

7 Præterea † notādum est,quòd omnes Christi fideles singulis Quadragesimæ tēporibus præter dies Dominicos,Quatuor anni temporibus, ac Vigiliis,iuxta tex.in cap. Quadragesima, de consecrat. dist. 5.& cap.denique,dist.4. & dist. 86. in multis capitulis,Abb.in rub.de obser. ieiu. comprehendendo etiam vigiliam Pentecostes,iuxta glo.in cap.scire. §.necessariò,dis.86.& glo.in cap.2.de obser. ieiu. quæ est, de præcepto propter generalem consuetudinem fidelium, secundum Caiet. in ver. ieiunium. Sylu. ibi etiam.q.1. Arch.Flor.2.par. tit. 6. cap.2. §.1. à 21. anno cōpleto ieiunare tenentur sub peccato mortali. cap. in his, dist. 11.cap. vtinam,dist.76.argum. l. de quibus.ff.de legi. Abb.in rubr. num. 11. per glo.in cap. vnum orarium,dis.25. Inno. in cap.ex parte, de obseruat. ieiu. Sotus lib. 9. de iust. & iu. q. 5. art. fin. & non
8 ieiunando peccant mortaliter. Siue † id fiat in contemptum,ut quia noluit se subiicere præcepto superioris, siue ex inobedientia, siue ex concupiscentia gulæ, siue sit ieiunium ecclesiasticum, siue in pœnitētiam iniunctum,siue votiuum regulare,prout de hoc uidetur loqui Abb. in rubr. nu.11. & 12. Fallit tamen si haberent causam rationabilem æstimatam vel authorizatam. Rationabilis verò est ciborum penuria, paupertas, peregrinatio,labor,nimia mensæ protractio in seruientibus mensæ magnatum,pietas, vel maius bonum, Dom. Anto. de Butr. in cap.2.num.11.de obseru. ieiun. Nauar.
9 cap.21.num.16.Sed dubium † est,an teneantur tempore Aduentus Domini ex præcepto ieiunare. Respondeo, quòd communis est opinio Doctorum, quòd non,sed tantum de consilio,ita Doct.in cap.consilium,de obseru.ieiun. Quamuis nobis monachis nigris propter generalem consuetudinem sit de præcepto: cum ad talia ieiunia ipsa cōsuetudo liget etiam si ipsa scriptura nihil dicat,argum. tex. in l.de quibus. ff. de leg. cap. in his, dist.11.Sylu.in ver.ieiunium, nu. 5. in fi.& q.2.in principio.

Rur-

10 Rursum † sciendum est, quòd non solum omnes fideles debent semel uesci à media nocte vsque ad mediam noctem, sed etiam tenentur in Quadragesima abstinere à lacticiniis, & ouis, aliisq; trahentibus sementinam carnis originem, cap. denique, dist. 4. Nauar. c. 21. nu. 15.

11 [De † aliis autem ieiuniis, extra Quadragesimam, idem de carnium esu probatur in cap. de esu, de consecr. dist. 3. De lacte verò, butyro, caseo, & ouis controuertitur. Hæc etenim prohibita esse in Quadragesima fatentur omnes per d. c. denique, D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. Archidiaconus in cap. rogationes, de consecr. dist. 3. Innoc. & Panor. in rubr. de obseru. ieiu. In aliis autem ieiuniis non esse hæc vetita, sed tantū esus carnium. Vnde nisi consuetudine prohibitio eorum fuerit introducta, in aliis ieiuniis præter Quadragesimam licebit ouis lacte, & caseo vesci. Couar. vero li. 4. var. resolut. cap. 20. num. 15. existimat prædicta vetita esse iure in his diebus, quibus ieiunii causa caro fuerit prohibita. Idq; sibi probari uidetur ea ratione, qua D. Greg. in d. cap. denique, vsus est, & quæ à Synodo sexta traditur in can. 56. Visum est ergo, inquit, vt omnis Dei Ecclesia, quæ est in vniuerso terrarum orbe, vnum ordinem sequens, ieiunium perficiat, & abstineat, sicut ab omni mactabili, sic & ab ouis, & caseo, quæ quidem sunt fructus, & fœtus eorum, à quibus abstinemus.

Sed an possit quis uti sagimine, siue lardo, quando potest vesci lacte, caseo, & ouis. Dic, quòd sic. ita glo. in cap. admonere, 32. q. 3. Abb. in cap. consuluit, de Iudæis, glo. sing. in cap. presbyter, dis. 82. vbi quando licet comedere oua, potest etiam comedere olera cocta cum sagimine. An verò possit comedere olera cocta cum carnibus? dic quòd non, quando est prohibitus comedere carnes, Gemin. in cap. fin. dist. 30.

12 Sed vtrum excuset † cōsuetudo à peccato comedendi butyrum, oua, aliaque trahentia sementinā originem in Quadragesima. Dic, quòd sic. & ita excusantur Britones, qui in Quadragesima butyro utuntur. Medi. tract. 4. de ieiun. q. 8. & ratio est; quia cum Ecclesia sciat, & dissimulet, & non puniat excommunicatione, nec verbo corripiat, cū possit, & ad id teneatur, videtur dispensare, ut inquit Medi. qui supra. Sylu. in ver. ieiunium. q. 5. per glo. in cap. quo circa, de consang. & affin. Quod non ita facit tolerando fornicationem: nam licet non puniat, eam tamen prædicat illicitā, Sylu.

13 qui supra. In † aliis etiam ieiuniis multo maiori ratione consuetudo illorum, inter quos quis conuersatur, sequenda est, cap. illa, dist. 12. cap. vtinam, dist. 76. cap. quisquis, dist. 41. Vnde Parisiis comedam oua sexta feria, sed Ebreduni abstinebo, nisi propter prælationem, argu. 11. q. 3. præcipuè. de voto, cap. magnæ, §. 1. de sac. vnct. c. vnico. §. ad exhibendū, vers. de odore famæ. Fallit etiam, si à sacerdote certus modus abstinentiæ in pœnitentia sit inuentus: nam is non obstāte consuetudine in contrarium, est obseruandus, vt probatur 82. dist. presbyter. cap. admonere, 32. q. 3. Quod intellige, nisi sit extrema necessitas, cap. licet, de pœn. & remiss.]

14 Sed dubium vertitur, an † appellatione carnis veniant testudines. Respond. quòd non, & ita est in vsu apud monachos Carthusienses.

15 Rursum † notandum est, ꝙ si euidenti causa certū est quem ieiunare nō posse, potest propria authoritate frangere ieiunium, præsertim consuetudine interueniente, vel si non possit de facili recursus haberi ad superiorem, D. Tho. 2. 2. quæst. 147. artic. 4. vers. Respondeo. & ratio est, quia necessitas non habet legē, sed ipsa sibi facit legem, 1. q. 1. cap. remissionem. §. sed notandum. Si verò causa frangendi ieiunium non est tā euidens, nec tam subita, ut non patiatur tantam moram, quòd ad superiorē possit recursus haberi, & tūc non pertinet ad ipsum

16 interpretari, an † sit iusta causā frangēdi ieiunium, sed est consulendus medicus, aut

aut Confessarius, qui si interpretatur, illam esse iustam causam dispensandi, & euidentem, potest propria authoritate dispensare: si verò dubius est, etiam sacerdos, authoritatiuè dispensare poterit, sed propriè Episcopus, D. Thom. in 4. sentent. distinct. decimaquinta, quæst. 3. artic. secundo, Caiet. 2. 2. quæst. 147. art. 4. & hæc cessante scandalo, Syluest. in ver. ieiunium. num. 20. Nauar. cap. 21. nume. 21. qui inquit hanc dispensatio-
17 nem † non procedere circa ieiunia generalia: quia solus Papa circa illa dispensat, ne quis absolutè ieiunii lege teneatur, vel hic illis, aut illis diebus, argum. tex. in clemen. ne Romani, de elect. Singulariter tamen cum illo, aut illo iusta de causa ne illo, aut illo die ieiunet, etiã Episcopus videtur posse dispẽsare, immo & eo absente parochus, & quilibet Prælatus cum suis religiosis, sensit D. Tho. 2. 2. quæst. 147. art. quarto, Abb. in rub. de obseruat. ieiun. nume. nono, & hoc videtur receptum consuetudine, quæ iurisdictionem dare potest, capit. cum contingat, de foro compe. Hodie tamen per Synodum Neapolitanam, in capit. 2. de ieiun. habetur, quòd debet obtineri licentia vtriusque medici, quæ tamen
18 interpellanda est in casu dubio. Et † si obiiciatur circa prædicta, quòd præcepta Ecclesię obligant, sicut pręcepta Dei, secundum illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Dic quod præcepta Dei sunt iuris naturalis, & secundum se necessaria ad salutem, sed statuta Ecclesiæ sunt de his, quæ non sunt per se necessaria ad salutem, sed solum de institutione Ecclesiæ, vnde possunt etiam aliqua impedimenta esse, per quæ quis ad illa obseruanda non teneatur, secundum D. Thom. 2. 2. quæstio. 147. artic. quarto, ad primum, cui consentit Abb. in rubr. de obseruat. ieiun. dicens, quòd in omni
19 præcepto † legis positiuæ admittitur exceptio causæ rationabilis, ut in capit. si quando. de rescript. D. Thom. in 4. sen. distinct. 15. quæstio. 3. artic. primo, ad quartam quæst. ad tertium. Syluest. in
20 ver. lex. quæst. octaua. Postremò † notandum, quòd ieiunium principaliter assumitur ad quatuor. Primò quidem ad carnis concupiscentias reprimendas, vnde Hierony. Sine Cerere, & Baccho frigescit Venus, idest per abstinentiam cibi, & potus luxuria tepescit, capit. venter. cap. luxuriosa, cum sequen. distinct. 35. Hoc autem debet ita fieri, ut naturæ necessitas non subtrahatur: aliàs Deo holocaustum de rapina afferret, qui nimiis, & indiscretis abstinentiis, atque vigiliis corpus suum affligeret. capit. non mediocriter, de consecrat. distinct. quinta. Secundò, ut mens hominis ad superna eleuetur, vnde dicit Daniel. c. 10. quòd post ieiunium trium hebdomadarum reuelationem accepit à Deo. Hinc Sancta Mater Ecclesia voluit, ut quis ieiunus accedat ad communicandum, vt facilius mens ad illius sanctissimi sacramenti cõ
21 templationem accedat. Pariter † quoque eadem de causa Sanctorũ vigiliæ fuerũt institutæ, quæ ideo dicuntur, quia antiquitus nocte pręcedentis festi Sanctorũ vigilabatur à Christi fidelibus. Post verò aliquod temporis interuallum Sanctorum vigilię translatæ fuerunt ad tempus ieiunandi, secundum Card. in cap. ir religiosa, de consecr. dist. 3. Tertiò assu-
22 nuntur † ieiunium ad satisfaciendum pro peccatis, vnde Ioel 2. Conuertimini, inquit, ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu, de pœnit. dist. 1. c. si peccatum. Quartus finis est ad consecutionem meritorum, Card. in cap. ieiunia, de consecra. distin. 5. Sed quæritur, num perfecti nonnulli teneantur ieiunare, cũ in eis cesset concupiscentia, & lasciuia illa carnis. & uidetur quod non, quia cessante ratione finali, cessare debet dispositio. l. & si maritus. §. scripsit. ff. de adult. l. fin. C. de præscrip. long. temp. l. fi. ff. ad Sylla. contrarium tamen est verius, & non obstat regula, quod cessante causa debet cessare dispositio legis, quia id procedit quando cessaret causa finalis in communi, secus autem si in indiuiduo, vt hic: quia tunc non cessaret dispositio: nam

nam lex ad ea, quæ frequenter accidunt, adaptatur, & non ad ea, quæ raro. l. nam ad ea. ff. de legib. Quò fit, vt stante statuto, ut nemo cum armis incedat sub pęna triremis, si quis armatus incedat non offendendi animo, sed defendendi se, potest dicta pœna puniri; quia licet cesset causa in particulari; non tamen in communi, quod potissimum attenditur, Sotus lib. 1. de iust. & iure, lib. 5. art. 3. Dec. & Cagno. in l. ea, quæ raro, de regu. iur. Pariter etiam infertur, quod cum mulier postulare prohibeatur, quia non est sufficientis, & integræ prudētiæ; si qua prudens, & sagax reperta fuerit, non propterea postulabit. Potest etiam aliter responderi, dictam regulam esse intelligendam, quando est vnica ratio; secus autem vbi sunt plures, tunc enim licet cesset una, si tamen aliæ remanent, non propterea cessat legis dispositio, ut in §. affinitatis, In-
23 stitu. de nupt. Vel † tertiò respondetur, quod lex, quæ præcipit aliquid, non obligat ad finem, sed ad media tendentia ad finem, D. Tho. 1.2. q. 100. art. 9. & 10. unde lex non obligat ad carnis petulantiam compescendam, sed ad media, quibus comprimi potest. Sicuti est ieiuniū. His etiam accedat tex. in cle. ad nostrā. de hære. quæ errorem hūc damnat, quo asseueratur ieiunia Ecclesiæ non esse necessariò seruāda ab iis, qui perfecti sunt. Sed nunc ad specialium casuum decisiones ex his eliciendas descendamus.

24 Prima. Et si † vinum sit nutritiuum, & ad concupiscentiam magis prouocet potus vini, quàm esus carnium, secundum illud, Prouer. 20. luxuriosa res est vinum, & ad Ephe. 5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. tamen qui die ieiunii sæpius biberent uinum, aut aquam & mane, & vespere, ieiunium non frangerent: quamuis hoc facerēt ad sustentādum se, & famen sedandam; ita D. Tho. 2.2. q. 147. artic. 6. ad secundum, qui inquit, quòd bene possunt peccare, & meritū ieiunii perdere, sicut si immoderatè cibū sumerent: sed nō propterea ieiuniū frangitur: & ratio est; quia ieiunium est abstinentia à cibo tātum, & quia uinum licet nutriat, non tamen ad hoc principaliter sumitur: tum etiam, quia ciborum substantia diu manet, sed potus citò transit, vt D. Tho. artic. 6. ad secundum. Sed qui cœpta, & nondum finita digestione biberent, peccarent venialiter: nisi adesset iusta causa societatis, pacis, aut sitis, Nauar. c. 21. nu. 13.

25 [Quando tamen bibunt, † debent moderatè bibere uinū, ne bibendo uinum merum inebriētur, ex qua ebrietate duo mala causantur, mētis exilium, & libido prouocatur, vt ait tex. in cap. & si Christus, de iureiur. ibi, quoniam ex frequenti, & immóderata potatione luxuria generatur. ob quam ultimam causam olim scilicet, patres abstinebant ab esu carnium, & potu vini, 35. dist. c. ab exordio, iuncto c. ante omnia. Et nota, quod prima ebrietas fuit in Noe: quia ipse prius vineam plantauit, & uinum bibit. 15. q. 1. inebriarunt. Stafilus verò primus fuit, qui aquam uino immiscuit, vt ebrietatē uitaret, teste Plinio in li. natur. histo. lib. 7, cap. 56. Rom. in l. 1. ff. de verb. obligat. Vnde cum ebrietas sit omnium uitiorū fomes, & ob eam quis potest officio, prout clerici beneficio, & doctor exauthorari, & medicus ab officio medendi priuari. Ripa, in l. si unquam, nu. 72. 73. & 74. C. de reuo. don. & expēdentes bona sua in potionibus, & ebrietatibus sunt infames, tex. & glo. in const. reg. Neap. Mores dissolutè uiuentium. Ideo ab ebrietatē caueant homines, quę est genus tormenti, & videant quod ēt Vpupa dū vuis uescitur immodicè, ita vt inde ebria fiat, simul, ac se tentari senserit, ad fontes decurrens capillo veneris decerpto efficacissimè sibi medicatur. Comessationes enim, & ebrietates gulæ ministrę nō minus, quàm mordax serpens, miseros artus animæ depascuntur.]

26 Secunda. Quando † quis inaduertenter, & incogitanter mane sumeret solitū ientaculum, & postea recordatur illū esse diem ieiunii, non peccat: verum tenetur non obstāte dicto esu ieiunare: per-

inde enim habetur, ac si nihil comedisset: cum fuerit actus inuoluntarius, secundum Palud.in 4.sent.distin.1.q.4. artic.5.Nauar.c.21. num.27. Sylu.in ver. ieiunium, nu. 21. Caiet.in sum. in ver. ieiunium. §.1. Quod intellige, quando ignorantia posset eum excusare, vt si rusticus esset, aut miles, uel mulier, &c. secus verò si scire teneretur, Sylu.& Nauar. qui supra.

27 Tertia. Sumentes † aliquid causa medicinæ, idest, ad reparandum, ne potus noceat, aut causa gustandi cibos dominorum, vel infirmorum etiam manè, quamuis cibi prægustandi sint oua, uel carnes, quia nõ in cibum illud sumunt, sed in medicinam, vel vt ex debito officii dominis suis seruiant, non dicuntur frangere ieiunium, Innoc.in c.1. de obser.ieiun. Abb.in rubr. num.3. Caiet.in ver. ieiunium.

28 Quarta, qui † nec uoto, nec regulari obseruantia sunt astricti feria sexta ieiunare, si festum Natiuitatis Dominicæ die ipso uenire contigerit, carnibus propter festi excellentiam uesci possunt: at qui ob deuotionem voluerint abstinere, non sunt reprehendendi, sed potius laudandi, tex.cum glo.in c.fi.de obser. ieiu.

29 Quinta, ientaculum † siue collatio vespertina, concludunt Doct. & præcipuè Abb.in rub. eo.tit.num.3. q debeat fieri secundum consuetudinem loci tempera tè. Nã ex quo non habemus in hoc ius specificum, recurrendum est ad consuetudinem loci, ad hoc, c. vtinam, 71. dist. & cap. illa, dist. 12. & ideò dicta collatio fieri põt sumendo, vel parum fructuum, vel ficuum, vel panis tantum, v.g. binas, aut ternas vncias, vel utriusque, iuxta morem regionis, ita Caiet.in uer. ieiunium. Immo, vt inquit Sylu.in ver. ieiunium. nu.19. etiam cessante consuetudine potest sumi panis, quando sine eo potus, quo quis indiget, obesset, ut quia fructus non habet, vel quia fructus sine pane nocerent. Quæ quidem collatio nõ fraudat ieiunium, etiam si fieret ad dormiendum, vel ad vocem conseruandam, vel ad sustentandam naturam, iuxta mẽtem Innoc.in rubr.de obser. ieiu. & ibi Abb.nu.3. [Verum si fieret longior collatio, & excessus in quantitate ultra consuetum, in fraudem, vt inde corpus nutritionem sumat, & uentris fames expellatur, tunc fraudatur ieiunium: quia uidetur facta in fraudem legis, argu.tex.in l.contra legem, & seq.ff.de legib.Sylu.in ver. ieiunium, q. 3. uers.tertium: Medi. C.de ieiun.tract.4.quæst.11.vers.in his tamen.]

30 Sexta, collatione † vsitata uesperi, non licet uti mane, & prandium differre in uesperum: medicinæ tamen causa, id est, debilitatis cõplexionis, uel necessitatis, causa agendi aliqua, id fieri posset, & maxime si cum consilio, Caiet. 2. 2. quæst. 147.artic.6.ibi, Tertii uero. Nauar. cap. 21.num. 14.

31 Septima. Religiosi, † qui tempore ieiunii reliquis ministrãt, seruiendo in mensa, vel legendo, si aliquid sumunt, ut possint melius differre prandium, non dicũtur frangere ieiunium, ita Abb. in rubr. eo.num.3.in fi. Sylu. in uer. ieiunium, q.2.uers.alii uero.

32 Octaua. Surgentes † à mensa propter instantem necessitatem, denuò regressuri, ut prandeant, non dicuntur frangere ieiunium iterum comedendo: quia tota est una comestio, & una mensa. Secus autẽ si surgerent uoluntate amplius non comedendi, & postea ad illam redierint, sic notat Sylu.qui supra, nu. 9. ver. 1.

33 Nona. Qui non † ieiunat vigiliã Sancti Matthæi, quando in Quatuor tempora incidit, aut missã die Dominico, cum quo aliud festum obseruandum concurrit, non audit, ut monachus Frãciscanus, qui non ieiunat die veneris, in quo aliqua vigilia incidit, non satisfacit confitendo se non ieiunasse, aut missam non audisse in uno die, in quo ad id ex præcepto tenebatur; ratio est, quia peccatũ contra plura pręcepta commissum, quorum vtrunque præceptum est speciale, facit duo peccata. ita Nauar. capitu. 11. numero 4.

Decima.

34 Decima. Viator † tenetur seruare vigilias loci, vbi reperitur, secundum glo. in c. illa, dist. 12. Abb. in c. consilium, in fi. de obseru. ieiun. quid autem de vigiliis, quæ seuantur in loco originis, an si illas non obseruet in loco, vbi reperiretur, peccet. Respon. quod non.

35 Vndecima. † Et si inter Doctores sit discordia, quæ sit hora conueniens manducandi in die ieiunii: nam D. Th. 2.2. q. 197. art. 7. dicit horã conuenientẽ esse nonam. Concilium verò Chalcedonense in c. solent, de consecra. dist. 1. dicit in Quadragesima nullatenus credẽdos esse ieiunare, qui manducauerint antequàm vespertinum celebretur officium, & sic debita hora, est vespera. tamen communis Ecclesię cõsuetudo in ieiunio est meridies, quæ est hora sexta, quam qui præuenirent notabiliter absque rationabili causa, peccatum committerent lethale, glo. in c. vnum. §. alias ea demum, in ver. ieiunantibus, distin. 25. At si hoc fieret cum rationabili causa, v. g. propter iter arripiendum, aut propter debilitatem, vel lectionem, aut hospites, aut aliam honestam causam, secus esset, ita Nauar. in cap. 21. num. 27. qui etiam inquit, quòd hodie absque peccato mortali potest præueniri comestio per horã ante meridiẽ etiam sine causa, ita etiam Caiet. in sum. in uer. ieiunium. Abb. in rubr. de obser. ieiun. Couar. lib. 4. var. resol. c. 20.

36 Duodecima. Differre † horam ieiunii non est peccatum, nisi ex superstitione, Sylu. in ver. ieiunium, nu. 14. sic quamuis die Dominico non sit ieiunandum, c. denique, dist. 4. illud intelligitur de pręcepto. Si tamen quis vult ex deuotione, potest, facit tex. & glo. in c. finali, tit. nostro, nisi fieret ratione superstitionis, uel contrarietatis Ecclesiæ, cap. vtinam, distinctio. 76.

37 Tertiadecima. Non † ieiunare die, quo quis tenetur, mortale est peccatum, non tñ tenetur altero die; nisi ratione voti, quando uotum esset principaliter de ieiunio, secundario de die; uel si infra mensem uouit ieiunare, si non ieiunat transancto mense, tenetur altero; vel si iniungeretur à sacerdote per annum sexta feria, tenetur sabbatho, Abb. in c. 1. de obseru. ieiun.

38 Decimaquarta. Qui † tenetur ieiunare in Quadragesima, vel vigiliis, aut quatuor temporibus, non toties mortaliter peccat, quoties in die comederit; sed tantum semel: & ratio est, quia sola secunda comestio peccatum est, quia illa sola ieiunium frangit, secundũ Dur. in 4. dist. 16. quem sequitur Sylu. in uer. ieiunium, q. 8. dicto 4. & ratio est, quia quando tertia, uel quarta refectio sumitur, iam ieiunium erat fractum per secundam.

39 [Sed an † hi seruent præcepta ieiunii, qui semel comedendo tantum cibi sumunt, tot cibariis, & condimentis utuntur ad ingluuiem vsque, ut nullam carnis afflictionem sentiant, immo gulã impensissimè irritent, libidinem excitent, tantum cibi sumentes vnico prandio, quantum sit tribus hominibus satis ad congruam eorum sustentationẽ. Resp. quod cõsideratis considerãdis, hęc quęstio potest ita decidi, quod si nos loquimur quo ad substantiam præcepti, ieiunium non dissoluitur, & ita põt habere locum communis opinio, scilicet hosce homines ieiunii pręcepto satisfecisse, Caiet. 2. 2. q. 147. ar. 3. Medi. tract. 4. de ieiũ. q. 5. Petr. Sotus de temperan. clericorũ, lect. 4. in fi. Innoc. in rub. nu. 3. de obser. ieiun. Aut verò loquimur de ieiunio quo ad meritum, & ita non satisfaciunt, & sic procedit tex. in cap. sint tibi, iuncta glo. de consecr. dist. 5. & quæ dicuntur per Couar. lib. 4. uar. resol. c. 20. nu. 11. uers. Cæterum]

40 Decimaquinta. Obligatus † ad ieiunandum non potest illud in aliud opus pium commutare, id est, in eleemosynam, & orationem: quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l. 2. §. 1. ff. si cert. petat. l. manifeste. C. de solu. ita Dominus Ant. de But. in rubr. de obser. ieiun. num. 5.

41 Sextadecima. Pueri † usque ad 21. annum, tum propter debilitatem naturæ,

quæ

quę indiget frequentiori cibo, & nō multo simul assumpto, tum quia indigēt multo nutrimento propter necessitatem augmenti, non tenentur ad ecclesiastica ieiunia; imo si sunt paruuli, & non doli capaces, possunt comedere oua, & carnes, iuxta patriè consuetudinem in Quadragesima, ita Caiet. 2.2. quęst. 47. artic. 8. si uerò sunt doli capaces, debent abstinere ab ouis, & carnibus, & de consilio debent exerceri bis, aut ter in hebdomada ad ieiunia, secundum morem ætatis. D. Tho. 2.2. q. 147. art. 4. ad secundum. Sic etiam magna tribulatione imminente in signū pœnitentiæ arctioris etiam ieiunia pueris indicuntur ad placandum Deum, D. Tho. in 4. sent. dist. 15. q. 3. art. 2. ad tertiam quęst. & ad primam, Abb. in rub. de obser. ieiu. & ibi additio. L. A.

42 Decimaseptima. Non † tenetur sub peccato mortali ieiunare sexta feria, qui in anno 15. ingreditur religionē S. Francisci: quia cum lex ecclesiastica non obliget, nec illa illius religionis, frater Barthol. à Medina in sum. lib. 1. cap. 14. §. 10. contra Sylu. in ver. ieiunium, num. 18. vers. professi.

43 Decimaoctaua. Senes † etiam communiter sexagenarii à ieiuniis excusantur. Verum quia alii alijs ad id fiūt prius impotentes, ideo debet id arbitrio superioris relinqui, quando ad id sint impotentes. Caiet. ad D. Tho. 2.2. q. 147. ar. 4. ad primum, arg. l. 1. ff. de iure deli. cap. in causis. de offic. deleg. Verum secundum Hosti. tali casu, & similibus, ieiunia in alijs bonis operibus commutari debent, facit tex. in cap. 1. cap. magnæ, de voto, Dominus Anton. de But. in rubr. de obser. ieiu. nu. 4.

44 Decimanona. Excusantur † etiam prægnantes, & lactantes, immo ieiunando peccant ob nocumentum prolis. Sed si adeò essent robustæ, ut unica comestio pro se, & prole sufficere posset, tenerentur, ibi. Caiet. q. 147. art. 4. vers. 2.

45 Vigesima. Pauperes, † qui cibum conuenientem non possunt sibi parare pro vnica comestione, vt in hostiatim mendicantibus, itemque commorantes extra suam patriam, vt litigantes, studentes, alijque, qui commodi tantum non habent, vt possint sibi cibos congruos pro ieiunando parare, excusantur, quòd secus dicendum de illis, qui sufficienter habent, quod eis sufficiat ad vnicam comestionem. D. Tho. 2.2. q. 147. art. 4. ad quartum. Archiep. Flor. 2. par. tit. 6. c. 2. §. 6. vers. quarto.

46 Vigesimaprima. Pariter † infirmi non valentes, vel non debentes simul tātum comedere, quantum eorum saluti sufficit. Sic qui infirma sunt complexione, vt vacuo stomacho capitis dolorem, vel vertiginem patiantur, aut nocte calere, aut dormire nequeant, pariter excusantur, Nauar. cap. 21. nu. 16. Ii etiam, qui non propter famem, aut voluptatem, sed timore deficiendi ob passionem aliquam in die ieiunii ficus, aut aliquid huiusmodi ante horam comestionis accipiūt per modum medicinæ, excusantur, ita Sylu. in ver. ieiunium, nu. 9.

47 Vigesimasecunda. Non ualentes † ieiunare tota Quadragesima, debent bis, aut ter ieiunare in hebdomada, si possunt, & ita pręcepto satisfacere, ita Caiet. in sum. in ver. ieiunium, & 2. 2. q. 147. artic. 6. At ei qui dubitat, an sine notabili damno suæ salutis ieiunare possit, Confessarius debet consulere, vt experiatur, & si per id cognouerit ieiunium esse sibi notabiliter nociuum, iuste à ieiunando cessare poterit. Et si adhuc dubitauerit, ad superiorem pro dispensatione confugiat: qui verò hoc recusauerit facere, nō est absoluendus; quia non satis videtur esse contritus, cum videatur nolle parere Ecclesiæ; facit tex. in cap. ad audientiam, de homic. cap. iuuenis, de spons. Nauar. cap. 21. num. 20.

48 Vigesimatertia. Obligatus † ieiunare tota Quadragesima, toties peccat nō obseruando, quot sunt dies, quos non obseruat, cap. non liceat, cap. non oportet, de consecra. dist. 3.

49 Et qui in Quadragesima † comedit carnes, aut alios prohibitos cibos pluries in die,

die, toties peccat, quoties comedit, iuxta regulam transgressionis pręceptorum negatiuorum. Cadit namque sub Ecclesiæ pręcepto, quòd in toto illo die non comedantur carnes, sicut sub præcepto Dei cadit in toto tempore præsentis vitę non furandum, & sicut qui committit bis, aut ter furtum in die diuersis uicibus, triplex peccatum mortale cōmittit, ita qui iam semel, bis, aut tertiò in die comedit carnes tempore prohibito, non excusatur, quin tertiò peccet mortaliter, ita Caiet. 2. 2. ad D. Tho. q. 147. art. 8. circa medium, Nauar. c. 21. nu. 15.

50 Vigesimaquarta. Qui † ieiunare non possunt propter aliquam legitimam causam, aut propter ętatem, non debent uti ad uescendum carnibus, vel ouis, sed debent uti cibis Quadragesimalibus. Sunt enim diuersa præcepta, & ideo non debet fieri ex iis illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. fallit tamen in pueris paruulis, qui nō sunt doli capaces, ita Caiet. 2. 2. q. 147. art. 8. in princ. Sylu. in uer. ieiunium, q. 5. uers. quartum.

51 Vigesimaquinta. Operarii, † qui assiduo labore suam familiam sustentare, aut suas filias collocare, aut filiis suis expensas in studio ministrare coguntur, & nec sibi, nec suis ad cultum decentem necessaria comparare possunt, si labores, & ieiunia sustinere nequeunt, excusantur à pręcepto ieiunii; sic excusantur, faber lignarius, carpentarius, agricola, fossores, iter magnum facturi pedibus, ut peregrinantes ex causa necessaria, qui vulgo dicūtur vectorini, & corrieri, & quilibet alius, qui aliter, quàm assiduo suo labore non potest se, aut suā familiam sustentare. & hoc non solum de iure cōi, sed etiam ex priuilegio Eugenii IIII. Syluest. in ver. ieiunium, numero 23. Quinimo nec tenentur die festo prædicti operarii in Quadragesima ieiunare, si hac de causa ieiunantes postea diebus ferialibus inuenirētur minus idonei ad sustentandos labores. Ita frater Bartho. à

52 Medina. Ii etiam, qui † suo officio fungi nequeunt, ut debent, ieiunando, excusantur. exemplum de marito, qui uxori suæ debitum reddere aliter nō potest, & uxor, quæ ieiunando marito satisfacere nequit, Nauar. cap. 21. num. 16. in fi.

53 Hinc quæritur, an † uxor excusetur à ieiuniis contradicente maritò? Respon. quòd excusatur à ieiuniis uoluntariis, c. noluit, cap. manifestum, 33. q. 5. non autem necessariis: quia magis est obediendum Deo, quàm marito iniustè pręcipiēti, argum. tex. in cap. si Dominus, cap. Iulianus, 11. quæst. 3. nisi contingeret uirum scandalizare: verbi gratia, si ex hoc maritus ueniret ad rixam, vel verbera, aut blasphemias: nam tunc sacerdos saltem posset dispēsare propter scandalum uitandum, cap. lateros, de cler. excomm. minist. cap. vt constitueretur, distinc. 50. Sylu. in uer. ieiunium, num. 25. Nauar. c. 15. num. 19. facit, quia præceptum positiuum neminem obligat cum scandalo, c. 2. de noui oper. nunc. Abb in rubr. de obser. ieiu. nu. 8.

54 Vigesimasexta. Ratione † etiam maioris boni excusantur à ieiunio Confessarii, & concionatores, qui vtrūque adimplere nequeūt. Similiter exercentes opera misericordiæ spiritualia, siue corporalia, siue propter uotum, & obedientiam, siue uoluntariè ob charitatem principaliter, licet minus principaliter ob mercedem: quia quod principaliter fit, debet attendi. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet.

55 Vigesimaseptima. Pręlatus, † qui cum suo subdito potest dispensare in esu carnium, potest etiam dispensare feria sexta, si sit Natiuitas Domini: quia cum ibi sint duæ prohibitiones, scilicet Ecclesiæ & religionis, sublata prima per Ecclesiā, iuxta tex. in c. fi. de obser. ieiun. stat solū secunda, super quam potest prælatus dispensare, ita Syl. in ver. ieiuniū, num. 27. quæ quidem dispensatio facta per prælatos debet esse cum causa rationabili, aut dubia, aliàs dissipatores essent, & non dispensatores, ita glo. sing. in extrauag. comment. 1. versi. non obstantibus, de dolo, vbi etiam hoc extendit ad summum Pō-

56 tificem. Sed † quę sint iustę causę, (prae-

ter illas, quæ fuerunt à nobis recensitæ supra in secundo præcepto) ponit Sylu. in uer. dispensatio, num. 3. vbi etiam addit decem casus, in quibus religiosorum prælati possunt dispensare cum suis subditis. Tandem constituit regulam generalem, quòd in omnibus spectātibus ad regulam dispēsare possunt, nisi in iis, quę sunt de essentia regulæ.

57 Quando tamen † prælati dispensant cum suis subditis, verbi gratia, in ieiunio non debent relinquere conscientiis subditorum petentium ab eis dispensationé, vt liceat eis cęnare in die ieiunii aliqua de causa, aut præuenire horam ieiunii; sed potius debēt eis compati, & benignè dispensando à suis scrupulis liberare, aut ieiunium in aliud pium opus commutare, veluti in septem Psalmos, aut aliquid, Nauar. c. 21. num. 22. post Caiet. 2. 2. q. 147. artic. 4.

58 Dispensatus tamen, † non in integrū excusatur à ieiunio, nam tenetur illud seruare pro ea parte, pro qua potest; ratio est, quia præceptum Ecclesiæ licèt in totum seruari nequeat, est tamen seruandum pro ea parte, qua seruari potest, aptus text. in cap. cum dilecti, de dolo, & contum. Sic dispensatus, vt possit comedere oua, vel lacticinia, tenetur ieiunare, & abstinere à carnibus, estque verum ieiunium.

59 [An verò in eodem prandio, † vel eadem cœna liceat absque peccato comedere oua cum piscibus? Resp. quod non, quia vel potest pisces uesci absque damno notabili salutis suæ, uel non potest. Si non potest, peccat illos comedendo: si uerò potest, caret necessitate comedendi ea, & consequenter non potest comedere illa licitè per dispensationem. ergo nullatenus iustè potest comedere illa simul in eodem prandio; quia vno die, uel prandio renuntiando fauori suo, iuxta tex. in l. quod fauore, de legib. & c. quæ ob gratiam, de reg. iur. lib. 6. posset comedere pisces, & alio oua, sed in eodem prandio esset peccatū mortale: nisi ratione modicitatis, quæ parum noceret, quia tūc peccatum esset ueniale, ita Nauar. lib. 3. de obser. ieiun. conf. 5. sed ut ad rem redeamus, dispēsatus ut possit comedere oua, tenetur ieiunare,] quia utile per inutile uitiari non debet. l. actus. ff. de regu. iur. tum etiam, quia qui in totum satisfacere nequit, tenetur tamen pro ea parte, qua potest, ita Nauar. cap. 21. num. 22. contra Caiet. d. art. 8. in princ. qui dicebat, quòd dispensati ex impotentia euidenti ab abstinentia carnium, sunt totaliter absoluti à præcepto ieiunii.

60 [Sed an dispēsatus † ex priuilegio summi Pontificis, ut possit comedere oua, & lacticinia in diebus quibus est indictum ieiuniū ecclesiasticum, & sic satisfacere ieiunio, seruando alia, quæ requirit ieiunium, possit eadem vti facultate in ieiuniis indictis ab eodem, uel alio summo Pontifice, uigore Iubilei: uerbi gratia, si concesserit Iubileum cum ieiunio feriæ quartæ, sextæ, & sabbati, uel possit idem facere in ieiunio, quod quis uouet, & eo, quod à confessore per pœnitentiam

61 est impositum. Resp: negatiuè. † Primo quia & si priuilegia ita sint interpretanda, ut aliquid operentur ultra ius commune, ut per Panor. in cap. certificari, de sepul. late Dec. In c. 1. de rescrip. num. 15. non sunt tamen extendenda ad aliquos effectus, dato aliquo, quem operarentur. Vnde cum præfatum priuilegium, quo ad ieiunia ecclesiastica, siue ab Ecclesia iure cōmuni instituta, non est extendendum ad ieiunia per Iubileum, uel uotū, uel à Confessario imposita, cum aliud sit ieiunium ab Ecclesia institutū, aliud uotiuum, aliud à Confessore in pœnitentia impositum, & aliud per Iubileum: unde cum sint diuersa, non debet à separatis fieri illatio, l. Papinianus, ff. de minor.

62 Maximè, † quia dispensationes, quę aliquem deobligant à iure communi, glo. in cap. nisi rigor, 1. q. 7. sunt exorbitantes à iure communi, cum illud uulnerant, c. ipsa pietas, 24. q. 4. in fi. & ideo sunt restringendæ, ut odiosę, cap. ea quę, & cap. odia, de reg. iur. lib. 6. Tum etiam, quia

63 generi † per speciem derogatur, cap. generi,

neri, de reg. iu. li. 6. reg. in toto. ff. eod. & consequẽter præceptum factum speciale à summo Pontifice, quod præsumitur factum de modo ieiunandi, secundum ius commune, quod idem dicimus de ieiunio imposito à Confessario, cum debeat imponere pœnitentiam per opera pœnalia, derogat priuilegio generali satisfaciendi ieiunio ecclesiastico. Nauar. lib. 3. de obser. ieiu. consil. 4.]

SVMMARIVM.

1 *Communicaturus quatuor habere debet.*
2 *Eucharistia munditiam carnis exigit in primis.*
3 *Cingulum album, quo præcingitur sacerdos, quid significet.*
4 *Accessurus ad Eucharistiam singulariter mundus esse debet.*
5 *Eucharistiam sumi pura conscientia, puraque mente, quomodo intelligendum sit.*
6 *Sacramentum altaris, quare in puro linteo ponatur.*
7 *Sacramentum altaris tria in se consideranda amplectitur; & quæ ea sint.*
8 *Venialia quoque debent procul esse à sumpturo Eucharistiam, exemplo sacerdotis, dum dicit; Lauabo inter innocentes.*
9 *Eucharistia sumi debet cum plenitudine fidei, & in quibus consistat fides circa eam: & aliam etiam requiruntur, vt num. 12.*
10 *Sanguis per concomitantiam est cum carne, & caro cum sanguine, in sanctissimo altaris sacramento.*
11 *Curiositas circa Eucharistiam prorsus abiicienda, & fides sola amplexanda.*
13 *Ieiunus ieiunio natura esse debet communicaturus, & quomodo id intelligatur.*
14 *Communicaturum, quare ieiunum esse oporteat.*
15 *Discretio ratione ætatis ad sumendam Eucharistiam, qualis esse debeat.*
16 *Tempus sumptionis Eucharistiæ in Pascha, secundum Eugenii IIII. declarationem, quod sit; & an differri possit.*
17 *Reuerentia animiq; meditatio, qualis esse debeat in sumente Eucharistiam.*
18 *Examinatio horum verborum, Domine non sum dignus, vt intres, &c.*
19 *Domine non sum dignus, &c. proferenda hæc verba summa humilitate, & ex intimo corde.*
20 *Io. Baptistæ, Magdalenæ, Petri, & Marci Euangelistæ exemplo docemur, qua reuerentia, & amore ad Eucharistiam sit accedendum.*
21 *Eucharistiam sumpturus, qua discretione, & prudentia in sumptione vti debeat.*
22 *Pollutio in somnis, & coitus coniugalis, an impediant sumptionem Eucharistiæ, & num. 33.*
Vsus Eucharistiæ, qua necessitate sacerdoti, & qua laico.
23 *Eucharistiam non sumens in casu articuli mortis, an peccet lethaliter.*
24 *Eucharistiam non sumentes à Dominica Palmarum vsque ad octauam Resurrectionis, peccant mortaliter, sine causa.*
25 *Cõmunionem omissam in Paschate, an ad supplendam, sit inducendus, qui omisit.*
26 *Confessionẽ differentibus per annum, quid consulendum antequam communicent.*
27 *Sacerdoti in altari existenti coram plebe peccata oblita confiteri, an liceat.*
28 *Mortis supplicium subituris, quando Eucharistia non sit deneganda.*
29 *Manifestis peccatoribus, vel occultis sacra communio, an denegari possit, numero sequen.*
31 *Sacerdoti frangere hostiam, & partem cõmunicaturo porrigere in vrgente necessitate licet, aliàs secus.*
32 *Infirmus communicatus per modum viatici, potest iterum post aliquot dies communicari, & an non ieiunus viaticum possit sumere.*
33 *Eucharistiam contritus vere, an intra diẽ naturalem possit percipere.*
34 *Eucharistiam sumere sine confessione, contritione præcedente peccatum est.*
35 *Credens probabiliter se esse in mortali, vel cum proposito redeundi ad mortale, peccat Eucharistiam sumendo.*

36 *Monachus S. Benedicti, vel moniales non communicantes semel in mense, peccant.*
37 *Hostiam non consecratam, an liceat sacerdoti porrigere peccatori.*
38 *Sacerdotes etiam praecisi verè conficiunt corpus Christi.*
39 *Peccet quis plus occultè delinquens, an manifestè.*
40 *Conficere simulans quàm grauissimè peccat, conclusio.*

De sacra Communione. Cap. XXXVIII.

1 EVcharistia,† quantũ ad vsum, vt plenius innotescat, sciendũ est, s'm Caie. in ver. cõmunio, ꝙ quatuor exigit. Primum, ꝙ sumens sit mundus à peccato mortali, & praecipuè à contagio carnis, hoc est, vt secundum suam conscientiam prę missa diligenti contritione, & confessione credat se esse absque lethali culpa, ita habetur in Conc. Trid. sess. 13. c. 7. Hinc
2 dicitur,† Exod. 12. sic autem comedetis eum. renes vestros accingetis. Per cingulum munditia castitatis designatur, de qua Bern. Quid castitate decentius, quae mundũ reddit de immundo semine conceptum, de hoste domesticum, de viatore homine Angelum facit. Differunt autem inter se homo pudicus, & Angelus, sed fęlicitate, non virtute. Item sola castitas est, quę in hoc mortalitatis tempore statum quendam immortalitatis repraesentat. Decet enim, vt vas suscepturum corpus mundissimum sit mundum, vnde de sacerdotibus dicitur, Esa. 52. Mũdamini, qui fertis vasa Domini.
3 Hinc † est, quòd alba à sacerdote cingulo praecingitur, vt principalem temperantiae speciem castitaté ipsam adhaerere ministro Eucharistiae debere firmiter designetur, vnde Greg. super verba illa Luc. 22. Sint lumbi vestri praecincti, ait: Lũbos autem praecingimus, cum carnis luxuriam per carnis continentiam coarctamus. Habet quoque cingulum brachia duo sese complectentia, quòd duplicem significat munditiam, mentis, & corporis, quoniam non solum carnali cõtagio peccati perit castitas, sed etiam mentali cogitatione impudica, consensu accedẽte, vnde Dominus, Matth. 5. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam męchatus est in corde suo. Recogitet ergo sumpturus corpus Christi, si mundus sit. Etenim si olim templum illud figurale legis ministri introire non poterant, nisi purificationibus multimodis pręmũdati, quae tunc in figura ad nostram doctrinam scripta sunt. Populo denique ad montem Syna, vt Angeli vocem Mosi praecepta dantem audirent, accessuro dicitur: Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris, Exod. 19. Quid oportet facere suscepturum Dominicum corpus? Quare neces-
4 se† est, vt accessurus sit mundus, & singulariter mundus. Vnde Exod. 21. dicitur: Sume vas vnum, & mitte manum ibi. Vas unum, quasi singulariter, & excellenter mundum, vas istud, Apost. inquit, esse vrnam auream, quia debet cor quasi vas purissimum esse, & aureum, propter magnam puritatem, quod capere debet coelestem panem. Cum nihil (inquit tex. in cap. nihil, de consec. dis. 2.) in sacrificiis maius esse possit, quàm corpus, & sanguis Christi [quod intellige, quo ad sanctitatem. 1. q. 1. cap. multi, distinct. 95. cap. ecce. Licet sacramentum baptismi dignius dicatur ratione efficacię, quia ianua est omnium sacramentorum, cap. debitum, de presbyt. bapt. & quia in ipso plena fit remissio peccatorũ, cap. non ex quo, de consecr. dist. 4. c. tres sunt, de poenit. dist. 1. cap. fin. de poenit. dist. 7. per Conc. Trid. sess. 6. c. 14. Confirmatio authoritate ministrãtium, quia soli Episcopi cõferunt eam, cap. manus, de consecr. dist. 5. Matrimonium ratione significationis, c. debitum, de bigam. acutius, dist. 26. sic propter rem subiectam, & sanctitatem, ut corpus Christi, nullum inter sacramẽta ecclesiastica est maius.] nec ulla oblatio hac potior est,
5 sed omnes pręcellit, quae† pura conscien-

tia,

tia, puraque mente ſumenda eſt, quod
tunc fit, quando quis non habet de præ-
terito iuſtam accuſationem, de præſenti
iniuſtam delectationem, ſed de futuro
firmum propoſitum abſtinendi à pecca-
to. Quod quidem propoſitum figuraba-
tur in cingulo ſacerdotali, quod ſtringit,
& coarctat corpus ne defluat in pecca-
tum. Et hoc cingulum, (vt habetur, Exo.
28.) erat quaſi rete ex byſſo retortum,
quod ſignificat firmiſſimum propoſitũ
abſtinendi à peccato. Accedens igitur
quemadmodum Ioſeph, debet inuolue-
re Ieſum in ſyndone munda, ideſt mun-
6 da mẽte eum ſuſcipere. Hinc † mos eſt
Eccleſiæ, ut ſacramentum altaris non ſe-
rico, non panno tincto, ſed puro linteo,
terreno, & contexto ponatur, cap. con-
ſulto, de conſecr. diſt. 1. tum ad deſignã-
dum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti
purum per omnimodam innocentiam,
terrenũ, quia paſſibile, & mortale pro-
creatum, atque contextum, ideſt, quia
multiplici tõſione peruenit ad gloriam,
quemadmodum pãnus lineus multiplici
tonſione ad candorem perducitur. Tum
etiã ad repræſentandam mũditiam ma-
iorem: nam inter cętera genera panno-
rum illa, quæ ſunt de lino puro, ad can-
dorem melius perduci poſſunt. Sic offe-
rens, & ſumens corpus Chriſti maximè
prius, iuxta dictum Apoſtoli, debet ſe ip-
ſum probare, & diſcutere cogitationes,
verba, & opera; an ſit mundus à pecca-
tis, aliàs accedens cum peccato mortali
7 abuteretur hoc ſacramento: † nam tria
in eo conſiderantur. Sacramentum tan
tum, ſacramentum, & res: & res, & non
ſacramentum, c. cum Marthæ, de celeb.
miſſ. Quo ad primum, habet rationem
cibi, & potus, cibus autem eſt uiuorum,
& non mortuorum, vnde carens vita ſpi
rituali hoc ſacramento abutitur. Quo
ad ſecundum ſumitur ibi Chriſtus, qui
eſt Sanctus Sãctorum, quare receptacu
lum eius debet eſſe ſanctum, & ideo ab-
uti neceſſe eſt, qui ſumit cum contrario
ſanctitatis. Quo ad tertium, accedens
ſignificat ſe ad vnitatem Corporis Chri
ſti tendere, vnde ſi peccatum mortale in
conſcientia teneat, per quod à corpore
Chriſti ſeparatur, fictionis culpã incur-
rit, & ſic ſacramento abutitur. Et non
8 tantum † debet ſe mũdare à mortalibus,
quod quidem neceſſarium eſt: ſed ſi con
ſilium meum ſpectes, etiam à uenialibus
pro humana fragilitate ſe purgare ſoler-
tiſſimus quiſque debet, antequã ad hoc
ſacramentum accedat: nam guſtum, &
dulcedinem impediunt. quare ubi non
ſunt mortalia, cõſilium eſt, ut venialium
confeſſio præcedat: Hinc eſt, quòd ſacer
dos ante miſſæ inchoationem abluit ma
nus: Deinde ſacrificiũ oblaturus inquit,
Lauabo inter innocentes manus meas:
quia ſecundum Alber. primo ad miſſam
ſe parans, lauat ſe ab iniquitate: modò
ſacrificium oblaturus quaſi ampliori in-
digens lotione etiam à venialium ſe pur
gat reliquiis, dicens cum Proph. Laua-
bo inter innocentes manus meas. Inter
innocentes inquam, non inter peccato-
res. Et lauat manus, & non pedes, ſicut
quando Dominus diſcipulis ſuis: quia
manus eſt organum organorum, & om
nia opera attribuũtur manibus, D. Tho.
3. par. ſum. q. 83. ar. 5. ad primum. Gabr.
de cano. miſſ. lect. 17. Igitur requiritur
primo, ut ſit mũdus à peccatis. A pecca-
9 to † inquam infidelitatis, quia cum Eu-
chariſtia ſit ſacramentum fidei, hinc re-
pelluntur hæretici, & infideles, ideo hor
tatur Paulus, vt accedamus cum corde
vero, ideſt intellectu ſine errore, in ple-
nitudine fidei, ideſt in plena fide creden
tes, quæ non videntur, ideſt non tantum
ueritatem carnis Chriſti ibi eſſe peracta
conſecratione, Hoc eſt, &c. ex ui ſacra-
menti, ſed etiam animam Chriſti, ſimili-
ter & ſanguinem; atque eius diuinitatẽ
ſimul ibi eſſe cum carne per concomitã-
tiam, eo quòd hæc à carne ſeparata eſſe
10 non poſſunt. Similiter † in calice virtu-
te conſecrationis ibi eſſe ſanguinem, per
concomitantiam autem totum eſſe Chri
ſtum. Sed etiam credamus, atque ſentia-
mus per redemptionem, quæ eſt in Chri
ſto Ieſu nobis gratis remitti peccata, ita

D.Tho.3.par. q. 76. art. 1. & 2. Conc. Trid.sess. 13. cap. 3. Intelligamus etiam nos veluti e manu Christi corpus eius pro nobis traditum, & sanguinem in remissionem peccatorum sumere. Curio-
11 sas † autē quæstiones multas, quæ iam moueri possent circa hanc mensam, videlicet quomodo totus Christus possit subsistere sub tam modica panis, & vini specie: Quomodo specie panis fracta totus sit sub singulis partibus: Quomodo accidentia sint ibi sine subiecto, & alia id genus pleraque præstat prætermittere, quàm perscrutari. Nihil enim potest hac vna re esse perniciosius. Siquidem homini Christiano credendum est, non disputandum, non discutiendum, nō quærendum quomodo, iustus ex fide viuit, ait scriptura. Non ex argumentis, aut rationibus diuina opera discutienda sunt, sed credenda: non causemur si omnes sensus nostri decipiantur præter auditū, sicut pulchrę figuratum est in Isaac volente benedicere Iacob, Gen. 27. Nam quid sibi speciale, quid proprium reseruaret incomprehensibilis illa maiestas, si semper comprehendere posset sapientia hominum altitudines cœlestium secretorum? Quid haberent superna præciosum, si nostræ familiariter scientiæ subiicerentur, & ideo quantò minus capimus operis intellectum, tantò magis dispensatoris miremur consilium. Acces-
12 suri † itaque ad hāc Regis æterni mensam, accedāt cum plenitudine fidei: cum hoc sacramentum dicatur fidei. Accedāt etiam cum charitate: quia vinculum est charitatis, & ideo repelluntur ab hac cęna schismatici rumpentes ecclesiasticam unitatem, & quia est vas gratiæ, hinc appellatur Eucharistia; excluduntur simoniaci, qui gratiam Dei emere, & vendere non erubescunt. Et ut dicitur communio, repelluntur excommunicati. Verum, ut est sacramentum dignitatis, fiunt indigni degradati, qui omni dignitate Ecclesiastica sunt priuati. Quoniam verò est sacramentum virtutis perfectiuæ, repelluntur suspensi, & irregulares, qui manus habēt ligatas: sed quia fit per eam eleuatio mentis in Deum, hinc excluduntur fornicarii, qui tanquam carnales non possunt spiritualia gustare. Oportet ergo, ut ab omni peccato sit mūdus, qui vult accedere ad hoc sacramen-
13 tum. Secundum † est, ut sit ieiunus ieiunio naturæ, hoc est, quòd à media nocte nihil sumpserit per modum cibi, uel potus, ita quòd non solum debet esse ieiunus à cibo, & potu communi, sed ab omnibus etiam medicinalibus, quæ per os sumuntur, cap. nihil, 7. q. 1. cap. liquido, de consecra. dist. 2. quod fit pluribus
14 ex causis. Prima, † propter honorē huius sacramenti, ut scilicet per os hominis intret, nondū aliquo cibo, uel potu infectum. Secunda causa est propter significationem, ut per hoc intelligatur Christum, qui res huius sacramenti est, eiusque charitatem debere primum fundari in cordibus nostris, secundū illud Matth. 6. Quærite primum regnum Dei. Tertia propter periculum vomitus, vel ebrietatis, quæ quandoque ex nimio cibi, & potus usu contingit. Tertium est tempus, quantum ad ætatem, & quantū ad Pascha. Aetas peccantis si non communicet est, cum ad annos discretionis peruenerit, cap. omnis, de pœnit. & rem.
15 Sed aduertendum, † quòd non quælibet discretio, quæ sufficiens est ad confitendum, sufficiens est ad communicandum, sed exigitur discretio deuota, & reuerentialis, quæ determinari debet ex parentum iudicio, qui si dubitauerint, deberent cōsulere Confessarium pueri, si videbitur ei, quòd ad communionem sit admittendus: non tamē expectāda est ætas annorum 14. Caiet. 3. par. q. 80. art. 9. vbi etiam inquit, id pueris contingere in anno decimo, & excusari quidē pueros id non obseruantes, sed culpari parētes, Ioseph in floribus sentēt. tom. 1. q. 2. de suscept. Euch. Nauar. cap. 21. nu. 57.
16 Tenetur † etiam omnis vtriusque sexus cum ad annos discretionis peruenerit, communicare semel in anno, idest in Pascha, quod Eugenius IIII. declarauit satisfacere

tisfacere quem præcepto Eccleſiæ,ſi communicet in hebdomada ſancta, vel in hebdomada Paſchę,aut in Dominica immediatè ſequenti. Poteſt tamen de conſilio Confeſſarij, ſecundum tex.in c.omnis, de pœnit. & remiſſ. ex rationabili cauſa huiuſmodi communionem differre,aliàs eius omiſſio eſſet peccatum mor
17 tale. Quartum, quod † requiritur,eſt attenti animi meditatio, & reuerentia,eademque præſertim à ſacerdotibus: indigniſſima enim res eſt, vt munus, cuius Angeli digni non fuerunt, cum vecordia, & oſcitantia homines exequantur, ut inquit Sotus in 4.ſenten.diſt.12.q.prima, art.4.colum.4. Accedant ergo ſuſcepturi hoc ſanctiſſimum Sacramentum cum omni reuerentia, & humilitate, conſiderent verba illa Sanctæ Eccleſiæ,
18 quæ dicunt, Domine † non ſum dignus, &c. Nam idem eſt, acſi diceret: Domine totius mūdi creator, & rector, non ſum (fateor) dignus ex mea iuſtitia, ex mea operatione: quia & ſi fecerim omnia,quæ pręcepta ſunt mihi,dicam tamen, ꝙ ſeruus inutilis ſum; nam quod debui facere, feci. Non ſum igitur verè dignus, vt tu intres ſub tectum meum, vbi nullus eſt virtutum ſplendor, & ornatus pro tuæ maieſtatis manſione:non enim delectaris habitare in tabernalis peccatorum. Cæterum, quia peccatricē illam à contactu pedum tuorum non reieciſti, Luc. 7. quin magis multis modis commendatam peccatorum ſuorum dimiſſione es conſolatus: quoniam item mulierē illam paſſam, (ut ait Matth.c.9.) multos annos fluxum ſanguinis à tactu fimbriæ tui veſtimenti non prohibuiſti, ſed illam tua virtute ſanitati reſtituiſti: quoniam denique mulierem illam Chananæam importunitate tuas aures pulſantem, ſemel, & iterum, tandem oculis miſericordiæ conſpexiſti. Tu Domine tantum dic verbo, qui patris es verbum coæternum, dic verbo virtutis tuæ,& ſanabitur anima mea:quia tuum dicere idem eſt, quòd facere: ſanabitur, inquam, per te cibum ſalutiferū ab om-
19 nibus morbis vitiorum. Dicant † igitur hanc orationem non tantum ore, ſed & corde: nam ſunt, qui nequiter ſe humiliant, & illorum interiora plena ſunt dolo. Tales non exaltat Dominus, ſed ſolum humiles ſpiritu. Ideo ut dignè ſumere mereantur Dominū in hoc ſacramentali conuiuio, recumbant mente in nouiſſimo loco, ſe omnibus inferiores recognoſcentes, & tanto conuiuio indignos, ut tandem audire mereantur: Amice aſcende ſuperius, & tunc obtineant gratiam coram ſimul diſcumbentibus. Et nec difficile erit in veritate ſe indignos recognoſcere, tanti myſterij participationis, ſi maiores ſe conſiderent valde humiliantes. Conſide-
20 rent, † inquam, Ioannem Baptiſtam, qui ab Angelo prænunciatus, in utero ſanctificatus eſt, à pueritia extra tumultum hominum in eremo conuerſatus, à Chriſto ſuper cunctos mulierum natos commendatus, nihilominus timuit baptizare Dominum, dicens: Ego à te debeo baptizari. Attendant Mariam Magdalenam, quæ tanto feruore Chriſtum diligebat, ut non erubeſceret inter epulas conuiuantium lachrymas effundere ad pedes eius, lachrymis irrigare, ac capillis tergere, propter quod à Domino audire meruit: Dimiſſa ſunt tibi peccata multa, quoniam dilexiſti multum; & tamen poſt Chriſti Reſurrectionem pedes ipſius tangere non eſt permiſſa. Sic Petrus, cui Dominus totius gregis ſui curam committere dignatus eſt, ad piſcium capturam ſtupuit, & indignum ſe Domini præſentia exclamauit, dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. Beatus quoque Marcus Euangeliſta, qui præ cæteris Domini reſurrectionem, & regnum ſpiritu Sancto inſpirante, deſcripſit: ſe tamen indignum tanto myſterio ſentiens, pollicem abſcidit, ut reprobus ſacerdotio haberetur, timens tractare corpus Domini in altaris ſacramento. Quid igitur mirum, ſi ſuſcepturi corpus Domini, uel ſacerdotes Ioan. Baptiſta multō

inferiores, Magdalenæ in amando non æquales, Petro Apostolo dignitate, & Euangelista Marco doctrina longè inferiores, dicant corde, & ore: Domine nõ
21 sum dignus. Discretio † etiam requiritur, hinc in Prou. 25. dicitur: Quando sederis cum Principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, quãta, & qualia, & pone cultrum, idest discretionem in gutture tuo. Nam non debent esse suscepturi hunc panem cœlestem, & supersubstantialem, vt venter, qui cibos non discernit, vnde per Salomonem, Eccles. 36. dicitur, Omnem escã manducabit venter. De quibus Hier. 4. inquit: Vẽtrem meum doleo, idest illos, qui pleni omni spurcitia, & immunditia accedunt ad hoc sacrosanctum conui-
22 uium. Hinc † exigitur tanta discretio, reuerentia, & deuotio, ut nec post pollutionem in somnis inchoatam, & perfectam, nec post coitum coniugalem, licitum sit communicare eo die, verum de veritate huius dicti remitto me infra in vj. præcep. Præterea sciendum est, ꝙ vsus huius sacramenti aliquibus ex necessitate præcepti conuenit, quo ad vtrãque partem, vel alteram tantum. Illud primum sacerdoti, dum celebrat, cap. relatum, de consecrat. distin. 2. Secundum cuilibet Christiano, cum ad annos discretionis peruenerit, d. cap. omnis. vel in articulo mortis constituto, vnde via-
23 ticum dicitur. an autẽ † sit mortale negligenti in tali articulo communicare, cũ possit, uerius est non esse, ubi sola negligentia est in causa, si Paschalem communionem adimpleuerit: verum, qui renueret, tunc sacramentum sumere, non posset à reatu mortali excusari, tum propter manifestum scandalum; tum, quia non videtur amorem erga Christum gerere, qui eius tunc corpus non sumeret. Nihilominus si huiusmodi infirmus tunc homo esset, qui frequenter in sanitate sacramentum suscepisset, & ut ait Palud. paulo ante sumpsisset, neque ullum præsentiret carnis remorsum, sed puram putaret habere conscientiam, licet non adhiberet diligentiam tantam ad sumendã Eucharistiam, sed sine illa decederet, nõ esset peccati mortalis condemnandus. Hæc Sotus in 4. sentent. distinc. 12. q. 1. art. 11. colum. antepenul. Hæc in genere dixisse sufficiat, nunc ad particulares quę stionum decisiones, quibus quæ dicta sunt elucescent, descendamus.

24 Prima. Qui † tempore Paschæ, idest à Dominica Palmarum vsque ad octauã Dominicę Resurrectionis Eucharistiã non sumunt, peccant mortaliter: nisi iustam ob causam, & ex consilio proprii sacerdotis, id in aliud tempus differant, capit. omnis, de pœnit. & remiss. & ibi D. Ant. de Butr. num. 6. Sed an suspectus, qui non communicat quotannis, compellatur communicare. glo. in cap. si. dist. 30. finaliter concludit, quòd ad hoc potest cogi, ut scilicet desistat à peccato, & dignè recipiat sacramentum, dist. 50. vt pœniteat. de consecr. dis. 2. si quis intra. ibi D. Ant. q. 12.

25 Secunda. Qui † Eucharistiã noluit sumere in Paschate, & nec illam distulit ex rationabili causa, licet inducendus sit, ut suppleat illam Paschate transacto, tamen nõ videtur ad hoc de necessitate teneri, quod idem dicẽdum est de confessione prioris anni omissa, Sylu. in ver. Eucharistia, tertiò, quæstio. 15. vers. tertium. [Nobis tamen contrariũ videtur in vtroque verius, quia quando sunt duo præcepta, si vnum adimpleri non potest, debet adimpleri aliud. facit tex. in cap. cum dilecti, de dolo, & contum. l. Celsus. ff. de arbitr. ubi qui non comparuit certo die, tenetur comparere, quàm citius post illũ poterit. Sic cum duo in effectu, c. omnis, ext. de pœnit. & remiss. præcipiat: Scilicet communicare semel in anno, & in Paschate; licet lapso Paschate nõ possit communio impleri in Paschate, potest tamen alterum adimpleri, scilicet de communicando semel in anno. Tum, quia tempus, cõmunicare in Paschate nõ ad finiendum, ut in ieiuniis ecclesiasticis, & horis canonicis fuit appositum, sed ad dilatandum, quare eo finito non terminatur

natur obligatio, ut dixit Panor.commu. receptus,nu.12.in d. cap.cum dilecti, & nos ſupra de confeſſione affirmauimus, in 1.lib.cap.11.]

26 Tertia. Hortandi ſunt, † qui differũt confeſſionem à Paſchate in Paſcha, ne ſtatim communicent,ſed aliquandiu expectent,& iterum quæ oblita,atque poſtea,quæ commiſſa ſunt, cõfiteantur, ut mundiores accedant; maximè ſi ii ſunt, qui in fornicatione ſint obuoluti, Sylu. qui ſupra,verſic. tertium.Nauar.cap.21. num. 45.

27 Quarta. Qui † communicaturi ſunt in conſpectu plebis, non eſt condecens, vt dum ſacerdos eſt in altari, in conſpectu plebis illa, quorum fuerint obliti in confeſſione,illi confiteantur;ſed vel cõmunionẽ ſi ſine nota poſſunt, differant vſque ad aliam miſſam,uel proponentes illicò poſt communionem confiteri, ſacramentum ſumant, Sylueſt.in ver. Euchariſtia.2.q.7. ver. ex his autem, Sotus in 4. ſenten.diſtin.12.q.1. artic.4.Naua. cap. 21. nume. 49. & cap. 2. nume. 9. [Verum hæc opinio in duobus tantum caſibus poteſt habere locum. Primus, quando ſacerdos,qui miniſtrat Euchariſtiam,non eſſet Confeſſor inſtitutus:ratio eſt, quia infamaret ſeipſum,qui corã aliis relicta communione recederet. Secundus eſt, ſi peccatum confitendum lõgam exigat moram, vel alicuius circunſtantiæ longam explicationem,quam locus ille non patitur: nã tunc poterit confeſſionem differre animo confitendi ſtatim poſt communionem. Ratio eſt, ne ſeipſum infamet, & inde ſcandalũ oriatur. & intelligitur ſtatim teneri ad confeſſionem, ideſt antequam die ſequenti Euchariſtiam recipiat, uel ſublata omni cauſa ſuſpitionis, & infamiæ: nam ſi ſubitò abſoluto ſacrificio teneretur, infamaret ſeipſum: Circunſtantes enim ſuſpicarentur,vel ante miſſam,uel in miſſa peccatum mortale commiſiſſe. Præter tamen iſtos caſus tenentur, qui communicaturi ſunt, confeſſionem ante Euchariſtiam præmittere. Primo,quia Concil. Triden.ſeſſ.13.cap.7. nullum excipit caſum, niſi quando non eſt copia Confeſſoris, & urget communicãdi neceſſitas. Secundò ex communi vſu Eccleſiæ confirmatur, qui maximam habet authoritatem. *Guardiſi ogni vno di venire qui con peccato mortale.*

28 Quinta. Mortis † ſupplicio perituris Euchariſtiæ ſacramentum non eſt ſubtrahendum, ſi oſtenderint ſigna pœnitentiæ euidentia, ut habetur in Synodo Neapolitana, c.15.

29 [Sexta. Manifeſtis† peccatoribus, iuxta tex.in c. veſtra, & c.fi. de cohab. cler. non debet, quamuis petant, ſacra communio concedi, ita tex. in cap. pro dilectione, de conſecra. diſt.2. Qui quidem text. non ſolum intelligitur de notorio, & manifeſto infami, ſed etiam de quocunque exiſtenti in mortali crimine notorio,23.q.5.placuit,cap.multi, 2.q.1. & ratio eſt,quia dum quis iure poteſt id negare alicui, quod iniuſtè petit, ſi conferat, ſponte ſua confert,atque adeo particeps fit illius criminis. verum ratio hæc eſt generalis, ſed peculiaris in præſentiarum eſt non ſolum, quia miniſter conſentit alteri,ut peccet,iuxta tex. in c.notum,2.quæſt.1.cuius ſcelus cauere tenetur. Verum, quia eſt rei ſacræ non dominus, ſed diſpenſator, qui debet ſacramentum dignè tractare, & tanquam miniſter irrogat illi ſacramento iniuriam, indignè ipſum tractando, cõtra Domini prohibitionẽ,Matt.7.Nolite ſanctũ dare canibus, neque mittatis margaritas ueſtras ante porcos. Quod maximè tunc fit, cum eius corpus iniquis exhibetur. Et iterum: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, qui non ſolum eſt hominum, ſed etiam Angelorum, & mittere canibus, Matth. 15. Quinimo nec aliis peccatoribus notoriis, verbi gratia, meretricibus,& vſurariis, quantũlibet ſuorum peccatorum eos pęniteat,& ſanctiſſimè confiteantur, eſt publicè communio miniſtranda,(quamuis ſic in ſecreto) donec publicè pœnitentiam agant, aut parochus ab ipſis facta facultate pu-

blicè denuntiet iam eos pęnitere, & confessos esse, aut ex ipsorum bona conuersatione, aut alio legitimo modo de uitę emẽdatione constet, vt qui ipsorum prauis exemplis offensi fuere, eorundem emendatione ædificentur, iuxta S. Bonauent. & Palud. in 4. dist. 9. q. 4. colum. 3. & 4. Nauar. in Manua. cap. 21. num. 55. facit Conc. Trid. sess. 24. cap. 8. per cap. 1. cap. quæsitum. de pœnit. & remiss. Ambigere autem hic quis posset, vtrum ei, qui in uno loco publicus est peccator, petenti sacramentum in alio, ubi eius crimen non est publicum, teneatur sacerdos illud sciens sacramẽtum administrare? Hæc autem dubitatio ex altera pendet, Vtrum infamatum in uno loco liceat in alio prodere? Caiet. namque in opusc. 16. respon. 9. & 2. 2. quęst. 73. ait licere. Adrianus vero quodlib. 11. q. 1. negat. At Sotus lib. 5. de iusti. & iure, q. 10. art. 2. sic per distinctionem hos authores cõciliat. Nam inquit, quod bifariam quispiam potest labem infamiæ alicubi contraxisse, videlicet aut publica authoritate, & iudicio damnatus, aut priuatim facto ipso per uiciniam, aut urbem. Rursus dupliciter quis delinquere potest alterum infamando, scilicet, aut cõtra charitatem, aut contra iustitiam. His præhabitis, dum quis priori modo honore suo & fama alicubi spoliatus est, nulla est iniustitia eum ubique de eodem crimine infamare, cum per sententiam publicam sit sua fama nudatus. Quare qui hominem sic infamat, ad nullam tenetur restitutionem. Nihilominus peccatũ est contra charitatẽ, maximè si esset tunc emẽdatus. Si verò esset infamatus facto ipso sine iudicio, licet esset publicus peccator, iniustitia esset illum alibi infamare, quãdoquidem nõ est publico iudicio suã fama priuatus, vnde infamãdo tenetur ad restitutionem eo meliori, quo fieri potest modo.

30 Septima. Occultis † peccatoribus non potest sacerdos sacramentum Eucharistię palam denegare, ita probatur per tex. in c. non prohibeat, de consecra. distin. 2. cap. multi. 2. q. 1. cap. si tantum, cap. placuit. 6. q. 2. cap. si sacerdos, de offi. ordin. Quod intellige, etiam si sacerdos non esset curatus, modo esset publicè expositus ad ministrãdum sacramentum. Hoc colligitur exemplo Christi, qui cum non teneretur dare Iudę, nihilominus quia inter alios sedebat, ne illũ pudefaceret, ad cauendum scandalum dedit, 1. q. 1. cap. Christus. licet si in occulto petãt, si modo bonis uerbis, & citra ullam notã persuaderi illis nequeat, vt à sacramẽto abstineant, tenetur dare; dumtamen ille, à quo petunt sit parochus, cui ex officio incumbit sacramẽtum ministrare. & ratio est, cur occulto peccatori sit ministrãdum sacramẽtum, non utique illa, ne reueletur confessio, aut prodatur crimen, & reus infamia aspergatur. Hæc enim, dũ occultissima esset petitio, caueri possent, sed causa est, quia cum ille habeat ius petendi, eo ipso quòd baptizatus est, iniuria illi fit sine manifesta causa illo spoliari iure. Aug. 2. q. 1. multi. Nõ igitur debet extra iudicialem ordinem suũ ius denegare, ita maxime tẽpore Paschatis, vel articuli mortis. Aliis verò temporibus si pręlatus aduerteret, quod in subdito tanta esset impudentia, vt frequentaret sacramentum semper in peccato mortali, tunc ad reprimendam hanc impudentiam, excusare se prælatus posset, & deberet, ita Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 6. vers. ueruntamen.]

31 Octaua. † Et si dignus esset non modica pęna sacerdos ille, qui hostiam frangeret, vt laicum communicaret, cum ipse debeat accipere totam hostiam, cap. relatum de consecra. dist. 2. Tamen in casu necessitatis, vel infirmitatis, ut si esset communicaturus aliquem per modum viatici, potest cum aliam non habet hostiam consecratam, frangere suam, & dare partem infirmo, ita Sylu. in ver. Eucharistia, 3. q. 15. ver. 1. in fi. qui extendit etiam ad casum ratione deuotionis.

32 Nona. Infirmus † semel per modum uiatici communicatus, si postea per aliquot dies superuiuat, puta sex, vel octo, potest

potest iterum eodem modo communicari: & ratio est, quia potest contingere, ut hoc medio tempore mortaliter peccauerit, & uelit Christo iterum incorporari per Eucharistię sacramentum, Ioan. Tabien. in ver. communicare, num. 54. vers. 48. Armilla in ver. communio. nu. 18. Nauar. lib. 3. de celebr. miss. cons. 10. Viaticum verò accipere potest etiam nō ieiunus, & quando datur, semel tantum dicitur ab infirmo: Domine non sum dignus; & sacerdos, Accipe frater viaticum.

33 Decima. Vera † contritione præcedēte, & nullo contemptu, & distractione notabili, nec alio, quod obstat interueniente, potest quis etiam intra vnum diē naturalem post habitam copulam carnalem, aut pollutionem illicitam celebrare, aut communicare humiliter, Syluest. in ver. Eucharistia, 3. q. 10. vers. quintum. Nauar. c. 21. nu. 51.

34 Eucharistiam † percipere cum contritione absque confessione: modo sint peccata mortalia, peccatum est lethale, ut habetur per Concil. Trident. & nos sup. in 1. parte. cap. 13. limitauimus prædictam conclusionem pluribus modis.

35 Vndecima. Peccatū † est mortale, sciēter credere, aut probabiliter credere se esse in peccato mortali, vel cū consciētia peccato mortalis, quæ esse dicitur quodcunque iudiciū, seu assensus, quod quis sit cum peccato mortali, vel cum proposito redeundi ad peccatum mortale, & communicare, 1. Corinth. 2. Naua. c. 21. num. 46.

36 Duodecima. Monachus † Sancti Benedicti, seu quicunque alius, aut monialis cuiusuis ordinis, non communicans semel in mense, peccat mortaliter: nisi illam differat ex consilio sui Confessarii, ita tex. in cle. ne in agro. §. sanè, vbi Zab. de sta. mona. Conc. Trid. sess. 25. cap. 10. de regul.

37 [Decimatertia. † Nullo pacto licet Sacerdoti hostiam non consecratam porrigere peccatori occulto. ita D. Tho. in 4. sent. dist. 19. q. 1. art. 3. & ratio est, quia in sacramēto veritatis nulla debet esse fictio, & ne sacerdos det causam idolatrādi peccatori. Quod procedit, etiā si peccator ipse cōsenserit, ut suo cōsulat honori. Ita habetur ext. de celebr. mis. c. de homine. vbi Inno. inquit, quòd cum falsa sint abiicienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora, licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet grauiter si se ingerat irreuerenter ad sacramentum, grauius tamen videtur offendere, qui illud fraudulēter sic pręsumpserit simulare: nam per primū soli Deo fit irreuerentia, per secundum autem & Deus blasphematur, & populus seducitur.

38 Ex quo † tex. colligit ibi Panormita. tria: & primum, quòd existens in peccato mortali verum cōficit corpus Christi. 1. q. 1. multi. immò excōmunicati, simoniaci in ordine, schismatici, depositi, suspensi, & interdicti vera conferunt sacramenta, & verum cōficiunt corpus Christi, dummodo in forma Ecclesiæ gerant quod agūt. 1. q. 1. Dominus declarauit, & cap. quod quidam, de consecr. dist. 4. c. ostenditur, cap. quomodo, cap. Romanus, c. à quodam, cap. si qui sunt, & cap. si inter. Cæterum si in iis forma Ecclesiæ non seruetur, nihil agit. ita glos. in c. quos à Paganis, de consec. dist. 4. c. extra, 1. q. 1. vbi extra Ecclesiam, idest formam Ecclesiæ non est locus veri sacrificii. Ita Host. in sum. de temp. ord. nu. 6. Sotus in 4. distin. 1. q. 5. artic. 5. Non tamen ita prodest populo malus sacerdos, sicut bonus: quia licet vterque vere conficiat, c. intra. 1. q. 1. tamen citius exauditur bonus presbyter, dū orat pro populo, quàm malus, cap. ipsi sacerdotes. 1. q. 1. c. in grauibus, 3. q. 7.

Secundum ex illo tex. quòd qui simulat conficere, plus delinquit, quia plura peccata committit, scilicet in Deum, & in proximum, quàm qui conficit in peccato mortali, quia tantum peccat in Deum.

39 Tertium, † quòd plus peccat delinquens occultè, quàm publicè. Quod intellige

telli ge secundum glo. in c. nemo, 32. q. 4. quia periculosius. non enim habet, qui eum corripiat, & quia occultè peccans præsumitur scienter, & dolosè peccare, gl. in l. 1. C. de inter. matr. l. fi. ff. de ritu nupt. l. pupillus. ff. de administr. tut. Delinquens verò palam præsumitur errare, & non contemnere. Quamuis alio respectu delinquēs palam dicatur grauius peccare, quàm qui occultè, propter malum exemplum, 11. q. 3. cap. præcipuè. & quia videtur se uelle tueri rationibus, ita glo. in d. c. nemo, & c. de homine.

40 Ex † quibus omnibus concluditur, grauissimum peccatum esse simulare se celebrare, vel hostiam non consecratam dare peccatori occulto in casu, quo ei denegare Eucharistiam non potest.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos summa negligentia reus, qui potestate celebrandi non vtitur.*

2 *Bona quanta proficiscantur ex sacrificio altaris, & quam stulte illud sacerdos omittat.*

3 *Sacerdos ex mera negligētia non celebrās saltem bis, aut ter in anno peccat.*

4 *Sacerdos, an excusetur à non celebrando ex eo, quod peccatis, & excommunicatione sit impeditus.*

5 *Sacerdos ob reuerentiam nō celebrans, modo celebret in Paschate, non peccat.*

6 *Religiosi eo modo, quo sacerdotes seculares, tenentur celebrare.*

7 *Parochi partes, quæ sint in celebrando, & in administrando Eucharistiæ sacramentum. & parochus vnde.*

8 *Sacerdos beneficium obtinens cum onere celebrandi quotidie, non tenetur quotidie.*

9 *Ecclesiæ cathedrales, & collegiatæ, & religiosorum conuentus, qualem habeant obligationem in celebrando.*

10 *Conuentus exiguus, etsi quotidie non celebret, non peccat.*

11 *Episcopi possunt statutum facere, vt subditi celebrent singulis festis; qui etiam curam gerunt, vt Dominicis sacrum fiat.*

12 *Celebrare quotidie, melius est, quàm ob reuerentiam abstinere.*

13 *Sacerdoti, an liceat feria sexta, quæ est dies Parasceue, & Sabbatho sancto, celebrare.*

An, & quando obligentur Sacerdotes celebrare. Cap. XXXIX.

1 Hortatur Apostolus, 2. Cor. 6. ne † in vacuum gratiam Dei recipiamus, & in parabola Euangelica talentorū, Matt. 25. & Luc. 19. reprehenditur seruus nequā, qui in sudario talentum reposuit, & ob id, quod nunquàm illo vsus fuerat, iussus fuit mitti in tenebras exteriores. Et reus videtur esse negligentiæ sacerdos ille, qui nō utitur sibi data nobilissima potestate, secundum illud, Pet. 4. Vnusquisque prout accepit gratiā, &c. Hinc Gab. de cano. missæ, lect. 87. infert, quòd imprudenter quidem agit quo ad alios, & stultè quo ad se, sacerdos ille, qui laudabiliter potest abstinere, & laudabiliter ac-
2 cedere, abstinendo: cum † per hoc sacrificium fiat diuini cultus reparatio, pœnæ mortuorum mitigatio, humanorum defectuum reparatio, beneficio Redemptoris frequēs recordatio, denique familiaritatis manifestatio, quæ ex frequēti suæ præsentiæ manifestatione insinuatur, fit denique Angelis lætitia. Stultè etiā agit quo ad se, cum se ipsum tot, tantisq; bonis priuat. Quod si quis obiiciat vacationem à celebratione, ideo fieri, vt reuerētius postea celebret, reminiscatur illud Nasonis: Qui non est hodie, cras minus aptus erit. At uerò, quando obligentur sub peccato mortali celebrare, ex sequentibus decisionibus manifestum fiet.

3 Prima. Mortale peccatum † est sacerdoti omnino, hoc est per totam vitam à celebratione cessare: etiam si nulla ei parochialis Ecclesiæ, aut alterius obligationis cura incumbat. Quod quidem peccatum, quod est omissionis, tunc videtur

admit-

admittere; quando feclufo impedimento, feu quacunque caufa rationabili uerè,uel apparenter,fed ex mera negligentia omittit celebrare, faltem diebus illis, in quibus fideles communicare confueuerunt,quod eft feftum Natiuitatis Domini,Pafchatis,& Pentecoftes, fecundū prifcorum morem, iuxta tex.in cap.& fi non frequentius, de confecr. dift.2. Vel faltem aliis ter,vel quater in anno. Quapropter qui aliquando celebrat, non cogitur fub pœna peccati mortalis illis fignanter diebus,de quibus tex.in d. c. & fi non frequentius,celebrare: fatis enim eft præceptum Ecclefiæ feruare de communicando in Pafchate, ita D.Thom.3. par.q.82.ar.10.Sylu.in ver. Miffa,1.q.7. verf.4. Sotus dift.13.q.1. art.10. Nauar. c.25.nu.88. in fi.

4 Sed an † admitti poffit facerdotum illorum excufatio, qui ideo aiunt celebrare non poffe, quia peccati reato, aut excommunicationis fententia funt irretiti? Refpondetur, quòd fi funt fententia Ecclefiæ præcifi, & per eos nō ftat quominus reconcilientur,ceffando non peccant:quia legitimo arcentur impedimento. Si verò folum peccatum mortale eos cohibet,non excufantur,fi nunquàm celebrent:quia pęnitentiam agere poffunt. Dom.Anton.de Butr.in c.2.num.28.de cohab.cleric. Sotus, qui fupra, verfi. fe-

5 cundo arguitur. Verum,qui† ob fui indignitatem, & facramenti reuerentiam non celebrant, minimè peccant, fecundum D.Bonauen.& Sylu. in ver.Miffa. 1.q.7.ver.4.argu.tex. in cap.quotidie,de confecr. dift.2. Quod intellige,modo celebrent in die Pafchatis, cum etiam hoc fecularibus fit iniunctum, c.omnis, extra de pœn. & remiff. Neque etiam peccarent, qui hoc facerent ex fpeciali infpiratione Spiritus fancti: ficut quidam ex fanctis Patribus nūquàm celebrauit, Syl.qui fupra,& hæc quo ad facerdotes, qui non funt adftricti ad celebrandum.

6 Secunda. Religiofi† verò,qui nullam habent curam, nec ex obedientia ad id tenentur,eodem modo obligantur, quo facerdotes feculares,quamuis teneantur fub peccato mortali fingulis menfibus communicare, iuxta tex. in clem. ne in agro. §.fanè, de ftatu mona.

7 Tertia. Sed parochi † qui curam habent animarum, tam crebro celebrare tenentur, vt muneri fuo fatisfaciant. Tenentur enim parochi facramenta miniftrare, quæ populus tenetur fufcipere, quare faltem diebus feftis eadem obligatione perftringuntur: nifi legitimè fuerint impediti, uel per alium populo fatiffaciant, arg. tex. in cap.1.de celebr.miff. Sotus in 4.fent. diftin.13. quęft.2. art.3. [Parochus autem is apud veteres dicebatur,qui Parochiæ præfectus viaticum ijs præftabat, quem Archadius Imperator compofito vocabulo Zenoparochon hofpitum, & peregrinorum fufceptoré appellauit, l. fin. ff. de muner. & honor. Qui igitur nobis dictus eft Paftor, à pafcendo,fic Parochus à præbendo. Vnde parochiæ nomen inde dictum eft, quod ex ea prę ftarentur neceffaria viatoribus, & iis, qui publica caufa vefcebantur. Apud nos verò parochię nomen pro certa dięcefeos parte, quæ fingulis presbyteris fub Epifcopis tamen poteftate conftitutis curanda committitur, toto titu.de paroch. accipitur. Inde Parochianorum nomen prodiit, eos fignificans, qui in parochia habitarent, atque in ea fibi domiciliū conftituiffent, c.2.de fepult.in 6. Hoftien.in fum. de paroch. Parochi verò apud nos ii dicuntur facerdotes, qui animarum curam gerentes ecclefiaftica facramenta exhibent iis,qui in commiffa fibi parochia commorantur, cap.1.de cap.monach.]

8 Quarta. Cęteri † verò facerdotes,qui tali pacto beneficiū obtinuerunt,ut quotidie celebrare teneantur,nec arctari poffunt ad quotidie celebrandum: quia fic de facili daretur materia peccandi, cum facile non contingat facerdotes quotidie deuotos exiftere ad celebrandum: quare debet intelligi, ut celebrent, quàm frequentius poffunt, falua honeftate fua, ac debita deuotione,ita Panor. in c.fignificatum,

catum, nu.4. de præb. & in c. consuluisti, de celebr. miss.

9 Quinta. De ecclesiis † autem cathedralibus, & collegiatis, & religiosorum conuentibus dicimus, quòd Episcopis, & prælatis incumbit cura sub reatu peccati mortalis, vt in eorum Ecclesiis quotidie conuentualiter celebretur. Atque hic est legitimus sensus canonis, iteratur, de consecr. dist. 2. Canonistæ in cap. cum creatura, de celeb. miss. vbi addunt, quòd quilibet conuentus quotidie tenetur celebrare duas missas, alteram de festo, aut feria, atque alteram pro defunctis. sed id ex capitulo non colligitur, solum damnatur negligentia non celebrandi pro anniuersariis defunctorum, quare semel in hebdomada celebrare pro defunctis satis est.

10 Quinimo† assertio hæc quotidie celebrandi, regulariter est intelligenda: nam tam exiguus esse potest conuentus, ut licet in aliquibus profestis sacrum nō fiat, non sit mortale. At verò in ciuitate, aut in oppido populoso, vbi multæ essent parochiæ, non satis esset in cathedrali, aut collegiata quotidie celebrare, sed necesse est in basilicis etiam parochialibus, ad quas populus cōfluere posset, celebrare.

11 Sexta. Præcipitur† etiam Episcopis, vt curā habeant quo etiam Dominicis diebus sacrum faciant; quod intelligo præter conuentualem, vt habetur per Conc. Trid. relatum per Nauar. in c. 25. nu. 88. in fi. sess. 23. c. 14. ex quo capitulo manifestum fit, posse Episcopum facere statutum, vt sui subditi celebrent singulis festis. Ecce patet quando sit obligatio celebrare sub peccato mortali.

12 Sed quæritur. Quid consultius † sit, quotidie celebrare, an ob reuerentiam quandoque abstinere? Respōdetur quod melius est exemplo Zachei, quotidie celebrare, qui gaudens Christum recepit in domum suam, quàm exemplo Centurionis; qui dixit, Domine non sum dignus, Matth. c. 16. ob reuerentiam abstinere: & ratio est, quia amor præfertur timori. Verum si quis senserit ex sumptione huius sacramenti se proficere in feruore dilectionis ad Christum in maiori desiderio, in fortitudine resistendi peccatis, debet quotidie celebrare. At si ex frequenti sumptione sentiret in se minorem reuerentiam huius sacramenti, monendus est, vt quandoque abstineat, ita D. Tho. 3. par. sum. quæstio. 80. art. 10. & 1. Cor. capit. 11.

13 Rursū quęritur, † postquàm ex sui natura melius est quotidie celebrare, quàm quandoque abstinere, an licitū sit sacerdoti celebrare feria sexta, quę est dies Parasceue, ac in die cœnæ, & sabbatho sancto? Resp. ꝙ peccatum est mortale, etiam priuatim in die Parasceue celebrare: est enim contraire iustissimæ cęremonię Ecclesiæ, quæ plurimū refert. In aliis verò duobus diebus, scilicet cœnæ, & sabbatho sancto licet ritus etiam ecclesiasticus habeat, vt sola vna celebretur missa, non tamen eius obseruatio tanti refert, quin priuatim saltem ex facultate prælati præter missam solemnem possit quispiam celebrare, ita Sotus in 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 2. ver. hinc secundo. Notandum verò est, quòd licet sabbatho sancto videamus celebrare, tamen missa, quæ dicitur, non est eiusdem diei, sed noctis resurrectionis, vt significat collecta, quæ incipit: Deus, qui hanc sacratissimam noctem, & per anticipationem dicitur. Sic hostia, quæ suscipitur in die Parasceue, est consecrata in die cœnæ, non autem tunc consecratur, quæ reposita erat in sepulcro, vt cautè custodiretur.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdoti missas plures, quam vnam non licet hodie celebrare singulis diebus; secus erat antiquitus.*

2 *Missæ tres in die Natiuitatis Domini celebrantur, & quid denotetur per eas.*

3 *Missa vna excepto die Natalis Domini, in die celebranda est, & ab aurora vsque ad meridiem tempus est celebrandi.*

4 *Missa solemnis antiquitus qua hora tū festis, tū profestis diebus esset celebranda.*

Missam

5 *Missam celebrare, an, & quando liceat Matutinis non solutis.*
6 *Missa ante Primam celebrari potest.*

An Sacerdos possit in eodem die plures missas celebrare. Cap. XL.

1 SVfficit † (inquit Alexander Papa, de consecra. distin. 1.) sacerdoti missam unam celebrare singulis diebus, quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit. Et ualde fœlix est, qui unam dignè celebrare potest. Erant tamen plures casus de iure antiquo, quibus idem sacerdos poterat in die bis celebrare, qui enumerantur per glo. in cap. consuluit, de celebr. miss. in quibus tamen casibus nō licebat sacerdoti, nisi ieiuno celebrare. vnde postquàm in prima celebratione potionem sumpserat, nullus superueniens, vel defuncti, vel magnæ personæ, uel cuiuscunque alterius rei casus, uel necessitas, causa esse poterat legitima, vt iterum celebraret.

2 Attamen † ex omnibus illis casibus, qui dum Ecclesia sacerdotum raritate laborabat, frequentes erant, quibus vnus posset plures celebrare missas, nō est iam in vsu, præter diem Natiuitatis Domini, cap. nocte, de consecra. distin. 1. In quo tamen die trina permittitur celebratio, prima in media nocte, quę designat æternam natiuitatem ex patre, quę nobis occulta est. Secunda in diluculo, propter spiritualem natiuitatem, qua ut legitur secunda par. 1. Christus oritur tanquàm Lucifer in cordibus nostris. Vltima hora tertia, propter temporalem, visibilemque in carne natiuitatem, quãuis etiam sine intercapedine dici possent omnes. Sed ante lucem non potest dici, nisi una. Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. Nauar. cap. 25. nu. 87.

3 Igitur † tantum in die Natiuitatis Domini potest sacerdos missas plures celebrare, nec non etiam primam in nocte. cum alioquin in die sit semper missa celebranda. Si quidē Christus ipse in hoc sacramento præsens est, qui ait, Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Qui quidem dies nō debet sumi à media nocte, sed à solis ortu. At neque expectandus est solaris corporalis aspectus, sed aurora, quãdo eius splendor apparere incipit, & decurrit vsque ad meridiē. Potest nihilominus ex priuilegio hora parum tantum anticipari, tum etiam postponi. Propter causam etiam legitimam, ut causa celebrandi in die festo, quando quis iter facit, licet paululo, vel ante auroram, uel post meridiem celebret: & quamuis sine dispensatione id fieret, nō condēnarem ad peccatum, facit glo. in c. fi. de priuil. in 6. secus si anticipatio, vel postpositio longior esset, Sotus dist. 13. q. 2. art. 2. col. penul. & hæc circa missas priuatas. Nam mis-

4 sa † solemnis antiquitus etiam habebat sua statuta tēpora. Scilicet diebus festis post tertiam, de consecr. dist. 1. c. nocte, & in profestis post sextam, vt in cap. solent, ea. dist. & in diebus ieiunii post nonam. Nam in missa recolitur mors Christi, qui hora tertia crucifixus est linguis Iudæorum, hora sexta manibus militū, hora nona expirauit.

5 Ait quoque † Palud. non licet celebrare, nisi solutis Matutinis. Hinc Sylu. in ver. missa, 1. §. 6. inquit, omnes Canonistas asserere, quòd sit peccatum mortale, ita etiam Domin. Anton. in prima parte suæ sum. tit. 1. cap. 16. §. 4. Hosti. in sum. de celebr. Miss. Nauar. de hor. canon. c. 21. num. 30. licet contrarium teneat Sotus lib. 10. de iust. & iure, q. 5. art. 4. col. fi. sic dicens, ob causam aliquam celebrare nō solutis Matutinis, verbi gratia, vel quia prælatus præceperit, vel ad euitandum scandalum, vt si non esset, qui celebret, nullum est peccatum, verbi gratia, si veniret aliqua illustris persona, Dux, uel Marchio, aut Episcopus. Si tamen sine ulla necessitate uellet nōdum dictis Matutinis celebrare, tunc ob consuetudinē uenialis esset culpa, ubi fieri posset commodè,

modè, si non prius nocturnum soluere-tur officium. mihi tamen placet communis opinio: cũ idipsum sacerdotibus pręcipiatur sub peccato mortali in Missali Romano nouo, vt prius dicant Matutinum, & postea celebrent. Inquit etiam Sotus, quòd si quis propter morbum aliquem legitimum haberet iustam excusationem soluendi officium diuinum, potest sacrum facere, quamuis non dixerit, neque dicturus sit cæteras horas: quod tamen intellige, modo non possit utrumque persoluere, sed tãtum sacrum facere.

6 De Prima † autem nullus est scrupulus, nam missam soluere priuatim ante Primam, nullum est peccatũ. Immo qui in aurora missam dicere iubetur, melius faceret post missę celebrationem interesse choro ad Primã, quàm illam ante Missam dicere. Sotus, de iusti. & iure, lib. 10. q. 5. art. 4. colum. fi. verum si consuetudo esset, vt non celebretur missa ante Primam, intelligenda foret de missa maiori. Naua. c. 25. nu. 83.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos cur sacris illis vestibus ad celebrandum vtatur, quæ sunt sex, & quid vnaquæque significet.*
2 *Sacerdos aliquam ex vestibus sacris consulto prætermittens peccat mortaliter, itẽ si accedat ad communicandum sine stola, num. seq.*
4 *Sacerdos indutus aliqua veste non benedicta, celebrans peccat mortaliter.*
5 *Vestimenta sacra, & altaris paramenta sine peccato tangere licet.*
6 *Corporalia, & purificatoria nec à monialibus quidem tãgi possunt sine peccato; & ea lauare pertinet ad diaconos.*
7 *Corporalia, vel calice simpliciter tangere mortale non est, secus si in vsus profanos adhibeantur.*
8 *Casula, vel alius ornatus Ecclesiæ, an fieri possit ex vestibus mulierum.*
9 *Ministris nõ sacratis reliquias in processione an liceat deferre.*
10 *Sacerdotes cùm vestibus induuntur, an debeant de præcepto orationes dicere.*

De vestibus Sacerdotis. Cap. XLI.

1 PRimum, † quod requiritur in celebrãnte, est uestimentorum ornatus, tum ad repræsentandam Christi passionem, tũ ad excitandos spiritus nostros, quibus efficacius fructum eiusdem passionis percipiamus, vt habetur in Conc. Trid. in c. cumque natura, sess. 25. igitur ut pontificales prætermittamus, sex sunt sacerdotis vestes, idest, Amictus, Alba, Zona, Manipulus, Stola, Casula. Amictus ergo, si ad passionem spectes, velum illud significat, quo perfidi Iudęi, vt Mat. 26. legitur faciẽ Christi uelabãt, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis te percussit? Si uero ad mores, fatetur Christi sacerdos capitis membrũ esse, quẽ proprio cerebro, quo omnes sensus uigent, imponẽs profitetur sensibilia hęc omnia, & caduca pro spe æternorum abiicere. Descendit etiã amictus super humeros, quibus onus Domini ferre docemur. Alba, sicut & amictus, vestis linea est candida, & munda, quæ latinè talaris dicitur, eò quod ad talos usque descendat. Primum memoria est illius, qua Christus velut stultus ab Herode illũsus, remissus est apud Pilatũ. Sed quantum ad mores, significat iustitiam, quæ vniuersam virtutẽ comprehẽdit: quia in cũctis operibus nostris elucere debet, ob id, quòd totũ corpus nostrũ tegit. Estque linea, morũ floritatem, & gloriæ candorem repręsentans, quem Christus in transfiguratione vestimẽtis suis exhibuit. Zona, seu cingulum, si ab passionis memoriam referatur, significat aut primum ligamen, quo in horto Dominus captus fuit, aut flagella corpus Christi ambientia. Si verò morum nostrorum sit admonitio, significat castitatem, quæ firmiter esse debet in ministro Eucharistiæ. præcingitur circa lumbos,

vt nullis incentiuorum stimulis castitas dissoluatur, secũdum illud Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti. Succingitur, ne defluat, ut expeditus ad pietatis opera, nulla ocii lasciuia naufragetur. Succingitur nihilominus alba, ne defluat, per quod omnem superfluitatem à sacerdotis vita excludi oportere penitus demonstratur. Hinc in c. à crapula, & cap. clerici officia, de vita, & hon. cler. interdicuntur clericis crapula, & ebrietas, cauponæ, secularia negotia, alearum lusus, &c. Habet quoque cingulum brachia duo se se complectentia, quod duplicem significat munditiam mentis, & corporis. Post hæc manipulus à læuo brachio pendens secundum ligamen designat, quo Christus fuit columnæ manibus alligatus, qui quidem funis in brachio illo sinistro cordis vicino amorem nobis commemorat, quo ad expianda nostra peccata cruenta flagella pertulit, quo ideo vicarium amorẽ respondere sacerdos profitetur, cuius gratia flagella huius mundi, tanquàm fructus pœnitentiæ tolerare debemus. Atque his quatuor insignibus non solum sacerdos, sed & diaconus, & subdiaconus induuntur. Stola, quæ & orarium dicitur, vinculum tertium repræsentat, quo Christus crucem baiulans, fuit collo ligatus. In moribus verò nostram obedientiam, & iugum Domini, cui collum, quasi lorooligati, submittimus ad portandum crucem Domini, eius vestigia secuti. Hanc autẽ sacerdos in utroque humero portat, eandemq; super pectus in modum crucis. Quo vtique signo & à dextris, & à sinistris, & prosperis, & aduersis communitum esse docet. Supremum denique vestimentum est Casula, quæ & planeta dicitur, & hęc ab utroque latere incisa est, designans tunicam Christi inconsutilem, qua exutus, crucifixus est. Sed quantum ad mores, charitatem, quæ ipsum ad crucem perduxit, & in nobis, (vt ait Apostolus) multitudinem operit peccatorum. Dalmatica verò in modum crucis efformata passionem Christi nobis refert, ita Gabr. de cano. miss. lect. 11. & 12. Sotus in 4. senten. distin. 13. q. 2. art. 4. Ecce quibus sacratis vestibus sacerdos ad sacrum altare accedit. Nam si ali-
2 quam † illarum consultò prætermitteret, tanquàm mysteriorum cõtemptor mortaliter delinqueret. cap. ecclesiastica, distin. 23. qui tex. intelligitur intra missarum solemnia, ut inquit Sylu. in ver. sacerdos. ver. quartum, secus si ex obliuione, uel aliqua negligentia, Sotus d. art. 4.
3 Peccaret etiam † mortaliter, qui acciperet absque stola sacramẽtum ad communicandum infirmos, uel etiam alios sanos in diebus festis, dum populus exhibetur, nam tunc propter reuerentiam sacramenti illam debet habere, Turrecr. in d. cap. ecclesiastica, nume. 5. uerum si sacerdotes cõmunionem acciperent absque stola, vel propter infirmitatem, uel aliam rationabilẽ causam, non celebrando, non peccarẽt mortaliter. Addit quoque Cardin. à Turrecre. ibi, quòd dum sacerdos facit officium Diaconi, nõ debet vti stola, sicut cum celebrat, argum. tex. in cap. præcipimus, & quod ibi no. dist. 93. Sed vtetur, sicut Diaconus uti debet, scilicet solum super humero sinistro sub brachio dextro, dist. 25. cap. vnũ orarium. ita etiam tenet Sylu. in ver. sa-
4 cerdos, versi. 5. Sed † quæritur, quid si sacerdos celebrauerit indutus vestibus, quibus indui debet, & aliqua ex iis vestibus nondum erat benedicta, an peccauerit mortaliter? Respon. quòd sic; si ex crassa ignorantia, secus si ex obliuione, vel leui culpa, nam tunc tantum venia-
5 liter. Item † quæritur, vtrum vestimẽta hæc sacrata tãgi possint à mulieribus, & laicis, & an sit peccatum mortale illa tangere? Summa Rosella, & Angelica, (vt refert Sylue. in uer. corporalia. q. 1.) inquit, quòd possunt tangi absque peccato, quamuis sit irreuerentia, paramenta altaris, vt sunt pallæ, vasa, & huiusmodi, etiam si sint benedicta tangere: & ita se habet consuetudo, quòd possint tangi, & hoc tene, quia non est irreuerentia, sed
6 non reuerentia tanta. Quod secus † est

de

de corporalibus, & purificatoriis: nam non debent lauari, nec tangi etiam à monialibus, quamuis essent sacratæ, cap. sacratas, dist. 33. & de consecr. dist. 2. c. nemo, el secondo. ne fragmenta, vel pulueres Dominici corporis male tractentur, aut à profanis contingantur. d. c. nemo. & idem de purificatoriis, quibus interdum stillæ sanguinis imbibuntur, & reliquiæ corporis adiunguntur, sed ministri, scilicet Diaconi habere debent nouam peluim, & aquam in sacrario proiicere, scilicet saltem quantum ad primam lotionem: si autem sunt lota, possunt per moniales reparari, si sit consuetudo, ita Syluest. in ver. corporalia. q. 1. & in ver. fœmina. q. 3.

7 Simpliciter tamen illa † tangere, aut calicem, nullatenus est peccatum mortale: immo si absit contéptus, aut non est veniale, aut leuissimum, sed vsus eorum profanus est genere suo mortalis, ut si quis auderet calice consecrato in mensa profana vti, aut corporali, tanquàm nasistergio, aut vestibus sacris tanquàm tornеamentis. Sotus in 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 3. colum. antepen. Hinc inquit tex. in cap. ad nuptiarum, de consecr. dist. 1. Ad nuptiarum ornatum diuina ministeria non præstentur, ne dum improborum tactu, vel pompa secularis luxuriæ polluuntur, ad sacrificium tanti ministerii videantur indigna: & ratio est, quia quod semel Deo est dicatum, ad humanos vsus non est amplius transferendum. Hinc glo. in d. cap. ad nuptiarum,

8 arguit, † quòd ex veste alicuius Dominę non debet fieri casulá, uel aliquis ornatus Ecclesiæ: sed contrarium habet consuetudo, legum interpres, quia quotidie ex vestibus profanis fiunt sacræ per Pontificalem benedictionem. Sic templa idolorum conuersa sunt in Ecclesias, & multæ domus profanæ, ita Sylu. in verbo, testis.

9 [An † verò liceat ministris nõ sacratis sacra altaris vasa, vbi sunt reliquiæ, portare in processione? dic quòd non; nisi tantum iis, qui ab Episcopo fuerint ordinati Subdiaconi, cap. non liceat, dist. 23.

10 Rursum † quæritur, an teneantur de præcepto sacerdotes cum vestibus sacris induuntur, orationes dicere sub peccato mortali. Respondet Nauar. de celebrat. miss. lib. 3. consil. 2. quòd sic, in duobus casibus. Primus, si illas omitteret ex contemptu. glo. in cap. quis autem, dist. 10. Secundus, quando omitteret omnes absque contemptu; sed scienter, deliberatè, & absque causa: secus autem si per incogitantiam, aut obliuionem, vel aliam causam probabilem, aut si vnam, vel alteram illarum omitteret scienter, absque tamẽ contemptu: cum in omni materia paruitas rei excuset à mortali, per ea quæ supra in 1. lib. cap. 13. de scientia Confessarii tradidimus.]

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrare debet in Ecclesia, & super altari consecrato, & quæ in altari præterea requirantur.*

2 *Pallæ, siue tobaliæ altaris possunt esse non benedictæ, & etiam in vsum profanum conuerti, & quot esse debeant, numero sequen.*

3 *Corporale, & purificatorium, qualia esse oporteat.*

Corporali immundo, vel purificatorio, vel calice vtens, peccat.

4 *Altare portatile, quod, & quale sit.*

5 *Reliquias Sanctorum in altari consecrato esse oportet, & quare.*

6 *Celebrari missa quibus in locis possit, vel etiam extra Ecclesiam, nu. 9.*

7 *Oratorium, quid ab Ecclesia differat.*

8 *Sacerdos celebrans extra Ecclesiam consecratam peccat, fallit tamen duobus in casibus.*

10 *Missa celebrari in mari, in flumine, in Ecclesia interdicta, vel polluta, nullo modo potest.*

11 *Sacerdote celebrante, si sanguis emittatur in Ecclesia, pergat ne, an desistat sacerdos, vide.*

De

De iis, quæ ſunt neceſſaria Sacerdoti celebrare volenti. Cap. XLII.

1 RVrſum† debet ſacerdos conſecrare in Eccleſiis ab Epiſcopo conſecratis,c.1.cap.ſicut,c.nullus,de conſecrat.diſtinc. 1. vel benedictis:& ita videtur eſſe uſus Eccleſiæ, & hoc propter reconciliationem, ſi forte fuerint uiolatæ, vt inquit Sotus in 4.ſent.diſtinct.13.queſt.2.artic.3. col.9. & nos infra ſub eodem precepto: preterea in altari conſecrato, lapideo, integro,non enormiter fracto,cap. altaria, c. placuit,de conſecrat.diſtinc.1. cap. quod
2 in dubiis,de conſecra. Eccle. Quod † debet eſſe ornatum duabus pallis, quæ extendi debent ſuper altare, in quibus extenditur immediatè corporale, quas in neceſſitate non oportet eſſe benedictas; immo tali caſu ſufficiunt,ſi pallæ,alias tobaliæ, ſint laicorum, quibus deinde ipſi vti poſſunt, quia non ſunt ad cultum diuinum deputatæ, ſed pro neceſſitate, ad tempus aſſumptæ, ita Sylu. in ver. benedictio,queſt.5.Corporale verò, & purificatorium oportet ut ſint benedicta. verum ſi lauantur, nō eſt opus noua benedictione,nec purificatoria, Sylu. in ver. corporalia, quæſt. 2. cum formam non perdat,etiam ſi diſcedat amydum, & re-
3 ponatur.Et † utrumque horum debet eſſe de ſyndone munda, & de lino puro e terra procreato,atque contexto,cap.conſulto, de conſecrat. diſtinc. 1. Alias celebrans cum corporali immundo, vel purificatorio, aut calice, peccat mortaliter, cap.2.de cuſto.Euchar. Caiet. in ſum. in ver.miſſa.Sylu.in ver. uaſa. ubi extendit ad oratoria,corporalia, veſtimenta miniſtrorum,& pallas altaris. Et debent eſſe ipſæ pallæ,ſeu ueſtes, quibus altare cooperitur,ad minus duæ, excepto corporali,in repreſentationem ſanctiſſimæ Trinitatis,& ſufficit quod ſit una duplicata. Sylu.in ver. corporalia, & in ver. miſſa, 1.quæſt.2.verſ. ſecundum.Si verò altare non eſſet conſecratum, ſaltem debet ce-
4 lebrare † in altare portatili conſecrato, quod eſt paruus lapis continens in ſe foramen cum conſecratione, & ſigno ſuperpoſito. & hoc altare debet eſſe tantæ latitudinis, & longitudinis, ſecundum Petrum de Palu.ſcilicet, lapis in capſula, quòd in ea capi poſſit pes calicis, & hoſtia conſecrata ſaltem,quòd ſint ſuper lapidem pro maiori parte, & ita ſacerdos celebrando debet tenere panem, aut calicem ſuper lapidem ſaltem pro maiori parte.argum.tex.in cap. concedimus, de conſecrat.diſtinc. 1. quod notat Sylu.in verbo altare,num.1. Et hæc intelligenda ſunt de altari, quod vulgò dicitur portatile,quia portatur in via. In quo tamen altari conſecrato adhiberi debent Sancto
5 rum reliquiæ, † quorum uita abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. vnde de conſecra.diſtin.1.cap.placuit,habetur: Placuit ut altaria,in quibus nullum corpus, aut reliquiæ Martyris condita probantur, ab Epiſcopis,qui eiſdem locis præſunt ſi fieri poteſt, euertantur. quamuis canon ille non eſt ita uſu neceſſarius,niſi ubi huiuſmodi reliquiæ haberi poſſint, ita Sotus in 4.ſent.diſt.13.q. 2.art.3.col.10.
6 Colligitur † ergo ex iis, quod regulariter non licet celebrare niſi in domibus ab Epiſcopo conſecratis,capitu.nemo,de conſecra.diſtin.1.vel ſaltem in domibus benedictis,vel in capella benedicta in altari portatili conſecrato; vel etiam ſi eſſet domi oratorium ab epiſcopo benedictū, vt habetur in Conc.Triden.ſeſſ.22. cap. quanta cura.
7 [Quid† vero differat oratorium ab Eccleſia: Dic, quod Eccleſia eſt, vbi conſtituta eſt certa dos pro rectore,clericis, & aliis neceſſariis,de conſecr.diſt.1. nemo. Oratorium verò eſt, quod non eſt dotatum,nec ędificatum ad miſſam celebrandam,ſed ad orandum, de conſecr. diſt. 1. vnicuique. & illud oratorium ſi ſit ad celebrandum, non poteſt fieri ſine authoritate Epiſcopi. ſi ad orandum ſic, vt in Authen. vt null.orat.dom.§.1.coll. 5. & tunc,quando ſit ad orandum,non cenſe

tur locus sacer, vel religiosus: quia si hodie oratorium, cras poterit esse camera. potest tamen de licentia Episcopi quandoque ibi celebrari, verbi gratia, in necessitate, vel quando non est Ecclesia vicina, de consecr. dist. 1. vnicuique, & c. si quis. Non tamen æquum, vt det talem licentiam in maioribus solemnitatibus, seu festiuitatibus, de consec. dist. 1. c. 1. clericus, & c. si quis. ita Dom. Ant. in c. fi. de censibus.]

8 Sed quæritur, An † sacerdos consecrando extra Ecclesiam consecratam, vel benedictam, peccet mortaliter? Respon. quod sic, d. c. sicut, cap. vnicuique, de consecr. dist. 1. modo duo concurrant: Primum, quòd non sit necessitas: Secundũ, quod non sit petita licentia ab Episcopo. Quamuis hodie per Conc. Trid. non liceat Episcopis illam concedere, sed tantũ Cardinalibus, de cõcessione expressa Papæ, & ita seruatur Romæ, ut inquit Nauar. de priuil. conf. 16. li. 5. Verum credimus, quod sicut existente necessitate et sine licentia Episcopi poterat absque peccato sacerdos celebrare in domo nõ consecrata, neque benedicta, altari, aliisque necessariis interuenientibus, c. concedimus, de consecr. dist. 1. Sylu. in uer. missa, 1. q. 8. ver. secundum. ita posset etiam hodie post dictum Concilium: quia non videtur per hoc derogatum per dictum Concilium, & per consequens illi adhæ-
9 rendum. Quod nota † pro Terris, in quibus frequentissimæ supplicationes fiunt ad aliqua parua eremitoria, præ quorum foribus solet dici missa, vt ab omnibus audiatur. & in primis missis sacerdotũ, ad quas maxima multitudo, quam Ecclesia capere non potest, solet conuenire, & in missis, quæ celebrantur sub dio. i. in campo, vel in tentoriis, vel in domibus priuatis: quamuis in locis, vbi uel mensæ, vel lectus sternitur, nisi ob grauem iacentis infirmitatem, vt communionem suscipiat, indecentissimum est celebrare. Vel
10 etiam † in exercitu Christianorum maximo, quia cõmunicare debent, quibus imminet periculum mortis. In nulla tamen necessitate licet celebrare in mari, uel in flumine, ubi probabiliter effusio sanguinis timetur, Sylu. in uer. missa, 1. q. 5. Sotus distin. 13. q. 2. art. 3. col. 7. Nauar. c. 25. nu. 81. & seq.

Nec etiam licitum est celebrare in Ecclesia polluta, uel interdicta, durãte interdicto, sub pęna irregularitatis, c. is, qui. de sent. excom. lib. 6. Polluta uerò Ecclesia qñ dicatur, & an requiratur ut sit notoria, uide infra in tertio præcep. c. 47.

11 Et quid si sacerdote † celebrante fit rixa in Ecclesia cum sanguinis emissione, an sacerdos debeat à celebratione desistere, uel missam prosequi? Resp. quod si cęptus est canon, debet missam prosequi, aliàs debet proficisci, & ingredi sacristiã. Sotus, qui supra, art. 3. & 4. Vel posset, si Ecclesia esset tantum benedicta, & fieret rixa cum sanguine ante inchoatum canonem, sacerdos aspergere aqua benedicta Ecclesiam, & prosequi missam, c. si. de cõsecr. eccl. uel alt. Sotus, qui supra.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdoti, quæ sint necessaria in celebratione missæ.*
2 *Missæ quot personæ interesse debeant.*
3 *Celebrare solus & sine ministro quis, an unquam possit.*
4 *Calix cum patena consecratus, chrismate vnctus, ex auro, argento, vel stanno esse debet.*
5 *Sacerdos celebrando rubricam missæ seruare debet tam in dictis, quam in factis, & esse nudo capite.*
6 *Sacerdos debet habere intentionem faciendi quod fecit Christus in prolatione verborum consecrationis.*

Quæ debet Sacerdos seruare celebrando. Cap. XLIII.

1 SAcerdos † celebrando secundum communem opinionem prius debet persoluere horas matutinas: nam de prima, si esset aliqua consuetudo, uel constitutio con-

contraria, vt prius dicatur, debet intelligi de missa maiori, ut supra diximus. Debet etiam habere sacras uestes, vt supra capitu. 8. Præterea debet habere lumen, c. fin. de celebr. miss. aliàs esset peccatum mortale, quia deponitur sacerdos, vt ibi: quod lumen potest esse ex oleo, vel ex cã dela sebacea, melius aũt est, vt sit ex cera, iux. tex. in c. cleros, dis. 21. ibi, à deportan dis cereis, & ita habetur in praxi. sufficit ẽt vna candela ex necessitate præcepti, sed indecens est, & ideo duę apponũtur.

2 Debet † etiam habere duos pręsentes, de consecra. distin. 1. capit. hoc quoque. Hinc sacerdos pluraliter loquitur audiẽtibus, dum ait: Dominus vobiscum, & gratias agamus, & cætera. non ergo decet, vt cum vno tantum ministro celebret; quod intelligitur de missa maiori, nam in missis priuatis sufficit vnus minister, qui gerit vicem totius populi catholici, qui tamen nõ debet esse mulier. c. 1. de cohab. cler. vel mul. Sylu. in verb. missa 1. q. 2. vers. secundum.

3 Vtrum † autem si quis esset solus in eremo, posset absque ministro celebrare? Respondetur quod sic. in vrgenti necessitate, verbi gratia, si magnum esset festum, & alium sacerdotem sacrum facientem audire non posset, aliàs non; ita Dom. Anton. de Butr. in cap. 2. de vita, & honest. cleric. nume. 11. Sotus, distin. 13. quæstio. 2. artic. 5. col. 10. qui inquit, quod cum hæc sint de iure positiuo, posset cum dispensatione eremita solus celebrare.

4 Habere † etiam debet calicem cum patena consecratum, & chrismate perunctum, nec licet in hoc Episcopo dispensare. Syl. in ver. Missa. 1. vers. secundum. Calix verò cum patena debet esse ex auro, aut ex argento, aut saltem ex stanno, vt habetur in c. vt calix, de consecra. distin. 1. Qui autem aliquid istorum prætermitteret, si absit scientia, & contemptus, non peccaret mortaliter, arg. tex. in c. fi. de celeb. miss. in fi. Non enim tenetur sacerdos explorare vasa, an sint consecrata, vel vtrũ linteola sint ex lino, & an subtus ara lapidea lateat. Sotus, dist. 23. q. 2. art. 3. in fi.

5 Debet etiam sacerdos celebrãdo † seruare ordinarium, seu rubricam missæ tã in dictis, quàm in factis: quia sunt plena mysteriis, & habere debet librum saltem continentem canonem, Te igitur, vsque ad communionem, sub peccato mortali, Nauar. cap. 25. num. 85. vers. 18. Debet etiam capite nudo totum sacrum peragere, de consec. dist. 1. cap. nullus Episcopus. Quare graue peccatum esset aliter facere. nam priuatur ille sacerdos cõmunione; nisi forsan ex rationabili causa Prælatus dispensaret, Sylu. in uer. missa. 1. q. 2. Sotus, dist. 13. quæst. 2. articu. 4. [Quinimo etiam sine dispensatione, modo causa sit iusta, & manifesta, argu. dicti D. Tho. 2. 2. 147. ar. 4. vt sic cessare possit scandalum publicata causa, qua id facit: quia cum scandalo nihil licet facere, c. nihil, de præscript. ita Nauar. lib. 3. de celeb. miss. consi. 4.]

6 Rursum † debet habere intentionem faciendi, quod fecit Christus, & facit Ecclesia, quando vult proferre uerba consecrationis, vel si religosus est, secundum intentionem sui Prælati. Potest enim qui pręest obligare ad celebrandum suos subditos secundum suam intentionem, quando in conuentu sunt multæ, & continuæ obligationes, Sylu. in uer. missa. 1. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebraturus, ieiunus esse debet à media nocte citra, & quale debet esse eius ieiunium.*

2 *Sacerdos, an celebrare possit cibo nondum digesto, si sit ob id turbata mente.*

3 *Sacerdos de quo in c. si constiterit, de accusat. quare administratione Ecclesiæ priuatus fuerit.*

4 *Cibum à media nocte citra sumens, si communicet, peccat, fallit duob. in casibus.*

5 *Sacerdos, qui post consecrationem recordatur se aliquid comedisse, sacramentum perficere, & sumere debet.*

6 *Eucharistiam in modum viatici, an liceat infirmo semel & iterum recipere.*
7 *Sacramenti reliquias aliquas inueniens sacerdos in altari, vel etiam hostiam sacram in linteolis, idq; post communionem, quid agat.*
8 *Sacramenti post sumptionem, an statim liceat comedere.*

Quando cibus præassumptus impediat sumptionem Eucharistiæ. Cap. XLIIII.

1 POst hæc † requiritur, vt nullum cibum, vel potum sumat post mediã noctem elapsam, c.nihil.7.quæstio.1. cap.liquido, de consecrat.distin.2. cap.ex parte, de celebr.miss. c.sacramento, de consecrat. distin.1. etiam si illa essent medicinalia, vel alterius cibi, & potus, in quacunque minima quantitate. Nauar. cap. 25. nume.75.ver.decimotertio. nam contrafaciens peccaret mortaliter, nisi deglutiret aliquid in dentibus insertum: quia tunc non traiiceret per modum cibi, sed per modum saliuæ: Vel si deglutiret aquæ guttam, lauando os, non ex proposito, vel aliquam particulam rei, gustando ius: tunc enim diceretur ieiunus: modo non in magna quantitate, sed esset permixta cum saliua, D.Tho.3.par.sum.q.80.ar.8. ad 4.Sylu.in ver. Eucharistia. 3.q.6. Sotus, dist.12.quæst.1.artic.8. Nauar. c.21. num.53.

2 Sed † quæritur, quid si indigestio ex inopia somni mentem plurimum perturbaret, an ineptum reddere posset sacerdotem, vel alium ad sumptionem sacramenti? Respondetur, quod etsi glo. in cap.ex parte, de celebr. miss. dicat non debere Christi corpus sumi, antequàm cibus sit digestus, tamen veritas est in cõtrarium: nihil enim refert quantum ad rationem præcepti somnus, aut indigestio: refert autem quantum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter vigilantiam, vel indigestionem, ex quibus si mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem huius sacramenti, D.Th.3.par. q.8.ar.8.ad 5.

3 Nec † obstat tex.in cap.si consliterit, de accusa. vbi sacerdos ob vinolentiam, quia in caupona pernoctauerat, & altera die nulla præmissa dormitione missam cantauerat, administratione Ecclesię fuit priuatus. Haud enim, vt vulgares putant, quia post cibum non dormierat, condénatus fuit, sed vel propterea quòd post mediam noctem cibum sumpserat, vel propter vinolentiæ turpitudinem, Dom. Anto. de Butr. in d. cap.ex parte, quem sequitur Sot.dist.12.quæst.1.ar.8. colum.6.

4 Sed vt † ad principalem quæstionem reuertamur, peccatum est mortale post cibum, & potum media nocte elapsa sumptum celebrare, vel communicare. Fallit tamen hæc regula in multis casibus, quorum primus est de infirmis, qui statim communicandi sunt post cibum, si de eorum salute dubitetur, vt habetur in capit. presbyter, de consecrat. distinctio. secunda. Excipitur etiam sacerdos, qui errore seductus aquam pro vino infundit calici, quam post deglutionem sensit esse aquam, nam tunc debet apponere aliam hostiam consecrandam iterum cum calice, dicens, Qui pridiè, &c. per tex. in capitu.nihil, 7.quæstio.prima, D.Tho.3. par. sum. quæstio. 83. artic. 6. ad 4. & non obstat, quòd non sit ieiunus: quia præceptum de perceptione sacramenti maioris est ponderis, quàm quod hoc sacramentum à ieiunis sumatur, vt per D. Thom. Debet

5 etiam † perficere sacramentum, & illud sumere sacerdos, qui post consecrationem recordatur aliquid comedisse, vel bibisse, quod etiam procedit ante consecrationem, si graue scandalum timeretur, quamuis non sit ieiunus, D.Tho. qui supra, ad 2.Nauar.cap.25.nume.75. versic.13.

6 [Sed quæritur, † An liceat sanctissimum Eucharistiæ sacramentum pluries infirmo

infirmo in eadem infirmitate recipere? Reſpõ. quod non, regulariter: quia prohibitio de non communicando poſt cibum eodem die eſt præceptum, accipere viaticum ſecunda uice in eadem infirmitate eſt conſilii, propter quod non licet præceptum tranſgredi, argu. c. quod præcipitur, 14. q. 1. niſi diu ægrotaret, & laberetur tempus, intra quod ratione uoti, vel pœnitentiæ, vel legis particularis quali tenentur monachi, de quibus in clem. ne in agro. §. ſanè, de ſtatu mona. teneretur iterum communicare: vel ſi tam diu ægrotaret, ut prudentis uiri arbitrio tam ferè teneretur de conſilio, & honeſtate communicare, ac prima, ſecunda uice. Nauar. lib. 3. de celeb. miſſ. conſ. 10.]

7 Pariter † ſi poſt ſumptionem ſacramẽti reliquias aliquas in altari reperit, poteſt, immo debet illas ſumere, licet acceperit purificationẽ, antequàm de ipſis aduerteretur. Quod intellige, modo paruula interuenerit morula; tum quia ratione paruitatis ſic ſeruari non poſſunt, ſed faciliter amitterentur: tum quia in ipſo caſu, ex quo eſt in actu purificationis, & recollectionis reliquiarum, quicquid fit dicitur fieri incontinenti; quaſi ſimul ſumeret omnia, per ea quæ not. in c. olim, el primo, de reſtitu. ſpol. Sylu. in uer. miſſa, 1. quæſt. 2. verſic. quintum, & in ver. Euchariſtia, 3. quęſt. 8. ſi tamen magnas hoſtias ſacerdos in linteolis inueniret, cõſilium eſſet illas in pixide in craſtinũ reſeruare, & ita procedit text. in cap. tribus, de conſecra. diſtin. 2. id eſt in magna quantitate, & ex interuallo, Sotus diſt. 12. quęſt. 1. artic. 8. in fi. Item licet ſacerdoti, ſi particulæ hoſtiæ adhæſit palato, ſumere hauſtum uini, quod poteſt deglutiri ante eandem particulam, & ita non ieiunus. Sylu. in ver. Euchariſtia, 2. q. 9. verſic. octauum, ſicut accidere poteſt in Paraſceue, quando particula hoſtiæ conſecratæ cum uino non conſecrato ſumitur, Sotus, qui ſupra.

8 Poſtremò † videndum eſt, poſt ſacramẽtum aſſumptum, debet ne aliqua mora interuenire inter ſumptionem ſacramenti, & reliquos deinde cibos. Reſpondetur, quòd quantum ad præcepti neceſſitatem attinet, poteſt à ſacriſtia ſacerdos ad prandium ire, & hoc ad tollẽdos ſcrupulos quorundam nolentium cibos ſumere, donec ſpecies ſint digeſtæ: ſufficit enim mora illa, quæ interuenit, ſcilicet poſt communionem oratio gratiarum actionis. Nec obſtat tex. in c. tribus. de conſecra. diſtin. 2. quia canon ille eſt abrogatus, Sotus diſtinc. 12. quęſt. 1. art. 8. colum. 5.

SVMMARIVM.

1 *Operis cuiuslibet boni, triplex diſtinctio, & virtus, & quæ vniuſcuiuſque ſit.*

2 *Sacrificii valorem triplici modo lucrantur ii, quibus debetur valor ſpecialis.*

3 *Boni aliquid faciens extra charitatem, gradum gratiæ, non de condigno, ſed de congruo, acquirit.*

4 *Sacrificii valorem offerentes, quomodo lucrentur per modum ſatisfactionis.*

5 *Valor impetrationis, qui.*

6 *Miſſæ valor, quomodo tum finitus, tum infinitus eſſe poſſit.*

7 *Miſſa triplicem habet rationem, ſacramenti, ſacrificii, & orationum.*

8 *Miſſa, ratione ſacramenti ſumentibus, ratione verò ſacrificii, omnibus offerentibus prodeſt.*

9 *Miſſa maioris ne valoris ſit celebrata à bono, quam à malo, & nu. 14. & 15.*

10 *Suffragia quo ad valorem operis operantis, duplici modo conſiderantur; & quibus.*

11 *Suffragia, quæ fiunt, dicunturve proprio nomine à ſtatu ipſius agentis virtutem capiunt.*

12 *Suffragia nomine Eccleſiæ totius operata per peccatorem effectum ſuum ſortiuntur non obſtante ſtatu operantis, & numero 15.*

13 *Suffragia per ſacerdotem operata, vt inſtrumentum, à ſtatu committentis vim accipiunt.*

16 *Sacerdos vnica miſſa, an pro pluribus ſatisfacere poſſit.*

17 *Sacerdos obligatus alicui dicere missam, si non ei applicat totam partem, quam tenetur, peccat.*

18 *Sacerdos obligatus distinctè sacrificare pro duobus, ambobus non satisfacit vna missa.*

19 *Eleemosynas accipientes pro dicendis missis, si eas integrè non dicunt, magno in periculo versantur.*

20 *Presbyter, qui quotidie celebrare tenetur aliqua in Ecclesia, peccat accepta eleemosyna pro missis, si pro omnibus celebrat.*

21 *Sacerdos celebrare pro multis potest, si vnica obligatione promisit.*

22 *Sacerdos obligationibus distinctis obligatus celebrare, quibus casibus possit.*

23 *Patrum S. Benedicti priuilegium circa missas celebrandas pro multis.*

An Sacerdotes vnica missa possit pro pluribus satisfacere. Cap. XLV.

PRo decisione huius quæstionis considerãdum est primo, secũdum Scotum, quodli. 20.
1 nempe cuiuslibet operis † boni, & meritorii triplicem esse ualorem, generalissimum, specialissimum, & specialem, qui est medius inter utrunque. Est enim ualor generalissimus totius Ecclesię, & omnibus Christi fidelibus conuenit, & adiicitur secundum propositionem illam, Sanctorum communionem, idest, participationem omniũ bonorum, de qua loquitur Propheta, Particeps ego sum omnium timentium te. Psal. 118. Specialissimus, qui applicatur ipsi orãti, & ieiunanti, aliudve opus simile facienti. Specialis autem, qui medius est, competit personis, pro quibus oratur, vel celebratur. Hanc distinctionem, vt utilem admodum ad percipiẽdum ualorem suffragiorum Ecclesiæ, sequuntur frequentissimo omniũ consensu Theologi post Scotum, præsertim Adrianus, quodlib. 8. art. 3. Gabriel in cano. missæ, lect. 25. Sotus in 4. sent. distin. 3. quęst. 1. artic. 1. & lib. 9. de iusti. & iure, quæst. 2. artic. 2. Couar. in cap. alma mater, parte prima, §. 5. num. 5. de senten. excommun. lib. 6. vers. cæterum.

2 Secundo, isti offerentes, † vel pro quibus offertur sacrificium, vel ieiunatur, aut oratur, quibus debetur valor specialis, lucrantur ualorem sacrificii triplici modo, videlicet per modum meriti, satisfactionis, & impetrationis. Per modum meriti, id est, quod ex parte operis operati, id est, ipsius sacrificii altaris lucror ego tot gradus meriti, pro quibus in alia vitá totidem gradus gloriæ mihi debentur. Exemplum, sum in gratia, facio bonum opus, consequor ualorem meritorium ad vitam æternam.
3 Si verò † extra charitatem sum, & mortali affectus culpa, aliquid boni facio, gradus gratię non acquiro de condigno, sed bene de congruo Deus facit, vt illud bonum opus sit dispositiuum ad gratiam, & ad alia plura utile, vt notatur per glo. in cap. quid ergo, de pœnit. distin. 3. & per Card. à Turrecre. in cap. nihil, de consecr. distin. 5. & in cap. primum consolatio, §. quamquam bonorum, artic. 2. de pœnit. distin. 3. & per Sylu. in uer. charitas, quęst. 8.

4 Per modum satisfactionis † lucrantur etiam offerentes ualorem sacrificii, verbi gratia, facio ego bona opera. Hæc sunt satisfactoria, quia per illa consequor remissionem pęnæ de peccatis commissis. Sed quia in satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quàm quantitas oblationis. Vnde & Dñs dicit, Luc. 21. de vidua, quæ obtulit duo æra, quod plus omnibus misit. ideo quamuis ualor huius sacrificii ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna, tamen sit satisfactoria oblatio huius sacrificii illis, pro quibus offertur, secundũ quantitatem suæ deuotionis, & non pro tota pœna, ita D. Thom. in 3. par. sum. q. 79. art. 5.

5 Vltimus † est valor impetratorius, quia vel de congruo per hanc oblationem

nem impetratur iis, pro quibus offertur aliquod bonum temporale, vel facilior illustratio mentis, vel vnum ex iis, de quibus per tex. & glo. in d. c. quid ergo, vel de condigno satisfactio de peccatis.

6 Tertio † præmitto, quòd valor missę duplici modo considerari potest, scilicet, vt est valor infinitus, & vt est valor finitus. Infinitus est, quando attenditur victima: finitus verò est, quando attenditur actio, siue modus offerendi sacrificium. vnde quamuis missa possit dici infiniti valoris, quatenus est victima, quę offertur Deo, quæ infiniti est valoris: tamen quia consideratur, vt actio quædam, siue modus offerendi, est finiti valoris, quia actio sacerdotis, & applicatio sacrificii est valoris finiti. Et non obstat, quòd prima oblatio facta in Cruce est infinita: hoc namque ideo est, quia ab ipsomet Christo fuit facta, nunc autem ab homine.

7 Quarto † præmitto, missam habere triplicem rationem, uidelicet sacramenti, sacrificii, & orationum, & precum. Primo habet rationem sacramenti, idest valet, vt sacramentum, in quantũ sumitur altaris hostia à sacerdote, & consecratur; uel sumitur à cõmunicantibus, uel cum conseruatur in custodia, uel cum defertur ad infirmos, uel in publicis supplicationibus, cap. sanè, de celebr. miss. capit. primo, de custo. Euchar. Secundo loco habet rationem sacrificii, dum offertur à sacerdote, & sacrificium consistit in oblatione; igitur effectum sacramenti habet missa in eo, qui sumit; effectum autem sacrificii in eo, qui offert, uel pro quibus offertur, ita Diuus Tho, tertia par. quæstio. 79. artic. 5. Habet etiam rationem, dum intelligibili voce profert sacerdos collectas Sanctorum, Epistolam, & Euangelium.

8 Missa † ergo ratione sacramenti prodest tantum sumentibus, ratione sacrificii prodest omnibus offerentibus. Quo verò ad orationes, & preces ualorem habet à deuotione, & affectu sacerdotis orantis, & eorum, quorum nomine oratur. Deciditur ergo ex iis quæstio,

9 Missam, † ut sacramentum est, ualorem, & proprium effectũ habere ex opere operato, & sic ex institutione Christi, eodem modo si fiat à malo sacerdote, quo si fieret à bono. tex. est in cap. intra, 1. quæst. 1. quia operatur suum effectum absque meritis operantis. Et tamen quo ad sacrificium, propter deuotionem, & affectionem offerẽtis, maioris ualoris esse missam optimi sacerdotis, quam mali. sic sane infertur missam, qua ex parte sacrificium est, maioris ualoris esse uno tempore, quam alio, quando uidelicet, est maior sanctitas, & charitas in Ecclesia, à cuius deuotione ualor ipse assumit, quod in specie notat Gabriel. de canon. miss. lect. 26. colum. 6. quem sequitur Couar. in dicto cap. alma, prima parte, §. 5. num. 6.

10 Vltimò † notandum est, quod suffragia quo ad ualorem operis operãtis sunt dupliciter consideranda. Primum enim ut dicũtur, & fiunt proprio nomine, alio modo, in quantum sunt alterius. Quod dupliciter contingit: uno modo, ut dicũtur, & fiunt nomine totius Ecclesię: alio modo, quando quis agit, ut instrumentũ alterius priuati committentis alteri orationes, aut sacrificia.

11 Etenim † quo ad primum, suffragia ualorem accipiunt, & effectum consequũtur à statu ipsiusmet, qui orat, ieiunat, aliudve suffragium, & opus exequitur. Nam si is sit extra charitatem, nullo modo dicta suffragia possunt sibi esse meritoria: nec alteri prosunt quo ad satisfactionem.

12 Quod † si secundo modo suffragia cõsiderentur, idest ut peccator suffragia faciens gerit personam totius Ecclesiæ. Sicut sacerdos cũ dicit in Ecclesia exequias mortuorum. & quia ille intelligitur facere cuius nomine, uel uice fit, ut patet per Dio. in 13. cap. cęlest. Hie. indè est, quod suffragia talis sacerdotis, quamuis sit peccator, defunctis prosunt.

13 Alio modo † considerantur dicta suffragia, quatenus agit sacerdos, ut instru-

mentum alterius priuati sacrificia delegantis. & tunc quia opus ministerii est magis principalis agentis: inde est, quod quamuis ille, qui agit ut instrumentum alterius, non sit in statu merendi; actio tamen eius potest esse meritoria ratione principalis agentis, sicut si seruus in peccato existens quodcunque opus misericordiæ facit ex præcepto domini sui charitatem habentis. Ita si quis in charitate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat charitatem habens, illa suffragia valent defuncto, & si illi per quos fiant, in peccato existant. Verum magis valerẽt, si in charitate essent, quia tunc ex duabus partibus illa opera meritoria essent, ita Diuus Tho. in quarto senten. distin. 45. quæst. 2. artic. 1. Ad tertiam quæstionem. Sequitur Couar.

14 qui supra, nume. 8. Ex quibus † verbis Diui Thomæ concluditur missam, quatenus consideratur, vt opus operatum, sicut sacrificium altaris, & sacramentũ. Et quia sacramenta ex seipsis efficaciam habent absque opere operantis, ideo nõ minus valere missam Sacerdotis mali, quam boni: quia utrobique idem conficitur Sacramentum, ita Diuus Thom. in tertia parte, quæst. 82. artic. 6. Secundo colligitur, quod si valor missæ consideratur ex parte operis operantis, idest, ipsius sacerdotis, vel eius, pro quo offertur: & tunc si sacerdos in oratione, quã dicit in missa, repræsentat personam suam, si est in peccato mortali, nullo modo sibi est meritoria, nec alteri, quatenus ex parte sacerdotis: quamuis si is, pro quo offertur, sit in gratia, mereatur ex parte sua.

15 At si valor † missæ consideretur ex parte opus operantis, idest ipsius sacerdotis, vt gerentis personam totius Ecclesię, & tunc quantum ad hoc non solum est fructuosa oratio sacerdotis peccatoris in missa, sed etiam omnes aliæ orationes, quas facit in ecclesiasticis officijs, in quibus gerit personam Ecclesiæ, licet aliæ eius orationes priuatæ sint infructuosę, secundum illud Prou. 28. Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, ita D. Tho. 3. par. quæstio. 82. art. 6. His sic prælibatis, respon. ad quæstionem.

16 An sacerdos unica † missa possit pro pluribus satisfacere? Et dico quòd cum valor suffragiorum Ecclesiæ quo ad satisfaciendum per applicationem finiti esse valoris diximus in princ. constat suffragium factum pro pluribus non tantum prodesse cuilibet ex illis, quantum si pro eo tantum fuisset exhibitum.

17 Hinc † dicimus, quod sacerdos, qui est obligatus pro aliquo dicere missam, si ei non applicat totam illam partem, quam tenetur applicare, sed alios adiungit, peccat mortaliter, & non satisfacit: Cuius ratio est, quia licet in Sacramento Eucharistię sit plenitudo omnis gratię, & meriti spiritualis, quinimo contineatur Christus, qui est gratia increata, & infinita; tamen quo ad fructũm conferendum tam in ratione satisfactionis, quàm boni gratuiti collationis cõstituit ipsum limitatè. Diuus Tho. ab omnibus receptus in dicta quęst. 79. artic. 5. Gab. de canon. miss. lect. 27. Sylu. in ver. Missa, 1. quęst. 9. vers. quantum ad primum. latè Sotus, de iust. & iure, lib. 9. quęst. 2. artic. 2. Couar. qui supra, Nauar. capitu. 22. nume. 92. & nume. 110. versi. 25. Hinc inferuntur aliqua corollaria. & primum.

18 Obligatus † celebrare pro duobus, obligationibus distinctis, non satisfacit, celebrando vnam missam pro duobus. Sotus, qui supra, habetur in Conc. Trident. sess. 25. cap. contingit, vbi pluribus obligationibus unica missa minimè satisfieri asserit.

19 Hinc † infertur, in maximo periculo versari eleemosynas accipientes pro missis celebrandis, si non integrè dicantur: nam fraus est iniungendo alios, cum bonum sic applicandum, quia determinatum est, & finitum, diuisum in partes, cuilibet parti minuitur. Exemplum de nummo argenteo, qui si pluribus distribuitur, minus vnicuique contingit, Syl.

in verbo, missa. Quare alios adiungendo fraudem, & dolum, & furtum committunt, atque tenentur ad restitutionem; Sed an possit satisfieri per collectas? de iure dicendum est, quod non, quamuis possint excusari propter consuetudinē, Sylu. in verbo, missa, primo, quęst. decima. tum etiam propter tacitum offerentium consensum, cum audire soleant tales missas, & non contradicant, argumento eorum, quę dicit Nauar. in c. 25. nume. 92. in fine.

20 Infertur † secundo, quòd presbyter amouibilis, qui quotidie celebrare tenetur in aliqua Ecclesia, pręter vnum diem in hebdomada, quòd si recipit eleemosynas pro decem, vel viginti missis, si celebrat pro omnibus in Ecclesia, peccat mortaliter, & iniquè agit: cum quotidie sit obligatus celebrare pro illo benefacto re, qui eleemosynas reliquit: quod si nescitur cui applicanda sit obligatio, in dubio recurrendum est ad fundationem, vel institutionem Ecclesię, vel beneficii: quòd si nescitur, recurrendum est ad mentem illorum, qui operas conduxerunt. Igitur talis sacerdos non poterit pro aliis celebrare, nisi tantum eo die, quo non tenetur ibi celebrare. Et non pro omnibus, sed tantum pro uno, quod

21 si † promisit unica obligatione celebrare pro multis, tunc poterit, Gabriel, qui supra, Sylu. in uerbo, missa, primo, quęstio. decima.

22 Excusari † tamen poterit sacerdos, qui obligationibus distinctis obligatus est celebrare, & primo ob impossibilitatem celebrandi pro quolibet specialiter: puta, si collegium saluo officio ad quod est institutum, non potest omnibus distincte satisfacere.

23 Hinc † patres nostri Benedictini priuilegium obtinuerunt à Romano Pontifice, Sixto IIII. quòd quibuscunque uerbis utantur legantes, vel testantes, seu alii imponentes, & acceptantes missas, intelligantur ij tales ad participationem tantum admissi, & non ad totum missę effectum. Verum ut conscientiæ saluentur, & fraus quoque in futurum caueatur, vtile esset ut in nouis missarum institutionibus expresse, & intelligibiliter temporalia conferentibus hæc declarentur, Gabr. qui supra. Excusari etiam potest à mortali in multis aliis casibus, per Sylu. in uerbo, missa, primo, quæst. 2. sacerdos ille, qui promisit sigillatim dicere missam pro quolibet, dicendo vnam pro omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos si vel ante, vel post consecrationē animaduertit hostiam corruptam, vel non triticeam, quid agere debeat.*

2 *Sacerdos imprudenter duas sacrās hostias, ambas sumere debet.*

3 *Vinum sine aqua consecrare, peccatum est, valet tamen consecratio.*

4 *Sanguis si cadat in terram, vel super aliquid aliud, quid celebrantem agere oporteat.*

5 *Sacerdos si post sumptionem hostia, in calice nihil, aut solam aquam deprehendit, quomodo sacrificio satisfaciat, ne à populo intelligatur.*

6 *Humor in calice remanens summa reuerentia tractandus, & pariter prima ablutio, qua vino fit, reuerenter sumenda.*

7 *Hostia particula in calice existens post sumptionem, decentius vino infuso sumitur.*

8 *Sacerdos, pluribus hostiis consecrandis acceptis, pra manibus vnam tenens, & consecrans, caterarum oblitus, omnes consecrat.*

9 *Sacerdos celebrans, qualem intentionem habere debeat circa hostias plures consecrandas.*

10 *Verbis consecratoriis addens, detrahens, vel immutans, vel omittens aliquid in missa, an peccet.*

11 *Sacerdos si non recordetur se dixisse, qua communiter in celebratione dicuntur: quidnam agat.*

De

De defectibus Missæ. Cap. XLVI.

1 PRima. Sacerdos, † qui ante cõsecrationem aduertit hostiam esse corruptam, aut non triticeam, remota illa aliam apponere debet, & canonem iterum incipiat & prosequatur missam. Si verò aduertit post consecrationem, ante tamen sumptionem, posita alia à consecratione incipiat, idest ab illis verbis, Qui pridie. Et illam priorem hostiã, idest corruptã, vel non triticeam sumat post sumptioné corporis, & sanguinis: aut tradat aliis sumendã. At si aliam hostiam corruptam, vel triticeam sumpserit, nihilominus debet aliam hostiam consecrare, & sumere: quia pręceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quàm quòd à ieiuno sumatur, D. Thom. 3. par. sum. q. 83. art. 6. ad 4. Sed si hoc contingeret post sumptionem sanguinis, apponi debet noua hostia cum vino, & aqua, & facta prius oblatione prosequatur sacerdos, ne sacrificium remaneat imperfectum, per tex. in cap. nihil, 7. q. 1. quia immane fit sacrificium, si non perficitur hoc sacramentum, D. Tho. ibid. & Missale Rom.

2 Secunda. Si inaduertenter † putans sacerdos se consecrare vnam hostiam, si postea reperiuntur duæ, debet vtranque sumere: quia vtraque est consecrata, cum intentio sacerdotis debeat adaptari ad materiam præsentem.

3 Tertia. Solum † vinum sine aqua cõsecrare peccatum est mortale, licet valeat consecratio, cap. 1. cum glos. de consecra. distin. 2. ideo sacerdos debet prospicere, quando Diaconus ponit vinum, & ipse apponere debet aquam, quę sufficit, ut sit vna gutta, vel duæ. Gabr. de cano. miss. lect. 35.

4 Quarta. Si sanguis † cadit in terram super tapetum, vel scabellum, tunc tabula lambatur lingua, & tabula radatur; si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus corradetur, & consumetur, & cinis intra altare condatur. Si super altare stillauerit sanguis, sorbeat minister stillã. Si super linteum, linteamina, quę tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice supposito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur, cap. si quis per negligentiam, de consecr. dist. 2. D. Tho. 3. par. q. 83. art. 6.

5 Quinta. Volens post † sumptionem Hostiæ sumere sanguinem, si aduertit, nihil, vel solam aquam ibi esse, debet secundum Scotum, dist. 18. accedere ad cornu altaris, quasi ablutionem accepturus, & sumpto vino, & aqua, quæ remansit in calice, redire ad medium altaris, & ibi cõsecrare, incipiens, ab illis verbis, Simili modo, & prosequens vsque, Vnde & memores, & cęt. aliis prætermissis, ne populus propter moram errorem intelligat: & sic sanguinem Domini cum reuerentia accipere, & mox purificatione accepta reliqua prosequi, Nauar. cap. 21. num. 91.

6 Sexta. Debet † sacerdos humorem in calice remanentem post sumptioné sanguinis cum magna reuerentia tractare, quousque exsiccetur: quia ibi est sanguis Domini nostri Iesu Christi, & ideo prima ablutio facienda est vino, & est sumenda summa cum reuerentia, c. ex parte, de celebr. miss.

7 Septima. Sacerdos, † qui sumpto sanguine vidit aliquid hostiæ in calice remanere, licet possit eam digito orę calicis admouere, & ante infusionem vini sumere; decentius tamen videtur vinum infundere, & simul cum particula hostię sumere, Nauar. qui supra:

8 Octaua. Qui † multas hostias consecrandas accipit, sed in consecratione memor tantum illius hostiæ, quam in manibus tenet, profert verba consecrationis, omnes consecrare dicitur: quia & si non habeat intentionem actualem alias consecrandi, habet tamen virtualem manantem ex actuali, quam habuit, quando accepit consecrandas. Abbas comm. receptus, in cap. si sacerdos, de offic. ordin.

Syluest.

Syluestr. in ver. Eucharistia. 2. quæst. 6. in fine.

9 Hinc † Gabr. de cano. missæ, lect. 88. inquit, quod sacerdos, quando celebrat, debet habere intentionem consecrandi omnes hostias, quas in conspectu ante se positas habet ad consecrandum, nulla habita ratione numeri, vel dum plures particulæ sunt consecrandæ, debet ponere maiorem particulam cum minoribus, ut dum consecrare voluerit, simul offerantur oculis hæ, & illæ, quod etiam per signa conuenit hæc fieri, ut sic omnes simul signentur.

10 Nona. Sacerdos, † qui diminueret, vel adderet aliquid de forma consecrationis, etiam minimum, peccaret mortaliter. Et si per ipsam uerborum immutationem verba idem non significarent, non conficeret sacramentum. Si tamen omitteret aliquid notabile ipsius Missæ studiosè, ut Euangelium, uel Epistolam, peccatum esset mortale, nisi esset aliquod minimum, Sylu. in uer. missa. 1. q. 2. versic. 3.

11 Decima. Sacerdos † si celebrãdo non recordatur se dixisse ea, quæ in celebratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari: si tamen certò scit, vel probabiliter constat se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramẽti, id est, formam consecrationis, resumat illam, & cætera etiam per ordinem: sed si non sunt de necessitate sacramenti, nõ resumat, sed procedat vlterius, D. Tho. in 3. par. sum. q. 83. ar. 6. ad 5. & Missale Romanum.

SVMMARIVM.

1 *Missa in fine cur modò, Ite missa est, modò Benedicamus, & modò Requiescant, dicatur.*

2 *Dies tertius, septimus, trigesimus, & anniuersarius in missa pro defunctis, quid significent.*

3 *Missa institutor fuit Christus, & qui celebrationem addiderint.*

4 *Confessio, altaris osculatio, & thurificatio, quare præmittantur, & quid significent.*

5 *Egressio sacerdotis de sacrario pergens ad altare, quid sibi velit: qui indutus in altari consecrato debet consecrare.*

6 *Altare quale esse debeat, vnde dicatur, & quis eius institutor, & quibus rebus ornari debeat.*

7 *Tabulam consecratam saltem in altari non consecrato esse oportet. Calix, & hostia qualis.*

8 *Sacerdotum dignitas, & altaris tres gradus, quid significent.*

9 *Missæ partes principales tres, & quæ.*

10 *Introitus, quare in dextera parte altaris dicatur, & cur osculetur altare post signum crucis.*

11 *Ministrantes post tergum sacerdotis, Kirieeleison, & Gloria in Excelsis, quid denotent.*

12 *Collecta quid, & vnde dicatur.*

13 *Pontifex quare dicitur, Pax vobis, cur quinquies ad populum se vertat, & septies salutet.*

14 *Epistola quid importet, & cur sedendum sit.*

15 *Subdiaconus cur vertit faciem ad altare.*

16 *Graduale, & responsorium, cur dicitur post Epistolam.*

17 *Alleluia, & tractus quid sibi velint.*

18 *Diaconi officium, quod sit, & quibus moribus eum esse oporteat. & nu. seq.*

Corporale, calix, patena, & altare, quid significent.

20 *Euangelium, quid sit, cur versus Aquilonem legatur in parte sinistra.*

Signum in fronte, ore, & pectore, quare fiat.

21 *Euangelii lectio, quid demonstret, & cur stare oporteat, & cur sequatur Credo.*

22 *Offertorium quid, & quare dicatur.*

Panis, vinum, & aqua, quid habeant significati.

23 *Aqua infusio in calicem triplici ratione fit.*

24 *Altare cur thurificetur, & thuribulum in modum crucis circunducatur.*

25 *Altare bis incensatur, quia bis vnctus fuit Christus.*

Altare

De expositione Missæ breui. Cap. XLVII. §. 1.

1 Missa † alia dicitur pro defunctis, alia pro viuis, alia pro Sãctis. Missa pro Sanctis terminabitur per, Ite missa est: quia ad æternam illam gloriam inuitamur, in qua Sancti requiescunt. Ideo dicitur, Ite missa est. i. Hostia à patre nobis missa est, ideo festinate ingredi in illam æternã patriam. Finis verò missæ pro viuis est, Benedicamus Domino, quia Ecclesia sãcta nos hortatur, qui sumus in hac peregrinatione, ut iugiter Deum benedicamus, iuxta illud Psal. 113. Nos, qui viuimus, benedicimus Domino. At in fine missę pro defunctis, eis optamus requiẽ: hinc terminatur per Requiescãt in pace.

2 [Sed quæritur, † quare alii pro defunctis faciunt tertium, quidam septimum, alii trigesimum, alii quadragesimum, vel centesimum, vel anniuersarium diem. Resp. quòd hi, qui seruãt tertium diem, habent respectum ad Trinitatem, vel ad Christi Resurrectionem, qui tertia die resurrexit, de sum. Trinit. cap. 1. resurrectionem cum Christo mortuis peroptantes. Qui verò septimum faciunt, optant eis quietem septimę ætatis, quæ cũ octaua currit, vel stolam animæ, & corporis: septenarius enim constat ex ternario, & quaternario numero. Ternarius pertinet ad animam, quæ est irascibilis, concupiscibilis, & rationabilis, vel propter suas tres dotes. Quaternarius verò ad corpus, quod constat ex quatuor elementis, uel propter suas dotes quatuor, quas habebit, ad quod accedit de celebrat. miss. in quadam. Alii faciunt trigesimum, qui constat, ex duobus quindenariis: quindenarius autem ex septenario, & octonario. per septenarium intelliguntur patres veteris testamenti, qui septimum diem, septimam hebdomadã, septimum mensem, septimum annum celebrabant. Per octonarium verò intelliguntur patres noui testamẽti, qui octauum diem Dominicæ Resurrectionis, idest diem Dominicum, & octauas Sanctorum seruant, & celebrant. Per primum autem quindenarium intelligitur pręsens vita patrũ vtriusque testamenti, per secundum futura vita. Qui ergo seruant trigesimum, optant mortuis, ut sicut in hac vita fuerũt in fide cũ patribus vtriusque testamenti, ita sint cum eis gloriosi ęternaliter in futura. Qui autem quadragesimum seruant, repręsentãt Dominicam sepulturam, optantes mortuos vitam habere cum Christo, qui quadraginta horas iacuit in sepulchro, computata hora nona, in qua emisit spiritum; & ultima hora noctis, in qua resurrexit. Centesimum verò facientes optant mortuis

tuis æternam beatitudinem, quæ per centenarium, vltra quem non eſt numerus, deſignatur. Hi verò, qui anniuerſarium faciunt, optant mortuis vitam æternam, quæ eſt ſine fine, & quaſi annus in ſe reuoluitur: vel quia ibi eſt identitas, & nulla varietas inuenitur. De hoc tertio, ſeptimo, trigeſimo, quadrageſimo, & anniuerſario loquitur tex. in cap. nullus, diſtin. 44. & in cap. nullus, de conſecra. diſtin. 5. & cap. quia alii, 13. q. 2. vbi Ambroſius ponit exordium horum dierum, vnde ſumpſerit.]

Miſſam quis inſtituit. §. 2.

3 MIſſam † inſtituit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quando panem, & vinum in corpus, & ſanguinem ſuum tranſubſtantiauit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem, &c. & tunc ſacerdotes inſtituit. Iacobus tamen frater Domini, & Baſilius Cæſarienſis addiderunt miſſæ celebrationem, cap. Iacobus, de conſecr. diſt. 1.

Quæ præcedunt Miſſam. §. 3.

4 COnfeſſio, † altaris oſculatio, & thurificatio miſſam præcedunt, quibus tria ſignificantur, per quæ fideles redduntur digni ad celebrandum. Primum eſt purgatio peccatorum, ſecundum membrorum cum capite vnio, tertium celebrantis, & aſſiſtentium deuota oratio. Quo ad primum, ſacerdos ſacris veſtibus ornatus ſtatim coram aſtantibus peccata vniuersè confitetur, percutiendo pectus exemplo Publicani. Secundò oſculatur altare, ſignificans, quòd Chriſtus, qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ſacram ſibi Eccleſiam copulauit, unde habetur in Cant. Oſculetur me oſculo oris ſui. Oſculo ſiquidem os ori coniungitur. Et in Chriſto non ſolum eſt humanitas unita diuinitati, verum etiam ſponſa Eccleſia ſponſo Chriſto eſt copulata, ſecundum illud, Eſa. 61. Induit me ueſtimento ſalutis, & indumēto iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Tertiò ſequitur thurificatio, qua ſignificatur deuotio, & oratio celebrantis, & aſſiſtentium directa ad Deum, iuxta illud, Pſal. 140. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in cōſpectu tuo Domine. Ita Gabr. de cano. miſſ. lect. 15.

5 Egreſſio † Sacerdotis de ſacrario ad altare. §. 4.

DEſignat Chriſtum, qui aſſumpta carne in mūdum intrauit, Ceroferarij, qui dicuntur à deportandis cereis, ad legendum Euangelium, aut ad ſacrificium offerendum, iuxta tex. in cap. cleros, legem, & prophetas deſignant; Diaconus, & Subdiaconus Apoſtolos, & ſeptuagintaduos diſcipulos.

Vbi Miſſa celebranda. §. 5.

SAcerdos ueſtibus ſacerdotalibus indutus, de quibus ſupra diximus, debet conſecrare in altari conſecrato lapideo, integro, non enormiter fracto, cap. altaria. cap. placuit, de conſecr. diſt. 1. c. quod in dubiis, de conſecr. eccle.

Altare, quare dicitur, & quis inuentor. §. 6.

6 ALtare † dicitur, quaſi alta ara, ratione ſitus, quia eleuatum eſt ſupra terram, & Noe primum altaris ritum exhibuiſſe creditur, Gen. 8. Debet autem altare eſſe ornatum duabus pallis, [ad repræſentandum vtrunque teſtamentum, ſcilicet vetus, & nouum: quia ſicut vna mappa tecta eſt ſub alia in altari, ſic antiqua lex ſub noua tegitur. Item duæ mappę uidentur ſufficere propter duo linteamina reperta in ſepulcro Chriſti, unum ad caput, & aliud ad pedes. Vnde uerſus. Altaris binas tradit Petrus fore pallas.

Quę

Quæ pallæ vna cum corporali debét esse consecratę.] De syndone munda de lino puro, terreno procreato, atque contexto, cap. consulto, de consecra. distinct. 1. De lino puro, propter corpus Domini omnino purum ab omni macula, terreno, ob corpus Saluatoris passibile, & mortale de corpore terreno Virginis assumptum. Additur de lino procreato, atque contexto, idest panno lineo multiplici tunsione ad candorem perducto, quo notatur Christus, qui multiplici cru
7 ciatu peruenit ad gloriam. Si † verò altare non sit consecratum, saltem sit tabula consecrata, quæ sit lapidea, licet capsula vbi compaginatur tabula, non refert utrum sit lapidea, vel lignea. At capsula debet esse tam lata, & longa secundum Pet. de Palude, quòd in ea possit capi pes calicis & hostia rotunda. [Qui quidem calix debet esse consecratus; quæ consecratio fit in superficie. Hinc fit, quòd si calix argenteus consecratus deauretur, indiget consecratione: Secus creditur, si deauratio caderet propter vsum. Nec est simile in calice deaurato, sicut in pariete Ecclesiæ, qui decrustatus indiget reconsecratione, gl. in cap. Ecclesiis, de consec. dist. 1. Sed in perditione auri, quod ita subtiliter ponitur, nō deletur sic ista consecratio in superficie ipsius, quin remaneat in argento. & ita seruat cōsuetudo. Similiter si amittat formam suam, consecratur, argum. cap. 1. de cōnsecr. Eccl. uel alta. quia destructa forma, iam non est calix. Hostia etiam debet habere has qualitates. Et primò debet esse pura, non mixta aliquo liquore, ad designandum corpus Christi natum de Virgine immaculata, & pura. Secundò debet esse triticea, quæ indicat Christum, qui comparatus est grano frumenti. Tertiò debet esse tenuis, ad designādam magnam Christi abstinentiam: Qui cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Matth. 4. Quartò debet esse rotunda. Nam, ut rotunditas caret principio, & fine, sic etiam in Deitate non potest dari principium, neque finis. Quintò est, ut sit alba, & non nigra, ad significandum corpus Christi mundissimum. Sextò, ut non sit tumida, & inflata, ad denotandum Christi humilitatem; quia ad Philip. cap. 2. dicitur de eo: Humiliauit semetipsum. Item debet esse árcta, & stricta: tum ad significandum Christi paupertatem; vnde de seipso inquit, Vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet: Tum, quia, qui dignè vult percipere corpus Domini, debet ambulare per viam arctam, & non latam, quæ ducit ad perditionem.] Rursum altare debet tempore celebrationis esse præfulgidum lumine. cap. fin. de celebrat. mis. Et rationabiliter, quia tractatur de illo qui ignem venit mittere in terram, & quia ipse est lux mundi. [Repręsentat etiam sanctissimam Trinitatem. Nam in candela sunt tria, cera, lichnus, & ignis. quæ tria in candela accensa denotant tres personas ipsius Trinitatis: Persōnam Patris per ceram: Personam Filii per lichnum, seu filū, circa quod inuoluitur cera. Sic Christus fuit inuolutus, & inclusus in vétre virginali: Et persōnā Spiritus sancti per ipsam flammam, seu ignem, qui dicitur Fons viuus, Ignis, Charitas. Candela autem, quæ fertur in solemnitate Purificationis Mariæ, aliud significat: nam indicat tria, quæ in Christo fuerunt: Scilicet carnem Christi, quæ nata est de Virgine sine corruptione, sicut apes ceram conficiunt sine alterutrorum commixtione. Ignis autem, siue lumen significat Diuinitatem: quia Deus noster, ignis consumens est. Lichnus vero in cera latens, significat animam Christi candidissimam in carne latentem.]

Sacerdos, cur dicitur: & quid significent tres gradus in altari, §. 7.

8 Dicitur † sacerdos, vel sacra dans, vel faciens, idest consecrans, vel exhibés sacramenta. 21. dist. cap. cleros. vel sacer dux,

dux, id est alios per optima vitæ exempla ducens. [Et in diuinis eloquiis sacerdotes aliquando Dii, aliquando Angeli vocantur, cap. sacerdotibus. 11. q. 1. Nam per Moysem de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur: Applica illum ad Deos, id est ad sacerdotes. Et rursum scriptum est: Diis non detrahes, scilicet sacerdotibus. Et Propheta ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Vocantur etiam lumen mundi, cap. Sacerdotes, dist. 93. omnium patres, & magistri. c. quis dubitet, dist. 96. eorũ ministerio, & non aliorum corpus Christi consecratur. 95. dist. ecce ego, ext. de sum. Tri. & fide cath. c. 1. §. firmiter. vbi solus Sacerdos, qui ritè fuit ordinatus secundũ claues Ecclesiæ, sacramentum conficere potest. Hinc sacerdotalis ordo dignitati regali præeminet, cap. duo sunt, dist. 96. quod in illo veteris testamenti populo antiquo declaratur manifestè, vbi primum à Deo Sacerdotium institutum est, postea verò per sacerdotium regalis potestas, iubente Domino ordinata est. Potuisset enim Deus si voluisset per seipsum vocare Saulem, & illi dare potestatem regalem, sed voluit hoc fieri per Samuelem: Insinuans potestatem terrenam dependere ab Ecclesiastica, & sibi debere esse subiectam, ut inquit glo. in extr. com. 1. de maio. & obed. ver. quod etiam. Hinc hanc dignitatem Constantinus Imperator considerans, cum cõtra Episcopos libelli accusationis fuissent oblati, illos conuocans, libellos, quos acceperat, incendit, dicens; Vos Dii estis, à vero Deo constituti: Ite, & inter vos causam vestram discutite; quia dignum non est, vt iudicemus Deos. Et tandem Christus ipse Dominus eis reuerentiam exhibuit, dum eos ad leprosos remisit. 1. q. 1. nonne. Cũ ergo eis tãta reuerentia debeatur, hinc collige argumentum contra Episcopos, qui osculãtur manus Regũ. Sed si Episcopus comes sit osculari debet: cum alij magnates faciant hoc ex consuetudine. 10. distin. certum. & c. suscipitis. Domi. in c. duo, dis. 97.] Debet ergo sacerdos tribus gradibus ascẽdere ad altare, quod debet esse in eminentiori loco. Primus gradus munditia est castitatis; secundus fortitudo, tertius rectitudo intentionis. his ergo gradibus studeat sacerdos se præparare.

De introitu Missæ. §. 8.

INtroitus, missæ principium dicitur.
9 Missa † habet tres partes principales. Principium orationis, quod est vsque ad epistolam: Medium, celebrationem ipsam, quæ permanet vsque ad post communionem: Finem, gratiarum actiones vsque in finem. Prima pars continet populi præparationem, quæ versatur circa laudem diuinã, quæ fit in introitu, secundum illud Psal. 49: Sacrificiũ laudis, &c. & sũmitur, vt pluries cum psalmis, vel cum psalmus cãtatur, quia vt Dionysius dicit in cap. 3. de eccle. hier. psalmi comprehendũt per modum laudis, quicquid in sacra Scriptura continetur. Versus significat opera, vnde ideo dicitur versus, quia quod canitur, debet poni in opus. Sequitur gloria: quia post opus dãda est gloria sanctissimæ Trinitati, D. Thom. 3. par. sum. q. 83. art. 4.

Cornu dexterum altaris, quid significet. §. 9.

10 DVm canitur † introitus, sacerdos dicit in dextera parte altaris, quia Christus prius venit ad Iudæos, qui significatur per dexterum cornu altaris, propter verum cultum Dei.

Quare Sacerdos osculatur altare facto signo crucis. §. 10.

AD insinuãdum, quòd per osculum, quod est signum pacis, ostendatur, quod per crucem Deo reconciliati sumus.

Quid

11 Quid significent † ministrantes post tergum sacerdotis. §. 11.

DIscipuli Domini fugam figurantes, uel dantes cæteris exemplum retrocedendi, ne cuiusquam uoce, uel aspectu sacerdotis intentio distrahatur, c. sacerdotum, de consecr. dis. 2.

Kyrie eleison, significatio §. 12.

SIgnificant secundam populi præparationem per humilitatem: nam idem sonat, quòd Miserere, uel significant præsentis miseriæ commemorationem, dum misericordia petitur, & dicitur nouies propter nouem ordines Angelorum, D. Tho. 3. par. q. 83. art. 4. & quod iteratis uicibus dicatur, Concil. Vasense, can. 3. celebr. anno 450. iussit. & Hugo, lib. 2. de offi. eccl. ait, Sylu. circa annum Domini 320. primum idiomate Græco suscepisse.

Gloria in excelsis Deo, quid significet. §. 13.

PReparatur tertiò populus per rectam intentionem, quæ ad cœlestem patriam dirigenda est, & hoc fit per Gloria, &c. quod cāticum chorus prosequitur sacerdote inchoante. [Hunc Angelicum hymnum Thelesphorus Papa, qui sedit sub annum Domini 140. cani iussit in nocte Natiuitatis. Symmachus postea adiecit, ut in omnibus diebus Dominicis, & in festis Martyrum præcipuis caneretur, quod perpetuo usu receptū est. Qui à sacerdote est inchoandus ante medium altaris, quia dum medium silentiū tenerent omnia, natus est in medio, id est, pro hominibus Christus Iesus. Repræsentans etiam quod Angelus Christi natiuitatem pastoribus annuntians stetit in medio eorum. Item ad notandū, quod Christus dicitur Mediator inter nos, & Deum, distin. 10. quoniam. Sed Chorus hymnum prosequitur, dicens: Et in terra, &c. quia in hoc gerit personam multitudinis, de qua dicitur in Euangelio: Subito facta est cum Angelo multitudo dicentiū, Et in terra pax hominibus, &c. de consecr. dis. 1. cap. Nocte.]

Quare Gloria, tantum dicitur in solemnitatibus. §. 14.

QVia solemnitatem cœlestem repræsentant solemnitates præsentis uitæ, D. Th. qui supra, uel Gloria repræsentat cœlestem gloriam, ad quam tendimus post præsentem miseriam, omittitur in officiis luctuosis, quæ ad commemorationem miseriæ pertinent.

Oratio, siue collecta, quid. §. 15.

12 SEquitur † oratio à sacerdote pro populo fusa ad Deum, ut digni habeantur populi tantis misteriis. Collecta dicitur, quia sacerdos quasi colligens intentionem populi ad Deum porrigit. Terminatur per Dominum, [& cætera, ad significandum id, quod ipse Christus in Euangelio dixit, Si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. Orat enim sacerdos ad Deum patrem, ut per filium suum, qui Dominus noster est æqualiter sicut pater, oratio perficiatur. Hinc enim est, quod oratio generaliter ad patrem dirigitur, & terminatur nomine filii. Non enim per aliam uiam ad nos æterna Dei beneficia possunt decurrere, quàm per eum, qui est mediator Dei, & hominū homo Christus Iesus, 10. distinct. quoniam. Et sumptum est hoc ex epistola ad Romanos, ubi dicitur, Gloriemur in Deo per Dominum nostrū Iesum Christum. Nemo enim uadit ad patrem, nisi per me. Collectas uerò in numero impari dicendas esse ait Innocentius, quæ regulariter nō debent excedere numerum septenarium, ut dicit Rationale Diuinorum. Terminarique solent uel per Dominum, uel per eundem, uel qui tecum, & cæt. Nam quandoque dirigitur sermo ad

ad patrem, non habita mentione de filio, neque de Spiritu Sancto. & tunc terminatur per Dominum nostrũ, &c. Quandoque oratio dirigitur ad patrem habita mentione de filio ante finẽ ipsius orationis, & tunc dicitur in fine, Per eundem Dominum nostrum: vt in illa oratione; Deus, qui de Beatæ Mariæ. At si mentio fiat de filio in fine, vt in illa, Deus, qui salutis æternę. Et tunc subiicitur immediatè, Qui tecũ, siue, Per eundem. Si vero in oratione, quæ dirigitur ad patrem, fit mẽtio de Spiritu Sancto: & tunc dicitur, In vnitate eiusdem Spiritus Sancti: Vt in illa; Deus, qui corda fidelium, &c. ita Raymundus in sua summu. tract. 3. de collectarum numero.]

Dominus vobiscum, vel Pax vobis. §. 16.

13 DOminus † vobiscum sumitur de Ruth, cap. 2. [vbi Booz humanissimus, & piissimus vir, seruos conductitios comiter hac formula salutabat, dicens eis, Dominus vobiscum. Responderunt autem, Benedicat tibi Dominus Angelus Gedeonem frumenta excutientem his verbis salutat, Dominus tecum virorum fortissime. Raphael seniorem Tobiam hoc sermone conuenit, Gaudium sit tibi semper. & Gabriel Beatissimam Deiparam salutat, Aue gratia plena Dominus tecum.] vel Pontifex dicit, Pax vobis, gerens typum Christi, qui sic allocutus est discipulos post resurrectionem, & uertit se ad populum quinquies, propter quinque apparitiones Christi in die resurrectionis. Sed septies salutat, quinquies se vertendo ad populum, & bis versus altare, propter septiformem gratiam Spiritus Sancti, quam populo optat, Archiep. Flor.

Epistola, & quare sedendũ. §. 17.

14 PEr † epistolam fit instructio populo Christiano, quæ quidẽ fit in Ecclesia per subdiaconum. Est sedendum: quia doctrina Christiana in silentio, & quiete audienda est. Præmittitur ante Euangelium, vt cunctis aperiãtur Prophetarum vaticinia, & Diui Ioannis Baptistæ præconium doctrinam Euangelicam prænuntiasse.

Vertit subdiaconus faciem ad altare. §. 18.

15 QVia † omnis lex, & Prophetia ordinabatur ad Christum, qui significatur per altare. Dicitur subdiaconus, quia subiacet præceptis leuitarum: atque sine eius partes, habetur in cap. cleros, distin. 21. c. perlectis. distin. 25.

Graduale, & Responsorium quid. §. 19.

16 POst † lectam epistolam cãtatur à choro Graduale, quod significat profectũ virtutum; quia debemus ascendere de virtute in uirtutem; deinde dicitur Responsorium: quia debemus respondere iis, quæ audiuimus in epistola.

Alleluia, quare dicitur bis. §. 20.

ALleluia Latinis sonat, laudate Domi-
17 num, & † significat spiritualem exultationem, & dicitur bis, propter gaudiũ exultationis capitis, & membrorum, & propter stolam animæ, & corporis.

Tractus quid. §. 21.

TRactus dicitur in officiis luctuosis, & diebus ferialibus, qui significat spiritualem gemitum, & miseriam præsentis incolatus.

Officium Diaconi. §. 22.

18 DVm canitur † Graduale, Diaconus accipit per manum subdiaconi calicem præparatum; & dum canitur Graduale,

duale, & Alleluia per chorum, ipse com ponit, ideſt extendit menſam Domini, & prius explicat corporale. Per corporale, in quo ponitur corpus Chriſti, intelliguntur linteamina, quibus inuolutũ fuit corpus Chriſti. Per Calicem, ſepulcrũ; nam ſicut in eo cõtinetur corpus, & ſanguis Chriſti, ita in ſepulcro corpus Chriſti realiter continebatur. Per patenam, lapis: nam ſicut illa ad tegendum Calicẽ, ſic lapis ad claudendum oſtium monumenti. Per altare, crux Chriſti: nam ſicut in altari conſecratur ſacramentaliter corpus, & ſanguis Chriſti, ſic in cruce realiter immolabatur. Et hoc poteſt meditari Diaconus, dum menſam tendit. Conſideret quoque ſe eſſe miniſtrum Chriſti. Et quemadmodum magni Regis miniſter debet eſſe formoſus in ſpecie, intelligens in diſcretione, fidelis in opere: ſic perſpiciat, ſi ipſe ſit formoſus per munditiæ puritatem, morum honeſtatem, & veſtium, ideſt virtutum varietatem. ſi ſit diſcretus, intelligẽs Domini voluntatem, & ſeruitii congruitatem; ſi ſit fidelis, ſeruans gloriam de bonis operibus ſoli Deo. Videat, ſi ſit leuita, ideſt aſſumptus de terrenis ad cœleſtia, ut poſſit dicere cum Apoſtolo, Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.

De Diacono, qui canit Euangelium. §.23.

19 Circa finem Alleluia, † Diaconus genua flectens ante altare dicit, Munda cor meum, &c. qua oratione completa aſſumens librum in manibus genibus flexis à ſacerdote benedictionem petit dicens: Iube Domne benedicere, & dicit verbo diminutiuo, & non Domine: quia quęritur benedictio ab homine, cuius opera imperfecta ſunt. Tunc dicto à ſacerdote, Dominus ſit in corde tuo, &c. ipſe Diaconus accenſis luminaribus à Ceroferariis, in ſignum lętitiæ, vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum;
20 cap. cleros, diſt. 21. legit † Euangelium verſus Aquilonem, & in ſiniſtra; quia doctrina euangelica ordinatur ad expellendum diabolum, & in ſiniſtra; quia per Euangelium tranſiuit ad gentes per ſiniſtram ſignificatas. Et ſignat ſe in fronte, ore, & pectore, quia corde, & ore debet profiteri fidem Chriſti, & nullo timore, aut verecundia, quarum affectionum ſigna maximè in fronte ſolent apparere, à libera Chriſti confeſſione debet deterreri.

21 Quid ſignificat † lectio Euangelij. §. 24.

Perfectam populi inſtructionem per doctrinam Chriſti in Euangelio contentam. Debet autem audiri ſtando, ut promptitudo notetur ad ſeruandam fidẽ Chriſti: capite nudato, ad inſinuandam magnam reuerentiam, cap. apoſtolica, de conſecr. diſt. 1. [cum ſint verba Chriſti. Hinc etiam fit, quòd Magnificat, Nunc dimittis, & Benedictus, debeant cantari ſtando, quia ſunt deprompta ex Euangelio, Luc. 1. cap. 2.]

Credo, quare dicitur poſt Euangelium. §.25.

ET quia Chriſto credimus, tanquàm diuinę veritati, ſecundum illud Io. 8. ſi veritatem dico, &c. lecto Euangelio Symbolum fidei cantatur, in quo populus oſtendit ſe per fidem Chriſti doctrinæ adhærere. Et cantatur in feſtis beatæ Virginis, & Apoſtolorum, qui hanc fidem fundauerunt. [Non autem in feſtis Martyrum, Confeſſorum, & Virginum, niſi Sancti illi eſſent Eccleſiæ patroni, vel feſta contingerent in die Dominica.]

Offer-

Offertorium. §. 26.

22 POst Symbolum † sequitur Offertorium, de quo fit mentio in c. omnis Christianus. de consecrat. distin. 1. quod ideo dicitur, quia cum mentis iubilo debet cantari, & ea quæ offeruntur, cum cordis lætitia debent offerri: quia iuxta Apostolum, Hilarem datorem diligit Deus.

De pane, aqua, & vino, quæ sunt in hoc sacramento. §. 27.

AQua significat fidem, quæ latet, & nutritur in aquis; vinum, quod lętificat, & accendit spem; panis, qui confirmat, & reficit charitatem; quæ tria sunt necessaria ad salutem sumenti. Vel aliter. In pane, qui corroborat, intelligitur pater qui est fortitudo omnium nostrum. In vino, quod lætificat, filius, qui est gaudium nostrum. In aqua, quæ mundat, spiritus Sanctus. Vel in pane, fortitudo charitatis; in aqua, munditia castitatis; in vino, quod accendit, rectitudo intentionis. hæc sunt necessaria ad altare, vt sine iis cum salute nemo accedere possit, D. Thom. in Opusc. 66. c. 2. de offic. sacerd.

Quid est, quòd mittitur aqua in calice. §. 28.

23 DEinde † mittit aquã in calice, quod fit triplici ratione, tũ quia Christum ita fecisse creditur, tum quia è latere eius aqua simul cum sanguine exiuit, quod sacramentum hac mixtione recolitur; & cum aquæ in Apocal. Ioannis cap. 6. populi intelligantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo vnio repræsentatur. cap. cum Marthæ, §. quæsiuisti, de celebrat. Miss. Concil. Trident. sessio. 22. capit. 7.

Deinde oblato calice incensat. §. 29.

24 THurificat † sacerdos altare, & in modum crucis thuribulum circumducit, quatenus thuris incenso, & crucis signaculo diabolicæ fraudis conatus execretur, ne contra sacerdotem, vel sacrificium aliquo modo præualeat, Gabr. de can. miss. lect. 17. vel ob reuerentiam tanti Sacramenti incensatur, ut per bonum odorem repellatur, si quid corporaliter praui odoris in loco fuerit, quod possit prouocare horrorem, D. Thom. tertia parte sum. quæstio. 83. artic. quinto, ad secundam.

Quare bis incensatur altare. §. 30.

25 ALtare † bis incensatur; quia Christus à Maria Magdalena bis vnctus legitur. Primo pedes vnxit, Luc. 22. Secundo caput, dum fracto alabastro vnguentũ effudit super caput eius, Mar. 14. & repleta est tota domus odore vnguenti; propter quod sacerdos vndique totũ altare incensat; designans, quòd factum hoc vndique respersit Ecclesiam. Ex qua quidem vnguenti perditione Iudas occasionem accepit Dominicę proditionis, qua Dominus Iudæis crucifigendum tradidit, cuius memoria in hoc sacrificio celebratur. Gabr. lect. 27.

Quare incensato altari cæteri incensantur. §. 31.

26 ALtare † significat Christum, incensum repręsentat effectũ gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit, ecce odor, &c. & à Christo deriuatur ad fideles officio ministrorum, 2. Cor. 2. ita odorem notitię suæ spargit per nos in omni loco, & ideo vndique thurificato altari, per quod Christus significatur, thurificantur omnes per ordinem.

Quare Sacerdos ante Missę principium lauat manus, deinde etiam in medio, dicens: Lauabo inter innocentes manus meas, &c. §. 32.

27 RESpondeo, † quòd hoc fit duplici ex causa, Primo ob reuerentiam tanti Sacramenti, vnde debet fulgere manuū corporali munditia, sicut aliqua preciosa tractare nunquam consueuimus, nisi manibus ablutis. Secundo, illa extremitatum ablutio significat etiam à minimis peccatis mundationem, & ideò secundum Albertum, qui primo ad missam se parans, lauat se ab iniquitate, modo sacrificium oblaturus etiam à venialibus se purgat reliquijs, dicens cū Propheta: Lauabo non inter peccatores, sed inter innocentes manus meas, & non pedes: quia manus, cum sit organum organorum, omnia opera attribuuntur illi, D. Thom. 3. par. sum. quæst. 83. art. quinto, Gab. qui supra.

Orate fratres. §. 33.

28 DEinde † sacerdos conuertit se ad populum, dicens: Orate fratres. Memorans illud Apost. Hebr. 5. Quoniam & ipse circundatus est infirmitate, & ita vt homo infirmus indiget Ecclesiæ adiutorio.

Secretæ quare dicuntur orationes. §. 34.

ORationes ideo dicuntur secretæ, ne missæ officium vilescat, sic omnibus patefactum. Tum, vt deuotius oret sacerdos, ne habeat occasionem placere populo in prolatione verborum; tum ad significandum orationes Christi in secreto factas tempore passionis. Archidiac. Florent. tertia parte sum. titu. 13. §. tertio.

De præfatione. §. 35.

29 FInitis orationibus † Sacerdos inuitat populum ad præparationem ad tam mirificum sacramentum, & hoc per laudem, per mentis erectionem, dicens: Sursum corda: quia nihil animus tunc debet cogitare, quàm id solum, quod precatur, de consec. dist. 1. cap. quoniam. Secundo præparat per gratiarum actionem, dicens: Gratias agamus Domino Deo nostro. Tertio Deum implorat ad laudem suscipiendam, ostendens debitum laudis, dicens: Verè dignum, ratione dominii, vnde subditur: Domine sancte. Iustum, ratione paternitatis. Hinc sequitur Pater omnipotens: Aequum, ratione deitatis. Inde dicit, æterne Deus. Salutare, ratione redemptionis. Per Christum Dominum nostrum. Quandoque additur aliqua laudis materia secundum congruentiam solemnitatis, verbi gratia. Et te in assumptione, quam inuenit Vrbanus Papa: nouem tamen ponuntur in c. inuenimus, de consecr. distinct. 1. Præponitur etiam exemplum laudis in Angelis, dum subditur: Per quem maiestatem tuam. Quarto populus laudes extollit diuinitatis assumēs Angelorum verba. Sanctus, Sanctus, & cęt. & humanitatis Christi, dicens cū pueris Hebræorum; Benedictus, &c. D. Thom. in 4. sentent. distin. 18. in expos. tex. col. 3.

De canone Missæ. §. 36.

30 CAnon incipit, † à Te igitur, vsque ad communionem; canon dicitur, idest regula, quia regulariter per hanc fit consecratio sacramenti, Arch. Flor. in 3. par. sum. tit. 13. §. 4.

Quare debeat dici secretum. §. 37.

SEcretum debet dici canon: quia significat in Christo secretum, quando se ab-

abscondit à turbis. Et in celebrante silentium significat mentis, quo sine tumultu verborum deuotio dirigatur ad Deū. Dicitur etiam secretum, ne tanti mysterii verba per quotidianum vsum ex manifesta prolatione uilescant, & in locis incompetentibus indiscretè dicantur, & sint dicentibus in ruinam, ut dicitur de pastoribus, Gabr. lect. 17. [Item debet proferri,nec nimis celeriter: quia si quid omittitur, graue peccatum esset: nec etiam nimium tardè,ne mens tum tali tarditate uagetur, & per hoc deuotio fugetur. Sed debet obseruari mediocritas, ff. de offic. proconf. l.solent. §.fin. Insti. de rerum diui. §.cum ex aliena.]

Quare incipit à litera t. §.38.

CAnon incipit à littera t, siue Thau, quæ crucem plus cæteris repræsentat, ut per eius inspectionem sacerdos in memoriam reduceretur Dominicæ Passionis, & ideo secundum D.Tho. 3.par. q. 83.art. 5.ad 3.in celebrationem Missę, & præcipuè ab isto loco usque ad Pax Domini,utitur sacerdos frequenter crucis signatione,ad exprimendam passionē Christi, quæ est ad crucem terminata.

Hæc dona. ✠ Hæc munera. ✠ Hæc sancta sacrificia illibata. ✠ §. 39.

31 ESt † autem passio Christi, quasi quibusdam gradibus peracta: nā primo fuit Christi traditio facta à Deo ex nimia charitate. Secundo à Iuda,ex auaritia. Tertio à Iudæis, ex inuidia, & hoc significat hæc trina crucis signatio super hæc uerba, Hęc dona, &c. D. Tho.qui supra, Arch.Flor.Gabr.lect. 21.

Benedictam, ✠ Ratam, ✠ Acceptam, ✠ vt nobis corpus, ✠ sanguis. ✠ §.40.

32 PEr † hæc uerba designatur triplex Christi uenditio facta Sacerdotibus, Scribis, & Pharisæis, additur autem duplex consignatio super illa uerba, ut nobis, &c. ad intuendam personam uenditi, & uenditoris.

Benedixit. ✠ Et iterum benedixit. §. 41.

FVit denique præfiguratio Passionis Christi facta in cœna, ad quod designandum fiunt duæ cruces. Altera in consecratione corporis, altera in consecratione sanguinis.

De extensione manuum sacerdotis. §.42.

33 DEinde † post cōsecrationē sacerdos extendit brachia, & eleuat manus, Significans extensionem brachiorū Christi in cruce. Leuat manus, orando, demonstrans, quòd oratio eius dirigatur pro populo ad Deum. Quod autem manus interdum iungit, & se inclinat, designat in Christo humilitatem, & obedientiam, in nobis autem humilem, & supplicem orationem; digitos uero iungit post consecrationem, scilicet pollicem cum indice, quibus corpus Christi consecratum tetigerat, ut si qua particula digitis adhæserit,non dispergatur,quod pertinet ad reuerentiam sacramenti. D.Tho. 3.par. sum. quæstio.83. artic.5.

Hostiam puram. ✠ Hostiam sanctam, ✠ &c. §.43.

AD designandas quinque plagas Christi.

34 Corpus, ✠ & † sanguinem. ✠ §. 44.

HIc repræsentatur extensio corporis Christi in cruce, & effusio sanguinis,

nis, & fructus passionis, & ideo fit triplex signatio.

35 Sanctificas, ✠ † viuificas, ✠ & benedicis. §.45.

RVrsum repræsentatur triplex oratio in Cruce per has tres consignationes, altera pro persecutoribus, dicens: Pater dimitte. Alia pro liberatione à morte, cum dixit: Deus meus. Alia pro adeptione gloriæ, cum dixit: Pater in manus tuas commendo spiritum meum.

Per ipsum, &c. §.46.

PRæterea repręsentantur tres horæ, quibus fuit in Cruce, per has tres cō signationes à sexta vsque ad nonam, per duas vero Cruces factas extra Calicem, significatur separatio animæ à corpore.

Frangitur Hostia in tres partes. §.47.

HAec fractio designat diuisionē corporis mystici secundum diuersos status, vel distributionem gratiarum procedentium ex passione Christi. D. Tho. q.83. art. 5. 3. par. sum. ad 7.

36. Pax † Domini ✠ sit semper ✠ vobiscum. §. 48.

PEr has tres Cruces repræsentatur resurrectio Christi tertia die. Et datur osculum pacis, quia hoc sacramentū est vinculum charitatis. Et datur à sacerdotē Diacono, & sic succesiuē aliis, quod significat unitatem dilectionis, quam debent habere inuicem fideles, & est quasi loco communionis, quam antiquitus fideles omnes sumebant.

Quare ter dicitur Agnus Dei. §.49.

QVia petimus misericordiam quo ad animam, & quo ad corpus liberari à miseria. Deinde dicitur, Agnus Dei, tertio petendo pacem mentis, & corporis. Communio significat boni operis consummationem.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegii etymon, & de triplici sacrilegii specie.*
2 *Sacramenta inter res sacras primum gradum obtinent, & inter sacramenta Eucharistia.*
3 *Sacræ res, locum secundum inter sacras obtinentes, quæ sint.*
4 *Sacrilegium ratione rei, quomodo committatur, & num. 18. & item ratione loci, num. seq.*
5 *Captus à satellitibus, si ducatur per Ecclesiam, potest extrahi, nec vlla iniuria fit Ecclesiæ.*
6 *Confugiens in Ecclesiam fugatus à satellitibus, an absque sacrilegio extrahi possit: vbi vide multos casus.*
7 *Ab immunitate Ecclesiæ, quæ crimina excipiantur. & quo ad violationem, quid veniat nomine Ecclesiæ, nu. seq.*
9 *Sacrilegium ratione loci, quale, & num. 19. & appellatione loci sacri, quidnam intelligatur.*
10 *Ecclesia consecrata, quomodo reconcilietur ab Episcopo, & quomodo differat à benedicta.*
11 *Ecclesia polluta, quare reconcilianda sit, & quæ requirantur, vt dicatur polluta.*
12 *Sacrilegium committēs mortaliter peccat, tres tamen casus habent annexam excommunicationem.*
13 *Sacrilegium mentale cōfitendum, & quid differat ab actuali.*
14 *Sacrilegium, incestus, & adulterium, quare dicantur committi cum moniali.*
15 *Sacrilegus ob rem habitam cum moniali quæ pœna afficiatur tum de iure pontificio, tum ciuili.*
16 *Sacrilegium est, cognoscere carnaliter commatrem, vel filiam spiritualem, & quæ dicatur filia spiritualis, & quæ pœna in vtroque foro puniendus.*

Sacri-

De sacrilegij speciebus. Cap. XLVIII.

1 SAcrilegium † dicitur sacrilædium, vel sacræ rei lęsio. glo. in c. sacrilegium, 17. q. 4. D. Tho. 2. 2. quęst. 95. ar. 1. Et est suo genere peccatum mortale. Cuius tres sunt species. Vna, qua fit iniuria personæ sacræ, vt si clericus percutiatur, uel à seculari iudice puniatur, aut Deo sacrata moniali potiatur. Altera ratione rei. Res autem sacræ diuersos habent gradus secundum differentiam rerum sacrarum. In
2 primo gradu sunt ipsa sacramenta, † quibus homo sanctificatur, quorum præcipuum est Eucharistiæ sacramentũ, quod continet ipsum Christum. Et ideo sacrilegium, quod contra hoc sacramentum committitur, grauissimum est peccatum
3 inter omnia. Post sacramenta † autẽ secundum locum, & gradum tenent uasa consecrata ad sacramentorum susceptionem, & ipsæ imagines sacræ, & reliquiæ Sanctorũ, in quibus quodammodo personę Sanctorum venerantur, & dehonorantur. Deinde quæ pertinent ad ornatum Ecclesiæ, & ministrorum. Deinde ea, quæ sunt deputata ad sustentationem ministrorum siue sint mobilia, siue immobilia. Quicunque autẽ contra quodcunque prædictorum peccat, crimen sacrilegii incurrit, & tanto grauius est sacrilegium, quanto res sacra, in quam peccatur, maiorem obtinet sanctitatem, hæc D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 3. Caiet. in sum. & Sylu. in ver. sacrilegium. Committi-
4 tur † ergo sacrilegium ratione rei. Vt cum res sacra de loco sacro, idest calix sacer de Ecclesia aufertur, uel res sacra, id est calix sacer, de non sacro, idest de domo profana aufertur, vel res nõ sacra de sacro aufertur, c. quisquis. §. sacrilegium, 17. q. 4. & in cap. si quis contumax, ead.
5 quæst. Tertia † species sacrilegii, est illa, qua fit iniuria loco sacro. Vt si de loco sacro saluatus extrahatur siue pro causa ciuili, siue pro criminali, cum hoc casu gaudeat immunitate, c. inter alia, de iure immun. toto tit. C. de his, qui ad Ecclesiam confug. Sed an intelligatur violari Ecclesię immunitas, si aliquis à satellite capiatur extra cęmeterium, vel Ecclesiam, & deducatur per Ecclesiam, & inde violenter extrahatur? Dic, quod non. ita Archi. in cap. sicut, 17. q. 4. quod est notandum, quia quotidianum. [Sed quid de eo, qui est extra cęmiterium, & trahit per pallium existentem in cęmeterio, an offendat immunitatem, dato quod trahit per partẽ pallij, quod est extra cęmeterium.

Dic quod sic. Nam & sic trahens clericum incurreret excõmunicationem, de sent. excommu. nuper. Anto. de Butr. in
6 c. fin. de immun. Eccle. Idem opinor † de fugiente ad Ecclesiam, minimè illum posse inde per vim extrahi, ex eo, quod fugiens à iudice seculari, vel ab eius familia eum ad oculum, & prope prosequente fuerit Ecclesiã ipsam ingressus, ita Bal. Rom. Alex. & Ias. in l. plerique. ff. de in ius voc. Henric. in c. fin. colum. 3. de immun. eccl. sic etiam arbitror non posse iustè ab Ecclesia euelli eũ, qui dum captus esset à iudicis familia, ab ea seipsum exemit, & ita liber ad Ecclesiam fugit, ita Boer. decis. 100. colum. penult. qui ampliat suum dictum, etiam si carcerem cõfregerit, & ad Ecclesiam fugerit. Quod idem dicendum de delinquẽte, qui cum ad Ecclesiam cõfugisset, eam clausam inueniens manu portas, earum ve ansam, aut vectes apprehendit, quia inde extrahi non potest absque uiolatione immunitatis ecclesiasticæ, ita Ioan. Igne. in l. 1. ff. ad Sylla. num. 57. Excipiuntur tamen ab
7 hac † immunitate quædam grauia crimina, vt homicidium proditoriè factũ, tex. sing. in c. 1. de homic. Item raptus virginum, c. de raptoribus, 36. q. 1. publicum latrocinium. Homicidium commissum ab assassinis: isti enim possunt extrahi ab Ecclesia, absque licentia Episcopi, & nec immunitas ecclesiastica ex eo uiolatur, c. vltimo, de immun. eccl. Couar. in lib. 2.
8 varia. resol. cap. 20. Ecclesia vero † quo ad violationem dicitur non solum ab Episcopo consecrata, sed etiam non consecrata. c. Ecclesiæ, de immu. eccl. immo Arch. in c. definiuit. 17. q. 4. etiam extendit ad hospitalia authoritate Episcopi consecrata, l. omnia. C. de Episc. & cler. Verum vt inquit Pano. in d. c. Ecclesię, in hoc multum præualet consuetudo.] Committi-
9 tur † etiam sacrilegium ratione loci. Vt si inde furto, aut rapina res accipiatur, aut sanguine, aut semine uoluntario locus sacer uioletur, glo. in cap. unico, de consecrat. Eccle. lib. 6. appellatione autem loci sacri quo ad hoc ultimum, dicitur corpus Ecclesiæ consecratę, vel benedictæ, quę alio nomine uocari solet basilica, capit. fin. de consecr. eccle. nam in cęmeteriis, & in cameris Ecclesię adhęrentibus nulla dicitur fieri uiolatio, Sotus in quarta sent. dist. 32. q. 1. art. 3. vers. ad hæc vero, sed de hoc supra in primo lib. c. 19.

10 Verum aduertendum † est magnum esse discrimen inter Ecclesiam consecratam, & benedictam: quia si fuerit consecrata, non potest, nisi ab Episcopo loci reconciliari, vel de eius licentia per alium Episcopum, c. aqua, de consec. Eccle. vel alt. Simplici vero sacerdoti non potest id committi, nisi solum à Pontifice maximo, secundum glos. in d. cap. aqua. Sylue. in ver. consecratio. 2. q. 8. Et debet reconciliari per aquam cum vino, & cinere benedictam, vt habetur in c. proposuisti, de cõse. Eccl. Si vero, Ecclesia non fuerit consecrata, potest à simplici sacerdote per aspersionem aquæ lustralis reconciliari, secundum glo. in d. cap. fi. Sylu. qui supra, Nau. c. 27. nu. 251. Qua vtique de causa solẽt Ecclesiæ consulto non consecrari, sed benedici, ne dũ violantur, expectandus sit Episcopus.

11 Quæ quidem † Ecclesia ideo reconciliari debet, (vt aiunt Theologi) vt videntes laici Ecclesiam sic lauari, quę non peccauit, pensent ipsi quantum pro lotione peccatorum laborandum sit. Præterea adnotandum est, quòd vt Ecclesia polluta dicatur per sanguinis effusionẽ: tria concurrere debent, primo, vt effusio sanguinis fiat intra Ecclesiam, quia si ante ianuam Ecclesię, vel in gradibus ei proximis, secus esset. requiritur enim quòd delictum sit cõmissum, & vulnus sit inflictum in Ecclesia, ita Nauar. c. 27. nu. 251. Secundo, vt sit illicita cum peccato, quia non sufficit effusio sanguinis, si fiat casu per nares, aut os, aut aliquo offendiculo. gl. in c. vni. de conse. Eccl. vel alt. Tertio, vt sit cum scãdalo, idest notoria, siue iuris, siue facti notorietate. Hæc autem infra exemplis manifestabuntur.

12 Vltimo † sciendum est, quòd qui sacrilegium committit, tantum peccat mortaliter.

taliter. Verum in tribus casibus sacrilegis est annexa censura excommunicationis, quorum Primus est, quando quis vsurpat, vel occupat bona Ecclesiastica. v. g. census, iura feudalia, emphyteutica, fructus, & emolumenta, & alia, de quibus in Concil. Triden. cap. fina. sess. 22. Secundus est in surripiẽtibus rẽ sacram de Ecclesia cum effractione portarum, & sic duo copulatiuè requiruntur, furtum, & effractio, c. conquesti, de sent. excom. Tertius in iudicibus laicis detinentibus clericũ in carceribus, c. nuper, de sent. ex com. sed de hoc in cap. seq. extra tamen hos casus sacrilegus solum peccat mortaliter, uerum tenetur semper confiteri hanc circũstantiam, quia mutat speciem actus, cũ particularem habeat rationem deformitatis. D. Tho. 2.2.q.199. artic. secundo, & est casus reseruatus Episcopo de consuetudine, gl. in cap. 2. de pœn. & remis. lib. 6. & tenetur secrilegus etiam
13 confiteri sacrilegia † mentalia, Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 2. articu. 4. ad 8. arg. Differt tamen sacrilegium mentale ab actuali, quia mentale nõ comprehenditur sub casibus Episcopo reseruatis. Vnde quando Episcopus reseruat sibi crimen sacrilegii, intelligitur reseruasse sacrilegium actuale, & non mentale, & consequenter posset sacrilegus confiteri, modo exprimat circunstantiam. Sed modo ex his deueniamus ad aliquas decisiones quæstionum omittendo tamen pro nunc sacrilegium, quòd fit in persona sacra; ut quia percutitur clericus, uel detinetur, quia de hoc latius, tit. seq.

14 Prima. Committere † sacrilegium dicitur, qui monialem carnaliter cognouit, ut 27.q.1.c. impudicas, c. uirginibus. c. si qua monacharum, ubi etiam glo. in d. cap. uirginibus, inquit, per hanc sacrilegam contagionem committi etiam incestum, & adulterium. Incestum quidem, quia sponsa Dei est, qui est pater noster, 12.q.2.c. qui abstulerit. & incestus committitur cum affini, sicut & cum consanguinea. 35.q.3. cap. de incestis. Item & adulterium spirituale, quia sponsam alterius corrũpit. Item & sacrilegium, quia potitur Deo sacrata. Et ut inquit Franc. in cap. 1. num. 2. de statu regu. lib. 6. qui illicita, atque sacrilega contagione se miscet cum Deo sacrata, infert grauissimũ opprobrium religioni, & grauissimam offensam Deo. Hic ergo sacrilegus iu-
15 re diuino, atque in foro conscientiæ punitur pœna excommunicationis, sicque à Christianorum consortio expellitur, & nisi in mortis articulo absoluitur, & ei communicatur, si pęnituerit, c. impudicas, & d.c. uirginibus, 27.q.1. Archi. in c. peruenit. 27. q. 1. Quod autem dixi de pœna excommunicationis, intelligi debet, modo sibi Episcopus hunc casum reseruauerit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. aliàs uiolantibus moniales non est annexa excommunicatio de iure communi: nisi diabolica instigatione coacti, causa huius criminis perpetrandi monasterii septa ingrederentur, nam tunc non ratione sacrilegii, sed ingressus, essent excommunicati, vt habetur per Conc. Trid. sess. vlt. cap. Bonifacii octaui. Iure etiam Pontificio in foro contentioso punitur hic sacrilegus pœna depositionis ab ordine, & amissionis beneficiorum, si clericus est, & monasterio perpetuo ad pœnitẽtiam peragendam includitur: laicus uero excõmunicari debet, c. si quis Episcopus. 27. q. 7. At iure ciuili pęna mortis indicitur, ita Iulius Clarus libro 5. senten. iur. §. fornicatio, uers. cum moniali.

16 Secunda. Eodem † crimine sacrilegii peccat, qui commatrem suam, aut filiam spiritualẽ carnaliter cognouit, c. si quis, el secondo, 33.q.2. filia autem dicitur spiritualis non solum illa, quæ sacerdoti peccata confitetur, sed et illa, quæ ab ipso baptizata fuit. Quapropter qui hoc scelus perpetrauerit, non solum dignitatis honorem amittere debet, sed etiam usque ad exitum uitæ suę iugi pœnitẽtia se subdere debet, ita tex. in c. ad limina, §. filia, & cap. omnes, 30.q.1. [cap. si quis sacerdos, 30.q.1. quæ quidem iura uidentur intelligi de pœnitentia interiori; quia in foro

foro exteriori clericus conuictus per testes, vel per confessionem de hoc delicto, esset deponendus, ita Abb. in cap. fin. de purg. cano. Fely. in c. at si clerici. de iudi. Deci. ibi, colum. 21. Oportet namque in his diebus, quibus peccatis nostris promerentibus admirabile hoc sacramentũ pœnitentiæ spiritualium omnium infirmitatum singularis, & vnica medicina ab hæreticis impugnari, ac euerti curatur, sacerdotes in hoc delinquentes acritér puniri, ne ex eorum delictis ansa præbeatur hæreticis, néve frigescente charitate, ac timore Dei occasio detur maritis, ac patribus vxores, ac filias, ab hoc sacramento retrahendi, & vt rarius ad illud accedant procurandi, ita Bern. Diez in praxi crim. c. 76. An vero Inquisitor hæresis super tali crimine possit procedere. Dic quod non, ita Nauar. lib. 5. de hæret. cons. 1. nu. 8.]

17 Tertia pariter † eodem genere peccati obligatus est, qui tale facinus cum laicis personis operatur in loco sacro. Locus autem sacer hic accipitur Ecclesia, non autem monasterium, vel dormitorium religiosorum, Nauar. c. 16. num. 3. vers. interrogatus.

18 Quarta † ratione rei, sacrilegium committit, qui res sacras furatur, puta calices, patenas, reliquias Sanctorum, etiam eo animo, vt alibi honorabilius collocaret, 17. q. 4. c. quisquis. Syl. in ver. Reliquiæ, q. 2. sic etiam, qui auferret bona, vel animalia Ecclesiis, Dom. in cap. conquestus. de foro compe. Inno. in c. cum pro causa, de sent. excommu. glo. in c. canonica, 11. q. 3. c. omnes, cap. sacrilegium, 17. q. 4. nam hic sacrilegus esset, non tamen ipso iure excommunicatus, sed excommunicandus, nisi furtum committeretur in ipsa Ecclesia cum effractione portarũ, vel serarum, aut parietis Ecclesiæ, c. conquesti, & ibi Abb. de sen. excommu. Quamuis non ob solam effractionẽ, quam furtum non sequitur, nec ob solum furtum sine effractione incurratur excommunicatio, de fur. c. vltimo. Sylu. in ver. furtum, quæst. 3. ver. secundum. Locus au-

19 tem † sacer quo ad hoc dicitur quælibet Ecclesia, etiam non consecrata, sed tantũ benedicta, quæ & basilica dicitur, xenodochium, id est, locus, in quo recipiuntur peregrini, & aduenæ, c. xenodochiis, de relig. domi. clem. per litteras, de præb. hospitale, quod alio nomine dicitur leprosaria, id est, locus, in quo recipiuntur lepra infecti, de his, de Eccl. ædi. c. 2. Eremitorium authoritate Papæ, vel Episcopi ædificatum, vel cœmeterium per illos sacratum, cap. constitutus, de relig. domib.

20 Nauar. cap. 17. num. 95. Qui † quidem sacrilegi, si sunt excommunicati, possunt absolui per Episcopum, sed post publicationem non sunt absoluendi, nisi tantũ per Papam, d. c. conquesti. Sed quid si sacrilegus venit animo frangendi, sed non frangit fores, fenestras, seu seras, aut parietẽ templi, quia forte alius fregit, & aufert inde aliquid, dicit Matth. quòd non incidit in canonem, nisi per se frangat, d. c. conquesti, sequitur Zabar. in clemen. 1. de pœn. q. 3. tantum ergo peccat mortaliter, & eò grauiùs peccat, quantò res sacra, quam furatur maiorem obtinet sanctitatem. D. Tho. 2. 2. q. 99. art. 3.

21 Quinta ratione † loci cõmittitur sacrilegium; cum violatur Ecclesia per homicidium, & vulnera, cap. proposuisti, de consecr. Eccl. quod intellige in Ecclesia perpetratum cum voluntaria occidentis irreuerentia, etiam sine sanguine, glo. in cap. vnico, eod. tit. lib. 6. ut si potestas ibi furem suspendat nullo sanguine fuso, ita est casus in d. c. proposuisti, ubi dicitur, quòd propter homicidium, & vulnera reconciliatur Ecclesia, & non dicit, an in eis fuerit sanguinis effusio, uel ne. Pol-

22 lui † autem dicitur Ecclesia, quo ad opinionem hominum, qui eam polluunt, quantum in ipsis est, 1. q. 1. cap. quod quidam, in fi. quia quæ sancta sunt, coinquinari non possunt, 15. q. vlt. cap. fi. Igitur, ut polluta dicatur Ecclesia, requiritur, ut effusio sanguinis sit illicita cũ peccato. Hinc sequitur, quòd non violatur per homicidium casuale, puta lapide cadente de pariete, secundum Hostien. &

multò

multò magis non indiget reconciliatione, si effusio sanguinis esset facta casu absque homicidio, vt si ludo, aut ioco. Vel si esset naturalis effusio per os, aut nares, uel ea, quæ casu fieret lapsu, vel offendiculo, aut ictu lapidis, vel quæ fieret per stultum, aut iudicio carentem, Franc. in cap. vnico, de consecr. Eccl. lib. 6. Nauar.
23 cap. 27. nu. 251. Nec † violatur per homicidium, quod fit ad defensionem, nisi dominetur libido vindictæ vltra moderatam tutelam. Nec si compleatur in Ecclesia per vulnus alibi acceptum sine irreuerentia Ecclesiæ; etiam si sanguis in ea fluat. Exempli gratia, si extra Ecclesiam vulneratus ad illã fugiat, & ibi sanguiné fundat, quod secus esset, si vulnus acciperetur in Ecclesia, quamuis percussus ante egrederetur, quàm sanguiné in illa infunderet, ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ. vel si reciperetur in aliquo uase, ne sanguis in Ecclesiam decidat, quia in his casibus reconcilianda esset, glo. com. recepta in cap. vnico, de consecra. Eccle.
24 lib. 6. Sed an debeat † reconciliari Ecclesia, si quis supra Ecclesię tectum occidatur? Resp. glo. in d. cap. vnico, quòd non, quia factum videtur extra Ecclesiam. [Quod eadem ratione idem dicendum est, si sub Ecclesia, vel in cella, cubiculo, vel spelunca ibi sita quis interficiatur. Hinc notat Ioan. Andr. in d. cap. vnico, ex illa glossa, quòd vulneratus in tecto non videtur in domo vulneratus.] Sed quid si martyr sit, qui interficeretur: videtur dicendum, quòd non sit opus reconciliatione, cùm talium sanguine consecratur Ecclesia, & non minuitur, tamen verius est, quòd indiget reconciliatione, quia & si non polluit eam sanguis effusus, polluit tamen iniqua effusio, iuxta illud: Actio displicuit, passio grata fuit. ita gl. in d. cap. vnico, licet lauandus non sit locus, vbi sanguis effusus est. Idem etiam dic si homicidium fieret sine sanguinis effusione, gl. in d. c. vnico, quòd secus esset si percussio absque sanguine minimè esset mortifera, quamuis carnes confunderet, aut ossa frangeret. Nauar.
25 qui supra. Sed † quod diximus reconciliandam esse Ecclesiam propter effusionem sanguinis, intellige magnam, secus si modicam: nam effusio largitaté denotat, glo. in c. cum illorum, de sent. excom. [cap. reuertimini, 16. q. 1. glo. in clem. ne Romani, in ver. effundendo, de elect. quod est notandum ad statutum. Ideo dicebat Bald. in l. si prædium. C. de ędil. edicto, quòd stãte statuto, quòd Syndici teneantur denuntiare percussiones sanguinolentas, quòd vbi est modica cutis scissura, denunciãdum non est. Et idem, si esset statutum, quòd de vulnere facto in platea sit pœna mortis; quia pro paruo vulnere non haberet locum talis pœna, secundum Bald. ibi. Cõcluditur ergo, ꝙ per effusionem modici sanguinis nõ polluitur Ecclesia.] Quinimo etiam si multùm sanguinis exiret de naso, (quod facile fit in rixa puerorum) non violaretur Ecclesia. Sotus in 4. senten. dist. 13. q. 2.
26 art. 3. colum. 8. Sexta, † ratione loci polluitur Ecclesia propter semen voluntarium etiam vxorium, siue extra, siue intra vas, vel contra naturam, tex. & glo. in d. cap. vnico, glo. in cap. is qui. de sen. excommun. lib. 6. Quod intellige, si effusio sit magna: etenim per modicã humectationem non esset reconcilianda, secundum Astens. Sed an esset reconciliãda, quãdo pollutio esset sine peccato, sed cum irreuerentia. Respond. quòd sic. Hinc violatur per licitum coitum matrimonialem; secundum commun. Doctores, quia aliqua sunt illicita ratione loci, quæ ex sui natura sunt licita. 11. q. 7. cap. accusatio, de immun. Eccles. cap. 1. Si vero pollutio in Ecclesia sequeretur absque peccato, & irreuerentia, secus esset, ut de pollutione, quæ fit in somnis, uel si quis uigilando coactè emitteret semen, glos. sing. com. recepta, in cap. Ecclesiis, de consecrat. dist. 1. Verum quando Ecclesia per seminis effusionem esset recõciliãda, oportet, ut effusio sit publica: nam si sit occulta, nõ est opus missas, & sacrificia suspendere, atque Ecclesiam reconciliare, ita Archid. in d. c. Ecclesiis,

Franc.

Franc.in d. c.vnico,num.5. Quare propter pollutionem naturalem ex impetu, & magno ardore libidinis profectam ob visam pulchram faciem adolescentis, vel mulieris, vel etiam voluntariã, si semen non spargatur in terram, sed occultè, siue per vestem, Ecclesia non indiget reconciliatione, ita cõmunis est opinio per Sylu. relata in uer. consecratio. 2. §.5. Nauar. c.27.nu.251. Colligitur etiam eadem sententia ex cap. significasti, de adult. vbi Ecclesia violata ob id censetur reconcilianda, quòd adulteri sacrilegium suum pu-
27 blicè confessi fuerant. Vnde † vel nisi facti euidentia, vel iuridica cõfessio intercedat, nõ opus est abstinere à sacris: quia Ecclesia de occultis non iudicat. Sylu.in ver. consecratio. 2.q.5.vers.tertius. Sed quid si aliqua sanguinis, vel seminis effusio, quæ ante octo dies, verbi gratia, facta fuerit videntibus duobus, non aũt tunc publicantibus illam, sed nunc, incipiat impedire ab hodie, vel ex tunc. Respondet Nauar. qui supra, quòd ex nunc, & non
28 ex tunc. Sed † vtrum celebrans in tali Ecclesia polluta irregularitatẽ incurrat? dic quod non, ut notat Panor. cap.fin.de sacra vnct. Decius in c.tuarum, num.23. de priuileg. Sed tantum suspensus est ab ingressu Ecclesiæ, cap. Episcopum, de priuileg. lib.6. & si cum tali suspensione celebraret, esset irregularis, Sylu.in ver.con
29 secratio.2.q.fi. Sed vtrum Ecclesia † polluta, intelligatur pollutum cęmeterium? resp. quod sic, si est illi contiguum; secus si non esset contiguum. [Hinc Rota in decis.197. quæ incipit, Item quod habẽs, determinat quòd licet rescripta ad beneficia sint strictissime intelligenda, & fines mandati diligenter seruandi, ut in c. quamuis, el primo, & cap. cum domino. de præb. lib. 6. tamen habens gratiam in
30 certa Ecclesia † de beneficio ibi vacaturo, poterit acceptare beneficium vacans in cęmeterio, ambitu, vel capellis ipsi Ecclesiæ contiguis: quia pars ipsius Ecclesię esse dicuntur, d.cap.vnico. Secus vero si capella, vel beneficium sit extra septa monasterii, vel Ecclesiæ situatum, licet capellanus, seu rector illius capellæ resideret in ipsa Ecclesia, vt ibi per Rotã. Item per rationem huius tex.in d.c.vnico, determinat ibi Pe. de Anch. vt in venditione domus veniat hortus contiguus ipsi domui non remotus, & in venditione vineæ veniat domus ipsi contigua, & nõ remota, de quibus dic vt per Bar.in l.prædijs.§.penul.ff.de leg.3. & in l.quod conclaue.ff.de dam.infe. Sic polluta Ecclesia intelligitur pollutum cęmeterium contiguum.] Quamuis polluto cęmeterio nõ intelligatur Ecclesia polluta, c.vnico, de consecr.Eccl.lib.6. Contigua vero illa dicuntur, quorum extrema se contingunt.
31 Postremò † polluitur ẽt Ecclesia, quando in ea sepelitur excommunicatus, cap. Ecclesiam, de consecr. dist. 1. & tunc si eius corpus possit ab aliis discerni, esset proiiciendum, d.c.Ecclesiam, & c.consuluisti, de consecr. Eccl. vel alt.

SVMMARIVM.

1 *Verba can. si quis suadente, cuius can. materia est sacrilegium, recitantur.*
2 *Clerici habent priuilegium fori; & qui eos percutiunt, excommunicantur.*
3 *Clericus, qui habet plura priuilegia, an conueniri possit sub iudice laico.*
4 *Quatuor requiruntur, vt quis incurrat in c. si quis suadente.*
5 *Percussio facta suadente diabolo, quæ dicatur.*
Clericus, quando ab alio, quam à iudice suo capi potest.
6 *Vt incurratur in hunc can. quæ necessaria.*
7 *Clericus subiiciens se percussioni, est excommunicandus.*
8 *Quos comprehendit can. si quis suadente percutientes.*
9 *Clerici prima tonsura inuicem se percutientes, an incurrant in canonem.*
10 *Manus appellatione, quid veniat, cum numero seq.*
12 *Leuis iniuria cum odio, impellit in canonẽ.*
13 *Clericum capientes propria authoritate, in canonis pœnam incidunt; & quid de clerico gerente se pro laico.*

Cre-

soluunt percussores clericorum, fallit numero 60.

59 *Legati de latere sunt DD. Cardinales, quorum quanta sit potestas: & de aliis hoc nomine insignitis.*

61 *Iniuriæ realis satisfactio fieri debet ante absolutionem.*

62 *Pro iniuria clerico illata duplex actio oritur.*

63 *Clerici percussor, an in prolatione sententiæ sit citandus, 64. & 65. & notoria percussio quæ sit.*

66 *Percussor statim percusso clerico fit inhabilis ad omnes potentias absque declaratione, & ad quid requiratur declaratoria.*

67 *Percutiens regularem, an sit ab Episcopo publicandus excommunicatus. Et quid si percutiens sit exemptus. nu. seq.*

69 *Exemptos denuntiare excommunicatos, an possit Episcopus in delictis notoriis.*

70 *Exemptos delinquentes, an possit quandoque ordinarius punire.*

71 *Exempti citati ab ordinario, an teneantur comparere.*

De explicatione canonis, si quis suadente diabolo. 17. q. 4. Cap. XLIX.

1 SI quis suadente † diabolo huius sacrilegii crimen incurrerit, quod in clericum, vel in monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat. Hæc sunt uerba tex. Materia huius canonis est sacrilegiũ, prohibetur enim fieri uiolentia personæ sacræ. Hinc in capitulo præcedenti tractauimus de diuersis sacrilegii speciebus, modo restat, vt explicemus hanc sacrilegii speciem, quà fit iniuria personæ sacræ. Ideo pro eius intelli-
2 gentia, ac tex. noto primo, † quod clerici habent multa priuilegia, & inter cætera priuilegium canonis, si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4. & priuilegium fori, vt tantum conueniantur sub iudice ecclesiastico, c. nullus, de foro compe.

Primum in eo consistit, ꝙ non potest aliquis in clericũ temerarias manus iniicere sine metu excommunicationis. Et hoc priuilegium latissimè intelligitur de omni corporali læsione iniuriosa, non solum in corpus, sed etiam in res corpori adhærentes, etiam in detentione corporis sine alia læsione, de sent. excommun. cap. nuper. & non solum in lædente manibus suis, sed etiam in eo, qui percutere facit per alium, cap. mulieres, §. illi vero, de sent. excommu. Non solum in facientibus, vel fieri facientibus, sed etiam in eo, qui possit obuiare, & dolo non fecit, eo. tit. c. quantæ.

3 [Secundum vero † priuilegium fori est de iure diuino, glo. not. in cap. si Imperator, dist. 96. notat Abb. in cap. solitæ. de maio. & obed. in 6. not. per illum tex. Hinc infertur, quod nec lex ciuilis, nec consuetudo facere possit, ut clericus pro crimine conueniatur coram seculari, ita Abb. in cap. clerici, de iudi. facit text. in cap. qualiter, eo. tit. & per hoc concludit Rota titu. de consuet. decis. 10. non valere consuetudinem Angliæ, quod Rex habeat iurisdictionem in clericos, & de priuilegio fori notat Abb. in c. cum contingat, de æta. & qual. Sunt tamen multi casus, qui notantur in summa, 11. q. 3. & cap. clericum nullus, in quibus clericus conuenitur sub iudice laico: Vt in causa feudi, extra de iudic. cęterum, & cap. uerum, de foro compe. & nisi sit incorrigibilis, 17. distin. cap. nec licuit. Item in causa reconuentionis, 3. quæst. 8. cuius in agendo. Item in falsario, vt extra de falsis. ad falsariorum. & in crimine hęresis.

Tertium est, quòd à muneribus, seu oneribus, vel obsequiis personalibus secularibus, vel realibus regulariter sunt immunes, capit. non minus, de immun. Eccles. c. quamquam, de censib. lib. 6. nisi interuenientibus illis, de quibus per Abbat. in d. cap. non minus, num. 4. Munus

vero

vero quid sit, vide tex. in l. munus tribus, ff. de verbo. sig. Quæ autem sint munera personalia, sordida, ordinaria, uel extraordinaria, vide Abb. in dicto cap. non minus, nu. 11. & 12.]

4 Secundo noto, † quòd non tam facile, vt videtur, incurritur in hunc canoně. Vt enim incurratur secundum Abba. in cap. 1. de sent. excommun. quatuor requiruntur. Primo, vt fiat iniectio manuum, idest, vt res suum effectum sortiatur: nam per solum mandatum, vbi effectus secutus non est, non incurritur excommunicatio, c. perpetuò, de elect. li. 6. & sic non punitur affectus, nisi sequatur effectus realis. Vnde qui mandasset iniici manus in clericum, non esset excommunicatus, si is, cui mandatur, manus non iniecisset. Secundo requiritur, quod percussio fiat suadente diabolo, quod tunc fieri intelligitur, quando illa est adeò illicita, vt sit mortalis; ratio est, quia non incurritur excõmunicatio maior lata à iure, vel ab homine, nisi peccando mortaliter, c. nemo, c. nullus, 11. q. 3. Caiet. in sum. in ver. excommunicatio, c. 10. Item dicitur suadente diabolo, quãdo fit animo iniuriandi, & offendendi. Hinc ea iniectio manuum, quæ fit bono animo, & fine, & ad bonum publicum, non includitur sub hoc canone.

5 Quare † iudex laicus potest capere clericum criminosum, ne fugiat, sed ut præsentet Episcopo, absque periculo excommunicationis; quia illa captura non fit suadente diabolo, sed ad bonum publicum. Ita Abb. in cap. cum non ab homine, de iudic. & ibi Dec. nume. 10. & ratio est, quia cessat dolus, cum ad iudicem suum deducatur. Et idem in familia potestatis inueniente illum de nocte: quia est contra eum præsumptio, & videtur illum capere ad impediendum delictum committendum: quia omittens obuiare facinori, peccat, vt in cap. dilecto, de sent. excommunic. lib. 6. Dec. in d. cap. cum non ab homine, num. 36. [Qua ratione motus dixit Nauar. lib. 5. de sent. excommun. consi. 44. Quòd familia Potestatis absque metu excommunicationis potest capere clericum incedentem noctu cum armis, quia præsumitur ire ad delinquendum. An vero expoliando armis, incidat in censuram? Dicimus, quòd non, lib. 4. cap. 21. num. 158. Sed quid si apparitores dimittant clericos nõ ducendo ad Episcopum, armis sibi sponte dimissis, quæ postea die sequenti pecunia redimunt: An apparitores peccent, & incidant in excommunicationem, & teneantur in foro animæ pecuniam restituere, vel possit clericus arma repetere in foro exteriori? Respon. Naua. qui supra, quo ad primum, ꝙ grauiter peccant, si eo fine capiunt, ut acceptis armis dimittant. Non tamen sunt excommunicati, cum non sit peccatum violentiæ illatum clerico, iux. tex. in c. si quis, verb. uiolentas. Nec tenentur ad restitutionem, cum dicta pecunia sit turpiter data, ne ducantur ad iudicem competentem, & turpiter accepta, ne deferant captum ad iudicem. vnde sequitur regula, quòd turpiter datum, & acceptum non est de præcepto restituendum. Nec postremò potest clericus arma repetere etiam in foro exteriori, per l. vbi, & seq. ff. de cond. ob turp. cau. quæ habent expresse nõ posse repetere eum, qui turpiter dat ab eo, qui turpiter accepit. Sed an in canone incidat familia Potestatis, quę debitorem capit clericum, ne fugiat.] Dic quòd non: quia cessat dolus, & suasio diabolica, ita Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de furt. Alc. in d. c. cum non ab homine, nu. 22. Adde etiam, ꝙ licet capiens clericum, ne fugiat, secundum Abbatě, in d. cap. cum non ab homine, sed ut præsentetur Episcopo infra tempus debitum, non incidat, si tamen modum excedit, incidit; puta si capi, & duci quietè patitur, & capiens impellit calce, vel pugno, ita glos. iuncto tex. in cap. si clericos, de sentent. excom. lib. 6. Sylu. in ver. excommunicatio. 6. num. 5. vers. 2. Sed de hoc infra in quinto notabili.

6 Rursum † requiritur, quòd fiat suadente diabolo, idest ut sit animus iniuriandi:

riandi: etenim si quis leuitate iocosa clericũ percutiat, non incidit in excõmunicationem, tex. est in c. 1. de sent. excom. Tertio requiritur violentia, id est, ut sit manus iniuriosa, & contumeliosa in clericum contra suam voluntatem. Licet quãdoque sufficiat iniuriosa manus absque violentia, inde percutiens animo vlciscendi, & sęuiendi in clericum, quamuis uolentem, non effugit excommunicationem, cap. contingit, el primo, de sentent. excommunic. quia licet volenti nõ fiat iniuria, neque cõsentienti dolus, fallit tamen fauore dignitatis Ecclesiasticæ: cum non propter clericum, sed propter dignitatem Ecclesiasticam fuerit tale priuilegium emanatum, vnde non illi, sed huic infertur iniuria, & quia nemo est dominus membrorum suorum, l. sed si. §. si ipse seruus, & l. liber homo. ff. ad l. Aquil. glos. in cap. ex parte, de corp. viti. Iason. in l. fin. num. 14. C. de pact. Didacus in reg. peccatum, secunda par. §. 5. [Tum etiam, quia dictum priuilegium fuit fundatũ super fauore publico totius fori, & ideò per clericum huic canoni renuntiari non potest. Quod intellige hoc esse verum circa pœnã canonis fundatam super fauorem clericorum, nõ autem quòd nõ possit remittere priuatam iniuriam, quo ad suam propriam utilitatem, capit. cum desideres, de sentent. excommunic. Anton. de Butr. in cap. si diligenti, nume. 18. de foro compenti.]

7 Clericus † verò se subiiciens percussioni, est excommunicãdus, ut inquit Sylu. in ver. excommunicatio, 6. ver. sciẽdum, & nu. 8. Quarto, & vltimo requiritur, ut hæc iniectio manuũ fiat in personam Ecclesiasticam.

8 Tertio noto † ex verbo, si quis, quòd comprehendit omnes mares, & fœminas. l. 1. vbi Doct. ff. de verbor. significar. Decius, & Cagnolus in l. secunda, ff. de regul. iur. Paulus Fuscus, sing. 44. vers. si quis. Nam licet materia sit pœnalis, fauore tamen dignitatis Ecclesiasticæ extenditur etiam ad fœminas. l. si quid, id, quod ubi Doct. ff. de iurisdict. omn. iud. cap. mulieres, de sentent. excommunic. & ibi latè Henricus, siue senes, siue pueros, cap. pueri, de sentent. excommunic. modo sint doli capaces, & habeant iudi-

9 cium rationis. Alias † si clericuli primæ tonsuræ nondum doli capaces, qui nondum exierunt ab infantia, se inuicẽ percuterent, non essent excommunicati, & ita potest procedere dictũ Soti in 4. sent. distinc. 22. q. 1. art. 2. alias si sunt doli capaces, tunc secus esset, & ita procedat Nauarri sententia in cap. 27. nume. 79. Vt enim possunt peccare mortaliter, cap. primo, de delict. puer. ita etiam possunt excommunicari. d. cap. pueris, & cap. 1. de sentent. excommunic. Comprehenduntur ergo sub hoc verbo, si quis, masculi, & fœminæ, senes, & pueri iudiciũ rationis habentes, clerici, & religiosi. c. de monialibus, cap. ex tenore, cap. monachi, cap. cum illorum, de sent. excommunicat.

10 Quarto noto, quòd per † manus veniũt omnes partes corporis, immo quælibet instrumenta, quibus solet, ac potest clericus percuti: & ratio est, quia manus est organum organorum, vt per glossam hic in verbo, manus. Et per Turrecre. Et si dicatur odia esse restringenda, fauoresque ampliandos, ut l. cum quidam. ff. de liber. & posthum. ergo per manus nõ sunt alia instrumenta intelligenda. Resp. ex doctrina Abb. in cap. non dubium, de sent. excommunic. vbi vult, quòd quando in aliqua lege concurrunt fauor, & odium, & odium est rationabile, attenditur odium, & est facienda extensio. Rursum fit extensio attenta mente legislatoris, quæ fuit, excommunicare clericorum percussores, siue manibus percutiant, siue qualibet alia re. Vnde non est curandum de modo, dum tamen habeatur effectus.

11 Intelliguntur † igitur per manus, pugni, pedes, siue calces, & genua, ut per glo. hic in uerbo, manus. Item brachia, vrgentes cubito, uel humeris in uia clericos. Docto. com. in cap. nuper, de sentent. excommunicat. Caietan. in ver. ex-

com-

communicatio, nu. 10. Nau. c. 27. nu. 77.

12 Comprehenduntur † etiam qui ex odio aspergũt eum aqua, vel puluere, vel spuunt in faciem eius, vel includũt eum, vel ponunt custodes ad capiẽdum eum, si de domo exeat, vel ei equitãti capiunt habenas equi, vel rumpunt cingulum sellæ, aut vestes, quibus vestitus est, scindunt; & ratio est, quia excommunicatio hæc non tantum afficit percutientes clericum ea percussione, quæ tangit corpus, sed etiam vestem, qua actu indutus est, glos. & Turrecrem. hic, num. 15. & glo. in cap. si quis pulsatus. 1. de pœn. dis. 1. Caiet. 2. 2. q. 9. art. 1. vers. 7. & in ver. excommunicatio. 6. nume. 5. versicu. 6. [Facit etiam tex. in l. quæ religiosis. ff. de rei vendic. de iudi. quanto. de iure pat. cap. de iure. in quibus iuribus habetur, quòd quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. Excluditur tamen iniuria facta verbo, uel scripto.]

Comprehendũtur etiam, qui de equo clericum præcipitant, ut ascensu eius fugiant inimicum, glos. in cap. si clericos, de sent. excommunic. lib. 6. quod intellige, nisi aliter ipse esset probabiliter occidendus, Syluest. in ver. excommunicatio, 6. nume. 13.

Comprehenduntur etiã qui eripiunt per vim è manibus, aut corpore aliquid vi, ut pecuniam, aut vestem, sed si furto raperetur clerico dormiẽti zona, qua præcinctus erat, aut clam surriperetur bursa, secus esset, ita Innocent. in cap. nuper, de sentent. excommunicat. Decius in cap. peruenit, num. 1. de appellat. Caiet. in ver. excommunicatio. capit. 10. contra Syluest. nu. 31. & ratio est, quia nulla, vel modica, potest dici iniuria, cũ non sentiat, ita Card. in clem. 1. nu. 13.

13 de pœnis. Incidunt etiam, qui † propria authoritate capiunt clericum, aut coniiciunt in carcerem, cap. nuper, de senten. excommun. Doctores in cap. cum non ab homine, de iudic. in cap. si iudex laicus, de sentent. excommunic. lib. 6. aut in aliquo loco includunt, vnde exire nõ potest absque pudore, vel præcipiunt sub aliqua pœna pecuniaria ne discedat à palatio, assignando pro carcere. At si caperent clericum, vel capere facerent, qui pro laico se gerit, non inciderent, facit tex. in cap. si clericos, de sentent. excom. lib. 6. Immo uoluit Bal. In l. si qua per calumniam. C. de epis. & cler. quòd etiam clericum, in habitu, & tonsura, potest iudex laicus, seu eius familia capere, & ad Episcopum ducere. Idem videtur velle Innoc. in cap. ut famæ. de sent. excommunicat, quod intellige, quando esset in fuga, vel suspicio de eo, ita tex. no. in cap. si uero, el primo, de sentent. excommu. vide quæ diximus sup. not. 11.

14 Vbi † etiam adnotauimus, an liceat creditori capere clericum pro debito ciuili absque metu excommunicationis? & diximus, quòd sic: modo adde, quòd clericus pro debito ciuili capi, & incarcerari non potest, ita tex. à contrario sensu in cap. si clericos, de sent. excommun. ex quo ibi permittitur solum pro excessibus: facit tex. in c. 2. de pignor. quod procedit etiam si ad id se obligasset. Ita Lapus videtur tenere in sua allega. 116. pro quo facit, quia clericus, qui dicitur miles cœlestis militiæ, ut in c. 2. de pœn. lib. 6. habet hoc priuilegium, vt non teneatur, nisi in quantum facere potest, secundum glo. not. in l. miles. ff. de re iudi. ergo carcerari non debet, quod procederet, nisi tale debitum ciuile descendat ex crimine, seu ex dolo, quia tunc pro eo capi posset, vt in cap. grauis, de deposito. Ita Francus in d. cap. si clericos, de sent. excommunicat.

15 Comprehenduntur † etiam, qui manu violenta clericum percutiunt, idest, qui ense, aut baculo. quo casu si apparet quis fuerit agressor, ille tantum incidit. Non autem incideret inuasus, nisi reperecuteret clericum percussorem non amplius habentem animum repercutiendi: quia tunc vocaretur uindicta, & non uiolentiæ repulsio, cap. significasti, & ibi Abb. de homic. & in cap. 1. in fi. de sentent. excommunica. Si autem non apparet, quis fuerit aggressor, tunc vterque

ligatur: quia cõstat utrunque manus uiolentas iniecisse.

16 An autem † incidat in canonem, qui iratus contra clericum eleuato pugno cum ense, uel hastá, quasi eum percussurus, & tamen illum non percutit? Resp. quòd non, secundum Host. & Goffred. ita Turrecrem. in cap. si quis, num. 17. de pœnit. dist. 1. ita etiam est tex. not. in uer. iniecerit, quod quidem uerbum importat realem effectum. Non enim sufficit attentatio, & conatus, nisi sequatur effectus, ut etiam inquit Caiet. in uer. excommunicatio. capit. 1. quare si quis emiserit sagittam, uel ictum sclopperi (ut ita dicam) in clericum, animo ipsum occidendi, & non tetigit, nec ipsum, nec adhærentia eius; uel si quis prosequeretur clericum multis iniuriis, & conuitiis, non esset excommunicatus, cap. si quis pulsatus, de pœnit. dist. 1. vbi glo. & Turrecrem. Quod tamen intellige, nisi hostiliter prosequeretur Cardinales, aut Episcopos, licet actu nõ tangat personas, cap. fœlicis, de pœn. lib. 6. & est in bulla Cœnæ Domini.

17 Sed an † incidat in canonem, qui capiens clericum per capillos, aut uestes, protestatus fuerit, dicens: Nisi esses clericus, cæderem te? dico, quod sic, ut per Io. Tabi. in ver. excommun. 5. num. 41. [Quamuis Astens. hic, q. 25. dicat, quòd si animo iniuriandi, & per contemptum hoc faciat iratus incidit, alias non. vide etiam Felyn. in cap. nuper, circa finem, de senten. excommunic. vbi ponit octo casus, vbi clerico violentiam inferens in vestibus, non est excommunicatus.]

18 Comprehenduntur † etiam non tantum mandantes, sed & cõsulentes, dum tamen iniectio, vel percussio consequatur, cap. mulieres. argum. tex. in c. quantæ, de sent. excommu. Sed si mandatum fuerit reuocatum, & mandans percusserit antequam reuocatio mandati peruenerit ad ipsum, tunc vterque manet excommunicatus, argum. ff. mand. si mandassem, ff. ad Maced. si tamen, de rescript. ex parte. sed si peruenerit, & ea non obstante mandans executus est, ipse solus manet. At si mandans moritur antequã reuocauerit mandatum, habendus est tã quam excommunicatus, si non pœnituit, cuius signum est si nõ reuocauerit, Sylu. in verbo, excommunicatio. 6. nu. 5. casu 3.

19 Sed † vtrum mandans dicatur, qui nõ mandat clericum percuti, sed tantum dicit suis, se uelle de eo vindicari animo prouocandi illos? Resp. quòd sic, si ob hoc moti percutiunt. Idem si non dixerit eo animo, sed tamen verba talia fuerint, quæ mandato comparentur, vel cõsilio, consideratis omnibus circũstantiis: quia dicendo fuit in culpa, & cogitare debuit hoc potuisse euenire, argum. tex. in cap. fin. de homic. lib. 6. Et danti operam rei illicitæ etiam casuale homicidiũ imputatur, Syluest. qui supra, nume. 5. vers. Quartum.

20 Item † comprehenduntur ratificãtes, si eo nomine facta fuerit, cap. cum quis, de sententia excommunicat. lib. 6. Rursum non impedientes percussionem clerici, cum possint delicto obuiare. Nam sunt excommunicati, tãquàm fauentes, & consentientes, cap. quantæ, de senten. excommunicat. concurrentibus tamen duobus, ut possint sine proprio incommodo prohibere, cum prima charitas incipiat à seipso. l. præses, C. de seru. & aq. Secundum vt ad id teneatur ex officio, & lege iustitiæ: ut sunt officiales; vel patres familias, qui habent publicam potestatem; aut priuatam iure familiæ in percussorem. ita Dec. & Cagn. in l. culpa caret. ff. de regul. iur. Couar. in clem. prima, de homic. §. secundo, num. 2. secunda par. Caieta. in sum. in verbo, excommunicatio. Si vero non tenentur ex officio, & lege iustitiæ, nec habent authoritatem publicam, vel priuatam in percutiẽtem; etiam quòd possint obuiare, non obuiando, non incidunt, sed peccant mortaliter, ita Docto. com. in cap. Petrus, de homic. Sylu. in verb. excommunicatio. 6. nu. 5. Nauar. cap. 27. num. 132. & seq.

Com-

21 Comprehenditur † etiam is, qui iratus se percutit ob impatiétiam, dedecus, ob paupertatem, aut quoduis aliud infortunium, nisi percutiat se ex zelo deuotionis; pectus pugno, faciem alapa, corpus disciplina; vel etiam nisi ob mortem parentum, vel amicorum barbam velleret; quamuis hæc non possęt licitè consentire, vt sibi ab alio fierent, quia tunc fit iniuria Ecclesiæ, ita tex. in clem. quamuis, de foro compe. vbi Zab. nu. 2.

22 Quinto noto, † quòd per clericum, omnes personæ comprehenduntur, siue seculares, siue regulares vtriusque sexus. Et primo quò ad religiosos, comprehenduntur monachi professi in aliqua religione approbata, tria vota profitentes, canonici Regulares, [sic dicti à communi vita, quam ducebant vno omnes refectorio, & dormitorio vtentes, cap. quia tua fraternitas, 12. q. 1. quoniam. de vita, & hone. cler. Regulares, quia arctioris vitę generi ob professionis votum erant addicti:] mendicantes, nouitii, & conuersi, qui se, & sua obtulerunt habitu mutato, & profitentur tria vota, de quibus conuersis loquuntur iura, de sent. excommu. cap. non dubium, & de elect. ex eo. lib. 6.

23 Et differunt † in hoc tantum à religiosis, quia conuersi profitentur, sed non fiunt clerici, vt religiosi, ita Zab. in clem. prima, de deci. quæst. 35. Abb. in capit. non est, in 2. not. de regu. capitu. religioso. §. primo, de sentent. excommunic. libro sexto, qui tex. loquitur de nouitio, qui gaudet priuilegio canonis, adeò ꝙ etiam si talis iniiciens sit eius pater: nam

24 licet † pater posset eius filium impuberem reuocare à religione, & coram superiore repetere, ut in capit. secundo, de regul. non posset tamen eum violenter de Ecclesia retrahere ab eius habitu, argumen. tex. in capitu. eum qui, de præben. libro sexto, & l. si quis in tantam, C. vnde vi. Ioan. Andr. in d. capit. religioso. §. primo.

25 Comprehenduntur † etiam oblati, qui se, & sua obtulerunt monasterio approbato: quod intellige, modo assumant aliquem habitum distinctum ab habitu seculari, ut innuit glo. in cap. ut priuilegia, de priuileg. Arch. in cap. sunt, 12. quæst. prima. intellige etiam de oblatis perpetuò, de priuileg. per exemptionem, lib. 6. de istis oblatis loquuntur iura, 16. quęst. prima, qui bona, de regu. consulti. ita Zabarel. in d. clemen. prima, de decim. quæstio. 35.

26 Item comprehenduntur † sorores tertii ordinis S. Francisci, & D. Dominici, modo viuant simul in communi. Rota in decis. 332. in antiquis. Felyn. in capit. dilecta, de maior. & obed. & in cap. nullus, de foro competen. Comprehenduntur etiam dictæ sorores tertianæ suscipientes habitum professorum in domo propria, modo se alicui regulæ subdant, & non habeant proprium, & emittant votum in manu publicæ personę, scilicet Episcopi, vel Abbatis, aut alicuius presbyteri. Alias si susciperent habitum, & facerent votum continentiæ, & haberent proprium, tunc non connumerandæ essent inter personas Ecclesiasticas, & possent verberari absque sacrilegio: cum monachis non liceat habere proprium. Immo idem esset dicendum si propriis abrenunciarent, quia necessarium est, ut aliquis connumeretur inter personas Ecclesiasticas, ut subdat se alicui regulæ, sic Turrecrem. in cap. de viduis, 27. q. 1.

27 Gaudent etiam hoc † priuilegio Fratres tertii ordinis beati Fráscisci, & beati Dominici, ita adest priuilegium Eugenii III. Innocentii III. & Sixti IIII. ut refert Syluest. in ver. Ecclesia. 1. num. 6. vers. 6. & num. 8. in fi. Item Eremitæ, modo sint subiecti alicui pręlato, vel alteri superiori religioso, glos. in cap. qui verè, 16. q. 1. & distinc. 93. nulla. secus si essent vagi, ac profugi, nulli superiori, vel regulæ astricti: tunc enim absonum esset, quòd censerentur personæ Ecclesiasticę: cum sint merè laici, & recedunt ad sui libitũ, & ad nullum usum Ecclesiasticum, uel pium authoritate Ecclesiæ, uel

Prælati, qui hoc possit, sint deputati. Syl. in ver. eremita. §. 1.

Gaudent etiã moniales, ac earum nouitiæ, & conuersæ hoc priuilegio, etiam si efficiantur apostatæ, vel reiiciantur, vel licentientur ad manendum extra claustrum, siue sint professi, vel professæ, siue conuersæ, siue conuersi, siue non incedentes in habitu, cum sciuntur esse tales. Sylu. in ver. excommunicatio, 6. Sed an comprehendantur gerentes habitum clericalem, vel religiosum ex uoto? dico quòd non, quia habitus non facit monachum, cap. porrectum, de reg. cap. consuluit, qui cler. vel vou.

28 Sed † circa clericos, gaudent oẽs constituti in sacris à subdiaconatu, & supra, immo primæ tonsuræ initiati, quãuis nõ incedant in habitu, & tonsura, nec seruiant in diuinis. & nec obstat tex. in cap. nullus, sess. 23. in Conc. Trid. quia verus intellectus illius tex. est, vt intelligatur de priuilegio fori, quia non gaudet clericus, nisi sit beneficiatus, vel incedat in habitu, & tonsura, & seruiat diuinis, non

29 autem de priuilegio canonis, nam † percutiens eum, licet clericali habitu, & tonsura non incedat, erit excommunicatus. Verùm si quis percuteret clericum primæ tonsuræ, vel in minoribus constitutum, qui habitum dimiserit, & ad secularem vitam redierit, secus esset, c. vltimo, de cler. coniug. sic etiam neque procederet in clerico nullius ordinis, neque tonsuræ, sed tantum fert habitum clericalẽ, quia hunc percutiens non esset excommunicatus, Abb. in c. si vero, el secondo, in fi. de sent. excom.

30 Rursum † intelliguntur clerici coniugati, qui sunt clerici, orientales, modo cũ vna, & virgine, habitum, & tonsuram deferant, cap. vnico, de cler. coniug. lib. 6. Gaudent etiam excommunicati, suspẽsi, irregulares, interdicti, depositi verbo, nisi essent solemniter degradati, qui traduntur curiæ seculari, de pœn. dist. 6. c. degradatio. Bar. in l. 1. in fi. ff. de pœnis.

31 [Et nota, † quod multiplex est degradatio, quędam verbalis, quæ sumitur pro depositione. l. iubemus. §. sanè, de sacrosanc. Eccle. Quædam est realis, quæ dicitur exauthoratio, l. 2. §. ignominia. ff. de his, qui not. infam. ff. de re mili. l. qui cum vno. §. authoratus, auth. clericus. C. de Epis. & cler. Hæc autem realis quandoque fit ad præparationem iudicii, quæ fit vt terminus pœnæ, de qua loquitur tex. in d. l. 2. §. ignominia. Quædam fit ad præparationem pœnæ, videlicet vt clericus per iudicem ecclesiasticum degradatus seculari tradatur curię puniendus, de qua loquitur tex. in c. nouimus, de verb. sig. cap. cum non ab homine, de iudi. Praxis vero procedendi in hac duplici degradatione reali ponitur per Do. Ant. in c. 1. nu. 11. de oblig. ad ratiot.]

32 Gaudent † etiam hospitalarij, vel ad alium pium vsum deputati: modo perpetuo, & mutato habitu fuerint deputati authoritate Prælati, vel Episcopi, cap. ut priuilegia, de priuil. Zabar. in clem. 2. de præb. quæst. 12.

33 Gaudent † etiam milites de spata, portantes rubei ensis signum in pectore, sicut adest renouatum priuilegium per Nicolaum quintum. Hi vulgò dicũtur Caualieri. qui omnes secundum Syluest. in ver. Ecclesia, 1. nu. 6. in fi. & in ver. excommunicatio. 6. num. 3. & 4. & nu. 6. casu 13. & Nauar. c. 27. num. 79. vers. 7. habent hoc priuilegium, vt in ipsos manus violentas iniicientes committant sacrilegium, sintque excommunicati absoluendi à Papa, d. cap. nostro, si læsio esset enormis, vel ab Episcopo, si leuis, cap. peruenit, de sent. excom.

34 Sed quæritur, An † percutiens clericum tribus, vel quatuor ictibus, sit vna vel pluribus excommunicationibus ligatus? & circa hanc quæstionem dicendũ est quod est ligatus vna excommunicatione, quando semel, & vno ictu illum percusserit, vt probatur hic in tex. arguendo per singulare clericum, & per plurale manus, & singulare anathematis. ex quibus colligitur, quod si vnus alium plures percusserit, vna sit excommunicatione ligatus, ad hoc text. in cap. cum pro causa

causa, de sent. excommu. Vbi ille percussit in dormitorio, & traxit verberando per claustrum, & cum vno impetu fecerit, vna est sententia excommunicationis ligatus, facit etiam cap. apostolicæ, de re iudi. lib. 6. ad legem Aquiliam. l. illud. Et ita habet consuetudo, & stylus curiæ habens tales absoluere, vt ligatos vna sententia excommunicationis, & non pluribus. & prædicta procedunt, quãdo vno impetu quis pluries percuteret cõtinuando. Alias si diuersis insultibus, & sic diuerso tempore, & impetu percussiones reiterentur, tunc esset ligatus tot sententiis, quot essent percussiones, 31. q. 1. quo modo. C. de ser. fug. l. quicunque.

35 Sexto noto, † quòd plures sunt manuum iniectiones ab hac excommunicatione exemptæ. Quarum prima est manus iocosa, glo. in c. 1. de sent. excommu. etiã grauis intra tamen fines ludi: quod idem intelligo de repercutiente, vt cum percussus à clerico ludente statim etiam sine deliberatione repercutiat: quia hæc est conditio ludi, & quidam naturalis impulsus, & grauiter percussus etiam ut repercutiat, nè videatur inferior, & generaliter dicit Richar. in 4. distin. 18. quòd percutiens non ex deliberatione quamuis turbatus non incidit. Et idem est, si ludens percutit deliberatè, modo iocosa leuitate, & sine dolo: & ratio est, quia canon requirit persuasionem diabolicam, quam ludus excludit. Quod idem intelligo de quocunque repercutiente statim, & sine deliberatione etiam extra ludum, vt cum tanta est subreptio, quòd nec se vindicari, nec iniuriari intendit, Sylu. in ver. excommunicatio. 6. num. 6. casu primo, Nauar. c. 27. nu. 80.

36 [Sed quid de illo, † qui à clerico ludente secum, grauiter percussus, & propter hoc motus sine deliberatione repercutit eum grauiter incontinenti, iratus animo vindicandi se, hoc non facturus si plenè deliberasset, nũquid incidit in canonem? Respon. ex quo libidine vindictæ, & per iram repercutit eum, & non iocosa leuitate, non potest dici, quod sine delibératione percutiat, vnde in canonem incidit, ita Asten. eod. tit. q. 4: qui etiam quæstione sexta inquirit, Quid de sacerdote, qui puerum clericũ importunè cum eo ludentem percussit iratus? Resp. quod si non animo iniuriandi, vel libidine uindictæ, sed tantũ propter repellendam uiolentiam pueri, qui monitus cessare nolebat, cum moderamine percussit, non incidit in canonem, licet iratus hoc fecerit.]

37 Secunda, † eius, qui probabili ignorantia clericatus, verbi gratia, noctu percussit clericum, aliàs non excusaretur si uideret tonsuram, non tamen crederet esse clericum, cap. si uero, el secondo, de sent. excommu. Nec etiam excusaretur, si dubitando eum esse clericum, percuteret: cum in dubio teneatur uitare periculũ. Rursum in excommunicationem quoque incideret, si dum non constaret vtrũ sit clericus, uel laicus, ita tamen affectus esset, quòd etiam si sciret eum esse clericum, nihilominus percuteret, secus verò si non percuteret eum. Turrecre. in cap. nostro, nu. 3.

Tertia eius, qui relictis habitu & tonsura enormibus se miscet, & turpibus, ac sæuis etiam non monitus, vt si fuit latro publicus, & armatus, uel faciat sedi-

38 tionem in populo, † [qui se multis immiscuit malis, ita ut inueteratus dici possit scelerum minister: nam tũc sine ulla monitione est ipso iure omni priuilegio clericali destitutus, quamuis fuerit sacris ordinibus constitutus, ita ut posset absque degradatione, & punitione puniri per iudicem secularem, ita glo. in c. ex parte, el terzo, de priuil. Doct. in c. perpendimus, de sent. excommu. quorum opinio communis est, ut asserit Aufrer. in clem. 1. de offi. ordin. reg. 1. fall. 19. quibus patrocinatur tex. in cap. unico, de uita, & hone. cler. c. 1. de apost. & est communiter hæc opinio in praxi recepta. Verùm licèt omnes consentiant in priuilegio canonis, dissentiunt tamen nonnulli, ut opinio communis non procedat in priuilegio fori, ita Alexan. cons. 8. lib. 1. num. 2. Socy. cons. 12. lib. 1. col. 7. Sic etiam Couar. in

lib.practic.quæst.cap.32.num.2.non admittit communem in clericis constitutis in sacris ordinibus,nisi forsan crimen aliquod ita in Reipublicæ perniciem fuerit à clerico perpetratum,vt si degradatio iudicis ecclesiastici expectanda foret, subsit maxima suspitio libertatis,& impunitatis:admittit igitur communem opinionem in clericis primæ tonsuræ, siue dimissis vestibus, & tonsura, enormia crimina frequenter admiserint, siue tonsi, & nec dimissis vestibus illa perpetrauerint, propter quæ foret si esset in sacris constitutus, alioquin curiæ seculari tradendus præmissa degradatione,ita etiam Couar, varia.resolut.lib.2.cap.20.Hodie autem editum est decretum, quo sancitum est de iis clericis primæ tonsuræ in Conc.Trid.sess.23.c.6. quo ad fori priuilegium eos eodem minime gaudere,nisi beneficium ecclesiasticum habeant, aut clericalē habitum, & tonsuram deferētes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi seruiāt, aut in seminario clericorum, aut in aliqua schola de licentia Episcopi,quasi in uia ad maiores ordines suscipiendos versentur. Sic etiam si sacerdos, vel clericus fuerit assassinus, id est, crimen hoc assassinii commiserit pecunia conductus ab aliquo,vel si mandauerit aliquem occidi pecunia ad id homicida conducto, quamuis secundum communem opinionem possit absque actuali, & solēni depositione, & degradatione per iudicem laicum puniri, & hoc ob criminis immanitatem,secundum Lapum, & alios in c. 1.de homic.lib.6.Hipp.in l. unica, num. 107.de rapt.virg.quorum opinionem cō munem sequuntur Alber. in c. 1. de hęret.lib.6.q.11. Capic. decis.112.Sylu. in uer.excommunicatio.6. num. 6. tamen id tantum admittendum esse censet Couar. varia.resolut.cap.20.lib.2. num. 10. vers.sexto.ubi clericus ministerio assassinorum infidelium aliquem fidelem occiderit,aut percusserit,cum is propriè assassinus dicatur,c.1.de hom. lib.6. Alioquin censet præmissa actuali degradatione, & exauthoratione à iudice ecclesiastico crimen istud debere puniri per iudicem laicum. Sic etiam non gaudet priuilegio clericali] diffidatus, idest forjudicatus, Francus in c.1.num.5. de homic.lib.6.vel si sit pœnæ addictus, puta ad triremes,Nauar.in cap.nullam. num. 52.18.q.2.

39 Quarta eius, † qui percutit principaliter, vt corrigat tanquàm magister, vel submagister,cui pueros docendos magister commiserat, vel pater. l.unica. C.de emend.propinq.vbi glo. l.si filius. C. de patria potestate. Cuius nomine etiā intelliguntur propinqui, uel consanguinei seniores,vel domini temporales,siue ecclesiastici, qui possunt clericos sibi inseruientes corrigendi causa percutere,vel senes percutiētes turbantes in Ecclesia diuina officia; modo principaliter non fiat odio, & sit moderata saltem iuxta suum propositum, & percussus non sit in sacris,nisi in magistro, & submagistro, & patre.c.1.cap.cum uoluntate,de sent.excomm.glo.sing.in l.1. C.de emend. propin.Sylu.in ver.excommunicatio.6. nu. 6.casu 8.& 11.

40 Et † hæc opinio est uerissima, pro cuius confirmatione facit:nam licet Episcopalis dignitas liberet à patria potestate,c. per uenerabilem,qui filii sint legit. Sacer tamen ordo etiam sacerdotalis nequaquam,vt per Abb.in cap. indecorum, de ætate, & qual.glo. penul.in cap.circumcelliones.23.q.5.per tex.in cap.si seruus, dist. 54.vnde infert Ioan. de Arno. dialo.69.quòd correctio pertinet ad patrem ratione patrię potestatis, à qua sacerdos non liberatur.

41 Hoc autem † intellige, etiam si in percussione aliquis fuerit excessus; cum non possint verbera semper suspendi in statera. ibi. Sylue. casu 8.in fi. & Turrecre. hic, num.7.modo excessus ille non processerit ex odio principaliter, vel ex ira mixta correctioni,sed ira fuit dux, & principalis causa percutiendi, nō autem comes, vt hic per Turrecr.vbi etiā quærit, quid si magister præcipiat submagistro,ne percutiat clericum,an percutiendo

do incidat? & respondit negatiuè, quia non potest principalis magister auferre beneficium iuris, per quod conceditur corrigere posse qui docet.

42 Quinta, Prælati† per se, vel laicum capientis clericum suum, & non alienum, cap. vt famæ. de sent. excommunicat. ad idem tex. in cap. si clericus, de sent. excõ. lib. 6. vel verberantis non per laicum, sed per se, vel clericum, causa correctionis, quando per se commodè nõ potest. c. vniuersitatis, de sent. excomm. nisi esset Episcopus, qui non debet verberare suis manibus. cap. non liceat, dist. 86. Verberare autem correctionis causa est percutere pro culpa digna correctione, quamuis de illa non cogitet, Sylu. in ver. Excommunicatio, 6. nu. 6.

43 Vnde† sequitur non debere clericum torqueri per laicum etiã de mandato iudicis ecclesiastici, vt no. probat, & cõcludit Pano. in c. vniuersitatis, in vlt. no. de sent. excommun. & in cap. vt famæ, in fi. co. ti. Vbi refert Do. Ant. de But. & Ancharanum se consuluisse. Ita Decius in c. dilectis, num. 3. de appel. Et torquendo incurrunt in excommunicationem iudex, & laicus, de cuius mandato illum torquet, nisi deessent clerici ad id idonei, Sylu. qui supra, nu. 11. Quamquam existente consuetudine [pro ut est in tota Gallia, quam etiam in Italia penetrasse satis testatur Panor. in c. vt famæ, de sent. excom. scilicet, vt in curijs episcopalibus religiosi, aliæque personæ ecclesiasticæ passim torqueantur, & causa correctionis verberentur, siue fustigentur clerici per laicos, si est rationabilis, sunt excusati à culpa, & pœna, argum. cap. fi. de consue. & mea quidem sẽtẽtia est rationabilis, quicquid sentiant Panor. & Fel. in d. c. vniuersitatis. cum non sit contra ius naturale, & diuinum. Tũ, quia decens est, & honestum, ne clerici, & monachi vtantur officio adeo uili, cuius exercitium monachi, qui omnibus honoribus saltem secularibus renunciarunt, vile putant, & infame. Et illud est decens, & honestum, quod non est contra ius naturale, vel diuinum, & viris benè morigeratis, & prudentibus videtur tale, argum. cap. quo iure, dist. 8. c. quisquis, distin. 41. sed posito, quòd esset consuetudo irrationabilis, licet non sint excusati à culpa, sunt tamen excusati à pęna, glossa celebris in c. denique, dist. 4. quia consuetudo,] & si non excuset à culpa, excusat tamen à pœna saltem ordinaria, glo. in c. cum venerabilis, de consuet. Dec. in c. 1. de const. Naua. c. 27. nu. 86.

44 Sexta † inuadentis in sui honoris defensionem, quando fuga esset ei ignominiosa, Panorm. in cap. olim, de restit. spol. Hinc inueniens inhonestè cum sua matre, vxore, filia etiam naturali, non autem adoptiua, vel sorore clericum agentem, excusatur ab excommunicatione, c. si vero. 1. §. 1. de senten. excom. auth. si quis. C. de adult. si percusserit. Quod quidem procedit etiam si inuenit amplexantem, vel osculantem in loco suspecto, quamuis non inueniat in opere ipso carnali: Non tamen excusaretur ab excommunicatione, si quis inuenit suam sponsam futuram cum clerico fornicantem, glo. ab omnibus approbata in c. 3. ad finem, de sent. excom. quia quo ad peccatũ tàm maritus, quàm sponsus peccant mortaliter, c. inter hæc. 33. q. 2. c. admonere, ead. quæst. secus tamen si sponsa esset de præsenti etiam ante copulam: modo matrimonium sit contractum secundũ Concil. Trid. sess. 24. c. 1. glo. in c. si uero. 1. de sent. excom.

45 Sed † an sit excommunicatus maritus, si inuenit clericum suspectũ, & monitum per semetipsum domi cum vxore sedentem, & confabulantem, etiam si non turpiter conuersantem, & eum percusserit. Sylu. in ver. excommunicatio. 6. nume. 6. casu 10. inquit quod non. Sed contra eum est veritas. Vnde tali casu potest tantum domi detinere spatio horarum viginti ad tradendum suo iudici, iux. tex. in l. capite quinto. ff. de adulter. Ange. in ver. excommunicatio. 5. §. 19. [Sed an incidat maritus, qui se domi abscondit, vt presbyter id ignorans veni-

ret ad domũ, & inuentũ cum vxore, percutiat eũ. dico ꝙ non, cum tex. in c. si vero. el 1. e. ti. generaliter loquatur, ergo generaliter intelligendus est. l. de precio. ff. de publici. in rẽ act. & quia intẽtio summi Pontificis videtur fuisse, quòd maritus non incideret in excommunicationem ob percussionem clerici in casibus, in quibus liceret lege seculari eum percutere, nõ autem sic esset si interficeret. ratio autem, quare Canon remiserit excommunicationis pœnam, est propter illum dolorem iustum, quem facilè non potest quis temperare. Quod secus est, quo ad occisionem: nam licèt percutiens clericum cum sorore, vxore, vel filia deprehensum, liber sit ab excommunicatione, non tamen occidens, cum ille Canon de occidente non loquatur, ita Fortunius in tractat. de vltimo fine illat. ii. sed & Syl. in verbo, excommunicatio. 6. casu 10. illius cap. intellectum tractans, scribit occidentem clericum cũ sorore, filia, aut vxore deprehensum animo deliberato, in illam Canonis excommunicationem incidere; iustus enim dolor potuit tunc temperari, alioquin si absque deliberatione occiderit, locum esse illius capituli decisioni. Verum considerata illius Canonis ratione, crederem cum Couar. de sponsal. 2. par. c. 7. nu. 12. occidentem etiam absque deliberatione excommunicatum esse, sed absoluendum à summo Pontifice, si cum deliberatione fecerit. ab Episcopo, si incontinenti & ex passione subita.]

46 Infertur † etiam esse immunem ab excommunicatione illum, qui clericum percusserit, volentem ipsum solicitare ad turpia. verbi gratia: Est mulier, vel iuuenis, quæ, vel qui clericum tentantem de castitate percusserit, excusatur ab excommunicatione: modo tentatio fit opere, & non verbo: Syluest. qui supra, nu. 9. quæ si esset tantum verbo, non licet ei, nisi defensio verbalis, Ang. in ver. excommunicatio. 5. §. 21. Et hæc circa defensionem honoris.

47 Septima, † excusatur etiam percutiens clericum, quando hoc facit ob defensionem sui necessariam, cap. si vero, lo 1. c. ex tenore, de sentent. excommun. quæ debet esse incõtinenti, dum actu pugnatur, qui si modum excesserit in defensione, etsi irregularitatem incurrat, non tamen excommunicationem, si sine dolo, & diabolica suasione hoc fecerit, glo. in cap. significasti, ver. tutelæ, de homic. Sylu. in ver. excommunicatio. 6. nu. 6.

48 Octaua. Nec † in censuram incidit, qui iustè bona recuperat, quæ iniustè capta clericus asportat, vel vi occupat. cap. olim, de restit. spol. Et nec is, qui detinet clericum debitorem fugientèm, aut fugã parantem ad presentandum eum suo prelato, iuxta communem.

49 Nona, qui † clericum detineret modico tempore, vt auertat à flagitio, vel detineret clericum in flagranti delicto inuentum per viginti horas, ad conuocandum testes, ne locus sit inficiationi. Et idem est, si hoc faciat, ne incidat in manus hostium, Sylu. in ver. excommunicatio, 6. nu. 5. vers. 2.

50 Decima, † nec excommunicatus esset iustè eiiciẽs ab Ecclesia clericum excommunicatum, aut alium diuina officia turbantem, cap. veniens, de senten. excommun. clem. grauis, cum glo. eo. tit. [cap. cum voluntate, §. fi. eo. tit. & nota, quod dicta iura loquuntur de clericis in minoribus: nã si constituti in sacris conturbent diuinum officium, non debent percuti, sed puniri aliis admonitionibus, & si se non correxerint, possunt suspẽdi, ext. de celebrat. miss. dolentes, glossa in d. c. cum voluntate. Sed quid de eo, qui ratione officii, quod in Ecclesia obtinet, clericum in minoribus percutit. ut Cãtor, Sacrista, Hostiarius, & similes: an in canonem incidant? Dico quòd non: quia cui commissum est officium, per cõsequens alia, sine quibus illud non põt commodè expediri, videntur concessa.]

51 Septimo noto, quod † iniuria alia est leuis, alia mediocris, alia enormis, quæ declaratur per extrauag. Ioan. xxij. perlectis. vbi inquit, quod percussio pugni, palmæ,

palmæ, manus, colaphi, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, aut sigillationem carnis reliquit, neque abscidit membrum sine effractione dentium, vel auulsione multorum capillorum, aut effusione multi sanguinis, percussio leuis esse declaratur. Hinc concludit Lapus alleg. 76. factum, super quo consilium petitur, quod cũ plebanus quidam canonicum in Ecclesia Aretina ma
52 nu vacua percussisset, Episcopus† potuit eum absoluere: quia leuis fuit iniuria. Sic in simili quæstione voluit Card. consil. 42. Episcopum posse absoluere clericos, qui ad inuicem cum manibus, & pedibus se percusserint: quia leuis iniuria reputatur. Sic Calder. consf. 7. tenet Episcopum posse absoluere clericos, qui in ludo nimis se percusserint, deiiciendo se in terram, cum aliqua sanguinis emissione, ita refert Dec. in c. peruenit, 1. nu. 7. de appellat.

53 Enormis † vero dicitur vel ex facto, verbi gratia, qua abscinditur membrum, vel inutile ad suum officiũ relinquitur, vel macula, aut cicatrix, vel ob percussionem factam in aliam partem, quàm in naribus defluit multum sanguinis. Dicitur etiam iniuria enormis, siue atrox ex persona, veluti quæ à subdito, & inferiori fit in personas in dignitate constitutas, veluti in Episcopũ, vel Abbatem, vel in Magistratum, l. prætor edixit. §. si. ff. de iniur. §. atrox. Insti. eod. Bart. in l. non solum, §. si mandato. ff. de iniur. qui atrocẽ adeò eam esse dixit, Bald. in c. 1. §. iniuriam, de
54 pace iura. firm. vt† percutiens Magistratum, ob inimicitiam, quam cum eo gerebat, capite mulctandus sit, sequitur Iason in l. qui iurisdictioni, colum. 1. de iurisd. omn. iudi. qui dixit hoc casu pęnam esse arbitrariam, sed arbitrium posse extendi vsque ad mortem. Et quia dignitati dicitur esse illata iniuria, etiam ipse iudex potest eũ punire, ita Paris. consf. 147. nu. 7. lib. 4. post Oldr. consf. 7. Immo hæc iuris sententia extenditur etiam, cum is magistratus sit in sindicatu, ita Iason in l. principalibus, num 4. ff. si certum peta. modò contemplatione officii fuerit iniuria affectus, ita intelligit Bald. in l. obseruare. §. proficisci, nu. 6. ver. septimo quæritur. ff. de offic. proconf.

55 [Contemplatione † vero officii tunc dicitur iniuria fieri, quando illa fit exercendo officium, ut considerat consti. Regni, Eos tantum: & ratio est, quia dignitas cohæret officio, & in exercitatione officii consideratur, l. 1. in princ. ff. de postul. l. si familia, ff. de iurisdic. omn. iudic. Paris de Puteo, de sindic. in ver. iniuria, cap. an si officialis, &c. Matth. in constit. Priusquam, in quarto not. Hinc Matth. in constit. Vt participatio, in 2. quæst. & in constitu. Si quis aliquem, tenet quod vulnerans officialem Baronis, non punitur in plusquam, si vulnerasset priuatũ, quando hoc fecit ex odio speciali, uel inimicitia, & non respectu officii, vel in cõtemptum Regis, vel Baronis, & idem tenet Matth. in constitu. Eos tantum. vbi etiam And. de Isern. considerat, quando iniuria non est facta contemplatione officii, sed propter particulares inimicitias. & idem tenet Andr. in titu. quæ sint regal. in ver. & bona committentium, col. 6. & 7. vbi inquit, non esse crimen læsæ maiestatis, quando quis offendit cõsiliarium Regis propter particulares inimicitias, & idem tenet Bald. in cap. 1. colum. penul. in princ. de offi. deleg. Ex iis igitur conclude dictum Iasonis in d. l. qui iurisdictioni, scilicet percutientem Magistratum ob inimicitias, puniendum esse pœna arbitraria, quæ potest extendi usque ad mortem, iuxta gl. in §. in summa, de iniur. communiter limitari, vbi natura delicti est talis, quæ hanc pœnam meretur, vel ubi talis pœna consueuit irrogari de consuetudine: alias debet imponi pœna pecuniaria, ita Matth. in constitu. Humanitate, colum. 8. ver. quæro de aliquibus quæstionibus.]

56 Aestimatur etiam† iniuria atrox ex loco ratione notorietatis, & maximi scandali. Hinc percussus in platea, uel in theatro, vel in Ecclesia, vel in audiẽtia coram iudice, dicitur atrox iniuria, l. prętor edixit,

xit, §.fin.ff.de iniur. vbi iniuria creditur illa atrox, cum quis coram ipso Magistratu aliqua iniuria afficitur, ita Panorm. in cap. cum illorum, nu. 9. de senten. excommunic. confirmat etiam Hippolytus de Mars. sing. 549. Hinc redditur mihi dubia allegatio Lapi, nisi dicamus percussionem illam factam in Ecclesia manu vacua, non fuisse cum scandalo.

57 Mediocris † autem quę sit, certa regula dari non potest, sed relinquitur arbitrio Episcopi, vel Confessarii. In dubio autem potius declaranda est percussio grauis, quàm leuis, vt per dictam extrauag. & per Nauar. cap. 27. nu. 89. versic. præterea.

58 Absolutio † vero ab huiusmodi excōmunicatione regulariter nō debet fieri, nisi per summos Pontifices, vel per Legatos, qui de latere missi sunt. & isti secundum consuetudinē Romanæ curiæ sunt solum Domini Cardinales, quia alii non vocantur de latere, vt in cap. volentes, de offic. deleg. glo. in cap. 1. de offi. leg. lib. 6. Dixi, alii, quia reperiuntur, & sunt quidem Legati nati, qui nascuntur cum priuilegio legationis per adeptionem dignitatis Archiepiscopalis, vt est Archiepiscopus Cantuariensis, Eboracensis, Remensis; & in Italia solum est Archiepiscopus Pisanus, ut not. in cap. 1. de offic. deleg. & cap. 1. de appellat. Alii sunt Legati, qui mittuntur per Papam ad regendam prouinciam, vt patet in cap. 1. de offic. deleg. lib. 6. & ibi Franc. num. 3. igitur absolutio ab excommunicatione huius canonis fit, vel per Papam, vel per Legatos à latere, cap. ad audientiam, de senten. excommunic. cap. quod translationem, de offi. leg. & si sint extra terminos suæ legationis, dummodo sint in via, etiam si tales excommunicati aliunde veniant, extra de offic. leg. cap. excommunicatis, & de sent. excomm. cap. ad audientiam. [Quorum potestas quanta sit, vide Francum in cap. si Abbatem, de elect. lib. 6. qui inquit, quòd Legatus à latere dicitur esse maior omniū in prouincia post Romanum Pontificē, & habere iurisdictionem super omnes prælatos de Prouinciis etiā exemptos, & immediatè subiectos Papæ, & iudex ordinarius Episcoporū, & Archiepiscoporum exemptorum, ut dicitur in d. cap. si Abbatem, & in glo. in c. authoritate, §. 1. de priuil. lib. 6. & per Io. Andr. in c. 1. de verb. sig.]

59 Legati † vero, qui non mittuntur de latere, dum sunt extra territorium, nullum talem possunt absoluere, sed dū sunt extra terminos, possunt tantum absoluere existentes in prouincia sibi commissa, nō aliunde accedentes. Alii vero Legati, qui ex priuilegio suæ Ecclesiæ habent legationem, ut Archiepiscopus Cantuariēsis, &c. non possunt, nisi sit in priuilegio legationis expressum, vt in prædicto cap. excommunicatus, & c. porro, de priuil. Turrecre. hic, nu. 13.

60 Verum, † quod diximus absolutionem regulariter fieri debere à Romano Pontifice, nō procedit in multis casibus, qui enumerantur per tex. in cap. quāuis, de senten. excommunic. Syluest. in uer. absolutio. 4. nume. 3. versicu. sciendum. [& in cap. mulieres, cap. peruenit, cap. 1. cap. de monialibus, cap. quod de his, cap. vlt. eod. tit. vbi in certis casibus, qui pro violenta manuum iniectione incidunt in canonem sententiæ promulgatæ, possunt ab Episcopis absolui, vel ab aliis ex delegatione Episcoporum, cap. vlt. de off. ordin. qui quidem tex. uidetur contrarius textui in cap. vlt. §. vlt. de off. deleg. quo palàm probatur potestatem absoluēdi, vel excommunicandi alicui datam, ab eo alteri delegari non posse. vnde Doct. in l. Imperium. ff. de iurisdict. omn. iudi: ex eo capite adnotarunt uoluntariam iurisdictionem non posse delegari, glo. in l. ea parte, ff. de probat. Quare pro reconciliatione horū iurium dici potest, quòd tex. in cap. vlt. de off. ordin. procedit in eo, qui potestatē habet absoluendi ex officio ratione dignitatis, eo ipso, quòd quis Episcopus est, aut prælatus, aut ex priuilegio. nam tunc ut adnotarunt glossa, Io. Andr. Imola, Panor. in cap. vlt. de offic. ordin. & Felyn. in cap. si. de offic. deleg.

potest

poteſt delegari poteſtas exercendi nudū miniſterium ex officio, aut dignitate perpetua, adhuc iure priuilegii alicui competens: nam tunc talis poteſtas, quæ dignitati, vel officio perpetuo datur, iam ordinaria potius dicenda eſt, quàm delegata. Et ideo poteſtatis ordinariæ iura habet, & ſequitur, iux. no. per Abba. Card. & Fely. in cap. licet, de offic. ord. Barto. Alex. & Iaſon in l. §. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Sed tex. in cap. fi. de offi. deleg. procedit in eo, qui poteſtatem habet abſoluēdi ex commiſſione Romani Pontificis, ex cōmiſſione (inquam) nudi miniſterii: Is etenim delegare nudū miniſterium, à quo delectus fuit per Papā, minimè poteſt. Ita doct. adnotarunt in d. cap. ult. & Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 20. num. 5. per totum.

61 Notandum † tamen, quòd ante abſolutionem offendens tenetur realiter ſatisfacere clerico offenſo de eius offenſa. Et dicit Archid. in cap. ſi quis deinceps, 17. q. 4. quòd non ſufficit offendentem flectere genua coram offenſo, & miſericordiam petere, ſed facere debet ſatisfactionem iniuriæ offenſo, cap. olim, de iniur. & deinde habere abſolutionem à Papa, niſi haberet legitimum impedimentum, cap. quamuis, de ſent. excommun. Qualiter autē fieri debeat ſatisfactio iniuriæ clerico, dic ꝙ ęſtimabitur iniuria ſecundū qualitatem, & quantitatē perſonę iniuriatæ, & iniuriæ, & ſoluuntur dāna, expenſæ, & intereſſe, ſecundum Abba. in cap. ea noſcitur, de ſent. excomm. Et quamuis actio iniuriarū expiret poſt annum. l. ſi conuitii. C. de iniur. tamen ſi iniurians petit abſolutionem poſt annum, poteſt per uiam exceptionis opponi, non debere concedi niſi facta ſatisfactione. Ita Panor. in d. capit. ea noſcitur.

62 Item eſt notandum, † quòd pro iniuria illata clerico duplex actio oritur, altera ſibi, altera vero Eccleſię, cui ſubeſt, quare remiſſio à clerico facta non nocet Eccleſiæ, Abb. in cap. Parochianus, de ſent. excommunic. Vnde poteſt Eccleſia agere, uel ad pœnam temporalem, vel pecuniariam, & tunc ſecundum Archid. in cap. noſtro, nu. 6. applicabitur fiſco.]

63 Sed quęritur, † an eo caſu, quo iudex uelit pronunciare excommunicatū percuſſorem clerici, debeat citari ille, qui clericum percuſſit? Pro cuius quęſtionis intelligentia præmittendum eſt breuiter, quēadmodum colligitur ex dictis Decii in cap. peruenit, ideſt à nume. 10. vſque in fi. de appellat. quòd percuſſio, aut eſt notoria, aut nō notoria: pręterea aut notoria ex diſpoſitione iuris, ſecundum textum noſtrum, aut non: rurſum hæc notoria ex diſpoſitione iuris dicitur dupliciter. Primo, quando percuſſio adeò eſt notoria, & omnibus euidens, ut nihil penitus opponi poſſit, aut eſt notoria ita, ut abſens aliquam excuſationem opponere poſſit. Igitur circa quæſtionem concluſio eſt, ut requiratur citatio, ita tenet glo. in clemen. præſenti, in ver. conſtiterit, de cenſi. cum aliis allegatis per Abbatem, & Dec. in d. cap. peruenit, num. 10. el primo.

64 Et ſicut † citatio requiritur, ita etiam neceſſaria eſt ſentētia declaratoria, Quod intellige, quoties non eſſet notorium ipſum percuſſiſſe clericum, ſecus ſi illum percuſſiſſet coram populo, vel in platea: nam tunc denuntiari poſſet abſque citatione. nec poteſt dici, quòd citandus eſt percuſſor clerici, quamuis percuſſit in publico, quia poſſet ſibi aliqua defenſio cōpetere, quia quod nullo caſu eſt licitum, & notorium eſt inexcuſabile, ut inquit Fely. in cap. Rodulphus, de reſcip. in pen. col. verſi. citanda eſt.

65 Pręterea † iſtud, quod citanda ſit pars, quando fertur declaratoria excommunicationis incurſę, intelligi debet, dummodo diſcuti debeat factum, per quod dicitur eſſe in excommunicationem incurſum. Sed quando hoc eſt iam diſcuſſum, vt quia iam percuſſio eſt notoria ex diſpoſitione iuris, & ita eſt omnibus euidens, ut nihil opponi poſſit, tunc fertur ſententia declaratoria, non per regulam illam generalem, ſcilicet in omnibus pœnis requiri ſententiam, antequam incurratur,

ratur, glo. comm. recepta in cap. fraternitas. 12. q. 2. quia illa regula non procedit in pœnis, quæ nullam requirunt executionem iudicis, sed immediatè trahunt executionem ad factum, & de sui natura non expectant aliam extrinsecam executionem post se, sicut quando quis est excommunicatus, suspensus, uel irregularis: nam ista trahūt executionem ex sui natura, ita quod alia actualis executio non requiritur.

66 Cum † primum enim quis percussit clericum, est inhabilitatus quò ad omnes suas potentias absque alia declaratione, per cap. pastoralis, in fi. de appellat. ita ut repellatur à communione, celebratione, cęterisque actibus excommunicato vetitis, sed requiritur declaratoria quò ad alios, ita ut cunctis innotescat illum esse excommunicatum, & propterea vitandum. Io. Andr. in cap. 2. de rescrip. lib. 6. Felynus in d. cap. Rodulphus, nu. 39.

67 [Superest etiam ut videamus, quid † si aliquis percusserit religiosum, an possit per Episcopum declarari, & publicari excommunicatus? Respond. Panor. in c. parochianos, de sent. excommun. quòd aut percussio non est notoria, ita quòd notoriè non constet talem incidisse in excōmunicationem, sed dubium vertitur vtrum percusserit, vel percusserit ex causa eum excusante se defendēdo, vel eum non cognoscendo, & tunc est citandus, pro hoc cap. peruenit, de appel. ille, quem denuntiare excommunicatum intendit, quatenus defendat se, ne denūtietur excommunicatus, & debet iudex receptis probationibus denūtiare talem incidisse in canonem, & ab hac denuntiatione poterit appellare, nisi notoriè constet de cōtrario: quia à sententia legis non appellatur, tamen à sententia iudicis declarantis quem incidisse in pœnam legis, appellari potest, pro hoc vide bonam glo. in c. cupientes, de elect. in 6. facit cap. cum secundum leges, de hæret. lib. 6. Aut notoriè constat talem incidisse in excommunicationem, & tunc potest, & debet publicè denūtiari excommunicatus, etiam nemine petente, tex. in d. c. parochianos, glo. facit in clem. præsenti, ver. constiterit. de constit. glo. in clem. 2. §. fin. in ver. publicare, de pęnis. Sed an † hoc extendatur ad exemptum, verbi gratia: Regularis exemptus clericum percussit secularem extra claustra in diœcesi Episcopi, an possit Episcopus illum denūtiare excommunicatum? Respon. quod sic, facit tex. in c. 1. de priuil. in 6. vbi Ioan. And. ibi tenet, quod exemptus delinquens in loco non exempto possit puniri per Episcopum, quod idem confirmat Francus in cap. 2. de constit. in 6. Quod intellige nisi esset exemptus ratione delicti etiam in loco non exempto, quia tunc non posset denuntiari excōmunicatus, facit tex. in clem. 2. §. fin. vers. sibi subiectos, de pęnis. Et nec obstat tex. in clem. 1. vers. suffragante, de priuileg. vbi denuntiatio extenditur etiam ad exemptos, quia dupliciter responderi potest. Primo, vt sit ibi speciale, cum de ipsis specialis mētio fiat, ergo regulariter nequit Episcopus in illos manus extendere, cum immediatè subsint Papæ, cap. si Papa, de priuileg. in 6. cap. penult. de offi. ordin. Vel secundo quod ille tex. loquatur de exemptis, non autem de exemptis ratione delicti etiam in loco non exempto, facit tex. in d. c. 1. de priuileg. in 6. & per Domin. in c. 1. de statu regul. & per nos infra, lib. 4. cap. 2. Quare cōcludendum videtur, quod Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterii degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit; Episcopo instante, à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigędum seuerè puniatur, ac de punitione Episcopū certiorem faciat: sin minus à suo superiore, iuxta tex. in c. fin. §. si uero, de statu mona. officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit, ita habetur per Conc. Trid. sess. 25. c. 14.

68

69 Si verò † delictum esset notorium, & ageretur de pœna excōmunicationis incursa ipso iure, an Episcopus posset denūtiare exemptos excōmunicatos ad finem vt à suis subditis euitentur? Domin. in c.

Episco-

Episcoporum, vers. sed posset saluari, & ibi Francus, num. 3. de priuileg. lib. 6. inquit, quod sic, facit quod notatur per Guliel. in clem. 1. de sequestr. poss. in ver. ce-
70 cidisse. Insuper † adde Anto. de Butr. in cap. patentibus, vlt. not. de priuileg. & ibi Abb. in glo. 2. qui dicunt, quod quando exempti in loco exempto aliquid committunt, cuius effectus extra locũ exemptum porrigitur, ordinarius potest eos corrigere, & punire, idem Abbas in cap. cum inter, num. 3. de consuet. ubi affert exemplum in illicita pulsatione campanarum, seu vocum prolatione: nam licet exempti possent in loco exempto: tamen ex quo sonus, seu vocum prolatio protẽditur extra locum exemptũ, possunt conueniri, & puniri ab ordinario loci extra locum exemptum, facit etiam quod notat Bart. in l. 2. §. si quis in suo, ff. ne quid in loco publ. vbi inquit, quod potest conueniri ab ordinario loci is, qui proiicit lapidem in locum non exemptum, & hoc quidem intellige, quando exemptio conceditur aliquibus rationi certi loci, ut monachis respectu monasterii, quia possunt conueniri per ordinarium, quando effectus protenditur extra locum exemptum, vel delictum. Secus vero si exemptio concederetur personæ, ut patet in priuilegio concesso familiaribus, uel capellano Papæ: quia tunc ratione delicti non possunt corã ordinario puniri, aliàs eorum priuilegium esset inutile, ex quo sunt personaliter priuilegiati non respectu loci, ita Abb. in c. tuarum, num. 8. de priuileg. vide etiam Abbat. in c. si. de foro comp. colum. 5. qui mutauit opinionem, quæ qualis sit verior, uide Dec. in d. c. tuarum, nu. 49.]

71 Sed an † exempti citati ab ordinario teneantur comparere? Panor. in c. cum ordinem, de rescrip. inquit, quod si est notoriè exemptus, & iamdiu toleratus priuilegio exemptionis, non tenetur, [ita glo. in cap. conuenior, 23. q. 8. Old. conf. 83. not. per glo. in c. ueniens, de accusat. idem glo. & Doct. in l. 2. ff. si quis in ius voc. Vnde inquit glo. in d. c. conuenior, 23. quod clericus citatus coram iudice seculari tunc tantum tenetur cõparere, quando dubium est de clericatu, secus autem si esset notorium, idem glo. fi. in c. placita, 15. q. 4. Verum non sufficit esse notorium partibus, sed debet esse notorium iudici, vt dicit Card. in clem. quia contingit, colum. 5. quarta oppos. ad fi. de relig. domib. At si notorium erat, videtur præsumendum iudicem notitiam habuisse, argu. tex. in c. 2. de postu. in c. cum in tua, qui matrimo. accus. poss. cum sim.] aut notoriè non constat de exemptione, & tunc tenetur comparere, & allegare priuilegium, & in loco congruo, & tuto intra terminum competentem ordinario ostendere, cap. cum personę, de priuileg. libro 6.

SVMMARIVM.

1 *Horæ canonicæ quid sint, & vnde sic dictæ.*
2 *Horæ canonicæ in quo consistant, & officiũ nocturnum quid, & quid repræsentet.*
3 *Horis canonicis septenarius numerus ob quæ mysteria inductus.*
4 *Horas recitandi obligatio est de iure diuino, & de iure positiuo.*
5 *Papa, vt horæ canonicæ non dicantur, non potest dispensare, circa modum potest.*
6 *Personarum genera, quæ obligantur ad recitandas horas.*
7 *Religiosorum laici, fratres tertii ordinis, nouitii milites q; religiosi, an ad officium teneantur.*
8 *Horæ Beatæ Virginis, an & quo casu de iure sint recitandæ.*
9 *Pii V. constitutio incip. ex proximo, an omnes pensionarios comprehendat.*
10 *Pensio quotuplex, & qualiter à beneficio differat.*
11 *Pensio iusta, quæ dicatur, quibus casibus approbetur, & quis eam imponat.*
12 *Papa non potest in iure patronatus pensionem ponere sine consensu patronorum.*
13 *Beneficium habentes sub clericali titulo tenentur ad horas recitandas; amplia etiam, vt nu. seq.*
14 *Pater in beneficio clerici, an teneatur fructus*

fructus perceptos clerico petenti restituere.
16 *Pater potest in fructibus beneficii alimenta filio prastita compensare.*
17 *Beneficiatus in sacris non existens, nec fructus percipiens, officium non recitans, peccat.*
18 *Beneficium tenue non excusat à recitando officio, & quare.*
19 *Beneficiatus excommunicatus, tenetur ratione beneficii, sicut & clericus depositus ratione ordinis, recitare horas.*
20 *Gesta per excommunicatum valent in eius praiudicium.*
21 *Excommunicatus beneficio pœnitus priuatur, nec vlla eius inopiæ habetur ratio, idem in solemniter degradato.*
22 *Commendatarius, an teneatur ad horas canonicas, pariterq; coadiutor.*

De horis canonicis, & qui ad illas teneantur. Cap. L.

1 Horæ † canonicæ sunt certa pensio diuini cultus debita ab iis, qui in sortem Domini sunt electi, pro qua in substẽtationem recipiunt patrimonium Iesu Christi, extra de præb. c. cum secundum, & cap. 1. de celebr. miss. Et dicũtur ab oro, oras, quia orando, & contemplando dicuntur, & quia certis horis debent dici. Dicuntur autem canonicæ, quasi regulares à canone, quòd est regula: sunt enim regulariter dicendæ. Dicuntur diuinę, quia Deo impenduntur. Zabar. in clem. prima, de celebr. miss.

2 Hæ † autem horæ canonicæ consistũt in officio nocturno, & diurno. Officium nocturnum propriè dicitur Matutinũ, at impropriè continet Primam, quę dicẽda est diluculo. Continet etiam Completorium, quod dicendum est in crepusculo, vel aliquantulum post, Ioan. And. in c. 1. de celeb. miss. Quod quidem officium nocturnum repręsentat tempus seruitutis, & miseriæ, quo humanum genus obsessum à diabolo tenebatur; sed officium diurnum quod comprehendit alias quatuor horas, repręsentat tẽpus nostrę redemptionis, & liberationem factam per Christum solem iustitiæ, qui mentes nostras illuminat, & replet, ac reficit dono gratiæ septiformis Spiritus sancti, ut inquit Arch. in c. presbyter, dist. 91.

3 Mysteria † autem, cur septenarius iste numerus canonicarũ horarum fuerit institutus, nec plus, aut minus, sunt quòd septem existunt dies hebdomadę, quibus conditus est mundus; septemque Spiritus sancti dona, quibus mundus est recreatus; item septem sunt mundi ętates, quibus duraturus est; septemque sunt petitiones Dominicæ, quibus eadem dona postulamus; septem etiam horis consummata fuit Christi passio, vide glo. in c. 1. de celebr. miss. Hinc illis horis, quibus Domini passio fuit inchoata, continuata & consummata, canonicę horæ eisdem temporibus deputantur. cępit itaque passio Domini quo ad violentiam ab extrinseco illatam, hora noctis tertia, in qua primum rabidorum Iudæorũ furor uiolentas manus in eũ iniecit, & hoc in horto ab oratione surgentem, ibi traditus, cõprehensus, ligatus, à discipulis derelictus: Ad Annam primum, deinde ad Caipham contumeliose ligatus, falso testimonio accusatus, vt blasphemus iudicatus, velatus, consputus, irrisus, alapis cęsus, & tota nocte innocens agnus pœnis traditur, quibus respondet officium matutinum.

Oriente autem sole, prima diei hora ad examen Pilati transfertur, nouis accusationum fraudibus impetitur, vt populi subuersor, Imperii destructor, regni appetitor, diuini honoris sacrilegus, arrogator, duris uinctus nexibus, colaphis, alapisque cęsus, multisque iniuriis affectus iudici præsentatur, de tyranno ad tyrannum mittitur, & remittitur, seditionis latro præfertur, innocentissimũ corpus nudatur, iudici præsentatur, caput spinis coronatur, purpurea ueste ludricè uestitur, caput percutitur, subsannatoriè salutatur, iterantur alapæ, innumerabiles

les irrogantur iniuriæ à prima diei hora vsque ad tertiam, quibus prima diei hora officii deputatur.

Tertia diei hora Iudæorum vocibus crucifigitur, seditioso Barraba dimisso, morte turpissima condemnatur, alienis spoliatur, suis confusibiliter vestibus induitur, in medio damnatorum tanquam princeps latronum eiicitur, & crucis onerarus patibulo auctis continuò doloribus præsentatur. His itaque à tertia vsque ad sextam à Domino passis tertiarũ hora canonica deputatur.

Sexta hora immolãdæ crucis ara struitur, hostia sacrificio præparatur: nam pudicitiæ author toto nudatus corpore, mẽbris vsque ad ossium omnium dinumerationẽ distentis, manibus & pedibus ferreis clauis transfixis, altari supraponitur, leuatur, ut omnia trahat ad seipsum. Elementa compatiuntur, gaudent inimici, & blasphemant, lugent mulieres, & amici, & tamen tantorum dolorum, fellis atque poculi oblitus in cruce pendens uoces loquitur, testamentum condit: remissionem peccatorũ dat ignoranter peccantibus, Regnum conuersis, veniam pętentibus, matri discipulum prę cęteris dilectum, corpus satisfactoriis pœnis exterminandum, iustitiam discipulis, ac cæteris Christianis, veritatem patribus, & prophetis; spiritum in manu summi Patris: Sic fons misericordiæ in his dolorũ crementis ad horam nonam perueniẽs, inclinato spinolento capite, in manus Patris tradidit spiritum. His itaque in orationibus canonicis horę sextæ, & nonæ dedicantur: Sicut lanceationi, ac depositioni de cruce vespera; & completorium gloriosæ sepulturæ. Fuerunt igitur institutæ hæ horæ canonicæ, ut per illas per singula suppliciorum genera cum grati animi significatione Dominicam passionem recolerent recitantes.

4 Rursum † sciendum est, quòd obligatio recitandi horas est de iure diuino partim, & partim de iure positiuo. De iure diuino est, ut persona Ecclesiastica celebret sacrificiũ laudis, illudque Deo omnipotenti offerat de fructu labiorum; vt probatur per Apost. 1. Corin. cap. 9. à contrario sensu. Nam cùm temporalia laici clericis ministrent, ęquum est, vt spiritualia metant. cum ergo clerici viuant de bonis laicorum; rationi consonum est, vt pro eis orent, capitu. cum secundum, de præbend.

5 Hinc † infertur, non posse Papam dispensare, vt ex toto illud non dicatur, quamuis possit dispensare circa modum dicendi officium, puta, ut recitetur hoc, vel illud officium, hęc, vel illa oratio, ita Panorm. in cap. 1. de celebr. miss. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 53. de constit. Angel. in ver. Hora, num. 6. & ibidem Rosella. Circunstantiæ vero recitandi sunt de iure positiuo, scilicet tempus, ordo, qualitas, locus, modus, & numerus, & supra has dubitandum non est, quin possit Papa dispensare, cum sit supra ius positiuum. c. proposuit, de concess. præben.

6 Præterea † adnotandum est, quatuor genera personarum obligari sub peccato mortali ad recitationem horarum: videlicet clerici seculares in sacris constituti, [beneficiarii, monachi, moniales professæ, choro deputatæ ex antiquissima, & sancta consuetudine, vel statuto religionum, vt inquit Aflens. & Medin. C. de orat. quæst. 7. & non ex vi professionis, alioquin professi Societatis Iesu tenerentur, cum non obligentur quousque sacro ordine initiantur. Item milites religiosi professi, qui tenẽtur ex ordinis institutione certum numerum Pater noster, pro qualibet hora canonica dicere, ut sunt milites, & professores D. Iacobi, de quibus loquitur Nauar. de hor. cano. lib. 3. cons. 18. Item Hierosolimitani, & alii. & in Manu. cap. 25. numero 97.] Sed modo restat, vt ad casuum decisiones descendamus.

Prima. Persoluere diurnum, ac pariter nocturnũ officium tenetur quilibet clericus ordinis sacri, puta subdiaconus, & illo superior, glo. in cap. 1. de celebrat. miss. Nam quamuis in d. cap. 1. expressio fiat

fiat tantum de Presbytero, tamen Innoc. in cap. dolentes, eo. tit. minores quoque clericos exprimit, & est sentẽtia D. Thomæ, quodlib. 6. articu. 8. & vnanimiter Theologorum.

Quin etiam ad id tenẽtur monachus, & monialis professa ad chorum deputati, per tex. in cap. fin. versi. deputatus, dist. 92. Nauar. cap. 25. num. 96. & c. 7. nu. 1. de hor. cano. Quod procedit etiam si monachus non esset in sacris, & habitu derelicto, siue sponte, siue ob culpas suas, aut retento habitu viuit extra monasterium, idem Nauar. d. cap. 7. num. 20. At

7 Nouitii † iuxta commu. opinionem nõ tenentur illud persoluere, iuxta Syluest. in ver. hora. quæst. 2. versi. 6. Nauar. d. cap. 7. num. 23. de hor. cano. [Quamuis Petr. de Palu. in 4. dist. 15. q. 5. duplici capite eosdem obligari censeat, videlicet, & ꝙ eleemosynis substententur, & quòd priuilegiis religiosorum gaudeant, ut patet de sent. excommun. lib. 6. c. religioso. tamen cum hæc assertio nullo iure fundetur, ut probè ait Syluest. loco citato, non est cur recipiatur: Enimuero cum nec religionis habeant statum neque clericalẽ, nulla superstes sit causa, illos obligandi. Similiter de religiosorum laicis Aug. de Anchona, quem D. Anto. 3. par. tit. 13. cap. 4. citat, & sequi videtur, censuit, quòd sub reatu mortalis delicti teneantur ad diuinum officium sibi præscriptum. Alii autem, ut Sylu. & Sotus, negatiuam tenent partem, eo quia non sunt diuino officio dedicati. Mihi autem verior videtur, & tutior opinio D. Ant. cum sint veri religiosi ratione professionis, & sit eis loco horarum pręscriptum certum officium à regula, vel cõstitutionibus à Papa approbatis, ut dicant loco horarũ tot Pater noster, & Aue Maria. Similiter viuunt de patrimonio Christi. facit etiã ad hoc rationabilis, & antiqua consuetudo, qua eis imponitur per regulam, vel constitutiones approbatas, & cõtra facientes credunt se peccare mortaliter, Nauar. c. 25. nu. 97. Sorores etiam, & fratres tertii ordinis, & si redire non possint ad seculum, vel contrahere de nouo matrimonium, siue habeant ex priuilegio, siue ex alio, & habeant modum uiuendi religiosum approbatum ab Ecclesia, atque etiam dicendi officium determinatum ab Ecclesia, tunc dicerẽ, quòd tenentur secundum illum modum, ita Felin. in cap. nullus, de foro competen. Ioan. Tabien. in ver. Hora, numero 9.]

8 Horas vero † beatissimæ Virginis recitare tenetur, qui pensionem fructuum, vt clericus percipit: quia tunc illas non recitando peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem, secundum constitutionem Pii V. incip. Ex proximo, relatam ad verbum per Cat. Neap. de recita. horis cano. cap. 7. lib. 4. Nauar. in Man. c. 25. nu. 222. & 108.

9 Quæ † quidem constitutio comprehendit pensionarios non quoscunque, sed tantum illos, qui pensionem percipiũt, vt clerici: eiusmodi sunt plures curiales insistentes seruitiis Papæ, aut Cardinalium, vel aliorum prælatorum, aut etiam plures adolescentes vacantes operam literis: [nam isti tenentur ad officium Beatissimæ Mariæ Virginis, modo pensionarii isti non sint obligati dicere horas canonicas, ut si essent in sacris, vel beneficiarii, aut milites religiosi, quia tunc non obligarentur ad officium Beatissimæ Virginis, ita Nauar. ext. de celebrat. miss. lib. 3. consi. 18. rationibus per eum allatis. Nec etiam ad id obligatur, qui pensionem] percipit, vt laicus, quod est, quando datur viris benemeritis pro aliquo temporali commodo, facit quod notant Doctores in cap. quamuis, el secondo, de præben. lib. 6. & Cardin. in clem. quia regularis, de suppl. neglig. prælat. pensio enim etiam laicis concedi potest, 16. quęst. 1. cap. possessiones, & q. 6.

10 illud. Et † ista pensio vocari etiam solet prębenda, & diffiniri solet, quòd sit quędam pensio temporalis, quæ datur etiam de rebus ecclesiasticis pro aliquo labore temporali alicui tanquàm benemerito, puta aduocato, & simili, ita Zabarel. in clem. si iuxta, de præben. & digni. q. 12. & in

& in clem. 2. §. eadem, q. 3. Pensio vero, quæ datur alicui, vt clerico, est pars fructuum beneficii, ita Hieron. Gig. in suo tract. Respon. 10. nu. 7. & differt pensio à beneficio; quia in beneficio duo insunt, scilicet titulus, id est, dignitas ecclesiastica, vt archiepiscopatus, archipresbyteratus, &c. & ius percipiendi fructus ecclesiasticos. In pensionario autem adest tantum secundum, & non primum; quia solum retinet ius percipiendi fructus ecclesiasticos, quod quidem ius dicitur pensio à pendendo, quia dependet à beneficio, vt vsusfructus à proprietate. Rursum per pensionem quis non tenetur ad residentiam, secus in beneficiis ecclesiasticis, quia obligatur ad residentiā, de cler. non resid. cap. fin. Franc. in cap. quamuis, de præb. lib. 6. nu. 2. Item qui possidet beneficium, tenetur recitare horas canonicas. Non autē qui solam pensionem, quia sufficit tantum recitare horas Beatissimæ Virginis. Hæc autem pensio de iure communi non debet excedere tertiam partem fructuum, vide Abb. in cap. conquerente, de cler. non resid. & Concil. Trident. in cap. quoniam pleræque, sess. 24. & ita seruat stylus Romanæ curiæ, ut inquit Petr. Rebuf. titulo de reserua. tam generalibus, versicu. aliquando.

11 Nam † iusta pensio ea dicitur, quando ea exacta per pensionarium, tantum remanet beneficiato, vt possit commodè viuere, iura episcopalia soluere, & onera beneficii sufferre, cap. de monachis, c. cum causam, cap. vacante, de præben. cap. 1. de censib. & in tribus casibus est approbata, primo propter bonum pacis, cap. nisi, de preb. secundo ne resignans nimium patiatur dispendium, eidem designatur pensio. cap. super hoc, de renunc. Tertio in permutatione ratione inæqualitatis redditūum beneficiorum, tunc imponitur pensio super altero maiore, capit. ad quæstiones, de rerum permutat. Et hanc pensionem potest solus Romanus Pontifex, vel alius ex eius consensu imponere, nisi sit ius patronatus; quia tunc patronus ante fundationē benè potest imponere, secus uero post fundatum ius, & ita intelligitur tex. in cap. præterea, el se-
12 condo, de iure patron. quamuis † tunc & si Romanus Pontifex possit imponere pensionem in dictis beneficiis, quæ sunt de iure patronatus, tamen necessarius est patronorum consensus, Abb. in cap. penul. de iure patron. pensionem uero impositam stylus curiæ, & usus habet, vt nullus illam extinguat sine authoritate Papæ, quamuis gratis absque eius authoritate redimi possit, & ita se habet stylus curiæ, qui facit ius, cap. quam graui, de crim. fal. cap. ex litteris, de consti. Qui autem contrafecerit, illam extinguendo, incurrit in peccatum, non autem in censuram, cum in illam non impingant, nisi tantum simoniaci in ordine, aut beneficio, & constat pensionem non esse beneficium, vt probatur in cap. postulasti, & cap. ad audientiam, el terzo, de rescri. facta autem extinctione non tenetur amplius pensionarius recitare officium Beatæ Mariæ, Cat. Neap. lib. 4. de recit. hor. cano. cap. 8.

13 Secunda. Item † tenentur sub reatu mortalis criminis horas recitare quicunque habent ecclesiasticum beneficium sub clericali titu. facit tex. in cap. fin. de rescript. vbi beneficium non datur, nisi propter officium, & hodie hoc clare habetur per declarationem sacri Concilii Lateranensis, sub Leone X. sess. 6. §. statuimus. vbi habetur, quòd elapsis sex mensibus nemo beneficium curatum, uel simplex habens, ab eius consecutione excusatur à recitatione horarum diuinarum; quod intellige, scilicet quòd excusetur à restitutione fructuum ante sex menses, non autem à peccato mortali is, qui illud omiserit per sex menses, nisi legitimum impedimentum interfuerit, Nauar. cap. 25. in Manuali, nu. 122. Cat. Neap. qui supra, cap. 1. in fi. & capit. 8. vers. 3.

14 Quæ quidem † conclusio, quòd teneantur recitare horas canonicas, ampliatur etiam si ipsi beneficiarii peregri-

neantur iusta ex causa, & reliquerint ui carium, qui beneficio deseruiat; ita est communis opinio. quia onus recitandi videtur personale, iuxta tex. in clem. 1. de celebrat. miss. ibi fructus labiorum. Verum si nullam vtilitatem perciperet clericus ex beneficio, inquit Sylu. in ver. hora. §. 2. vers. 3. quòd possit substineri opinio Abbatis antiqui, in cap. 1. de celebrat. miss. quòd excusetur à recitandis horis. Sed veritas huius sententiæ ex sequenti ampliatione manifesta fiet.

Secundo ampliatur etiam in eo, qui horas idcirco non recitat, quia non ipse, sed vel pater, vel amicus fructus beneficii percipit: peccat enim iste mortaliter, vt inquit Nauar. c. 25. num. 103. Et ratio est, quia hoc onus dicendi officium inhæret inseparabiliter personæ beneficiati, eamq; sequitur, sicut lepra sequitur leprosum, vt Ciuilistæ dicunt de actione personali, vt per Ias. in §. omnium, nu. 2. de actio.

15 Sed † nunquid pater percipiens fructus beneficiorum ipsius filii, teneatur restituere illos filio petenti ab eo? Resp. Abbas in cap. quia nos, de testam. quòd sic; quia ex quo clerici dicuntur habere peculium quasi castrense, & possunt de ipso disponere, iuxta glo. præsenti, de offi. ordin. lib. 6. Ideo pater in dicto peculio non habet aliquem vsumfructum, vt est text. & ibi expresse Bald. in l. sacrosanctæ. C. de Episcopis & clericis. Ideo tenetur pater illos fructus, vel eorum precium restituere filio petenti, & ita fuit decisum per sacrum consilium, teste Afflic. decis. 241.

16 Verum † posset pater alimenta ab eo filio præstita in fructibus beneficiorum compensare, ita Castr. cons. 416. viso, & examinato. 2. q. volu. 2. Alex. cons. 110. vol. 7. in fi. Ioan. Lup. in cap. per vestras, de dona. inter uirum & vxor. §. 42. col. 2. & ratio est, quia quando filius potest aliunde viuere, non debet ali à patre, ut per Dec. cons. 576. quem sequitur Vrsil. ad Afflic. decis. 99. nu. 2.

Sed an excusetur à peccato mortali beneficiatus, qui non est in sacris, & ideò officium non recitat, quia non ipse, nec alius capit fructus beneficiorum, nec in posterum capturus est, & nec modo capere potest? Resp. Nauar. de hor. canon. cap. 7. num. 28. quòd sic. [Eodem modo dicendum est de eo, qui nondum habet ius quæsitum in beneficio, sed tantum fuit ad illud præsentatus, uel nominatus, vel electus, sed nondũ confirmatus, iuxta not. in cap. transmissam, & cap. nihil, de elec. Inmò neque de beneficio prouisus, cui collatio est facta, tenetur ad illud, nisi consenserit prouisioni sibi factæ, vt habetur in cap. si tibi absenti, de præben. lib. 6. & ratio est, quia iura omnia, quæ imponunt onus dicendi officiũ, loquuntur de beneficiario habēte ius in re, quęsitum. ita consuluit Nauar. extra de celebrat. miss. lib. 3. cons. 14.]

17 Tertio ampliatur, † vt beneficiati teneantur ad horas, etiam si dederint omnes fructus beneficii alteri in pensionẽ, ut renunciet alicui beneficio: & ratio est, quia ipse vere beneficiarius est. Nauar. in Manua. cap. 25. num. 103. & cap. septimo, nume. 30. & cap. 20. nume. 15. de hor. canon. quod idem censendum est de eo, qui omnes fructus beneficii dat sacerdoti capellano, ut pro eo dicat officium. Et ratio est, quia cum istud sit onus personale, per alios solui non potest, cum non transgrediatur personam, argumento l. quia tale, ff. soluto matrimonio.

18 Quarto † ampliatur in non recitante horas ex eo, quia habet tenue beneficiũ, nam peccat mortaliter, ita glo. communiter recepta, in capitu. primo, de celebratione miss. & in capitu. clericus victum, distinctio. 91. Alber. de Ferrar. in tracta. de hor. canon. quæstio. 8. Syluest. in uer. hora, quæstio. secunda, Couar. libro variar. resolutio. capitu. 73. versicu. 12. Nauar. capitu. septimo, num. 27. & capit. 21. numero vndecimo, de hor. canonic. contra Sotum, lib. decimo, quæstio. sexta, articu. tertio, de iustitia & iure. Tum quia sibi debet imputari, qui illud

lud accepit: tum quia solo suo arbitrio nititur: tum etiam, quia ut uir contrahens cum muliere modicè dotata semper, & ubique alere tenetur, & ita beneficiarius, qui est sponsus Ecclesiæ Deo semper hoc sacrificium laudis offerre tenetur, licet modicam acceperit dotem.

19 Quinto ampliatur, etiam † si beneficiatus esset suspensus, interdictus, denunciatus, excommunicatus: nam & si iustissimè fructibus beneficii sit priuatus propter excommunicationem, glo. in l. inter quos. §. damni. ff. de damno infecto, glos. communiter recepta, in capitu. pastoralis. §. verum, de appellatio. tenetur tamen horas canonicas priuatim, & occultè dicere ratione beneficii, glo. fina. in capitu. presbyterum, distinctio. vigesimaoctaua, capitu. secundo, capit. illud. de cler. excommunic. mini. quòd idem dicendum est omnino ratione ordinis sacri in clerico deposito, vel suspenso, vel excommunicato, etiam si quis fuerit solemniter, & actu degradatus, Syluest. in uer. degradatio, quæstio. 8. Nam licet depositus, & priuatus beneficio non teneatur ratione beneficii horas canonicas persoluere, ut explicat Cardin. in §. 1. 91. distinctio. articu. octauo, tamen ratione ordinis sacri, si quem habet, manet addictus illas priuatum recitare: nec eum excusat, quòd red ditus ecclesiasticos non percipiat, cum id eius culpæ contigerit: & ratio, quare excommunicati, vel depositi teneantur dicere officium est, quia excommunicatio, quæ est facta in odium excommunicati, non debet illis prodesse, facit glo. penult. in capitu. pro illorum, de præben.
20 quæ dicit, † quòd ualent gesta per excommunicatum in præiudicium eius. Hinc Nauar. in capitu. 23. nume. 202. & in capitu. septimo, nume. 19. de hor. canon. inquit, quòd & si teneatur dicere officium, non tamen debet dicere, Dominus vobiscum, vel similia, quę ad ordinis sui dignitatem pertinent, ita ante ipsum Syluest. in uer. hora, quęstio. 3. Et pro his est regula communis, quòd inducta in odium, non debent retorqueri in fauorem. l. relegatorum. §. fin. ff. de interdic. & releg. l. secunda. §. nemo, ubi glo. in ver. exuitur. ff. de cap. dimin. facit glo. in capit. 2. in glo. penult. in fi. de confess. lib. 6.

Et ideo, quando quis priuatur nobilitate propter delictum, reputatur tantum nobilis in onerosis, vt no. Bart. in l. 1. in fi. C. de infam. lib. 10. Dec. in c. intellleximus, nu. 27. de iudic.

21 Sed quod diximus, iustè † excommunicatum fructus beneficii amittere cum onere dicendi horas, adeò sanè procedit, vt quamuis deposito, ac suspenso à beneficio propter crimen alimenta sint exhibenda, ne is cogatur mendicare, grauatus inopia, in opprobrium ordinis clericorum, glos. & Docto. in capitu. pastoralis. §. verum, in uer. admiserant, de appellatio. & in capitu. cum Vintoniensis. de electio. Abbas in capitu. apostolicæ, colum. tertia, de exceptio. & ibi Felyn. nume. nono, qui idem intelligit, nisi clericus suspensus fuerit propter contumaciam: tamen excommunicato nihil ex redditibus datur, etiam si is egenus, & pauper sit: cum possit resipiscens à contumacia, ac tandem ab excommunicatione immunis effici. Ita frequentissimo omnium consensu receptum est post glo. in d. §. uerum. Quod idem etiā erit in eo, qui actu, & solenniter degradatus est, nam huic minimè sunt exhibenda alimenta ex redditibus Ecclesiæ, authore Fely. in cap. ex parte, de accusa. Couar. lib. 3. uar. resol. cap. 13. nume. 8. uers. 12. qui etiam tenetur horas persoluere, Sotus. lib. 10. de iust. & iu. quæstio. 5. articu. 3. ubi extendit etiam ad irregularem.

Sexto ampliatur, secundum Sotum qui supra, col. 2. & Couar. cap. 13. ut non excusetur à diuino officio is, qui præbendam possidet, & fructus non percipit, ut quia gratis dat alteri, aut quia in suo beneficio non residet.

22 [Septimo ampliatur, † ut idem sit, si beneficium collatum fuerit in commen

dam; quia tenetur ad horas canonicas, sicut si intitulatus esset, maximè cum ipsi conueniat ius fructus beneficii percipiendi, si uelit. De coadiutore autem dubium est, an teneatur ad horas canonicas, sicut & principalis, ob solam coadiutoriam. crederem tantum non teneri: nisi quando ipse in defectum principalis onus Ecclesiæ in se suscipit. Ad hoc enim datur coadiutor, ut deficiente principali eius uices coadiutor suppleat. Igitur principali horas per se dicente, & excusationes ad eas admittendas non habente, non erit coadiutor ratione coadiutoriæ obligatus eas dicere. Hoc uidetur tenendum soli rationi innitendo, interim dum aliqua determinatio in oppositum occurrat. Ita Medi. C. de oratione, tracta. octauo, quæstio. septima, versic. de coadiutore.]

SVMMARIVM.

1 *Sedi Apostolicæ parere contemnens, peccatum paganitatis incurrit.*

2 *Officium prætermittentes pro rata tenentur ad restitutionem fructuum, & quare.*

3 *Beneficia obtinentes à quo tempore teneantur recitare horas, & officium Beatæ Virginis, num. 5.*

4 *Restitutio fructuū pro rata, quomodo fiat, quoque modo eroganda.*

6 *Officium recitare prætermittentes restituere tenentur, etiam ante declaratoriam, & quare.*

7 *Officium recitans, & alio deliberatè mentem diuertens, tenetur ad restitutionem.*

8 *Beneficium ante annum 13. nemini licet obtinere.*

Ignarus horas recitandi debet abstinere à beneficio.

9 *Beneficium quodcunque obligat ad horas canonicas.*

10 *Officium recitantes diuersum à Breuiario Romano, tenentur ad restitutionem, & is, qui non recitat, eò quod pater fructus percipiat.*

11 *Non obligati Breuiario Romano, an possint illo uti extra chorum.*

12 *Restitutio fructuum propter officia prætermissa, ad quos spectet, & numero sequen.*

13 *Septem horas omittere, utrum unum tantum sit peccatum, an plura.*

14 *Confitenda non modo omissiones, sed & omittendi deliberationes.*

De pœnis non recitantium horas Canonicas. Cap. LI.

DOminus Anton. de Butr. in capitu. dolentes, numero vndecimo, de celebrat. miss. inquit, quòd pœna non dicentis officium cum debita deuotione, est peccatū inobedientiæ, per quod dicit gl. in dicto capitu. quòd priuandi sunt beneficiis, capitu. illud, de maior. & obe-
1 dien. quia † peccatum paganitatis incurrit, quisquis sedi Apostolicæ parere contemnit, distinct. 76. capitu. si qui sunt presbyteri. distinct. 28. capit. præter hæc. Et infidelis esse conuincitur, & iudicatur, cap. sciendum. 18. quæst. 1.
2 quapropter nulli dubium † est, præter peccatum mortali teneri ad restitutionem pro rata beneficiatos non recitantes preces horarias: & ratio est, quia quando aliquid datur ob causam, causa non sequuta illud repetitur, ut ff. de condictio. ob cau. sed beneficium datur propter officium, capitu. vlt. de rescrip. lib. sexto, notat Cald. in capitu. primo, de celeb. miss. ergo officio non dicto fructus restituendi sunt. Hanc opinionem tenet Deci. in capit. cum omnes, col. 2. lectio. 2. adductus à Couar. lib. 3. var. resol. nume. 10. Ripa in l. fin. quæst. 66. C. de reuoc. donat. Arch. in cap. si canonici. §. scituri, in prin. de offi. ordin. lib. 6. tādem amplectitur Concilium vltimum Later. sub Leone X. sess. 9. cap. statuimus, confirmatum postea per quandam extrauag. felic. rec. Pij Quinti, incip. ex primo

primo Lateranensi Concilio relato per Nauar. in Manua. cap. 25. num. 122. & per Cat. Neap. de recit. hor. canon. cap. 7. lib. 4.

3 In qua† quidē extrauaganti statuitur, vt post sex menses, quo tēpore quis beneficiū ecclesiasticum obtinuerit, sit adstrictus sub pœna restitutionis fructuum ad dicendum officium, quamuis à peccato mortali non solum ante sex menses, sed à die acceptatæ collationis, nisi legitimū interfuerit impedimentum, sit obligatus illud recitare, ita Nauar. & Cat. Neap. vbi supra. statuitur etiam, vt illud omittens teneatur ad restitutionem fructuū
4 pro rata, verbi gratia, † vt qui horas canonicas omnes vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficii, vel beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur: at qui Matutinum tantum, dimidiam, qui cæteras alias horas, aliam dimidiam, qui harum singulas sextam partem fructuū eiusdem diei amittat. Quæ quidem restitutio in fabricas Ecclesię ipsorum beneficiorum, vel reparationem, vel in eleemosynas pauperum quorumcunque erogetur, ita Nauar. in cap. quando, no. 7. num. 32. de consecr. distin. prima. Immo secundum Nauar. potest Confessarius fructus dispensare ipsi non recitanti tanquàm pauperi, modo verè sit talis, & ex hoc sciat Confessarius, quòd non sumat occasionem iterum non recitandi, per notata à Bal. in l. id quod pauperibus, quæst. 22. C. de episcop. & cler. Cald. consi. 39. de testib.

5 Vltimo † disponitur in dicta extraua. quod pensionarii, aut clerici non dicentes horas Beatissimæ Virginis, etiam teneantur ad restitutionem fructuum pro rata. Quæ quidem conclusio, ut teneantur
6 tur † ad restitutionem fructuum omittentes dicere officium.

Ampliatur primo, vt ad dictam pœnam teneantur etiam non expectata sententia declaratoria in foro conscientiæ, quia non imponitur propriè vt pœna, sed vt quędam conditio, vel modus, quia beneficia sub hoc modo, vel conditione dātur, vt horas canonicas recitent, ut residentiam faciant, &c. vt adnotauit Nauar. in c. non liceat, 32. q. 2. quare aduertant Confessarii, vt non absoluant tales pro uiribus suis non satisfacientes, ita Cat. Neap. lib. 4. de recit. hor. c. 4. & nos supra in 1. præcep.

7 Secundo ampliatur, vt † procedat etiam in eo, qui deliberatè recitando officium ad alia mentem diuerteret, nam si eas iterum non recitaret, teneretur ad restitutionem fructuum, Nauar. cap. 20. nu. 32. & seq. de hor. canon. Hinc ut nullus excusationem afferre possit circa hoc onus recitandi horas canonicas, statuit
8 Conc. Trid. sess. 23. c. 6. vt † nullus ante annum quartumdecimum beneficium obtinere pōssit; & ratio est, ne sit exemptus à recitatione horarum. Quare nemini nescienti recitare illas, licitum est beneficium acceptare. Et quamuis Concil. Later. in d. §. statuimus, non cogat beneficiarium in primo semestri teneri ad restituendum fructus, tamen mortaliter peccat, vt supra diximus, & Nauar. in Miscel. 61.

9 Ampliatur tertio, † siue fuerit beneficium curatum, siue simplex, siue omiserit horas, siue horam, vt apertè cantat cōstitutio Pii V. Et sic de minimis habetur ratio, contra illud, quod dici solet, De minimis non curare prætorem. Et ratio est, quia quando constitutio mentionem facit de minimo, vt in casu nostro, tunc de illo habetur ratio. glo. not. in l. res bona fide. ff. de contrahen. emptio. vide infrà in 7. præc.

10 Ampliatur quarto, † vt procedat, etiā si dixerit officium, non tamen conforme Breuiario Romano, vel Ecclesiæ matrici; nam tunc tenetur ad restitutionem, vt in Bulla Breuiarii habetur.

11 [Sed an qui † non tenentur Breuiario Romano nouo vti, possint, si velint, uti eo extra chorum. Exemplum ponit Nauar. lib. 3. de celebr. miss. consi. 16. de Abbate ordinis Cisterciensis, qui recitabat suas horas canonicas extra chorum, iux-

ta formam præfati Breuiarii. An inquam satisfaciat præcepto Ecclesiæ de dicendis horis canonicis? & dicit eum satisfacere. nam Pius in sua Bulla nō vetat eis vsum eius, sed solum permittit vsum antiquū, illis inquam, qui habent antiquum 200. annorum, tamen quod vti non possit, videtur magis consulendum. nam non videtur summum Pontificem illius intentionis fuisse, ut ponat diuersitatē in his, qui sunt vnius ordinis, & habitus. quod esset, si alii dicerent extra chorum nouū, & alii vetus: tum etiam, quia indecens videtur in eodem monasterio vsus diuersorum Breuiariorum, & ita in hanc partem ipse inclinat eo. tit. cons. 11.]

Quinto ampliatur etiā in eo, qui ideò horas non recitauit, quia fructus non ipse, sed pater recipiebat.

12 Limitatur vero † prædicta conclusio, & primo, vt non teneatur quis restituere pauperibus, vel ipsi tanquàm pauperi lucrifacta per distributiones quotidianas, cum debeantur iis, qui choro interfuerunt, quibus solum accrescunt, cap. 1. de cler. non resid. lib. 6. vnde non debet pauperibus dari quod alteri debetur, cap. ea te, de iureiur. Quod ampliatur, vt non solum dictæ distributiones veniant præsentibus distribuendæ propter absentiam illius, qui eas percipere deberet; verum etiam si is assistit choro, sed vel dormitat, uel loquitur, aut tacet, modo sit pars notabilis.

13 Limitatur † secundo de illis fructibus Ecclesiarum, vbi est statutum, vt fructus male percepti restituantur, & applicentur certis operibus piis: quia illis, & non aliis debet fieri restitutio. Nauar. cap. 25. num. 123.

14 Sed quæritur, † Quot peccata committat, qui omisit, vel omittere deliberauit septem horas? Respondeo, quod unum tantum committit peccatum, licet grauius, quàm si omitteret horam vnam, vel duas. Quare cum grauius sit peccatum, bonum est confiteri. Immo est hodie per extrauag. Pii V. necessarium ad hoc, ut possit Confessarius colligere, quænam restitutio necessariò sit facienda. Neces-
15 sarium † quoque est non solum, quando omisit recitare, sed quoties omittere deliberauit. Arch. in cap. fin. distinct. 91. Aliàs confessio non esset integra, quod notandum est pro Confessariis, & pœnitentibus. Nauar. c. 7. nu. 6. & 7. de horis cano. qui nu. 10. & 11. inquit quàm plurimos esse, qui non proponentes dicere horas, vel audire missas, si postea mutato proposito eas recitauerint, vel audierint, non curant peccata illa confiteri, nam ij excusantur quidē à peccatis commissionis, non autem omissionis.

SVMMARIVM.

1 *Officium recitantes, pronuntiare debent voce articulata, & studiosè.*
2 *Oratio publica alio modo recitatur, atque priuata.*
3 *Horas dicere cum balbutientibus, & versus notabiles anticipare, peccatum est mortale.*
4 *Attentio est ex præcepto in recitando officio, & quæ comprehendit.*
5 *Animum alias res agere, quo casu permissum sit, in officio recitando.*
6 *Attentio, quæ meritum parit in oratione, qualis esse debeat.*
7 *Attentionis in oratione effectus duplex.*
8 *Attentio in oratione vocali triplex.*
9 *Intellectus ad text. in cap. dolentes, de celebrat. miss.*
10 *Ecclesia de actibus animi internis, an iudicet.*
11 *Periti si ad sensum verborum non attendunt, an peccent.*
12 *Attentionum quæ præstantior.*
13 *Orationes vocales, quæ cadunt sub præceptum, quæ attentione indigeant.*
14 *Attentio non est necessaria sub mortali in orationibus vocalibus voluntariis.*
15 *Clerici, qui intersunt diuinis, si non intelligunt, quæ dicunt, quid facere debeant.*
16 *Mentis vagationis causa quotuplex.*
17 *Canendi exordium quare sit à Domine labia. & Deus in adiutorium.*
18 *Scribere, vel legere aliquid alienum, dum dicun-*

dicuntur diuina officia, an liceat clerico, aut ex necessitate aliquid facere, vel discedere.

19 *Choro inseruientes, quando teneantur supplere, vel non, omissum, & nu. seq.*

21 *Audiens, vel oculis officium percurrens, an satisfaciat.*

22 *Obligati ad officium in choro, recitantes ex seipsis secretò non satisfaciunt.*

23 *Horam, qui obliuione prætermisit, vel ordine præpostero recitauit, tenetur supplere.*

24 *Tertium nocturnum recitans, si aduertit hymnum, aut psalmum omisisse primi nocturni, quid agat.*

25 *Egredi de choro ante finitum officium licet nemini.*

26 *Diabolus in choro colligẽs syllabas, & verba omissa à dicentibus officia diuina, de diligentia admonet.*

Qualiter dicendæ horæ Canonicæ. Cap. LII.

1 Officium, † vt inquit tex. in cap. dolentes, extra de celebr. miss. dicẽdum est studiosè, & deuotè. Studiosè quo ad officium oris, quia officium pronuntiari debet voce articulata, cle. 1. de celebr. miss. & in extraua. 1. de uita, & hon. cler. idest, vt saltem orans se ipsum intelligat, vel recitans cum alio se inuicem intelligant. Et non obstat, quòd legere proprie est oculis perspicere, l. 1. vbi glo. Bal. Ang. & alii, ff. de his, quæ in test. del. Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres, q. 4. in fi. ff. de verbor. obligat. Igitur sufficere uidetur, ut cum quis recitare intendit horas canonicas, oculis perspiciat officium. Nam respon-

2 detur illud procedere in † oratione vocali priuata, quæ fit ex deuotione: sufficit enim tali casu, vt quis oculis perspiciat, idest, oculatim percurrat Psalmos. secus tamen est de oratione uocali publica, quę cantatur in Ecclesia per eorũ ministros, qui horas canonicas recitare tenentur, iuxta glo. not. in clem. unica, de reli. & ven. sanc. quia illa pronunciari debet uoce, lingua, & labiis; tum ad excitandam deuotionem ipsius audientis; tum vt magnificetur Deus; tum vt totis viribus corde, & opere Deo deseruiatur, c. nonnunquam, de consecrat. distin. 5. Debent ergo verba proferri integra, ut probatur in d. extrauag. 1. de vita, & hone. cler. & non syncopando, vel aliquid omittendo, d. cap. dolentes. Syncopa enim est figura, quæ de medio tollit, ut not. cap. forus, de

3 verb. signific. Hinc † infertur secundum Nauar. in Manua. cap. 25. num. 99. quòd dicere horas cum balbutientibus, & versus notabiles anticipare sine animo repetendi, est peccatum mortale. Deuotè vero refertur ad officium cordis, 23. distin. cap. Psalmista. idest, ut animus in diuino officio sit attentus. hoc est, ut mentem habeat præsentem ad id, quod dicitur: nẽpè, vt quòd lingua foris personat, mens simul intus concipiendo loquatur. Vnde August. Hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Et Paulus, Orabo spiri

4 tu, orabo & mente. Hæc † autem attentio cadit sub pręcepto, & duo includit in officio diuino persoluendo. Videlicet, ut orandi initio quisque attendat quid agere debeat. Hinc qui petit, vel accipit Breuiarium animo satisfaciendi huic obligationi, aut eundi ob id ad Ecclesiam, ita vt interrogatus, quare petis, aut facis hæc, verè responderet ad recitandi obligationi satisfaciendum: hic attentionem habere dicitur virtualem, Naua. c. 25. nu. 105. Deinde ut talem attentionem ad orandum habens nihil consultò agat, propter quod animum à priori attentione detorqueat. Vnde qui aduertit se res alienas à precatione cogitare, & animum reuocare non nititur, peccat mortaliter, Na-

5 uar. cap. 25. nu. 106. Quod † intellige, nisi necessitas, vel vtilitas, quæ dilationem non patitur, cogat cogitare de aliis, verbi gratia, super aliquo bono spirituali, uel temporali, uel etiam si propter nimiam fatigationem spiritus cogitet præter illa, quæ loquitur: nam etiam si consultò in his casibus faciat, modo animũ

habeat reiterandi officium, vel eius partem, credo quòd non sit peccatum mortale, secundum Innoc. & Dom. Anton. de Butr. in cap. dolentes, de celebr. miss. num. 8. Igitur secundum hęc duo, quę includuntur in attentione, ita etiam sequuntur multiplices effectus orationis:
6 nam primus effectus orationis,† qui cōmunis est omnibus charitate informatis, est mereri, & ad hunc effectum non requiritur de necessitate, ut attentio adsit orationi per totum, sed uis primę intentionis, qua aliquis ad orandum accedit, reddit totam orationem meritoriam. Se-
7 cundus † autem effectus orationis est ei proprius, quod est impetrare, & ad hunc effectum etiam sufficit prima intentio, quam Deus principaliter attendit. Tertius autem orationis effectus, quem prę- sentialiter efficit, est quædam spiritualis refectio mentis, & ad hoc de necessitate requiritur attentio non virtualis, quæ sufficiens est quò ad duos primos effectus, sed actualis. Vnde 1. Cor. 14. inquit Apost. Si orem lingua, mens mea sine fructu est. de hac duplici attentione loquitur Caiet. in uer. horę, c. 3. Sotus, de iustit. & iure, lib. 10. q. 5. artic. 5. col. 4. Nau. de hor. cano. c. 13. nu. 13.
8 [Attentionem † uero Theologi cum S. Tho. 2. 2. quęst. 83. art. 13. triplicem asserunt, quę orationi adhiberi potest. Vna est, qua attēditur ad verba, ne quis in eis erret, aut omittendo, vel syncopando, sed vt distinctè, & integrè dicat. Et hæc attentio communis est doctis, & indoctis, maribus, & fœminis, nisi quod ignorantes possunt materialiter errare articulatè non proferendo, quod non refert, modò id non intendat, & attendat ne erret. Et hæc attentio requiritur in diuino officio, & in qualibet vocali oratione: verùm non debet esse nimia, quia eodem Thoma authore, nimia cura in verbis
9 proferendis excludit attentiones. † Et quod talis attentio sit necessaria in diuino officio ad uitandam culpam, probatur ex uerbis Innoc. in Concilio generali in c. dolentes, de celebr. miss. ubi ait: Districtè præcipimus in uirtute obedientiæ, ut diuinum officiū nocturnum pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiosè celebrent, pariter & deuotè. Verba namque illa, districtè in uirtute obediētiæ, præcepti habēt uim obligantis sub reatu mortali. Neque ullius est apparentiæ eiusmodi cauillatio, quod pręceptum illic nō fertur super modum attentè, deuoteque orandi, sed super substantiam, ut diuinum officium integrè persoluatur. Nullius inquam est apparentię, nam cum pręceptum illud iam pridem in Ecclesia extitisset, nulla erat in Cōcilio oborta de illo quęstio, sed quia modus dicendi sensim in pręceps ibat, curatū est sub pręcepto illum instaurare. Adiectio autem illa, quantum Deus dederit eis, ansam prima fronte offerre potest dicendi quod attentionis modus relictus fuerit orantis arbitrio. Attamen non sic se res habet, sed sensus eius est, quod nemo teneatur summam adhibere attentionem, ac deuotionem, sed tamen apparere sese, ut per se non stet, quò minus Deus deuotionem, atque animi refectionē influat. Quod si arguas, quod Ecclesia de actibus
10 animi internis, † ut potè quos minimè nouit, iudicare non debet: Respondetur, quod quamuis per se sub Ecclesię iudicium non cadant, nihilominus tanquam exteriorum radicem, aut circunstantiam mandare de illis potest. Dum enim annualem confessionem indixit, subsequēter iussit, ut mente de peccatis cogites, illaque in memoriam reuoces. Immò in clem. multorum, de hęret. eos, qui odio, uel amore hęreticos inquirunt, aut inquirere prętermittunt excommunicatione ferit, quam non incurrent, nisi ex huiusmodi affectionibus delinquant: multaque alia exempla uidere poteris apud Medin. C. de oratione, q. 15. uers. his tamen non obstantibus. Pariter ergo pręcipere potuit attentionem, quę orationis ingenio, & conditioni natiua est. Secunda attentio est ad sensum uerborum, ut mente percipiat id, quod mente significatur, & ad illud applicet affectum. Et hęc

attentio

attentio non est omnibus communis, sed solis intelligentibus, & Theologiæ peri-
11 tis. Si tamen sint docti, † qui sensum verborum intelligunt, an peccent, si ad sensum non attendant? Dic quod non: Nam cum in talibus orationibus certũ sit, nil illicitum, aut ineptum contineri, satisfaciunt sic orantes, si in genere intẽdant à Deo petere, quod illic continetur, etiã si particulariter ad contenta non attendant. Medi. C. de oratione. q. 14. in fi. Tertia attentio ad finem propositum vergit, scilicet ad Deum. Attendũt enim orantes tum ad diuinam maiestatem, cũ qua loquuntur, tũ ad suam exiguitatem, qui loquuntur: & preterea ad eorum necessitatem, quę postulant, scilicet gratiã, fidem, spem, virtutum incrementa, peccatorum antidotum, perpetuam beatitudinem, & alia huiusmodi peti solita, & debita, quæ quidem attẽtio summopere necessaria est in oratione tam ab idiotis, quam à doctis, & à qua attentione actuali, vel virtuali debet procedere oratio, & diuinum officium. Ideo inexcusabilis est quisquis mente vaga precatur.]

12 Et harum † quidem attentionum secunda est melior prima, & tertia secunda, quę quidem tertia omnibus potest esse communis, vt inquit D. Tho. qui supra. Prima vero ferè omnibus, sed secunda solum callentibus idioma, Nauar. c. 25. nu. 105.

13 Et † hæc quæ diximus de attentione, quæ necessaria est sub vinculo peccati mortalis, procedunt in orationibus vocalibus, quæ cadunt sub pręcepto, vt orationes canonicæ, & iniunctę pro satisfactione, vel ex voto, quamuis si aliquid fieret, quod non tantam animaduertentiam expostulet, nec recitationi sit actus contrarius, & si contra orationis dignitatem malè faceret, non tamen esset peccatum mortale, sed veniale, Sotus lib. 10. q. 5. ar. 5. col. 4. Immò neque forsan veniale. Huiusmodi sunt lauare manus, se induere, pennam temperare, aut id genus similia. qui quidẽ actus quandoque nõ sunt peccata, neque venialia, v. g. In ordine prædicatorum. Nam (vt dicit Sotus) eis pręceptum est, ut surgentes Virginis officium dicant: & (ut antiqua indicat dormitorii dispositio) inter induendũ se fratres illud dicebant, ut iniqua phantasmata, quę in ipsa expergefactione occurre-
14 re solent, abigerentur. Neque † etiam attẽtio necessaria est sub vinculo peccati mortalis in orationibus vocalibus, quæ non cadunt sub præcepto, vt sunt orationes voluntariæ assumptę: nam cum penitus illæ omitti possent sine peccato, consequitur, quòd euagatio mentis tollens attentionem non inducit peccatum mortale, sed bene veniale, nisi forte adesset contemptus, vel scandalum pusillorum, ita Gabr. de cano. miss. lect. 22. Sotus de iustitia, & iure, libro 10. quæstio. 5. articu. quinto, columna fi. qui etiam addit, quòd nullum peccatũ committit is, qui dum aliquid negotii facit, vult psalmos recitare, vt alias caueat cogitationes, quia illud non per modum orationis, sed tamquàm mentis retinaculum eligitur. Hęc autẽ modo restat, ut exemplis declaremus.

15 Prima Clerici, † vel laici, qui diuinis intersunt, si non intelligunt quæ dicunt, non peccãt: modo cor habeãt ad Deum, & ad res, quæ petuntur, uel ad uerba, ne in eis errent, Innoc. in d. c. dolentes. D. Tho. 2. 2. quæst. 83. artic. 13. At qui neque ad uerba, neque ad Deum, neque ad res, quæ petuntur, attentionem habet, sed deliberatè recitando officium ad alia mentem diuertit, peccat mortaliter, per cap. dolentes, de cele. miss. Nauar. in Manu. capitu. uigesimoquinto, num. 106. & non satisfacit pręcepto Ecclesiæ, unde saltem tenetur repetere officium usque ad mediam noctem, qua elapsa, tenetur id agere ad quod tenetur is, qui illud non recitat, scilicet, ad restitutionẽ fructuũ, Nauar. capitulo 20. numero trigesimoprimo, & seq. de hor. can.

16 [Mentis † autẽ vagationis causa multiplex est. Prima quidem, quam Basilius significat, scilicet mentis debilitatio, & langor, quem ex peccato originali contraxi-

traximus; per quod frænum originalis iustitiæ amisimus. Vt enim qui non est poplite firmus, non potest fixè incedere, ita neque mens nostra firmiter propositæ meditationi adhærescere. Præterea, & praui habitus nostrorum scelerum, & inolita consuetudo mundana cogitandi. Nam sicut corruptus humor corporeus, quò semel fluere incipit, illuc semper, ac pertinaciter decurrit, sic & lubrica nostra cogitatio. Accedit & supra hæc omnia, dęmonum infestatio, qui nobis in oratione, qua cum Deo tam familiariter conuersamur, infestissimi sunt. Quapropter nec nobis demirandum est, quòd mentem in oratione retinere non possumus: neque tamen desperandum, sed tanquam in re preciosissima, ita & difficillima omni potius diligentia enitendum, vt orantes præsentes animo simus, primum diuinum fauorem contra dęmones imprecando.

17 Hac † enim ratione nos instruxit Ecclesia, quæ canendi exordium inde auspicatur, Domine labia mea aperies. & Deus in adiutorium meum intende. Deinde cogitatricem mentem aliunde quantum in nobis est dimouentes, ad diuina assuefaciendò: quia quoties quis dedita opera mente vagatur, peccatum mortale committit. d.c. dolentes.]

18 Secunda, scribere † aut legere aliena ab iis, quæ recitantur, si deliberatè fit sine animo repetendi, & est pars notabilis, peccatum est mortale: quia scribere, aut legere aliena ab iis, quæ recitantur, est opus exterius, quod omnibus tribus modis attentionis repugnare videtur. at secus dicendum esset de eo, qui necessitate ductus, aut urbanitate responderet alicui, vel subscriberet: modò animum haberet recitandi ea, quæ socii recitant, dum ipse scribit, Nauar. c. 25. nu. 107. sic etiam nec peccaret mortaliter, nec venialiter, qui ob aliquam causam, puta tussim, collocutionē, aliquid etiam notabile cum animo repetendi omiserit aliis non expectantibus, alias mortale esset, si sit aliquid notabile, & animum repetendi non haberet, Nauar. c. 25. nu. 98. nam si quid exiguum esset, non oporteret repetere, quod alii dicunt, etiam si ipse recitare nequeat, vel quia tussit, vel sanguis è naribus effluat, vel si quid dicens loquitur, quamuis ob id chorum egredi oporteat, modo exiguum sit quod omittitur, etiam si sit psalmus integer: quia ratione societatis dictum ab vno censetur dictum ab aliis, etsi semper consulerem supplendum, Naua. de hor. cano. cap. 19. nu. 83. Verum, quando supplere est de necessitate, non debet fieri tunc cū psallitur, præcipuè si sint pauci, vel si ipse reassumendo perturbaret alios, sed pœniteat, & expleto officio suppleat omissum, si est quid notabile, aut si est quid minimum, aliquid suppleat loco ipsius, Sylu. in ver. hora, quæstio. 12. vers. secundum. Hoc autem accidere potest plurimis modis, & primo,

19 Est † qui quærere tenetur Psalmos, aut Antiphonas in choro, vel transferre libros de loco ad locum, iste si ante diuinum officium libros pręparare poterat, tenetur supplere omissum. Hinc infertur, quòd qui recitare tenetur in choro lectionem, vel responsorium, & id non prouidet interim, dum chorus aliud recitat, vel cantat, tenetur supplere postea totum id, quod canere omisit dum prouidebat, si sciebat, uel scire debebat id sui muneris futurum esse: Nam si non tenebatur lectionem recitare, vel libros ponere, sed ea facit, quia ab alio non sunt præparata, excusatur ab omissione, & recitatione eorum, quæ interim in choro dicta fuerunt, Nauar. c. 11. nu. 36. & seq. de hor. can.

20 Sic etiam † nec tenetur ille supplere omissum, quando ante diuinū officium præparauit psalmos, vel antiphonas, aut librum, dummodo interruptio iusta sit: quia si plus temporis ponatur ad hoc, ita vt faciat partem notabilem, videtur supplenda sub pœna peccati mortalis, Naua. cap. 10. nu. 70. de hor. cano. Quando autem supplere non tenetur, ea est ratio, quia chorus videtur supplere id, quod omisit.

omisit. Vnde ob id non tenentur supplere Magnificat, aut Antiphonam, qui mittuntur ad thurificandum altare, Sotus, lib. 10. q. 5. art. 3. Sic ille, qui dicit officium in choro, non tenetur supplere partem psalmi, quæ dicitur ab alia parte chori, vel antiphonas, aut responsoria quæ ab aliis dicuntur, sed satis est illa audire, secundum Palud. in 4. distin. 41. & ratio est; quia quod unus dicit, reputatur dici ab omnibus, Syluest. in ver. hora. q. 8. & Henr. quodlib. 13. Innoc. in cap. dolentes, de celebrat. miss. Non posset tamen sine scrupulo partem suam secreto recitare, Nauar. de hor. cano. cap. 16. num. 17.

21 Tertia, non † satisfacit obligatus dicere officium, illud audiendo cum maxima attentione, & deuotione, quia hoc sacrificium de fructu labiorum est, non autem aurium. Nec is satisfacit, qui solus recitando horas canonicas, oculis officium perspicit, & percurrit, quamuis legere sit oculis perspicere, ut superius diximus, quia tenetur dicere, & pronuntiare, & recitare, ita ut saltem se ipsum intelligat. Si vero dicit officium in choro, & secretè recitat, non satisfacit, tùm quia de numero chori nō censetur; tùm etiā, quia chorum nō adiuuat. Ita Caiet. in ver. hora. in fi. Quod tamen fallit, quā do bona fide, & iusta causa id faceret, Caiet. qui supra.

22 Sed vtrum † obligati ad officium in choro, ut sunt canonici, qui recitantes horas in choro sunt participes distributionum quotidianarum, recitando illas ex seipsis secretò, satisfaciant choro? Respond. quòd non; ideò tenentur distributiones quotidianas restituere: & ratio est, quia non censentur de choro, cum debeant illum adiuuare taliter vt se ipsos intelligant inuicem.

23 Quarta. Supplere † tenetur omissum ille, qui per obliuionem, uel inaduertentiam horam aliquam, vel eius partem notabilem omisit, vel præpostero ordine eas recitauit: nam & si nō teneatur iterum recitare, tenetur tamē supplere omissum, Nauar. cap. 25. nu. 99. Verum qui scienter prætermissa una hora dicit sequētem ex rationabili causa, puta in adiutorium chori necessarium, non peccat, sed sufficit ei supplere, nisi præcessisset negligentia, vel mora in dicendo, quod chorus dixit, Syluest. in ver. hora. q. 9. vers. 4. Immò consultius est, si ex culpa omiserit, ut in choro posteriores dicat, & postea, priuatim priores persoluat, quam si ut ordinem seruet, à choro absit, Sotus lib. 10. quæst. 5. artic. 3. Nauar. de hor. can. cap. 3. num. 65.

24 Quinta. Recitans † tertium nocturnum, aduertit se hymnum, aut psalmos primi nocturni omisisse, debet dolere de negligentia, & supplere, sed non tunc, sed post officium expletum: & hoc si recordatur intra tempus, ad quod dicere tenebatur, idest, vsque ad mediam noctē, aliàs satisfaciat arbitrio Confessarii. Syl. in verb. hora. nume. 15. versic. tertium. qui quidem Confessarius non tenetur de præcepto iniungere, ut illud suppleat, sed quid aliud. Abb. in capit. 1. de celebrat. miss.

25 Sexta. Nemo debet † egredi de choro, antequam finiatur officium absque notabili impedimento. Et qui absque isto egreditur, debet præsumere se instigationi diabolicæ consensisse, ob illam visionem Beatissimi Patris nostri Benedicti, à D. Gregorio relatam in secundo Dialogorum libro, scilicet cum vidit dæmonem extrahentem quendam monachum per extremitatem cuculli à choro, antequàm finiretur officium, & disciplina beatissimi Patris diabolū fuisse fugatum. Si tamen egreditur, peccat mortaliter, si quod esset notabile omissum, non supplendo, verum si supplet, uenialiter peccat, quando hoc accidit culpa sua.

26 Considerent † etiam obligati recitare horas canonicas visionem illam relatam à S. Antonino par. 2. titu. 9. cap. 12. §. 3. de quodam Patre Sancto, cui videri in choro dæmonem multa imponentem sacco, & interrogatum quid imponeret, respon.

disse sillabas, & verba, quæ hi, vel illi omittunt, vel deglutiunt inter dentes, vel versus incipiunt antequàm ij, quibus cũ recitant alios absoluant, uel malè versus pronunciant, vt illos eius rei accusaret in iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Horæ canonicæ cur in Ecclesia persolui debent.*
2 *Officium diuinum priuatim recitandum, vbique extra Ecclesiam recitari potest: fallit, nu. seq.*
4 *Canonici officium extra chorum recitantes non excusantur.*
5 *Obligatus ad aliquid certo loco faciendum, extra illum non satisfacit.*
6 *Obligatio ad quid qualitate qualificata faciendò sine ea, non soluitur.*
7 *Impedimento aliquo iusto impeditus ab horis in choro canendis excusatur.*
8 *Clericus beneficiatus tenetur singulis diebus in choro horas dicere.*
9 *Capellanus in certo loco institutus non satisfacit officio extra illum locum. fallit, vt nu. 12.*
10 *Testatoris voluntas impleri debet ad vnguem in forma specifica.*
Episcopus ex iusta causa dispensat in dispositione testatoris, & quo casu.
11 *Testatoris dispositionẽ mutare nemini licet nisi Papa, & Episcopis ex iusta causa.*
13 *Constitutus in sacris etiam in Ecclesiis regularibus tenetur sub mortali dicere horas.*
14 *Ecclesia cathedralis, & item collegiata, quæ dicatur.*
15 *Officiũ recitãdi modus, qualis esse debeat.*
16 *Deuotè recitare quid sit, & deuotio vnde dicatur, & quid sit.*
17 *Attentè, dictio, quid sonet, & cantus quare fuerit introductus.*
18 *Tempus, intra quod officium diuinum recitandum est, quanti intersit.*
19 *Præposteratio in dicendis horis venialis, & grauis culpa, esse potest, non mortalis.*
20 *Horæ, qualiter sint recitandæ.*
21 *Clerici præsentia in choro, an sufficiat.*
22 *Modus officiandi qualis, & an officium aliud pro alio recitare peccatum sit.*
23 *Officium beatæ Virginis, & mortuorum recitare, an & quando sit de præcepto, & nu. seq.*
Litanias recitare, an sit de præcepto.
25 *Officium soluendi ordo, qui sit.*

Quomodo dicendæ sunt horæ canonicæ, Cap. LIII.

1 DEcet † quemlibet in sacris, vel religiosũ horas canonicas reddere in Ecclesia, clem. 1. de celebr. miss. iuxta illud, In Ecclesiis benedicite Deo: [& ratio est, quia si reliquis publicis actibus sunt propria loca signata, ut forum iudicibus, Senatus consiliariis, litteris exercẽdis scholæ: cur oblatione horarum sacrarum, pariterq; missarum solemniis locus sacer non erit? vnde Deus templum sibi Hierosolimis ædificari præcepit, quod Christus domũ orationis vocauit, ut habetur in clemen. graui, de celebr. miss. tum etiam] ratione concursus populi, tum ratione variorum mysteriorum, quæ recensentur à D. Th. 2. 2. q. 84. art. 3. ad secundum. Et ad minus debent esse duo. i. presbyter, & clericus, cap. proposuit, in fi. & ibi Do. Ant. de filiis presbyt. & hæc de publica, & solemni oratione.

2 Quod vero † ad officium diuinũ priuatim soluendum attinet, licet decentior locus sit Ecclesia, iuxta illud psal. unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. ibi enim animus ad deuotionem magis excitatur propter solitudinem, & quietem, nam non mediocriter aduersatur exteriorum tumultus ad pacem mentis, & animi, & ad obtinendam tranquillitatem, quæ oranti animo necessaria est: vbique tamen potest fieri, & satisfit præcepto, iux. dictum Pauli. 1. Timoth. cap. 2. qui ait: Volo viros orare in omni loco, idest, in Ecclesia, siue extra Ecclesiã, siue equitando, siue stando, uel

in

in via, uel in domo, ut notat Zabar. in clemen. 1. de celebrat. miſſ. Sotus lib. 10. q. 5. art. 4. in fi. Nihilominus tamen ii, qui priuatim diuinum officiũ canonicè ſoluunt, curare debent, ut ſi non in Eccleſia, ſaltem domi oratorium habeant pro ſua facultate deſtinatum, ubi attentè, & deuotè tam egregium religionis officiũ Deo valeant exhibere: nam illud in foro, aut in vicis morè aliorum negotiorũ ſecularium pręſtare, præterquàm ꝙ attentioni impedimentum obiicitur, non habet illam honeſtatẽ, quam res pro ſua dignitate depoſcit. Sotus, qui ſupra.

3 Verùm id, † quod diximus, licere vbique orare, fallit primo, ut id non liceat in locis indecentibus, ut vbi profana fiunt, & inter compotandum, & dum naturæ ceditur: nam id ſaltem ſine culpa eſſe nõ poteſt veniali, quare multo eſt cõgruentius tempus orandi differre, quàm illis locis, aut tẽporibus orare. Sotus, qui ſupra, Nauar. de hor. cano. c. 4. & c. 25.

4 [Limitatur ſecundo † in Canonicis Eccleſiarum præſertim cathedraliũ, qui nolũt adire choros ſuarum Eccleſiarum ad canendas, pſallendas, vel pronuntiandas collegialiter in eis horas canonicas horis ad id ſtatutis, nam peccant mortaliter; Et ratio eſt, quia † qui tenetũr de

5 præcepto aliquid facere in aliquo loco, vel erga certum genus perſonarũ, ſi non facit illud in eo, vel erga illas perſonas, non ſatisfacit ſuæ obligationi, etiam ſi faciat illud in alio loco, vel erga alias perſonas, vt probat tex. in cap. nos quidem, & cap. Ioannes, de teſtam. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. l. quæ conditio. §. cum ita, ff. de condi. & demon. glo. celebris in cap. ſi pater, ver. pauperibus, de teſtam. lib. 6. At Canonici omnes iure communi, & regulari tenentur canere, pſallere, & pronuntiare collegialiter cum aliis in choro ex mẽte ſacrorum canonum, quæ colligitur ex c. 1. de celeb. miſ. & melius in c. dolẽtes, in ver. choro, eo. tit. in Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. ergo præceptiuã legem tranſgrediũtur, ſi eas non dicunt in choro, etiam ſi alibi dicãt.

6 Rurſum, † qui tenetur ad faciendum aliquid qualitate aliqua qualificata, non ſatisfacit ſuæ obligationi faciẽdo illud ſimpliciter ſine illa qualitate, cap. ab eo, de elect. lib. 6. quatenus probat eum, qui obiicit electo aliquem manifeſtum defectum, nõ ſatisfacere probando illum ineſſe illi, niſi probet id eſſe manifeſtum.

7 Excuſatur tamẽ ab horis canẽdis, † & pronuntiandis in choro, ſi iuſto impedimento eſſet impeditus, ut quia eſſet canonicus infirmus, captus, vel uiolenter detentus, cap. 1. de cleri. non reſid. lib. 6. cap. cum dilectus, cap. ad noſtram, eo. tit.

8 Limitatur tertio † in clerico beneficiato in aliqua Eccleſia, & deputato ad officium perſoluendũ: nam iſte tenetur officium dicere in choro, iuxta tex. in cap. fi. diſt. 92. vbi per illum text. contrafaciens deponitur, quod nõ fit ſine peccato mortali: modo tamen iuſtum impedimẽtum non habeat, verbi gratia, abſentiæ.] Non tamen debet cauſas abſentiæ fingere, ut Eccleſiam defraudet, quia ad reſtitutionem fructuum teneretur, & præcepto non ſatisfaceret, cap. fin. diſtin. 92. Innoc. in cap. dolentes, de celebrat. miſſ. Sylu. in uer. hora, §. 3.

9 Infertur † hinc, quòd ſicut obligatus in Eccleſia dicere horas non ſatisfacit, ſi recitauerit extra: ſic vbi quis eſt inſtitutus capellanus in certo loco, vel capella, vel Eccleſia, uel eſt factum legatũ, quòd celebrentur tot miſſæ in tali altari, uel Ec-

10 cleſia, teſtatoris † voluntas ad vnguem impleri debet in forma ſpecifica, ut perbellè notat Bald. in l. ſi quis ad declinandam, num. 9. & 10. C. de epiſc. & cleri. in l. 1. in fi. C. de his, quæ pœnæ nomi. ex cauſa tamen iuſta poterit Epiſcopus diſpenſare, facit tex. in cap. nos quidem, de teſtam. Nauar. de hor. canon. cap. 5. & ratio eſt, quia vbicunque eſt certa diſpoſitio teſtatoris reſpectu certæ perſonæ, uel loci, & eſt cauſa poſſibilis, & locus poſſibilis de iure, & de facto ibi non poteſt per Epiſcopum alterari, ita probatur hæc regula quo ad perſonas, in l. ſi autem in perſonam certam. C. de epiſc. & 11 cler.

cler. Quò vero ad causam, & locum pro batur in cap.dudum, & in clemen. quia contingit, de relig. domi. immo inquit
11 Zabar. † in d.clem. quia contingit, q. 4. quòd si testator legauit, hospitale fieri in fundo suo, & dotari ad vsum pauperum, & quòd rector moueretur, & remoueretur per quendam Prælatum, quòd exe cutores non possunt authoritate diœcesani facere Ecclesiam religiosorum, quãuis qui melius, & magis faciat, non faciat aliud, sed idem, sicut est in tali casu, quia plus est Ecclesiam religiosorum facere, quàm hospitale, facit ext. de voto. cap. scripturæ, & regula, plus. lib. 6. & ratio est, quia voluntas defuncti facta ad certum vsum maximè pium, pro lege seruanda est, 14. quæst. 2. cap. ultima uoluntas, & ibi glo. de testam. cap. tua. immò nec talis alteratio posset fieri per Legatũ sedis Apostolicæ, ut vult gl. in ver. Apostolicæ, in d. cap. quia contingit. sed solum per sedem Apostolicam. potest enim Papa de his legatis dispẽsare pro ut vult, de sepult. clem. dudum. §. pen. quia est gu bernator insolidum vniuersalis Ecclesię, cuius caput est Ecclesia Romana. Quinimmò nec etiam cõsentiente hærede hoc potest alius à Papa, optimus text. in l. si ego, ff. de iure doti. nisi etiam cum consensu hæredis concurrat iusta causa alterandi testatoris dispositioné, quia tunc non solum posset fieri per Legatum, sed etiam per Episcopum, secundum not. de testa. de his. Hęc autem iusta causa videtur esse, quando legata non possent conuerti ad vsum deputatum. facit de testa. cap. nos quidem. Zabarel. in d. cap. quia contingit. quæst. tertia, de relig. domi. [Vbi etiam Doct. & alii in cap. quæ in Ecclesiarum, ext. de constit. ampliant ad Imperatores, Reges, & alios, qui habent regalia, & non recognoscunt in temporalibus superiorem, quòd possint mutare iusta de causa relicta testatorum laicorum ad vsus profanos in alios usus profanos, & à fortiori in pios, l. 1. & l. legatum. ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin.
12 An vero † Capellanus, qui est specia liter obligatus in certo loco, vel certis die bus celebrare, si diebus illis ibi nõ possit celebrare, quia fortè Ecclesia ibi est violata, aut certè impedita, teneatur in alio loco non sic sacro celebrare loco missæ, quæ in destinato loco dici debebat? Dic quòd inspicienda est intentio præcipientis, quæ si manifesta est, facile est scire quod quæritur: verum si dubia esset, crederem quòd deberet in alio loco dicere: cum principalius intenderit missarum fructum sibi, & suis defunctis applicari, quàm loci venerationem: Ideo capella impedita tenebitur alibi missas dicere, ne dotator defraudetur: & ratio est, quia tẽpus, vel locus nõ videtur esse appositum ad finiendam obligationem, sed ad dilatandam, & ad salutem animarum, vnde etiam elapso tempore ille tenetur, vt etiã diximus de eo, qui per annum confessionem omisit. Ita sentire videtur Medi. C. de Confess. tract. 2. quæst. 11. vers. præsuppono.]
13 Limitatur quarto, † ut non solùm in Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, sed etiam in regularibus teneatur in sacris cõstitutus dicere horas sub peccato mortali, quando propter eius absentiam pateretur chorus magnam iacturam in celebratione officii, ut quia non essent alii potentes cõpetenter recitare, nisi ex causa abesset, uel id non duceret in consuetudinem: quia semel, aut bis facere non esset peccatum mortale, c. fi. 92. dist. Syl. in ver. Hora, num. 12.
14 Ecclesia † vero cathedralis est, quæ habet Episcopum, 50. dist. postquàm. collegiata autem dicitur illa, ubi est collegium simul viuentium, per id, quod no. 12. q. 2. qui manumittitur. Et ubi est commune dormitorium, & refectorium, ita per Innocen. in cap. postulasti, de iure patro. Zabarel. in clemen. 2. de ætа. & qualit. quæstio. quarta. vbi ponit signa, per quæ cognoscitur Ecclesia collegiata. [Quot vero personæ faciant congregationem, uel collegium, aut turbam, uel populum, vide glo. penult. in cap. 1. de elect. & ibi Innoc. & Anto. de Butr.]

Seruari

15 Seruari † etiam debet modus in dicẽdis horis, vt reuerenter, deuotè, & attentè psallant. distinct. 92. capit. cantantes. Reuerentia verò in eo consistit, ut sint corpore compositi, quia incompositio corporis (ut Augustinus ait) inæqualitatem indicat mentis, cap. fin. 91. dist. Etenim si ii, qui cum terreno Rege locuturi habitum, & incessum, & amictum, atque omnia componunt, ita ut Regis animo nihil sit, quod displiceat: multo magis id perficere debent psallentes ante hominum, & Angelorum Regem. Debent ergo reuerenter, & humiliter cantare: quia talis oratio, vt habetur Eccl. 35. cœlos penetrabit. D. Thom. 2. 2. q. 84. art. 2. Non tamen talis reuerentia est de præcepto, ita ut si minus reuerenter officium dicatur, tamen præcepto satisfit: verum posset esse peccatum ueniale, quando magna esset irreuerentia, iuxta Innocen. in c. 1. de celeb. miss.

16 Deuotè † etiam debet recitari officiũ, idest studiosè, & ita accipitur in d. c. dolentes, vt inquit D. Tho. 2. 2. q. 82. art. 1. [vnde versus. Non vox, sed votum, non musica cordula, sed cor: Non clamor, sed amor pulsat in aure Dei. Et dicit canon, quòd in his nihil facilius hominibus si perfunctoriè res agatur: sed nihil miserabilius apud Deum, 40. dist. ante omnia.] Deuotio dicitur à deuouendo: vnde deuoti dicuntur, qui seipsos quodammodò Deo deuouent, ut ei se totaliter subdant. Quare deuotio nihil aliud est, quàm uoluntas quædam promptè se tradendi ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum; sic aliquis Dei, vel Beatissimæ Virginis dici solet deuotus. Sotus lib. 10. q. 5. artic. 5. Qui autem hac caret, non peccat.

17 Attentè † autem id videtur sonare, ut recitando officium, mentem habeat præsentem ad id, quod dicitur, unde August. Hoc uersetur corde, quod uersatur in ore. Et hoc cadit sub præcepto, quia vt inquit Apost. Orabo spiritu, & psallam mente. [Item hymnos, & psalmos alto cantu persolui maximè congruum est, & decorum, ut inquit Sotus lib. 10. de iust. & iu. q. 5. art. 2. iux. illud psal. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ &c. & psallendo, dæmones Dauid fugabat. 1. Reg. 16. Cantus enim maximam habet vim ad excitandam deuotionem nostrã, & eleuandam mentem in Deum.]

Tempus etiam debet inspici, & considerari in horarum recitatione, ut horis competentibus persoluatur officium diuinum. 91. dist. cap. presbyter. & cap. 1. de celebr. miss.

18 Tempus † autem satisfaciendi præcepto Ecclesiæ, incipit à primis vesperis diei præcedentis, & terminatur vsque ad mediã noctem diei sequentis, iuxta Sot. lib. 10. q. 5. articu. 4. Caiet. in ver. hora. Nauar. de hor. canon. capit. 30. nume. 20. infra enim hoc tempus debet persolui officium diuinũ, alias peccatum esset mortale. Et debet infra hoc tempus persolui horis competentibus, quamuis non obliget sub mortali peccato. Attamen qui sine culpa, sed legitimè impeditus, horas debito tẽpore recitare non posset, videat, secundum consilium D. Tho. quodli. 1. artic. 28. potius præuenire, quàm postponere, quia primum est prouidentiæ, secundum negligentiæ. Abb. in d. c. 1. de celebra. miss. qui refert exemplum de quodam Eremita, quem deficientibus alimẽtis Angelus pascebat, & tempore vuarũ portabat illi quandoque vuas bonas, quandoque marcidas, quandoque agrestes. Interrogatus Angelus ab Eremita, quæ esset tantæ diuersitatis ratio, respondit Angelus, quòd bonas portabat, quando officium debitis horis competẽtibus persoluebat; agrestes vero, quando tempus præueniebat; marcidas, quando ultra debitam horam differebat.

19 Immò grauis † esset culpa, licet non mortalis, summò mane vsque ad nonam exclusiuè, uel inclusiuè horas recitare, quo postea ludat, vel ocietur, vel ut uoluptuosius mane dormiat, sero dicere Matutinum, Nauar. in Manua. cap. 25. num. 97. & cap. 3. num. 54. de hor. can. Sic neque clerici, & monachi peccarent mortaliter, si dicerent suas horas in aliis, quàm

quàm in debitis horis, licet prælati præciperent, & procurarent, ut in suis Ecclesiis horæ debitis horis dicantur, modo præceptum illud ab aliquibus eorum illis horis impleatur. Syluestr. in ver. hora. quæstio. 9. Nauar. cap. 3. num. 69. de hor. canon.

20 Debent † tamen singulæ horæ dici distinctè, ideſt non miscere horas sub vna oratione, sicut quidam faciunt, D. Tho. Opusc. 63. de hor. canon. Sed debent expleri vsque ad finem, cap. fi. dist. 92. ideſt, vsque ad Benedicamus Domino: quia nihil dicitur actum, si aliquid superest agendum. Immò secundum formulam traditam à fel. rec. Pio Quinto in suo Breuiario, debet præmitti ante horas Pater noster, & Aue Maria. At secundùm formulam traditam in nostro Breuiario Benedictino terminantur horæ cum Salue Regina, & oratione, Omnipotens, absque Pater noster: nam officium debet dici secundum rubricas, iuxta Card. Alex. in c. de his, dist. 9. & debent non solum dici distinctè, sed altè.

21 Quare † Concil. Trid. sess. 14. cap. 12. præcipit solam præsentiam in choro non sufficere, sed teneri clericos cum effectu psallere, & recitare cum aliis in choro: nisi aliàs dictas horas recitando satisfecerint: attamen res est pessimi exempli velle domi, vel in cella diuinum officiũ persoluere, ad hoc, ut in choro liceat deinde silere: neque enim sine peccato hoc effici potest. Vnde D. Vincentius de existentibus in choro aiebat: Nunquàm par cas voci, quantum potes, discretione regente non permittas iota vnum tàm de psalmis, quam de versibus, dictionibus, syllabis, & voce.

22 In modo † verò officiandi illa lex seruanda est, quæ dist. 12. cap. de his, & cap. placuit, constituitur: nempe vt vnus sit psallendi modus secundum morem Ecclesiæ Metropolitanæ, cap. instituto, de consecra. dist. 2. atque in religionibus secundùm sua cuiusque statuta. Caiet. in ver. hora, Nauar. cap. [illegible]. numer. 17. de hor. canon. Verumtamen qui ex inaduertentia, vel ignorãtia, aut aliqua probabili causa diceret officium de Sancto, cũ de feria dicere debuisset, & nunc replicare fastidit, vel ex maiori commoditate, quia hoc mente tenet, & non illud, peccatum est veniale, aut nullum, quia qualitas officii non est in præcepto. Verum qui in fraudem faceret, ut breuius diceret, graue esset peccatum, sed non mortale. Syluest. in ver. hora num. 15.

23 [De officio † verò Beatissimę Virginis inter Doctores controuertitur quæstio, vtrum sit in præcepto, adeò quòd prętermittentes debeant stipendio priuari, & excommunicari, iux. cap. clericus victũ, dist. 91. in fine, vel ab officio remoueri, ead. dist. cap. 1. Lau. arguit, quòd sic, per dicta iura, quia quicunque non conformat se moribus aliorum in talibus, vel similibus, intemperans, aut desidiosus est, argum. 41. dist. cap. quisquis. In contrarium solæ horæ canonicæ sunt in præcepto, per tex. in cap. primo, c. dolentes, de celebrat. miss. ergo illas solùm sufficit dicere de necessitate. Et licet aliqui velint aliquid plus impendere, non debet aliis nocere, argum. 6. quæst. 2. cap. 2. Sol. si vno, eodemque modo consueuerunt omnes officium Beatæ Virginis dicere, quilibet tenetur, argumen. de censi. ex parte. Secus si aliqui tantum dicerent, sed non alii, argumen. 6. quæst. 2. cap. 2. Et sic patet, quòd officium Beatæ Virginis, quando dicitur secundum consuetudinem Ecclesiæ, ad illud tenentur, qui ad horas canonicas tenentur, cum secundũ Panor. in cap. 1. de celebr. miss. officium Beatæ Virginis, secundum communem consuetudinem computetur inter horas canonicas. Hinc, quando officium prædictum iubetur dici in certis tẽporibus in choro, tunc dubio procul est in præcepto, ut inquit Sotus lib. 10. de iust. & iu. q. 5. art. 4. & tali casu Canonici, qui debent choro interesse, sunt obligati illud recitare sub peccato mortali. Qui autem non tenetur choro interesse; nõ tenetur extra illum illud recitare. Nauar. lib. 3. de celebr. miss. cons. 17. Igitur eius obligatio

ctio dependet à conſuetudine, quæ eſt altera lex. l. de quibus, ff. de legi. quare ſi conſuetudo apud omnes eſt, vt dicatur etiam extra chorum, & tunc omnes tenentur, argumen. de cenſi. cap. ex parte: aliàs ſecus.]

24 De officio † verò mortuorum poſtridie feſti omnium Sanctorum, manifeſtum eſt omnes clericos in ſacris teneri, cum ſit illius diei proprium. Ad aliud verò officium, quod ſecundum conſuetudines diuerſarum Eccleſiarum diuerſimodè, aut in dies, aut hebdomadas ſoluitur, non tenentur niſi beneficiati, qui ex decimis viuunt. Et ideò in religionibus tenentur ſinguli clerici ſecundum ſua ſtatuta (vt reor) ſub pęna peccati mortalis illud ſoluere. Litaniæ verò maiores in choro, vel extra, & minores, an ſint in præcepto, vide ibi Sotum, vbi uidetur concludere, quòd illi tantum tenentur de præcepto recitare, qui ſunt in choro: At qui priuatim orant, ab illis dicendis ſunt abſoluti.

25 De ordine † vero ſoluendi officium, prius ſecundum communem debet dici Matutinum, quàm miſſa. Attamen non ſoluere Primam priuatim ante miſſam, nullum eſt peccatum. Immò melius facit, qui miſſam in aurora dicere iubet, & poſt miſſæ celebrationem, intereſſe choro ad Primam, quàm illam antè miſſam dicere. Sotus lib. 10. quæſtio. 5. artic. 4. colum. fina. Et quando eſt conſuetudo, vt ante Primam non dicatur miſſa, intelligitur de miſſa maiori. Nauar. in Manua. cap. 25. nume. 83. verſic. 18. Et eo caſu, quo priuatim dicitur officium, debet Epiſcopus, vel presbyter dicere, Dominus vobiſcum. Diaconus vero, Domine exaudi orationem meam, niſi quãdo cantaret Euangelium, uel cæreum Paſchale benediceret: hodie verò in contrarium eſt vſus Eccleſiæ, ſcilicet ut utatur Dominus vobiſcum, quare ab ea nõ eſt diſcedendum. Nauar. cap. 22. nu. 85. de hor. canon.

SVMMARIVM.

1 *Clericus infirmus, an & quandò recitando officio excuſetur.*

2 *Infirmitas notabilis iudicari debet à medico.*

3 *Infirmitates, quæ excuſent à recitandis horis tantum in choris.*

4 *Cæcus & ſurdus, eò quod poſſunt, modò tenentur ad dicendas horas.*

5 *Horæ omiſſæ ob infirmam valetudinem, ea ceſſante, non ſunt perſoluendæ.*

6 *Breuiarium non habentes, quando excuſentur, & ad quid ſaltem teneantur.*

7 *Officium diuinum non perſoluentes, quando maius bonum afferret impedimentũ, excuſantur, & an propter ſtudium, nu. ſequen.*

9 *Diſpenſati à Pontifice à dicendo officio ſunt immunes.*

10 *Horas recitare ignorantes, accepto beneficio, vel ordine, ad recitandas non tenentur.*

11 *Clerici in minoribus conſtituti, ſine beneficio, an teneantur ad horas recitandas, vel aliud officium.*

12 *Præbendam, vel præſtimonia percipiens, an ad officium teneatur.*

Qui excuſentur à recitatione horarum. Cap. LIIII.

1 Diuus Tho. in † Opuſcu. 65. de hor. cano. eximit à recitatione horarũ illum, qui notabiliter eſt infirmus, c. clericus victũ, & c. clericus, diſ. 91. Abb. in c. 1. de celebrat. miſſ. habetur enim hic infirmus, ac ſi dixiſſet, c. 1. de cler. ægrot. Huiuſmodi exemplum poni poteſt in eo, qui laborat graui febre, vel graui dolore capitis, vel ſtomachi, ita vt nec directè, nec indirectè poſſit recitare; niſi probabiliter det occaſionem maioris nocumenti; neque poſſet præuenire, neque poſtponere etiam cũ ſocio vſque ad mediam noctem, quia ſi infirmus poſſet recitare horas ante, vel poſt febrem, vel poſſet recitare cũ

socio absque nocumento notabili, vel haberet febrem statis horis, qualis est quartana, aut tertiana, & posset ante, uel post commodè dicere, uel esset febris, quæ nō impediret colloquia grauia negotiorum, ac rerum grauium ordinationem, nō excusaretur: quia quod dicitur infirmum excusari à recitandis horis, intelligitur non de leui infirmitate, d. cap. clericus, & c. clericus victum, sed de notabili. Verùm, † quando infirmitas sit notabilis,
2 nō statur iudicio infirmi, sed medici, nisi certum esset infirmitatem esse grauem, quia tunc posset infirmus propria authoritate dispensare. Nauar. cap. 3. num. 62. de hor. cano. Attamen si dubia esset, sufficit authoritas prælati, atque medici, uti in ieiuniis.

3 Solet etiam † esse quędam infirmitas, quæ excusat à recitatione horarum in choro, sed non, ut non dicat officium domi, vt si quis choro addictus haberet in facie apostemam, quod dedecus ei afferret, si ab aliis videretur, uel podagra laboraret, Nauar. de hor. cano. cap. 11. Similiter alii reperiuntur infirmi, qui liberi à febre patiuntur defectum, uel debilitatem suorum membrorum: ii quidem excusantur, si soli recitare nequeant, & neque habere possint socium, quem etiā cum mercede adhibere tenentur, atque recitare, quo casu quando socius haberi non potest, tenentur ea recitare, quę memoriter sciunt, nisi magna febris, uel grauis dolor accesserit. Nauar. d. cap. 2. de hor. canon.

4 Cæcus † vero, & surdus pariter ad recitationem eorū, quæ memoriter sciunt tenentur, ob regulam illam, quæ ita se habet, quòd qui tenetur ad faciēdum aliquid, si non potest facere totum eo modo, quo debet, tenetur facere partem eo meliori modo, quo potest, argum. l. impossibilium. ff. de reg. iur. cap. nemo ad impossibile, de regul. iur. lib. 6. Hinc qui totam Quadragesimam ieiunare non potest, tenetur eius partem, quam potest ieiunare, secundum omnes, distin. 15. in 4. sent. & Nauar. de hor. cano. c. 11.

5 Sed adnotandum † est, quod qui ob infirmitatem excusatur, nō tenetur post illam horas repetere, Zabarel. in clem. 1. nu. 6. de celebr. miss. Nec etiam tenetur eas audire, ab alio tempore ægritudinis, nec loco horarum Deum mēte precari, iux. Palud. in 4. sent. dist. 11. q. 8. artic. 2. concl. 1. Syluest. in ver. hora. q. 4. Nauar. cap. 25. nu. 100. & 101.

6 Excusantur † & ii, qui breuiarium non habent, ut quia iter faciens reliquit breuiarium domi, & reperitur in remotis regionibus, ita ut nec possit emere, puta quia pauper, nec mutuo inuenire, uel esset inter infideles, ubi breuiarium neutiquàm reperiretur, tenentur tamē, ea, quæ memoriter retinent, recitare, exceptis responsoriis, & lectionibus, quæ non recolunt. Quinimmò de cōsilio substituere aliquos psalmos pro illis, quos ignorant. Sotus lib. 10. q. 5. art. 3. Nauar. de hor. cap. 11.

7 Excusantur † etiam impediti adeò necessariò, & repentinè, ut tempus dilationem non patiatur satisfaciendi, neque ante mediam noctem sine magno scandalo, verbi gratia, quando diuinum officium persoluere esset impedimētum maioris boni, iux. Nauar. de hor. cano. cap. 7. num. 29. ut si necesse foret impeditos esse circa infirmos, uel prædicationem, aut confessionem, uel ad sedandos populi tumultus, qui excitantur, vel aliter, ut nullatenus possint orare, modo fraus omnino caueatur: nam si fortasse fuerint negligētes, cum potuissent priùs dicere, & noluissent, non excusarentur; Sotus de iust. & iu. lib. 10. q. 5. articu. 3. Quod non procedit circa occupationem in studiis litterarum, uel in suscipiendo gubernandi, uel legendi munus, iuxta Sylu. in ver. hora.

8 [Quamuis † si clericus haberet talem necessitatem studii, quòd dicēdo horas, immineret crimen, & scandalum mortale, cui potest occurrere per studium, dimittendo horas, nec illam necessitatem potuit pręuidere rationabili coniectura, nec per consequens pręuenire, tunc non

pec-

peccaret, dimittendo horas: quia licet dimittere ex ſui natura ſit peccatum, tamẽ propter maius malum vitandum amittit rationem peccati. facit tex. in cap. duo, de conſecr. diſt. 4. 13. diſt. c. duo mala. Si autem non ſit talis neceſſitas, ſed poteſt dimitti lectio, aut ſtudium ſine tali diſcrimine, aut ſcandalo mortali, aut potuit prævidere rationabili coniectura, ꝙ venturum erat; & prævenire dicẽdo horas, tunc omittendo dicere, peccat mortaliter. Ita Aſtenſ. lib. 6. de clericatu, & tonſura. tit. 1. art. 6. quæſt. 5. Verùm cunctis clericis hoc perſuaſiſſimum eſſe volo hoc eis eſſe proprium, genuinumque officium, atque adeò cunctis aliis præferendum. Vnde quidquid negotii eis incumbat, ſiue litterarum ſtudium, ſiue aliud horis Canonicis poſtponant, ut inquit Sotus lib. 10. de iuſt. & iu. q. 5. art. 3.]

9 Immunes † etiam ſunt ab hoc munere, qui ſunt à Romano Pontifice diſpenſati, Panor. in c. 1. vlt. not. de celebr. miſſ. quem ſequitur Decius in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 53. de conſtitu. aſſerentes Papam poſſe diſpenſare circa modum dicendi officium, licet ex toto illud tollere non poſſit. Sed epiſcopus non poſſet diſpenſare quò ad ſuos ſubditos, nec Abbas, vel Abbatiſſa quò ad monachos ſuos atque moniales, Nauar. cap. 10. nu. 24. vſque 32. de hor. canon.

10 Rurſum † non tenentur ad perſoluendas illas ſuſcipientes beneficium, vel ordinem, qui nullatenus ſciunt recitare, & nec tenentur quærere ſocium: quia non habent tot redditus, quibus ſocio ſatisfacere poſſint: cuiuſmodi ſunt multi milites, & inſcii; multi etiam pueri, quorum humeris eorũ parentes onus orandi pro aliis imponunt, priuſquàm pro aliis orare diſcant. Ii omnes peccant ſuſcipientes officia, quibus fungi neſciunt, nõ tamen tenentur relinquere beneficia, nec recitare horas canonicas, niſi quouſque diſcant, quas tenentur diſcere quàm commodè citò poſſunt. Quod ſi non diſcũt, tenentur illud relinquere, iux. Pan. com. recept. in c. venerabilis, de præb. fundatũ per textum in l. idem iuris, ff. ad l. Aquil. Et ꝙ non poſſit ab Epo cum eis diſpenſari, & quò ad pueros, vetuit Conc. Tri. ſeſſ. 23. c. 6. de refor. ne illis ante 14. annũ beneficia conferantur. Nau. c. 11. nu. 38. vſque 41. & c. 22. in fi. de hor. can.

11 De † clericis etiam qui in minoribus ſunt ordinibus conſtituti, quique nullo potiuntur eccleſiaſtico beneficio, quãuis Panor. in c. 1. nu. 7. de celeb. miſſ. in alterã partẽ pendeat, abſque dubio credendum eſt ad nullas teneri canonicas horas, Syl. in ver. hora, q. 2. ver. 5. Sotus d. ar. 3. niſi cùm ordinantur, promittant, vel ordinatori præcipienti conſentiant aliquid dicere, puta quotidiè Miſerere, &c. Nau. cap. 25. nu. 108. in Manuali: vel ſi eſſet conſuetudo dicendi horas beatiſſimæ Virginis, vel Canticum graduum. non tamen hæc conſuetudo obligaret ad peccatum mortale. Nauar. c. 7. nu. 14. de hor. can.

12 [An autem, qui † præbendã poſſidet, teneatur ad officium diuinũ? Dic ꝙ ſic, ſi ſub clericali titulo poſſidet, facit tex. in c. fi. de reſcrip. lib. 6. vbi beneficium non datur niſi propter officium, & c. cum ſecundũ, de præb. vbi ſancitur clericos omnes ad onus eligi, atque adeò non eſſe à mercede depellẽdos, ac proinde iubetur neminem ſine titulo beneficii, aut patrimonii eſſe ordinandum. Cum ergo merces propter onus debeatur, fit ut ex præbẽda naſcatur hæc obligatio. Pariter nec excuſantur, qui præſtimonialia ſacerdotia poſſidẽt, eo ꝙ ille titulus clericalis eſt. Hinc in c. quoniã, de conceſſ. preb. lib. 6. præſtimonia inter eccleſiaſticos titulos connumerantur. Verùm ſi non poſſiderent ſub clericali titulo, vt eſt, quando cõſiſterent in ſola temporalitate, vt infra videbimus titulo, Qualiter ſimonia cõmittatur, tunc non tenentur ad huiuſmodi horas perſoluẽdas, ita Sotus lib. 10. de iuſ & iu. q. 5. ar. 3. Illos autem, qui tantum habent penſiones, quia nullũ habent eccleſiaſticum titulum, ſed merũ ius petendi ab illo, qui titulum habet, iam alibi diximus haud ad horas canonicas teneri, ſed tantum ad officiũ Beatiſſimæ Virg.]

SVMMARIVM.

1 *Proximus, quot modis dicitur.*
2 *Proximi omnes diligendi, & eò magis quò coniunctiores, inter quos primum locum obtinent parentes.*
3 *Parentum appellatione, qui veniant in materia huius præcepti.*
4 *Senes comprehenduntur sub nomine parentum, & quanti facienda senectus.*
5 *Maiores, qua de causa ita appellentur.*

De quarto præcepto Decalogi, Honora parentes. Cap. LV.

POst tria præcepta primæ tabulæ de dilectione, & cultu Dei, subiungitur quartum de dilectione proximi.

1 Proximus † autem, vt adnotauit magister senten. non ille solum intelligitur, qui proximus est conformitate naturæ rationalis, ut mutuò sunt omnes naturam rationalem participantes anima intellectiua, & intelligentia, veluti homo, & Angelus, siue bonus, siue malus, siue iustus, vel iustificabilis; sed etiam proximus dicitur proximitate sanguinis: nam & si omnes homines ab eodem primo parente descendendo quodammodo generaliter sibi inuicem cognati sint, tamen quidam sunt procul, quidam propè, quidam propiores, quidam proximi. Et hi tripliciter, alii in linea ascendenti, veluti pater, & mater; alii in linea descendenti, sicuti filius, & filia; alii in transuersali, ut frater, & soror. Rursum proximus dicitur beneficiorum exhibitione, iux. illud Luc. 10. Quis tibi videtur proximus esse illi, qui incidit in latrones? & ait: Ille, qui fecit misericordiam. In hoc numero proximus est Angelus homini, qui illum custodit, Magister discipulo, quem instruit, & generaliter quilibet alius, cui beneficium impenditur. Et quia proximi nomen relatiuum est, dicitur proximus & qui fecit, vel recipit beneficium. Præterea proximus dicitur spe conuersionis, & ita comprehenditur quilibet viator etiam malus, siue Iudæus, aut Paganus, vel Saracenus. Nam fortè (vt inquit August.) per misericordiam Dei conuertetur ad Dominum, & inter Sanctos primum locum habere merebitur. Quæ cum ita sint,
2 omnes † diligendi sunt, & honorandi, præcipuè tamen ij, qui nobis sunt coniunctissimi, quorum cum inter coniunctissimos iure suo primum locum sibi parentes vendicant, per quos factum est, vt lucem hanc aspiceremus, ergo congruè locus huic præcepto debetur de reuerendis, honorandisq; parentibus.

3 Parentum † autem appellatione quãuis comprehendantur non tãtum pater, sed & auus, & proauus, & deinde omnes superiores, & mater, auia, & proauia, vt est tex. in l. appellatione. ff. de verborum signifi. tamen hoc in loco parentum nomine non ij solùm accipiendi sunt, ex quibus prognati secundum carnem sumus, verùm etiam omnes, qui præsunt, siue sint Pastores, & Episcopi, siue Reges, & Principes, aut quicunque tandem alii magistratus. Omnes enim ij digni honore censentur propter diuinam præsentationem, quia Dei præsentiam gerunt.

4 Sed † neque senes exclusi sunt ab hoc præcepto, cum de iis scriptura dicat, Leuit. 19. Coram cano capite consurge, & honora personam senis. siquidem omnes honorandi sunt, ut inquiunt Doctores, & præcipuè Domin. Anton. de Butr. & Panormit. in capit. statuimus, de maior. & obedient. tanquàm maiores natu, ut est glos. singu. in cap. lex. distinctio, secunda. inquit enim ibi glossa, quòd maiores natu dicuntur nobilitate, antiquitate. Hinc tex. in l. semper, ff. de iure immunit. inquit, Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit, & penè eundem honorem senibus, & magistratibus maiores nostri impenderunt. Item dignitate, ut in cap. dudum, de elect.

5 Dicuntur † etiam maiores ob prælationem,

tionem, seu administrationem, vt in c. transmissam. de elect. & de iudic. at si clerici: Quandoque etiam dicuntur respectu consecrationis, vt de consec. Eccl. vel alta. cap. aqua. His enim respectibus potest quis dici maior. Sed qualiter honorandi sint maiores isti, in capitulis sequentibus elucescet.

SVMMARIVM.

1 *Honor quid sit secundum Hier. & quibus in rebus consistat.*

2 *Honor à reuerentia, & laude, quomodo differat. & in quo reuerentia consistat.*

3 *Honorandi parentes non solum, sed etiam re ipsa sunt iuuandi.*

4 *Religio, obedientia, reuerentia, dilectio, pietas, seruitium, obsequium, & officium, à quibus hæc, & erga quos exerceantur.*

5 *Verberans, vel iniurians, toruè, asperève parentes alloquentes peccant mortaliter, & etiam exhæredari possunt, si aliquid tantum in vita exitium conarentur, nume. seq.*

7 *Filius patrem accusans, vel testis contra eum adductus, peccat, exhæredariq; potest: fallit in crimine proditionis, & hæresis, nu. seq.*

9 *Filium admitti contra patrem, nec etiam sponte ad testificandum, quomodo intelligendum.*

10 *Dominus, num teneatur ex maleficio suo, aut commisso in territorio.*

11 *Filius differens debita patris, vel legata soluere, peccat mortaliter, nec est absoluendus.*

12 *Patris mortem optare, eundē nolle ex carceribus redimere, & contemptui habere, mortale est.*

13 *Episcopus, vel Papa, an, & quomodo patrem honorare teneantur, & an dignitas Episcopalis liberet à patria potestate.*

14 *Pater quando amittat per proprium, vel per filii ingressum in monasterium, patriam potestatem.*

15 *Filius ex pertinacia non obediens in his, quæ pertinent ad res familiares, & ad mores, peccat.*

16 *Matrimonium per filium contractum metu patris est nullum, & de quo metu intelligatur.*

17 *Metus leuis, nempe reuerentialis non inualidat matrimonium, secus de matrimonio spirituali, nu. seq.*

19 *Filius à patre adduci potest ad matrimonium precibus, & monitis, cui tenetur filius obedire, & nu. 21.*

20 *Persona indigna quò ad matrimonium, quæ dicatur.*

22 *Filius in casu necessitatis sub mortali patrem alere tenetur: & magis patri, quàm filio tenetur filius, ambobus egentibus.*

Qualiter honorandi parentes à filijs. Cap. LVI.

1 Honor † in scripturis, ut adnotauit etiam Hieron. in Matth. cap. 15. est quædam protestatio de excellentia bonitatis alicuius, vnde non ille solum intelligitur, qui in salutationibus, & officiis deferendis: verum & ille, qui cōsistit in eleemosynis ac munerum oblationibus, ut honorare sit idem, quod liberalitate prosequi. Sic in Prouerbiis legimus. Honora Dominum de tua substantia. Et apud Tobiam, cap. 1. cum ex iis, quibus honoratus fuerat à Rege, habuisset decem talenta. & apud Paulum. 1. Timoth. 5. viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Hic
2 autem honor differt † à reuerentia, & laude, vt inquit D. Tho. 2. 2. quæst. 103. artic. 1. Nam reuerentia non est honor, sed quandoque principium, & quandoque finis honoris. Principium siquidē, quatenus aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquem, cū honorat, sed finis, quia ad hoc aliquis honoratur, vt in reuerentia habeatur ab aliis. [Hæc autem reuerentia in eo consistit, ut fiat illi, qui præcedit ordine, vel antiquitate, dist. 93. à subdiacono. ff. de albo scrib. l. 1. i. ut

minor assurgat maiori, nec sedeat stante maiore, 93. distinc. non oportet. Nec in æquali sede. ff. de offic. præs. l. obseruandum. Et vt salutet cum reuerentia, fortè inclinando se, & pileum remouendo, sicut interpretatur consuetudo. l. fi. C. de offi. diu. iudic. l. 1. & ut maior præcedat minor verò sequatur in sedendo, & subscribendo, 96. dist. bene quidem ff. de albo scrib. l. 1. Item in incedendo. Item in consuetis, & honestis seruitiis faciendis, cap. statuimus, de maior. & obedient.] Laus vero distinguitur ab honore; quia laus consistit in solis signis verborum, testificando bonitatem alicuius; at honor in quibuscúque exterioribus signis, quæ propter laus in honore includitur.

3 Igitur † ex iis admonemur sub hoc præcepto non solùm, ut parentes debita veneratione prosequamur, & eorum dictis simus obedientes: verum si quibus rebus opus habuerint, ut illis benignè suppeditemus, & eos viciſſim alamus, quorum cura singulari enutriti, & edocti sumus.

Reperiuntur etiam in scripturis plura † nomina, idest religio, obedientia, reuerentia, dilectio, pietas, seruitium, obsequium, & officium, ut enumerat glo. in cap. non est sine culpa, de reg. iur. lib. 6. religio enim propriè loquendo, est inter Deum, & hominem, cap. iuramenti religio. 22. q. 4. Inter prælatum, & subditum obedientia. 2. q. 6. qui nescit. Inter maiorem, & minorem reuerentia. cap. 2. de offi. deleg. lib. 6. Inter patrem, & filiũ dilectio. 5. q. 5. non osculatur. Inter consanguineos pietas. Inter dominum, & seruum seruitium: inter patronum, & libertum obsequium: inter hominem, & hominem officium, C. de offic. quęst. l. officio. ff. de inoffic. testam. l. 2. sed hæc in genere dixisse sufficiat, modo ad casuum decisiones, scilicet ad eos, qui contra hoc præceptum peccant, descendamus.

4

5 Prima. Debita † veneratione filios nõ prosequi parẽtes, immò eis notabiliter iniuriare, aut verberare; aut eis absentibus detrahere, procul dubio mortale peccatũ impietatis est, Caiet. in summa, in ver. filii peccata. Nauar. cap. 14. num. 13. qui etiam num. 11. ver. 2. inquit, quòd esto, quòd filius odio non habeat parentes, immò potius diligat, si tamen nunquàm, vel raro illis signa amoris ostendit, sed potius semper toruo intuetur aspectu, & ita asperè alloquitur, ac si eos odio haberet, peccaret mortaliter, Syluest. in uer. filii. q. 22. & ratio est, quia tenetur filius eos diligere, reuereri, ipsisque obedire tam corde, quàm verbis, & operibus, ut inquit Nauar. eod. c. nu. 4.

6 Quando tamen † perueniret filius ad iniurias, siue verbera, non solum peccaret mortaliter, sed etiam posset pater donationem illi factam reuocare, secũdum glo. in l. fin. C. de reuoc. dona. ubi inquit super verbo, atroces, quòd iniuria atrox ex tribus consideratur, scilicet ex qualitate iniuriæ, ex loco, & ex persona. §. atrox, Instit. de iniur. & intelligitur de iniuria citra verbera, uidelicet verbis, fuga, & carcere. Et hoc quidem multò magis procederet, si impias manus in patrẽ iniiceret, uel attentaret illi inferre vitę periculum, etiam si effectus non sit secutus, veluti ponendo insidias, vel dando venenum, ita Syluest. in ver. donatio, 1. q. 13. in quo casu posset filius à patre exhęredari, vt notat Couar. in c. Rainutius, num. 13. de testam.

7 Filius † etiam qui in publico iudicio patrem accusauit, pręter peccatum mortale pòtest à patre exhęredari, licet verè pater crimen commiserit, ut habetur in nouella Iustiniani, in Auth. ut cum de appellat. cogno. §. aliud quoque. quod locũ habet, si ex ea accusatione pater esset puniendus pęna mortis, exilii, vel infamię, uel amissionis membri, aut alia corporali pœna. Attamen si crimen, quod cõmisit pater, esset proditionis in Principem, vel Rempublicam, posset tali casu patrem accusare, hac tamẽ moderatione, ut tradit Tullius 3. de offic. inquirens, An si tradere patriam conetur pater, silebit ne filius? & respondit, quòd primo

patrem

patrem obsecrabit ne faciat, deinde si nil proficit, accuset; & ad extremū, si ad perniciem patriæ res spectat, salutem patriæ saluti patris anteponat. Immò licet patrem oppugnantem patriam, de iure ciuili impunè occidere. l. minime. ff. de relig. & sumpt. fune.

8 Sic † si filius scit patrem hæreticum, & non solum sibi ipsi, sed & aliis praua sua doctrina nocere potest, debet ipsum accusare. Ita Alexan. de Ales 3. par. sum. [Palacius Rubius in repet. c. per vestras, de donat. int. vi. & vxor. §. 17. num. 6. & §. 26. not. 3. Castr. lib. 2. c. fi. de iusta hæret. punit. & ratio est, quia potius Deo, quàm parentibus obediendum est, c. relatum, de senten. excommunic. c. quisquis metu. 11. quæst. 3. Immò quòd plus est, filius denuntians patrem hęreticū, nullas pœnas in hæreticorum filios iure latas sentit, & hoc propter prēmium delationis, argumen. tex. in l. quisquis. §. finali. C. ad l. Iul. Maiest. Castr. lib. 2. cap. 26. de iusta hæret. punit.] Præter tamen hos casus non solum non potest filius in publico iudicio patrem accusare, sed neque aduersus illum dicere testimonium, vnde qui spontè, & non coactus dixerit testimonium, idem erit, Barto. post glossam in d. l. post legatum. §. his vero, ff. de his quibus, vt indi. Quinimmò hoc procedit, idest quòd possit exhęredari, etiam si filius fuerit adductus contra patrem in hisce criminibus, glos. in cap. 1. §. item si delator. quæ fuer. pri. causa benef. amit. in feud. aut si filius iudex in eisdem criminibus per imperitiam iniquam sententiam aduersum patrem tulerit, cum posset peritiores consulere, ita Couar. in d. cap. Rainutius, nu. 11. de testam.

9 Quod autem † dixi, filium nec etiam spontè admitti contra patrem ad testificandum, illud procedit, quòd testificari, & reuelare non teneatur sub peccato mortali, etiam si prælatus præciperet generaliter, ut quicunque sciuerit furtum tale, reuelare teneatur, vel etiam specialiter, nisi præceptum esset sub pœna excommunicationis latæ sententiæ: quia tunc patre de illo delicto infamato, uel semiconuicto incideret filius in excommunicationem, non reuelando. Sylu. in ver. correctio. q. 7. & 9.

10 Rursum, quamuis † sola scientia de maleficio committendo non faciat regulariter quem teneri, ut inquit glo. in l. culpa. ff. de reg. iur. hoc tamen fallit, nisi sciuit, & potuit prohibere, & non prohibuit. Hinc infertur teneri dominum pro suo maleficio perpetrato in suo territorio, si sciuit, & prohibere potuit, & non prohibuit, Panor. in cap. primo, de restitu. spoliat. Item fallit, si maleficium erat committendum in dominum, l. occisorum. ff. ad Sylla. uel patrem. l. 2. ff. ad l. Pompe. de parric. quia tunc ex sola scientia tenetur. Syluestr. in ver. dominium, quęst. 7.

Secunda. Filii, qui parentibus viuis, vel mortuis ex animo maledicunt, peccant mortaliter, sed si oretenus, venialiter. Nauar. c. 14. nu. 13. vers. 6.

11 Tertia. Filium † differre ex negligentia, vel auaritia debita patris soluere, aut legata patris adimplere, peccatū est mortale: sed si ad modicum tempus, veniale. Archi. Flor. parte secunda, tit. 2. cap. 7. §. 3. cap. 8. & Confessarius non debet illum absoluere, nisi ea adimpleat, cap. qui oblationes, 13. quęst. 2. Sed an filius, qui successit in hæreditate patris, teneatur soluere legatum, si factum fuerit tali conditione: Lego filiæ meæ nubenti mille, & si monasterium intrauerit, ducentum. Syluestr. in ver. hæreditas, 4. nume. 13. & in uer. legatum. 1. quęst. nona, inquit quod tenetur ad mille, etiam si monasterium intrauerit: contrarium tamen tenet Bal. in l. Deo nobis. C. de Episc. & cler. colum. prima. ubi inquit, quod ita seruatur de consuetudine. Et hęc opinio ęquior uidetur, secundum Imol. in l. Lucius, la seconda, colum. fin. ff. de hęred. instit. & est uerior, quam sequitur Decius in cap. in pręsentia, numero 223. de probat.

12 Quarta. Peccatum † est mortale parentum mortes ex odio, uel hęreditatis de-

siderio optare, vel cum possint nõ excar cerare, Nauar. cap. 13. nu. 13. vers. 9. Nec non lethaliter peccãt filii, qui parẽtes ita contemnunt, vt sibi dedecori, & contumeliæ fore existimẽt se pro filiis illorum haberi; nisi absque contemptu id faciant ad uitandum aliquod incommodum sinistræ opinionis, maximè si parentes tacitè, vel expresè in id consentirent ad fugiendum suum incõmodum, quod ex incõmodo filii, ad eos perueniret, idem qui supra, num. 8.

13 Quinta. Tenetur † filiusfamilias factus Episcopus patrem suum honorare, & eũ sibi præponere: cum etiam Papa hoc facere debeat, secundum Bald. in l. prætor ait. in fi. ff. de in ius uoc. Quod ego puto verum in iis, quæ domi., non quæ foris fiunt, ne sit contra, quod tenet idem Bal. in l. senium, 1. col. C. qui testam. fac. poss. Vbi dicit maiorem esse authoritatem magistratus, quã paternam. quod nota. Sed an dignitas Episcopalis liberet filium à patria potestate? dic quod sic. auth. sed dignitas, & ibi Doct. C. de Episco. & cle. c. indecorum, & ibi glo. de ætate, & quali. Bal. in l. sacrosancta. C. de Episc. & cler. Bart. in l. 2. & l. patre, de his qui sunt sui, vel alie. iur. Quod uerum est quò ad fauorem, non quo ad odium. secundum Bar. in d. l. 2. in fi. & in l. patris. ff. de in ius voc. Hinc ipse infert, quod stante statuto, vel consuetudine; quod curia succedat patri decedenti sine filiis in potestate constitutis, quod tali casu non curia, sed filius succedet, id est, Episcopus, quia agitur de suo commodo, ita Bal. in l. apud hostes. C. de suis, & legit. Liberatur etiam filius à patria potestate, si promotus fuerit ad Cardinalatũ, vt not. in extrau. execrabilis. ver. sublimatum. Sed an per simplex sacerdotiũ soluatur patria potestas, dic quod non, sicut nec per prælaturam inferiorem ab Episcopali, secundum Bal. & Bart. in l. sacrosanctæ. C. de sacrosan. Eccle. Doct. in cap. indecorum, de ætate, & qualit.

14 An autem † per monasterii ingressum? dic quod sic, secundum glo. & Bart. in l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de mino. Bar. in auth. idem. C. de bonis, quæ libe. Bal. in l. apud hostes, & in l. si maritus, de patria potestate. & ratio est secundum Bar. quia monachus transit in potestatem Abbatis, ergo non debet remanere in potestate patris. Sed nota, quod etsi monachus liberetur à potestate, nõ tamen amittit iura suitatis, & ideo succedit. l. fin. C. de Episc. & cler. An uerò quod diximus de monacho, procedat etiam in canonico regulari. Dic quod sic, ita Bald. in l. sacrosancta. C. de Episco. & cler. Sed quid de patre facto monacho, an perdat patriã potestatem? dic quod sic. Bar. in l. patre. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Quod secus est, si fiat Episcopus, secundum Bal. in l. fin. §. necessitate, 1. col. C. de bon. quæ libe. Item prædicta uera sunt, quando dignitates prædictæ Episcopalis, & monachalis sunt collatæ filiofamilias: quia per solam electionem non dicitur sublata patria potestas, glo. est notabilis in l. ex eo tempore, de testa. milit.

15 Sexta. Aliud peccatum † filiorum est inobedientia quo ad illa, in quibus filius subiicitur patri. Subiicitur autem, & quò ad domesticam gubernationem, & quò ad morum instructionem, ideò inobediẽtię crimen filius incurrit in iis, quę pertinẽt ad res familiares, & ad salutem animę, vt fugere noxia sodalium contubernia, ludos prohibitos, & meretrices, modò non obediat ex contemptu. per contemptum autem hic intelligo, obstinationem, & pertinaciam animi, vnde nõ obedire ex inaduertentia, aut negligentia, vel sensualitate esset ueniale, Sylu. in ver. filius, q. 22. Nauar. c. 14. nu. 12.

16 Septima. Etsi † pater non possit filium simpliciter ad matrimonium metu compellere, vt est text. in l. non cogitur. ff. de ritu nupt. Et compellendo, tale matrimonium sic metu contractum, nullum esset, per regulam generalem tex. in c. cum locum, & in cap. ueniens, lo secondò, de sponsal. cum simil. Et hoc intellige de uero metu, id est, de eo, qui caderet in constantem uirum, id est, quando pręcedent

minæ,

minæ, vel verbera, facit text. in l. 1. C. si reus, vel accus. ibi, potest esse terribilis, iuncta glo.

17 Secus † vero, si metus esset leuis, ut quando propter reuerētiam patris filius consentit; nam iste metus reuerentialis siue debeatur parentibus, siue prælatis, vel aliis superioribus, non impedit matrimonium, ita tenet glo. sing. in c. præsens clericus, 20. q. 3. vers. fratrem, in quæst. 4. pro quo allegat tex. in l. patre cogente, ff. de ritu nupt. Vbi inquit iurisconsultus, quòd licet cogente patre filius acceperit eam, quam aliàs non esset accepturus, & quod licet metus regulariter irritet matrimonium, tamen hoc casu valebit: & ratio est, quia in eo casu interuènit coactio paterna reuerentialis, est etiam tex. pro opinione glo. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. Dom. Anton. in cap. 1. de despons. impub. Abb. in c. veniens, el primo, de sponsa. Præpositus in cap. cum locum, num. 6. eod. titu. Host. in summa, in titu. de matrim. §. penul. vers. quid si coactio. Vbi dicit, quod si filia expressè non consentiret, sed propter reuerentiam patris contradicere non auderet, dicendo, faciatis vt vultis, quod per hoc uidetur contractum matrimonium de consensu filiæ, facit tex. in c. 1. de spons. lib. 6. in fi. Vbi sufficit filios consensisse matrimonio per parentes contracto tacitè, vel expressè: Nec sola reuerentia paterna impedit consensum, facit etiam text. in cap. honorantur, 33. q. 2. ubi inquit tex. quod filialis pudoris est permittere patri arbitrium nuptiarum, quod uoluit etiam Ant. in c. fi. qui cler. uel vou.

18 Sed † an idem sit in matrimonio spirituali? respondet glo. in cap. præsens, ead. q. 4. quod in eo secus esset, quia solus metus reuerentialis impedit matrimonium spirituale, & religionis ingressum, probatur etiam in c. puellæ, 20. quæst. 1. c. cum uirum, de regul. Aret. in c. quadrupli, Instit. de actio. & ibi Ias. nu. 62. Imo. in cap. cum tuæ, de spons. col. pen.

19 Ex his igitur † concluditur non posse patrem filium ad matrimonium simpliciter compellere per metum in constantē uirum cadentem; secùs tamen esset, si metus esset reuerētialis, uel si ad id induceretur precibus, & monitis, immò etiam filius tenetur sub peccato mortali patri obedire in iis casibus, uidelicet quando ex illo matrimonio inimicitiæ sopirētur, uel quando pater desponderat, atque spōsalia iurauerat, matrimoniumque sit filio utile, uel commodum, neque ulla sit causa repudiandi, uel quando contra præceptum paternum se uxorem minimè dignam acceperat, arg. tex. in c. 1. 30. q. 5. & cap. honorantur, 32. q. 1.

20 Indigna † autem dicitur persona, non solum si uilis est, sed etiam illa, quæ cum esset nobilis, non poterat tamen de iure contrahere matrimoniū, uel ratione consanguinitatis, uel alterius impedimenti, ita glo. fi. in l. si rogatus, §. matrimonii, ff. de manumissis uindicta, in uer. matrimonii, no. Instit. de nup. §. si aduersus, quam glo. multum commendat Franc. in c. 1. §. porro, de spons. lib. 6.

21 Attamen † si causa præcepti procedat, de honestate etiam tenetur filius obedire, & non ex necessitate, atque hoc pacto intelligitur uerbum illud Honorii, c. 1. de despon. impub. scilicet quòd filius omnino debet, quod pater promisit adimplere, Sotus in 4. senten. dist. 29. q. 1. ar. 4. 2. & 3. conclu.

22 Octaua. Tertium † & ultimum particulare peccatum filiorū est omissio subuentionis: quoniam etsi pater teneatur substentare filium, & non è contrario: tamen in casu necessitatis si filius est potens alimenta præstare, peccat plusquam mortaliter non subueniendo patri indigenti, iuxta uires suas, & dignitatem patris de necessariis, ut colligitur in l. habitatio. ff. de uent. in poss. mitt. & in l. sed etsi quid. §. 1. uer. uestire. ff. de usufruc. Quo etiam casu, quando filius potest, & pater est indigens, tenetur filius magis sustentare patrem, quàm filium in extrema necessitate. Nam illud, quod dicitur. Amor magis descendit, quàm ascendit, procedit quò ad ordinē dilectionis, non autem

autem quò ad effectũ obligationis, Sylu. in ver. filius, nu. 25. & seq. Si autem ex propriis bonis, vel officio, quo fungitur pater posset viuere, non tenetur filius, nisi ars illa, quam pater habebat, suo statui esset dedecori, arg. l. si quis à liberis. §. idẽ rescripsit, iuncta glo. ff. de lib. agnósc. Nauar. c. 14. nu. 13. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Superiores continentur sub nomine parentum, in quibus duplex honor debetur.*
2 *Legibus superioris non parere, tunc est peccatum, cum mens legislatoris est, præcipere.*
Verba præceptiua, qualia dicantur in lege.
3 *Lex aliquid leue prohibens sub excommunicationis, interdicti, aut irregularitatis pœna, an obliget ad mortale.*
4 *Præceptum de re leui cum casus reseruatione, an intelligatur sub mortali obligare, limita, vt in seq. amplia, vt nu. fi.*
5 *Lex vt obliget ad culpam, qualiter dignoscatur.*
6 *Lex humana, quando obliget ad culpam mortalem, fidissima regula. & quid de pœnali mixta, nu. seq.*
8 *Lex pœnalis in re prohibita, vel lege diuina, vel humana, obligat ad mortale, & ad restitutionem.*
9 *Respublica potest mercibus statuere iustum pretium, & etiam cogere, vt si opus habeat, sibi vendantur.*
10 *Princeps prudentissimè facit taxando pretium alicui, vt non vltra vendat.*
11 *Ciues cogi possunt ad vendendum frumentum conciuibus potius, quàm exteris.*
12 *Venditor excedens pretium iustè statutum à magistratibus, peccat, & tenetur ad restitutionem, & nu. seq.*
Pretium duplex, aliud naturale, & aliud legitimum.
13 *Vendens vltra taxam, mortaliter peccat, siue laicus sit, siue clericus.*
14 *Clerici sunt ciues Reipub. & eius membra, & quo casu eius legibus teneantur.*
15 *Emptor carius emens, si donet illud plus venditori, an valeat donatio.*
16 *Pragmatica, an vitietur, si non fuerit tradita toti regno, vel si ab omnibus non obseruetur.*
17 *Vendentes vltra taxam, sciente legis executore, & non puniente, an excusentur à restitutione.*
18 *Pretium statutum in vendendis comestibilibus excedens, an & quando ad peccatum, & ad restitutionem teneatur.*
19 *Restitutio dispensari potest per Confessariũ ipsi restituere obligato.*
20 *Scribæ excedentes pretium sibi à lege præscriptum peccant, & tenentur ad restitutionem, fallit vt nu. seq.*
22 *Salariati publici, nec exigere, nec etiam à sponte dantibus recipere quicquam possunt vltra mercedes statutas, & quare, fallit nu. seq.*
24 *Medici, & lectores salariati nihil vltra salarium recipere possunt ab infirmis, vel scholaribus.*
25 *Verba non præceptiua obligant ad mortale pro subiecta materia, & econtra, num. sequen.*
27 *Intellectus ad cap. cum ad monasterium, extra de statu mona.*

Qualiter honorandi sunt pastores, & magistratus. Cap. LVII.

1 CVm † parentum nomine non ij tantum accipiendi sint, per quos factum est, vt lucem hãc aspiceremus, de quibus supra in cap. præcedenti, satis dictum est: verum etiam omnes, qui præsunt, siue sint pastores, siue prælati regulares, siue Reges, siue Principes, & quicunque magistratus alij: omnes enim hi digni honore censentur propter diuinam præsentationem, quia Dei præsentiam gerunt, quibus duplex honor debetur, obedientiæ, & reuerentiæ. Obedientiæ, ut ipsorum mandata adimpleamus; item reuerentię, ut eos tanquàm patres honoremus, & ipsorum disciplinam toleremus. Vnde Apost. ad Hebr. inquit, cap. 13. Obedite præ-

præpositis vestris, quo ad primum; & subiacete, quia illi solliciti sunt de regimine animarum, & de illis tenentur in die iudicii reddere rationem: Hinc sequitur Apost. ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus uestris. Sed in quibus obedire debeāt subditi, & quādo transgredi eorum præcepta, sit peccatum mortale, infra palàm fiet ex decisionibus dubiorum, vbi etiam manifestabitur, quibus regulis præceptum à consilio discernatur.

Prima igitur decisio. Contraueniens
2 tunc † peccat mortaliter, quando constat de mente legis, quòd præcipere uelit. cap. 2. de maior. & obed. cap. nulli fas, dist. 19. c. uiolatores, 25. q. 1. exemplum in ecclesiasticis prælatis, qui transgrediuntur leges ecclesiasticas, quando in illis apponerentur hæc uerba, In uirtutæ sanctæ obedientiæ, glo. in clem. si dominum. §. ideo, de reliq. & vener. sanct. vel sub obtestatione diuini iudicii, clem. 1. de immun. Eccle. vel sub pęna excommunicationis, glo. in cap. 1. de sagittar. aut sub pœna carceris perpetui, Medi. C. de ieiun. tract. 3. quęst. 7. vel si diceretur, arctę, vel arctius prohibemus, vel præcipimus, vt in clem. dudùm, in princ. de sepult. & tunc in iis casibus præsumitur mentem legislatoris ecclesiastici velle obligare transgressorē ad mortale, si transgressus fuerit id, quod mandauit seruare verbo, vel scripto. Nā eò ipso quod in scriptis ponitur præceptum, intelligitur obligare ad mortale, ita Sotus in quarto sent. dist. 20. q. 1. artic. 4. vers. hinc fit.

Quæ quidem procedunt etiam, si uerba legislatoris non essent præceptiua, uel si id, quod præcipitur, esset leue: nam statim quod prohibitum est sub pœna excommunicationis, censetur mortale, ut inquit Sotus in 4. dist. 22. quæst. 1. articu. 2. col. 2. in fi. & ratio est, quia quando lex continet pœnam præsupponentē peccatum mortale, tunc obligat ad illud, quamuis uerba præcipientia non contineat: cum pœna magis significet animū obligandi, quàm uerba. Qui enim vult aliquid, videtur velle id, sine quo illud effici non potest. l. illud. ff. de acquir. hæred. cap. præterea, de offic. deleg. Vnde cum nemo excommunicari possit, nisi pro mortali, capit. nullus, cap. nemo. 11. quæstio. 3. concluditur, quòd lex aliquid præcipiendo sub pœna excommunicationis, uideatur obligare ad mortale, quod tamen secus est de pœna suspensionis, interdicti, uel irregularitatis.

3 [Quæ † aliquando sine culpa adhibetur, c. si ciuitas, c. si sententia, de sententia excommun. lib. 6. c. si quis uiduam, c. aliquantos, dist. 50. Sotus de iust. & iu. lib. 1. q. 6. articu. 5. Nauar. in c. 23. num. 53. Caiet. in uer. suspensio. Et si Arch. Flor. in 2. par. titu. 4. ar. 2. Sylue. in uer. præceptum, in fi. Medi. C. de ieiu. tract. 3. q. 7. & Armil. in uer. præceptum, num. 6. asserant, quod uenientes contra id, quod est à superiore prohibitum sub pœna suspēsionis, depositionis, uel interdicti peccet mortaliter, & rectè meo iudicio, quia & si quod dicitur per Sotum, & Nauar. uerum sit, quia irregularitas, & interdictū nonnumquam incurritur sine culpa: tamen cum hæ pœnæ infliguntur ab homine, regulariter apponi solent pro pec-
4 catis mortalibus. † Sed an præceptum de re leui, ut non comedere carnes, nō scribere litteras, seruare silentium, in certo loco, cum casuum reseruatione, obliget trāsgressorem ad peccatum mortale, dic q sic: tū quia sine illa fieret, ut dicemus infra: tùm, quia sic præsumitur fuisse mentem legislatoris, cum casuum reseruatio soleat semper fieri de peccatis mortalibus, glo. in cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. habetur in Conc. Trid. ses. 14. c. 7. vnde cum pręlatus possit etiam id, quod non est peccatum, facere mortale; videtur hoc fecisse, reseruando sibi casum. quòd etiam extenderem, quando id nullo modo esset peccatū, uel uteretur verbo communi, ut statuimus, uolumus, & ordinamus. Fallit tamen si trāsgrederetur pręceptum ex causa rationabili iusta, vel iniusta, sed putaret iustā, uel ex obliuione, aut incogitātia, aut de licentia tacita,

cita, permissiua, & approbatiua, uel ob ignorantiam præcepti malè intellecti, ut per Nauar. lib. 1. de const. conf. 3. Innoc. in c. per tuas, de simo. c. si quando, de rescrip. D. Tho. 2.2. q. 147. ar. 3. ad 2.

5 Secunda conclusio circa† legem ciuilem. Signum, quo dignoscendum est, quę nam lex obliget ad culpam, illud ex rerũ natura, & operis grauitate perpendendum, ac examinandum est. Quo circa fidissima regula est apud Sotum: Omnis lex, quæ absolutè fertur, hoc est, quæ contrarium non explicat, obligat ad culpam vel venialem, vel mortalem, secundum precium operis: & ratio est liquida; quoniam lex secum affert obedientiæ præceptum, obedientia autem per se est virtus, & inobedientia peccatum, quare si non obtemperare magni refert, mortale est tunc non obtemperare. Huiusmodi est: Si præciperet Rex tempore famis frumentum non asportari à regno, aut tempore instantis belli arma indui. Præcipere autem non equitare mulas, aut sericis non indui, si parui referunt, erit inobedientia non grauior, quàm venialis, Sotus lib. 1. de iust. & iu. q. 6. art. 4.

6 Tertia. † Humana lex pręcipiens aliquid sub pœna temporali, quod nec diuina, nec naturali lege prohibitum erat, obligat transgressorem ad culpam quandoque mortalem, quandoque venialem, ita Francus in c. perpetuo. not. 6. & in c. commissa. 2. not. de elect. in 6. glo. in c. 2. de consti. in 6. ver. sententiis. Fel. & Dec. in cap. nam concupiscentiam, de constit. Sylu. in ver. inobedientia. Ioan. à Medi. C. de restit. q. 12. & 37. Sotus lib. 1. q. 6. artic. 5. de iusti. & iure. & ratio est, quia culpa non est pęnæ contraria, vt non possit cum ea stare; quia lex humana ideò apponit pęnam, non ut per illam lex imbecillior reddatur, sed vt obseruantius lex custodiatur: cum pœnam ipsi legislatores ad maiorem earum uim apponunt, non autem, ut per eam imbecillior reddatur, sicut constat de pœna excommunicationis, & legis Mosaicæ. Vt autem habeatis fidissimam regulam, quando pęna obliget ad culpam mortalem, hoc documento potestis uti: Vt si princeps aliquid sub pœna capitis, aut membri mutilationis, aut publicæ flagellationis, exilii, aut omnium bonorum, vel maioris partis, aut perpetui carceris iubeat; supposito quod ad id iubendum iusta causa subsit; quia tunc certum est huiusmodi pœnas non nisi pro peccato mortali infligi, Medi. de ieiun. tract. 4. q. 7. & C. de restit. qui supra. Exemplum, cum Rex pęnam capitis comminatus militi iubet, ne locum deserat, mortalis est culpa inde referre pedem, Sotus lib. 1. de iust. & iure, q. 6. art. 5. Dixi, Modò iusta causa subsit ad id iubendum. Hinc Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 5. num. 3. inquit, Censerem profectò humanam legem, quæ pœnam mortis, aut mutilationis membrorum imponeret pro transgressione alicuius legis, quæ ob publicum, leue tamen incommodum, non esset digna mortali culpa, iniquam esse: Tametsi fatear posse legislatorem humanum aliquid prohibere graui apposita pœna, & tamen expressim insinuare se nolle obligare transgressorem ad mortalem culpam. An autem possit legislator secularis definire ut sua lex sub culpa mortali, aut veniali seruetur? Dic quod non, sed tantũ potest constituere opera in specie uirtutis, aut uitii. Quod tamẽ secus est in ecclesiasticis prælatis, qui cum spiritualium iudices sunt, possunt leges condere, non modo constituendo opera in specie certa virtutis, aut vitii: verum etiam discernendo inter veniale, & mortale, atque adeò decernendo transgressionem suæ legis esse mortale crimen, Sotus qui supra, artic. 4. Quæ

7 quidem † conclusio, vt lex pęnalis obliget ad culpam, non solùm procedit in lege mixta pœnali, quæ simul certũ statuit præcipiendo, vel prohibendo, & transgressorem pœna puniendum esse censet, sed etiam in lege purè pœnali, quæ nullam induit præcepti formam, sed tantum pœnæ, vt est illa, 2. q. 1. qui non probauerit quod obiecerit, pœnam, quam ipse intulerit

tulerit patiatur, & l. capitaliũ. ff. de pęn. sic habetur, incendiarii capite puniũtur. tũc enim ex hac lege purè pęnali deduci potest mens conditoris ad obligandũ transgressorem ad culpam uel mortalem, si grauis est pœna, uel uenialem si leuis esset pœna, ita Sotus d. ar. 5. Couar. in reg. peccatum, num. 4. par. 2. §. 5.]

8 Quarta, quando † lex purè pœnalis apponitur circa id, quod est lege humana, uel diuina prohibitum, quæ dicitur materia grauis necessaria ad iustitiam, uel charitatem, tunc dubio procul non solum peccatum mortale fit, transgrediendo legem, sed etiã tenetur contraueniens ad restitutionem, atque pœnam soluere post condemnationem. Exemplum: In pragmaticis sanctionibus, quæ fiũt consilio procerum, de quibus est tex. in fine, C. de nouo Codice faci. & loquitur Abbas in c. 1. de postul. prælat. Et primo de pragmatica moderante precia in frumento, uino, uel oleo, uel quibuscunque rebus. Ad superiorem enim, qui potestatẽ habent Rempublicam gubernandi, pertinet utilitati subiectorum, & Reipublicæ prouidere.

9 Potest enim † Respublica non solum statuere iustum precium, sed etiam cogere, ut uendantur merces Reipublicę necessarię, tex. est in l. 1. ubi Bar. C. de episc. aud. iusto tamen precio, ita probat tex. in l. annonam, ff. de uari. & extraord. crim. l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfe. urb. l. si quis sepulchrum, in princip. ff. de relig. & sumpt. func. quibus in iuribus probatur iusto precio esse faciendam uenditionẽ, quoties in fauorem publicũ cogitur quis uendere.

10 [Et hoc, ne † inducatur caritas. Inde prudentissimè fit, ut quando Princeps alicui scriptori, seu impressori, seu librario, aut alteri mercatori cuicunque priuilegium concedit, ut ipse solus certas merces uendere possit, iniungitur illi sub certa pœna, ut non nisi pro precio, quod illi determinatum fuerit, eas uendat, scilicet ad impediẽdam caritatem, quę alioquin in Republica induceretur. Inde etiam commendanda est Respublica, in qua rectores sollicitè curãt de uictualibus, hoc est tritico, oleo, pane, fructibus, piscibus, aliisve rebus, quibus homines ad uictũ utuntur, suum moderatum pretium taxant. Inde etiã laudabile est, immo, & aliquando necessarium, ut domibus locandis similiter moderatum pretium sit per superiores taxatum: quemadmodum in locis quibusdam fieri solet, ubi uel concilium congregatur, uel scholares ad studium generale confluunt, ita Io. Med. C. de rebus restit. q. 37.]

11 Quinimmo † ex eodem capite publicæ inopię cogendi sunt ciues frumentum illius ciuitatis collectum ciuibus uendere potius, quam exteris. Et hoc charitatis ordine, quo plus tenetur quis subuenire sanguine, uel alio uinculo coniunctis, quàm exteris, Apost. ad Galat. cap. 6. tex. est in cap. non satis, cap. probanda, distin. 86. Immo poterunt ciues frumentũ eodem precio iam uenditum exteris, accipere inuitis emptoribus, tex. in l. 1. C. de metal. lib. 10. & ibi Bar. Couar. lib. 3. uaria. resolu. c. 14. nu. 6.

12 Igitur ut ad rem deueniamus, cum Respublica † possit statuere precium, quando quis post definitionem precii à Republica, uel eius magistratibus iustè, & ex causa constitutam merces maiori precio uendiderit, præter pœnam à lege constitutam soluendam post sententiam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem eius, quod ultra precium à lege iustè definitum acceperit. Precium uero iustum duplex est. Aliud naturale, & arbitrarium, aliud legitimum. Precium iustũ legitimum, de quo loquimur, est illud, quod lege Principis positum est, & dicitur iustum, etiam si sit minus, quàm communiter res illa uendi potest: modo consideratio habeatur ad expensas, atque labores uenditorum ad arbitrium boni uiri, aliqua data quantitate, quæ uenditoribus lucro cedat, ita Couar. lib. 2. uaria. resolut. cap. 3. num. 5. & ita intelligitur, quod inquit Bart. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offi. pręfe. urbis, scribens minori iusto

precio

pretio, quem cogit uendere merces in fauorem publicum. Scilicet quòd cogatur uendere precio à magistratibus definito; etiam si minus sit quam naturale.

13 Igitur † quicunque illo carius uendiderit, mortaliter peccat cum nexu restituendi. Dixi, quicumque, quia siue laicus sit, siue clericus: nã & si clerici exempti sint à legibus ciuilibus, bonus tex. & ibi glo. sing. in c. si Imperator, distinc. 96. vnde ad pœnæ solutionem compelli non possunt, si huiusmodi leges violauerint:

14 tamen sunt ciues Reipublicæ, † & eius membra. vnde cum Respublica guberne tur legibus ciuilibus, ideo quatenus leges ad pacem Reipublicę spectent, tenentur eis obedire. Sotus in 4. sent. dist. 25. art. 2. col. 4 q. 2. Rursum, quamuis non subiiciantur legibus secularibus, subiecti tamen sunt legi naturali, & diuinę, quę pręcipit, ne quis sua vltra iustum precium vendat. Ac proinde ex quò publica authoritate precium tritici iustè taxatũ est; consequens est clericos teneri stare pragmaticę, sicut & laicos, vi legis naturalis, & diuinę.

15 Sed quid † si emptor, qui carius emit vltra legitimum precium, donauerit illud plus uenditori, an dicta donatio valeat? Respondeo, quòd si existente necessitate emendi, frumentum puta, vel oleũ, facta fuerit, tunc pręsumenda est non libera, sed facta necessitate coacta; nisi fortè uenditor non nisi quod taxatum erat exigeret, emptor autem spontè vellet amplius largiri, aut nisi post uenditionẽ completam, & transactam emptor liberaliter, & spontè excessum remitteret: quia tũc liber esset uenditor à præfata restitutione. Sic à simili inquit Nauar. in Manua. cap. 23. num. 101. vers. 11. vbi qui notario Episcopi pro instrumento ordinis dat aliquid etiam amplius, quam debet, vel etiam ipsi Episcopo pręsertim post susceptum ordinem sine vllo pacto; modò nõ dederit pro precio, nec pro causa principali, & immediata ordinis, in foro conscientię non committit simoniam.

16 [Sed an † vitietur pragmatica, ex eo, quod non fuit toti regno tradita? Dic quòd non, sicut nec uitiat legem, quod triticum in certis partibus regni taxetur, & determinetur uẽdi pro quinque, in aliis autem pro septem, pro ut varia est statum, & illarum prouinciarum indigentia? Nec etiam redditur iniusta, si ab omnibus non obseruetur illius fortè ciuitatis, quia hoc uitium est uendentium, non legis iustum pretium determinãtis, modò lex omnibus uenditoribus sit posita absque ulla exceptione: quia si aliquos astringeret, & aliquos non, tunc ini-

17 qua videretur lex. Sed quid si † pragmaticæ executores dissimulando, minimè punirent aliquos uenditores legi cõtrauenientes? Dic, quod excusantur à pęna pragmaticæ: non tamen à peccato, & à nexu restituendi, cum excesserint iustũ precium tritici, quod per pragmaticam taxatum fuit. Rursum, quid si pragmatica in uno loco non obseruetur, an debeat seruari in alio? Dic quod non, si nulla sit ratio, quare in uno loco debeat seruari, & in alio non, sicut si sunt duo loca, in quibus eadem est tritici indigentia, cęteraque, quæ ad augmentum seu decremẽtum precii conducunt sint paria, iniustũ videretur precium per legem uni loco taxare, alteri verò libertatem vendendi absque taxatione præbere; cum iniustitię ratio videtur esse, quia tunc lex illa nõ tãm rationi, quàm uoluntati inniteretur; Io. à Medi. C. de rebus restitu. q. 37. ad tertiam, & ad quartam.] Igitur uendere ultra precium à lege taxatum mortale est peccatum, obnoxiumque restitutioni: quod intellige, nisi precium esset iniustum, vel esset aliquid exiguũ: modicum enim regulariter excusat à mortali, vulgatis iuribus.

18 Secundo infertur, † quòd si precium legitimum positum est, ut amphora uini, aut vlna panni, pisces, vel fructus uendãtur tanti. Si excessus notabilis augeatur, peccatum est mortale, & restitutioni obnoxium: quia lex pęnalis addita est circa id, quod est lege diuina, & naturali prohibitum: sed si excessus erit perexiguus,

erit

erit veniale, Sotus de iust. & iure, lib. 6. q. 2. art. 3. non tamen vltra precium vendens debet à Confessario condemnari ad pœnam, nisi post sententiam, D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 3.

Sed quæritur, quid si aliquis cõtinuatis diebus sine magnis interuallis venderet aliquid pluris taxato precio, sed illud esset perexiguum, an peccet mortaliter? Resp. quòd non: etiam si summa incipiat crescere, modo non habuerit animum à principio furandi magna, licet in omni euentu restitutio debet fieri pauperibus, quia quando difficilis est restitutio, vtpotè quia modicæ quantitatis, tunc pauperibus fieri debet, secundum Arch. Flor. & Nauar. c. 17. nu. 33.

19 Quinimmò, † quando obligatus ad restituendum esset in magna necessitate, posset Confessarius ipsi ut pauperi dispẽsare, si hoc expedire iudicet, quia si debitor ex hoc liberior futurus esset ad furtum, non deceret hac uti misericordia, sicut à simili diximus supra in tertio prę cept. de hor. can.

20 Tertio, † quid de precio legitimo taxato à lege actuariis, scribis, pro prouisione eorum, & cęteris ministris iustitiæ? Dico, quòd peccatum est iniustitiæ quicquã ex pacto plus suscipere, & peccatũ mortale. Et qui plus percipit, ad restitutionẽ tenetur: modò sit lex usu recepta, nec ab nuente Principe abrogata. Hinc non excusantur tales ministri dicentes, quòd ipsorum taxæ sint abrogatę, nam si hoc esset, non punirentur per Regium visitatorem, qui certo quodam annorum circulo, puta decimo, aut quintodecimo quoque anno visitare solet regnum. Præterea tunc tolerantia Principis inducit dispensationem, quando à principio ipsius legis nõ fuisset recepta à maiore parte, vel recepta quidem, sed ipso Principe sciente vniuersaliter abrogata, ita Dominus Ant. de But. in c. quia circa, de consangui. & affin.

21 Fallit † autẽ hoc, si aliquid fuisset sponte datum post omnino expletum officiũ, uel ratione laboris superflui, facit tex. in capit. statutum, §. proferendo, de rescrip. libro 6. Quare ex hoc capite uidentur excusari, quia mutatæ fuerunt rerum conditiones.

22 Quarto nec † publicè salariati possunt ultra mercedes statutas à lege exigere, aut quærere, aut recipere à sponte dantibus, unde non excusat consuetudo, sicut nec à rapina; quare peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem certis personis, si certę sunt, nisi esset difficilis restitutio, quia modicum, nam tunc siue restitutio sit certa, siue incerta, facienda esset pauperibus, Nauar. c. 17. num. 33. Propterea enim dantur salaria à publico, ne priuatæ personę uexentur. Nec etiam excusatio admittitur, quòd salarium nõ sufficit. Sibi enim imputet, ex quò acceptauit. Igitur peccatum est mortale aliquid plus accipere: quia lex hęc cum iusta sit, ligat conscientias. Est enim iustissima, statuere publica salaria officialibus, Alioquin litigantes ex una parte pudor suffundet, si parum conferant, & altera auiditas uincendi extimulabit multum dantes, ut inquit, Sotus lib. 5. q. 8. art. 5. de iust. & iure.

23 Fallit tamen †, in paruis muneribus sponte oblatis, & comestibilibus, quæ paucis diebus consumuntur, quia non præsumuntur dari ad corrumpendum, sed ad liberalitatẽ, facit tex. in c. de eulogiis, dist. 19. cap. & si quæstiones, de simo. uel post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam ex mera liberalitate, facit tex. in cap. 1. de simo.

24 Quinto nec medici † à communitate salariati possunt plus recipere, etiam si salarium non sufficiat, nam sibi ipsis imputetur, cum pacta ex conuentione legem accipiant, cap. 1. de pact. nisi reciperent à sanis, probatur in l. antepenul. C. de profes. ac medi. Dom. Anto. in cap. ad aures, de ęta. & qual. Quod idem dicendum de Doctoribus publicis, Lectoribus, qui à scholaribus illius loci nihil recipere possunt, nisi sponte oblata, cap. dilectus, lo secundo, de simo. 10. quæst. 3. cap. priscis. Sylu. in uer. Doctor. quęst. 10. In his igitur

tur omnibus casibus transgredientes legem humanam peccant mortaliter: quia constat mentem legislatoris velle eos obligare ad mortale, tùm ex pœna graui, & materia graui, tùm quia est apposita pœna circa id, quod est lege humana, vel diuina, prohibitum.

25 Si vero† de mente legislatoris non cōstet, quando velit obligare ad mortale, & tunc si constat subiectam materiam non esse circa indifferens, sed esse de præcepto, & tunc verba, quamuis sint consultoria, improprientur, tex. est in cap. rogo, 11. q. 3. vbi glo. & in clem. 1. ver. hortamur, vbi glo. exponit, i. præcipimus, de testam. Exemplum, si Prælatus hortatur aliquem suū subditum ad cauendas conuersationes scandalosas, aut vt non eroget latenter bona monasterii; tūc quamuis verba sint consultoria, tamen improprientur, & accipiuntur secundum subiectam materiam: & ratio est, quia materia, quæ consulitur, necessaria est ad salutem, vnde eo casu faciens contra hortationem superioris, peccat mortaliter. Felyn. & Dec. in cap. 1. nume. 45. & 46. de constitut.

26 At † si materia, de qua agitur, consilii sit, & non pręcepti, vt si præcipiat feruentius surgendum esse ad vigilias matutinas, vel faciendas graues disciplinas, uel longas meditationes: tunc licèt verba pręceptiua sint, tamen secundum subiectam materiam pro cōsilio accipiuntur, ut no. Abb. in c. nam concupiscentiam, de constitu. per glo. in l. cum pater. §. mando, in ver. consilii, de legatis 2. in cap. dilectissimus, in glo. fi. 12. q. 1. nisi faceret ex contemptu, Doc. in d. c. 1. Ex his igitur infertur, quòd actus denominatur non prout verba sonant, sed secundum subiectam materiam, & ab effectu res denominatur, Dec. in cap. nam concupiscentiam, in prima lect. nu. 23.

[Si vero materia, quæ à prælato præcipitur, esset peccatum veniale, vt si apponerentur, arctè, vel arctius, aut firmiter inhibemus, vt in cap. cum ad monasterium, de statu mona. tunc si non constat de mente legislatoris, in dubio transgredi esset peccatum mortale, quia verba pręceptiua significant in dubio mentem cōditoris fuisse obligari ad mortale, nisi aliud in pręcepto, vel lege positum contrariū indicet, per clem. exiui, §. cum autem, de verbor. signific. quę habet, S. Franciscum noluisse obligari omnes suos religiosos æqualiter ad omnia, quæ sua regula continet, eo quod ad aliqua ex regula addidit verbum præcipimus, quod ex ui sua ad mortale obligat, & ad aliqua non. Tū etiam, quia lex pœnalis extenditur, vbi si non extenderetur, frustraretur, cap. si ciuitas, de sent. excommun. lib. 6. cap. 2. de vsur. eod. lib. adiuncta glo. in ver. testamenta. Franc. in c. 1. de temp. ord. lib. 6. Sed modo si tale præceptum non extenderetur, nullū effectum tale præceptum haberet, ergo, cum semper Legislator cōdendo legem, videatur aliquid addere ad ius cōmune. At si aliquis obiiceret tex. in d. c. cum ad monasterium, ubi inquit Innoc. firmiter inhibemus ne religiosi lineis vtantur, cum tamen ut per Sylu. in ver. religio. 7. quæst. 15. habetur, quod illis uti, modò desit contemptus, & scandalum, sit peccatum veniale? Resp. † quod

27 ideò illud est, quia sic cōstat de mente legislatoris nolle obligare ad mortale. Ibi enim dicitur, Ne religiosi lineis vtantur, cum verbis illis, firmiter inhibemus, & statim postea subiūgit, Prohibemus, quoque districtè in virtute sanctę obediētię sub obtestatione diuini iudicii, ne quis monachorum propriū aliquo modo possideat. ex quibus verbis colligitur velle quo ad camisias obligare ad peccatum veniale, uerùm quò ad proprium ad peccatum mortale. Constitutiones autem nostrę (ut audio) non obligant nos ad culpam, sed tantum ad pœnam, nisi propter pręceptum, uel contemptum.]

SVMMARIVM.

1 *Superioritas spiritualis triplex est, & superioribus in his, quæ spectant ad salutem, non obediens peccat.*

Obe-

2 *Obedientia in sufficientem, perfectam, & indiscretam distinguitur.*
3 *Papæ non obedire, quo casu hæresis, & quo peccatum mortale sit.*
4 *Sacrilegii pœna tenetur de iure ciuili Principis constitutionum transgressor.*
5 *Superiori aliquid præcipienti quod est contra Deum, Papam, vel Ecclesiam, parendum non est.*
6 *Vxor quo casu viro præcipiente non teneatur vota frangere.*
7 *Præcepto iniusto parendum non est, & quare, & quid in dubio, an sit iustum, numero seq.*
9 *Præceptum in materia, vel præceptiua, vel consultoria, quando obliget ad peccatum.*
10 *Monachus factus Episcopus, an eximatur à tribus votis, & à delatione habitus.*
11 *Monachus factus Episcopus, nec quicquã habere proprium, nec testari potest, & à quibus eximatur, num. sequ.*
13 *Casus tres, quibus consilia transgredientes peccant mortaliter.*
Consilium reuerentiæ, quod, & an obliget.
14 *Præcepto superioris, quando non obedire non sit peccatum, nume. sequen. & 17. & 18.*
16 *Lex præceptiua tollitur, si moribus vtentium non recipitur.*

An teneantur subditi suis superioribus in omnibus obedire. Cap. LVIII.

1 TRiplex † ex Doctoribus colligitur superioritas, spiritualis, scilicet, tẽporalis politica quò ad regimen Reipublicę, & tẽporalis œconomica quo ad regimen propriæ domus, vel familię. De secunda dictum est capit. præcedenti, de tertia cap. 56. De prima tantum, ac etiam consequenter de aliis tractaturi sumus in hoc capitulo. Igitur superioribus spiritualibus, puta Papæ, & Episcopo, & aliis Prælatis ecclesiasticis obediendum est in spiritualibus necessariis ad salutẽ, quæ spopondimus in baptismo, Prælatis vero regularibus in his, quæ sunt secundum regulam, & hoc de necessitate salutis, nam in omnibus licitis obedire est perfectionis: In illicitis uero est indiscretionis, D.Tho. 2.2. quæst. 104. artic. quinto, ad tertium.

2 Vbi † inquit, quòd triplex obedientia distingui potest: Vna sufficiens ad salutem, quæ obedit in iis, ad quæ obligatur. Alia perfecta, quæ obedit in omnibus licitis. Alia indiscreta, quæ etiam in illicitis obedit. Aliis uero superioribus obediendum est secundum rationem superioritatis, sicut miles duci exercitus in iis, quæ pertinent ad bellum; seruus domino in iis, quæ pertinent ad seruilia opera exercenda; filius patri in iis, quæ pertinent ad disciplinam vitæ, & curam domesticam.

3 Prædictis † autem in casibus, quæ ad eorum superioritatẽ pertinent non obedire, quandoque est peccatum hęresis, quandoque peccatum mortale. Nam si quis infringat, vel non seruet Papæ constitutionem, credens ipsum constitutionem facere non posse, hęreticus est censendus, 25. q. 1. violatores, 19. distinct. cap. nulli fas. Quare tali casu non immeritò talis per hoc errans in potestate clauium Petro, & in eius persona successoribus data, Matth. 26. 24. q. 1. quodcunque, extra de re iudic. ad Apostolicæ, §. nos itaque, indignationem Dei, & Apostolorum incurrere dicitur, cum sit ibi extra fidem. Sed si aliàs credat Papam constitutionem facere potuisse, sed ex contemptu, & scienter sine aliqua rationabili causa eam non seruat, non est per hoc censendus hæreticus, sed mortaliter peccat, sic sensit Ioan. in d. capit.
4 nulli fas. Nam & secundum † legem ciuilem transgrediens Principis constitutionem, pœna sacrilegii tenetur, C. de erog. milit. anno. l. repetita, lib. 12. & hoc casu etiam, cum talis peccare dicatur, & quantum in se est Principi obtemperare nolit, contra verbum Domini, 1. Pet. c. 2. extra de maior. & obedient. cap. solitæ,

indignationem Dei, & Apostolorum nõ immeritò incurrere dicitur. Verũ quòd diximus peccatum esse mortale nõ obedire scienter, cum sit contra iustitiam, cuius obedientia est pars.

5 Limitatur, † secundum D. Tho. 2.2. q.104.art.5. si aliquis superiori non obediret, vt contrario præcepto Dei, vt inquit glo. ad Rom. cap. 13. vers. qui potestati, vel præcepto Papæ, aut Ecclesię, cap. si dominus, cap. qui resistit, 11. quęst. 3. Hinc tyranno ad idolatriam nos suis legibus inducerę, vel arcere uolenti à sacramentis, obsistere omnino debemus, nullumque esset formidandum scandalum: quia obedire oportet magis Deo, quàm hominibus, cap. 2. de noui oper. nuncia. Sotus lib. 5. de iusti. & iure, q. 5. art. 1. Et nec obstat tex. in cap. manifestum, & cap. noluit, 33. q. 5. ubi dicitur

6 quod licet † vir præcipiat vxori, quod non seruet uotum, licèt ipse peccet, ipsa tamen debet obedire. ecce obedire tenetur uxor viro præcipienti, vt non obseruet uota ieiuniorum, quæ sunt de præcepto. Nam respondetur, secundum glo. ibi in d. cap. si dominus, 11. q. 3. quod licèt vir præcipiendo peccet, non tamen præcipit id, quod est peccatum: quia prçceptum Domini est, vt in tali casu obediat uiro suo, vt in d. cap. noluit. Quamuis illa glossa aliter intelligenda est, vt loquatur in ieiuniis uoluntariis, non autem necessariis, nam illi non tenetur obedire, nisi ad scandalum tollendum, id est, si maritus veniret ad blasphemias, vel verbera. Syluest. in uer. ieiunium, nume. 25.

7 Quare autem † tali prçcepto iniusto obedire non teneatur, est, quia vt scribitur Actu. cap. 5. obedire magis oportet Deo, quàm hominibus. Verum si prçceptum dubiũ esset, an esset contra Deum, nec ne, quod est, quando saperet peccatum etiam ueniale, 11. q. 3. quid ergo, tunc tenetur obedire, capit. ad aures, de tempo. ordin. Et excusatur à peccato, c. quid culpatur, 23. q. 1. Quod quidem procedit, quando subditus diligenti inquisitione certificari non potest de iniustitia: tunc enim excusatur propter obedientię bonum: cum etiam bonum sine quo potest esse salus, propter obedientię bonum debeat omitti. 11. q. 3. quid ergo, & bonum meretur pœnam sine obedientia, glo. in c. in omnibus, de consecr. dist. 5. alias si certificari posset, non excusaretur, Sylu. in ver. obedientia, q. 2. sic etiã neque excusaretur, ut inquit ibi Syl. si dubitaret de prçcepto iniusto, & esset prçceptum de iis, in quibus ignorantia non excusat, verbi gratia, contra articulos fidei, vel prçcepta Dei, vel generale prçceptum ecclesiæ.

8 [Verum si prçceptum esset de re † tuta, ubi nullum imminet periculum aut bono publico, aut tertiæ personæ, in re dubia ut plurimum obediendum est, verbi gratia, præcipit mihi prælatus studere, aut seruire infirmis, quæ sunt opera, vbi nullum imminet periculum: quãquam mihi sit dubium, an possit præcipere, debeo obedire; & ratio est, quia non debet subditus rationem omnium præceptorum exigere, nec Prælatus tenetur reddere rationem, maximè vbi id, quod prçcipitur, licitũ est. Sub hac conditione comprehendimus casus, quando quis est dubius, an aliquid ei liceat siue de iure, quia sunt æquales rationes, aut opiniones pro vtraque parte; siue de facto, ut cum quis dubitat, an sua infirmitas sit sufficiens ad frangendum ieiunium, vel ad comedendum carnes, aut horas canonicas soluere, nam tunc accedente authoritate prælati obedire tenetur, cum Prælatus sit sicut interpres Dei, & eius præceptum habeatur pro interpretatione legis, & ideo vbi nullum periculum est nisi fractionis legis, tũc subditus obedire tenetur. Verùm & si nullum subsit periculum, si tamen res esset molesta nimis, & difficilis subdito: exempli gratia, Si prçlatus mihi prçciperet longum iter, aut rem difficilem, tunc debet subditus iubentis imperium suscipere, & impossibilitatis suæ causas patienter, & opportunè suggerere, quod si post suam suggestionem

ſtionem in ſua ſententia præcipiens permanſerit, tunc confidens de adiutorio Dei obediat, ita Legifer noſter Benedictus in ſua regula, cap. 68. ſic etiam ſi Prælatus interrogat ſub præcepto aliquod ſecretum, vnde nullum cuiquam imminet periculum, & dubium eſt, an habeat ius præcipiendi, tunc tenetur ſubditus reuelare: præſertim ſi reuelatio illius ſecreti iuuat ad tollendum malam ſuſpitionem Prælato. Verùm quando crimē, de quo fit inquiſitio, id eſt, quod vergit in perniciem publicam, vt proditio, crimen læſæ maieſtatis; hæreſis, & alia id genus: tunc ſi dubius eſt teſtis probabiliter, an ſit caſus tunc iuſtè interrogandi, parere debet, & teſtimonium dicere in periculum hæretici, etiam ſi rationes ſint aliquanto probabiliores pro parte contraria; & ratio eſt, quia in re dubia illa pars eſt eligenda, vbi minus eſt periculum, argum. tex. in cap. duo, diſtinct. 13. Sed minus periculum eſt, vt priuata perſona iniuſtè occidatur, quàm ſi Reipublicæ damnum detur. ergo in re dubia dicendum eſt potius teſtimoniū in præiudicium tertiæ perſonæ, quàm in damnum publicum celandum. Pariter ſi Prælatus interrogat, vel iudex contra homicidam, aut furem, aut quemuis alium reum priuati criminis, quod non eſt in perniciem publicam, & probabiliter pro vtraque parte dubitant teſtes, ſit ne infamia, aut indicia, quibus legitimè poſſit inquiri, tunc teſtes tenentur celare crimen, & à fortiori reum ipſum: ratio eſt, quia maius periculū eſt, ſi occidatur homo contra ius, quàm ſi non obediatur Prælato. Exemplū: Dubitat quis, an obligetur mentiri officioſè pro ſeruanda vita hominis, cōſiderandum eſt tunc, vtrū eorum eſſet grauius, ſi utrumque procederet ex ſcientia, permittere mortem hominis, quē quis tenetur ſeruare, an mentiri officioſè: & quia manifeſtum eſt primùm eſſe grauius, quia mortale, quàm ſecundum, quia veniale; ſit vt teneatur mentiri, ſi non poteſt tollere dubium; quia de duobus malis minus eſt eligendum, cap. duo, diſt. 13. ita Sotus, de rat. teg. memb. 3. q. 2. per totam.]

Circa hanc materiam vide quæ ſupra diximus in primo præcepto de hære. c. 3. verſ. quarto ratione materiæ.

9 Fallit ſecundo, † quando id, quod pręcipitur eſſet materia præceptiua, ſecus ſi verba pręceptiua apponerentur in materia conſultoria: tunc enim verba impropriantur ſecundum ſubiectam materiā, facit tex. in l. ſi olei. C. loca. in l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mort. & tranſgrediens nō peccaret mortaliter, niſi verbis præceptiuis apponeretur aduerbium, arctè, vel arctius, ut ſupra diximus. c. 57. nume. 3. Verùm ſi è contra materia eſſet pręceptiua, & verba conſultoria, tūc peccaret mortaliter, uel quando quis ex contemptu tranſgrederetur conſilium, Dec. in c. 1. nu. 45. 46. & 47. de conſti. & diximus ſupra in c. pręcedenti, vel etiam quando quis aſtringeret ſe cōſiliis, ut faciunt profitentes paupertatem, caſtitatē, & obedientiam: nam ex quo per profeſſionem quis ſubiicit ſe eis, omnino ligāt hęc conſilia ſub peccato mortali tranſgredientes non ex ui canonis cōſulentis, ſed ex vi voti, & obligationis, ſm D. Ant. de But. in c. ad aures, de ęta. & qualit.

10 Quod in tantum † procedit, vt cōmuniter traditur, monachū factum Epiſcopum, ſecundum cle. 1. in fi. de elec. & in c. quorundam, co. ti. lib. 6. nec in delatione habitus, nec à tribus uotis ſubſtantialibus liberum eſſe, quod probatur de habitus delatione, per tex. no. in c. pen. de uita, & hone. cler. idem volunt glo. 16. q. vlt. innouatione. Zabar. in clem. ne in agro. q. 6. de ſtatu mona. qui etiam extendit ad rochetum, ideſt illam camiſiam albam, quam portant Epiſcopi ſuper habitum. vult enim quod ſiue monachus factus Epiſcopus dimittat habitū ſuę profeſſionis, ſiue ſuper ipſum portet rochetum, ſit excōicatus; quamuis Bert. in tractatu de Epiſcopo, in 1. par. principali, quod habetur in li. 4. trac. fol. 13. & fol. 21. 22. & 23. nu. 67. & 72. & Flor. in l. ſed & ſi quid. §. mancipiorum, in fi. ff. de

vsufruc. dicant monachum promotum ad Episcopatum, vel Cardinalatum posse mutare habitum, si uelit, quod tene. Verum circa substantialia est glo. in cap. de monachis, el primo, 16.q.1. & in cap.1. 18.q.1. & in cap. quorundam, in fi. & in ver. mendicantium, de elec. lib. 6.

11 Hinc † non potest habere proprium, immò quicquid acquirit postea, acquirit Episcopatui, ut est tex. no. in c. vnico, 18. q.1. & in c. cum olim, el 2. de priuil. sequitur glo. in c. quia tua, 12.q.1. in prin. idem tenet Imo. in c.1. in 7. col. de testa. dicens, quòd talis non posset testari ēt de acquisitis intuitu personę, cum regularis quicquid acquirit, acquirat Ecclesiæ, tū etiam, quia est contra paupertatis votū, secundum Doct. in auth. licentiam, C. de Episc. & cler. D. Tho. 2.2.q.185. art. 8.

12 Et quod dicitur, † exemptum esse à iurisdictione Abbatis, non est ex eo, quòd sit exemptus ab obediētiæ voto, quia adhuc illi subditus est, sed quia Abbatē non habet, cui obediat, cum factus sit de filio pater, 18.q.1.c.1. & ibi glo. dicimus eum à iurisdictione Prælati liberū esse, ex D. Tho. qui sup. Igitur præter dimissionem habitus, & tria vota, monachus factus Episcopus est exemptus per dignitatē Episcopalē ab aliis accidentalibus regulæ, puta ieiuniis, vigiliis, & silentio, 18.q.1. statutum. Debet enim vitare silentium, & tanquam tuba exaltare vocem suam, 43. dist. sit rector. posset etiam facere cōpatres, quod prius non licebat, 18.q.1.c. vnico. Item non tenetur dicere officiū monachale, sed aliud, facit cle. 2. de cele. mis. Est etiam absolutus ab esu carnium, ita glo. in cap. 3. 16.q.1. Quod procedit, quando sine scandalo nō posset abstinere. Aliàs si sine scandalo posset, non intelligeretur absolutus, & ita tenet Arch. in c. vnico, 18.q.1. Ex quo infertur, quod etiam ieiunia, & omnia, quæ officiū Episcopale minimè impediūt, ex morali uinculo deberet seruare: attamen, si non obseruaret, non peccat, vt tandem cōcludit circa ieiunia, & esum carniū Card. Zab. in cle. 2. de cens. q.2. vel si peccat, nō peccat mortaliter, Sotus de iust. & iu. li. 10. q.5. ar. 7. qui ita interpretatur D. Tho. 2.2.q.185. art. 8. Couar. de testa. c.1. nu. 18.

13 Habes † ergo mi lector, tres casus in quibus transgrediens cōsilia peccat mortaliter. Primus in eo, qui se astrinxit consiliis. Secundus, quando ex contemptu, glo. no. in c. quis autem, dist. 10. Abb. in c.1. nu. 7. de vita & hon. cler. At quando dicatur contemptus, vide Caiet. 2.2.q. 186. art. 10. ver. in eodem art. 9. Tertius, quando esset consiliū rēuerentiæ. Et dicitur reuerentię, quando materia consilii est necessitatiua; sed propter reuerentiam eius, cui loquitur, vtitur Prælatus verbo consultiuo, & non præceptiuo: nā tunc in effectu est præceptum, & nō consilium, & debet ab omnibus subditis seruari, sicut & præceptum, dist. 6. testamentum, 14.q.1. quisquis, de ætate, & qual. ad aures, in fi. Abb. & Fel. in c.1. de constit. ubi etiam Henricus Boich nu. 13.

14 Tertio fallit, † quando quis non obedit superioris præcepto, quia ad illud sua potestas se non extendit, ut sunt actus omnino interiores, D. Tho. 2.2.q.104. art. 5. Vt est reuelatio peccati omnino occulti, reuelatio confessionis legitimę. Nauar. c. 23. nu. 38.

15 Quarto fallit, † quando quis transgrederetur præceptū superioris, eò quia credit per errorem iussisse, aut non iussurū fuisse si veritatem nosset, nam non peccaret, non parendo, c. si quando, c. pastoralis, de rescri. Sic etiam qui transgreditur præceptū superioris, vel legis, quod fuit receptum à certo genere personarū, ab alio verò non, nam tunc non recipientes non peccant saltem post longa tempora, secus si de eodem genere personarum maior pars recipit: quia minor non excusatur. Sed potest habere locū illud, de præb. c. cum iam dudum. scilicet multa per patientiam tolerantur, &c. Ex his etiā colligi potest alia theorica, uidelicet

16 quod etiam † lex præceptiua tollitur, si moribus utentium non recipitur: Quod intellige, nisi lex Principis induceret peccatum ex contrauentione, ut quia concurrit

currit

currit cum lege diuina, Sylu. in ver. lex quęst. 6. in fi.

17 Nec etiam tenetur obedire, † si inferior pręciperet aliquid faciendum contra pręceptum sui superioris, glo. ad Roman. cap. 13. Nec etiam si Pręlatus aliquid præciperet contra regulam, ordinem, aut legem, verbi gratia, ne ieiunaret tali die pręcepto per legem, aut regulam, nisi talis dispensatio fieret à Pręlato ex causa, eo quòd credit probabiliter subditum ad id esse impotentem: quamuis si sciret superiorem falli, non tenetur, Sylu. in ver. religio. 6. q. 6. ibi, si uerò sunt contra regulam.

18 Rursum † nec tenetur subditus obedire Pręlato in iis, quæ sunt infra regulam, ut reficere corpus, quando certus esset, quòd talis refectio noceret corpori, aut animæ: aliàs si certus esset, quòd talis relaxatio proderit, uel esset in dubio, tenetur. Sylu. qui supra, argu. tex. in cap. quid culpatur, 23. q. 1. Vltimo quæritur, an teneatur subditus adimplere uoluntatem Pręlati, si sciuerit illius uoluntatem esse, ut fiat, uel nō fiat hoc. respondet Sylu. in uer. præceptum, q. 2. quòd non, nisi expresse pręcipiat.

SVMMARIVM.

1 *Parentes, filiorum necessitatibus non prouidentes, vel illos ad valuas aliorum exponentes peccant.*

2 *Parentes tenentur alimenta filiis præstare, aliàs peccant, fallit multis in casibus, num. 4.*

3 *Mater filium lactare vsque ad triennium tenetur, nisi in casu.*

5 *Alimentorum, vel victus nomine quæ veniant, & item filiorum appellatione qui contineantur.*

6 *Spurii de iure canonico ali debent à parentibus, & relinqui ipsis etiam pro alimentis potest.*

7 *Filiis alimenta præstanda sunt ex redditibus, non ex alienatione proprietatum, & quarum rerum ratio sit habenda in his, nu. 9.*

8 *Vxor à marito relicta domina, & vsufructuaria, quid consequatur.*

10 *Spurio relicta pro alimentis à patre, vel dos data spuriæ post eorum mortem, ad patris, non ad suos hæredes transeunt.*

11 *Spurii incapaces sunt hæreditatis paternæ, quare bona amico concredere, restituenda spurio, non licet clerico, secus de nothis secularium.*

12 *Vitricus priuignum alere non tenetur, & an sponsus in dubio preciosa donare videatur.*

13 *Pater, vel frater filiam, vel sororem dotare tenentur, & in dubio videntur facere de suo.*

14 *Legatum relictum filiæ pro ea maritanda, debetur, & si tempore testamenti erat nupta.*

15 *Filia, cui à patre mille si nupserit relicta sunt, &* 100. *si monialis fuerit effecta, an mille consequatur, si monasterium fuerit ingressa.*

16 *Et quid si absolutè fuerint relicta mille, & illa fuerit ingressa monasterium.*

17 *Patre legante pro filia maritanda mille, quæ ab ipso cum quingentis fuit maritata, an post eius obitum possit petere residuum.*

18 *Patres, vt filii præcepta Dei, & Ecclesiæ non ignorent, curare debent, alias peccant.*

19 *Parentes in his, quæ necessariò spectant ad salutem, debent filios corrigere, & quod eorum officium, si sint incorrigibiles.*

20 *Pater, an in foro conscientiæ teneatur ciuiliter de delicto filii, & potestas an ex delicto officialium.*

21 *Pater, quando videatur peccare ex donatione inofficiosa in præiudicium filiorum facta.*

22 *Pater quare tenetur reddere rationem de fructibus beneficii filio clerico, & ad restitutionem.*

23 *Pater expensas factas filio studenti, peculium habenti, videtur animo compensandi fecisse.*

24 *Parentum maledictio in liberos, venialis est, execranda tamen est consuetudo. & quid de verbis contumeliosis.*

25 *Filias inuitas impellere in monasteria peccatum, quod habet annexam excommunicationem:*
26 *Parentes, quando peccent permittentes filias amori dare operam, vel vti fucis.*
27 *Patris inhumana correctio adimit ei personæ filii administrationem.*

Qualiter se gerant parentes erga filios. Cap. LIX.

1 PArentes, † domini, uel coniuges prouidere debent magnis necessitatibus filiorum, seruorum, & vxoris: aliàs si ex auaritia, vel ex crudelitate illis non prouiderent, cum possint, peccarent mortaliter, tex. est in cap. si quis reliquerit, distin. 30. Sic etiam mittere filios suos illegitimos ex auaritia ad hospitale, vel illos exponere ad ianuas aliorum, lethale esset peccatum, tex. optimus in l. necare. ff. de liber. agnosc.

2 Tenentur etiam † parentes filiis præstare alimenta, aliàs illa denegando peccarent mortaliter, iuxta tex. in l. 1. 2. & 3. C. de liber. agnoscen. Quæ quidem alimenta præstari debent in domo paterna, nisi forte ex causa patris filius non possit commorari, ita And. de Iser. in constitu. Regni Neap. fol. 176. colum. 3. Hoc autem, quòd pater teneatur alere filium, fallit in multis casibus. Primus, si filius in publico iudicio eum accusauerit, nam tunc etiam posset exhæredari, vt diximus supra. Secundus quidem casus est, si pater ipse eget, non enim tenetur ultra, quàm potest. Tertius, si filius contra patrem commiserit crimen ingratitudinis. Quartus, si filius habet artem, vel aliud, vnde viuat, nisi filius sit infirmus, vel nobilis, quem dedeceat in tali arte operari. ff. de liber. agnosc. l. si quis à liberis. Quod procedit etiam in spurio, quia si filius est nobilis, ita quòd nō obstante spurietate dedeceat ipsum artem exercere, debentur sibi alimenta, benè facit ad hoc illud, quod not. dicit Bal. in l. 1. §. sed scimus, C. de latina libertate tollenda, vbi inquit, quod si aliquis tenetur aliquem alere, sufficit si faciat eum recipi in aliquo hospitali, vel domo Dei: Illud autem de hospitali dicit intelligendum, si ille, qui debet alimentari, potest ibi morari sine dedecore. Ioan. Lupi, in capitu. per uestras, §. 23. nume. 9. Bald. in l. vnica, §. sed scimus, C. de latina liber. toll.

3 Sic † licèt & mater filium teneatur lactare vsque ad triennium, l. nec filium, C. de pat. pote. cap. fin. in fine, de conuer. coniug. tamen si mater esset nobilis, cui secundum morem patriæ esset dedecus lactare filium, vel filiam, tùnc excusatur, ita Iacob. de Are. in l. si maritus, ff. soluto matrimon. Barto. in l. 1. C. de mendicantib. validis, lib. 11. & in tract. de alim. 6. quæst. Abb. in cap. fin. de conuer. coniug.

4 Quintus, in omnibus † illis casibus alimenta denegare possunt parentes, in quibus possunt exhæredare filios, ita gl. in l. si quis à liberis, §. idem iudex, de liber. agnosc. Barto. in l. fin. C. de ale. lib. glo. in cap. Quintauallis, de iureiur. Panor. in cap. cum haberet, num. 10. de eo, qui dux. in matrim. Sextus, quando mater esset diues, & pater pauper. Sylu. in ver. alimenta. q. 2.

5 Alimentorum † vero, seu victus nomine continentur quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad uiuendum homini necessaria sunt, vestem quoque victus habere uicem Labeo ait. Cætera quoque, quibus tuendi, curandive corporis nostri gratia utimur, eà appellatione significantur, text. est in l. uerbo uictus, cum sequen. ff. de verb. signific. filiorum uero nomine continentur etiam emancipati, & tam filii legitimi, quàm naturales, etiam si sint vulgo concepti:
6 quia de iure canonico † tam pater, quam mater tenentur alere spurios, ut no. Innoc. in cap. secundo, de regul. Panor. in dicto capitu. cum haberet, quamuis filii sint sacerdotum, nam parentes etiam uiuentes possunt illis donare siue in vita,

siue

siue post mortem, quantũ vitam sustentent. Verùm non debent prætextu alimentorum illis relinquere magnũ prædium, quia in eo, quod excedit modum alimentorum, non ualeret, ita Bald. in l. eam quam, colum. 10. C. de fideicommis. Hæc autem alimenta † filiis prestari debent ex redditibus, non autem ex alienatione proprietatum, ita Barto. in l. penult. ff. de alim. & ciba. leg. Decius in l. diuus Pius. ff. de regul. iuris, in fine, Alexan. cons. 100. in fine, lib. primo. Intelliguntur etiam prestari debere alimenta deducto ære alieno. Hinc scribit Picus in l. Titia. §. Titia cum nuberet, nu. 156. ff. de leg. 2. filium grauatum præstare matri alimenta, posse in primis deducere æs alienum, deinde propriam legitimam, & deinde ex redditibus qui supersunt, præstare alimenta.

7

8 Sed quid si uir relinquat suam † uxorem dominam, & usufructuariam, dic quod tantum debentur alimenta, glos. not. in auth. hoc locum, ver. derogari, C. si secundo nups. mulier.

9 In quibus debet † haberi ratio ad patrimonii qualitatem, & ad dignitatem, & qualitatem eius, cui conceduntur, Iurecon. in l. 2. ff. ubi pupil. educ. vel mora. debe. & in l. 3. ver. modum, eodem titu. sic etiam in uestibus, tex. optimus in l. sed si quid inædificauerit. §. sufficienter, ff. de usufruc. ubi dicit text. sufficienter autem alere, vel uestire habet usufructuarius seruos, in quibus habet usumfructum secundum ordinem, & dignitatem mancipiorum, ad idem text. in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administrat. tutor. bonus tex. in capitu. non cogantur, distinctio. 43. vbi nobiles diuites non coguntur uesci alimentis uilibus, sicut & pauperes, [immo dicit gl. in capitu. vnum. §. criminis, distinctio. 25. quod peccatum est administrare pauperibus delicata cibaria. Hinc alia glossa in l. itemque. §. Labeo. ff. manda. dicit, quod in taxandis expensis rustico uincenti causam, non computatur equus, quia debuit ire pedester, simile dixit glo. in l. seruis urbanis. ff. de leg. 3. Archi. in c. 1. 16. q. 1.] Igitur habenda est ratio personarum qualitatis. Vnde melius, & honorabilius uestietur Doctor, quàm scholaris, dicit Bal. in l. sed & si quid. §. sufficienter. ff. de vsufruc. quem refert, & sequitur Andr. Sicu. in c. pastoralis, de donat. 11. col. facit etiam glo. in c. conquerente, de cler. non resid. & in c. clericus ab instanti, 21. q. 1. & in c. cum adeò, in glo. fin. de rescrip. Hinc etiam Nicol. de Neap. in l. habitatio. ff. de vent. in poss. mitt. inquit, quod meliores expensę debent fieri familiaribus Papæ, quàm aliis.

Verùm quod diximus supra posse parentes † donare, seu relinquere filiis spuriis ob causam alimentorum, ita intelligendum est, vt post mortem spurii non debeant transire ad hæredes ipsius, sed ad hæredes, & successores patris, Bal. in l. eam quam, nu. 41. C. de fideicom. Dec. cons. 312. num. 4. Ripa in l. 1. nume. 67. ff. solu. matrim. qui idem dixerunt in dote relicta filiæ spuriæ, quæ reuertitur ad hæredes patris. Et hoc ideò, quia spurii sunt incapaces hæreditatis, & proprietatis: secus autem si esset relictum aliquid alicui capaci proprietatis, quia tunc illud transfertur post mortem ad eius hæredes, l. cum hi. ubi Bart. ff. de transac. Hippol. de Marsi. sing. 414. Bal. in l. eam quá, col. 9. C. de fideicom.

10

11 Hinc de † spurio infert Sotus de iust. & iu. lib. 4. q. 5. art. 1. quod cum spurii sint incapaces hęreditatis paternæ, eaque lex iusta, & æqua sit in odium sobolis clericorum, quod neque sacerdos, uel clericus in sacris posset fidei amici concredere, ut det filio suo spurio sua bona post mortem, quia sunt prohibiti per leges humanas, quæ obligant in conscientia, quando sunt iustæ, ut est ista. Quod secus respondet de filiis nothis secularium.

12 An autem vitricus teneatur † facere expensas priuigno. dic quod nõ, & ideo si facit, potest illas repetere: Verum ratione nobilitatis, & dignitatis in dubio, quando non esset facta protestatio, iux.

18 Tenentur etiam patres † curare, ut filii sciant, & obseruent præcepta Dei, uel Ecclesiæ: aliàs ob notabilem negligentiam permittere, ut illa ignorent, & non obseruent, peccatum est mortale, Archi. Flor. in summula Defecerunt, in 4. præcept. Hinc Syluest. in uer. scientia, uer. secundum. inquit quod ea, quę parentes tenentur facere sub peccato mortali, ut filii addiscant, est signum Crucis, & Credo paruum, & Pater noster.

19 Qui etiam † omittunt corrigere filios circa ea, quæ sunt de necessitate salutis, peccant mortaliter, aliàs secus: uerùm si non possent filios emendare, nec uerbis, nec operibus, tenentur eos expellere, uel denegare eis alimenta, si probabiliter credunt eos posse emendari, argum. eorum, quæ notantur in cap. non omnis, 5. q. 5. Attamen si probabiliter credunt per hoc eos posse licentius peccare, per suam autem curam uident eos à multis, & si non ab omnibus malis se temperare, si faciũt quantum possunt, excusantur, nec eis imputatur peruersitas filiorum, ut patet in c. quantumlibet, & in c. seq. dist. 47. Sylu. in uer. familia. q. 1.

20 An autem teneatur † pater in foro cõscientiæ ciuiliter, si filius deliquerit? Syluestr. in uer. Dominium, quæstio. sexta in fine, respondet quod sic, si est in culpa non corrigendo filium, quia tenetur uerbo, & exemplo corrigere: aliàs si non corrigeret, uidetur factum delinquentis approbare, cap. error, distin. 83. ubi error cui non resistitur approbatur. Et hæc intellige, quando filius, uel familia non deliquerit in officio, seu ministerio, in quo ipse pater familias est præpositus, quia si in illo deliquerit, cum ipse utatur opera ipsius familiæ, sibi imputari debet talem eligenti, cum honestam ponere potuisset. l. 1. §. familiæ. ff. de public. Ex quo sequitur quòd potestas, seu rector tenetur ex maleficio suorum officialium, l. si post. C. de asses. Quod idem dic de nauta, caupone, stabulario, & publicano, qui regulariter tenentur ex delicto suorum, Syluest. in ver. dominium. quæst. 6. in fi. & in uer. Nautæ. quęst. 5.

21 Malè etiam † se gerit pater, & uidetur mortaliter peccare; qui uno ex filiis suis fecerit donationem inofficiosam. v. g. si tantum donauit, quòd filio non remaneat hæreditas: nam tunc si donatio est inofficiosa re, & consilio, & tunc si est facta liberis, reuocatur, quatenus est immoderatè facta usque ad debitum bonorum subsidium, id est usque ad legitimam, optimus tex. in l. si liqueat, C. de inoffic. donat. Si uerò sit facta extraneis, tunc si reliquit aliquid filiis, non reuocatur, nisi usque ad legitimam. l. omnimodo. C. de inoffic. testamen.. Si autem non reliquit, sic reuocatur in totum, capit. si quis irascitur. 13. quæst. 2. Aut donatio est inofficiosa re, & tunc reuocatur solùm, quatenus est immoderatè gestum. Re, & consilio dicitur donatio inofficiosa, seu facta contra officiũ pietatis, quando interuenit euentus, & fraus copulatiue, uide gl. in d. l. si liqueat. Syl. in uer. donatio. 1. q. 17.

22 Pater etiam, qui fructus † beneficiorum filii in minoribus constituti recipit peccat, si non reddit rationem administrationis filio suo clerico per actionẽ negociorum gestorum, ita expresè tenet Bart. in l. litis. §. fin. ff. de nego. gest. & dicit, quòd sic uidit de facto seruari, & hoc ideò, quia beneficium habetur loco peculii quasi castrensis, ut no. in l. sacrosanctæ. C. de Epi. & cler. ex quo peculio nihil acquiritur patri: unde si pater recipit fructus, tenetur reddere filio, & si mortuus est pater, per eius hæredes debet fieri restitutio, iux. doctrinam Saliceti in l. filiæ cuius, in fi. C. famil. ercis. ubi dicit, quòd si pater bona aduentitia filii, in quibus nõ habet usumfructum, dilapidauit, & consumpsit, fratres tenentur hoc damnum emendare.

23 Verum † si fecisset aliquos sumptus filio in studio, vel alias, uidetur fecisse animo compensandi cum fructibus, ità Bar. in tract. de duob. frat. prope fi. Bald. in l. filiæ cuius. C. fam. ercis.

24 Parentes quoque, † qui nullum in-

tus habentes mali desiderium filios maledicunt, numquam peccant mortaliter, quamuis consuetudo pessima sit, & hominibus infimæ classis peculiaris, neque ad correctionem quicquam conferens, præterquam quòd ipse maledicendi impetus sæpe iram in odium concitat, atque animum mutat, ut quicquid malorum imprecantur, ferè illis optent, Sotus de iust. & iu. lib. 5. quęst. 12. art. 1. Sic dicere filiis verba contumeliosa animo corrigēdi etiam cum ira; modo correctio sit principalis causa improperandi, ita quòd remota hac causa non inferret iniurias, nec peccatum est mortale, ut inquit Sylue. in uer. contumelia. quæstio. 3.

25 Cogere etiam † filias suas ad ingrediendum religionem, peccatum mortale est, habens annexam excommunicationem, ex Concil. Trid. sess. 25. c. 8.

26 Parentes pariter, † qui permittunt filias suas habere amatores, ob malum finem, atque sciunt filias suas uti fucis, aliisque irritamentis ad inducendum aliquem in peccatum mortale, id est ut adamentur, & non reprehendunt, neque corrigunt, vel consortiūm malarum fœminarum cum filiabus permittunt, peccant mortaliter, arg. tex. in c. duo ista nomina. 23. q. 4. Attamen si consentiunt, vt filiæ vtantur fucis non malo fine, cū hoc ex sui natura sit peccatum veniale, quando non fit ob malum finem: ita, & consentientes peccant venialiter: nam qui consentit in peccatum alterius, non grauius peccat, quàm author illius, cap. 1. de offic. deleg.

27 Si pater, † cui à lege conceditur filiorum castigatio. l. vnica, C. de emend. propin. contra debitam pietatem filium percutit, uel flagellat, abutendo facultate sibi commissa, auferri debet ab eo administratio personę filii. l. fi. cum glo. ff. si quis à paren. fuer. manu.

SVMMARIVM.

1 *Maritus cogens vxorem, præceptū ad mortale obligans violare, peccat mortaliter.*

2 *Vxor, an, & quando maritum aliò migrantem sequi teneatur, & nu. seq.*

4 *Vxor iracunda, & rixosa prouocans maritum ad blasphemiam, peccat, si non se corrigat.*

5 *Maritus verbo infamatorio vxorem afficiens, peccat mortaliter.*

6 *Vxor à marito recedere ex nimia eius sæuitia, potest; sicut à simili de domino, & patre.*

7 *Vxor quo casu separari possit à marito quò ad habitationem, & thorum.*

Vxor, an præstita cautione per maritum de non offendendo, ei debeat restitui.

8 *Vxor de bonis viri, vel etiam communibus, eleemosynam dare non potest, fallit multis casibus.*

9 *Vxor ad propulsandum aliquod incommodum viri, vel temporale, vel spirituale, potest dare eleemosynam, & aliis casibus, quos vide.*

10 *Vxori licet aliqua clam abducere, marito prodigo existente.*

11 *Vxor sciens bona mariti esse malè parta, & restitutioni obnoxia, an peccet, illis vtendo ad victum.*

12 *Parentes honorantibus quinque promittuntur, & quæ ea sint.*

De peccatis coniugum.
Cap. LX.

1 MAritus † prohibens vxorem seruare, uel cogens violare aliquod præceptum diuinū, vel ecclesiasticū obligans ad mortale sine causa, peccat mortaliter, veluti nè diebus festiuis sacris intersit, uel nè ieiunet, iuxta mentem Arch. Flor. 2. par. tit. 9. c. 10. §. 2. Verùm si culpa esset vxoris, quæ nollet diebus festis audire sacrū, quid maritum agere oporteat, vide à simili, quæ diximus supra, capit. præced. nume. 19.

2 Vxor nolens † sequi maritum alio migrantem, peccat mortaliter, cap. vnaquaque. 13. q. 2. notat Abb. in cap. de illis, de sponsal. Quod tamen intellige, nisi eam mari-

maritus traheret ad peccandum, aut dubitaret de morte sua, vel nisi ab initio cõiugalis contractus esset in pactum deductus, vt vir cum vxore in certo loco habitaret, ut voluit Anto. in c. 1. qui matri. accus. pos. & ibi Abb. in princ. & Bartholomæus de Belenzinis, in princ. Quod tamen intellige, nisi noua causa superuenerit, ob quam ab eo loco vellet maritus recedere, nam tunc etiam præmisso pacto posset maritus id agere, & vxor teneretur eum sequi, ita est de mente Host. & aliorum in d. c. 1. Et sequitur Andr. Sic. in cap. ceterum. 2. colum. de iur. cal. benè facit tex. in l. si conuenerit, cum sequen. ff. pro socio, vbi societas potest ex causa superuenieñti dissolui ante tempus.

3 Maritus si † esset, vagabundus, vxor illum non tenetur sequi, Archi. Flor. 2. par. de statu matr. cap. 1. in fi. glo. in d. c. vnaquaque. Quod intellige, nisi ab initio contractus sciuerit maritum esse vagabundum, eique uitio deditum, sicut explicat glo. in cap. si quis, 34. q. 2. & in cap. vnaquaque. 13. q. 3. Abb. in c. 1. de coniug. lepro.

4 Vxor, † quæ litigiosè, & iracũdè prouocat maritum ad blasphemandum, & id sciens, aut scire debens iracundiam non deprimit, peccat mortaliter, arg. tex. in c. fi. de iniur.

5 Maritus † proferens aliquod verbum in coniugem suapte natura aptum ad infamandum, veluti scortum: Si inde infamia sequitur, aut saltem adest probabile infamiæ periculum, mortaliter peccat, etiam si non animo infamandi, vel iniuriandi dictum sit, Arch. Flo. in 4. pręcep. Nauar. c. 14. nu. 19.

6 Vxor licitè † potest recedere à marito acriter eam verberante, tex. est in cap. litteras, ext. de restit. spolia. & tenetur maritus eam alere extra domum, Cynus in l. quod in vxorem. C. de nego. gest. Guido Papa in decis. 439. sęuitia igitur, & immanis crudelitas uiri est in causa, ut à regulis iuris discedamus. Hinc dominus sęuiens in seruos durius, quàm par est, eos uẽdere cogitur. l. 2. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. §. sed & maior. Sic dicimus patrem cogi ad emancipandum filium, si eum contra paternam pietatem male afficiat, l. fi. ff. si quis à paren. manu. glo. in §. fi. Instit. quibus mod. ius patriæ potest. solu. Sic nimia præceptoris sæuitia culpæ assignatur, l. præceptoris. ff. ad l. Aquil. Sic à societate ante tempus recedere licet ob nimiam socii sæuitiam, l. si conuenerit. ff. pro socio. Sic licet alimẽta in loco, ubi hæres moratur, pręstari debeant, l. cum hi. §. causæ, ubi Barto. ff. de transact. tamen fallit, quando ob sæuitiam, & malos mores hæredis cum eo alendus habitare non potest, Bal. in auth. quod locum. C. de transac. Sic uir sæuus ab uxore separatur. Hinc

7 Vxor potest † separari à marito quò ad cohabitationem, & thorum, si gladio illi insidiatus est, & non tenetur ad eum redire, si discessit ab eo, ut habetur per Iacob. de Bellouis. tit. de pœnis, num. 7. Interim autem potest collocari per iudicem ecclesiasticum in aliquo monasterio, tex. & glo. in cap. de Benedicto, 32. quæst. 1. Verùm si pręstaret cautionem de nõ offendendo eam, debet ei restitui, quod procedit etiam si culpa sua uxor à marito discessisset, ut habetur per Abba. in cap. transmissa. 1. no. & in cap. litteras, num. 7. de restitu. spoliat. uide tex. cum gl. in c. si forte, de pœn. dist. 1. Quando tamen ei restituitur, potest non obstante cautione eam leuiter corrigere, ita Iaco. de Bellouis. in sua crimi. praxi. tit. de Lenon. num. 19. Attamen dicit ibi Abb. in cap. ex transmissa, quòd si timor sęuitiæ uiri esset talis, quòd non obstante cautione uerisimiliter fieret offensio cum cautione, non debet restitui.

8 Vxor elemosynam † de bonis uiri, uel communibus absque eius uoluntate dare non potest, aliàs mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, quod tamẽ fallit in multis casibus, & Primo in egente extremè, aut in magna necessitate constituto, modo non possit haberi recursus ad maritum, glo. 12. quæst. 1. non dicatis. not. Panor. in cap. si quis, de furt. & ratio

tio est, præsumpta eius voluntas. Debet tamen facere illam, quam maritus vellet, tali modo, vt maritus ob id non egeat extremè. Ita Host. in sum. tit. de pœnit. & remis. §. quibus mortuis. vers. Quid de facientibus eleemosynam. Secundo, vbi cõsuetudo regionis habet eleemosynam panis, & vini facere: quia credere potest id marito non displicere, quamuis expresè prohibeat; attamen si crederet eum nolle, vt etiam consuetam, & moderatam faciat, debet deponere conscientiam illam, si potest, aliàs abstineat, facit tex. in c. per tuas, de simo.

9 Tertio, † cum facit ad euitandum aliquod damnum viri temporaneum, aut proprium spirituale: modò sine eius scandalo faciat. Quarto, quando maritus est amens. Quinto, quando vir assignauit ei certũ quid pro suo victu, & ipsa vult abstinere, vt in eleemosynas largiatur. Sexto, si dedit marito dotem sufficientẽ ad sustentandum, & tamen habet ipsa aliquam artem, puta est textrix, vel chirurga: tunc quod acquirit ex operis suis artificialibus, acquirit sibi, licet teneatur marito de æstimatione rei suæ, idest lanæ, tex. not. in l. si mulier. §. si vir vxori. ff. de donat. int. vir. & vxo. Quod ergo dicitur, quòd mulier debet operari viro, intelligitur de operis obsequialibus, vel officialibus, non autem de artificialibus: nam quicquid de illis acquirit, cum sibi acquirat, eleemosynam facere potest, modo operando nõ deserat debitam domus administrationem. Septimo, si habet alia bona vltra dotem, l. hac lege. C. de pact. inter vir. & vxo. l. maritus. C. de procur. vide Sylu. in ver. eleemosyna. q. 1.

10 Marito prodigo † potest vxor licitè surripere clam aliqua, ut necessitatis tempore domui suæ prouideat, adeò quòd marito etiam id imperanti non tenetur omnia, quæ habet illi tradere, Nau. c. 17. nu. 155. vers. Adnotandum.

11 Vxor sciens maritum † non habere in bonis nisi malè acquisita, vel restitutioni obnoxia, non potest sine mortali peccato de illis viuere, si aliunde honestè viuere potest, iux. Card. in clemen. 1. q. 8. de vsur. Host. in summa de pœnit. & remiss. §. quibus, & qualiter. versic. quid de rap. Gab. in 4. senten. distin. 15. quæst. 3. colum. 16. in fi. Quod Nauar. restringit ad ea bona, quorũ dominium ad maritum non transit, veluti pignora fructifera pro vsuris accepta. Et quando vxor sumptuosius viuit, quàm eius statum decet, & quòd maritus in eam impendere tenetur, & quòd vxor eius est, & ob dotem allatam: quia tantò, & plus obligatur ad dotem sustentandam, quàm ad restituendum vsuras, Nauar. c. 17. nu. 268. & seq. Vbi addit non teneri eam inducere opportunis precibus maritum ad vsuras restituendas, vel ad precandũ Deum, ut eum conuertat, neque ad aliquid aliud, quòd uxor alia teneretur in prædictorum bonorum custodiam, conseruationem, & amplificationem incumbere, hæc ferè contra Sylu. & alios.

Hortatio ad honorandos parentes.

12 Honorantibus † parentes quinque, (ut habetur Eccles. 3.) desiderabilia promittuntur. Primum gratia in præsenti, & gloria in futuro. Hinc dicitur in Eccl. Honora patrem tuum, ut sit tibi benedictio à Deo. Secundum est, ut sint super terram longæui. Hinc apud eundem, c. 3. habetur: Qui honorat patrem suum, vita viuet longiori. Tertium est, habere filios sibi gratos. Vnde in c. 5. Eccles. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis. Et apud Matth. 7. In qua mensura, &c. Quartum est, habere famã laudabilem, hinc dicitur, Eccl. c. 3. Gloria honoris ex honore patris sui. Quintum habere diuitias, unde Eccl. 5. Benedictio patris confirmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Quapropter honorandi sunt parentes à filiis, & si in dignitate sublimioribus. Hinc Ioseph cũ in Aegypto honori, & amplitudini Regis esset pro-

proximus, patrem, qui ad Aegyptum venerat, honorificè suscepit. Et Salomon 3. Reg. 2. matri aduenienti surrexit, eamque veneratus regio in solio ad dexterã collocauit. Ingratis vero grauissimę pœnę reseruantur. Hinc script. Prou. 19. & 29. inquit: Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur. Et qui affligit matrem, ignominiosus est. Exemplum de Absalone, qui cum, 2. Reg. 18. patri iniuriam inferret, à tribus hastis transfixus fuit.

SVMMARIVM.

1 *Occisio prohibita per quintum præceptum quã sit, quot modis committatur, & qui sint rei huius criminis.*

2 *Homicidium graue est cum corpore animã in gehennam mittere grauissimum vero, vt nu. seq.*

4 *Homicidium spirituale modò per commissionem, modò per omissionem committitur.*

De quinto præcepto Decalogi, Non occides. Cap. LXI.

1 NOn hic † cędes animalium intelligitur, non illa, quæ iustè nocẽtibus à magistratibus infertur, sed nec ea, quæ fit instinctu Spiritus Sancti, sicut dicitur de Sampsone, Iud. 16. & de quibusdam virginibus, quæ se in flammas iniecerunt, sicut recitat August. de ciuitate Dei: sed tantum ea, quæ à priuato fit propria authoritate, siue alium, siue se occidendo, non solùm si manu id fiat, verum etiã si ore. Si dederit consilium, ut occidat, siue prouocet alium ad occidendum, vel accusando proximum, vel detrahendo, siue auxilium, uel assensum præbendo: siquidem iux. Apost. ad Roma. cap. 1. Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Consentire autem videtur etiam is, qui non obsistit, si potest, sicut scriptum est. Erue eos, qui ducuntur ad mortẽ. Necnon reus est, qui fame videt moriẽtem, & non pascit, c. pasce, dist. 86. si tamen uires suppetunt, & id dimittit ex negligentia, uel auaritia.

2 Grauius tamen homicidium † committit, qui non solum corpus, sed etiam animam in gehennam mittit, fratribus suis male persuadendo, alios corrumpendo uita sua contaminata, præsertim si de iis sit, quibus dicitur, Vos estis sal terræ: vel sermonibus suis homines ad peccata inuitando. Necnon qui variis suis doctrinis, & peregrinis mentem alicuius abducit à sancta Ecclesia.

3 Grauissimi † vero homicidii reus est, qui corpus, & animam occidit, uel seipsum, vel fœtum prægnantibus disperdendo. Intelligitur etiam hoc præcepto inhibitum non tantum homicidium corporale, scilicet quælibet offensio, & percussio facta in proximum, sed etiam homicidium cordis, iuxta illud: Qui odit fratrem suum, homicida est. Quod quidem ex ira, uel inuidia procedit.

4 Necnon † spirituale, quod non tantum est per commissionem, idest, scandalum, verùm etiam per omissionem, idest fraternam correctionem. Interrogandus est igitur peccator de homicidio, & quacũque percussione, siue manu, siue ore, scandalo, atque correctione.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium quid sit, & item voluntarium quid.*

2 *Voluntas deliberata occidendi absque effectu, non facit quem irregularem.*

3 *Abscindere membrum aliud est, atque debilitare, & quando hæc à pari procedant.*

4 *Membrum dicitur in corpore, quod distinctum habet officium.*

Pollicis, indicisq; abscisio irregularitatem inducit.

5 *Voluntas, vel actus mentalis nunquam incidit in irregularitatem, vel excommunicationem.*

Con-

Clericus

De homicidio voluntario, & irregularitate. Cap. LXII.

1 Tractaturi † de homicidio voluntario, succinctè intuebimur Primò ipsam homicidii definitionem. Nempe homicidium est corporis humani, & animati peremptio, cap. homicidium, de pœnit. dist. 1. Hinc percutiēs corpus mortuum, vel membrum abscissum, non punitur pęna homicidii, nec irregularitatis, sed benè de iniuria mortuo illata, argumento deducto ex l. si quis sepulcrum. C. de sepulc. uiol. Voluntarium verò homicidium est, quod dolo malo animo occidendi committitur, l. 1. in prin. ff. ad leg. Corn. de sicar. c. sicut dignum, de homic. Ex hoc autem homicidio proculdubio cōtrahitur irregularitas, modo animum ipsum sequatur actus occisionis, tex. eleg. in cap. fi. 15. q. 1.

2 Hinc qui ex † deliberata voluntate occidendi hominem, etiam si ex causa cum telo armatus insidias alteri intenderit, non est irregularis, si nec occiderit, nec membrum amputauerit, glos. sing. com. recepta in cap. si aliquis, de homicid. tex. opt. in l. cogitationis pœnam. ff. de pœn. Sylu. in ver. homicidium, 3. q. 1.

Secundò animaduertendū est, quòd 3 aliud † est abscindere & truncare membrum, aliud debilitare. Nam abscissio est totalis membri truncatio: debilitatio verò nō est totalis, sed stat aliqualis vsus eius. Vnde quamuis sint paria quò ad irregularitatem, membrum abscindere, & interficere, clem. 1. de homici. non tamen sunt paria abscindere, & debilitare, nisi

nisi membrum ex toto debilitaretur, & inutile operationi penitus redderetur, per id, quod not. Cynus in auth. sed nouo. C. de seru. fugit. nam tunc induceretur irregularitas, quod procederet, etiam si membrum debilitatum esset de principalibus, & de his, quæ redderent hominem deturpatum, & inutilem penitus diuinis officiis exercendis, vt si quis faciem alterius sic deturpet, ut propter scādalum sit inhabilis ad prædicta: tūc enim esset irregularis, licèt uerè non sit mutilatus. Sylu. in uer. homicidium, 3. q. 3.

4 Tertiò. Sciendum † est, quòd illa sola pars hominis dicitur membrum, quæ officium per se distinctū habet, ut manus, pes, auris, &c. argum. tex. in cap. singula, dist. 89. quare digitus nō est membrum, sed pars membri, iux. Bar. communiter receptum in l. 2. ff. de publ. iudic. Panor. in cap. cum illorum, de senten. excomm. contra Caiet. & Sotum. Et ideo truncatio digiti nō inducit irregularitatem, nisi digitus sit pollex, vel index: quia horum usus est in ministrando necessarius, Syl. qui supra, q. 3. vers. 4.

5 Quartò † notandum est, quòd nunquam irregularitas contrahitur per actū mentalem, cap. fin. 15. q. 1. cap. sicut sentina, 32. q. 2. cap. cogitationis, de pœnit. dist. 1. glo. sing. in cap. periculosè, de pœnit. distin. 1. lex enim promotionis opus potius considerat, quàm uoluntatem, 15. quæstio. 1. cap. si quis non iratus. Quod idem etiam procedit quò ad excommunicationis, vel alius censuræ Ecclesiasticæ pœnas. Hinc excommunicatione nō afficitur, si quis deliberatissimam noluntatem habuerit, omnique conatu curauerit agere id, cuius causa excommunicatio est indicta, glos. commu. recepta in cap. in audientia, de sent. excommunica. Couar. in clem. si furiosus, 2. par. initii, nu. 5. vers. Hinc deducitur.

6 Quinto, homicidium † ex consilio per quod inducitur irregularitas, nō intelligitur de responsione suæ opinionis in generali. Hinc magister, qui docet, uel respondet in genere, qualiter homicidæ, uel fures sunt puniendi, ex hoc irregularitatem non incurrit, si ob hanc responsionem fuerit homicida morti addictus, quod secus esset si in specie; & ratio est, quia multa licent in genere, quæ non licēt in specie, pro hoc ff. de pact. l. si unus. §. illud, de offi. ordin. cap. si sacerdos, cum ibi not. Sed intelligitur de consilio exhortationis, uel approbationis, quòd homicidium fieri debeat, & sine illius consilio illud homicidium non erat committendum, vt notat Panor. in c. ad audientiam, de homic.

7 Quod † procedit non solùm quando homicidium est directè de morte alicuius, sed etiam quando consulitur causa propinqua ad mortem, idest, aliquid, ex quo sequitur mors. Secus autem si causa non esset propinqua, idest ordinata ad homicidium committendum, sed esset remota, ad hoc ff. de furt. l. verum, la seconda. Syluestr. in ver. homicidium, 1. q. 8. vers. 1.

8 [Sextò sciendum est, † quod quadruplex est homicidium uoluntarium. Primū, quod nullatenus est peccatum, nec vllam penitus irregularitatem infligit, vt est illud, quod est commissum à furioso, vel infante, vel alio, qui aliter mortem uitare non potest, iuxta clem. 1. de homic. Secundum, quod etiam non est peccatum, sed inducit irregularitatem, est illud, quale committit iudex iustè iudicando, vel proximum iustè defendendo, vel miles iustè bellando, 51. dist. c. 1. cap. sententiam, ne cler. vel mona. Tertium est, quod est peccatum, & inducit irregularitatem, sed committitur sine uoluntate directa occidendi, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, vel alias illicitę, de quo loquitur finis c. 7. sess. 14. Conc. Tridentini. Quartum est, quod est peccatum, & fit per insidias uoluntate directa occidendi, de quo loquitur principiū præfati cap. 7. Primum non indiget pœnitentia, neque dispensatione: quia neque est peccatum, neque inducit irregularitatem. Secundum non indiget pœnitentia, sed dispensatione: quia licet non

sit

sit peccatū, inducit irregularitatem, sed facilè dispensatur. Tertium indiget pœnitentia, & dispensatione, & difficilius in eo dispensatur, quàm in secundo. Sed finis præfati Canonis permittit dispensationem: quia non est irregularitas, quę descendat ex homicida uoluntario indispensabili, vt inquit Nauar. de homic. lib. quinto, consi. 8. Quartum est peccatum, & inducit irregularitatem, super

9 qua] solus Papa dispēsare † poterit, notat Hostien. inf. de cler. pugn. in duel. cap. unico. Archid. in cap. occidit. 23. q. octaua. quod procedit etiam si sit omnino occultum, ut patet ex Conc. Triden. sess. 24. cap. 6. & 14. cap. septimo, vtrobique de reform. Et hæc irregularitas contracta ex homicidio voluntario omnino occulto, alio nomine, & impropriè dicitur mentalis irregularitas, Couar. in clemen. prima, de homicid. in primæ partis initio, nume. 4. in fi. Quamuis non de facili Papa dispensat super hanc irregularitatem: vnde ad difficultatem hanc referendum est, quod legitur distinct. 50. miror. tamen dispensare posset si vellet: cum irregularitas, & eius pęna sit de iure positiuo, & canonico, vt not. Innoc. de renunc. nisi cum pridem. §. personæ quoque irregularitas, Archid. 56. distin. cap. Apostolica, in magna glos. 16. quæst. sexta, omnes, super ver. tenetur, super quo Papa potest liberè dispensare, ut legitur, & not. de concess. præben. cap. proposuit.

10 Sed † in irregularitate contracta ex homicidio casuali occulto, etiam non deducto in forum iudiciale, potest Episcopus, ut patet per dictum Concilium, immo etiam in casuali publico quò ad administrandum in minoribus ordinibus susceptis, & quò ad beneficia simplicia, ita not. Hostien. in capit. 2. de cler. pugn. in duello, & ext. de homicid. uolunt. cap. continebatur, & c. ad audientiam, vbi etiam Ioan. Andr. & Innocen. de concess. præben. cum nostris. Couar. 2. par. relect. §. 3. de homic.

11 [Sed nūquid † clericus homicida antequàm condemnetur de homicidio, licitè retineat beneficium, & percipiat fructus ex beneficio sine peccato? Dicit Innocen. in capit. cum nostris, de concess. præben. quòd sic. vide Io. Andr. in cap. quamquam, de elect. lib. 6. probatur in capitu. clericis, ne cler. vel mon. & in cap. ex sororis, de excess. prælat. ubi habetur, quòd homicidium, & irregularitas non priuat homicidam suo beneficio ipso iure.]

12 Septimo adnotādum † est, quòd quotiescunque infra, & in titu. de irregularitate dicimus dispensationem soli Papæ competere, intelligēdum est, secundum ius antiquum. Nam iuxta ius nouum Concil. Triden. vbi supra, in omni irregularitate contracta ex delicto occulto, neque deducto ad forum Ecclesiasticum, excepto homicidio voluntario occulto, potest Episcopus dispensare. Quare quando dicitur solum Papam posse dispensare in delictis, intelligendum est, si delictum fuerit publicum, aut ad ecclesiasticum forum deductum, aut homicidium uoluntarium occultum.

13 Non † solùm, quando actu interficitur homo, sed etiam quando interficitur partus formatus, & anima infusa, uel quando datur venenum, causa faciendi abortum: talis enim hoc facinus committens, verus reputatur homicida, & tanquàm irregularis promoueri non potest, secunda quęstio. quinta, consuluisti, & 32. quęst. 2. ca. quod verò non formatum, à contrario, & c. seq. Hęc in genere dixisse sufficiat, nūnc ad particularium casuum decisiones circa homicidium uoluntarium, quibus quę dicta sunt elucescent, descendamus.

14 Prima. Habens † animum interficiendi aliquem, & non interficiens propter impotentiam, homicidij reus apud Deum censetur, quęstione vigesimatertia, capitu. fina. Non tamen irregularis efficitur. Hinc sequitur, quòd si clericus interfuit bello, vel sumpsit arma, ut occid[illegible] [illegible] non stat quò n[illegible] efficitur

irregularis, & ideo potest admitti ad clerum. ita Arch. notat, 15. quæst. 1. c. vlt. & 17. quæstio. 1. cap. qui bona. §. si ergo. in magna glo. 8. col. ver. In pœnis autem spiritualibus.

15 Et † per hoc dicas, quod si uolens hominem interficere, inueniat eum mortuum, & nihilominus caput sibi amputet, non est irregularis, ita tenet Archid. in d. cap. fi. 15. quæst. 1. idem 17. quæst. 4. omnis. & ratio est, quia non est homicidium, cum ut supra diximus, homicidium est corporis humani, & animati peremptio.

16 Secunda. Homines † nequam propria authoritate interficere homicidium est: nam si interficere quis propria authoritate possit, quilibet se ultra iustum vindicasset. Documento nobis est perniciosus usus nobilium, qui pro minima iniuria in mortem homines conuocant. Sotus libro quinto de iust. & iu. quæst. 1 artic. 3.

17 Tertia. Iudex, † qui malefactorem ad se delatum publica authoritate morte plectit, non peccat; & licet ex indiciis coniiciat eum perditum iri in infernũ, nullo tamen pacto debet ei parcere: tamet si agnoscat eum mentem mutaturum, reuersurum ad bonam frugem, progessurumque per viam salutis, aut sibi per reuelationem constat illud esse reo causam damnationis æternæ: Nam si iudex his adductus argumentis alicui parceret, vnusquisque posset supplicium mortis euadere: quia vnicuique facile esset illa vti calliditate, ut se pœnitentem fingeret, Sotus libro quinto, quæstione prima, articu. secundo, ad secundum.

18 Tertia. Iudex, † qui iustè aliquem præcipit interfici, non peccat, sed irregularis est. irregularitas enim contrahitur sine culpa, & ex merito. 30. distinc. cap. primo. Notat Ioan. Andr. in cap. si furiosus, de homicid. volunt. Vt autem occisio sit iusta, tria requiruntur, ut inquit frater Astens. in quinto præcepto. Iustus ordo, iusta causa, iustus animus. & si desit aliquod trium prædictorum occisio est iniusta. Deest autem iusta causa, cum aliquis sine merito occiditur. Deest ordo iustus, cum occidens non est legis minister, & idem si est, sed occidit iuris ordine non seruato, idest, nondum prolata sententia, quamuis sciat eum à iudice debere occidi, cap. cum minister, 23. quæstio. prima. Deest iustus animus, cum iudex occidit libidine lucri, vel vindictæ, & non amore iustitiæ, quod dic ut leg. & not. secunda, quæstione tertia, capitu. inter verba, §. si ergo, vigesima tertia quæstio. 4. cap. fin. & eadem causa, q. 5. miles.

19 Quarta. Homicida † esset, & irregularis iudex ille, qui ita homines traderet in arctum carcerem, & asperum, ut uiuere non possent ultra sex, vel octo dies: quia pœna hæc est magis afflictiua, quàm si homines ponerentur in patibulo, ut inquit Syluestr. in ver. homicidium. 3. quæst. septima, versic. duodecimo, quòd est contra prælatos. Vnde Panormitan. in capitu. quia, de iudic. inquit, quòd & si duritia carnis, & ciborum tenuitate sit vita attenuanda, non tamen taliter, quòd vita sustentari nequeat. Hinc non euitaretur irregularitas, si coniiceretur clericus in carcerem ita durum, ut intra paucos dies moreretur. Sic etiã Syluest. in uer. degradatio, q. 4. facit tex. in cap. nouimus, de verb. signif. ver. sustentandus. ergo non consumendus.

20 Quinta. Homicida, † & irregularis est officialis, & restitutioni obnoxius, qui homines suspendit, eò quia non reuelant delinquentes in crimine læsæ maiestatis, qui ideò non reuelant, quia non possunt probare: nam & si ex sola scientia quis teneatur, nisi reuelauerit, C. ad l. Iuliam maiest. l. quisquis, tamen illud intelligitur si delictum probari potest, quia nemo tenetur se subiicere tormentis, quæ hoc casu infliguntur delatoribus, si delictum non probent. l. tertia, C. ad legem Iuliam maiestatis, quia nulla est culpa in discrimine vitæ se non ponere.

Quod

21 Quod idem † dicendum est de officiali, qui sine indiciis ponit aliquem ad torturam, & inde ex confessione sua illum suspendit: quia homicida, & irregularis est, Syluestr. in uer. restitutio, 3.q.2. uersic. 7.

22 Sed an peccet officialis, seu † Princeps ille exercendo uindictam, quando multitudo est in scelere? respondit Turrecrem. in cap. infidelis, §. 1. 23. quæstio. quarta, iuxt. D. Thom. 2.2. quæstio. 108. articu. 1. ad quintum, sub certis conclusionibus. & prima, quando multitudo peccat, & sine scandalo puniri potest, punienda est, nam aliàs peccata remanerent impunita contra omnem iustitiam. Est autem in tali punitione talis ordo seruandus, quia si tota multitudo peccat, de ea uindicta sumenda est, quò ad totam multitudinem, sicut Aegyptii submersi sunt in mari rubro persequentes filios Israel, ut habetur Exod. 14. & sicut Sodomitæ uniuersaliter perierunt. Si uerò speratur multorum correctio, tunc debet seueritas uindictæ exerceri in aliquos paucos principales, quibus punitis cæteri terreantur, sicut Dominus Nume. uigesimoquinto, mandauit suspendi Principes populi pro peccato multitudinis. si autem non tota multitudo peccauit, sed pro parte, tunc si possunt mali discerni à bonis, debet in eos uindicta exerceri, aliàs non, D. Tho. 2.2. q. 64. ar. 2. ad 1.

23 Sed an possit Princeps † facultatem facere suis ciuibus, ut omnes nocentes interficiantur? Dic quòd non: quia contra naturæ ius est aduersus inauditam partem sententiam ferre: præterquàm si nocentes sint publici, puta inuasores regis, aut Reipublicæ. Sotus de iust. & iu. lib. 5. q. 1. art. 2.

24 Sed utrum Princeps, † qui legem condidit, cuius authoritate homines sunt traditi morti, sit irregularis? Dic quòd non: cum per hoc in personam certam non animaduertat, nec in constitutionem suam homines incidere uoluerit, cum eam promulgauerit, sed tantum propter bonum, & licitum hoc fecerit, scilicet, ut homines à maleficiis deterreret, glo. pen. 23. quæst. ultima, cap. pessimam, pro hoc ead. cau. & quæst. de occidendis, uers. Absit. Archid. ead. causa, q. 5. c. officia.

25 Sexta. Peccat † etiam mortaliter, & homicida est minister officialis occidens aliquem, quem scit à iudice debere occidi, cap. cum minister, 23. quæstio. 5. Sed an peccet minister iustitiæ exequês iniustam sententiam? Respond. quòd si sententia continet intolerabilem errorem, aut manifestam iniustitiam, non tenetur obedire, aliter excusarentur carnifices martyrum occisores. Si uerò non continet manifestam iniustitiam, non peccat: quia superioris sententiam discutere non debet; & nec ipse occidit, sed iudex. D. Thom. 2.2. quæst. 64 art. 6. in fine. Syluest. in uer. iudex, secunda quæstione sexta.

26 Septima. Mortaliter peccant † clerici in sacris, quantumcunque sint in dignitate Ecclesiastica constituti, & sunt irregulares, qui aliquem quantumuis criminosum morti addicunt, uel mutilant, glo. in cap. aliquantos, dist. 51. cap. sententiam, ne cler. uel monac. capit. neminem, cap. Episcopum, dist. 45. Et hoc ob decentiam, & munditiam, quę esse debet non solum in sacerdotibus, sed etiam in uasis sacris. Quapropter qui sacris initiantur, sicuti uotum emittunt ne se semine polluant, ita lege prohibentur ne sanguine contaminentur. Si uerò non essent in sacris, & iustè iudicium sanguinis exercerent occidendo, uel mutilando, irregularitatem tantum incurrerent absque peccato, cle. si furiosus. de homic. qui tex. quò ad irregularitatem contrahendam requirit occisionem, aut mutilationem. non enim per solam sanguinis effusionem incurritur irregularitas, Abb. in cap. 1. qui cler. uel uou. per tex. in d. clem. 1.

27 Quinimmo irregulares † sunt etiam clerici, qui solùm dictarent, aut scriberent sententiam sanguinis, quę consi-

ſtit in morte, vel mutilatione, uel qui darent conſilium, d. capitu. ſententiam. Immò & omnes miniſtri iuſtitiæ, vt promotor fiſcalis, iudex, notarius, item accuſator, aut eius aduocatus, teſtes. Oſtẽdentes reum, vt caperetur, aut qui curiæ tradiderunt, ſunt irregulares ſecuta morte, aut mutilatione, Syluestr. in verbo homicidium, 3. quæſtio. ſecunda, Nauar. cap. 27. nu. 217. Rurſum accelerantes mortem, verbi gratia, qui dicunt condemnato, vt collum extendat, aut manum ligno apponat, vel ſcalam aſcendat, ſunt irregulares: item acuentes ferrum, Syluest. qui ſupra. Sotus lib. 5. quæſtio. prima, art. 9.

28 Exiſtentes † autem clerici præſentes ſententiæ ex ſola libidine non efficiuntur irregulares, ſed peccant, niſi interſint authoritatem præſtando, & auxiliũ, vt legitur, & not. per Guliel. de Monte Lau. in clemen. ne in agro. §. porro, ſuper ver. intereſſe, de ſtatu regul. At ſi præſentes exiſterent ad comitandũ morte plectendum, ne in deſperationem veniant, benefacerent, Abb. in dicto cap. ſententiam.

29 Octaua. † Et ſi non liceat clericis (vt ſupra diximus) iuriſdictionem temporalem habentibus aliquem morti adiudicare, tamen Prælatus, ſeu iudex eccleſiaſticus habens iuriſdictionem temporalem, ad euitandum peccatum, & irregularitatem, debet conſtituere iudicem ſecularem, qui audiat cauſas ſanguinis, & illi mandare, vt fiat iuſtitia etiam in ſpeciali ſuper aliquo maleficio; puta homicidio; & interrogatus quid agendum, reſpondere poteſt, vt conſulantur periti, cap. Epiſcopus, ne cler. vel vou. lib. 6.

30 Sed quæritur, an poſſit † Prælatus, vel clericus cognoſcere de cauſis criminalibus ad puniendos laicos ex commiſſione Principis ſecularis. Et profecto text. in capit. in Archiepiſcopatu, de rapto. probat commiſſionem hanc validam eſſe, cum eius ratione poſſit delegatus ſententiam ferre, modo à pœna ſanguinis abſtineat, quod quidem ſanè intelligitur, nempè validam eſſe delegationem, modò ſit vnius cauſæ tantum, quamuis delegatus commiſſione vſus peccet grauiſſimè, ita Abb. in c. clericis, ne cler. uel mon. col. 2. & in c. decernimus. vbi etiam Dec. num. 7. de iudic. Couar. in d. clem. ſi furioſus, 2. par. §. 5. in fine.

31 [Hinc † infertur, quod Prælatus non poteſt eſſe generalis officialis laici, & ſic gerere vices regis, vel tenere locum principis ſecularis, ut no. Abb. in c. ſed nec procurationes, & c. clerici, eo. tit. & hoc ideo, ne diſtrahatur à diuinis. Infertur ſecundo hoc non ſolum procedere in clericis ſecularibus, ſed etiam in religioſis, ita Calder. conſil. 6. quamuis diſcrimen ſit in duobus. & Primò ꝙ in monachis requiritur licentia Abbatis. hinc de eius licentia monachus poteſt morari in ſeruitio alicuius principis, ita Abb. in c. quanto, de offic. ord. alias ſine ea inhabilis eſt, tex. in c. monachi. 16. q. 7. facit tex. in c. ſi religioſus, de elect. lib. 6. quod ſecus eſt in clericis. Secundò clerici, qui prohibentur delegationes laicorum ſuſcipere, ſuſcipiendo contra prohibitionem, actus non vitiatur, vt Abb. poſt Butr. in d. c. decernimus. quia iſta prohibitio facta eſt non propter inhabilitatem perſonę, ſed propter honeſtatem, ne diſtrahatur à diuinis: vnde licet contra faciat, actus non redditur nullus. quod ſecus eſt in monachis, qui ſi abſque conſenſu Prælati hoc facerẽt, actus eſſet nullus; cum in talibus religioſis maior ſit prohibitio, vt probatur in c. ſed nec procurationes. in verſ. diſtrictius autem, ne cler. vel mo. Quod ſecus eſt accedente cõſenſu, vt latè per Dec. in c. decernimus, nume. 78. de iudic. qui ſufficit quòd ſemel præſtetur, facit tex. in l. Titia. §. vſuras, de legat. 2. Sed an poſſit prælatus ſecularis eſſe regius conſiliarius. Abb. in d. c. clerici, inquit quòd ſic. idem affirmat Bal. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. qui etiam expreſsè tenet, quod clerici poſſunt dare conſilium in legibus condendis,

dendis, per quas pœna mortis imponatur: modò non immineat casus, propter quem efficitur lex, sed fit generaliter, licèt postea casus occurrat, ut quis interficiatur: quia tunc clericus consulens nõ animaduertit in certam personam, sed prouidet ut homines se abstineant à delicto, ita Ioan. Anania in cap. ad audientiam, in 3. col. de homic.]

32 Nona. Prælatus, † vel clericus deponens querelam de malefactoribus corã iudice seculari, tunc tantum euitabit irregularitatem, quando duo concurrent. Et primum, quòd agat ad emendam, & sic ciuiliter de crimine, cum protestatione expressa, quòd ad pœnam sanguinis non intendit: nam tunc etiam si iudex iustitia exigente mortem illis inferat, nõ erit irregularis, Quod caute faciet, si de protestatione cõfici faciat publicam scripturam, tex. & gl. in c. 2. de homic. lib. 6. Secundum quòd prosequatur suam, vel suorum iniuriam, secundum com. sententiam Doctorum in d. cap. 2. & ibi Couar. nu. 11.

33 [Quo † casu non solùm potest quærelam deponere, sed etiam illam prosequi, præsentare testes, & omnia agere, quæ pertinent ad victoriam super sua conquæstione, & petitione, secundum omnium mentem. At quando quis dicatur suam, vel suorum iniuriam prosequi, vide gl. in l. si fœmina. C. ad Turpil. c. postremo, de appel. ubi gl. in d. l. si fœmina, inquit, quod suorum iniuriam prosequitur, qui iniuriam illorum, qui sunt vsque ad septimum gradum prosequitur, vt sobrinus, & ex eo nati, ut ff. de testi. l. 3. §. l. Iulia. Glossa vero in c. studeat, distin. 50. dicit quòd appellatione sui, venit filius, & vxor. Sed Bar. in l. cum quidam. §. quod dicitur, el primo, de acquir. hæred. inquit quod appellatione consanguineorum ueniunt coniuncti ex parte patris de propria significatione, nisi secũdum communem vsum loquendi aliud appareat in loco. & idem tenet Innoc. quod nota pro statutis. vndè etiam dicebat notabiliter Ioan. And. in c. sciant, de elect. in 6, quod de propria significatione non includuntur affines. Adde etiã tex. in §. sui, Instit. de hæred. qual. & differ. vbi ait quod appellatione suorũ, ueniunt qui sunt in potestate morientis.]

Si verò clericus ageret criminaliter expresse, & ad pœnam sanguinis, tunc non iuuaret protestatio ad euitandam irregularitatem, quia esset contraria facto. ita Franc. in d. c. 2. nu. 2.

34 Posset † tamen clericus protestatione facta absque metu irregularitatis delictũ aliquod præcogitatum, & denique tractatum in graue Reipublicę dispendiũ, vel proximi damnum cautè deferre, ac denunciare in medelam potius, quàm ad punitionem, idest cum protestatione, ut impediatur ne fiat, & non ut aliqua pœna saltem deformante reus puniatur: etenim, etiam si ex huius criminis inquisitione mors sequatur, iure & iustitia illata, non erit delator irregularis: modò aliter quàm per denunciationẽ huic malo obuiare nequiuerit. Nam si probabiliter crederet delator profuturam correctionem fraternam, tunc illam deberet præmittere, ita in specie adnotauit Caiet. 2. 2. q. 33. art. 7. Nauar. c. 18. num. 54. vsque 60. & cap. 24. nu. 11. & cap. 25. num. 33. Requiritur præterea, ut id extra confessionem sciat. Nauar. cap. 27. nume. 213. Insuper, quòd si delictum sit perniciosum soli authori, possit illud probare saltem per vnũ testem, quia in hoc iudicio sufficit vnà cũ dicto denunciantis. Nam si probare non posset, non tenetur, Nauar. qui supra, cap. 18. argu. eorum, quæ dicuntur per Sylu. in ver. restitutio. 3. q. 2. uers. 3.

35 Vbi inquit non † solùm peccare mortaliter, sed etiam posse puniri eum, qui non reuelat crimen committendum contra humanam maiestatem; modo illud probare possit; nam quod dicitur ex sola scientia quem puniri posse, si non reuelauerit, intelligitur de scientia probabili, per tex. in l. qui accusare, C. de eden. quod Nauar. extendit hoc dictũ ad omnes illos, qui non solùm tenentur lege

charitatis,sed etiam iustitiæ; quemadmo dum sunt filii, serui, & subditi scientes parari crimen in patrem, dominum, aut alium superiorem supremum. Immò etiam incurrunt censuras, & irregularitatem,atque tenentur ad damni restitutionem de secuto delicto, vt inquit Nauar. c.24.nu.20.ibi in nu.22.& 26.

36 Quod † secus esset,si scientes tenerentur tantum lege charitatis, quia tūc non monentes saltem occidendum, peccant tantū mortaliter: quod intelligitur, quoties dicta reuelatio posset fieri absque periculo uitæ suæ,& suorum: nam tunc si obuiare potest,& non obuiat, agit contra dilectionem proximi,& peccat mortaliter,Sylu.in ver.homicidium.1.quęst. 10.vers.2.

37 Verùm,quod † diximus peccare mortaliter eum, qui potest obuiare, & non obuiat,non ita intelligendum est simpliciter,sed quando non monet illum,contra quem delictum esset patrandum: sed an teneatur impedire delictum,monendo delinquentem, hac conclusione manifestabitur.

38 Non impediens † peccatum mortale proximi, verbi gratia homicidium committendum, vel adulterium, aut aliud, etiam cum maximo damno suo pecuniario, honorario,idest, laudis, honoris, famæ, gloriæ, reuerentiæ, siue corporali, etiam ipsius uitæ,mortaliter peccat, arg. tex.in c.non in inferēda,23.q.3. & si ob id oporteat eum non uti suo iure spirituali,siue temporali,quo sine peccato potest non uti,argum.tex.in cap.2. de noui oper. nunc. Si,tamen ille sit in extrema eius auxilii necessitate, aut etiam extra illam,si ob ignorantiam crassam, seu fragilitatem sit peccaturus, nisi opem ferat. Quæ conclusio locum habet, quādo tria concurrunt,scilicet certitudo,quòd peccatum mortale est, spes effectus impeditionis, & opportunitas tàm temporis, quàm personæ, videlicet quòd sit quæ magis ad id teneatur,saltem ob negligentiam magis obligatorum.

39 Fallit,† quando proximus nō ex ignorantia, uel fragilitate est peccaturus, sed ex malitia, si cum ea concurrat nostrum incommodum spirituale, vel temporale: quia si desit aliquid ex tribus supradictis, aut si hæc duo postrema interueniant, non tenemur sub peccato mortali eius peccatum impedire,Nauar.cap. 24. nu.23.ex deductis à nu.12.

40 Igitur † vt ad materiam protestationis reuertamur, ad finem euitandi irregularitatem, requiritur quod protestatio fiat ad resarciendum damnum; præterea vt suam prosequatur, vel suorum iniuriam, id est, quod accusatio proponatur pro iniuria sibi accusanti illata, aut saltem suis,& propinquis, secundum communem, vt sensit Fely.in c. postulasti,de homic. Couar.in clem.si furiosus, in secunda par.§.3.num.11.& tunc protestatio fieri debet,vel quādo exponitur querela,vel debet præcedere, non autem debet fieri post propositam querelā ex interuallo,nam tunc dicta protestatio non valet,glo.not. in l. in concubinatu. ff. de concu.Doct. in cap. cum M. Ferrariensis,de constit.& ibi Dec.num. 63. Hinc sequitur, quòd si quis cum protestatione accusaret reum pro furto extraneo, irregularis efficeretur, cum non militet tex.in c.2.de homi.lib.6.

41 Rursum † hæc protestatio ab irregularitate reddit accusatorem immunem, etiam si accusator habeat animum protestationi contrarium,ita Fely. in c. postulasti, de homic.Couar. qui supra, vers.6. Quod quidem dictum uerum asseueramus in foro fori, secus autem in iudicio animæ, nam tunc erit irregularis, sed tamen occultus,ita Ioan. And. & Francus in d.c.2.num.2.in fi. sequitur Nauar. in c.27.num.226.

42 Si autem † absque protestatione aliquem accusaret, non habens intentionem, ut reus occidatur, vel mutiletur, tunc secuta morte, vel mutilatione, irregularis erit, glo. communiter recepta, in d. cap. 2. & ibi Francus, quod intellige quando iuste à iudice pœna mortis propter illam accusationem inferatur, secus

autem

autem si clericus proponeret tale quid, ex quo non ueniebat imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri: nam tunc si iudex contra iustitiam imponeret talem pœnam, non esset clericus irregularis, argum. tex. in l. si per imprudentiam, ff. de euict. ita est de mente glo. in cap. postulasti, de homic. quamuis glo. in d. cap. 2. de homic. lib. 6. sentiat hoc esse verum protestatione præmissa, & cum illa transit Francus & Couar. & est communis.

43 Et † idem est, si casualiter sequatur homicidiũ, verbi gratia, si clericus pro executione sententiæ latæ in causa ciuili faciat capere clericum, qui resistens familiç ab illa occidatur, vel si videns furem cum rebus sibi furto ablatis clamauerit, & vicini accesserint, ac furem occiderint contra clamantis protestationem, quia tunc in iis casibus clericus non efficitur irregularis, secundum Pet. de Anchar. in d. cap. postulasti. Et non obstat, quòd ex qualibet culpa etiam leui efficitur quis irregularis, secundum glo. notab. in cap. significasti, el primo, de homi. & cap. hi qui arborem, dist. 50. quia responderi potest, quòd ista culpa non est ordinata ad culpam, Franc. in d. cap. 2. de homi. lib. 6. in fi. Communis tamen opinio in hoc homicidio casuali est in contrarium, vt communiter Doct. in c. significasti, de homic. dicunt, Couar. qui supra, nu. 3. vers. 8.

44 Sed † quid si clericus pro certo sciat se non posse consequi debitum suum sine pœna sanguinis, an tunc iuuet protestatio, & possit salua conscientia implorare officium iudicis? Io. And. in d. cap. postulasti, sensit quòd sic, per rationem tex. in d. cap. 2. de homi. lib. 6. & facit ratio tex. in l. illud. ff. de petit. hæred. quia non debet quis propter metum periculi suum indiscussum relinquere. Sed an prosit protestatio, quando clericus, qui reum accusat cum dicta protestatione ipsum capit, detinet, iudici tradit ad puniendum? Resp. quod illa prodest quo ad irregularitatem euitandam, ita Franc. in d. cap. secundo, Couar. ibi, nu. 10.

45 Sed an † prosit talis protestatio ad irregularitatem euitandam aduocato, qui aduersus reum in causa criminali agit, vel testibus in causa criminali? dic quod non, Abb. in capitu. de cætero, de testib. Imola in cap. 1. de postul. Rursum, an irregularitatem contrahant Inquisitores hæreticæ prauitatis, cum post condemnationem hęreticorum eos tradunt iudici seculari eum rogantes ne morti, aut membri mutilatione eos afficiant? Respon. quod non, ut patet in cap. nouimus, de verborum signific. Sed quid si certi essent Inquisitores iudicem ipsis hæreticis mortem illaturum? dic quod neque fiunt irregulares, si protestatio adest, Abb. in d. cap. postulasti, num. 3. de homic. per text. in cap. secundo, de homic. libro 6. Sed reuertendo modo vnde paulisper digressi sumus, sciendum est, & sit

46 Decima conclusio. Homicida † apud Deum habetur nõ solum qui manu hominem interficit, sed etiam qui incitat aliquem ad certum homicidium, cap. sicut, §. qui vero, & ibi Abb. nu. 5. de homic. Sed & comitans homicidam cum animo occidendi, licèt manum non apponat, si mors est secuta, peccat mortaliter, & est homicida, atque irregularis, & nec in hoc distinguitur, an aliàs esset facturus, nec ne, quò ad irregularitatẽ, sed solum quò ad restitutionem: nam si aliàs esset facturus homicida, esset liber illum comitans à nexu restituendi: si verò mors non fuerit secuta, mortaliter tãtum peccaret, Abb. in cap. sicut dignum, nu. 1. & in §. 1. de homi.

47 Vndecima. Sunt † etiam homicidæ, & irregulares plures, qui consulto aliquem aggrediuntur, etiam si is ex unico tantum vulnere moriatur. Barto. in l. si in rixa, colum. 1. ff. de sicar. & est communis, vt refert Couar. in cap. vnico, 1. par. §. 2. num. 1. in clem. de homic. Sed quando in rixa quidam subito, & nullo consilio pręmisso inter plures exorta pluribus vulneribus afficitur, quorũ tamen

vnum solum est lethale; si constaret, quis fuerit lethalis illius vulneris illator, ille vnus tenetur de homicidio, cæteri verò de percussione, tex. celebr. in l. item Mela, §. sed si plures seruum, ff. ad l. Aquil. Doct. in cap. significasti, de homic. & est communis, vnde vnus erit irregularis, cęteri immunes. At quando nescitur cuius ictu ille mortuus fuerit, nec quis illud lethale intulerit, omnes erunt homicidæ, d. §. sed si plures, c. fin. 23. quęst. ultima, & erunt irregulares, c. significasti, de homic. secundo, vers. quod si discerni, de homic. voluntario, Couar. in d. §. 2. num. 4.

48 Sed † quid dicendum de eo, qui fuit ab uno affectus vulnere lethali, & demũ ab alio exanimatus, quis eorum teneatur de occisione? Respon. quòd tenetur primus, si certum est primũ vulnus fuisse lethale, & ex eo percussum moriturum, etiam si ab alio postea fuisset extinctus, l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Si tamen dubium est primum vulnus fuisse lethale, ita quòd non sit certum, si de eo primo vulnere fuisset moriturus, & si apparet mortiferum, tunc primus tenetur de vulnerato, secundus de occiso, tex. in d. l. item Mela, §. Celsus, gl. in d. l. ita vulneratus. Non tamen ita iudicandum est de irregularitate, nam in isto secundo casu etiam primus erit irregularis, glo. in cap. significasti, vers. quid si discerni, & ibi Abb. nu. 8. Si vero constat pro certo primum vulnus non fuisse lethale, secus esset. Est etiam homicida is, qui non percussit lethaliter, sed habuit animum occidendi, & ab aliis occisus est, glo. in d. c. significasti. Sylu. in uer. homicidium, 1. nu. 3.

49 Duodecima. Tenetur † etiam de homicidio clericus ille, qui asportãtem res Ecclesiæ percusserit non lethaliter, tamẽ ex percussione illa fur aufugere non potuit, quare occisus fuit à Parochianis, ita Doct. communiter transeunt in cap. significasti, de homic. quod uerum est, si debuit præuidere quòd occideretur ab aliis, & non præuidit, vt quia illum à fuga impediuit, aliàs non. Ita Sylu. in uer. homicidium, tertia quæstione septima, versic. secundum. Et ratio est, quia dedit occasionem propinquam, & ordinatam ad illud homicidium. Hinc infertur irregularem esse illum, qui rixam incepit, & in ipsa percussit, aut vulnerauit aliquem, vel male tractauit, propter quod amici ipsius, vel consanguinei indignati vulnerantem occiderunt, quia culpa sua præcedit casum, vt patet in eo, quod legitur in capitu. significasti, de homicidio, & capitu. præsbyterum. Ad idem, ff. si quadr. paup. fecis. dic. l. prima, §. cum arietes, C. de adulter. l. quoniam, notat Hostien. in capit. Petrus, de homic.

50. Infertur etiam, irregularem † esse, qui clamat, Latrones, latrones, seu aliquid agit, ob quod potuit intelligere quod inde sequi poterat homicidium, si sequatur effectus, nisi faceret propter periculum propriæ personæ, Syluest. qui supra versic. 4.

51 Infertur etiam, quod est † irregularis ille, qui aliquem percussit vulnere non lethali, ex quo postea moritur, vel ex imperitia medici, vel ex malo corporis regimine; cuius ratio est, quia si non illatum fuisset vulnus, nõ fuisset mortuus, tex. in specie singularis in c. tua nos, de homic. Couar. qui supra, vers. 10. Attamen, qui ita leuiter vulnerauit, vt nullo, aut modico moderamine posset sanus euadere, & tamen in vulnere apposito veneno fuerit mortuus, non esset irregularis, quia non ex vulnere, sed ex veneno mortuus est, ibi Couar. Infertur etiam homicidam esse, atque irregularem absque spe dispensationis illum, qui propriè non occidit, sed venenum, quod scit esse mortiferum propinat, unde mors secuta fuerit, ita habetur in Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. de reform. Nauar. cap. 27. nume. 240.

52 Decimatertia. Vir † qui authoritate propria uxorem quantumuis in flagranti adulterio deprehensam enecaret, homicida est, c. interfectores, c. quicunque pro-

propriam, c. admonere, 33.q.2.quia nemo antequàm iudicetur adiudicandus est morti, licèt lege non puniatur ob doloris grauitatem, l.Gracchus, C.ad l.Iul. de adult.l.marito.ff.eo.tit.

53 Quod secus † tamen est in eo,qui occiderit diffidatum per sententiam iudicis,quia iste talis impunè absque peccato occidi potest: quia hoc est diffidare, scilicet statuere, & præcipere, quòd impunè possit occidi,not.in l.reos,C. de accusat. Quod immò occidenti talem bannitum etiam præmium constitui potest,secundum commun. ut Alex. concludit post alios,quos refert in l.si plagii,in principio. ff. de uerb. obligat. & ibi in princ. dicit hoc etiam procedere in foro conscientiæ, quando hoc facit zelo iustitiæ ad bonum commune, secus si mala intẽtione ad uindictam; quia tunc esset peccatum mortale. Decius in cap. dilecti, num.38. de except. & ita intelligitur gl. in cap.inter hæc, 34.q.2. dum scribit occidentem bannitum ex statuti dispositione, mortali peccato ligari, quam glossam simpliciter secutus est Ripa in l.si ex plagii, nu.7. de uerb. oblig. quoniam glossa illa intelligitur, quando is occidisset non bono zelo,sed vindictæ causa,vt declarauit glossam illam Alex.in d.l. si ex plagii. Quinimmo nec peccat,qui occidit eum, qui iniustè, & iniquè bannitus esset, ita Bal.in l.1.C.de pęn. cuius ratio est, quia sententia banni constituit occidentem in iusto errore, l.penul. ff.de adulter.pro sententia enim præsumitur, l. Herennius, §. Caia. ff. de euic. l. 2. C. de offic. ciuil.iudic.

54 Peccaret † tamen mortaliter, & puniri posset filius occidens proprium patrem bannitum, argum. tex. de patrono ad patrem, in l. si adulterium cum incestu.§. liberto. ff. de adulter. probat etiam tex.in §.1.in fi.in authen.de incest.nupt. Dec. in cap. quę in Ecclesiarum, nu.14. de constit. Peccaret etiam mortaliter is, qui non ob publicam vtilitatem,sed propriam,priuatamque bannitum interficeret, vt quia odio eum persequebatur, & posset iudex pœnam arbitrari; & indicere, Bart. in l.nulla.C.de delat. lib.10. Felyn.in d.cap. quę in Ecclesiarum, nu.12. Marsil. consil. 9. nume. 28. & ratio est, quia hic homicida non eũ interficit contemplatione Reipublicæ,ac ad illius commodum, sed propria causa, & beneficio. Et in dubio præsumitur occidisse ob liuorem, & inimicitiam, non ad Reipublicæ vtilitatem,vt probat tex.in cap. omnes, 6.quæstio.1. tex. in l.fi. in fi. ibi,aut proprium fortasse inimicum sub huiusmodi uindictæ nomine. C. de malefic. & mathem.

55 Peccaret pariter, † qui bannitum iam captum,vel sub protectione curiæ interficeret, quia posset puniri, ita Bar.in l.in laqueum. ff.de acquir.rerum dom.Bald. in l. libertas. ff. de statu hom. Felyn. in capit. cum iuramento, de homic. probat tex.in l.1.§.vlt. C. de custod.reo.in l.carceri,ff.eod.tex.sing.in l.fin. C.de malefi. & mathem. Peccaret etiam mortaliter, & dignus pœna,qui mulierem prægnantem bannitam interficeret, ita Ioan. de Anan. in cap. intelleximus, nume.7. de iis, qui filios occid. Et hoc ideo ne fœtus innocens pereat, l.Imperator, ff.de statu homi. l. prægnantis, ff. de quæst. Quod procedit etiam si fętus esset inanimatus, Alex.ad Bart.in d.l. prægnantis. Vltimo pœna dignus esset, qui bannitum habentem saluum conductum interficeret,qui non solum punitur, ut homicida, sed ut securitatis violator, Dec.cons.327.nu.4. Soc.iun. cons.58.nu.12.lib.1.

56 [Sic puniendus † esset,qui bannitum occideret,qui toleratur in ciuitate: quia talis tolerantia præstat ei securitatem, Bal. & Salic.in l.nullus, C.de iud. Ioan. de Anan.in c.sicut, col.5.de iudæ. Subdens se vidisse Bononiæ obseruatum, & est sing. secundum eum, de quo per Ange.in l.si duo.ff.de acquir. hæred. & per Ant.de But.in cap.quo circa,de consan. & affin.

57 Sed an † statutum, quòd banniti, seu foriudicati occidantur impunè, & occisores præmium consequantur, habeat locum

cum in occidente extra territorium? Dic quòd sic, casus est in l. 3. §. fi. ff. de sicar. vbi transfugas vbicunque inueniantur interficere licet. Potest enim constitutio ligare personas etiam extra territorium existentes, ut in l. magis puto, §. illud. ff. de rebus eorum, per l. si fideicōmissum. §. tractatum. ff. de iudi. Soc. conf. 74. nu. 17. vbi potestas statuendi in subditos nō arctatur territorio, & ideo vbicunque reperiuntur, sunt ligati, & illos occidentes gaudent beneficio, ita Bald. in l. cunctos populos, num. 9. C. de sum. Trinit. & fide cathó. Hippol. sing. 124. sequitur etiam opinionem Baldi Pisanellus ad cōstitu. Regni Neap. quæ incipit, Pœnam eorum. Quod videtur satis rationabile, tum quia taliter occidentes gerunt actū permissum, & in factis priuatorum non attenditur territorium, sed an faciant actum permissum, vel prohibitum, tex. in l. non solum, §. ei qui in testamento, & ibi gl. in princ. ff. de excus. tut. Tum, quia publicè interest tales vbicunque fuerint, perimi, ne reuertantur, & ne prouincias cladibus, furtis, ac violentiis molestent.]

58 Præter tamen hos casus † non peccat is qui bannitum interficit, quod secus tamen dicimus de viro interficiente vxorem in adulterio deprehensam: & ratio differentiæ inter adulterum, & bannitū hæc est, quia in adultero lex permittit homicidium, ideò peccat, & irregularis est: In diffidato autem lex concedit. Ideò solùm irregularis efficitur, ita Syluestr. in ver. homicidium, 1. nu. 6. & in ver. Assassinus, quæst. 3. Nauar. ext. de homic. lib. 5. conf. 18.

59 Et nota, † quòd statutum concedens bannitum posse occidi, extenditur etiam, vt possit impunè bonis spoliari: nam qui habet potestatem vitæ, utique etiam videtur habere in bonis ipsius, ita glossa arguit in cap. in litteris, in verbo prædo, in fi. de restit. spolia. facit tex. in c. ex parte, el 3. de decim. & sic in materia odiosa procedit argumen. de maiori ad minus, Decius in cap. quia in tantum, num. 17. de præb. Franc. in cap. 1. de homic. lib. 6. nu. 5. in fi. addens insuper non posse vxorem talis banniti adulterari.

60 [Sed † quid dicendum de muliere bānita, quæ ex forma statuti potest occidi, num impunè possit adulterari? Moderni simpliciter asserunt, quòd non, & si Nellus in tract. banni. in 2. par. secundi temporis, q. 46. contrarium affirmet, quia secundum eum, si potest occidi bannita, ergo uidetur quòd per vim possit adulterari: cum maius sit delictum homicidium, quàm adulterium. facit tex. in l. nec in ea, & ibi Bart. ff. de adopt. Sed tamen dictum Baldi, quia communiter approbatur, verius videtur: tum, quia adulteriū est de se malum, & in eo non habet Papa ius dispensandi, vt not. per glo. in cap. litteras, vers. Non potest, de restit. spoliato. Et ideo licet Rex haberet vxorem sterilem, non potest Papa dispensare, ut habeat concubinam, vt not. Baldus dixit in c. lator, vers. Sed quid si Regina, ff. de re iudic. Tum etiam, quia occidendo bannitum, vertitur fauor publicus, occidendo hostem Reipublicæ, qui fauor cessat in adulterio bannitæ. Tum etiam, quia quod permittitur homicidium, hoc fit tamquàm pœna publicè indicta, sed adulterium non est huiusmodi, sed nouum crimen. Et nec obstat, quòd homicidiū sit maius crimen, quàm adulteriū; quia est diuersæ speciei, quo casu sub eo, quod est plus, non continetur minus, vt per Dynum in reg. cui licet, de reg. iur. lib. 6. & quia in adulterio non est satisfactum menti statuti, sicut est in homicidio.]

61 Quarta decima. Peccat † mortaliter, & homicida est, qui seipsum interficit desiderio melioris vitæ, seu fœlicitatis consequendæ, sicut legitur philosophum quendam Thembrotum lecto Platonis libro de immortalitate animæ, fecisse. Sic etiam, qui hoc faceret ad euitandas vitæ præsentis miserias, uel propter peccatum mortale commissum, sicut fecit Iudas; vel ad euadendum alterius peccatū, sicut quædam nupta impetita à Diocletiano, vel ad euitandum peccatum proprium, quod inde timetur, v. g. consensum

ſenſum in delectationem veneream, Syl-ueſt. in ver. homicidium, 1. quæſtio. 1. verſi. ſecundum, tertium, & quartum, & quintum.

62 [Vel † ad conſeruandam vitam ſpiritualem proximi. Hinc non tenetur prægnans inſtante periculo mortis conſentire ſe occidi, vt baptizaretur infans, ne ſpiritualiter moreretur: quia ſicut nemo poteſt innocentem interficere abſque peccato mortali, c. non licet, 25. q. 5. ita nemo poteſt conſentire abſque ſimili peccato, vt alius occidat eum, arg. cap. contingit, de iure patr. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.]

63 Quintadecima. Peccatum † eſſet mortale alicui vitam abbreuiare per abſtinẽtias, quas ſcit eſſe indiſcretas, etiã ſi abſque intentione abbreuiandi id faciat, ſi aduertit, quòd eam abbreuiat, c. non mediocriter, de conſecr. diſt. 5. ſi tamen exiſtimaret ſe per abſtinentiã bonum opus facere, vel probabiliter illam non eſſe indiſcretã, neque uenialiter peccat, D. Th. quodlib. 5. verſ. 18.

64 Sextadecima. † Mortaliter peccat, qui deliberatè pro quouis infortunio ſibi mortem exoptat. Sic qui virilia ſibi abſcindit, homicida eſt, c. ſi quis abſciderit, diſt. 55. & eſt irregularis; etiam ſi ſancta intentione faceret. Vt qui ſe caſtrat, vt melius caſtitatem ſeruare poſſit, ſicut de Origene tradit eccleſiaſtica Hiſtoria, Sylueſt. in ver. homicidium, 1. q. 1. ſi vero quis ſe, vel alium mutilet, quia eſt membrum corporis corruptiuum, non peccat, neque eſt irregularis, niſi ex mutilatione ſequeretur deformitas, vel impotentia ad ordinis executionem, Sylue. in ver. homicidium. 3. q. 3. uerſ. 1.

65 Facit † etiam contra hoc præceptum, & per conſequens mortaliter peccat medicus imperitus, qui ex notabili ignorantia nocet infirmo, etiam ſi ſanitas ſequatur: quia expoſuit ſe periculo mortalis peccati, id eſt operi, ex quo ſequi poterat notabile damnum proximo. Syl. in uer. Medicus. q. 1. Immò in uer. homicidiũ, 1. num. 5. verſ. 2. inquit quòd exercendo medicus medicinas periculoſas in religioſis, & ſanctis, grauius peccat, quàm ſi experiretur in cæteris perſonis.

SVMMARIVM.

1 *Synodus V. Conſtantinopolitana abortiones procurantes quibus pœnis ſubiiciat, & quibus Concilium Hylerdenſe.*

2 *Procurantes abortiones, quoquomodo vel per ſe, vel per alios, ex conſtitutione Sixti V. quibus pœnis addicantur, & num. 6.*

3 *Clericis criminis abortionis reis quæ pœnæ eadem conſtitutione ſint indictæ.*

4 *Steriles, vt ad concipiendum mulieres efficiantur, operam dans pœnis, quibus abortum procurantes, afficiendus.*

5 *Iudices in crimine abortionis poſſunt procedere etiam per ſimplicem denunciationem, & admittere teſtes alias de iure inhabiles.*

7 *Rei huius criminis nullis nec indulgentiis, nec iubilæis, vel conceſſis, vel concedendis abſolui poſſunt, niſi in articulo mortis, & nu. 35.*

8 *Clerici huiuſmodi delictis coinquinati à ſolo Papa ſuper irregularitate diſpenſationem accipere poſſunt.*

9 *Mulieres ſuas ancillas prægnantes percuſſionibus, oneribuſq; onerantes, vt partus eiiciant, ſunt eo ſecuto excommunicatæ.*

10 *Prægnantes ventrem percutientes, vel grauiſſima onera ſuſcipientes ad eiiciendum partum, in excommunicationem incidunt.*

11 *Mulier, vt liberius libidini inſeruiat, vel aliis de cauſis fœtum necans, vel conceptionem impediens, homicida eſt.*

12 *Potiones prægnanti porrigens, vt abortiatur, an dicatur verè homicida, numero ſequen.*

14 *Mulieri, quæ ſibi vim intulit ad eiiciendum partum, quæ pœna olim, & quæ hodie debeatur.*

15 *Mittens aliquid ex conſilio medici alicui mulieri per lenam ad abortiendũ, omnes pœnam excommunicationis incurrunt.*

Potio-

16 *Potiones qui dedit prægnãti, vel etiam vendiderit, quo partus eiiceretur, in dubio an res sit sortita effectum, an habendus sit is homicida, & nu. 20.*
17 *Homicida habendus etiam, qui amore impulsus, nec vt obesset, medicamenta dedit mulieri, quæ ob id obiit.*
18 *Venam sibi mulier in pede secans ex consilio medici, quo abortiatur, re secuta, & ipsa & consultor incidunt in excommunicationem, secus de emittentibus semen extra vas.*
19 *Mulier multis poculis sumptis ad abortũ, si res exitu caruit, tantum peccauit mortaliter.*
21 *Mulier præbens viro suo potiones ad impediendam generationem, homicidii rea fit.*
22 *Medicus medicinas ægrotãti mulieri præbens vt abortiatur, ne mulier moriatur homicida est; & quid de fœtu nondum animatu, nu. 24.*
23 *Filia suasionibus matris abortum faciens an incidat in supradictam constitutionem.*
25 *Ludens cum prægnante, si ex eo abortus sequatur, an excommunicationem incurrat; distingue, vt hic.*
26 *Clericus, qui abortui operam dedit, re secuta, quando intelligatur priuari dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis, iuxta prædictam constitutionem, & adipiscendis.*
Clausula, ipso facto, quid operatur.
27 *Clericus prima tonsura, reus huius criminis, nec ad minores promoueri, neque vllum beneficium etiam simplex potest habere.*
28 *Pœnas huius constitutionis, vel penitus, vel ex iusta causa ignorans licèt constitutionem non ignoret, an incurrat in ex communicationem, & quid de eo, qui scit in confuso, & nu. 30. & 31.*
29 *Potionem, qui non ex cõtemptu, sed timore mortis porrigit mulieri ad abortiẽdum, an incurrat in excommunicationem.*
32 *Constitutio Papalis nondum vbi committitur peccatum, publicata, an obliget peccantem, cum sit publicata Romæ.*
Constitutionem Papalem non ligare, nisi post duos menses, quomodo id intelligendum.
33 *Potionem, qui dedit mulieri, quæ postea se non fuisse grauidam cognouit, an incidat in censuram.*
Constitutio pœnalis est extendenda ad euitandum periculum animæ.
34 *Reum huius criminis, oportet summum Pontificem adire, vt absoluatur, excepto casu articuli mortis.*
36 *Episcopus non obstante prohibitione Pontificis, an possit monialem abortionis ream absoluere periculo famæ imminente.*
37 *Constitutiones casuum Papalium sufficit esse Romæ publicatas, obligant enim etsi receptæ non sunt à principibus.*

Contra procurantes abortum ex constitutione S. D. N. Sixti V. quæ incipit, Effrenatam perditissimorum hominum, anno 1588. Quarto Kal. Nouembr. Cap. LXIII.

POst præfationem, quare motus sit S. D. N. Sixtus V. ad promulgandum hanc constitutionem, sic inquit.

1 Vnde non † immerito 6. Synodo Constantinopolitana sancitũ est, vt personæ, quę dant abortionem, medicamenta, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidæ pęnæ subiiciantur. Sed & veteri Concilio Hylerdensi cautum est, vt qui conceptos ex adulterio fœtus necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, si postea pęnitentes ad Ecclesiæ mansuetudinẽ recurrant, omni tempore vitæ suæ fletibus, & humilitati insistant. Si verò clerici fuerint, officium ministrandi eis recuperare non liceat; omnesq; tam ecclesiasticæ, quàm profanæ leges grauibus pœnis afficiunt eos, qui in vtero matris puerperiũ interimi, aut ne mulieres concipiant,

cipiant, siue ut conceptos fœtus eiiciant, nefariè machinentur. Nos igitur post repressam eorum temeritatem, qui matrimonii iura uiolare, & quantum in ipsis est, uinculũ indissolubile dissoluere pręsumunt, quive turpioribus quibusdam incestis se inquinare non erubescunt, hoc quoque malum, quantum viribus nostris à Deo traditis contendere possumus, nostris potissimum temporibus exterminare volentes.

2 Omnes quoscunque † tam viros, quã mulieres, cuiuscunque status, gradus, ordinis, ac conditionis, etiam clericos seculares, vel cuiuscũque ordinis regulares, quamuis dignitate, ac præeminentia ecclesiastica, vel mundana fulgentes, qui de cętero per se, aut interpositas personas, abortus, seu fœtus immaturi, tàm animati, quàm etiam inanimati, formati, uel informis eiectionem procurauerint percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribusq; mulieri pręgnanti impositis, ac aliis etiam incognitis, vel maximè exquisitis rationibus, ita ut re ipsa abortus secutus fuerit: Ac etiam prægnantes ipsę mulieres, quæ scienter pręmissa fecerint, pœnas tam diuino, quam humano iure, ac tàm per canonicas sanctiones, & apostolicas constitutiones, quàm ciuilia iura aduersus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & reipsa patrauerint propositas, & inflictas, quorum omniũ tenores his nostris litteris pro expressis, & ad uerbum insertis habemus, eò ipso incurrere hac nostra perpetua ualitura constitutione statuimus & ordinamus, ipsosq; pœnas, leges, & constitutiones ad casus præfatos extendimus.

3 Eos † uero, qui clerici fuerint omni priuilegio clericali, officiis, & dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis, quæ sic uacatura nostræ, & sedis Apostolicę dispositioni perpetuò reseruamus, ipso facto priuamus, & in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernimus: Adeò ut illi, qui hoc delictum commiserint, non secus, atque ij, qui sua uoluntate homicidium perpetrauerint, iuxta Conc. Trident. decreta, etiam si crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicatum, sed occultum fuerit, ad sacros ordines promoueri, aut in susceptis ordinibus ministrare, nullo modo possint.

Nec illis aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam nõ habeant animarum, conferri liceat, sed omni ordine, beneficio, ac officio perpetuo careant.

Nec non & illos, qui clerici non fuerint, & illa perpetrauerint, non solum pœnas incurrere supra narratas, sed etiam inhabiles ad ordines, & alia prædicta decernimus, & declaramus. Volentes quoque ut hi, qui foro ecclesiastico subiecti (ut præfertur) deliquisse comperti fuerint, per iudicem ecclesiasticum depositi, & degradati, curiæ, & potestati seculari tradantur, quę de eis illud capiat supplicium, quod contra laicos uerè homicidas, & per diuinas leges, ac ciuilia iura est dispositum.

4 Præterea † eisdem pœnis teneri omnino statuimus eos, qui sterilitatis potiones, ac uenena mulieribus propinauerint, & quò minus fœtus concipiant, impedimentum pręstiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint, siue quocunque modo in his consulerint, ac mulieres ipsas, quæ eadem pocula spontè, ac scienter sumpserint.

5 Quo circa † mandamus uniuersis, & singulis iudicibus, ordinariis, & delegatis, tam ecclesiasticis, quàm secularibus, quibus contra criminũ reos, & quò ad causas huiusmodi de iure, uel ratione delicti, aut personarum legitimè competeret iurisdictio, ita tamen (ut inter eos præuentionis locus sit) ut in his delictis, quæ ut plurimum in occulto procurantur, contra quoscunque non solum per accusationem, & delationem, uerum etiam per inquisitionẽ, ac simplicem denuntiationem procedãt. Ac ad illa probanda testes alias de iure inhabiles, eorundem tamen iudicum arbitrio, habita ratione personarum, causarum, & qualitatum

tatum illarum, ac circunstantiarum quarumcunque admittant, ac in eos, qui culpabiles fuerint, prout per nos sancitum est, demum animaduertant.

6 Insuper,† ut immanissimi huius delicti grauitati nō solum temporalibus, verum etiam spiritualibus pęnis prospiciamus, ac prouideamus, omnes, & singulos cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existentes tam laicos, quàm clericos seculares, necnon mulieres seculares, vel quarumcumque ordinum professas, qui, vel quæ, vel uti principales, vel vt sociæ, consciæve ad tale facinus committendum opem, consilium, fauorem, potionem, vel alia cuiuscūque generis medicamenta scienter dederint: ac etiam scribendo litteras priuatas, uel apochas, vel alias verbis, aut signis iuuerint, aut consuluerint, vltra supradictas pęnas ipso facto nunc prout ex tunc excommunicamus, ac pro excommunicatis declaramus.

7 Decernentes, † ac declarantes, quòd per quæcunque iubilea, & indulgentias etiam Cruciatæ sanctæ Iubilei, aut quouis alio titulo concessas, & concedendas: ac etiam uigore priuilegiorum, mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupatorum, quibusuis congregationibus, regularium, aut Episcopis vigore Concil. Trid. vel alias per nos, & prædecessores nostros quomodocūque concessorum, vel in futurum concedendorum. Nec personæ sic ut præfertur delinquentes, & excommunicatæ præterquam in mortis articulo absolui valeant.

8 Nec cum † iis clericis, qui huiusmodi delicta perpetrauerint, & si eorum crimen occultum fuerit super irregularitate præmissorum occasione cōtracta, nec per locorū ordinarios, nec per alios quauis authoritate fulgentes, quam per nos, & Romanos Pontifices nostros successores, & tunc non nisi vrgentissimis de causis dispensari possit: ac tam absoluendi, quàm dispensandi facultatem huiusmodi etiam quò ad forum conscientiæ in casibus superius expressis nobis, & successoribus nostris reseruamus. statuentes sic in præmissis, & vniuersis, & singulis per quoscūque iudices ordinarios, & delegatos, & causarum palatii Apostolici auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere.

Irritumque, & inane quicquid secus super his à quocunque quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, aut aliis legibus aliter forsan circa præmissa disponentibus, aut in casibus præfatis distinguentibus, cæterisq; contrariis quibuscunque &c.

Volumus autem aut præsentium litterarum exemplis &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c. Datum Romæ, anno 1588. Quarto Kal. Nouembris. Hæc sunt verba constitutionis. Ex quibus plures deciduntur quæstiones, &

9 Prima. Dominę † quę animo irato suas famulas prægnantes nimis percutiunt, vel earundem opera utuntur in seruitiis domesticis, in lotione pannorum, & in afferendis lignis, & tandem data opera, & ex proposito illas affligūt nimiis laboribus, & oneribus, hac ex causa, vt sequatur abortus, sunt illo secuto excommunicatæ. Secus verò si non ex proposito, sed ex quadam imprudentia id fecerint. Ita colligitur ex prędicta constitutione, in ver. procurauerint, & oneribus.

10 Secunda. In eandem † excommunicationem incidunt mulieres granidæ, quæ videntes se nimis à dominabus affligi, pugnis suum ventrem percusserint, vel se ultra modum onerauerunt animo faciendi abortum, præsertim si seruæ Christianæ fuerint, ut dominas suas fœtibus priuent. Ita colligitur in prædicta constitutione, in uerbo, oneribus procurauerint.

Tertia.

11 Tertia: Mulier † meretrix, vel alia, quam non decebat habere filios, & ut libidini liberius uacaret, vel odii fomite nolebat filios habere, vt esset ingrata cõiugi, vel ut illi succederet ab intestato, vel facilius ex testamento aliquid acciperet, fetum necauit, vel conceptionem impediuit potãdo aliquid, homicida est, ita tex. in c. 5. de homic. & per consequens excommunicata, vt manifestè patet per dictam constitutionem.

12 Quod idem dicendum de eo † qui dedit potiones ad faciendum abortum, vel ideo, quia non decebat apparere prægnantem: erat enim nobilis, & propterea timebat mortem, vel infamiam, vel ideo dedit propter paupertatem, ad euitandam sobolem, licet matrimoniũ ad hoc sit institutum ad procreandam prolem, & hoc intellige tam de fœtu animato, quàm inanimato; nam in primo casu uerus reputatur homicida, & per consequens irregularis est, 2.q.5. consuluisti, 32.q.2. quod vero non formatum, à contrario, & cap. sequen. Moises, vbi notatur de creatione animæ.

13 In secundo † casu scilicet, vbi nõ erat formatus, nec anima infusa in corpore, 56. dist. nasci. non est de iure irregularis, nec reputatur homicida uerus, quãtum ad irregularitatem, vt in d. c. quod uerò, sed interpretatiuus, scilicet ut pro homicida habeatur quod ad pœnitentiam, 25. dist. c. vnum, §. criminis.

14 Hinc dicit lex, quòd mulier, † quæ sibi uim intulit, vt abortiret, non afficitur vltimo supplicio, sed in exilium ponitur, ff. ad legem Corneliam de sicar. l. si mulier. Si autem formatus erat fœtus, vltimo supplicio afficiebatur, ff. de pœn. l. si quis aliquid, §. si quid abortioni. Hodie vero irregularis est, & incidit in dictam constitutionem, per uerba illa, fœtus inanimati.

15 Et idem de † eo, qui mittit per lenam quædam ad impediendam generationẽ, & hoc fecit consilio medici: quia omnes incurrunt, si ex proposito id faciunt. Ibi, præterea eisdem.

16 Sed quid si dubitatur, † an pocula effectum fecerint, nec ne, cum uariis de causis mulier soleat esse sterilis, & non facile grauida fieri. Vel fuit percussa mulier prægnãs, & dubitatur, an ex illa percussione sit secutus abortus, vel an fœtus sit animatus, nec ne, vel dubitat aromatarius, qui confitetur se uendidisse tã uiris, quàm mulieribus uarias potiones noxias, ex quibus solet sequi abortus, & hoc animo dedit scienter petentibus. an ex illis potionibus secutus fuerit, & nullo modo potest à personis prædictis id intelligere. Dic quòd in omnibus his casibus debet se homicidam existimare, atque irregularem, ita per tex. in cap. ad audientiam, c. significasti, de homic. voluit glo. sing. in c. vnico, de scrutinio in ordi. faci. Sylu. in ver. abortus, in fi. & in ver. homicidium, 1. nu. 2.

17 Rursum. Homicida † quoque est is, qui non ex odio, sed ex amore dedit mala medicamenta mulieri, non ut interficeret, & mortua est: ratio est, quia dedit operam rei illicitæ, tex. est in l. si quis aliquid. §. abortionis, ff. ad leg. Corneliam de sicar.

18 Illa etiam, quæ † sentiens se grauidam priusquam fœtus animaretur, fecit sibi secari uenam in pede consilio cuiusdam medici, vel barbitonsoris, ad finem faciendi abortum. Illo secuto incidit in hanc constitutionem vna cum consulentibus per uerbum, procurauerint. Quod secus intelligerem de ea, quę nihil sumpsit ad sterilitatem inducendam, sed maritus cum consensu uxoris semen extra vas disperdebat.

19 Sed quid si † multa pocula sumpserit sterilitatis, non tamen fuerit secutus effectus, dic quòd non incidit, vt clarè patet per dictam constitutionem; verùm mortaliter peccauit, & puniri debet in foro pœnitentiali, vt homicida: quia affectus animi punitur pro delicto consumato, vt no. in c. sicut dignum, ex ver. illi autem, de homic.

20 Sed quid † si mulier pocula sterilitatis accepit consilio cuiusdam iuuenis, qui

qui tantum litteras scripsit, vel misit me dici apocham de modo procurandi abortum, an incurrat iuuenis secuto effectu? dic quod sic, vt patet in dicta constitutione.

21 Quid si econtrario † mulier dederit potiones uiro suo, ne possit generare? dic quod sic, tex. est in c. si aliquis, de homic. argu. eorum, quae dicuntur per Caiet. 2. 2. q. 154. art. 1.

[Et ratio est, quia & si pœnae sint restringendae, & per consequens non extendendae in casu non expresso: tamen ex identitate rationis sunt ampliandae, vbi agitur de periculo animae. Abb. in c. ex tenore, qui filii sint legit. glo. in cap. 1. de scrut. in ord. faci. Abbas in cap. translato. de consti. & in cap. 1. de pact. Bart. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. Sed modo est eadem ratio in muliere & uiro, quia impeditur proles. ergo idem ius. Rursum, quãdo duo aequiparantur à iure antiquo, ius nouum etiam pœnale loquens de uno, extenditur ad aliud, maximè ubi est eadem ratio, glo. in clem. 1. verbo eligat, de elect. Bald. & Alex. in l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omn. iudi. sed haec duo in c. si aliquis, de homi. sunt aequiparata. ergo.]

22 Homicida † etiam est, & in culpa medicus, qui potionibus, vel alio remedio abortioni fœtus animati causam dederit ad salutem ipsius praegnantis: erat enim mulier in articulo mortis, vel fortè probabiliter credebat illam morituram esse ob partus difficiles, quos habere solita fuit mulier, & ideò dedit: & ratio est, quia debuit in omnipotentis Dei voluntate relinquere, & non partum interficere. & idẽ dic si potiones medicus dederit, vt peccatum lateat, ita Couar. in clem. si furiosus, secunda par. §. 3. num. 1. Sylu. in uer. medicus, nu. 4. Nauar. c. 25. nu. 62. not. 4.

23 Sed quid † si filia minor prægnans suasionibus impiae matris abortum fecit, vt suam turpitudinem occultaret, an comprehendatur? Dic quod nõ. Immo videtur etiam excusari in foro fori, cum matris iussus, ac mandatum, & aetas illi excusationem praebeat, vt inquit Decius cons. 535.

[Sed nota, quod & si uideatur in foro fori excusari posse, tamen re melius ponderata crederem in foro poli incidisse: quia tria poterant hanc mulierem excusare: minor aetas, argum. tex. in cap. 1. & cap. quamuis, de sent. excommun. & cap. 1. de delict. puer. vbi de sent. excommun. cap. 1. habetur, quod absoluendus à Papa ratione minoris aetatis absolui potest ab Episcopo. Item iussus matris, & occultatio infamiae, ob quam tegendam etiam confessio, quae est de iure diuino, potest dimidiari, Medi. C. de confes. trac. 2. q. 10. tamen resp. quod & si impubertas excuset, vt in dictis iuribus, non tamen minor aetas: sed haec cum sit grauida, vt praesupponitur, erat uiripotens, ergo. Nec secundum debet excusare, cum non tenebatur obedire, sed potius subire mortem corporis, quam animae, peccando, iuxta tex. in cap. sacris, de his, quae ui. Nec tertium, quia si infamiae timor excusaret, profectò frustatoria quasi esset lex, cum regulariter ad illam euitandam fiant abortus.]

24 Sed quaeritur, † quid de medico, qui dat medicinam praegnanti, ad ipsius praegnantis salutem, vt abortiatur, fœtus tamen non erat adhuc animatus, an comprehendantur in dicta Bulla? Dic quod non, cum nec peccet mortaliter. Immo tali casu debet dare medicinam: quia licèt impediret animationem futuram fœtus, non tamen esset causa mortis alicuius hominis, & unum hominem liberaret à morte. Ita Ioan. de Neapo. quodlib. 10. Sylu. in uer. medicus, q. 4. Couar. in dicta clem. si furiosus, secunda par. §. 3. num. 1. Et nec obstat, quòd constitutio comprehendit etiam eos, qui abortioni fœtus nondum animati causam dederint, cum hi impropriè sint homicidae: quia illud intelligitur, quando sunt causa, secus si sit ad liberandam mulierem à morte: sed si dubium sit, utrũ sit animatus, nec ne, videtur peccare mortaliter, & de-

& debet se reputare irregularem, dando medicinā: quia exponit se periculo peccati mortalis, id est homicidii, facit glo. in d.c. unico, de seruit. in ordi. fac.

25 Item quæritur, † an abortio ex ludo contingens illi imputetur, qui cum prægnante ludit? dic quod non: modo ludus leuis sit, & licitus ratione personæ, vt quia maritus erat, aut frater; vel alia coniuncta persona. Secus verò si ludus non fuisset licitus, vt quia sacerdos parum honestè luderet cum muliere prægnante, quia si inde secutus est abortus, excommunicatus est, & irregularis, ita tex. & ibi Doct. in cap. sicut, lo secondo, de homic. Attamen si quis non sacerdos, probabiliter ignoraret prægnantem esse, & propterea lusit cum illa, ex quo postea secutus fuit abortus, non esset irregularis, Couar. in clem. si furiosus, §. 4. num. 10. vers. quinto.

26. Rursum, † cum in prædicta constitutione dicatur: Priuamus omni priuilegio clericali, dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis, & officiis, atque in futurum inhabiles ad ea suscipienda decreuimus, an intelligantur secuto abortu fœtus inanimati, crimine adhuc occulto, clerici priuati beneficiis, & teneantur renuntiare dignitatem, & religiosus deponere officium, cautè tamen & honestis excusationibus ad euitandam infamiam? Dic quod non; nisi post latam sententiam, vt diximus supra in primo præcep. Et si dicis quid operetur dicta clausula, Ipso facto priuamus, vide ibi. vbi inter cęteros effectus non potest clericus tuta conscientia retinere fructus extantes à die commissi delicti. Poterit tamen secundum Innoc. retinere uitæ necessaria strictè, de consilio confessoris, ita quod saltem ne egeat, & alios fructus restituere, facit quod dicit Sylu. in ver. beneficium, 3. q. 20.

[An vero absque peccato possint acceptare beneficia, & dignitates, cum per dictam constitutionem sint effecti inhabiles absque rehabilitatione obtempta, quousque sequatur sententia declaratoria? Resp. quod non: nam cum per dictam clausulam, ipso iure, quis à die commissi criminis sit dominio priuatus, l. cōmisso, ff. de publi. & vecti. Ioan. And. in cap. cum secundum, de hæret. lib. 6. sequitur, quod cum inueniantur inhabiles per legem, non possint tuta conscientia aliam dignitatem accipere, si eis offerretur. exemplum de spurio filio sacerdotis, vt nos supra diximus, cap. 11. nu. 46. eò magis, quia se excusando non proderent seipsos, sicut esset, si beneficio renuntiarent, vel ob delictum commissum bona sua fisco offerent.]

27 Sed quid † si esset clericus primę tonsurę tantum, an possit promoueri ad minores ordines, & ita diuinis inseruire? Dic quod non. Sed an possit habere beneficium tenue simplex? Dic quod nō: quia comparatur homicidæ voluntario, qui ab omni beneficio exclusus est, vt per Conc. Trid. sess. 14. capitu. septimo, de reform.

28 Præterea quæritur, † quid si quis non tantum suspicatus fuit, sed etiam certo sciuit cōstitutionem editam à sum. Pontifice contra procurantes abortum, ignorauit tamen pœnas statutas contra contrauenientes, an incurrat? Resp. quod non: & ratio est, quia ad incurrendam excommunicationem semper oculus habendus est, si huiusmodi contraueniens possit dici inobediens: quia si inobediēs dicitur, excommunicatus est: cum auctoritas excommunicandi non sit in Ecclesia, nisi in illum, qui ei non obedit, ut patet in Euang. Matth. 18. Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. At qui probabiliter pœnas in constitutione summi Pontificis sub excommunicationis censura latas ignorat, excusatur ab illa censura: quia inobediens dici non potest, Sotus dist. 22. quæst. 1. articu. 2. vers. Quartus demum casus. Et hæc est communis opinio, ut asserit Nauar. cap. 27. num. 271. vers. 13. contra Couar. in c. alma mater. §. 10. num. 2. ver. hinc denique.

29 Item, an † inobediens dici possit, qui

Dd non-

non ex cõtemptu, sed forte timore mortis, quæ forte incurrenda esset à muliere, dederit potionem illi? Dic quòd sic: quia in materia excommunicationis inobedientia non solum incurritur ex cõtemptu, sed etiam si procederet alia ex causa. Hinc infert Couar. in d. capit. alma. §.9.num.3. vers. Est etiam adnotandum, quòd si fertur excommunicatio in non dimittentes concubinas, quòd si quis non ex contemptu, sed ex appetitu libidinis non vult dimittere, in excommunicationem incidit.

30 Sed quid † si sciuerit constitutionem Papalem, & pœnas in ea contentas, sed in confuso, verbi gratia, quòd sit addita excommunicatio, & sit casus Papæ reseruatus? Respon. quòd contraueniens in illam incidit: & ratio est, quia tunc potest dici inobediens, ex quo scit non solum actum esse damnatum, & constitutionem editam, sed & pœnas ibi additas.

31 Sed an qui † dederit potionem mulieri grauidæ, intra cuius uterum nondum erat fœtus animatus (fœtus enim dicitur animatus, si masculus est, dierum quadraginta, & si fœmina, octoginta ab ipso conceptu, Docto. in cap. si aliquis, de homic. probatur in capit. Moses, 32. q. 2.) motus ex consilio cuiusdam viri scientia, & conscientia præditi, dicentis non intelligi cõstitutionem Papalem de fœtu inanimato, sed tantum animato incurrat in censuram? Dic quòd nõ: cuius ratio est, quia iste ignorat ignorantia iusta. Nauar. in Manu. cap. 23. nume. 41. & seq. sicut etiam à simili inquit in cap. 17. num. 83.

32 Sed quid † si constitutio non erat ibi publicata, quãdo potionem dedit; quamuis Romæ publicata esset, & contraueniens sciuerit, an excusetur? dic quod non, secundum glo. in capit. 2. de rebus Eccle. non alien. lib. 6. Syluest. in uer. lex, quæst. 6. vers. 3. in fi. Nam id, quod dicitur, constitutionem Papalem non ligare, nisi post duos menses à die promulgationis, intelligitur quò ad ualiditatem actus, non autem quò ad pœnam, ut no. Dec. in cap. 2. de constitu. num. 37. Vnde qui antea rescisissent, continuo excusatione nudarentur, vt inquit Sotus, de iustitia, & iure, libro primo, quæst. prima, artic. 4.

33 Item quæritur, an † incidat in censuram is, qui potionem dedit ad faciendũ abortum, si mulier fatetur se tantum suspectam fuisse esse prægnantẽ, quia sumpta potione post modicum tempus, quo illa suspicabatur se esse grauidam, fecit secundum consuetudinem aliarum mulierum purgationem? Resp. tam hominem, quam fœminam incidisse: quia in dubio semper præsumitur in deteriorem partem, vbi vertitur periculum animæ, glo. singu. in cap. vnico, de seru. in ordi. faci. facit tex. in cap. iuuenis, de sponsal. Abb. in cap. ad audientiam, de homic. & in capit. ex tenore, qui filii sint legit. vbi inquit ad euitandum periculum animarum constitutionem pœnalem esse extendendam.

34 Rursum, quid agendum † quando in constitutionẽ incidit? Respondeo quòd debet adire summum Pontificem, vt absoluat eum, nisi in articulo mortis, quo casu potest absolui à quocunque sacerdote, vt diximus in prima parte, cap. 13. vbi etiam diximus, quid faciendum de eo, qui non est in articulo mortis, sed tamen adeò impeditus est, vt Romam ire nequeat, an possit absolui à quocunque sacerdote.

35 Item quid † si in Iubileis concederetur ampla facultas absoluẽdi à quibuscũque casibus in Bulla Cœnę Domini cõtentis, an possint huius rei criminis absolui? Dic quod non, vt patet in dicta constitutione.

36 Rursum, an † Episcopi in casibus occultissimis facultate Concilii Tridentini possint absoluere monialem sibi subditam talis criminis ream: cum non possit adire sedem Apostolicam, & esset periculum infamiæ, non suscipiendo Eucharistiam cum aliis? Dic quod sic, ita Nauar. cap. 27. in noua edit. num. 239.

modò

modò prudentissimis perstringatur moderaminibus, secundum Sotum in quarto sentent. distin. 18. quæstio. 2. articu. 5. vers. hoc autem dubium: non obstante ratione allata per Couar. in c. alma mater, § 2. num. 2. in fine, qui tenet, quòd non possit: & ratio est, quia lex de non infamando proximum est lex diuina, & naturalis: lex autem, quę iubet sanctum, id est, communionem non debere dari canibus, id est, peccatoribus, est diuina, & positiua, & ideo debet cedere illi, scilicet, de non infamando proximum, ita à simili inquit Nauar. in Manua. cap. 7. num. 3. Quare crederem Episcopū non obstante prohibitione facta à sum. Pontifice, si adesset probabile periculum famę, posse illam absoluere; eo magis quia præsumitur noluisse quodammodo quispiam seipsum infamare, & per consequens absolutio contra talem reseruationem tenet, ut inquit Sylu. in ver. confessor. 3. 1. q. per totam.

[At re melius ponderata credere posse præmissa debita contritione, & integra confessione apud sacerdotem Eucharistiam sumere absque absolutione, ut inquit Sotus dist. 11. q. 1. artic. 4. penult. colum. & distin. 18. q. 2. art. 5. colum. 17. & interim potest res intimari in genere Romano Pontifici pro absolutione delegãda, arg. tex. in c. mulieres, de sent. excommu. sic etenim consulitur famæ mulieris, & euitatur absurdum, quod Episcopus authoritate carens absoluat quam non potest.]

37 Sed an sine assensu Regio† in Regno Neapol. sit seruanda hæc constitutio in foro conscientiæ? Resp. quod sic: quia illud, quod dicitur, quod lex ut liget in foro conscientiæ, oportet ut sit publicata, & recepta, procedit in lege, quæ præcipit, uel inhibet aliquid, quod non est lege diuina, vel naturali præceptum, uel inhibitum: Non autem in lege prohibente aliquid, quod est lege diuina, vel naturali inhibitū, vt est in materia abortus. Hinc est, quòd cum omnes casus Papales sint huiusmodi, non oportet, ut recipiantur, sed sufficit, vt Romæ sint publicati: non enim est necesse, ut in omni loco publicentur, sed satis est, ut in Curia Romana, vt cōmuniter tenent Doc. vt asserit Abbas in cap. nouerit, de sent. excommun. Sylu. in ver. lex, q. 6. vers. 3. ad hoc ut contrauenientes obligentur in foro conscientiæ, ita vt non possint absolui, nisi à summo Pontifice, vel de eius mandato. Hodie vero constitutio hęc contra procurãtes abortum reuocata est per S. D. N. Gregor. XIIII. anno 1591. & redacta est ad regulas iuris.

SVMMARIVM.

1 *Consultor homicidii, furti, vel similium, & ad pœnam, & ad interesse tenetur, si modò delinquens crimen non erat commissurus.*
2 *Consultor, quando delinquens erat delictum perpetraturus, punitur mitiori pœna.*
3 *Consulens fit irregularis, etiam si non is, contra quem, sed is, cui consuluit, occiditur.*
4 *Consulens homicidium, credens tamen non admissum iri, & si post longum tempus admittatur, peccat mortaliter.*
5 *Consulentem delictum, quanam reuocatio excuset.*
6 *Loquens in genere de modis abortiendi coram multis, non fit irregularis, nec si clericus de pœna delicti interrogatus, respondeat, esse mortem.*
7 *Mandans homicidium, etiam si alioquin delinquens erat executurus, tenetur pœna homicidii.*
8 *Mandans aliquem vulnerari, si occidatur, fit irregularis, & quare. fallit, vt nu. seq.*
10 *Mandans expressè, vel tacitè reuocans mandatum ante executionem, non est homicida, secus in consulente, & quid de percussione clerici, nu. seq.*
11 *Principum, & magistratuum præceptum excusat à pœna ordinaria, non à peccato, nec à pœna spirituali, nu. seq.*
13 *Filio, vel famulo affectus iniuria ita locutus,*

ctus, ne domum redeas, nisi aliquid noui intelligam de te, irregularis efficitur.

14 *Ratihabitione quo casu quis excommunicationem incurrat, & quo casu tantum mortaliter peccet.*

15 *Ratihabitione irregularitas non contrahitur.*

16 *Excommunicatur qui clericum non defendit, cum possit, & consensus quadruplex.*

17 *Rixa causam prabens, si cum quo rixatur, eius causa ab amicis occidatur, etiã prater voluntatem, fit irregularis, & nu. seq.*

Formula protestationis in hoc casu.

19 *Tractatui de occidendo qui prasens est, an incidat in irregularitatem tacendo.*

20 *Homicida opem praestans post delictum nõ fit irregularis, secus in ipso delicto, & an eadem pœna puniatur, qua homicida, nu. seq.*

22 *Auxilium delinquenti tribus temporibus praestatur: in primo eadem pœna cum delinquente tenetur.*

23 *Auxiliator in actu delicti tenetur eadem pœna, quando alioquin sine auxilio non erat futurum delictum.*

24 *Auxiliator post commissum an, & quando eadem pœna, qua principalis, teneatur, & quid de eo, qui armatus assistit delicto, & nu. seq.*

Qualiter peccent contra hoc prę ceptum consulentes, mandantes, & consentientes. Cap. LXIIII.

1 TEnetur † pœna homicidii, & irregularitatis is, qui consiliũ de homicidio dederit ei, qui alioquin non erat crimen illud commissurus, c. si quis viduam, distin. 50. Decius in l. consilii, num. 4. & ibi Cagno. num. 6. de reg. iur. idem Dec. in c. 1. num. 9. de offic. deleg. Quod quidem extenditur non modò quoad pœnam, verùm etiam quoad interesse partis læsæ. Nam si alicuius consilio homo occisus fuit, vel res furto subtracta, vel damnum datum, tenetur is consultor æquè, ac is, qui interfecit, vel subripuit, vel damnum dedit, ad restitutionem rei, vel ad refectionẽ damni, ita in specie Didacus par. 2. §. 13. nu. 1. de reg. iu. lib. 6.

2 Quod † secus dicendũ, si crimen erat commissurus, tex. elegans in l. non solũ, §. si mandato, vers. Attilicinus, ff. de iniur. glo. in c. sicut dignum, §. qui vero, de homic. & est communis omnium sentẽtia in cap. ad audientiam, de homic. nam tunc non pœna ordinaria, sed mitiori arbitrio iudicis puniendus est, & tex. in d. §. qui vero, sic sane tex. in §. ope, Instit. de oblig. quæ ex deli. nasc. intelligitur, dum dixit, ex consilio non teneri quem furti. scilicet quod pœna ordinaria, quod etiã procedit in atrocioribus delictis, Fely. in c. 1. nu. 8. de offi. deleg. & in cap. sicut dignum, num. 7. de homic. fallit tamen in mandante, vt infra.

3 Rursum. Irregularis † erit consulens, etiam si ex prauo consilio ad homicidiũ non fuerit occisus is, aduersus quem ira ctatus præcesserit, sed ipsemet, cui consilium datum est, Abb. in c. ad audientiam, nu. 6. de homic. Franc. in c. fi. de homic. lib. 6. At si consilium fuisset licitum, vt quia consuluit iustam defensionem, tũc si is, qui consilium accepit, contra verisimilem opinionem occidatur, non peccat, nec est irregularis, Sylu. in ver. homicidium, 1. q. 10. vers. quartum.

4 Pariter peccat † mortaliter, & irregularis est consulens amico, vt occidat aliquem inimicum, quamuis ille incontinenti non fecerit, sed longo tempore interposito: Nec etiam eum excusat, quod deliberabat consilium reuocare, vel etiã quod reuocauerit, quia non sufficit solùm hoc, sed debebat contrarium efficaciter persuadere, vt consulens secuto delicto euaderet irregularitatem, ita Saly. in l. 1. colum. 6. vers. quæro quarto. C. de raptu virg. Et si putabat amicum suum non obtemperaturum, in reuocatione debebat hoc intimare illi, contra quem consuluit, vt sibi caueret, Innocen. in c. ad audientiam, vbi Abb. num. septimo,

de

de homic. Fely. in cap. ſicut dignum, nu. 14. de homic. Sylu. in ver. homicidium, 1. q. 8. verſ. 6.

5 Hinc † Nauar. cap. 27. num. 233. reſpondit irregularem fuiſſe clericum illum, qui conſuluit cōiugi cuiuſdam abſentis, quæ facta fuerat ex adulterio prægnans, certum modū abortiendi, quamuis poſtea pœnitentia ductus reuocauerit, eò quod illa uerita maritum regrediētem, executa conſilium, abortiuit. Verùm ſi efficaciter conſilium reuocaſſet, & illa cum effectu promiſiſſet non exequi, & poſtea iterum executa fuiſſet, utique non eſſet irregularis.

6 Nec etiam † ille, qui in genere reſpondiſſet corā multis, qualiter fœminæ abortiri poſſent, quia multa in generē licent, quæ in ſpecie non licerent, no. de offic. ord. c. ſi ſacerdos, & in l. ſi unus. §. illud. ff. de pact.

Hinc infertur, quòd & ſi homicida, & irregularis ſit clericus, qui interrogatus à iudice de pœna delicti, reſpondit, quòd eſt mors: hoc tamen intelligitur, modo ex conſilio, vel reſponſione ſpeciali ſecutum fuerit propinquum homicidium, ſecus verò ſi generaliter reſponderet, vel doceret qualiter fures, vel homicidę eſſent puniendi, & non eſſet iudex ille, qui interrogaret, & nec ipſe ſciret ex ſua reſpoſione homicidium eſſe ſecuturum. Archidiaconus tamen in c. peſſimam, dat cautelam, qualiter debeat reſpondere clericus interrogatus à iudice de pœna delicti, ſcilicet, Hoc non pertinet ad me, conſulatis peritiores, ita Sylueſt. in uer. homicidium, 1. quęſt. 8. verſ. tertium.

7 Rurſum † mandans pariter tenetur homicidij pœna, etiam ſi mandatarius alioquin ſine mandato eſſet crimen illud commiſſurus: quia ſit hoc in caſu crimen reſpectu, & cauſa ipſius mandātis, in ſpecie notat Barto. in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniur. & eſt communis, vt refert Couar. in c. unico, in clem. de homi. par. 2. §. 2. nu. 1.

8 Item irregularis † eſt mandās aliquē verberari, licet expreſſè inhibeat ne occidatur, ſi mandatarius occidat, vel mutilet, tex. facit in cap. fin. de homic. lib. 6. ita Bal. in l. cum mandati, in fi. C. mand. in l. non eo minus, num. 29. C. de accuſ. Gramma. conſ. 20. num. primo, Cæpol. conſil. 30. ex quo enim mandatum fuit id, quod non eſt in poteſtate mandatarii: nec enim ad menſuram poſſunt inferti vulnera, ſequitur ideo ipſum mandantem teneri, ac ſi homicidium mandaſſet.

9 Quod † ſecus eſt, ſi eſſet in poteſtate mandatarii non excedere mandatum, ſi uoluiſſet, verbi gratia, mandaui tibi, ut Caium pugno, vel baculo leui uerberares, tu verò gladio vulneraſti, & interfeciſti. Vel mandaui tibi, vt meretricem sfriſares, (vt vulgo dicitur) & tu eam enſe in faciem grauiſſimè vulneraſti, quo mors ſecuta eſt, tunc ego non teneor pęna homicidii, ita Bal. in l. cum mandati, in fi. C. manda. & in d. l. non eo minus, Gramma. conſ. 20. num. 2. & 3. In primo vero caſu diſpenſabilis eſt hæc irregularitas, cum non ſit homicidium in ſe uolitum, Sylu. in uer. homicidium, 1. q. 7. verſ. 4. Nauar. c. 27. nu. 240.

10 Præterea non † eſt homicida mandās fieri homicidium, ſi ante effectum expreſſe ſine fictione mandatum reuocauerit, Sylu. in ver. homicidium, num. 11. Idem ſi tacitè, puta reſtituta prius amicitia, ita ut in notitiam iuſſi uenerit, Nauar. cap. 27. num. 233. Quod ſecus diximus in conſulente, qui ſi non firmiter credit, quod locum habeat reuocatio, tenetur indicare occidendo, ut ſibi caueat, ne ſit irregularis, mandans verò non, ita Sylu. qui ſupra, ver. tertium, ponens rationem diuerſitatis.

11 Nec etiam tenetur † quò ad Deum, licèt quo ad Eccleſiam ſit excommunicatus mandans clericum uerberari, ſi poſtea ante manuum iniectionem reuocauerit mandatum, demum mandatarius percuſſerit, antequàm reuocatio ad ſe peruenerit, glo. in cap. cum quis, verſic. mandato, de ſenten. excommun. libro 6.

Sed an excusetur à pœna homicidii is, qui aliquem interfecerit de mandato sui Principis, quod euitare non poterat absque probabili periculo, quod ipse à Principe esset interficiendus, nisi mandato paruisset? Resp. quod excusatur à pęna ordinaria, non tamen à peccato, & extraordinaria, ita Bald. in cap. 1. §. iniuria, de pace iuram. firm. in usibus feudo. quam communem esse testatur Bolericus in l. capitalium, §. famosos, num. 200. de pœnis. Dec. in l. ut uim, num. 9. de iustit. & iure, tex. in cap. sacris, vbi Doct. de his. quæ ui. vbi qui necessitate coactus deliquit, saltem a pœna ordinaria excusatur, cap. proposito, 32. q. 5. & in specie Abb. cons. 4. lib. 1. Quod quidem extenditur, etiam si preces ipsius tyranni solùm pręcederent: nam Principum preces mandata sunt, l. 1. ff. quod iussu. vbi gl. Afflic. decis. 69. nu. 5.

12 Extenditur † etiam ad magistratum, quia mandatum eius excusat in atrocioribus à pœna ordinaria, ita sensit glo. in l. liber homo, la seconda, ff. ad leg. Aquiliam, ubi Bald. & Floria. ibi, ex tex. in l. non videtur. §. qui iussu, ff. de reg. iu. vbi dolo non facit, qui judici obtemperat. Non tamen hæc procedunt in foro animæ: quia debet quis potius omnia mala pati, quàm malo consentire, ideò peccatum esset mortale, cap. ita ne, 32. quęst. secunda. Nec etiam procederet quò ad pœnam spiritualem in foro ecclesiastico: Nam qui Principis, seu Magistratus mandato deliquit, non euitat, capit. in Canonibus, 16. quęst. prima, dicto capitu. sacris.

13 Insuper irregularis † efficitur passus iniuriam, qui dixit filio, aut famulo: Nō regrediaris domum meam, donec ipse aliquid noui audiam de te, quia text. in capitu. fina. de homic. lib. 6. non solùm procedit in mandato expresso, sed etiam tacito, tex. optimus in capitu. ex litteris, vers. auditis, de excess. prælat. & est communis, vt refert Couar in dicto cap. vnico, §. 1. num. 3. de homic. In specie tenet Abb. in d. cap. ex litteris, nu. 3. in c. sententiam, num. 2. qui cler. vel vouent.

14 Rursum. Ratihabitione † committitur homicidium, quando quis habet ratum homicidium nomine suo commissum, argum. cap. sicut tuis, de simon. ff. de vi, & ui arma. l. 1. §. quoties, 1. quæst. 4. quia præsulatus, vt notant Ioannes, & Archid. 50. distinctio. si quis uiduam. Goffre. de excess. prælatorum, ex litteris. & Archi. 17. quęst. 4. cap. omnes, in glo. Quod quidem homicidium si non alicuius nomine, verbi gratia, Titii, commissum, is postea ratum habuit, mortaliter tantum peccauit, c. cum quis, de sent. excommu. lib. 6. in secunda sui parte. At si fuerit commissum nomine ipsius Titii, qui postea ratum habuit, verbi gratia, amicus Titii clericum percussit, & occidit, à quo Titius iniuriam realem, aut verbalem acceperat, qui postea dictum crimen ratum habuit, auctoremque criminis recepit, & maiori vinculo amicitiæ deuinxit, tunc eo casu non solum Titius peccatum lethale commisit, sed etiã excommunicatus est: ratio est, quia tunc ratihabitio retrotrahitur, & mandato cõparatur: verùm si amicum non receptauit, sed expulit, nec per aliqua signa exteriora apparere potuit quod ratũ habuit, sed tantum illud ratum habuit in corde, solùm mortaliter peccauit, glo. in capit. cum quis, vers. tuo nomine, de sent. excommu. lib. 6.

15 Nullo † tamen casu propter ratihabitionem irregularitas contrahitur, tum quia nullibi expressum est ex ratihabitione irregularitatem contrahi, nisi in casibus à iure expressis; tum etiam, quia ad irregularitatem necessaria est homicidii culpa, cap. si aliquis, de homic. Vnde qui ratum habuit homicidium iam commissum, verè nullam habuit homicidij culpam quo ad ipsum actum; cum iã actus præcesserit, ita Couar. in d. c. vnico. §. 1. num. 4. de homic. lib. 6. contra Fely. in c. sicut dignum, colum. 4. eo. tit. & Nic. de Plou. de irregular. reg. 6.

16 Rursum excommunicationem † incurrit, atque irregularitatem, qui potuit cleri-

clericum à percussione defendere,& iniuria, habens publicam potestatem, aut priuatam iure familię in percussorem,& non defendit. Nam sicut in illo locum habet excommunicatio,cap. quantæ, de senten.excommunic. ita etiam habet locum irregularitas, cap. sicut dignum. §. illi etiam, de homicid. [Et ratio est, quia præstitit consensum authoritatis,siue defensionis, vbi plus peccat consentiens, quàm faciens,& magis punitur,24. q. 3. qui aliorum, 11. quæst. 3. qui consentit. Hinc nota,quòd quadruplex est consensus. Primus est consensus negligentiæ: vbi minus peccat consentiens, quàm faciens; nisi forte nimis crassa esset ignorãtia in pręlato.1.q.1.quicquid. 83. distin. consentire. Secundus est consensus consilii, vbi similiter minus peccat consentiens,quàm faciens,sed magis,quam primus,85.distin. tanta. Tertius est consensus cooperationis,vbi æqualiter punitur consentiens, & faciens, 2. q. 1. notum. Quartus est authoritatis, ut diximus in princ. Ita Innoc.in rubr.de offi.& potesta.iudi.deleg.num. 1. & glo. in cap. notum.2.q.1.]

17 Est etiam irregularis, † is, qui causam dedit rixæ, & eius amici, vel famuli, aut consanguinei occiderunt contẽdentem, & pugnantem cum eo,pręter eius voluntatem,contra eius prohibitionem, Doct. commu. & Abb. in cap. Petrus, vlt. not. de homic. Quod secus dicendum de eo, qui occisioni causam non dedit, & exprę̃ssè illam prohibuit, atque ignorauit, tex.in d.cap.Petrus,vbi Doct. Hinc nota cautelam, quòd ubi causa alicuius iniuriæ illatę clerico, clericus timet vindictam,cautum est protestari, & nota praxim protestationis: Protestor ne quid fiat tali, ex quo possim incurrere ordinis detrimentum, vel animæ periculum, & iuuat talis protestatio. Ita Do. Anto. de But.in d.c.Petrus.

18 Sed quæritur,an quis † incurrat irregularitatem,si sciuerit, & præsens fuerit tractatui habito ab aliquibus de occidendo eius inimico, quia tunc dubio procul tacendo fieret irregularis,secundum glo. in d.cap. Petrus, vers. contra prohibitionem,in fi.Sed de occidendo alium, si nõ denũciaret ei, dic quòd non; modo nec dicto, nec facto ad id homicidium committendum opem præstet, & si peccet mortaliter,tex.in cap. dilecto, de senten. excommunic. lib.6.cap.qui potest.23. q. 3.optimus text.in cap.1. 83.distinc. nam mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit, non excludit. capitu.error, eadem distinc. Nauar. cap. 27.nume.234.

19 Sed an irregularis † censeatur is, qui dedit causam rixæ, & eo pugnante inimici accesserunt, eumque occiderunt ratione propriæ inimicitiæ, non ut negotium illius gerant? Dic quòd non,ita Abbas in d.cap.Petrus,in ult.not.Quod secus dicendum est, si amici rixantis vidẽtes suum amicum percuti,vel vulnerari, aut aliàs male tractari ab aliquo, illũ occiderent, vel interficerent præter eius consensum, quia tunc irregularis esset: quia culpa sua præcedit casum, ut patet in eo,quod legitur, de homic. cap. significasti, & cap. presbyterum, ad idem, ff. si quadr.pauper.fecis.dica.l.prima.§.cum arietes.C.de adult.l.quoniam.caueat ergo clericus, ne sit rixosus, uel litigiosus, 46.distin. per totum. Aliàs autem si occasio esset remota, uel propinqua, & iusta, ac præter conscientiam suam ille occideretur, non esset irregularis, 23. q. 5. cum homo,& cap.de occidendis.

20 Item opem præstans † homicidæ post delictum commissum, non est irregularis: nisi sit cooperator in ipso delicto: nam tunc homicida, & irregularis est; si quidem in hoc casu dicẽdus est quis potius criminis author, quàm auxiliator, præsertim si opem ita dedit, quod sine ea delictum non fuisset effectum,cap.fœlicis, de pœn. lib.6.cap. sicut dignum. §. illi autem,de homic.tex.opt.in l. itẽ Mela.§.si alius.ff.ad legem Aquiliam.

21 An autem puniri † debeat eadem pœna,qua puniendus est homicida? Respõdetur,quòd & si opem pręstans pari pœ-

na puniri debeat cum delinquente, vt ff. ad legem Corneliam de sicar. l. 3. §. item qui actor. ad l. Pomp. de parric. l. vtrum, ad leg. Iuliam pec. l. sacrilegij, §. is autem, Abb. & communiter Doct. in cap. 1. de offic. deleg. illud procedit, quando auxilium fuit præstitum ante delictum, vel in ipso actu, secus si post actũ, quia tunc eadem pœna non punitur, ita Barto. in l. furti, §. ope, ff. de furt. nisi præcesserit monitio de præstando auxilio post actum, vt no. Barto. in l. is qui opem, ff. de furt. Quod præsumitur, quando incontinenti hoc sequitur, Dec. in c. 1. à num. 62. vsque 69. de offic. deleg. vbi limitat illum, qui post actum præstat fauorem, non puniri eadem pęna, nisi in crimine hęresis, cęterisq; atrocioribus delictis.

22 Colligitur ergo † ex his, quòd auxilium delinquenti tribus temporibus præstari solet. Primò ante delictum perpetratum. Secundò in ipso actu per petrandi delictum. Tertiò post delictum commissum.

In primo casu magis opinio recepta est opem ferentem eadem pœna esse puniendum, qua & is, qui reipsa delictum commisit, ita Cyn. Bald. & Ang. in l. 1. C. de Nili agger. non rumpen. ex tex. in l. nihil. ff. ad leg. Corneliam de sicariis, l. prætor ait, la seconda, §. si cum seruum, ff. ui bon. rapt. l. si sciente, ff. ad leg. Pomp. de parric. cum similib.

23 In secundo casu † est magis communis opinio, hunc eadem pœna ordinaria teneri, qua & ipse principalis, ita ferè omnes, qui supra, & Boer. quæstio. 167. num. 3. Fely. in cap. sicut dignum, de homicid. quorum sententia probatur in l. vtrum, ff. de parric. in l. 1. ff. de crimi. pecul. in l. vnica, C. de raptu virg. clem. 1. de pœnis. Quod quidem sanè intelligitur, quando principalis non commisisset delictum absque auxiliatore: aliàs si auxiliator in ipso delicto nihil egisset, & delinquens per se commisisset, secus esset, ita Ias. consi. 137. nu. 1.

24 In tertio vero casu, † cum auxilium fuit præstitum post delictum cõmissum, vt quia delinquentem tuetur, & custodit, tunc auxiliatori indicitur pœna extraordinaria arbitrio iudicis, ita tradunt omnes in l. 1. C. de his, qui latr. occulta. in specie Curt. sen. cons. 41. ex text. in l. congruit. ff. de offic. pręsid. in l. 1. & 2. ff. de recep. Quod tamen falleret, quando præcessisset aliquis tractatus postmodũ de auxilio præstando. Vt puta si actum fuisset inter eos, ut hic delinquens delictũ perpetraret: quia eo perpetrato illi auxilium pręstabit, quia tunc eadem pęna, qua principalis, esset puniendus, ita docuit Bar. in l. furti, §. ope, nu. 6. ff. de fur.

25 Sed an † assistens armatus dicatur opem ferre? Respon. secundum Bald. in l. non ideo minus, num. 30. C. de accusat. & Marsil. in praxi crimin. §. constanter, num. 56. quòd tunc per assistentiam auxilium fertur, quando is assistens est armatus, & aggressus timidior efficitur, ita decidit Gram. decis. 25. nu. 3. Quod intellige, quando scienter, & dolose id fecit, secus si ex casu, quod præsumitur, nisi aliter probetur. ita Paris. cons. 164. nume. 2. lib. 4.

Postremo pro complemento huius capituli sciendum est, quòd si quis patrato homicidio uideat aliquem tanquam homicidii illius reum in carcerem tradi, tametsi intelligat eum uersari in periculo vitæ, non tamen tenetur se prodere. At qui si contra aliquem falsum testimonium protulit, ob quod ille est in periculo perdendæ vitæ, debet suum testimonium reuocare, & omnem suam operam adhibere, ut illum eripiat; etiam si ob id oporteat eum amittere uitam. Nauar. in Manuali, capitu. 15. nume. 17. versic. 23.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium committens ad sui necessariã defensionem neque peccat, neque irregularitatem hodie incurrit, fallit nu. 4.*

2 *Superiori, siue sit iudex, pater, vel dominus, iniustè aggredienti, licet obsistere & vitam tueri.*

Mor-

3 *Mortem aliter vitari non posse, quando intelligatur id habere locum.*
5 *Hostem euaginato gladio venientem sagitta occidere licet, desperata salute: idem de occluso cum inimico aliquo in loco, si praeuenerit, nu. seq.*
7 *Vxor an maritum, qui ipsam occisurus erat possit praeueniendo interficere.*
8 *Inuasus à clerico ipsum percutiens, quando peccet.*
9 *Occidere, vel mutilare membrum, licet etiã clericis, etiam in sacris occupatis, mortẽ effugere non valentibus; fiunt tamen irregulares, in casu nu. 20.*
10 *Defensio alia necessaria ineuitabilis, alia necessaria euitabilis: prima irregularitatem excludit, altera minimè.*
11 *Occidens, qui fugiendo poterat esse tutus, fit irregularis; fallit in fuga ignominiosa, num. seq.*
13 *Excedens modum in defendendo irregularis fit: idem in repercutiente clericum non ex proposito, nu. seq.*
15 *Patris, vel matris iniustum aggressorem opprimens, an fiat irregularis, & quid si aggressor sit clericus, nu. seq.*
17 *Clericum ad sui defensionem perimens, an fiat irregularis.*
18 *Furem diurnum, vel nocturnum interficiens, an & quando quis peccet, & numero seq.*
21 *Mulieri an, & quando aggressorem suæ castitatis interficere liceat.*
22 *Iudicem quærentem iniustè me morti addicere, vel id per falsos testes, si sim sine spe salutis, an hos possim occidere.*
Ministros iustitiæ, an liceat vi repellere, vel etiam vulnerare.

De homicidio ad necessariam defensionem, & irregularitate. Cap. LXV.

1 ET si antiquitus † quidam affirmauerunt homicidam, qui ad sui defensionem necessariam, suum occidit inuasorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est, quòd occidat aggressorem incontinenti non causa ultionis, sed defensionis, iuxta glo. not. in cap. significasti, lo secondo, de homic. esse irregularem, vt meminit glo. in cap. sicut, §. fin. ver. consilium, de homic. & in cap. de his clericis, dist. 50. D. Thom. 2. 2. quæstio. 64. artic. 7. ad tertium. tamen hodie constitutio cap. vnici, de homic. in clem. diffiniuit nullam contrahi irregularitatem, cum quis aliter non valens vitare mortem, occidit inuasorem: cuius ratio est; quia ad irregularitatem contrahendam propter homicidium priuatum necessaria est saltem aliqua culpa homicidii. Is vero, qui ad necessariam sui defensionem aliquem occiderit, nullam culpam contrahit, ergo nec irregularitatem: Naturali etenim ratione vnicuique permissum est seipsum ab aggressore defendere, l. ut uim, ff. de
2 iustitia, & iure, adeò ut etiam † licita sit contra inuasorem generaliter, quando iniustè inuadit, siue superior sit iudex, uel potestas, quæ iniustè inuadit, id est, ut occidat, siue pater inuadens filium etiam in sua potestate degentem, siue Prælatus, vel Abbas, qui iniustè monachum inuadit, ut subitò occidat, siue dominus seruum, vel uassallum, maritus uxorem, magister discipulum, qui omnes contra tales personas possunt se defendere, si ultra debitum iuris aliquid ultra attentent, aliàs non, ut tradit Syluest. in uer. bellum, 2. §. 5.

3 Ille uero † dicitur mortem aliter uitare non posse, qui neque fuga, neque clamore, neque ullo alio modo, nisi interficiendo, aut deformando aggressoré, eam uitare potest, iuxta glo. in d. clem. 1. & c. suscepimus, eod. tit. nam licèt regulariter quis non teneatur fugere ad peccatum uitandum, ne aggressorem interficiat, tenetur tamen quò ad uitandam irregularitatem, ut rectè Panor. declarauit in c. olim, nu. 17. de restitu. spol. quia hæc sine peccato incurritur. Non tamen dicitur quis fugam posse uitare, cui ipsa est periculosa, secundum communem, quam sequitur Fely. in d. c. suscepimus.

[Sed

4 [Sed an ſimpliciter eſt † uerum, quod diximus, ut occidens non ſit irregularis, ſi illud commiſerit ad defenſionem uitę neceſſariam, iuxta d.clemen.1. Reſpon. quod non: quia illud procedit, quando inuaſus non fuerit quis culpa ſua, ſecus autem ſi culpa ſua, & ita inuadentem interfecerit. Hinc Nauar.de homic.li.5. conſ.32. reſpondit, quod ſi quis alicui iniuriam intulerit, dicendo eum mentiri, quem affectus iniuria percuſſit alapa, & percuſſus poſtea obuiam factus uoluit occidere percuſſorem, qui ſe defendendo occidit percuſſum, eſſe irregularem: ratio eſt, quia cauſa, quare inuaderetur, fuit, quia illicitè dedit alapam, uindicando iniuriam authoritate propria, & illa fuit cauſa, quare inuaderetur, quæ non ſufficit ad excuſandum eũ ab irregularitate.] Sed hæc ex caſuum deciſione faciliora reddentur.

5 Prima. Videns † hoſtem in ſe euaginato gladio tendere, ſi timet confertis manibus ſe defendere non poſſe, poteſt ſagitta eminus miſſa ſolo illum proſternere.l.3.C. ad leg. Corn. de ſicar. glo.in c.olim,& ibi Abb.nu.16.de reſtit.ſpolia. Bald.in l.1.C.unde ui, Sylu. in uer.Bellum.2.nu.2.Non enim tenetur expectare primum ictum, ne forte non ſit locus defenſioni.

6 Sic occluſus † in aliquo oppido, unde nullatenus effugere poteſt, uel in eiſdem ædibus, ubi eſt hoſtis, qui & certiſſimus eſt abſque ullo dubio eundem hoſtem eum decreuiſſe occidere, ſed expectare horam, uel ſocios, poteſt illum præuenire, & dum ſecurus eſt, eum opprimere, gl.in c.3.uer.ſecularibus, & in d.c.ſuſcepimus, uer. interimeretur, de homic.

7 Pari ratione † innoxia mulier cũ marito eodem in lecto iacens, euidenter ſciens eumdem ſub ceruicali abdidiſſe gladium, quo ipſam dormientem iugulet, neque patere miſeræ ſuffragium aliquod, an poſſit furtim gladium arripere. res eſt dubia, arbitrio prudentis iudicanda, & forſan potius, quòd ſic, per iura ſupra allegata.

8 Secunda. Peccat † mortaliter inuaſus, qui recepta iniuria percuſſit clericum nolentem repercutere: ratio eſt, quia non defenſio, ſed vindicta eſt, 46. diſt. ſeditionis. niſi probabiliter timeret geminatam repercuſſionem, quo caſu ſi potuiſſet impedire ictum, & non impediuit, etiam mortaliter peccauit: quia exceſſit finem meræ defenſionis, glo.in d.c.3.& c.ſignificaſti. eod. titu. vbi Abb. nume.9.

9 Tertia. Qui percutiendo † occidit, aut mutilat, aliter non valens vitare mortem, non peccat, neque eſt irregularis. c.vnico, de homic.li.6. ratio eſt, cũ mors, & membri mutilatio æquipollentia ſint, d.c.vnico. Hinc patet, quòd etiam clericis, & religioſis licitum eſt etiam ſine licentia ſuperioris, quando commodè haberi non poteſt, ſe defendere, quia defenſio eſt de iure naturali, & quò ad actus naturales religioſi non cenſentur mortui. glo. 16.q.1. placuit, el ſecondo. maioris tamen eſſet perfectionis, ſi ſe permitterent occidi, quàm ſi ſe defendendo occiderent, cum aliter mortem euadere non poſſint, ſecundum D. Thom. & Sylu.in ver. Bellum. 2. §.3. immò neque peccat clericus occidens aliquem, aliter non valens vitare mortem, etiam ſi eſſet occupatus in ſacris. quinimmò poſſet reaſſumpto officio celebrare, Syl. qui ſupra, & in ver.homicidium.1.q.9.verſ. Tertium. At ſi mortem fugiendo vitare poterat & non fugit, irregularis eſt, glo. & Doct. in d.c.ſuſcepimus, glo.ſingu.in clem.1. verſi. non valens, de homic. & eſt communis.

10 Ex his igitur collige † duplicem defenſionem, neceſſariam ineuitabilem, & neceſſariam euitabilem, Turrecrem. in capitulo, de occidendis, nume.3. 23. q.5. prima excuſat quò ad culpam, & irregularitatem, iux. not. in capitulo ſecundo, de homicid. & in clem. ſi furioſus, eod. titu. Secunda verò inducit irregularitatem, vt no.in c.ſuſcepimus, & ibi D.Anto.de Butr.eod.tit.

11 Vnde ſi † inuadendus claudẽdo oſtia

domus,

domus, vel ſe infra illam turrim forte claudendo poteſt inuaſionem, & periculum vitare, & non facit, non eſt immunis à pœna homicidii, & irregularitate. Debet enim facere ad inſtar Domini, qui fugit in Aegyptum, cum ab Herode ad interficiendum quæreretur, Matth. 2. & 23. q. 3. cap. 1. Sed ſi fugienti in fugiendo poſſet periculum imminere, puta quia inimici inſtarent à tergo, & ipſe fugiendo cadere poterat, quod frequenter euenire poteſt; Vel quia inimici erant curſu velociores, vel ex fuga maiorem caperet audaciam: tunc occidendo inuaſus aggreſſorem, nullam incurreret irregularitatem. abſit enim vt tanto periculo exponere ſe teneatur, ff. ſi quis caut. l. 2. §. pen. vt lite non conteſt. cap. accedens. 2. Sylu. in ver. homicidium, 1. q. 9.

12 Potiſſimè † autem præmiſſa poſſunt dici, vbi ſecundum perſonæ qualitatem fuga eſſet alicui ignominioſa, argum. ff. ex quib. cau. maiores. l. in ea, & de manu. vindic. l. iuxta: nam & aliàs conſeruatio honoris præfertur utilitati rerum, ff. ſi quis omiſ. cau. teſtamen. l. Iulianus. Et conſtabit de veriſimili cauſa timoris non potenti mortem vitare per iuramentum ſuum, cum de ſua conſcientia, & periculo agatur ſine alterius prȩiudicio, puta de promotione ad ordines. de homic. ſignificaſti, 1. de ſent. excommunicat. ſi vero. 2. ipſe igitur debet iurare, ꝙ ideo occidit aggreſſorem, quia ſi fugeret, ſibi fuga fuiſſet maximum dedecus. v. g. quia erat vir nobilis. Aliàs ſi aggreſſus fuiſſet vir plebeius infimæ claſſis, qui nullam prorſus honoris iacturam fugiendo faceret, utique tunc occidendo irregularitatem incurreret, ita Sotus de iuſt. & iu. lib. 5. q. 1. art. 8. col. pen.

13 Quarta, Irregularis † eſt, qui modum exceſſit in defenſione: nam hic exceſſus defenſionem culpabilem reddit, quemadmodum cȩnſtat ex l. 1. C. vnde vi. & cap. vt famȩ, §. vlt. de ſenten. excommu. cap. ſignificaſti, vbi glo. & Doct. de homicid. hinc irregularis eſt, qui percuſſorem ab eo fugientem occiderit propter exceſſum: ſic colligitur ex glo. in cap. 3. eo. tit. ſic enim videtur eſſe vindicta, & non defenſio, quæ tamen irregularitas poteſt ab Epiſcopo cauſa cognita diſpenſari, ut patet per Conc. Triden. ſeſſ. 24. cap. liceat. [Nam non fit irregularis ea irregularitate, quæ deſcendit ex homicida voluntario indiſpenſabili, pro quo faciunt ea, quæ dicit Abb. in cap. olim, el primo, de reſtitu. ſpoliat. num. 15. & ſeq. & optimè in cap. ſignificauit, de pœn. & remiſſ. quatenus probant pȩnam ordinariam non eſſe imponendam ei, qui ſe defendendo iuſtum defendendi modũ excedit, nec ille, qui iuſto dolore motus occidit, iux. tradita in l. ſi adulterium. §. Imperatoris, ff. ad l. Iul. de adul.]

14 Quinta. Irregularis † pariter cenſetur, verùm non excommunicatus, qui excedendo modùm non ex propoſito repercuteret clericum, glo. in d. cap. ſignificaſti, 2. verſ. tutelæ. ratio eſt, quia excõmunicatio non incurritur ſine dolo, vel diabolica ſuaſione. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Quod ſecus eſt de irregularitate, ut in iudice condemnante reum.

15 Sexta. Non peccat, † ſed irregularis eſt, qui aggreſſorem patris, aut matris, aut fratris, alteriusve cognati occiderit, ita glo. in d. clemen. ſi furioſus. ſequitur Abb. in cap. ſi verò, lo primo, de ſentent. excommunicat. & eſt communis, vt refert Couar. in cap. vnico, num. 3. de homic. qui tenet contra commu. quam ipſe etiam libenter, ſaluo meliori iudicio, ſequor eo caſu, videlicet; Aliquis poteſt ſine peccato mutilare, vel occidere inuadentem alium iniuſtè, & occidere uolentem, in caſu, ubi uitam ipſius inuaſi aliter ſaluare non poteſt, dummodo ad ſaluationem inuaſi principaliter, & non ad mortem inuadentis intendat. Tum lege diuina, Deuter. 6. Matth. 19. Luc. 10. Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. Ad idem 18. quæſt. 4. cap. penult. & de pȩn. diſt. 2. cap. charitas. 2. circa medium. Sed pro ſe ipſo ſaluando, ubi aliàs mortem uitare non poteſt, poteſt mutilare, uel occidere ſuum inuaſorem, ergo & pro

pro proximo saluando. Rursum per tex. in cap. non in inferenda. 23. quæst. 3. vbi habetur id, quod dicitur per Salomon. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. Et qui trahunt ad interitum, liberare necesses. Vnde quod Dominus imperat, necesse est fieri, & nisi fiat, pœnam habet, 14. quæst. 1. quod præcipitur. Ergo si fit, legitimè fit, nec pœnam meretur. C. de adulter. l. Gracchus. Item remoto amore proximi, remouetur amor Dei, 1. Ioan. 3. si quis dixerit, quod diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Et sic inimicum Dei, & hominis, vt saluet amicum Dei, & hominis, occiderem potest. Rursum Eccle. 4. dicitur, Vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit inimicos tuos pro te. Sed pro inuaso est iustitia, ergo. De sancto etiam Mose legitur, Exod. 22. quod occidit Aegyptium iniuriantem Israelitæ. Quare iis, & multis aliis rationibus breuitatis causa omissis, videtur posse teneri contra cõmunem, scilicet non esse irregularẽ percutiẽtem aggressorem patris, aut matris, vel alterius personæ.

16 Sed an, † si velimus sequi cõmunem, incidat in excommunicationem, qui defendendo huiusmodi personas coniunctas clericum occiderit, ne aliqua ex eis occidatur ab eo? Dic quòd non, sed bene in irregularitatem, ita Innocen. in cap. si verò, el primo, de sentent. excommunic. vbi hoc dictum extendit etiam ad defensionem extraneorum, quia socii iniuria propulsanda est, 23. quæst. quarta, fortitudo, & c. non in inferenda, capit. error. 83. distinct.

17 Sed an sit † irregularis clericum interficiens in sui defensionem? Respondeo, quòd non, glo. & tex. in d. clem. si furiosus. modo defensio fiat incontinenti, id est dum actus impugnatur, non autem postquàm violentia aduersarii transiit. Attamen si clericus esset iterum percussurus uerè, vel secundum probabilem dubitationem laici, tunc licet laico repercutere ad repellendum violentiam absque periculo excommunicationis, & irregularitatis, Sylu. in uerbo, excommunicatio. 6. nu. 6. §. 9.

18 Septima. Peccat † mortaliter, & irregularis est occidens furem diurnum, vel nocturnum, de quibus manifestum est eos non ad occidendum, sed ad furandum uenisse: nisi se telo defendant, ne capiantur. Vel si raptores, ut bona capiant, insurgunt in defensionem, argum. tex. in cap. si perfodiens. in ver. defenderint, de homic. Vel si aliter ab illis bona surrepta eripi nequeant, & illa essent aliquãti pretii. l. furem. ff. de sicar. Quod ego intelligo, quãdo tota, uel maior pars substantiæ periclitaretur, & tunc potest etiam conuocatis amicis antequàm ad alia diuertatur, glo. in cap. significasti. 2. de homic. Sylu. in ver. Bellum. secundo, quæstio. prima.

19 Peccat etiam † mortaliter, qui dum spem habet certissimam recuperãdi furtum, furem interficit, secus si res esset dubia, ita Bart. in l. furem. ff. de sicar. Syl. in ver. excommunicatio. 6. §. 4. nume. 6. casu nono. Sotus lib. 1. de iust. & iu. q. 1. artic. 8. Attamen qui furem onustum suis rebus armis insequitur, & dum aliter deprehendere nequit, telo interficit, non peccat: quia toto tempore delicti licet vim vi repellere, etiã dum fugit: postquam vero se alibi recepit, non licet eum ui aggredi, sed tenere eum, quousque iudex capiat, Sotus, qui supra.

20 Sed an sit † irregularis clericus, qui pro necessaria rerum defensione hominem interficit? Respond. quòd sic, glo. fina. in cap. 2. de homic. Hostien. eo. tit. suscepimus. 23. quæst. 8. cap. 1. & c. conuenit, & 36. dist. si quis vult. Syluest. in verbo, Bellum. 2. §. 7. nu. 12.

21 Octauo. Mulier, † quæ aliquem occidit pro tuenda sua castitate, quam adhuc saluo omni honore poterat benè defendere fugiendo, vel vociferando, peccat mortaliter, ita D. Ant. 2. par. tit. 7. c. 8. §. 2. colum. 6.

Verùm si interficit volentem se opprimere, cuius manus aliter euadere non potest, non peccat, quod intellige; modo

non

non intendat occiſionem, ſed illa ſequatur præter ſuam uoluntatẽ, ſe defendendo. Sed ſi potius permitteret ſe opprimi renitente omnino ratione, quàm interficere, maioris eſſet perfectionis: nullo tamen pacto ad euitandum ſtuprum debet ſeipſam interficere: quia tunc maius peccatum faceret, vt euitaret minus.

22 Nona. Scio † decreuiſſe iudicem, me per iniquitatem ad mortem adducere, aut teſtes iniquis teſtimoniis, idque mihi eſt certiſſimum, remque iam eſſe in proximo. Nunquid poſſem illos occidere, ſciens me aliter non poſſe mortẽ euadere? Reſpondetur nequaquam licere: nam ſolum licitum eſt mihi vim vi repellere: vis autem non eſt in præſenti aggreſſione, attamen ſi iudex, aut alii miniſtri iuſtitiæ uellent in me manus iniicere, conſtaretque mihi per iniquitatem id facere, liceret mihi profecto perinde vim vi repellere, ac ſi eſſent perſonæ priuatæ. Secus autem ſi id bona fide, & lege tentarent; nempe quia ſunt indicia, vel aliqua legitima accuſatio: tunc enim licet ego eſſem innocens, nón mihi liceret quò me eriperem, miniſtros vulnerare, Sotus lib. 5. quæſtio. prima, artic. 8. col. penul.

Decima, & vltima. Damnatus ad mortem, qui percutit, aut occidit miniſtrum iuſtitiæ, quò ſe eripiat, peccat mortaliter: quoniam quamuis iuſta ſit uis, reſiſtentia tamen eſt iniuſta, glo. in l. vt vim, de inſt. & iu. Scotus comm. receptus in 4. diſt. 15. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale dupliciter conſideratur, & de conditionibus, quæ circa vtrunque accidunt.*

2 *Deuciens tegulas ex tecto, ſi præmiſſa admonitione, vel alio diligenti ſigno, non peccat, nec fit irregularis, ſi hominem occiderit.*

3 *Homicidium caſuale à dante operam rei illicitæ procedens, irregularitatẽ inducit.*

4 *Homicidii priuati, qui excuſatur à peccato, idem & ab irregularitate, ſecus eſt in perſona publica.*

5 *Clericus exercens chirurgiam, ſi eius opera ægrotans moriatur, quare fiat irregularis, quod ſecus ſi vi ægritudinis.*

6 *Phyſicam exercere quibus clericis potiſſimum non ſit interdictum, & de quibus intelligatur c. ad aures, de æta. & qual.*

7 *Aegrotanti, ex certa ſcientia, vel ignorantia affectata, nociuũ aliquid miniſtrans, vel etiam contra præceptum medici, peccat grauiter.*

8 *Infirmus aliquid nociuum ſumens præter medici conſilium, an, & quando peccet.*

9 *Sanus peccat aliquid ſumens ſcienter, mortem, vel infirmitatem inducens.*

10 *Infirmum in mortis agone prouoluens, & reuoluens, vt citius moriatur, quando fiat irregularis.*

11 *Sagittam temere educens e corpore vulnerati, morte ſecuta, fit irregularis.*

12 *Vrſo, vel Leone hominem occidente, dominus, modo abſit malitia, irregularitatis eſt expers.*

13 *Ludens illicitè cum muliere prægnante, ſi ex eo abortiatur, irregularitatem incurrit.*

14 *Clericus equitans, ſi oppreſſerit hominem, an in irregularitatem incidat.*

15 *Culpa leuiſſima hominem facit irregularem.*

16 *Magiſter præter modum verberans diſcipulum, ſi moriatur fit irregularis. & quid ſi conualuerit, & denuò ceciderit.*

17 *Prælatus, vel parentes, quo caſu verberando clericos incurrant peccatum mortale, & excommunicationem.*

18 *Pulſans campanas ſi fortuito homicidio cauſam dederit, non contrahit irregularitatem.*

19 *Clericus pulſans campanas, vt fur capiatur, vel presbyter villæ venientibus armatis contra villam, ſi mors ſequatur, an fiant irregulares, nu. ſeq.*

21 *Occidens aliquem ex neceſſitate ineuitabili ex culpa exiſtenti, eſt homicida.*

22 *Infantem, qui in lecto ſuffocat imprudens, mortaliter peccat.*

De

De homicidio casuali, & irregularitate. Cap. LXVI.

1 Circa imputationem † casualis homicidii, quod præter intentionem accidit, notandum est, quòd cum dupliciter contingat homicidium casuale imputari, scilicet dando operam rei licitæ, vel illicitæ, aliquæ conditiones sunt communes vtrique, & aliquæ propriæ singulis. Communes quidem sunt tres, secundum Caieta. 2.2. quæst. 64. ar. 8. Prima est, vt non sit intentum, idest simpliciter voluntarium. Secunda, vt imputetur, & quòd re uera sequatur ex actione, quæ tolli debebat, cap. ad audientiam, de homicid. Vnde si quis incautè vulneratus, non ex vulnere, sed alia infirmitate obierit, vulnerans in conscientia homicidii reus nō est, dicto cap. ad audientiam, in fine. etenim si aliunde sequatur mors, nullatenus agenti imputatur, cap. Ioannes, de homic. volunt. Tertium requiritur, ut non solum possit quis talem actionem vitare, verum debeat. Licet enim latro comminetur, nisi dederis pecuniam, furtum aliunde facturum, licèt non dederis, & faciat, non est cur furtum tibi imputari debeat, cum non tenebaris. Conditiones verò propriæ singulis sunt hæ sequentes, videlicet: qui dederit operam rei licitæ, & adhibuit diligentiam eam, quam homines mediocriter prudentes in similibus actibus adhibere solent, ne mors aliqua, aut noxa personalis sequatur, nec irregularitatem, nec reatum homicidii incurrit, si ex huiusmodi actione fuerit subsecutum homicidium, 23. quæstio. 5. cap. de occidendis, cap. ad audientiam, cap. lator, cap. presbyterum, de homic. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. c. ex litteris, cap. Ioannes, de homic. Archid. 50. distin. clerico. & 17. quæst. 1. qui bona. §. si ergo.

2 (Exempli gratia) deiiciens † tegulas ex aliquo tecto, antequā deorsum eas mitteret, præmonuit transeuntes, & aliquod eius rei signum posuit, non peccat iste mortaliter, nec est irregularis: quod secus est, si non esset adhibita debita diligentia, quam potuit, & debuit; quia tunc imputatur ei quò ad peccatum, & quò ad ordines suscipiendos, ad quos non promouetur, & quò ad susceptos, in quibus ministrare nō potest, ut ff. ad l. Aqui. l. qui occidit. §. penul. 50. dist. sæpe. Host. in cap. sicut dignum. §. eos, de homicid. Arch. in d. c. clerico.

3 Qui † verò dederit operam rei illicitæ, si casuale homicidium sequatur, irregularis est, siue diligentiam adhibuerit, quam potuit ne sequatur, siue negligens fuerit, vt 50. distin. clerico, & cap. si quis voluntate, & de homic. cap. continebatur, & cap. dilectus, & cap. tua nos. Vbi monachus censetur irregularis; quia operam dabat rei illicitę, non simpliciter, sed sibi, quia chirurgus esse non poterat, cap. sententiam, ne cler. vel mon. quamuis abhibuerit diligentiam, admonendo fœminam, vt à vento caueret: tamen in hoc secundo casu peccatum mortale non incurrit. Vt enim homicidiū casuale mortale peccatum sit, nec ne, parum refert ad rem; an opus, vnde mors sequitur, sit licitum, vel illicitum: nam in vtroque casu crimen erit lethale, si præcesserit culpa in non adhibendo debitam diligentiam ad periculum mortis vitandum, & in neutro, si ea fuerit adhibita, quamuis quò ad irregularitatem plurimum referat, vt supra diximus. Ita Caietan. 2.2. quæst. 64. artic. 8. Sed nunc ad particularium casuum decisiones ex iis eliciendas descendamus.

4 Prima. Qui † omnino excusatur à peccato homicidii priuati, etiam excusatur à pœna irregularitatis prouenientis ex homicidio priuato. c. ad audientiam, dè homic. In specie not. Castren. lib. 3. de potest. leg. pœn. c. 14. vers. primo. Quod secus est de persona publica, quæ absque peccato irregularitatem incurrit.

5 Secunda. Clericus † in minoribus habens beneficium ecclesiasticum irregularis est, si ex chirurgiæ officio, cui operam

ram dat, aliquis mortem obierit: quia artem sibi interdictam exercet, c. tua nos, de homic. etiam si illam exerceat intuitu pietatis; quia non est exercenda impietas propter pietatem. si tamen omnia ritè obseruauerit, mors non imputatur ei quò ad peccatum. Abb. in d. cap. tua nos, §. 1. num. 5. Rursum, quid dicendum de clerico adiuuante chirurgum in abscissione mébri an incidat? Dic quòd non. ita Nau. in Manu. cap. 27. nu. 217.

Sed an sit cẽsendus irregularis ille clericus, si infirmus non ex incisione, vel adustione facta ab eo, sed ex graui ægritudine, aut lethali mortem obierit? Dic quod non, ita Couar. in cap. primo, de homic. in clem. par. prima, §. 4. nu. 2.

6 Tertia. Et si † officium medicinæ non sit clerico interdictum, cap. ad aures, de æta. & qualit. tamen hoc intelligendum est de clericis in minoribus ordinib. constitutis non beneficia habentibus, nõ intendentibus promoueri, sed clericis in sacris ordinibus constitutis, vel etiam in minoribus, dum tamen sufficienter beneficiati sint, non licet de physica operari, nisi gratis pro miserabilibus personis, vel consanguineis suis, nec etiam tunc, si posset esse periculum, quod longè strictius est in claustralibus obseruandum, qui si in casibus licitis exercerent medicinam, & infirmus absque illorum culpa moritur, non sunt irregulares: cum dent operã rei licitæ: quia medicina non est eis prohibita, d. c. ad aures.

7 Quarta. Seruientes † infirmis ministrantes quicquid petunt, si ex certa sciẽtia, uel ex probabili ignorantia, vel affectata, aliquid nociuum infirmo propinauerint quantumcunque petenti, grauiter peccant: quia faciunt contra charitatem, secundum Innocen. in d. cap. tua nos. Item si contra præceptum medici hoc faciant: quia in talibus credendum est medico, & non infirmo, ut patet 10. quæst. 1. cap. 1. & 2. vnde si ex hoc infirmus mortuus fuerit, irregularis est, ut per Innocen. & Abbat. in d. cap. tua nos, §. primo, num. 6.

8 Pariter † infirmus si medico non obediat, & si peccatum inobedientiæ non committat, quia nec prælatus eius est, incautè tamen facit: quia non credit perito in arte sua. Immo si ex certa scientia, uel improbabili ignorantia sumit potum, uel quicquam sibi nociuum, grauiter peccat: facit enim contra charitatem, quia debet seipsum diligere, & custodire, ut in eo seruiat Deo; vnde non licet in seipsum sæuire, vt patet ex no. de corpo. vi. significauit. Nec debet ire post cõcupiscentias suas, Ecclesiastici 18. Nec in carnis concupiscentiis ambulare, ad Roma. 8. nec in se manus iniicere, ff. de ædil. edic. l. cum autem. §. excipitur. ff. ad l. Aquil. l. liber homo. Si verò non crederet mortiferum, licèt crederet potu illo infirmitatem prorogari, hic non peccat mortaliter, vel ad minus non ita grauiter, sicut prius, quia grauior potest esse afflictio sitis, quàm febris. Vide Sylu. in ver. medicus. q. 7.

9 Sed nunquid † sanus tenetur viuere medicinaliter? Dic quòd non, quia omnia sana sanis. Si tamẽ scienter sine causa aliquid nociuũ reciperet, unde mors, uel infirmitas sequeretur, quæ ipsum à seruitio Dei subtraheret, peccaret, quia faceret contra charitatem.

10 Quæritur etiam, † nunquid irregularitatem contrahat is, qui infirmum in mortis agone nimis anxium uertit, vel transuertit in aliud latus, vt citius moriatur? Respon. quòd sic, immò etiam is, qui cõsuluit, si ex hoc mors fuerit citius subsecuta. Si autem citius nõ moriatur, ex hac causa nõ est irregularis, licèt aliàs pœnitere debeat de peccato, ita Spec. tit. de lega. §. iuxta propositionis. vers. quid si aliquis infirmum, &c. & versi. quid si cum velles. Couar. in clem. si furiosus, §. 4. num. 2. Verùm si infirmum in lecto moueret, vel ut aptius cibum ministrare valeat, vel ut quietius iaceat, etiam si mortem tantillum acceleret: nullam contrahit irregularitatem, quia dabat operã rei licitæ: nisi tanta esset iactatio, aut negligentia, ut prudentum consilio censeatur

tur potius occisio, atque adeo mortalis temeritas, Caiet. 2.2.q.64.art.8.

11 Quinta. Irregularis † est, qui à vulneratu sagittam extraxit, si modum non seruauit ab huius rei peritissimis viris præscriptum, vel operam dedit rei illicitæ, si ex hoc ipso vulneratus moritur. Couar. in d. clemen. si furiosus, num. 3. vers. hi vero.

12 Sexta. Quid si aliquis † tenet ursum, leonem, uel ceruum, & hic occidit aliquem, nunquid tenens sit irregularis? Respon. quòd non, dummodo malitiam non adhibeat, uel in lata culpa non sit, ff. si quad. pau. fec. dica. l. 2. & l. fin. ita Innoc. & Docto. in capit. ad audientiam, de homi.

13 Septima. Irregularis † censendus est, ut supra diximus in materia abortus, c. 62. illicitè ludens libidinis causa cum fœmina prægnante, si ex hoc contigerit abortio fœtus. Sic interpretatur com. tex. in cap. sicut, lo secondo, de homic. scilicet de ludo noxio, eo. tit. cap. continebatur. secus vero si laicus iste fuisset mulieris maritus, vel frater, vel coniunctus, sic quòd ludus licitus esset in personis, nec aliàs esset noxius in se, sed gracilis, & agilis, quia ex quo non præcessit culpa, talem euentum non crederem imputandum, ita Abb. in d. c. sicut, 2.

14 Octaua. Irregularis † non est censendus clericus, qui excitandi causa appetitum, equum ascendit, atque calcaribus stimulans hominem oppressit, cap. dilectus, de homic. ratio est, quia ascendere equum etiam pro salute corporali est dare operam rei licitæ. Abb. ibi in primo not. Sed quid si equus esset vitiosus, durus bucca, & per consequens non potuit illum frenare, & ita hominem occidit? Dic quod non videtur fuisse absque culpa, ff. ad l. Aquil. l. idem iuris. 1. & debuit intelligere infirmitatē suam alius periculosam, Insti. ad legem Aquil. §. imperitia quoque.

15 Nam leuissima † culpa facit hominē irregularem, de homicid. cap. continebatur. & hoc maximè procedit, quando equus erat suus: quia tunc præsumitur, quod sciret vitiū equi. Sed si in veritate vitium ignoraret, de quo statur proprio iuramento ipsius, cum quæratur de eius conscientia, vt per glo. in cap. si vero, de senten. excommunic. tunc euitabit irregularitatem. Ita Do. Ant. in cap. significasti, de homic.

16 Nona. Irregularis † est magister morte inde secuta, qui percutiendo discipulum excessit modū in correctione, l. prçceptoris. ff. ad legem Aquil. l. item quæritur. §. item Iulianus. ff. loca. cap. presbyterum, de homic. quamuis quò ad legem gratiæ, & in iudicio animæ puniri non debeat, ut homicida dolosus: quia hoc dolosè non fecit, 15. quæst. 1. si quis non iratus. Quod secus est quò ad legem pro motionis, quæ non inspicit animum, sed factum, ut in d. cap. presbyterum. Quinimmò hoc procedit etiā si discipulus ex percussione conualuerit, & postea recidiuauerit, quia semper causa subfuit, de pœnit. distinc. 2. si quis semel. Hoc verum secundum Docto. in dubio. Sed si recidiuatio fuerit ex alia causa, puta ex corruptis humoribus, in nullo tenetur magister: Credēdum est igitur peritis in arte. Abb. in d. cap. presbytérum, & D. Ant. in c. ad audientiam. eo. tit.

17 Decima. Prçlati † pariter, & parentes absque nota excōmunicationis possunt correctionis causa verberare clericos, Abb. in cap. cum voluntate, de sentent. excommunic. Immo etiā si aliquo modo excedant vsque ad sanguinis effusionem, non sunt censendi incurrisse in cēsuras: modo sit prçter illorum voluntatem: ratio est, quia dant operam rei licitæ. At verò secus esset, si excessus cum effusione sanguinis adeò fuisset enormis, ut odii indiciū existeret: nam tunc præter peccatum mortale, ut inquit Apostolo. ad Eph. cap. 6. incurrerent in excommunicationem, Sotus de iu. & iu. lib. 5. quæst. 2. art. 2.

18 Vndecima. Non est † irregularis, qui dum pulsat cāpanas, casu homicidii causam dedit: & ratio est, quia casuale homici-

micidium non imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, & nec fuit in culpa, cap. Petrus, de homic. nec qui eas pulsat in signum, quòd sit aliquis furca suspendendus, Doct. in d. cap. Ioannes. nec etiá qui ligna dederit ad comburendum hæreticum mortuum, quia neque causam propinquam, neque remotam dedit morti: secus si illa dedisset, vt combureretur viuus, Felin. in cap. sicut. §. hi quoque, de homicid.

19 Sed quid † si pulsasset clericus ad captionem furis, vel alterius malefactoris, vt est moris; vel quid si pulsasset ad auxilium suum; quia obsidebatur in domo, & imminebat sibi periculum? Respon. quòd in primo casu fit irregularis, si malefactor capiatur, secuta morte; quia hoc non licet clerico pro iustitia. Secundo casu si faceret ad defensionem ineuitabilem personæ, hoc ei licitum est, quia licitum est alios conuocare ad sui defensionem, glo. in c. signaficasti, 2. de homic. & sic non est irregularis. Si autem aliter saluus fieri poterat, secus, de homic. cap. suscepimus.

20 Sed quid si dum venirent † homines armati ad deprædandam villam, & presbyter pulsauit campanas, vel iussit pulsari, hac intentione, vt illi aufugerent, aliqui illorum fuerunt capti, & occisi? Dic quòd si faciebat ob sui timorem, vel Ecclesiæ, ne bona deprędarentur, & ineuitabiliter timebat facti damnum, non est irregularis. Si autem hoc fecit tãtum ad defensionem bonorum rusticorum, quamquàm daret operam rei licitæ, non credo clerico hoc permissum, & sic credo ipsum irregularem, & ita de facto cósuluit Dom. Ant. de Butr. ut ipse refert in d. cap. Ioannes.

21 Duodecima. Occidens † ex necessitate ineuitabili prouenienti ex culpa, ut quia ad mulierem alienam ingreditur, & ut se defenderet à marito, qui illum cum sua vxore volebat interficere, ipsum interfecit, homicida est, cap. illud, §. 1. 15. quæst. secunda: Ratio est, quia talis ingressus iure dici potest vi ad tale homicidium, facit tex. in cap. de cætero, de homicid.

22 Tertiadecima. Peccat † mortaliter is, qui casu interficit puerum tenellum in lectulo, cap. consuluisti, 2. q. 5. & solet apponi excommunicatio, vel inhiberi sub eadem pœna. Immò & si non suffocauerat, tamen peccat mortaliter, quando ita puerum collocauit, ut periculum immineret in somno suffocandi eum. Verùm si lectulus esset extensus, & puerum non haberet prope se, atque nutrix semper consueuit inueniri in eodem lecto, & situ, quo incipiendo dormire se posuit, & implacabilitas infantis hoc exigat, excusari videtur, ita Caiet. 2. 2. q. 64. articu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Offensiones quatuor considerantur in peccato mortali.*
2 *Punitus, vel absolutus à crimine, de quo plures indices cognoscere possunt, ab vno, potest ab alio puniri.*
3 *Homicidio pœna, quæ sit tum ciuili, tum canonico iure constituta.*
4 *Homicida in animæ iudicio non absoluendus, nisi damno compensato, & ad quæ teneatur in resarciendo damno.*
5 *Homicidæ est iniungendum, vt ieiuniis, & orationibus, adiuuet mortuum apud Deum.*
6 *Homicidæ hæredes tenentur ad soluendum damnum, licet à iustitia fuerit pœna affectus.*

De pœnitentia iniungenda homicidæ in iudicio animæ. Cap. LXVII.

1 PRo huius † capituli maiori intelligentia notandũ est, quòd in peccato mortali possunt cósiderari quatuor offensiones. Prima offensio fit contra Deum. Secunda fit cõtra Ecclesiam; quia quilibet peccando mortaliter contrauenit pręceptis

Dei,& Romanæ ecclesiæ. Tertia offensio fit contra Rempublicam. Quarta cõtra proximum. De primis duabus offensionibus loquitur glo.in c.peccati, de regu. iur. lib. 6. ubi attribuit singulas satisfactiones, videlicet per amaritudinẽ, & cõtritionem cordis fit satisfactio quò ad Deum,ex quo Deus dicitur cordium scrutatur,vt not. Andr.de Iser.in c.1.§.si verò voluerit,col.1.de Capi.qui cur. vẽ. & habetur in Ps.7. Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda,& renes Deus. Per pęnitentiam vero impositam à sacerdote fit satisfactio quò ad Ecclesiam,gl.in d.c.peccati. De aliis duabus offensionibus loquitur tex. in l.licitatio. §. quod illicite. ff. de publ. & in l. ancillę. C. de furt.& in l.si pro fure. §.1. ff.de cond. furt. quibus in iuribus habetur, quod ex delicto oriuntur duæ actiones, vna ad vindictã publicam, ex quo respublica est offensa: & alia ad priuatam vtilitatem, ex quo priuatus est offensus, vt quando fuit passus aliquod furtum. Vnde quia Respublica est offensa,prodita est satisfactio ipsi Reipublicæ,idest per pœnas legitimas à iure proditas: quia interest Reipublicæ,quòd delicta puniantur. l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil. l.si operis. C. de pœnis. l.si à reo.§.fin.ff. de fideiuss. Quò ad offensionem verò proximi est prodita satisfactio per rei ablatæ restitutionem, vt in d.c.peccatum,de regu.iur. lib. 6. c. cum tu,de vsur. cap.si res aliena,14.q.6. possunt tamen istę quatuor satisfactiones simul concurrere in omni delicto, seu peccato, cui possunt adaptari, & vna per aliam non tollitur.

2 Ex hoc † sequitur,quòd si aliquis cõmisisset crimen,de quo potest cognoscere iudex ecclesiasticus, vel secularis, ut in blasphemia Dei, de qua loquitur tex. in c.statuimus,extra de maled. uel in crimine adulterii,vel vsuræ.tunc si talis delinquens esset punitus per unum iudicem, potest etiam per alium puniri, & una pœna per aliam nõ tollitur, ex quo maior est pęna iudicis secularis,ideo non tolleretur per pęnam iudicis ecclesiastici, casus est in d.c. statuimus. & ibi per Abbatem,& in cap. felicis, §.pro hoc, de pœnis, lib. 6. per quem text. ita concludit Abb.in c.tuæ, col. pen. de procur.& Bal.in l.placet.C.de sacrosan. eccl. & in l.si quis in hoc genus, de episc.& cle.Felyn.in c.de his,col. fi. de accusat. Roma. cons.375.quibus adde Abbatem,in d. c. de his,col.pen. vbi dicit,quod pro eodem delicto imponitur pęna in foro animæ, vt satisfaciat Deo,quem offendit, & etiã imponitur pęna in foro fori; quia offendit Rempublicã,vt supra dixi, quod no. Sic quamuis Iudęo baptizato plenariam delictorum remissionem concedant iura canonica,26.di.c.1.in fi.c.una,de consecr.distin. 4. illa tamen intelliguntur in foro canonico, & non respectu fori secularis, cui statim commisso delicto ius quæsitum fuit,l. licitatio.§. quod illicitè. ff.de publ.l.fin.ff.de priu.delict. vnde videmus, quod absolutus à crimine in foro ecclesiastico,potest in foro seculari cõueniri, vt latè probat Pet. de Anchar. in reg.ea,quæ.de regu.iur.lib.6. Anton. de Butr.& Abb.in capitu.1.de offic. ordin. & ideò absolutio facta ab Ecclesia nõ intelligitur facta in præiudicium fori secularis, & hoc modo confirmatur communis opinio,quæ habet, quod sacramentũ baptismi non liberat baptizatum à pęna delicti in pręiudicium Reipublicæ,vt tenet Innoc. Ioan. Andr. Petr. de Perus. Anto.de Butr.& Abb.post glo.in c. gaudemus,de diuort.& Abb.in c.de his, de accus.quia talis remissio videtur habere causam limitatam respectu animæ, & quia Ecclesia non defendit iustè cõdemnatos pro furtis, & delictis,c.fi.14. q. fi. & quia beneficium absolutionis, quod ab Ecclesia conceditur,sine pręiudicio alterius intelligitur,arg.tex. in c.ex tuarũ, de auth. & usu pall. cap.super eo, de off. deleg.& præsertim dicendum est in Ecclesia,quæ est cultrix iustitiæ,c.1.de alie. feud. facit quod dicitur in Euangelio, Reddite quę sunt Cæsaris, Cæsari, & quę Dei, Deo. Eodem etiam modo absolutio

solutio facta in foro pœnitentiali non tollit quò minus possit quis in foro iudiciali, & ecclesiastico puniri. Quibus sic stantibus dico, quod homicidij pœna alia est in foro animæ; alia ecclesiastica, alia ciuilis ad ęstimationem damni, alia criminalis, una tamen per aliam non tollitur.] nam pœna homicidii † si ciuiliter agitur, est, ut teneatur homicida ad æstimationem pecuniariam damni dati, ff. ad l. Aquil. l. 2. & 3. non ad corporalem, ff. ad leg. Corn. de sicar. l. 1. & l. eum. Et præstans causam homicidio alterius per lasciuiam, per quinquennium relegatur. ff. ad l. Corn. de sica. l. 4. §. 1. secundum Canones quinquennis pœnitentia imponitur, 50. distin. eos. Homicidij verò voluntarii pœna est deportatio omnibus bonis ademptis. ff. ad leg. Cornel. de sica. l. 4. §. legitur. [& secundum Canones clericus homicida deponendus est, c. presbyter, dist. 81. c. cũ non ab homine, de iudic. atque detrudendus in monasterium, vt ibi fleat sua peccata, c. sacerdos, dist. 81. & beneficiis, licet non sit priuatus ipsò iure, secundùm commu. vt voluit Innoc. in c. cum nostris, de concess. præben. sequitur Bald. in l. cum fratrem. C. de his qui. vt indig. Dec. consi. 166. in princ. 1. vol. de rescrip. tamen est priuandus per sententiam, & est irregularis, vnde ante dispensationem non potest de nouo acquirere beneficia ecclesiastica, iuxta dictum Panor. in d. c. cum nostris. & si acquisierit, non potest illa retinere vllo tempore, tanquam non sua, argu. c. 1, de reg. iur. lib. 6. sicut nec fur potest retinere rem furto subtractam tanquam suam, c. sępe, de restit. spol. posset tamen retinere aliquo tempore boni uiri arbitrio moderando tanquam non sua, cum voluntate relinquendi quàm citò commodè, & honestè potest. ita Nauar. extra de homic. cons. 2. lib. 2. vt irregularis non potest promoueri ad ordines. & si est homicidium voluntarium, Episcopus cum eo dispensare non potest, vt statuitur in sess. 14. Conc. Trid. in c. 7. & 24. c. liceat.] Si verò laicus est, excommunicatur, 50. dist. si quis viduam, & c. si quis voluntatis.

4 In iudicio verò † animæ non debet absolui, nisi prius illatum damnum compenset, aut proponat, idest medicationis expensas, stipendia, quæ tempore totius vitæ, & infirmitatis fecisset, l. ex hac lege. ff. si quadr. paup. fec. dic. l. fi. ff. de his qui eiece. vel effud. Nec non alere tenetur familiam, quam occisus alebat, arbitrio tamen prudentum faciendum, ita Afflic. in c. 1. nu. 21. ex quib. caus. feud. amitt. ex tex. in l. si quando. C. vnde vi. clarus tex. vbi Abb. in c. fi. de his quæ ui, aut met. ca. Bar. in l. interdum. §. qui furtum. ff. de furt. habita tamen ratione personæ occisæ, & occidentis, an occidens sit diuitijs præpotens, an possit soluere. item est ratio habenda, quod occisus poterat cito mori, quamuis regulariter pręsumat quis viuere vsque ad centum annos, l. fin. C. de sacrosan. eccl. l. quę vsusfructus. ff. de vsufr. glo. & Decto. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmo. testa. aper. Denique in foro conscientię nunquam quis est coniiciendus in grauem, atque extremam necessitatem.

5 Rursum † pręter dãnum est ei iniungendum, vt ieiuniis, atque orationibus mortuum apud Deum adiuuet, Sotus, lib. 5. de iust. & iu. ar. 3. col. 4. Sylu. in ver. Restitutio. 3. nu. 2. ubi etiam inquit, ꝙ qui secundũ ius aliquem interficit, nulli restitutioni est obnoxius: & ratio est, quia non peccat, cum authoritate legis id faciat, 23. q. 4. qui peccat, glo. in c. fęlicis, ver. percusserint, de pęnis, lib. 6.

6 Sed quid † dicendum de hærede ipsius homicidæ, quem iudex puniuit, an teneatur ad soluendum damnum parti, idest hæredibus occisi, secundum Abba. in cap. 1. de iniur. col. 1. in fi. quod homicida, vel latro intulit? Respond. quod sic: quia lex naturalis, & diuina obligat hæredem ad restituendum damnum parti, antequam à iudice latro, vel homicida puniatur. Et illa punitio, quæ in uindictam publicam irrogatur, est compensatio iniuriæ ipsi Reipublicæ

illatæ, l.ita vulneratus. ff.ad l.Aquil.quæ non liberat à debito,quod parti debetur. Nam qui duobus diuersas res debet, nõ liberatur soluẽdo uni, quod ei debet,nec soluendo uni, quod alteri debet, c. cum te, de iure patr. in specie Nauar. cap.15. nu.22. vers.Interrogatus.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium spirituale, quale, & quotuplex.*
2 *Scandalum duplex, & de natura vtriusque, nu.seq.*
4 *Scandalum actiuum directè ex intentione procedens correctioni fraternæ opponitur, & quo casu mortale,vel veniale sit, nu. seq.*
5 *Scandalum actiuum per accidens, quando committatur.*
6 *Scandali peccato, quomodo quis propriè astringi dicatur, & ad quid pro reuocando scandalizato, teneatur.*
7 *Mulierem sollicitans ad explendam libidinem non committit scandalum.*
8 *Mortale est, ea, quæ sunt de necessitate salutis omittere propter scandalum.*
9 *Veritas triplex pro scandalo vitando, an omitti possit. nu.seq.*
11 *Falsum docere ad euitandum scandalum nullo modo fas esse, potest tamen pro tempore omitti actus. fallit, nu. seq.*
13 *Missarum solemnia omitti,& ipsas missas festiuis diebus non audire ob scandalum quo casu liceat.*
14 *Superiori etiã iustè præcipienti potest denegari obedientia ob scandalũ euitandum.*
15 *Prælatus his verbis, Præcipio tibi non obstante quocunque scandalo, &c. non potest obedientiam præcipere.*
16 *Regentes Cancellariæ licet impediant voluntatem summi Pontificis, quo casu nõ incurrant in censuram bullæ.*
17 *Repetitio rei Ecclesiæ ob scandalum vitandum, procedens ex ignorantia, differri potest, sed an si ex malitia, nu.seq. & num. 19.*
20 *Prælatus in quærendis, non in quæsitis præiudicat Ecclesiæ.*
21 *Beneficiatus iuri quærendo renunciare potest, quæsito non, nisi ex superioris consensu.*
Episcopus relicta ad pium vsum, nondum executa voluntate testatoris, alienare potest.
22 *Prælatus cum conuentu, vbi agitur de acquirendis potest permittere, vt propinqui ingressi habeant eius bona.*
23 *Ecclesiæ restitutio in integrum datur in legato per prælatum repudiato.*
24 *Clericis, cohabitatio cũ muliere, vel etiam masculo vnde scandalum oritur, parit mortale.*
25 *Mulier,quæ ex nulla necessitate præbet se conspiciendam ei, qui statim animo sit peccaturus, mortaliter peccat.*
26 *Vtens familiaritate non bona sine causa, vnde existat scandalum, lethale admittit.*
27 *Transiens per domum eius, quem scit vel ex ira, vel ex libidine peccaturum, mortale incurrit.*

De scandalo. Cap. LXVIII.

SAtis supra dictum fuit à nobis de homicidio corporali, restat modo, ut subtiliter inuestigemus de homicidio † spiritua-
1 li, quo quis spiritualiter, & quadam iuris fictione occiditur: Quod fit pluribus modis, scilicet proximum scandalixãdo, idest, uita sua contaminata corrumpendo, item omittẽdo fraternam correctionem, nec non odiendo, iuxta illud, Qui odit fratrem suum, homicida est,& probatur per tex.de pœn. dist. 1. homicidiorum. Sed cæteris pro nunc omissis examinemus primam speciem homicidii spiritualis, quod fit scandalizando.

2 Scandalum† igitur,iuxta latinã introductionem, est offendiculum, & impactio pedis, cap. diffinimus, 18.q.2. Hoc autem bifariam distinguitur,quia aut datum, aut acceptum. Scandalum datum dicitur à scholasticis scãdalum actiuum. Et est,authore Hieronymo, dictum, aut

factum

factum minus rectum, quod ex se alteri præbet occasionem ruinæ. Et hoc quidem scandalum semper est peccatum in eo, qui scandalizat, cum ipsum opus sit peccatum, vel habens speciem peccati. Qua ratione propter proximi charitaté, & hoc ipsum opus agendum non est, ne proximus quidem ad id impingat, & labatur. vnde ea ratione, & cura id scandalum vitandum est, qua tenetur quis cætera peccata effugere.

3 Est † & alterum scandalum, quod dicitur propriè acceptum, & non datum, & id passiuum appellatur. Quod quidé dicitur peccatum proueniens ex bono opere alterius, aut saltem ex facto, quod mali speciem non habet; contingitque propriè hoc scandalum in eo, qui scandalizatur. Hinc dicitur acceptum, quia ex ea re, quæ apta non est ad dandam occasionem mali, quis peccandi occasionem accipit.

4 Præterea animaduertendum est,† scádalum dupliciter posse euenire, vno modo si prębens scandalum directè, & ex intentione, seductione, inductione contendit proximum in ruinam coniicere, atque illum ad peccatum allicere, quod sanè peculiare peccatum est in propria per se specie constitutum. Quapropter ex intentione specialis finis, quæ intendit speciale proximi nocumentum, sortitur rationem specialis peccati, & opponitur correctioni fraternæ, quæ virtus in hoc exposita est, ut bonum spirituale fratris promoueatur.

5 Altero † modo contingit scandalum actiuum per accidens, hoc est præter intentionem agentis, cum quis uel peccatum, vel opus, quod illius figuram habere potest, alia intentione facit, quàm ut fratrem pręcipitet; tametsi is ob eius imbecillitatem inde in præcipitium ruat, & scandalizetur, & tunc non est speciale peccatum, quia quod est per accidens, nō constituit peccati speciem, ita D. Thom. 2.2.quæst.43.art.3. peccatum vero scandali ex intétione agentis procedens mortale est, vbi intentio ad mortale tendit, veniale tandem, cum agens proximum intendit in venialem culpam inducere, sic D. Thom. in 1.quęstio. art.4. sed hæc infra exemplis sufficientissimè explicabimus.

6 Primum. Speciali † peccato scandali propriè peccat, qui malum operatur, uel quod habet speciem mali, intendens aliú inducere in ruinam, puta ad consensum fornicationis, adulterii, & huiusmodi: hoc enim opus directe tendit aduersus correctionem fraternam, cum ex eo læsio animę contingat, ut tradit D. Tho. 2.2.quæstio.43. articu. 3. tenetur tamen talis scádalizans si aliquem traxit ad peccatum, ei suadere vt resipiscat tam suis, quàm alienis orationibus, atque efficacibus suasionibus; dumtamen non prodat peccatum illius occultum, iuxta ea, quę tradit Archiep. Flor. de restitut. cap. secundo.

7 Secundum. Qui alterum † prouocat ad peccatum non propter finem, ut consentiens incurrat malum culpæ, sed ut libidini, & voluntati satisfaciat, nempe qui mulierem verbis blandis, & donis inducit, vt secum fornicetur, non peccat speciali peccato scandali, sed hęc inductio ad illud pertinet crimen, quod per eam speciem peccati, ad quod prouocat, persuadetur, scilicet fornicationis, & inest circumstátia grauitatis illi operi ex eo, quòd ita incautè peccauerit, ut occasioné ruinę proximo dederit, quemadmodum explicat Caiet. 2.2.q. 48. ar.7. Sylu. in ver. scandalum, nu.1. Nauar. in Manua. c.14. nu.28.

8 Tertium. Prętermittere † ea, quę sunt de necessitate salutis propter scandalum vitandum, peccatum est mortale, ut sunt opera illa, quę sine peccato mortali omitti non possunt, vel ea committere pro scandalo vitando, quę sine peccato mortali committi nequeunt, tex. est in c. 2. de noui oper. nunc. & ratio est, quia nullus mortaliter peccare debet, vt alterius peccatum impediat: quia secundum ordinem charitatis, plus debet homo suam salutem spiritualem diligére, quàm alterius,

rius, & ideo quæ sunt de necessitate salutis, prætermitti nō debent propter scandalum vitandum, ita explicat D. Thom. in d.q.43.art.7. Respondeo.

9 [Hinc † plura inferuntur. Et primo, notanda est regula Hieron. scilicet, quod dimittendum est propter scandalum omne, quod potest prætermitti: salua triplici veritate, scilicet, vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, de quibus veritatibus loquitur glo. in ver. in rebus, in Auth. de fide instrum. §. si vero morientur, in fi. coll. 6. vnde de reg. iur. qui scandalizauerit, dicitur: Vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur, scilicet, vitæ, iustitiæ, & doctrinæ. Vnde cum veritas viæ sit Christus Dominus, qui de seipso apud Ioan. in Euangelio, cap. 14. dicit: Ego sum via, veritas, & vita, & not. in Auth. de fide instrum. in princ. in glo. in ver. mutatio. Et alibi, Veritas de terra orta est, id est, Christus de Maria, 36. q. 10. fraternitatis. Hæc propter scandalum omitti non debet, immò vtilius scandalum nasci permittitur, quàm ut talis veritas relinquatur. & pro tali veritate fidei debemus pati supplicium, 11. q. 3.
10 nemo † peritorum, & c. quisquis. Melius est enim omnia mala pati, quàm errori fidei consentire, 22. q. 2. primum, & ibi not. 83. dist. error.

Infertur secundo, quod ueritas humanę iustitiæ, diuino nutu, seu motu per ora Principum promulgata, l. fin. §. fi. C. de præscript. 10. vel 20. annor. quę pertinet ad iudicem, propter scandalum omitti non debet. Verum hoc indiget distinctione. Nam opus iustitiæ dupliciter considerari potest. Primo vnicuique ius suū reddere, secundo pœnas à iure statutas infligere. Primum nunquam est propter scandalum omittendum, vnde Eccles. 4. dicitur, Pro iustitia agonizare, id est, agones substine, siue pugna pro anima tua, hoc est pro anima tua saluanda pugnabis. Nam qui iustitiam defendit, salutem animæ suæ acquirit, licet corporaliter occidatur. sequitur, Et usque ad mortem certa pro iustitia, id est, mortem corporis certa pro iustitia defendenda, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos, id est, visibiles, & inuisibiles, qui non humana virtute, sed diuina ope superantur. Circa secundum, scilicet pęnas infligere, hoc potest quandoque suspendere propter pericula, quæ inde possint euenire, & maxime, quando Princeps, vel multitudo est in scelere: & timetur si pœna infligatur, inde scisma, vel aliud magnū malum euenire. Sed nota quod si tales, qui peccatum faciunt, quadam authoritate defendunt ad instar hæreticorum, quasi non sit peccatum, tunc contra tales dormire non debet seueritas disciplinæ, quin excommunicentur: quia & tales hæretici possunt dici, de pœn. distin. 6. cap. 1. in fi. & distin. 40. Domino sancto, & dist. 82. plurimos. Si uero non defendant peccatum suum, & timeatur scisma, vel aliud malum, dissimulari potest, & debet: nam, vt inquit Aug. ad Bonifacium, Vbi multorum strages latet, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat, distin. 40. vt constitueretur. fiant tamen comminationes de scripturis, & interim alliciantur cautè discretiores, quorum authoritate cęterorum multitudo frangatur, distin. 44. ostentationes. Hæc Alex. an. 2. titu. 2. cap. de scandalo, ar. 6. q. 9.]

11 Infertur tertio, † quod ille, cui incumbit officium docendi, propter nullū scandalum, quod sequi videtur, debet ullum falsum docere, cum veritas, quæ docetur, sit de necessitate salutis, scilicet vt falsum non doceatur, vnde inordinata esset charitas ob scandalum proximi vitandum omittere veritatem, falsum prędicando, D. Thom. in dicto quodlib. 43. art. 7. ad secundum. Actum vero ipsum docendi omittere quis potest ad tempus, propter scandalū, quod oriretur ex ignorantia pusillorum, donec aptiori loco, & tempore magis congruo fieri cum maiori utilitate possit: ratio est, quia non tenetur quis ad actum docendi, nisi opportuno tempore, quo magis docere, quàm

irritare

irritare pusillos ualeat, iuxta ea, quæ tradit D. Thom. qui supra.

12 Quod † si iam ita processum fuerit vt scandalum hoc ex actu docendi malitiosum sit, procedatque ex malitia potius, quàm ex ignorantia, nō est doctrina ob scandalum omittenda, præsertim vbi docendi actus necessario incumbit alicui, vel ratione officii, vel propter necessitatem ignorãtis, Couar. in reg. peccatum, prima par. nu. 4. vers. 2.

13 Potest † etiam quis omittere diuinarum missarum solemnia, & abstinere ab auditione missæ etiam diebus festis, ob euitandum scandalū eorum, qui absque malitia iustis quibusdam causis censent eum esse excommunicatum, tametsi vere excommunicatus non sit, quod probatur argum. tex. in cap. illud, de cler. excommu. ministr. Vnde abstinere debet à diuinis, donec palam fiat eum excommunicatum non esse, Couar. qui supra versi. 3. hinc.

14 Tertium. Peccatum † est mortale Prelatis, & superioribus non obtemperare, ad Rom. cap. 13. c. 2. de maio. & obed. c. omnis anima, de censi. Tamen propter scandalum uitandum potest iustè omitti obedientia hæc, quod probat tex. opti. in c. si quando, de rescrip. Quod quidē procedit, vt non solum supersedendum sit obedientiæ superioris ob scandalum uitandum, cū ipse superior quid iniquum præcipiat, sed etiam cum aliquid iustum præceperit; ratio si quidem scandalum uitandi operatur, ut tunc cesset lex illa, quæ dicat superioribus obtemperãdum, hoc probatur in cap. cum teneamur, de preben. & ibi Dec. Vbi solam rationem scandali sufficere censet Romanus Pontifex in specie illa, ut eius litteris minimè obtemperetur, facit etiam glo. in cap. 1. distin. 62. quæ probat electionem alioquin iustè factam irritam fieri, & reuocari ob scandalum uitandum, not. Abb. in c. 1. col. 2. de elec.

15 Hinc † Prælatus obedientiam inferiori præcipere non potest his verbis, uidelicet: Præcipio tibi hoc, nō obstante quocunque scandalo, quod exinde oriri possit, cum sit hoc contra charitatem, quæ finis debitus est præcepti, 1. Timot. c. 1. Hinc licet alioquin præceptum superioris præsumatur iustum in dubio, c. quid culpatur, 23. q. 1. attamen poterit differri eius executio, quoties maius damnum timeretur ex eo, quàm ex dilatione, quæ fit donec appareat de uera precepti iustitia, Couar. in dicta reg. peccatum, num. 5. in fine.

16 Quod nota, † quia facit pro Regentibus Cancellarię, qui si ex hoc capite nolunt dare Regium exequatur, vel impediunt voluntatem summi Pontificis, donec illi scribant, non propterea incurrūt in censuram Bullæ Cœnæ Domini, tanquàm impedientes libertatem ecclesiasticam. [Sed an ad tollendum scandalum sit parendum Prælato, qui præcipit sacerdoti existenti in peccato mortali, vt missam celebret? Dic quod non: quia in his, quæ sunt contra Deum, non est obediendum Prælatis, 11. q. 3. cap. non semper. & nullum malum faciendū est propter obedientiam, 11. q. 3. cap. quid ergo. Quare compensatio metus scandali admittenda non est, dist. 14. cap. quod ait. Nec casus necessitatis, vel metus depositionis, vel excōmunicationis, quia potius debet omnia mala pati, quàm malo consentire, c. sacris, de his quæ ui.]

17 Quarta. Non peccat † Prælatus, qui differt repetitionem rerum ecclesiasticarum ad tempus ob scandalum uitandū, quod procedit ex infirmitate, vel ignorãtia, verum si scandalum ex malitia oritur, debet etiam repetere cum eo. Est enim Prælatis repetitio rerum ecclesiasticarum, & defensio necessaria de necessitate salutis, & sic D. Thomas Cantuariensis archipresul laudatur, qui cū scandalo Regis, & totius regni bona Ecclesiæ repetere conatus est, c. sicut dignum, de homic. D. Tho. 24 q. 43. art. fin.

18 Sed notandum † est, quòd & si Prælatus ob uitandum scandalum malitiosum in illis, qui ex malitia scandalizantur, differre non potest repetitionem re-

rum ecclesiasticarum, tamen differre debet propter spirituale, vel temporale dānū, quod aliis imminet, si repetitio fiat. Vnde si Princeps aliquis populū ad infidelitatem potius duceret, quàm sufferret exigi rapta à se ab Ecclesia, vel alio Principe, vt Hieroboan fecit in populo Israel, ne perderet regnum, differenda esset repetitio rerum Ecclesiæ, non propter Principem, sed ob populi salutem, Caiet. in d. art. fin.

19 Concluditur ergo, † quod potest Prçlatus absque peccato quandoque differre repetitionem rerum Ecclesiæ, quemadmodum etiam dicimus de Prçlato, qui sperat, & suspicatur minori cum scandalo res Ecclesiarum posse alio tempore repeti, nam tunc debet differre usque in illud tempus, etiam si scandalum sit malitiosum. Abb. in c. nihil, de præscrip. Couar. qui supra, nu. 6. tandem propter scandalum uitandum multa conceduntur, vt per Fely. in cap. nihil. de præscrip. qui ponit 35. casus in materia scandali.

20 Sed an † Prælatus possit Ecclesię præiudicare in quęrendis? Dic quod sic. Nō autem in quæsitis. Vnde licet res Ecclesiæ non possint alienari, nisi interueniat solemnitas, de qua in c. sine exceptione. 12. q. 2. nihilominus tamen solus Prælatus potest repudiare legatum factum Ecclesiæ, ita Bal. in l. pupillorum, C. de repud. hæred. sequitur Abb. in cap. 1. de in integ. restitu. & in cap. 1. colum. 8. de dolo, & contum. Ad hoc glo. no. in cap. fin. 16. q. 1. Innoc. in cap. fraternitatem, de donat. facit glo. in cap. potuit, loca. quæ dicit, quòd Prælatus recipiens solutionē ab eo, quem poterat priuare propter nō solutum canonem præiudicat Ecclesiæ, vt amplius expellere non possit, Andr. Siculus in cap. cum causa, de emptio. & vendit. colum. 7. vers. Tu limita. facit notabile dictum Innoc. in cap. quod in dubiis, de renunc.

21 Vbi dicit, quod licet beneficiatus † nō possit renunciare beneficio quæsito sine superioris consensu, bene tamen iuri quærendo, ut in cap. veniens, eod. titu. & cap. dilecti. facit etiam mirabile dictum Ioan. de Imo. in l. prima, 3. colum. vers. sed & si uis tenere, ff. de condit. instit. Vbi inquit, quòd licet Episcopus, vel alius citra Papam non possit alterare relicta ad pium usum, clementina, quia contingit, in princip. de relig. domi. adde l. libertus octuaginta. ff. de bon. lib. hoc tamen est verum in uoluntate testatoris executa: quia voluntatem testatoris nōdum executam potest Episcopus alterare, quia facilius tollitur faciēdum, quàm factum. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. quemadmodum, de iureiuran.

22 Sic licet bona † ingressi acquirantur monasterio, ut in authen. ingressi, C. de sacrosanc. eccl. cap. quia ingredientibus, de testam. tamen Prælatus cum suo conuentu posset permittere, quòd illa bona vadant ad coniunctos ingressi; & hoc ideo, quia agitur de acquirendis. Ita Bal. in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccle. Andr. Sic. in cap. suam, de pœnit. vers. 4. col. 1.

23 Vnum tamen non omitto, † quòd & si Prælatus possit repudiare legatum factum Ecclesiæ, tamen contra huiusmodi repudiationem competit Ecclesiæ beneficium restitutionis in integrū, quod datur sibi, etiam quando agitur de lucro captando, vbicunque Ecclesia poterat lucrum consequi, & ex facilitate, vel negligentia Prælati non fuit consecuta, ita sentit Abb. in cap. auditis, vers. restituimus, de restitu. in integr. facit tex. in cap. constitutus, eod. titu. & ibi Abb. ut not. glo. in cap. fin. 12. quæst. 3. quam commendat Abb. in cap. 1. colum. 3. de restitu. in integr. Ad idem est tex. in l. ait prætor, in fi. de minor. quod tene menti. Ex his igitur constat quando prçlatus possit differre, vel repudiare res Ecclesiasticas.

24 Quintum. Peccat † mortaliter peccato scādali clericus, qui cohabitat mulieri, de qua possit esse scandalum, quod nascitur ex suspicione, etiam si sit consanguinea vel affinis, ad quod facit tex. in cap. primo, de cohab. cler. vel mulie. cap.

inter-

interdixit, dist. 32. & multo magis si cohabitat masculo tali, de quo rationabiliter suspicari possit: eis autem de quibus nulla potest esse suspicio, vel periculum, quod imminet inde perpetrandę iniquitatis, quales esse videntur omnes, quibus ante ordinationem sine suspicione poterat habitare, nunc etiam licitè cohabitat, veluti mater, soror, amita, matertera, filia, & multum seniores, 32. dis. & dist. 81. cap. in omnibus, & cap. cum à nobis, de cohab. cler. uel muli. cap. fœminas, distin. 81. Sylu. in ver. clericus, 2. nu. 2. vers. quarto.

25 Sextum. Eodem † genere peccati peccat mulier illa, quæ sine causa, idest absque vlla necessitate, vel utilitate supponit se oculis illius, quem credit, simulatque perpsexit, peruersum aliquod desiderium mortale concepturum, etiam si illa non intendat ad huiusmodi desiderium allicere, Syluest. qui supra, q. 3. in fine, & in ver. scandalum, quęst. 2. in fi. Quod aliter esset dicendum, si mulier non posset congruo quodam modo talia loca non adire, aut tunc tẽporis illic non adesse, vbi ab alio solet videri, quia fortè eundum est illi ad Ecclesiam, vel oportet sedere ad ianuam cum alijs amicabus, & affinibus, ne inurbanitatis posit argui: nam tunc nõ peccat mortaliter, ita Nau. c. 14. num. 30. in Manuali.

26 Septimum. Peccat † etiam mortaliter eodem genere peccati habens malam familiaritatem absque necessaria causa, ex qua aliqui scandalizantur, nefaria cogitando, & iudicando, licèt non intendat peccatum, vel scandalum: & ratio est, quia dat scandalum actiuum, & si non per se, quia non vult, aut cogitat, vt aliquis scandalizetur, tamen dat per accidens; quia illud vult in sua causa, veluti intẽdens ire per lutum, intendit madefacere pedes, & intẽdens excessiuum potum, intendit ebrietatem, Sylu. in ver. scandalum, q. 2. vers. 3.

27 Eodem modo † peccant transeuntes per domum alterius, & scientes illum ira, aut amore libidinoso per eius transitum peccaturum, glos. sing. in cap. quis autem, dist. 10. sic etiam mortaliter peccant, qui nudos se ostendunt, aut ita vestibus indutos, vt mulieribus pudenda eorum interluceant, Nauar. capitu, 14. nume. 11.

SVMMARIVM.

1 *Proximum non corrigere, spiritualis homicidii species est, & qui ad corrigendum teneantur.*

2 *Correctionis fraternæ omissæ pœna, quo iure introducta.*

3 *Correctio fraterna præceptum est obligatorium pro loco, & tempore, & quibus cõcurrentibus obliget.*

4 *Persona magis correctioni faciendæ obligata, quæ sit.*

5 *Signum probabilis correctionis, quod nam sit.*

6 *Temporis opportuni, salutis, honorisq́; ratio habenda in corrigendo.*

7 *Extrema in necessitate quinam constituti esse dicantur.*

8 *Correctio ex charitate esse debet habita ratione conscientiæ, & famæ correcti, & quando durè, vel leniter. nu. seq.*

10 *Correctio fraterna tripliciter omitti potest.*

11 *Correctio fieri debet de peccato mortali occulto, nam de veniali fit ex consilio.*

12 *Peccatum in publicum, & occultum diuiditur, & occultum tribus modis dicitur.*

13 *Consiliarii, vel pedagogi, qua ratione vtantur in corrigendis Principibus.*

14 *Correctio pluries repetenda, si spes sit correctionis, sin minus, Prælato denuntiandum, vel nulla existente probatione orandum.*

15 *Ordo in correctione fraterna, qui sit seruandus.*

16 *Testes vocari non debent in correctione delicti occulti negati per correctum.*

Episcopus sceleris alieni conscius, si non habet testes, tacere debet.

17 *Ordinem correctionis fraternæ prætermittere in omnino occultis, non est peccatum, fallit num. seq.*

Pre-

De correctione fraterna.
Cap. LXIX.

1 QVia homicidii † spiritualis species est, non corrigere fratrem, ut supra diximus, cap. primo, ideo necesse erit, ut consideremus diligenter illam. Igitur ad correctionem fraternam tenentur omnes etiam infideles præcepto naturali, fideles vero etiam euāgelico, tam Prælati, quàm subditi, iusti, & peccatores, licèt magis Prælati, quam alii, & qui maioris sunt authoritatis, quàm inferiores, ita tex. in c. tua, extra de cogna. spiri. gl. in extra. i. ne sede vac.

2 Tenentur autem omnes † sub pœna peccati mortalis, argum. 23. quæst. 3. ita plane, & cap. duo ista. Host. in capitu. in omni, de testi. & attest. Hugo in cap. si peccauerit, 2. quæst. 1. argum. 2. quæst. 7. quapropter, & 24. quæst. 3. tam sacerdotes. vbi dicitur, quod tam sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes summā debent habere curam de illis, qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur de peccatis, aut incorrigibiles si apparuerint, ab Ecclesia separentur. Hoc idem tenet Asten. quod primo probat per legem naturalem, quæ dicit: Hoc facias aliis, quod tibi vis fieri. i. debes velle fieri. Debes autem velle quod alius te corrigat, quando peccas, ut te emendes. Igitur, & tu debes hoc alii cuique facere. Secundo per legem Mosaicam. Deut. 22. si videris bouem, aut ouem erranté, reduc fratri tuo, ergo fratrem teneris corripere, hoc est ad Deum reducere. Tertio per legem Euangelicam, Matth. 18. vbi dicitur, Si peccauerit ĩ te frater tuus. Non dicit subditus. Quia ergo omnes sumus fratres; omnes, non tantum Prælati, verum etiam subditi tenemur inuicem corrigere, quando contingit aliquē nostrum peccare.

3 Nec obstat, † quod inquit Ioan. in d. capit. si peccauerit. quòd si esset præceptū omnibus, omnes constitueret transgresso-

gressores: quia non est verum, cũ sit pręceptum affirmatiuum obligans tantum pro loco, & tempore necessitatis, dummodo hæ conditiones concurrant. Prima, certa peccatis mortalis cognitio. Nõ enim sufficit suspicio, aut quæcunque relatio, sed cognitio certa, quod peccauit mortaliter. Vnde Eccl. 2. habetur: Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris corripe iustè. Secunda, vt speretur emendatio, vel saltem quod non timeatur deterius, nam aliàs correctio esset vana, & ad vanum opus nemo obligatur. Verùm prudenti distinctione utendum est nobis in hoc proposito. Si enim quis certus esset sufficientibus coniecturis nihil illi esse profuturum, & tunc non tenetur corripere: si uerò quis dubitat an proderit, & certus est, quod non oberit corripiendo, & tunc tenetur ad correctionem, sicut medicus, quando certus est medicinam nihil obfuturam, & velit esse profuturam, adhibere debet, ita hanc regulam tradit August. de pœnit. distinct. 7. cap. si quis, el secondo.

Tertia requiritur, quod sit opportu-
4 nitas † personæ, ita quod magis ipse, quàm alii ad id teneantur. Nam si ipsum fratrem peccantem uideo, & alii æquè bene, ut fortè ei familiares, uel prælatus suus, probabiliter supponere possum, quod aliquis istorum illum corripiat, cũ dicatur: Quis est filius, quem non corripit pater. 3. Reg. 20. custodi ũtrũ istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ipsius. Vnde non debet credere, quod prælatus suus sit immemor salutis suę, quod esset si negligeret illum corripere. Si autem constaret, quod omnes negligerent eum corrigere, tunc teneretur aliis tamen conditionibus existentibus. Primum, vt supra diximus, vt sit spes probabilis de correctione: nam cum correctio sit instituta ut emendetur frater, si ex illa fieret deterior, utique fieri non debet. Hinc dicitur Prouer. 19. Noli arguere deteriorem, ne te oderit.

5 Signum † autem quando sperari possit probabiliter correctio est, quando ex infirmitate peccat, quod tunc cognosci potest, si oblata occasione semel ruit, & deinde tristatur & erubescit, uel ex malitia, cuius signum est frequens sine freno iteratio actus.

6 Secundum est † opportunitas temporis, ut fiat, quando credit peccanti prodesse, D. Thom. 2. 2. q. 33. in 4. sent. dist. 19. quęst. 2. Nam si uellet hominem recenti vulnere affectum corripere, nihil aliud faceret, quàm igni adhibere ligna.

Tertium requiritur, ut ea commodè fieri possit absque damno notabili salutis, honoris, famæ, & fortunæ corrigentis, nisi emendandus esset in extrema necessitate eiusmodi correctionis, quo casu ad corrigendum, uel aliter impediendum eius peccatum mortale tenetur, etiam cum periculo uitę suę, ut inquit Nauar. cap. 24. num. 63. uers. fundamento. Hoc autem raro contingit, cum per correctionem absque alia ope saluari possit.

7 Extremam † autem necessitatem quò ad animam, uidetur pati ille, qui existens in culpa mortali, & proximus morti, putat se quauis peccatorum attritione saluum fore, & ideo non curat eam augere ad perfectionem necessariam, tunc enim uidetur extremè egere doctrina de uera contritione. Item paruuli Christianorũ morti proximi existentes apud infideles, vel apud fideles nescientes baptizare. Itẽ illi adulti gentiles morti propinqui, de quibus firma spes haberetur quod conuerterentur, si fide catholica erudirentur, ita Nauar. c. 24. nu. 11. uers. 3.

8 Quartum, requiritur † mansuetudo in corripiendo, & non asperè obiurgando, iuxta illud Psal. Superueniet mansuetudo, & corripiemur.

9 [Quod intellige, † quando peccatum fit ex ignorantia, uel infirmitate, iuxta illud, Gal. 6. Fratres, si pręoccupatus fuerit aliquis in aliquo delicto, uos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. At quando fit peccatũ ex passione, & ex superinducta mala consuetu-

suetudine, tunc est corripiendum partim leniter, partim durè. Hinc Hely, qui filios suos iuuenes leniter corripuit, vt habetur 1. Reg. 11. & non durè, dicitur eos non corripuisse. Quando verò peccatū fit ex proteruitate, malitia, & certa deliberatione, tunc corripiendū est authenticè, & durè. Vnde Greg. in Pastora. Nōnulla peccata sunt vehementer increpanda, vt cum culpa ab authore non cognoscatur, quanti sit ponderis ab increpantis ore sentiatur. Rursum consideratio est habenda ad corripientes. nam aut illi, qui corripiunt sunt subditi, aut sunt Prælati: si subditi, aut sunt iuuenes, & hi corripere, vel monere debent humiliter. Si autem sunt senes, qui corripiunt iuuenes, & tūc illos debent corripere moderatè, & maturè: alios autem scilicet cōseniores reuerenter, & Prælatos humiliter. Si autem sunt Prælati, corripiant seniores obsecrando, iuuenes persuadendo, 1. Timot. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem, iuuenes, ut fratres.] Item debet fieri ex charitate, & non ex odio, cap. odia, distinc. 86. & nec ex ira præcedente rationem deliberatam, cap. prodest, 23. quæst. 5. Præterea cum proximus noster duo habeat, conscientiam, & bonam famam, c. duo, 12. q. 1. debemus in correctione vtrunque seruare, si possumus, alioquin conscientiam, sola fama contempta, D. Thom. in 4. sent. dist. 19. q. 2. art. 3. vers. Respondeo ad primum.

10 [Ex † his ergo habes quæ necessaria sint ad correctionem fraternam, & quādo illam omitti non sit peccatum. vnde concludit Archid. 2. quæst. 1. si peccauerit, fraternam correctionem tripliciter posse omitti. Primo meritoriè, vt, quando ex charitate omittitur, ne deterior fiat correctus. Secundo modo omittitur cum peccato mortali, quando præsumitur probabiliter, quod ad eius correctionem corrigetur, & tamen propter timorem, vel tepiditatem omittitur, dist. 50. si quis diaconus, dist. 40. si Papa, dist. 17. sunt nonnulli. Tertio modo, cum veniali, quando ex timore, vel tepiditate est tardior ad corrigendum, non tamen omitteret, si constaret ei, quod corrigi deberet. hoc modo viri sancti omittunt corrigere delinquentes, 2. quæst. 7. quia plerique. Hoc in non Prælato: In Prælato autem hoc dicit esse peccatum, vbi corrigere valet absque scandalo, de offic. ordin. irrefragabili, 45. distin. illud. alias expectet tempus, sequitur Anto. de But. in c. nouit, nu. 45. de iudi.]

11 Rursum, † si uis scire de quanam re sit præceptum correctionis: dico quod de peccato, secundum illud Matth. 18. si peccauerit, &c. peccatum autem est duplex, scilicet veniale, & mortale: correctio autem fit ad lucrandum fratrem amissum per peccatum, vt ibi sequitur: Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. non amittitur autem fratris anima, nisi per peccatum mortale. patet igitur quod corripere fratrem est de peccato mortali. Est autem consilium, quando peccat venialiter, & hoc videtur tenere, & notare August. 16. de sermone Domini in monte, dicens: Audiuimus Dominum admonentem, & magna cura præcipientem, si peccauerit frater tuus, vade, & corripe ipsum, ita quod admonitio intelligatur de peccato veniali, & nō mortali.

12 Item duplex † est peccatum, occultū, & publicum: occultū dicitur tribus modis. Vno modo, quia solus Deus nouit, vel homo per confessionem, & de hoc nō est quæstio, quia hoc spectat ad Deū, & non ad nos, quò ad istam correctionis formam. Vnde glo. Matth. 18. super verbo, In te. inquit, quia si in Deum peccat, non est nostri arbitrii, id est, Solo Deo sciente. Secundo, quia homo solus, id est, non cum alio nouit. Vnde Gen. 3. Non est bonum, hominem solum esse, id est, non cum alio, extra de offic. ordin. si sacerdos. Tertio dicitur occultū, quia solus quis nouit, id est, vnus cum paucis familiaribus. Sicut Rex dicitur aliquid facere, vel esse in occulto, vel esse solus, quando est cum paucis familiaribus. Thren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas

plena

plena populo, id est quomodo, quæ solebat esse plena populo, est sola, id est, paucos habitatores habens? Dico ergo quod præceptum de correctione fraterna intelligitur de secundo, & tertio modo, sed modo deducamus ex iis nonnullorum casuum decisiones.

13 Prima. In † corripiendo pedagogi, atque consiliarii Principum hac uti debet cautela, ut quando ipsi non audent dominos suos reprehendere, historias tales legendas porrigant, quæ inuidiam non generent, & mores instruant. Sotus li. 1. de iusti. & iure, q. 5. ar. 1. in fi.

14 Secunda. Peccat † mortaliter, qui secretò delinquentem non corripit, non tantum semel, sed & pluries, quandiu spes de correctione ex ea habetur probabiliter, D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 2. Syluest. in ver. correctio, nu. 4. quando tamen correctio fratri non prodest; tunc debet fieri denunciatio Prælato, qui si crimen idoneis testibus probare non potest, nec infamia est, vel indicia sufficientia ad inquirendum, nihil aliud facere potest, quàm pro ipso orare, & illum admonere, & expectare donec sint indicia ad inquirendum, vel testes ad conuincendũ, Sotus de ratione tegen. cap. 4. 8. conclu. quibus indiciis postea existentibus, vel etiam testibus, poterit Prælatus contra delinquentem inquirere, & habita sufficienti probatione debet præcipere ei, vt à delicto desistat, quod si non facit, excommunicari potest tanquã contumax, & Ecclesiam non audiens, quo facto, vt ethnicus vitandus est, Sylu. in ver. correctio, nu. 4. vers. 4.

15 Ordo autem † circa correctionem fraternam, quæ fieri debet in peccatis omnino occultis, talis est, vt primò secrete corripiat secundum Domini præceptũ, vt fratris peccantis salutẽ procurare possit, D. Tho. quodlib. 4. artic. 12. vers. respondeo. qui si non emendatur, debet dicere Prælato, vt patri. Deinde quando secreta admonitio non proficit, & delictum probari potest, debent induci testes. Quæ quidem inductio ob triplicem causam fit. Primo ad ostendendum quod malum sit, de quo frater arguitur. Secundo ad conuincendum de actu, si iteretur. Tertio, secundum Augu. vt sint testes ꝙ corrigens fecerit debitum suum: quibus existentibus potest excommunicari tanquàm contumax, ut supra casu præcedenti diximus.

16 Tertia. Quando † delictum occultũ probari non potest, & secretò correctus negauit crimen, non debent induci testes: quia non est verisimile quod delinquens coram testibus confiteatur, quod corã solo negauit, & ideo tali casu omittenda esset inuocatio testium. Hinc in c. placuit, & c. si tantum, 6. q. 2. definitum est, quod si Episcopus alieni sceleris se cõscium nouerit, quamdiu probare nõ potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionẽ eius secretò correctionibus elaboret. Ad idem pulcherrimus tex. in c. plerumque, 2. q. 7. quo casu præceptum impletur sine inductione testiũ, scilicet vt secretò corripiat, & si non audierit, secretè, Prælato denunciet vt patri.

17 Quarta. Qui ordinem † fraternæ correctionis non seruat in peccatis omnino occultis cedentibus in damnum aliorum spirituale, vel corporale, non peccat, D. Thom. 2. 2. q. 33. artic. 7. ad secundum. Exempli causa in crimine hæresis, vel si quis tractaret quomodo ciuitas hostibus traderetur, aut occultè homines auerteret à moribus, vel fide, aut esset infectiuum peccatum proximo, & periculum esset in mora: tunc statim esset denuntiandum Prælato, siue alii superiori absque alia præuia correctione fraterna, & secreta, vt gregi suo caueat: quia bonum multorum bono unius præponi debet, Gabr. de can. miss. lect. 74. immò si talis generalis admonitio nõ sufficeret, esset facienda declaratio specialis delictorum, & si nec illa sufficeret, esset etiam facienda personarum, Nauar. in Manua. c. 18. nu. 56.

18 Attamen qui † crederet probabiliter suis precibus, & correctione fraterna facta secretò delinquenti, impedire peccata

cata occulta etiam alteri perniciosa, & illa detegeret denuntiando, prætermissa correctione fraterna, peccat mortaliter, D.Tho. quodlib. 1. art. 16. [Exemplum, secretò nosco hominem simplicem, & pium, quem audiui proferentem aliquã propositionem hæreticam, nec mihi constat eum hæreticum esse, cum nesciam an ex ignorantia illam protulerit, teneor eum saltem secretò corripere; antequam fidei iudicibus denuntiem, cum probabiliter possim præsumere mea admonitione corrigendum, cum sit vir pius, & simplex, & ex mera ignorantia errauerit, ita Alfonsus de Castro, lib. 2. cap. 25. de iusta hæret. punit. At si probabiliter præsumere non possum ex mea admonitione secreta non corrigendũ, tunc possum, & debeo statim iudici denuntiare.] Ex quo sequitur in proditionibus cõtra Rempublicam factis, & hæresibus rarò admonitionem secretam necessariam fore: rarò enim quis probabiliter credere potest proditionem, & hæresim sola monitione omnino cessaturas, Nauar. cap. 18. nu. 56.

19 Hinc infertur, † quod etiam si presbyter iurasset seruare, & non detegere proditiones, & homicidia, aliaque delicta patranda, quòd si obuiare non potest ipse admonendo, potest non obstante iuramento denuntiare absque periculo irregularitatis ob id incurrendæ: dummodo protestetur se solum facere ad impedienda mala, quę imminent, & non ut aliqua pęna saltem deformante puniantur, Nauar. d. cap. 18. num. 54. in fi. & cap. 27. num. 213. & ratio est, tum quia hæc peccata cedunt in damnum aliorum, tum quia ordo fraternæ correctionis nõ procedit in peccatis futuris, Sylu. in uer. correctio. q. 5.

20 Pari † ratione absque correctione potest denuntiare peccatum omnino occultum, quando imminet similis occasio ruendi, quam non vult vitare admonitus, nam tunc debet denunciare Prælato, ne in præcipitium ruat, D. Thom. dist. 19. q. 2. art. 3. ad secundum. Neque etiam peccat, qui sine correctione denuntiat peccatum proximi omnino occultũ Prælato discreto, tanquàm pio patri, & ex charitate sciens, quòd frater per ipsum non corrigeretur facta secreta admonitione, nec hoc faciens dicit Ecclesię, quia non refert ei, vt Prælato Ecclesiæ, sed vt priuatæ personæ proficienti ad correctionem proximi, & eius emendationem, ita explicat D. Tho. quodlib. 11. art. fin. vbi animaduertendum est, quod frater delinquens non tantum denuntiandus est Prælato, tanquàm pio, & discreto, atque spirituali, sicut priuatæ personæ, ut emendetur, sed & ut emendatus præseruari possit à recidiuo, si tamen per signa valde probabilia crederetur, quod ex illa denunciatione fratrem correctũ Prælatus infamare uellet, tunc crimen occultum fratris iam ueraciter correcti ei denuntiari non deberet, Gabr. qui supra vers. 6. casus.

21 Quinta. Non peccat † Prælatus, qui nõ præcedente correctione fraterna fratrem in capitulo de peccato ueniali infamauit: quia pręceptum de fraterna correctione intelligitur de peccatis criminalibus, & non de venialibus, quemadmodum sunt illa, quibus religiosi in capitulo se proclamant, Sylu. in uer. correctio. q. 5. in fi. D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. ad quartum. Si tamen esset aliquod criminale, in quo frater diffamaretur, contra præceptum ageret, qui non seruato ordine illum infamaret. Hinc Pręlatus, qui in uisitatione, vel aliàs præciperet quod sibi dicatur quicquid sciuerit corrigendum, intelligendum est saluo ordine correctionis, siue præceptũ fiat generaliter ad omnes, siue ad aliquem specialiter, Gab. qui supra, ver. secundus casus.

22 Nec peccat † etiam is, qui admonet in generali, ita quod crimen quidem specificat, non autem personam: sic Dominus discipulis de Iuda dixit, Vnus vestrum me traditurus est, & tamen non legitur prius Iudam in secretò corripuisse, igitur discipulis manifestauit crimen, nõ autem personam, c. si sacerdos, de offi. ordi.

Sic

23 Sic etiam † qui prętermisso ordine denuntiat peccatum futurum, non peccat, quia ordo fraternę monitionis non procedit in peccato futuro, propter verbum peccauerit, Matth. 18. quia statim denunciari potest ut impediatur, nisi obuiare possit is, qui nouit. Syl. in ver. correctio, num. 4. ratio est, quia tunc denũtiare quis non debet aliquod peccatum, quando ex illa denuntiatione sequeretur infamia. Pariter neque peccat per terram hęreticorum transiens, si non reprehendit eos tractantes irreuerenter sacramenta, vel imagines, vel docentes, aut prędicantes hęreses, si nulla est spes emendationis, immò timor maioris mali: quia deest spes emendationis fratris, Nau. c. 24. nu. 13. versi. 3.

24 Similiter nõ peccat, † qui absque correctione denuntiat peccatum alterius, quando ex eius manifesta denuntiatione publica utilitas verisimiliter resultaret, sic Petrus, peccatum occultũ Ananiæ, & Saphiræ manifestauit, quia sciebat ex dicta correctione vtilitatẽ redũdare, vnde ex quo statim mortui fuerũt, fuit factus timor in omni Ecclesia.

25 [Rursum † non debet prælatus subditum nominatim arguere de aliquo delicto, nisi possit illud delictum plenę probari. Non enim creditur, etiam superiori, si dicat aliquem esse reum criminis, c. placuit. 6. quæst. 2. vbi gl. inquit, quòd nec dicto solius Episcopi creditur: sicut nec scripto, nisi adsit subscriptio, ut ext. de testi. cap. cum à nobis. Puto tamen, quòd in secreto potest eum admonere; quia talis admonitio non potest nisi prodesse, argu. 2. q. 1. c. si peccauerit.]

26 Sexta. Corrigere, † vel admonere nõ debeo eum, qui ignorans aliquid facit sine peccato; qui cessante ignorantia peccaret etiam mortaliter illud faciendo, si talis admonitio nullum cõmodum produceret, sed ex ea magnum aliquod incommodum, vel pręiudicium alterius sequi potest, etiam si nemo alius eius peccatum sciat præter me, licèt sim eius sacerdos, siue eius ignorantia sit facti, siue iuris, quod regulariter à vulgo ignoratur, Nauar. cap. 22. num. 83. §. 34. post medi. Verùm si cessarent prædictæ conditiones, secus esset, quia tunc & si non peccem peccato omissionis correctionis proximi, pecco ex eo capite, quo teneor impedire peccatum mortale proximi peccantis ex ignorantia, idem in cap. 24. nu. 13. & 22. vers. Quæ conclusio. & vers. Non etiam procedit. Exemplum in primo casu, de sciente impedimentum inter coniuges illud ignorantes, qui perdurante ipsorum ignorantia, & aliorum, non peccant matrimonio vtentes, quia tunc non debeo illud impedimentum illis reuelare, quamuis fides mihi esset adhibenda. Exemplum in secundo, de vidente, aut sciente aliquem per ignorantiam probabilem ieiunii, vel festi non ieiunare, vel nolle audire missam; quia licèt ille non peccet mortaliter, nec venialiter periculosè, teneor tamen impedire, ut supra. Quod credo ideo fieri, quia hic ex tali admonitione nullum incommodum, aut alterius præiudicium sequi potest, vt in primo casu, præter id, quod ferè impossibile, aut difficile videtur, nullo alio sciente id ab eo admitti, & sic ad obuiandum scandalo aliorũ, debeo eum corrigere, seu admonere.

27 Septima. Mortale † peccatũ est correctionem omittere, quando fieri debet, timendo iudicium vulgi, aut carnis cruciatus, aut timorem perditionis vitæ, aut amittendi temporalia, ita ut hæc adeò dominentur, vt fraternæ charitati præponantur: verbi gratia, si quis probabiliter crederet se posse adulteram fraterna correctione retrahere ab adulterio, & timet ne ab adultero occidatur, quia potens est, vel tyrannus, & metu mortis omittit, peccat mortaliter: cuius ratio manifesta est, quia pręponit vitam corporalem animę fratris: cum magis tamẽ eam teneatur diligere, quam proprium corpus. Sed si timor, vel aliud tardiorẽ faceret ad corrigendum, nõ tamen illam omitteret, si spes esset correctionis, secus esset, ita docet D. Thom. 2. 2. quęst. 33. artic.

artic.2.ad tertiam, Syluest. in ver.correctio.nume.2.

28 Octaua. Prælato † præcipienti, vt quicunque scit aliquem cōmisisse furtum, teneatur illud manifestare, subditus obedire tenetur in his casibus. Et primus est in peccatis publicis: & ratio est, quia peccans lędit conscientiam suam, & astantium, vnde vtrique succurrendum est per denuntiationem, etiam si speratur emendatio peccatoris: quia oportet à scandalis cauere, D.Tho.2.2.q.33.art.7. Syluest. in ver.correctio. q. 5. & in ver. Denuntiatio.q.3.

29 Sed an dicatur † publicum peccatum, si publicus effectus esset peccatoris, sed occultum esset, quis fecerit illud; verbi gratia: Reperitur homo mortuus, nescitur tamē homicida. Respondetur, quod non: & ideo hoc casu seruari debet ordo fraternæ correctionis, ut supra diximus. Sed tunc tātum dicitur publicum, quando effectus peccatoris, & peccator sit publicus. Sylu. in verbo, correctio, quęst.8. Quando autem dicatur quid publicum, vide Abb.cons.99. vbi etiam inquit, quòd tunc dicitur, quando aliquid est notorium de iure, vel euidentia facti, ut per famam, tex. in cap. vestra, & cap. tua. de cohab. cler. uel mulie. Sed an teneatur denunciare, si credit Prælatum scire, sed dissimulare? Respon. quod nō, nisi id reuocetur in dubium. Secundus

30 casus, † in quo tenetur denunciare, est in peccatis occultis, quæ proximis damnum spirituale, vel corporale inferunt, uel sunt illatura. Tertius, si correctio nō speratur. Quartus, si peccatum est leue, & non infamatorium, Syluest. in ver. denunciatio, quæst.4. Quintus, potest fieri denunciatio in peccatis omnino occultis, quando melius speratur correctio per Prælatum, quàm per denuntiantem. Sextus, quando peccatum præteritum est emendatum, sed intendit denuntians præseruationem à recidiuo, & hę vltimę debent secretò fieri, & non iuridicè.

31 Sed an Pręlato † pręcipienti, vt si quis scit furem, reuelet, teneatur ille, qui furatur etiam semetipsum prodere? Resp. quòd non: hoc enim consonum est scripturæ sacræ, iuri canonico, & rationi. Nam non subest iudicio humano, vt teneatur se prodere: cum omnia iudicia humana ad publicam potestatem, scientiamque spectent, Caiet. 2. 2. quæst. 69. articu. 1. si tamen reus esset infamatus, vel semiconuictus, uel adessent indicia, tenetur obedire. Syluest. in ver. correctio. quæst. 8. circa fi. & in ver. dubium, quæstio. 2.

32 Infamia † vero vocatur non frequēs vox discolorum, sed frequens vox talis, ut apud probos viros reddatur persona de crimine tali probabiliter suspecta. Sed circa semiconuictionem aduertendum est, quòd cum plenam probationem efficiant duo testes integrarum conditionū, semiplenam probationē efficit vnus testis omni exceptione maior. Et est sermo de teste secundū iura, qui non actor, non secretus depositor, sed verè testis est iuratus, non particeps criminis, & ad iudicium concurrens, ut testis. Hoc est, quod vltra accusatorem, vel id, quod tenet accusatoris locum, ut infamia, & cęt. Iste omni exceptione maior testetur directè de visu commissionis criminis ab isto, puta quia vidit ipsum occidere illum, vel furari hoc: sic est enim verè testis semiplenè probans. [Et dicitur testis omni exceptione maior, qui nulla exceptione repelli potest, glo. in c. at si clerici, in prin. de iudi. & in cap. 1. de testi. & in §. item verborum, in stit. de inutil. stipul.

33 Circa verò † indicia nota, quòd regulariter vnum indicium non sufficit ad præcipiendum, sed requiruntur duo, & ad constituēdum vnum indicium requiruntur duo testes, qui non sint singulares, nisi sit unus testis omni exceptione maior. Hæc Caiet. 2. 2. quæst. 69. art. 1. vers. in 2. & ad 2.

34 Sed an Prælato præcipienti † reuelationem alicuius occulti, sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, subditus teneatur obedire: & quòd teneatur, est tex. in cap. quidam, 5. q. 1. ubi B. Gregorius

rius excõmunicauit occultum actorem libelli, nisi se reuelauerit, & hanc opinionem tenet Sylue. in ver. correctio. q. 9. vbi siue sit diffamatus, siue semiconuictus, siue omninò occultus, dicit quòd tenetur se prodere: quia licèt peccet Prelatus sic intendens præcipere, & sententia sit iniqua, non tamẽ est nulla, ita Syl. Caiet. tamen, quem sequitur Armilla in ver. inquisitio. num. 10. asserit aduersus Syluestrum in delinquentibus occultis, & ita tenendum.

35 Sed † in casibus, in quibus reus, siue qui scit delictum, tenetur reuelare, considerandum est, quòd non tenetur reuelare hoc iniuriam passo: quia hoc esset odio nutrire. Item si hoc mandatum esset generale, non tenetur reuelare iudici publicè, quando non potest probare, sed bene secretè ad correctionem. Si tamen iudex præcipit, quòd vult sibi dici in iudicio, debet intelligi saluo ordine Euangelico. Et si fecit monitionem, & delinquens non vult se emendare, debet comparere in iudicio, & dicere se scire, sed non posse probare, sed si non admonuit, dicat se scire, sed velle prius facere correctionem, quod si vult iudex ut probet, cum non possit, & denuntiet ante correctionem, non tenetur, quia sententia cõtinet intolerabilem errorem, Armilla in ver. excommunicatio, nume. 31. contra Sylu. in ver. excõmunicatio. 2. dubio 8. & nos infra de sent. excom. c. 8.

36 [Sed an testis teneatur reuelare? † Respon. quod sententiæ excommunicationis tres sunt gradus, vt notant Canonistæ, 11. q. 1. c. 1. & cap. qui iniustus, & c. sacro, de sent. excommu. Quædam enim est nulla, vt quæ à non iudice procedit. Quædam licèt procedat à vero iudice, tamen continet intolerabilem errorem, vt puta manifestissimum omniũ iudicio. Quædam est iniusta citra intolerabilem errorẽ, aut ex parte iudicis, quia ex odio prolata, aut ex parte causæ, vt quia aut nulla est, aut non legitima, aut ex defectu ordinis iuris, vt docet S. Tho. in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 1. quęst. 4. & nos in quarto libro, cap. 3. Quò igitur ad primum gradum, si quis præcipiat illi, qui non est illi subditus sub sentẽtia excommunicationis reuelare secretũ, non obediens non incurrit sententiam, quia est nulla, capit. 2. de constit. in 6. Sed quò ad secundum nec incurrit subditus. Vt si prælatus præciperet sub sentẽtia excõmmunicationis, ut quicũque subditorum sciuerit aliquod crimen, illud pandat, quamuis nulla sit infamia, aut indicia, nec illud possit legitimis testibus probari, tunc subditus non obediens non incurrit: quia illa sententia continet intolerabilem errorem. Nam qui probare non potest crimen, nullo modo tenetur denuntiare, cap. plerunque. 2. quęst. 7. At quò ad tertium, si Prælatus iusserit sub sententia excõmunicationis, vt quicunque sciuerit crimen, quod legitimè potuerit probare, quãuis nulla sit infamia, aut indicia, tunc sentẽtia iniqua est, cum nullus possit compelli manifestare crimen, quod non laborat infamia, aut indiciis: tamen quia sententia nec est nulla, nec continet intolerabilem errorem, incurrit excommunicationem quãtum ad pęnam, non autem quò ad culpam in conscientia, si nõ obedit. Hoc est, quamuis nulla sit culpa nõ obedire, modo absit contemptus; tamen qui inuentus fuerit non obedire, excludetur à sacris, & à fidelium communione, quia non admittetur excusatio subditi dicentis non teneri, quia nulla erat infamia, nec indicia, nam præsumendum est esse iustum pręceptum Prælati; aliàs deberent Prælati, quotiescunque quid præcipiunt, manifestare quo iure id faciant, quod esset in detrimentũ gubernationis. Igitur quando inquit Greg. 11. q. 3. sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda est, intelligendum est, quod iniustè excommunicatus, (præterquam si esset iniusta ex odio iudicis, quia illa etiam ligaret quò ad culpam) excluditur à communione in sacris, & à communione fidelium, ac etiam peccat mortaliter, si contemnit. Non autem ligat quò ad culpam, vel pri

dat quo ad suffragia Ecclesiæ, Sotus de rat. teg.memb.2.quęst.7.concl.4.Sed an subditus teneatur obedire Pręlato interroganti secretum, quotiescunque dubitat iure ne interrogetur, an iniuria, diximus supra,eo.lib.c.57.]

37 Sed utrum † filius reuelare teneatur patris delictum occultũ, si tale est, quod uergit in damnum Principis,aut Reipublicæ? Dic quod sic,ita tex. no. in l. milites, §.desertorem, ff.de re milit. Vbi pater sciens filium uelle committere crimen læsæ maiestatis, tenetur illud propalare, & si filium Principi præsentat,pęna filio remittitur, secundum Saly. in l. propter insidias. C. qui accusa. non poss. refert Fely.in cap.1. de offi. deleg. col. 2. in fi. Idem erit ergo de filio respectu patris. Quinimmo velut Reipublicę hostẽ poterit impunè occidere filius, sicut de patre bannito dicit Bart. in l. amissione. ff.de cap.dim. Abb.in cap.1. colum.2. de

38 conuer.infid. Immo tali casu,† quo reuelauerit crimen læsæ maiestatis, vt diuinæ,consequitur commodum; quia habebit bona paterna,quamuis pater cõdemnetur,l.quisquis.C. ad leg. Iuliam maie. Quod quidem factum est,vt filii allicientur ad reuelandum paterna delicta; quia expedit Reipublicæ, vt delicta puniãtur. l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquiliam, cap. ut famæ,de sen. excommu. facit tex. no. in c.si quis Papa,in fi.dist. 75. vbi si quis scit de tractatu mortis Pontificis, etiam si sit particeps,liberatur,& debet premiari si reuelat. Et est mirabile, quod socius reuelans premietur, ex quo datur notabilis limitatio ad doctrinam Bart. in l. 3. ff.de condic.ob turp.cau. vbi dicit, quod premium datum reuelantibus non datur participi reuelanti, refert Fely.in c.1. de offi.deleg.colum.3. in princ. nam debet intelligi, nisi in crimine læsæ maiestatis,vide Barto.in l.idem est, in fi. ff.de condi.ob turp.cau.

39 Sed quid dicendum † de edictis emanare solitis, quod qui reuelauerit delictum occultè commissum, indemnitatem consequatur. plures commiserũt, & reuelauerunt, an omnes indemnitatem consequãtur? dic quod non, sed qui fuerit primus, ita notanter sentit Fulgo.in l. fin.§.sed quidam, 2.col. C. de iure delib. Quod tene menti pro edictis, quæ emanant quotidie, quòd qui malefactorem ostenderit,habeat certam pecunię quantitatem, quia debet solui ostendenti, & reuelanti, vide Bar.in l.nulla,C.de delar. lib.10.Fely.in c.cum dilecti, colum.8. in princ.de accusat.

40 Nona. Subditus,† qui peccatum Prælati corripit irreuerenter,& publicè,peccat mortaliter: quia secretò, & reuerenter debet fieri, nisi sit periculũ fidei: vel secundum aliquos,quando haberet mores inordinatos,& scandalosos,verbi gratia, si senior iuuenibus exemplum ad interitum præberet, ibi districta increpatione feriendus esset, sicut scriptum est, Laqueus iuuenum omnes uos. Sylu. in ver.correctio,nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Iudicii temerarii diuisio in tres gradus.*
2 *Iudicium temerarium, vt sit mortale tria requiruntur, & quot modis cõmittatur, nu. seq. vbi de triplici radice suspitionis.*
4 *Facta alterius diffinitiuè damnare sedato consilio ex leuibus coniecturis, mortale est,secus si non ex leuibus signis,nu. seq.*
6 *Dubitans,& neutri parti assentiens nõ peccat mortaliter.*

De iudicio temerario. Cap. LXX.

1 VT rem ab † ipsa iudicii substantia exordiamur, tres gradus operę precium est discernere temerarii iudicii. Primus est dubietas,dum animus pendulus est neutri parti assensum præbens. Vt si anceps hæreas, an proximus tuus aliquo sordescat crimine, nullũ tamen præferens affirmatiuum, vel negatiuum assensum. Secundus gradus est suspicio, quę est assensus vni parti cõtradictionis cum formidine

midine alterius, id est, dum ita assentias uni parti, sinistram de illo concipiendo opinionem, ut non sis in ea ita firmus, sed uacilles circa illam, & est peccatum veniale. Tertius gradus est, dum quis dif finitiuè firmat sententiā ex leuibus coniecturis de malitia alterius, & tūc appella tur iudicium temerarium, idest diffinitiua, firmaq; sententia, quod † ut sit mor
2 tale peccatum, tria requiruntur. Primo, vt ex leuibus coniecturis colligatur. Secundo, ut fiat de re graui. Tertio, vt sit certum, idq; non repentinum, sed sedato animo factum, ita tradidit D. Tho. 2.2. q.60. Sotus de iust. & iu. lib.3.q.4.art.3.

3 [Rursum sciendum, † quod iudicium temerariū tribus modis potest fieri, vel cum iudicatur persona quò ad futurum euentum, vel cum iudicatur intētio, vel cum iudicatur factum occultum. Cum iudicatur persona, quò ad futurum euentum, temerariū est iudicium. Vnde glo. super illud Matth.7. Nolite iudicare, & nō iudicabimini, inquit: Nescimus qualis futurus est, qui nunc apparet malus, de cuius correctione desperare temerarium iudiciū est. nescitur enim quis in terribili iudicio Dei qualis futurus sit, c. sacerdotibus, 11.q.1. c. temerarium, 11. q. 3. quare potius debet seipsum homo iudicare dum potest, & mores commutare in melius, ne cum iam non poterit, etiam præter voluntatem à Domino iudicetur, c. iudicet, de pœn. dist. 1. Item temerarium est iudicium, cum iudicatur intentio incerta, sicut dicitur super illud Matt.7. Nolite iudicare: ea enim quæ bono animo, vel iniquo fieri possunt, semper animo recto facta putari debent, & charitate excusare, potius quàm in deteriorē imputare partem. Rursum temerarium iudicium est iudicare factum occultum alicuius. Hinc per Apost. dicitur, Corint. 4. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque Dominus veniat. Item notandum est secundum D. Tho. 2.2.q.60. ar.3. quod suspitio ex triplici radice oriri solet. Prima, quia aliquis malus est, & ideo cogitat alios malos esse. Quod quidem experimento ipso cognouimus. Nā cum auarus semper assuescat emendo, & vendendo, proximos suos fallere: sic alios omnes facere idem existimat. Carnis voluptatibus dediti facilè credunt alios idem facere, cum ipsi non possint seipsos fręnare. Vnde in Eccles. 10. habetur: In via stultus ambulans cum ipse sit insipiens, cæteros putat insanire. Secunda oritur ex odio, & mala uoluntate: cum enim aliquis aliquem odit, vel ei inuidet, ex leuibus signis opinatur mala de ipso: quia vnusquisque faciliter credit quod appetit. Tertia prouenit ex longa experientia, scilicet, quando quis diu expertus est aliquos homines malè operari, illorum malitiam ex facillimis signis comprehendit. ideò senes plerunque solent esse, qui de aliis suspicantur: quia experti sunt aliorum defectus; iuuenes autem, quia pauca viderūt, non suspicantur malum, sed omnia in bonam partem coniiciunt.]

Sed iam ad particulares decisiones descendamus.

4 Prima. Mortale † peccatum est diffinitiuè damnare facta, aut dicta, vel animum alterius ex leuibus coniecturis de peccato mortali. Sotus lib.3.q.4.artic.3. Verùm qui repentinè raperetur ad iudicandum iuuenem cum muliere absque arbitris colloquentem, nō peccaret mortaliter, nisi sentētiam sedato animo confirmaret, Sotus qui supra.

5 Secunda. Peccatum † nullum est sinistrum, me iudicium facere de homine, quem uidi cum scala conscendere, vel iuuenem, & puellam secreto, obscuroq; loco petulanter se amplexantes, cū non ex leuibus coniecturis hoc iudiciū procedat. ibi Sotus.

6 Tertia. Qui dubitat † ex leuibus coniecturis, vel insufficientibus de bonitate, vel malitia alicuius, venialiter peccat: quia neutri parti assentit, Sylu. in ver. iudicium, q.3. Sic qui suspicatur de homine malum aliquod, ita vni assentiens parti, vt uacillet circa aliam, non peccat mortaliter, Sotus, qui supra, art.3.

SVMMARIVM.

1 *Inuidia, & item zelus, quid, & quomodo inter se differant.*

2 *Inuidia, quibus casibus mortale non contrahat, & nu. 4.*

3 *Marens bono alterius, mortaliter quando peccet.*

De inuidia. Cap. LXXI.

1 CIrca † inuidiam, notanda sunt duo. Primum discrimen inter zelum, & inuidiam. inuidia enim est, cum aliquis tristatur de hoc, quòd proximus habet bona, quæ ipse non habet: zelus autem est, cum quis tristatur de hoc, quod ipse non habet bona, quæ proximus habet, & ita intelligitur authoritas Apostoli, Cor. 12. dum inquit, Emulamini charismata meliora. sic docet D. Tho. in q. disput. q. 10. art. 1. ad secundũ, de inuidia. Secundum, cum inuidia importet aliquid repugnãs charitati, per quam diligimus proximũ, & volumus ei bonum, sicut & nobis ipsis, quod aduersatur inuidiæ, quæ de fœlicitate alterius tristatur, hinc ex suo genere peccatum est mortale.

2 Potest † tamen contingere, vt aliquis motus inuidiæ non sit peccatum mortale, vel propter imperfectioné ipsius motus, vt quia est subitus, & non procedit ex ratione deliberata, vel quia homo tristatur de aliquo bono alterius, quod est adeò paruum, quod non videtur esse aliquid bonum; puta, si aliquis inuideat alicui simul ludenti, quod vincat in ludo. Exempli gratia, cum eo currendo, vel aliquod aliud ludicrum faciendo, D. Tho. art. 2. Hinc ex his duo deducuntur.

3 Et primum. Qui † dolet de bono alterius, vel ægre fert aliorum laudem, vt diminutionem propriæ gloriæ, & excellentiæ, peccat mortaliter: quia charitati opponitur; Sylu. in uer. inuidia.

4 Secundum, Non † peccat mortaliter, sed tantum venialiter, qui inuidet de bono alterius: quia illud sibi deest, vel quãdo id, de quo dolet, est exiguum, vel ratione indeliberationis. Sylu.

SVMMARIVM.

1 *Odium ex ira nascitur.*

2 *Proximo malè cupere nõ nunquã mortale.*

3 *Iniuriam inferentem odio prosequi non possumus sine peccato mortali, etiam si offendens veniam non petierit.*

4 *Inimicis veniam petentibus, paratis se corrigere, an parcendum.*

5 *Rancor voluntatis statim abiiciendus, & proxima, non remota signa demonstranda inimico.*

6 *Inimicitia modo absit, & scandalum, non denegatur absolutio nolentibus inter se loqui.*

7 *Offensus offensori quod in iudicio peti potest, non tenetur condonare.*

8 *Iniuria in æstimanda, spectanda, quæ.*

9 *Querelã non remittere, expedit quãdoque.*

10 *Iniuriam passo, an liceat ab offendente accipere pecuniam.*

11 *Iniuriarum actio, cuinam competat, & subdito sine consensu superioris licet iniuriam remittere.*

12 *Offendentes se mutuo pari offensione, vter reconciliationem prius petat.*

De odio. Cap. LXXII.

1 CVm odium † nascatur ex ira, videlicet, quando ille, qui ad iram prouocauit, lęsionem intulit; ex inuidia aũt, quia eius bonum cui inuidet, apprehẽditur, vt impeditiuum propriæ excellentiæ: Hinc fit, vt post inuidiam subnectamus nonnullorum casuum decisiones de odio, quod est homicidii spiritualis species, secũdũ illud, Qui odit, homicida est.

2 Prima. Qui odit † proximum suum, appetendo ei malum, vt malum, idest mortem, vulnera, infamiam, & cætera, mortaliter peccat, si est cum ratione deliberata, quia opponitur charitati. At qui malum eius non appetit ut malum, sed appetit ei malũ, scilicet infirmitatem in

in bonum eius, vt bonus efficiatur, vel ne peior, vel ne alicui noceat, uel ut per iudicem puniatur delictum, non peccat; quia hoc propriè non est odium, Sylu. in uer. odium, & in uer. charitas, q. 3. Nauar. cap. 15. num. 10. & cap. 16. num. 7. & cap. 20. nu. 3. uers. ad quæsitum. Vbi etiam addit hoc non esse peccatũ etiam religiosis, quandoque desiderare penuriam annonæ, uel gaudere ob aliquem bonum finem in Deum relatum, quatenus per eum populi refrenentur à uitiis, & ad Deum conuertantur.

3 Secunda. Mortaliter † peccat, qui aliquem odio, & rancore prosequitur, eò quòd sit ab eo iniuria affectus, uel aliqua alia de causa, c. si quis contristatus, distin. 90. cap. fin. de pœnit. dist. 5. quod procedit etiam si offensor nullatenus offenso satisfaciat, iuxta D. Gregorium in d. cap. fin. [petendo ueniam, & hoc contra quosdam, ut est Ioan. Ananias in c. 1. de maledic. num. 13. & Ant. Bu. in cap. 1. de empt. & uendit. post Bart. in l. si tibi. §. 1. ff. de pact. qui existimarunt iniuriam passum non teneri dimittere, nec deponere odium, & rancorem, nisi is, qui iniuriam intulerit ueniam offensæ petierit. Hoc tamen falsum esse constat ex eo, quod quis tenetur uniuersali dilectione inimicum prosequi, & præparatione animi, ita tamen quod ab vniuersali proximorum dilectione inimicum minimè excipiat, Tho. 2. 2. q. 25. artic. 8. & sanè inimicum ab hac dilectione vniuersali proximorum exciperet quis, si eum odio haberet: igitur non potest opinio Barto. vlla ratione probari, licet ex Theologis non defuerint, qui idem probauerint, vt inquit Couar. lib. 2. varia. resolu. cap. 10. nu. 7. vers. tenetur item.] quinimmo toties peccauit mortaliter pœnitens, quoties reuocando iniuriã menti, de nouo habuit rancorem ad illũ, cum consensu rationis, quare interrogandus est à Confessario etiam de tempore, scilicet, quantum perseuerauit, & frequenter odiuit, Archiep. Flor. 2. par. Interrog. in summula, de odio.

4 Sed an offensus † inimicis ueniam petentibus ueraciter paratis emendare, remittere teneatur? Respondet Syluest. in ver. charitas, quæst. 6. quòd ex iniuria tria oriri consueuerunt. In corde rancor, id est ira, seu indignatio; in opere, seu in effectu signa rancoris; & in foro exteriori actio contra iniuriantem. Pri-

5 mum secundum † omnes, tenetur homo statim remittere, capit. fin. de pœnit. dist. 5. quod intellige primo, si rancor sit in uoluntate, quia de sensu non potest ad libitum expelli, sicut nec amor. secundo si sit iniustus. Secundum vero, id est signa rancoris proxima, per quæ tolluntur signa dilectionis uniuersalia, ad quæ tenetur homo, etiam remittere debet, sicut est salutaris duobus non salutare tertium, vel toruo aspectu aspicere, nunquam nec in articulo necessitatis loqui. Sed signa remota, verbi gratia, offensorem in suam familiaritatem admittere non tenetur, maximè quando hoc fieret ad reprimendam temeritatem, & huiusmodi. Quo circa Confessarii aduertere debent, quando, & quomodo ob hoc offensis absolutionem negent, vel conce-

6 dant. Hinc quando inter † aliquos ex neutra parte in veritate est inimicitia, sed quia præcessit odium, vel offensa, neuter vult se flectere ut alteri loquatur, aut alter tãtum recusat alteri loqui, in neutro casu à Confessario neganda est absolutio: ratio est, quia homo non tenetur ad locutionem, & ad alia particularia signa beneuolentiæ, nisi secundum præparationem animi in articulo necessitatis, & propterea nec tenetur loqui. Per accidens vero ratione scandali si hoc fieri debet, relinquendum est arbitrio prudentium, Caiet. 2. 2. quæst. 25. articu. 8.

7 Tertium, † quod habet offensus contra offensorem, est, quia potest agere iniuriam passus ad damna, & expensas, quæ sibi intulit læsio, quasque ipse ministrauit causa illati vulneris, vnde non tenetur offensus offensori condonare satisfactionem iniuriæ, quæ in iudicio peti

potest, glo. sing. in d. c. si quis contristatus. Quæ quidem actio iniuriarum nihil aliud est, nisi quòd debet fieri satisfactio iniuriato de damnis, iniuriis, expensis, & interesse, cap. conquestus, de foro compet. cap. officii, de sent. excommun. glo. sing. in cap. 2. §. sciturі, de offi. ordin. libro 6. quæ sentit, quod in æstimatione haberi debet consideratio non solùm ad damnum emergens, sed etiã ad lucrum cessans, facit text. in l. iniuriarum, & ibi Bart. ff. de iniur. Cyn. in l. si non conuitii, eod. titu. in 10. quęst. Vbi etiam ponit qualiter formetur libellus super iniuria,
8 Rota in decis. 153. quæ incipit, Item† ad æstimationem, quæ ponit praxim, scilicet quòd agens declaret quantitatem, secundum quam æstimat iniuriam, & iudex consideratis omnibus qualitatibus, & circumstantiis; quæ possunt augere, vel diminuere dictam æstimationem, taxabit certam quantitatem, & postea faciet iurare partem, vt declaret pro illa quantitate noluisse sustinere dictam iniuriam, & postea iudex in illa quantitate condemnabit, & ita dicit debere intelligi glo. in d. §. sciturі. & alia iura, quæ de satisfactione iniuriæ loquuntur. Ita etiã videtur velle tenere Rota in decis. 483. Et hæc est illa satisfactio, quam iniuriatus non tenetur dimittere, de qua loquitur glo. in d. cap. si quis contristatus, & summistæ in uer. charitas, vbi Sylu. nu. 6. & Ioan. Tabien. num. 16. [Non tamen potest iniuriam passus petere æstimationem damni sibi imminentis causa cicatricis, quæ ex vulnere faciem deformen efficit, si is sit homo liber. l. ex hac. ff. si quadr. paup. quam cõmendat Rom. cons. 278. l. vlt. ff. de his, qui deiec. vel effud. nisi fœmina sit, secũdum Alber. post Iaco. Rauennatem in d. l. ex hac. Quamuis teneatur is, qui alteri iniuriam intulit præter damna, & expensas aliquid arbitrio boni viri iniuriam passo retribuere in compensationem iniuriæ illatæ, cũ ea haberi non possit pro infecta, Diuus Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. ad primum. Caiet. q. 72. art. 3.

An verò ad hanc satisfactionem iniuriæ solius oporteat, vt is, qui eam intulit, veniam ab altero petat, vt sic diminutio honoris contingens per contumeliam, reparetur, & tollatur per exhibitionem reuerentiæ? dic quod relinquendum est arbitrio boni viri, qui si uiderit esse necessariam petitionem ueniæ ad honoris restitutionem, eam petendam esse censebit, quod si aliter posset fieri iniuriæ compensatio, & restitutio, aut si petitio ueniæ decens non sit, nec expediens, non erit ueniæ petitio delinquenti iniungenda, sicuti docet Caiet. 2. 2. q. 72. art. 3. & in opusc. 17. quæstionum, cap. 13. versi. quintum.

9 Quartum ius, quod habet iniuriam passus contra † offensorem est, quia iustè potest contra iniuriantem coram iudice agere non solùm ut sibi debita fiat satisfactio, vt superius diximus, sed etiã criminaliter, ut reus pęnis à iure statutis puniatur, moueri tamen debet zelo iustitiæ] ad comprimendam malitiam, uel pro pace aliorum, vel pro emendatione peccatoris ad cohibendum eum ab aliis iniuriis, & ita in terminis loquitur D. Tho. ad Rom. c. 13. lect. 3. ult. colum. sic enim ipse exponens verba illa, Mihi uindictam, & ego retribuam, inquit: Cum aliquis authoritate iudicis, vel vindictã quærit ad comprimendam malitiam, & non propter odium, vel etiam cum authoritate alicuius superioris suam defensionem procurat, intelligitur locum dare iræ, idest, Diuino iudicio, cuius ministri sunt iudices.

[Immo expedit sępe iniurias hoc modo nõ remittere, sed contra iniuriãtes agere, & procedere, cũ id ad eorum correctionem, seu ad aliorum exemplum nouerimus conuenire; dummodo agentis intentio non sit contra iniuriantem uindictam sumere, & suo appetitui satisfacere, quia sic mortale crimen accusator admitteret, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 108. art. 1. Verùm si principalis intentio recta sit, licèt humana fragilitate animus in effectum aliquem aduersus reum labatur,

non

non statim est culpæ mortalis arguendus ex mente eiusdem Thomæ, & Sylu. in uer. accusatio. §. 5.

An autem licitum sit iniuriam passo
10 accipere pecuniam? † Respon. quod aut iniuriam passus pecuniam pro remittenda iniuria, id est, rancore, & odio accepit, & tunc ex quo ipse sub mortalis criminis reatu in animę iudicio tenetur dimittere, pecuniam accipere non potest, & acceptam tenetur restituere, cum talis remissio uenalis fieri non debet, sed ex charitate; cum potius ipsi remittenti, quàm iniurianti utilis sit. nam, ut ait Christus Dominus, Matt. 18. Qua mensura mensi fueritis, remetietur, & uobis. Et si uolumus peccata nostra dimitti, ut fratri nostro ignoscamus, necesse est, iuxta illud, Dimitte nobis, &c. At si quis pecuniam accepit, cedendo actioni, qua contra iniuriantem agere poterat, & tunc pecuniam acceptam restituere non tenetur, modo boni uiri arbitrio æquum acceperit, immo poterit agere in iudicio ad petitionem eius, quod ei ex ea causa fuerit promissum, quod probatur in l. transigere. C. de transact. Dixi notanter, modo boni uiri arbitrio æquum acceperit, quia si ultra id ipse iniuriam passus aliquid ab iniuriante exigat, ne contra illum criminaliter agat, cum possit illud nec iustè exigi, nec recipi, nec ob illam causam retineri potest, cũ non sua, sed Reipublicæ intersit criminosos publicè puniri, ac proinde in casu talis iniuriatus nõ quod suum, sed quod alienum est uideretur uendere, ita Medi. C. de restit. q. 30. in fi. Couar. lib. 2. uar. resolut. c. 10. nu. 7.]

11 Sed quæritur, cui † competat actio iniuriarum, quæ ęst, ut ei satisfiat? Respondeo, quòd non solum competit ei, qui iniuriam patitur, Instit. de iniur. §. non solùm, sed etiam si fit in religiosum, uxorem, filium nondum emancipatum, uel seruum competit Prælato, marito, patri, & domino. Quinimmo nec etiam ipsi tales offensi possunt illam condonare sine authoritate suorum superiorum, ff. de pact. l. in personam, glo. com. recepta, in cap. Parochianos, de sent. excommun. per quem tex. etiam habetur, quòd si iniuria fuerit facta religioso, quòd non debet absolui excommunicatus, nisi prius satisfaciat, ut notat etiam Francus, in c. 2. §. scituri, de off. ord. lib. 6.

12 Tertia. Duo † se mutuo offendunt, & amborũ offensio est ęquè grauis, tunc qui primus offendit, debet reconciliationem petere. Si verò posterior offensio sit maior, tunc posterior debet prius illam petere, Sylu. in Rosa aurea, casu 56.

SVMMARIVM.

1 *Ira quid, & quo casu pariat mortale, quo non.*

2 *Malum sibi, vel proximo deliberatè imprecans, mortali se astringit, secus si sine consilio.*

3 *Vindictam inordinatè appetere lethale est. & creaturæ maledicere, quomodo mortale sit.*

De ira. Cap. LXXIII.

1 IRa, quæ est † appetitus vindictæ non seruata iustitia formã habens inferendi aliquod graue nocumentum proximo cũ consensu deliberatæ rationis propter aliquam præcedentem offensionem, est peccatum mortale: nisi esset imperfecta, puta, si esset subitus motus iræ, cui ratio nõ consentit, vel propter paruitatem nocumenti, verbi gratia: Si aliquis irascitur contra aliquem puerum, volens eum parum trahere per capillos, vel per aurem, aut aliquod leue facere in sui vindictam, ita explicat D. Tho. in q. disput. q. 12. de ira, art. 3. vers. Respon. sed hęc exemplis declarabuntur.

2 Primum. Mortaliter † peccat, qui ex ira se blasphemat, vel optat sibi mortem, aut etiam proximo, si malum esset notabile sub ratione mali cum animo deliberato. Indeliberatè tamen, vel ore male-

dicere, ut communiter parentes filiis, & coloni bobus, est veniale. Verùm ad constituendum peccatum mortale sufficit animus deliberatus etiam momentaneus, licèt illico pœniteat, Caietan. 2.2. q.86.art.2.

3 Secundum. Inordinatè † vindictam appetere contra proximum est peccatum mortale, Sylnest. in ver. ira, siue appetatur vindicta maior merita, vel merita authoritate propria, vel contra iuris ordinem, Nauar.cap.23.nu.115.

Tertium. Si pœnitens dicat se maledixisse creaturam irrationalem, vel elementa, interrogare debet Confessarius, Maledixerit ne ore tantum, vel ore, & animo, nulla ratione Dei, vel proximi habita, quia in his casibus est tantum peccatum veniale. Verùm si ex animo ea ratione, qua est creatura Dei, quia tunc est blasphemia, aut qua ratione est res proximi, & tunc perinde est, ac si proximo malediceret, & ideo in vtroque casu esset peccatum mortale, ita D.Thom.2.2. q.66.art.2.

SVMMARIVM.

1 *Coitus omnes prater matrimonium prohibentur ex 6. pracepto, & ipsa etiam animi libido.*

2 *Pœnitens cautè interrogandus in peccatis venereis, prasertim adolescentuli.*

3 *Actus venereus prater matrimonium consummatus pro qualitate speciei grauior fit.*

4 *Oscula libidinosa, vel tactus, mortalia, & quo casu etiam inter coniugatos.*

De sexto præcepto, Non Mechaberis. Cap. LXXIIII.

1 PRohibetur † non solùm adulterium, sed etiam omnis illicitus coitus, atque corruptio, præter eam, quæ est matrimonii. Nec non animi libido. Hinc Dominus, Matth. 5. Audistis (inquam) quia dictum est antiquis, Non Mœchaberis. Ego autem dico vobis, quòd qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in corde suo.

2 Interrogandus † est igitur peccator de omnibus speciebus luxuriæ, sed ita breuiter, & distinctè, ut intellecta specie peccati non quærantur aliæ circunstantiæ, quæ non variant speciem, maximeque adhibenda est cautela circa adolescẽtulas, aut paruulos; tales enim debent à longe interrogari, & primò cum quibus conuersantur, atque loquuntur. Et si nunquam audierunt uerba mala, atque impudica, & si id affirmant, interrogandi sunt si eis displicuerunt, ac tandem cognito, quòd te talia proferentem intelligunt, interrogandi sunt, si aliquos tentauerunt de malo, atque ita paulatim à verbis, & cogitationibus veniendum ad opera, quæ perpetrarunt.

3 Rursum † sciendum est, quòd omnis actus luxuriæ consummatus extra matrimonium, qui voluntarius est, dicitur peccatum mortale, & secundum qualitatem specierum, ita peccatum fit grauius. Exẽpli gratia, si solutus cum soluta rem habet, dicitur fornicatio: si cum virgine, vel vidua, dicitur stuprum: si cũ violentia, raptus: si cum consanguinea, incestus: si cum moniali, sacrilegium: si cum masculis, vitium sodomiticum: si se polluit, dicitur mollities: si cum nupta, dicitur adulterium: si cum bestiis, bestialitas.

4 Omnes † etiam tactus, & oscula libidinosa, præter coniugatorum, immo etiã cum illis, si probabiliter ex tactibus, uel osculis timeatur pollutio extra uas naturale, sunt peccata mortalia.

SVMMARIVM.

1 *Fornicationis nomen etiam impropriè sumitur, & propriè quid sit.*

2 *Fornicationem simplicem asserere non esse peccatum, haresim sapit.*

3 *Lupanaria, quare ab Ecclesia permittantur.*

Meretricibus sublatis, sodomiam vniuersum

sum orbem impleturam affirmat Aug.

4 *Solon Atheniensis meretrices instituit, quò iuuenes à pudicis mulieribus abstinerent.*

Meretrix, an cum quocunque fornicari cogatur.

5 *Peccat in hoc praeceptum, tam qui vtitur meretricibus, quàm qui aliis ad id pecuniam porrigit.*

6 *Animo in hoc praeceptum peccatur.*

7 *Lenocinium grauius homicidio, & quibus pœnis coerceantur lenae, vel lenones; & quid de matre lena.*

8 *Verba inhonesta, & gestus, dupliciter dicuntur mortalia, & mortalia non sunt, vt nu. seq.*

10 *Tangere, vel aspicere formosum ex vanitate, modo absit deliberatio copulae, non est mortale.*

11 *Mulier oscula, tactusq; in se permittens, an & quando peccet, distingue, vt hic, & nu. seq.*

13 *Mulier si aliter non potest effugere, clamare debet; sin minus, consentire videtur.*

14 *Actus ex suo genere non venerei non impellunt in mortale, & vide exemplum.*

15 *Osculum proditorium, reuerentiale, consensus, & pacis est significatiuum.*

De fornicatione. Cap. LXXV.

1 ET si impropriè † omnis illicitus coitus fornicatio dicitur, 32.q.4.cap.meretrices. tamen in stricta, & propria significatione fornicatio est coitus naturalis illicitus soluti cum soluta omni vinculo, scilicet coniugii, consanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis, seu voti, quae fornicatio procul dubio peccatum est mortale, ex Apost. Gal. 5. Vbi praemissa fornicatione, & aliis vitiis submittit, quòd qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, & etiam glo. no. in cap. ad nostram, uer. non est, de haeret. in clemen. Abb. in cap. inter opera, in fi. de sponsal. nec excusat ignorantia, quia est contra legem naturalem, 14. quaest. quarta, per totum.

2 Immò † haeresis esset dicere, fornicationem simplicem non esse peccatum mortale, Alfon. de Cast. lib. de haeret. in uer. coitus, tex. est in cap. audite, dist. 34. Hinc acriter & iustè reprehenditur per Coua. in epist. 41. decret. cap. 4. nume. 8. Barto. in l. pen. ff. de concub. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. dum asserunt simplicem fornicationem iure naturali legitimum coitum esse.

3 Sed quare ipsa Ecclesia † lupanaria permittit, & per consequens fornicari, cum illud sit peccatum omni iure dãnatum? Respon. quòd Ecclesia quandoque tolerat minus malum praesens, ut euitet maius malum futurum, quod uerisimilibus coniecturis speratur, cap. requisiuit, de sponsa. quem tex. ad hoc dicit sing. Ioan. Lupi in cap. per uestras. §. 10. nume. 16. de donat. inter uirum & uxor. est optimus tex. in cap. inter opera, de sponsal. Vbi Ecclesia meretrices tolerat ad euitãdas promiscuas luxurias, & foedissimas coniunctiones, & sic nõ illud peccatum approbat, sed dissimulando tolerat, ut eo medio adulteria, incestus, atque alia luxuriae crimina compescat. Hinc D. Aug. Tolle meretrices de mundo, & sodomia totus erit repletus.

4 Hinc Solon † Atheniẽsis, Philemone authore, publicas meretrices instituit, ut ea uenere contenti iuuenes à pudicis sollicitandis abstinerent, refert Alciatus in l. Massurius. ff. de uerborum signific. facit text. in cap. duo mala, distin. 13. Et in tantum lex tolerat huiusmodi fornicationes, ut etiam cogat publicas meretrices ad fornicãdum cum quocunque, iuxta tamen mercedem, ita tenuit Decius in l. inuitus, num. 7. ff. de reg. iur. quam tamen opinionem, ut erroneam, & nullo facto probabilem impugnat Couar. lib. 3. uar. resolut. cap. 13. num. 2. ea quidem ratione: quia meretrix non tenetur mortale peccatum cum quolibet cõmittere, ergo nec inuita cum quolibet potest ad coitum cõpelli, quam sententiam tenuere Andr. de Isern. &

Afflict.

Afflict. in consti. Neapo. rubr. 20. de violentia meretr. illata. Sed modo ad quęstionum decisiones descendamus.

5 Prima. Non † solùm mortale peccatum est accedere ad publicas meretrices toties, quoties, sed etiam alios inducere ad fornicandum, cap. noli, de pœn. dist. 1. 2. quæstio. prima, cap. notum, aut pecunias elargiri, vel mutuo dare id sceleris admittere volentibus. Est enim in his casibus cooperator; nec non si secum alios ad id facinus duceret, Sylu. in ver. concubinarius. q. 3.

6 Secunda. Pariter † peccat mortaliter non solum is, qui fornicatur, sed etiam is, qui id deliberat consumare: quia iam męchatus est in corde suo. 32. q. 7. capit. non solum.

7 Tertia. Lenones † inducendo alios ad fornicandum, non solum peccant mortaliter, sed etiam homicidæ sunt, d. cap. noli, de pœnit. distin. 1. Hinc maius peccatum cômittunt, quàm adulteri. Adulteri enim peccant in se, & fœminam: Lenones vero præter seipsos, duos alios ad peccatum trahunt. Hinc magis peccant, quàm homicidæ, ut inquit Ang. de Aret. in lib. de malefic. in ver. *che m' hai adulterata la mia donna.* Quare etiam in foro exteriori grauissimè puniútur. Vnde si fuerit leno, vel lena alicuius fœminæ extraneæ, pro prima vice fustigatur, pro secunda signatur in fronte, vt habetur in consti. Lenas. Sed si fuerit mater lena ipsiusmet filiæ, prima vice punitur pœna truncationis naris, nisi fuerit in extrema necessitate, & paupertate, & non haberet vnde aliunde viueret, nisi quæstum de filia fecisset, probando etiam consensum filiæ: quia tunc arbitrio iudicis esset punienda, ut habetur in constitut. Lenas. Rursum cautum est per Regiam pragmaticam, incip. Ferdinandus Dei gratia, quòd masculus leno indifferenter punitur pœna mortis, vt per Afflict. in d. const. Lenas.

8 Tertia. Gestus, † & verba inhonesta sunt peccata mortalia dupliciter. Primo in ordine ad peccatum carnis. Secundo ad peccatum delectationis: Exemplum primi: Si quis diceret verba inhonesta ea intentione, vt prouocaret ad fornicationem, vel vindictam. Exemplum secundi. Si quis proferret verba inhonesta, aut cantica, ut inde delectaretur carnaliter, vel libidinosè, tunc proculdubio huiusmodi peccata verborum, vel gestuum essent peccata mortalia; glos. in clemen. ad nostrum, versic. septimi, de hæretic.

9 At si † verba illa proferret, vel gestus faceret, quia delectant non carnali concupiscentia, sed ad recreationem capiendam, vt sic hilariter transeat, peccaret venialiter, Caiet. 2. 2. quæst. 148. art. 5. ver. in sexto. quod confirmat ratione, & authoritate. Hæc tamèn intellige, nisi fiant cum probabili periculo delectationis libidinosæ, vt sæpè esse solent huiusmodi pericula, quando sunt huiusmodi uerba inter uiros non probatæ uirtutis.

10 Hinc † non peccat mortaliter, qui tangit, aut uidet elegantem iuuenem, & formosam causa uanitatis, leuitatis, curiositatis, uel similium, non dirigendo id ad carnalem copulam, nec ad delectationé uenercam, etiam si insurgat delectatio uenerea contra, uel præter uoluntatem eius, nullo assensu rationis accedente. Sed si uisus, aut tactus fit deliberatè ad habendam delectationem uenercam sine relatione ad copulam carnalem, peccatum esset mortale, per tex. in c. si cui, de pœnit. dist. 1. glo. memorabilis in cap. odi, 24. quæst. 1. quæ reprehendit Scholares adeuntes Ecclesias, ut uideant dominas. Nauar. cap. 16. nu. 11.

11 Quarta. Pari † ratione non peccat mortaliter, quæ patitur tactus, uel oscula ab eo, quem credit moueri honesto amore: secus uerò si ab eo, quem credit moueri libidinoso amore ad actum uenereum, uel delectationem morosam, quod procedit, quando potest uitare sine scandalo eorum, qui de libidine non suspicantur. Attamen si dubitaret tales actus libidinosi ne sint, an modesti, & tunc attendendum est sint ne eius generis, qui consueue-

sueuerunt fieri inter pudicos, & negari non possent sine præiudicio affabilitatis, ut complexus amici nouiter uenientis, & tunc erunt absque peccato. Immò neque mortale peccatum est, quotiescunque osculum, vel complexus non essent apertè impudici, vt tactus pudendorum, vel oscula furtiua, quia non debet iudicare socium de libidine, sed amore honesto, vel saltem sensuali citra mortale, Syl. in ver. Delectatio, q.4.

12 Sed quid † si mulier scit se tāgi ab alio mala intentione, & non consentit, an peccet non retrahendo se; cum id facere nequeat sine scādalo? Respondeo, quòd si tactus sunt ex suo genere venerei, ut in locis genitalibus, aut vicinis, vel oscula furtiua: mulier eiusmodi tactus nullo modo permittere debet, quantumcunque secretò fiant: sicut nec sustinere debet, ut quis in aliqua corporis parte etiā si id secretò fiat, abutatur ea, sed debet omnino contradicere se subtrahendo.

13 Quod † si istud effugere nequaquam posset, debet cum Susanna clamare; alioquin hæc non facere aliud non est, nisi tacitè consentire: mauult enim illos tactus, quàm recedere, & clamare, quod constat esse mortale, & voluntarium, sicut proiectio mercis in mare.

14 At uero † si tactus ex suo genere non essent venerei, sed liciti coram omnibus, ut tactus manus, oscula obuiantis, consertio manuum in choreis secundum patriæ morem, non teneretur mulier euitare de necessitate: quoniam sustinendo actus exteriores, nihil mali sustinet, & consentiendo actibus exterioribus, nulli malo consentit, sed consentit operi bono, uel non malo, quod ille libidinosus ex mala intentione ordinat ad malū, v. g. Reuertitur consobrinus mulieris, & de more osculatur eam, licèt illa sciat eum ex libidine se osculari, non tenetur tamen aduenientem repellere coram aliis ab osculo licito, nec consentiendo tali osculo, libidini illius, qui ex mala intentione illud facit, se sociat, sed bono mori, quo ille abutitur in corde suo, & unde accepit occasionem scandali sibi datam, Caiet. 2.2. q. 154 art. 4. vers. circa huiusmodi. [Si tamen uis uidere, quot modis osculum præstetur, & quādo sit permissum, vel non, uide extrauag. Io. 22. de verbo. signifi. in uer. oscula. quæ inquit,

15 quod quandoque præstatur † ad decipiendum, vt fuit reperire in proditore Iuda, osculo Christum tradente, & tale osculum omnino est prohibitum, immo dulciora reputantur oscula inimici, 5. q. 5. cap. non omnis, & cap. non osculatur. quum corpore cum osculato esse uideatur, mente tamen, & animo contrarius est, quare multo nequior esse censetur, quàm euidens inimicus, 93. distin. cap. si inimicus, & C. de donat. l. data, cum ibi nota. Quandoque autem præstatur ad reuerendum, & obediendum, & istud aliquando est permissum, vt est uidere in osculo, quod præstatur summo Pontifici in pede. C. de domesti. & protec. l. 1. lib. 12. cum ibi not. & in c. cum olim, de priuileg. Quandoque vero præstatur ad designandum consensum in malum, puta adulterium, vel fornicationem, & hoc de iure damnatur, vt ff. de adulter. l. quod ait lex. Quandoque ad designandum ipsum in bonum, puta coniugalem affectum, vel pacis inductiuum, vel iniuriæ remissiuū, & tunc est permissum, C. de donat. inter uir. & uxor. l. si à sponso, extra de sponsa, cap. 1. dist. 63. Adrianus, Institu. de iniur. §. fin. Quandoque etiam præstatur nedum ad inducendum consensum præsumptum, sed ut omnia finita esse pacis osculo denotentur, de consecr. distin. 4 cap. Episcopus, distin. 2. cap. pacem, iuxta uerbum Proph. Iustitia, & pax osculatæ sunt.]

SVMMARIVM.

1 *Concubinas, quas sacra scriptura vocabat? & vnde sic dicta, num. seq.*

2 *Concubinam habere affectu vxorio grauius est, quàm fornicario.*

3 *Concubinas solutum habere graue est peccatum, coniugatum verò grauissimum; &*

& quæ pœna concubinariis sit statuta.
4 *Concubinarii, quinam intelligantur à Concilio Triden. quod crimen merè est Ecclesiasticum.*
5 *Concubinarii ter moniti excommunicãtur, si non desistant, idem in clerico ad eum priuandum in foro exteriori.*
6 *Sacerdos concubinarius notorius, an celebrando efficiatur irregularis.*
7 *Clerici concubinarii sacrilegium committere dicuntur, nec absoluuntur, nisi expulsis concubinis.*
8 *Persistens in excõmunicatione per annum est suspectus de hæresi.*
9 *Mulier ter monita non recedens à concubinariis, præter pœnitentiam est extra oppidum eiicienda.*
10 *Iudex laicus quãdoque ecclesiastici auxilium implorat; & laicus ab ecclesiastico cogi potest, non è contra.*
11 *Fornicatio notoria, quæ propriè dicatur.*

De concubinis. Cap. LXXVI.

1 [VT autem concubinæ † originẽ cognoscere valeamus, adnotare libet à canonibus antiquis, quandoque dici cõcubinas, eò quòd absque dotalibus instrumentis, cęterisque solemnitatibus à iure ciuili introductis fuit coniugium celebratum, quod Gratianus probat in c. omnibus, & cap. seq. dis. 34. Sacra etiam scriptura eas fœminas, quas Sancti Patres præter proprias vxores carnaliter cognouere, easque in contubernio veluti vxorum ancillas retinebant, promiscuè appellat vxores, uel concubinas, veras tamẽ uxores pręcedenti nuptiarũ solemnitate con iunctas nunquàm concubinas nominauit, authore Augustino, lib. 1. quæst. super Gen. cap. 90. idem de ciuit. Dei cap. 34. Vnde Tho. distin. 33. q. 1. art. 3. ad 3. inquit, quòd vbicunque in veteri testamento legitur aliquos sanctos viros con cubinas habuisse, oportet dicere ẽas illis fuisse matrimonio iunctas, & tamen aliquo modo cõcubinas dici, quod aliquid habebãt de ratione uxoris, & aliquid de ratione concubinæ: nam secundũ quòd matrimonium ordinatur ad suum principalem finem, qui est prolis procreatio, sic erant vxores: sed secundum quòd ordinatur ad secundarium finem, qui est dispensatio familiæ, & mutua communicatio operum viri, & uxoris, & simul cohabitatio, sic uxores non erant, quæ primæ uxori accedebant, sed concubinę appellabantur, quasi simile aliquid habẽtes cum concubina in hoc, scilicet quòd poterat eiici de lecto, & à domo, sicut illa, quę verè est concubina: vnde de Agari dicitur per Saram ad Abraham. Eiice ancillam, & filium eius, quam tamen prius dederat viro suo vxorem. Vnde Aloysius Lipponamus super Genes. cap. 22. inquit: Concubinæ olim erant nõ illegitimæ, & fornicariæ, sed vxores minime principales, quarum filiis non debebatur hæreditas, nec æqualis honor, non sacerdotium, nõ primogenitura, sed munera tantum recipiebant, & mutua se charitate complectebantur, & inuicem se iuuabant. Alibi frequentius dicitur concubina domi retenta in contubernio, capit. non omnis, 31. quæstio. 1.]
2 & † dicitur à con. i. simul, & cubo cubas, & lex uocat concubinam, quæ sine nuptiis tenetur domi modo uxorio, ita vt cohabitatio requiratur, ff. de uerborum signific. l. Massurius. 34. distinc. c. is qui. vnde siue sit ea, quam quis cognoscit vxorio, siue maritali affectu, de qua loquitur totus titulus, ff. de cõcub. cap. non omnis. 32. quæst. 2. siue ea, quã quis cognoscit fornicario affectu, vterque concubitus, immo omnis pręter vxorium est illicitus, & damnatus, ca. dixit. 32. quæst. 4. Licet maius peccatum committat qui habet concubinam vxorio affectu, quàm fornicario. Vnde inquit Conc. Triden. sess. 24. de reform. cap. 8.
3 Graue † peccatum est, homines solutos concubinas habere, grauissimum vero, & in huius magni sacramenti singularem contemptum admissum, vxoratos quoque in hoc damnationis statu viuere, ac audere eas quãdoque domi, etiam cum

cum vxoribus, alere, & retinere: quare vt huic tanto malo sancta Synodus opportunis remediis prouideat, statuit huiusmodi concubinarios tam solutos, quã vxoratos, cuiuscunque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquàm ab ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, seque ab earum consortio non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluantur, donec reipsa admonitioni factæ paruerint.

4 Vbi nota, † quòd non solum Conc. Triden. intelligit de concubinariis publicis, sed etiam de his, quos populus credit esse tales, licet non sint, donec ueritas publicetur; quia non solum ab omni malo, sed etiam ab omni specie mali, seu suspicione cauendum est, iuxta Apost. 1. Thess. c. 5. cap. cum ab homine, de vita & hone. cler. Nauar. in suo Man. cap. 16. nu. 21. & 23. Secundo noto, quòd dum Conc. Trid. loquitur, quòd concubinarii possunt compesci ab ordinario, Hinc colligitur crimen adulterii esse merè Ecclesiasticum, de quo Ecclesia etiam inter laicos cognoscit, Fel. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit.

5 Possunt † enim excommunicari, si cõcubinarii tam soluti, quam coniugati à concubinarum consortio ter moniti ab ordinario nollent abstinere, c. intelleximus, de adult. Abb. in c. tuæ, de procur. & in cap. gaudemus, de diuor. Quæ quidem trina monitio, etiam requiritur in clerico concubinario, ad effectum eum suspendendi, seu priuandi in foro exteriori, Præpositus in c. nullus, num. 3. distin. 32. Nam in foro poli si sacerdos concubinarius esset notorius facti, ita ut nulla tergiuersatione celari possit, suspensus est ab officio, pœnitentia, sacra vnctione, & celebratione, c. nullus, c. præter hæc, dist. 32. cap. vestra, c. tua. c. fin. de coha. cler. vel mul.

6 Vnde celebrando, † efficitur irregularis, [Anto. de Butr. in cap. si celebret, de cler. exco. mi. nec absoluendus, præterquam à Papa, c. 1. de senten. excom. lib. 6. Arch. Floren. in 3. par. in 3. c. ti. 27. allegat Innoc. Host. Archid. & Anto. quam quidem sententiam multum timere debent uniuersi clerici in quocunque ordine constituti, & ne illam ignorent, esset omnibus prædicanda. Quot enim, proh dolor, sacerdotes, diaconi, & subdiaconi publicè concubinas tenent, ac uxores, & publicè nutriunt filios, ita quòd etiam ipsi non audent diffiteri, & eodem concubinatu durante non semel, sed pluries Missam celebrant, Euangelium, uel Epistolam solemniter decantant, irregularitatem incurrentes? & hæc sententia communis est, uerum quid de ea sentiam, uide infra, li. 4. c. 24. Licitum est etiam subditis subtrahere obedientiam suis superioribus, videlicet quando sunt notorii concubinarii. uide 11. q. 7. c. sacerdotes, & glo. in c. cum non liceat, de præscrip. si autem notorius concubinarius, qui ipso iure est suspensus quò ad se, & quò ad alios,] non est executus actum sui ordinis, nihilominus indiget absolutione à suspensione quam poterit Episcopus facere, Doct. in d. c. uestra. Sylu. in uer. concubinarius, q. 4. per totum. Et quod diximus de notorio facti, habet etiam locum in notorio iuris, ut quia cõfessus est in iudicio, uel etiam condemnatus est, d. c. uestra. & c. tua. nã hic talis clericus concubinarius non solum potest deponi officio, sed etiam beneficio, ut inquit tex. in cap. si autem, de coha. cler. & mul. cap. ex parte Adæ, de testi. Sed hodie hoc relinquitur arbitrio iudicis, [utrum uelit à principio ipsum admonere, uel etiam suspendere: quia cum iura in hoc uariè loquantur, ut patet per totum tit. de cohab. cler. uel mul. optio datur iudici, facit d. c. si autẽ, in uer. liceat, iũcta glo. & hoc bene nota. poterit ergo iudex secundum facti circũstantias, & locorum consuetudinem, qualitatem personæ, & quantitatem scandali incipere, à pœna mitiori, uel grauiori, ita Do. Ant. de But. in d. cap. si autem. Abb. in cap. sicut, de cohab. cler. uel mul. num. 2. sed qua pœna hodie de iure nouissi-

nouissimo plectantur, vide Conc. Trid. sess.25.c.14. de reform.]

7 Hi vero † tam soluti, quàm coniugati, quàm clerici, qui non solum committunt adulterium spirituale, sed etiam sacrilegium, iux.tex.cum glo. in c. eos. distin.32. Anchar. cons.159. non sunt absoluendi, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint, scilicet concubinas eiicien do; seque ab earum consuetudine separando, cum proposito nunquam ad illas redeundi: quia præter peccatum mortale adest scandalum proximorum. Et hoc procedit non solùm in absolutione à censura, sed etiam à peccato in foro animæ, vt per Nauar. in cap.3. de satisfa. Quinimmo si nolunt abstinere, si non sunt excommunicati, possunt excommunicari, capitulo, ecce, & sequen. vigesima quarta, q.3.

8 Et † excommunicati si obdurato animo perstiterint in excõmunicatione per annum sunt suspecti de hæresi, & contra illos tanquam de hæresi suspectos potest procedi: quia perseuerantia in quolibet peccato sapit hæresim propter inobedientiam, argumen. tex.in cap. sciendum, 8.quæst. prima, & cap. si quis presbyter.dist.81.

9 Mulieres † etiam si trina monitione præmissa non abstinent à consortio eorum, quibus cum adulteris, seu concubinariis publicè uiuunt, præter pœnitentiam pro modo culpæ, 2.2.quæst.1. quæ Christo, extra oppidum ab eodem Ordinario eiici possunt. d. c. graue, in Conc. Triden. Qui quidem Ordinarius ex officio etiam si à marito, vel ab alio non fuerit accusata, potest procedere, ut per Concil.Trid. ibi ex officio, ita etiam est text. in cap. pernitiosam, de offic.ordin. Abb. in cap. intelleximus, num.1. de adulter. etiam si maritus sibi parcat. Ex quo adulterium est de casibus, in quibus proceditur ex officio absque accusatore, And. de Isern.in constit. Regni, Asperitatem. in fi. vers. sub rubr. de adulter. & leno. Quod quidem intellige, quando adulterium esset notorium, Alcia.in d. c. pernitiosam, num.34. alias secus, Andr. de Isern. in constit. Humanitatem. Immo Ordinarius si opus fuerit, potest vti brachio seculari ad illas eiiciendas extra oppidum, d.cap.pernitiosam, vbi Alcia.nume.24.facit tex.in cap.quoniam, de offic. Ordin.& 23.q.4.non inuenitur, cum similibus.

10 Et econuerso iudex † laicus quandoque iudicis Ecclesiastici implorat auxilium, (exempli gratia) vbi condemnauit aliquam adulteram detrudendam in Monasterium, secundum auth. sed hodie. C. de adult. Nam cum iudex laicus non habet Monasteria, debet implorare officium Episcopi, qui ea concedet, argu. tex. in l.inter pœnas. ff. de interd. & releg. est tamen differentia inter istos iudices, quia Ecclesiasticus potest, secularem etiam per censuras cogere, vt sibi præstet auxilium, cap.2. de maled. Secularis autem non potest cogere Ecclesiasticum, ut inquit Innoc. in d. cap. pernitiosam, & sequuntur omnes. Verum nota, quòd non debet Ecclesiasticus implorare tale brachium, nisi clericus sit incorrigibilis, cap.cum non ab homine, de iudic. Quod secus esset, si imploraret non ad puniendum, sed fortè, quia eius timet potentiã, vt per Abb.in cap.quoniam, in fi.de offi. Ordinar.

Vltimo, quia supra mentionem fecimus de concubinariis notoriis, ideo vi-
11 dendum est, quæ sit propriè † fornicatio notoria. Ideò sciendum est, quòd dicitur illa, quę nullam habet dubitationem, v. g. quando quis concubinas publicè teneret, ac vxores, & filios publicè nutriret, ita quòd nec ipse auderet negare, si interrogaretur, glos. in l. sententiam, ver.celari. C.de pœn.facit tex. in l.illud. §. sed & si.ff.de trit.act. cap.nullus, c.præter, distin.32.v.g. quia scientibus, & videntibus vicinis domum concubinę intrat, & conuersatur, dando ei alimenta publicè, argumen.in l.si vicinis scientib. C.de nup. ita Hostien.& Ioan.Andr. in cap.de illo, de eo, qui cogn.consang. vxo. suæ. Si autem non esset ita notorium,

sed

ſed probabiliter poſſet aliqua tergiuerſatione celari, vt quia tenet concubinam, & dicit eſſe pediſſequam matris, & huiuſmodi, non eſſet concubina publica, nec notorius concubinarius. cap. ſicut, de cohabit. cler. & mulier. capit. ſi qui, diſtinc. 81.

SVMMARIVM.

1 *Ornatus exterior, quando inducat tũ mortale, tum veniale peccatum.*

2 *Mulieres eo habitu vtentes, quæ oſtendant media vbera, vel pectus nudum, an incurrant mortale, & nu. 8.*

3 *Mulier, vt ametur, ſe ornans, & etiam quæ huic rei ita incumbit, vt neceſſaria ad ſalutem omittat, peccant mortaliter.*

4 *Ornatum non prætermiſſurus, etiam ſi lege prohiberetur, mortaliter peccat.*

5 *Ornatus mulierum, & vſus pigmentorum mortale eſt, ſi ſit malo fine.*

6 *Veſtibus ſplendidioribus vti, an ſit mortale, vel præter, vel iuxta ſtatus conditionem.*

7 *Religioſus, vel religioſa moderatè ſe ornãs non peccat mortaliter.*

9 *Confeſſarii, quomodo ſe gerant in his peccatis ad ornatum ſpectantibus, quò ad abſoluendos pœnitentes.*

De ornatu, an & quando ſit peccatum. Cap. LXXVII.

1 ORnatus † exterior virorũ, vel mulierum eſt adiectio ornaméti ad humanam perſonam naturalem gratiam augés. Hic ſolet multipliciter eſſe peccatum mortale, uel ueniale. Et primo ex fine. Si enim finis eſt mortalis, erit peccatum mortale; ſi uenialis, erit veniale. Secundo ex ſollicitudine: nam ſi erit tanta ſollicitudo, ut prætermittat neceſſaria ad ſaluté, erit mortale, alias veniale. Tertio ſi ſit contra legem obligatiuam ad mortale, verbi gratia, ne fiat ſub pœna excommunicationis, & tunc erit mortale, glo. in capit. primo, de ſagitta. ſi verò leuis eſt, & deſit contemptus ex parte tranſgreſſoris, erit veniale.

2 Quarto † ex qualitate habitus, vt habitus mulierum minus caſtus oſtendentium media vbera, & communiter inducit peccatum veniale. Quinto ex fuco, & communiter conſtituit peccatum veniale. Sexto ex precioſitate habitus vltra conditionem perſonarum: quod enim precioſum eſt Comiti, non eſt precioſum ciui, & hoc regulariter non eſt niſi ueniale. Septimo ex ſcandalo, ut quia hac intentione ornatur mulier, vt alterum ad ſui cõcupiſcentiam moueat, & hoc eſt peccatum mortale, aliàs ſine hac intentione eſt peccatum ueniale. Caieta. in ver. ornatus. Sed hęc ex ſpecialium caſuum deciſionibus faciliora reddentur.

3 Prima. Se ornare † eo animo, ut carnaliter ametur viſa eius forma ab aliquo, peccatum eſt mortale, licèt non ſequatur effectus; & ratio eſt propter finem, qui mortalis eſt, D. Thom. 2. 2. q. 169. artic. 2.

Secunda. Eiuſdẽ generis rea eſt, quæ tanta ſollicitudine ſe ornat, ut ad ſe ornandum non curet de neceſſariis ad ſalutem, ut de miſſa in feſtis, Caietan. in ver. ornatus.

4 Sic etiam † mortaliter peccat, quæ ea mente ſe ornat, ut non deſiſteret ab eo, etiam ſi uetaretur aliqua lege obligante ad mortale ob uanam, quam de eo capit delectationem, Nauar. cap. 23. nu. 57.

5 Tertia. Ornatus † mulierum cum pictura, vt aliorum ad ſe oculos trahant, peccatum eſt mortale, & ita intelligitur illud Eccleſiaſtes, cap. quarto. Ne accipies faciem aduerſus faciem tuam, faciem inquit picturę aduerſus faciem naturæ. Sic etiam in Concilio Laodienſi habetur, cap. fucare, de conſecrat. diſt. 5. Tingere figmentis, quò uel rubicũdior, uel candidior, vel verecundior appareat, adulterina fallacia eſt, ita etiam D. Tho. 2. 2. quæſtio. 169. artic. 2. ad 3. Verùm ſi

faceret

faceret ad tegendam aliquam maculam faciei, per quam displiceret viro, vel ut magis uiro placeat, non esset peccatum, ita Hostien. in sum. de empt. & vendit. §. primo, versic. de quibus rebus. Vbi etiam addit indecentem esse ornatum maximè in hominibus: cum unicuique sufficere debeat naturalis color, nec sine ipsius iniuria potest alius superponi, argumen. tex. in cap. ostenditur, de consec. distin. 5. Do. Anto. Burg. in rub. ne cler. vel mona.

6 Quarta. Ornare † se etiam splendidè pro sui status decentia, & more regionis, dummodo id bono fine fiat, non est peccatum, licèt alius, vel alia ad eius concupiscentiam alliciatur, argumen. tex. in cap. quisquis, dis. 41. Quinimmo nec peccat mortaliter is, qui splendidius se ornat, quàm status suus requirat, etiam si ob id alius ad mortaliter peccandum moueatur: nisi id esset in causa, ꝙ non solueret legata, vel debita, vel nõ præberet alimenta, cui præbere obligabatur, Caie. 2. 2. quæst. 169. art. 2. attamen qui preciosioribus rebus ornatur propter aliquam dignitatem, ut sunt ministri altaris, quàm cæteri, licitè possunt absque peccato: nam id faciunt non ad sui gloriam, sed ad significandum dignitatem sui ministerii, vel diuini cultus. Qui etiã uilioribus cæteris uteretur, si hoc faceret non ad iactantiam, sed ad macerationem carnis, vel ad humiliationem spiritus, non peccaret. Hoc enim pertinet ad temperantiam, quod præcipuè competit iis, qui uel bo. & exemplo ad pœnitentiam hortantur, D. Thom. 2. 2. quęst. 169. artic. 1. ad 2. Syluest. in ver. ornatus. quæst. 1.

7 Pariter neque † mortaliter peccat religiosus, vel religiosa, quæ se moderatè ornat: quinimmo nec etiã si notabiliter modum excedat, si hoc facit ob solam vaniam leuitatem, ostẽtãdo suam pulchritudinem, & elegantiam corporis absque alio fine mortali, Caiet. 2. 2. q. 169. art. 1. Quod intellige, dummodo vtatur habitu suo, alias illum deserens, & alium deferens religionis alienæ, esset excommunicatus, nisi desereret per modicum tempus, Sylu. in ver. ornatus. q. 5.

8 Quinta. Neque † mortaliter peccant fœminæ ostentantes pectora nuda, quò pulchriores videantur absque alia intentione mortali, Caiet. 2. 2. q. 169. artic. 2. quãuis talis consuetudo extirpari debet. Syluest. in ver. ornatus, quæst. 7. Verùm vestire se adeò tenui veste, vt pudenda transluceant, est mortale tam viro, quàm mulieri: quia eiusmodi nuditas ad luxuriam prouocat, quòd nõ facit pectorum nuditas, quę per se solum pulchritudinis ostensionem respicit.

9 Sexta. In huiusmodi † ornatibus taliter se gerere debent Confessarii, ut si eis clarè constet de mortali, denegare debeant absolutionem, si nolunt pœnitentes abstinere. Si verò eis clarè constat, ꝙ non sit mortale, non est absolutio denegada, etiam si abstinere nolint: quia venialia non sunt de necessitate confessionis. At si nequeunt clarè percipere, vel iudicare vtrum sit mortale, vel non, persuadendum est pro uiribus, vt abstineãt: sed non est eis facienda conscientia de mortali: quia tunc non abstinendo peccarent mortaliter. Nec etiam esset neganda absolutio: quia iura sunt propitiora ad absoluendum, quàm ad ligandum. cap. ponderet, distinct. 55. & melius est Domino rationem reddere de nimia misericordia, quàm de nimia seueritate.

SVMMARIVM.

1 Consensus ex delectatione existens duplex est, & an vterque sit mortalis.

2 Consensus delectationis secunda speciei, quando mortale sit, & quæ concurrere debeant.

3 Veneream delectationem nõ repellens, quod se non consensurum nouit, non peccat, item quando timetur ne grauior fiat pugnando, nu. seq.

5 Delectationem, quæ existit ex honesto studio, vel exercitio, non omittens non peccat, modo ei constanter non assentiat.

Dele-

6 *Delectatio de mortali praterito, mortalis est, & gaudere de male acquisitis restitutioni non obnoxiis, an possit sine peccato.*
7 *Delectatio operis non patrati, absque proposito tamen non inducit mortale.*
8 *Delectatio, qua quis aliqua muliere potiri vellet, si eam haberet vxorem, an & quãdo mortalis sit, & quid si consurgit tunc delectatio, nu. seq.*
10 *Tepidè cogitatione resistere, vel inutili cogitationi consentire, an sit peccatum.*
11 *Mulier in actu venereo violento, an peccet non resistendo, cum tamen habeat animum alienum.*
12 *Delectatio in verbis libidinosis, an, & quãdo sit mortalis.*
13 *Mulieris nudæ, vel coitus bestiarum aspectu delectari, aut etiam sermonibus meretricum in prostibulo, est mortale.*
14 *Periculo peccandi saltem ex delectatione, qui se, vel alium exponit, peccat.*
15 *Legere, vel audire libros amorum, vel gestorum lasciuorum, quo casu sit mortale.*
16 *Delectatio orta ex aspectu formosæ, vel formosi adolescentis, quibus concurrentibus fiat mortalis.*

De delectatione morosa. Cap. LXXVIII.

1 Consensus † in delectationem, qui nascitur ex sola deliberatione actus illiciti, duplex esse potest, nempe alius verus, & expressus, siue positiuus, qualis est eius, qui de aliquo peccato cogitat deliberatè etiam absque proposito, & desiderio id faciendi, eo tamen animo, vt ex eo nascatur, & crescat ei aliqua delectatio, qua fruatur. Alius vero tacitus, & interpretatiuus, siue negatiuus, quem Doctores morosam delectationem vocant, qui secundum mentem D. Tho. & S. Bonau. videtur esse, cum ratio sufficienter aduertit de mala cogitatione, & eius periculo, & eam reprimere negligit post tempus sufficiens humanę fragilitati ad deliberandum ex complacentia, quę dicitur quando non manet displicentia propter negligentiam, sic Sylu. in uer. consensus, num. 1. & in ver. delectatio.

Primus semper est mortalis. Secun-
2 dus † uero tunc demum est mortalis, quando quatuor concurrunt. Primum, ut id, de quo sumitur delectatio, sit lethalis culpa, D. Tho. 1. 2. quæst. 74. art. 8. Secundum, vt qui delectatur, aduertat se delectari: nam si circa id non aduerteret, quamuis diem integrum perduraret delectatio, non peccaret saltem mortaliter, iuxta text. singu. in cap. sed pensandum, versic. ex deliberatione procedit, distinct. 5. Neque satis est aduertere, nisi integrè aduertat, secundum Caiet. Tertium, ut non obsistat delectationi, eam à se repellere contemnens, quoniam si id conaretur, iam potius uirtuti, quàm uitio esset tribuendum, quamuis eam à se omnino non repelleret, d. cap. sed pensandum. Quartum, ut absque rationabili causa delectationem morosam à se omittat reiicere, Nauar. in cap. cogitationis, de pœnit. distinct. prima, & in Manua. cap. 11. nu. 10. Sed modo dubiorum decisiones, quę ex his euenire solent, more solito explicemus.

3 Prima. Delectationem † uenereani, repellere omittens, quia nouit se ea ui, & uirtute animi pollere, ut certus sit se non ita uictum, uel flexum iri ab ea, ut actum, de quo est uelit, neque ita ut uoluntas eius superior, seu rationalis uelit ea sensualitate frui, non est reus culpæ saltem lethalis: dummodo expresè non consentiat in illam, Nauar. cap. 11. nu. 9. uersic. 4.

4 Secunda. Neque † ille peccat, qui delectationi non resistit, neque eam à se repellere contendit, quia credit fore, quòd si contra eam acriter pugnet, illa potius augeatur, quàm minuatur, quod in carnis illecebris contingere solet, quæ facilius fuga, quàm pugna superantur, D. Tho. 2. 2. q. 35. ar. 1. ad 4.

5 Tertia. Qui † delectationem illicitã omisisset expellere, ne suam occupatio-

nem honestam, & necessariam, aut utilem derelinqueret, quale est studium, aut lectio rerum impudicarum ad huiusmodi delectationes prouocandum necessaria ad prælegendum scholasticis, vel ad concionandum populo. Quale item audire confessiones de rebus impudicis, non peccaret mortaliter, si statutũ apud se haberet nolle vinci ab ea: nam ut peccatum sit mortale, oportet illum, cui eiusmodi delectatio oritur, esse talem, ut suę imbecillitati, & consuetudini præteritæ ratione habita meritò credere teneatur, nisi illam reprimeret, in tale opus malũ, vnde nascitur delectatio, uel saltem in delectationem eiusdem operis verè, & realiter consensurum, Nauar. in Manu. cap. 11. nu. 9.

6 Sed quid dicendum † de delectatione habita de peccato mortali præterito ob vtilitatem, vel aliud bonum inde acceptum, an sit mortalis? Respondeo, ꝙ sic. Licet ad illud amplius redire nolit, qualis est, qui delectatur vsura, mendacio, furto, eo, quòd per ea sibi bona quęsiuit, aut fornicatione, uel adulterio, ex quibus suscepit liberos, quos immensè amat. Quamuis sine peccato possit quis gaudere de quęsitis per quodcũque peccatum, restitutioni tamen non subiectis; dummodo nõ gaudeat, quod taliter quęsierit, Nauar. c. 21. nu. 46.

7 Eadem † prorsus dic de delectatione, quæ oritur ex cogitatione peruersi operis non patrati, neque cum proposito patrandi ob vtilitatem, vel bonum, quod sibi inde obuenire posset, scilicet succedẽdo in munus, vel officium, uel hęreditatem alicuius. Nam delectari de cogitatione illius boni, nõ est peccatum. Nau. cap. 15. num. 10.

8 Quarta. Velle delectari † conditionaliter cum aliquo, uel aliqua, si, uel quando sua, uel suus coniux esset, non est peccatum mortale; quia dispositio conditionalis nihil ponit in esse, donec impleatur conditio. l. obligationum. ff. de act. & oblig. cap. si pro te, de rescrip. lib. 6. Quod procederet, quãdo non haberet delectationem præsentem insurgentem ex tali cogitatu conditionali, sed solum voluntatem se delectandi tali copula, cum sibi

9 fuerit licitum. At si conciperet † delectationem præsentẽ insurgentem ex tali cogitatione, & aduertenter illa se delectaret, & cõsentiret in ea deliberatè, peccaret mortaliter: quia delectatio nascẽs ex illa cogitatione non esset conditionalis, nec pendens de futuro euentu. Nau. in cap. si cui, de pœnit. dis. 1. & in Manu. cap. 16. num. 9. ver. 6. eadem prorsus dic de vidua, quæ delectatur cogitando de aliqua copula licita, habita cum coniuge suo, dum viueret, nam non peccat mortaliter, modo id fiat sine delectatione morosa præsenti, Nauar. contra Caiet. in d. c. si cui, num. 2.

10 Quinta. Non peccat † mortaliter is qui tam tepidè resistit tentationi, ut secundo, & tertio regrediatur ad pulsandam mentem, eò quòd solum tepidè resistit, secluso periculo consentiendi, quãdo perpenditur, Sylu. in ver. delectatio. quæst. 1. vers. 4.

Sexta. Qui cõsentit in delectationem cogitationis, quæ est de peccato veniali, vel venialiter, vel nullo modo peccat (puta) cum quis inutiliter cogitat aliquid, uel dispensare, vel prædicare, uel cum utiliter cogitat, Syluest. qui supra, vers. 2. & 3.

11 Septima. Delectatio † de actu mortali per vim absolutam cõmisso, verbi gratia, de copula carnali, quam mulier honesta per vim patitur, non est peccatum mortale: quia talis delectatio non est voluntaria, sed naturalis; nisi in ipsum actum, uel delectationem consentiat voluntate deliberata; secus si vis non sit absoluta, sed coactiua ob metum illatum, uel timore infamiæ, cap. merito. 15. quęst. 1. argum. tex. in cap. sacris, de his, quæ vi. Attamen quando vis est absoluta, non tenetur mulier clamare, aut aliter se defendere; nec tenetur suis propriis membris resistere, aut clamare; satis enim est non se componere, aut præparare ad actum obscenum, & animo non consentire:

ad

ad hoc, ut coram Deo non peccet mortaliter, quamuis in foro exteriori rea iudicari possit, Sotus lib. 5. de iustit. & iu. quæstio. prima, art. quinto. Exemplum potest poni de muliere captiua apud Turchas, vel latrones: quæ cum scit nihil sibi proficere eiusmodi resistentias, satis ducit animo non consentire: perfectionis tamen esset actibus etiam exterioribus resistere vsque ad mortem, Sotus, qui supra.

12 Octaua. Delectari † deliberatè de verbis luxuriæ turpibus, loquendo, audiendo, vel canendo, est peccatum mortale, etiam sine proposito male operandi, Caiet. 2. 2. q. 148. art. 5. vers. in 6.

13 Nona. Peccat etiam † mortaliter, qui, vel quæ vult videre fœminam nudam, vel eius pudenda, aut bestias coeuntes, vel uidere, aut audire mulieres in loco sibi periculoso, verbi gratia, in prostibulo, credens, vel probabiliter credere debens ex illo aspectu tali loco, & tempore consensum iri actui, uel delectationi mortali, aut pollutionem secuturam, Syl. in ver. curiositas. q. 3. ver. 4. Nauar. in Manu. c. 23. nu. 28.

14 Decima. Peccat † pariter mortaliter, qui vt sciat quantam in castitate constantiam ipse, & alia habeant, loquitur solus cum sola, tempore, & loco secreto, credens, aut credere debens se causam fore, & alteruter eorum alicui mortali saltem delectationi morosæ consentiat.

15 Vndecima. Qui legit, † aut audit libros amorum, & gestorum lasciuorum, credens, aut credere debens se, vel alium consensurum alicui delectationi morosæ, mortaliter peccat, Nauar. cap. 23. numero 28. & 30. & Confessarius libros illos pœnitenti permittere non debet, ut habetur in Indice librorum prohibitor. Regula 7.

Duodecima. Velle etiam scire quomodo aliquod peccatum fiat, probabiliter credens, quòd eius cogitatio periculosè moueat ad complacendum, peccatum est mortale, Syluest. in uerbo, curiositas.

16 Tertiadecima. Delectatio † de pulchra muliere, uel formoso adolescente viso, vel de eorum tactu, non est mortalis, iis concurrentibus: videlicet, quando uisus, vel tactus fit honesta de causa, scilicet in signum beneuolentiæ, vel pacis, & sine delectione venerea, Syluest. in verb. delectatio. quæst. 2. vers. 4. Caiet. 2. 2. quęstio. 154. art. 4. vers. Ad intelligendum. Neque etiam si fiat cum illa, primo motu insurgente; quia cum non sit in potestate nostra, non est peccatum, glos. in capitulo homicidium, de pœnit. distinctio. prima, cætera de tactu diximus supra.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum quid sit, & quotuplex.*
2 *Virgine, qui falsis promissionibus potitus est, ad quid teneatur.*
3 *Mulierem, qui falso animo decepit sub promissione ipsam ducendi in vxorem, tenetur in foro fori, & in iudicio animæ. fallit, vt hic.*
4 *Ex bina promissione facta diuersis ducendi in vxorem, prima seruanda, quamuis absque iuramento.*
5 *Promittens cum N. contrahere, an excusetur, si illa dotem dare nolit.*
6 *Displicentia paterna metus, num iusta sit causa veniendi contra iuramentum contrahendi cum aliqua.*
7 *Consulens ei, qui post promissionem cum aliqua contrahendi proposuit ingredi religionem, vt contrahat: deinde fiat religiosus, an bene faciat.*
8 *Votum subsequens iuramentum cum aliqua contrahendi, an sit iusta causa iuramentum infringendi.*
9 *Fraude, vel precibus, qui cum aliqua pro virgine habita, rem habuit, ad quid teneatur.*
10 *Stuprator virginis, qui cum altera contraxit in facie Ecclesiæ, ad quid teneatur cum prima, & quid de eo, qui post stuprum ingressus est religionem.*
11 *Nobilis cum filia agricolæ rem habens cum iuramento de ducenda in vxorem,*

an ducere, & ad quid teneatur.

12 *Stuprator, qui à contrahendo cum stuprata arcetur aliquo impedimento, nec ducere, nec dotare, si id nouerat mulier, tenetur.*

13 *Virginem inductam precibus amatoriis, amota fraude violans, ad ducendam non cogitur, & an patri, vel puellæ de aliquo teneatur.*

14 *Virginem violenter stuprans pœna capitis punitur: & violentum, quando dicatur.*

15 *Violator propriæ seruæ actione iniuriarum tenetur, quæ potest aufugere eo persistente.*

De stupro. Cap. LXXIX.

1 STuprum † propriè virginum est illicita defloratio sub parentum cura existentium, vt ait magister, lib. 4. senten. dist. 41. & habetur, 36. quæst. 1. cap. lex. Licet impropriè etiam dicatur viduarum, l. inter stuprum. ff. de verborum signific. atque puerorum. l. inter. §. 1. ff. de adulter. l. stuprum. §. 1. & l. cum vir. C. eod. tit. Aliquando etiam sumitur largè pro aliis speciebus luxuriæ. Vnde Amb. inquit, Omne stuprum adulterium est, sed de hoc latius habetur per Arch. Flor. 2. par. sum. tit. 5. capit. 6. Simpliciter autem grauius peccatum est adulterium, quàm stuprũ, vt scribit S. Bonauen. dicens, Deformius est virginem deflorare, quam defloratam cognoscere, attamen grauius peccat, qui adulteratur: quia magis lędit Rempublicam, & magis offendit virum, & magis generat infamiam. Hæc S. Ambro. dist. 12. libr. quarto, circa explanationem tex. in fi. Sed iam ad casuum decisiones descendamus.

2 Prima. Qui virginem † seduxit promissionibus, & mendaciis, atque eam deflorauit, mortaliter peccauit, teneturque eam in coniugem ducere, si pater eam sibi dare voluerit, vel dotare, iuxta tex. in cap. primo, de adult. quæ quidem dos constitui debet, secundum consuetudinem regionis, qualitatem puellæ, facultatem, atque eius dignitatem. l. penul. C. de Episc. aud. l. quæro, ff. de iure doti. l. siue generalis, ff. de leg. 3. 30. quæstio. 5. nullum. Sed aduerte, quòd accipere in coniugem, aut dotare, procedit in foro exteriori, & spectat ad pœnam criminis, quæ in foro conscientiæ, cum ante condemnationem non debeatur, glo. in cap. fraternitas, 12. q. 2. potest absolui, si per iudicem non fuit condemnatus, dummodo resarciat damnum ipsi stupratæ, dando illi, quantum esset datura alteri viro ratione deflorationis, ita Dom. Anto. de But. in d. cap. 1. Arch. Floren. 2. par. tit. 5. cap. 6. §. 1. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 6. nume. 15. Vnde si quis virginem prius duceret pro centum solidis, & nũc non vult cum centum, dabit ducenta: nam huius damni occasionem dedit, c. fi. de iniur.

3 Qui animo † vero, seu ficto ad decipiendam eam per prius promiserat ducere in vxorem, tunc non solùm in foro fori, sed etiam in animę iudicio est astringendus ad seruandam ei fidem, & ducere eam, [tex. est in cap. ex litteris, S. Syluani, in cap. sicut, in cap. requisiuit, de spons. & in cap. 2. eo. tit. licèt in hac promissione iuramentum pręstitũ non fuerit, probat tex. in cap. de illis, el primo, vers. mulierem, de despon. impub. vbi hoc notat Abb. post Henri.] Ita etiam in terminis firmat D. Thom. in 4. sent. dist. 28. q. 1. art. 2. & Richar. ibid. art. 1. quęstio. 3. in fi. & Petr. de Palu. & com. Theologorum schola. Quod multo magis procedit, quando se ad id iuramento astrinxerat, Abb. in cap. 1. de adult. Nau. cap. 16. num. 18. Quod intellige, nisi probabile esset, quod ex matrimonio consecuturo grande aliquid scandalum nasceretur, (puta) quia eius consanguinei eam verisimiliter occiderent, vel qualitas stupratoris esset ita furibunda, & effręnata maximè ex aliqua suspicione sibi orta ex aliqua copula forte cum aliquo, vel aliter: nam narrando scandalum imminens illi, & petendo remissionem promissionis,

nis, debet eam dotare, & dare ei tantum, quantum magis habet opus ad talem adipiscendum maritum, qualem si non esset stuprata, adipisceretur, Doct. in d. cap. 1. de adult. [Quod idem facere deberet iudex in foro exteriori, quando non indiscreta, & exactissima monitione, sed moderata videret nõ posse sponsum induci ad contrahendum matrimonium, iux. tex. in cap. requisiuit, de sponsal. & hoc, quia libera debent esse matrimonia; etenim si aliqui ab Ecclesia inuiti cogerentur, impediretur finis, ad quem tendit matrimonium, nam inuitis coniugibus non bene sequeretur procreatio, atque educatio prolis. Item inuiti sic copulati ad alios coitus fornicarios libenter accederent, quare ad euitandum hoc maius malũ, ne infelices exitus ex nuptiis metu contractis exeant, Ecclesia iux. tex. in d. cap. requisiuisti, statuit, ut matrimoniũ sine libero consensu haud contrahatur. aliàs si metu contraheretur absque libero consensu, matrimonium ipso iure esset nullum, ita Abb. in d. c. requisiuit.

4 Sed an teneatur quis † primam sponsam, cui fidem dedit futuri cõsensus absque iuramenti religione vxorem accipere, etiam si post prima sponsalia alteri eãdem fidem sub iuramenti uinculo præstiterit? Dic quòd sic. ita notabiliter Innoc. Ioan. And. Abb. Præpos. in cap. sicut, de spons. Couar. c. 4. nu. 5. eo. tit.

5 Sed quid si iurat † aliquam ducere in vxorem, etiam nulla dotis promissione præmissa, an sit compellendus eam ducere, si ipsa diues sit, & nolit dotem congruentem sibi assignare? Dic quòd non. ita Bald. in cap. iurauit, de probat. sequitur Ioan. Lupi in cap. per vestras, 3. not. §. 2. de donat. inter vir. & uxor.

6 Sed quid † si quis iurat cũ aliqua contrahere, & postea pœnitentia ductus nollet eam ducere, ne contristet patrem, qui comminatur eum domo expellendum, & nec in hæreditatem successurum, an teneatur patri obedire, præsupposita non multum distantia sortis inæqualis inter virum, & mulierem? Respon. quòd tenetur stare promissis, nõ obstante patris prohibitione, aliàs non absoluendus. Ita Alex. de Ales 3. par. Scotus in 4. dist. 29. q. 1. Syluc. in ver. Matrimonium. §. 1. Io. Tabien. in ver. filius, nu. 13. Naua. in Manua. c. 14. nu. 15.

7 Sed quid si † aliquis iurat cum aliqua contrahere, & postea est in proposito religionem ingredi, an bene faciat aliquis, qui consulit, ut contrahat, & postea ante carnalem copulam ingrediatur religionem? & videtur non expedire tale consilium, quia per hoc quòd nõ contrahat, ex quo propositum in melius commutat, non dicitur infringere iuramentum, de iureiur. peruenit, ext. de voto, scripturæ. Dic quòd si quis consulit, ut contrahat, & postea religionem ingrediatur, eo casu, quando non est paratus ad ingressum, vt quia vult recolligere fructus, vel ordinare sua facta, antequam intret, bene facit. Malè autem, quando statim foret paratus ingredi: quia in talibus periculosa est dilatio, & fortè posset retrahi ex contractu propter pronitatem copulę exigendæ, & ita intelligitur tex. in c. commissum, de regu. vbi post Innocen. Ant. de Butrio.

8 Rursum, quid si aliquis † iurauit alicui puellæ ducere illam in vxorem, & postea pęnitendo mutauit animum, & vouit perpetuam castitatem: Vtrum teneatur ad iuramentum, vel votum? Respõ. quod tenetur seruare iuramentum factum: ratio, quia cum per tale iuramentum videatur puella actionẽ aliqualem acquisiuisse in iurantem, videtur talem non posse mutare consilium in præiudicium sui creditoris. Ita Sum. Confesso. lib. 1. tit. 8. quæst. 23. Quod secus esset, si prius votum emisisset castitatis, & postea esset iuramentum subsecutum: nam tunc votum esset seruandum, & de temerario iuramento iurans esset puniendus, cap. rursum, de uoto. Host. in glos. ibidem, quem refert, & sequitur Sum. Confess. sup. & q. 20.]

9 Tertia. Qui dolo, † fraude, precibusque habuit rem cum aliqua pro virgine

habita, quæ re vera non erat, non tenetur eam sibi in vxorem copulare, sed tantum ad famæ restitutionem tenetur, si eam infamauit, secundum Ioan. Maior. in 3.dist. 37.q.33.col.pen.

10 Quarta. Stuprator † virginis, qui cũ secunda in facie Ecclesiæ contraxit, non tenetur defloratam ducere, sed stare cum secunda consensu interiori, & exteriori, argumen.tex. in cap.pen. de sponsa duo. Colligitur ex Abb. & Host. in cap. is qui fidem, de sponsal. Sed bene tenetur illi secundum Docto. prouidere de marito, assignando sibi dotem competentem, ex quo eam decepit. Pariter nec tenetur stuprator receptus ad professionem virginem deceptam ducere in vxorem: cum in veritate ante professionem non præcesserit matrimonium consummatum. Ita in terminis Sum. Confesso. titulo, de matrim. q. 16. ad finem.

11 Rursum, qui nobili † loco natus, & cum iuramento ducendi in vxorem rem habuit cum filia agricolæ, ita vt sint impares conditione, vel diuitiis, mortaliter peccauit, liber tamen est à nexu ducendi eam in vxorem; non enim est verisimile stupratam esse deceptam propter promissionem matrimonii, sed potius finxisse se deceptam ad colorandum suam turpitudinem, ita D. Tho. in 4. sent. dist. 28. q. 1. ar. 2. & Sum. Angel. in uer. matrimonium. 4. §. 2. Nec eam tenetur dotare, quia non fuit decepta, sed simulauit se deceptam. Attamen si constaret probabiliter, quòd stuprator licet nobilis tam constanter promisisset puellæ ignobili, quòd verisimiliter ex ea constanti, & decies confirmata promissione ipsa assensisset, aliàs nunquam acquietura, si non credidisset firmiter sibi fidem seruãdam, tunc Confessarius deberet in hoc, & simili casu sequi, quod verisimilius est, iuxta regulam, inspicimus, de regu. iur. lib. 6. & si ex ordine facti sibi narrati ex stupratore iudicet deceptam, etiam hoc casu mandet sibi dotem dari, quia cessat alia præsumptio fictæ deceptionis, iuxta tex. in cap. quia verisimile, de præsumptio. Aliàs si præsumptio esset se finxisse eam deceptam, nõ tenetur eam ducere, nec dotare, sed tantum arbitrio boni viri ei tantum tribuere, quantum fuerit opus ad eius connubium, si infamia non esset, Abb. in c. 1. de adult. Sylu. in ver. luxuria, nu. 5.

12 Similiter † nec tenetur stuprator, qui quouis alio impedimento ordinis, consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis non potest cum deflorata contrahere, ducendo illam sibi in vxorem, sed tantum debet eam dotare, & tunc quando impedimentum istud esset in facto incognitum mulieri; sed si stuprata sciuisset hoc impedimentum, tunc quia signum esset, quòd non fuisset decepta, stuprator non teneretur eam dotare, nisi ignorasset illud esse impedimentum de iure; quia & si ignorantia iuris mulierẽ non excuset, nisi in casibus à iure expressis, l. fi. C. de iur. & facti igno. tamen ubi agitur de damno uitando, ut hic, scilicet infamiæ, & deflorationis, secus esset, l. regula. ff. de iu. & fact. ignor. notatur in §. notandum. 1. q. 4.

[Sed quid de clerico in sacris constituto, qui virginem violauit sub figura matrimonii? dic quod præter pœnam stupri debet grauiter puniri, vnde propter talem dolum præter ordinariam pœnam depositionis arctiori carcere, uel monasterio detrudendus esset, quam pro simplici furto, Hispa. cap. 74. colum. 3. in sua praxi crimin.]

13 Sed nec in foro † exteriori astringendus est is ad ducendam in uxorem, vel dotare eam, quæ non decepta, sed leuiter rogata, ac verbis amatoriis inducta consentit peccato, sed tantum est pœna arbitraria puniendus, argu. tex. in cap. Deus qui, extra de pęn. & remiss. contra Abb. in c. 1. num. 2. de adult. ita Archiep. Flor. 2. par. titu. 5. cap. 6. ver. in foro autem. [Quod multo magis procederet, quando clericus de stupro virginis accusatus probaret apertè ipsam sponte consensisse, puta si testes iurant eam attraxisse illum ad concubitum, veniendo sæpius adi

ad lectum eius, eo repellēte illam quamuis non eſſet excuſatus à ſtupri pęna criminali: non enim voluntas conſcii criminis debet excuſare à pęna delicti, quādo culpa illius non conſiſtit in ſola uiolentia actus, ſed in reprobatione ipſius, quantumuis uoluntarii, & ſi operari debeat vt non tanquam violentus ſtuprator puniatur.]

Sed dubium eſt, an patri puellæ de iniuria teneatur, quia qui iniuriam facit filiis, facit & patri: glo. in c. parochianos, de ſent. excommun. Et an teneatur prouidere tali puellę ex infamia illi orta, vel ſi ſit prægnans, vel filios genuerit. & breuiter dicendum, quòd in conſcientia patri non tenetur: quia tex. Deuter. qui videtur contrarius, loquitur in foro exteriori poſt ſententiam, non autem ante. Vnde poſt ſententiam debetur illi æſtimatio damni ſibi prouenietis, quia maiori eget pecunia ad dotandam eam, & etiam iniuriæ, quæ ſibi illata eſt, quod firmat Archiep. Flor. vbi ſupra. Hoc tamen pater perderet, ſi conuinceretur ipſe de lenocinio, vel conſenſu. Nec etiam tenetur in aliquo puellæ, ſi forte fuerit facta prægnans: quia ex quo non fuit decepta, ſibi eſt imputandum, vt in reg. ſcienti, de regu. iur. lib. 6. Et damnum, quod quis ſua culpa ſentit, non alii, ſed ſibi debet imputari, cap. damnum, eo. titu. Si verò filios procreauerit, debet ſtuprator alere, & mater, ſi nō ſit filiafamilias, & habeat vnde poſſit: aliàs ipſe pater ſolus. In omnibus autem prædictis caſibus, an ſtuprata fuerit puella per vim, aut voluntariè, vel fuerit ſeducta, vel nō, ſtabitur in cōſcientia verbis ipſius ſtupratoris, quia in foro conſcientiæ ſemper ſtatur dicto pęnitentis, c. tua nos, de ſponſ. c. ſi uero, el ſecondo, de ſent. excommu.

14 Quinta ſtuprans † virginē in foro fori debet relegari, vel ſi uilis eſt perſona, verberari, aut ſi per vim fecerit, capite plecti, Inſtit. de adult. §. ſin autem, habetur per Afflictum in conſtit. ſi quis rapere, in ſecundo not. in 3. quæſt. Violentum vero (vt inquit ibi Afflic.) non ſolum dicitur, quando interuenit uis, vel violentia vera, ſed etiam ſi interueniſſent verba blanda, & illecebrę, ac blandæ promiſſiones, Archiep. Flor. ſecunda par. tit. 8. c. 6. §. 1.

15 Sexta. Si quis † ſeruam ſuam inuitam violauerit, aut ſeruum, iniuriarū actione tenetur, cap. ſi quis, de pęnit. diſtin. 1. Et ſi perſeuerat in vitio petendo illam, nec poteſt reſiſtere, quin ſibi uiolentiam inferat, ſi aliter ſuæ pudicitiæ conſulere non poteſt, licitè poteſt inire fugam, ſecundum Archi. ſicut etiam licitum eſſet vxori recedere à marito trahēte eam ad mortale, 28. q. 1. idolatria. Sylueſt. in ver. luxuria. q. 3. uerſ. tertium. Nauar. c. 16. num. 22.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtus propriè quid ſit, & inceſtuoſi qui dicantur, & quare prohibitus ſit.*
2 *Inceſtui qua pœna ſtatuta, Leuit. 20.*
3 *Affinitas quid ſit, vnde dicatur, & item affines.*
4 *Affinitas ex coitu licito quatenus extendatur, & quatenus ex illicito.*
Affinitas per ſponſalia etiam contrahitur.
5 *Extraordinaria pollutio triplex.*
6 *Sponſalia, vel matrimoniū non conſummatum, copula cum conſanguinea vxoris prius habita dirimit, & in quo foro procedat, num. 15.*
7 *Affinitas per actum conſummatū contrahitur, & quando is dicatur.*
8 *Affinitas ex commiſtione ſeminis contrahitur, vide caſum.*
9 *Maritus debet ſe vxori inſinuare ad vſum reddendi, cum ipſi debitum petere non liceat.*
10 *Inceſtuoſus, & debiti cum vxore petitione priuatur, & etiam coniugio poſt mortem vxoris, niſi ſit diſpenſatus.*
11 *Inceſtuoſus abſque diſpenſatione contrahens peccat, nec iuuatur conſuetudine.*
12 *Reconciliatio non ſequitur ex eo, quòd mulier viro petenti debitum reddiderit, in inceſtu, ſecus in adulterio.*

13 *Marito, vel vxori is incestus debitum petendi ius aufert, qui cum consanguineis alterius partis contrahitur.*

14 *Mulier ex consensu mariti, & illata vi incestum committens, an, & quando debiti petitione priuetur, & peccet.*

De incestu. Cap. LXXX.

1 INcestus † etsi generali significatione idem sit, quod pollutio: tamen ex usu ecclesiastico arctatum est hoc nomẽ ad pollutionem propriæ consanguineæ, idest earum, quæ quasi de uno sanguine prognatæ fuerunt, vel affinis. Vnde Gelasius Papa, cap. 2. 36. q. 1. inquit: Incestus est consanguineorum, vel affinium abusus. vnde Incestuosi dicuntur, qui consanguineis, vel affinibus abutuntur: qui quidem quadruplici ratione prohibitus est, secundum D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 9. vers. Respondeo. Primo propter quandam singularem honorificentiam, quæ debetur parentibus, & aliis consanguineis. Secundo, quia personas sanguine coniunctas necesse est adinuicem cõuersari. Tertio, quia ob incestum impediretur multiplicatio amicorum. Quarto, quia cum naturaliter homo consanguineam diligat, si adderetur amor, qui est ex cõmistione uenerea, fieret nimius ardor amoris, & vehemens libidinis incentiuum, quod castitati repugnaret.

2 Est autem † uitium detestandum, & pœna prohibitum. Vnde Leuit. 20. habetur: Qui supra uxorem filiã, matrem eius duxerit, scelus operatus est, viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio uestri. Et Aug. 32. q. 7. cap. adulterii, inquit: Adulterii malum uincit fornicationem, vincitur autẽ ab incestu: peius enim est cũ matre, quàm cũ alia vxore concumbere. Sed quia incestuosus est, qui abutitur affine: Ideo sciendum est, quid sit affinitas.

3 Affinitas † idem est, quod confinitas, idest finiũ propinquitas. Dicuntur enim affines, siue confines, quia finis vnius proximus est fini alterius, & ipsum attingens. Cum ergo per copulam carnalem fiant vir & vxor una caro, sanguis vnius attingit sanguinem alterius, & vice versa consanguinei vnius efficiuntur affines alterius. Fundamentum itaque affinitatis est copulatio mariti, & uxoris, ex quibus elicitur illa vulgata definitio: Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parentela. & hæc affinitas † extenditur 4 vsque ad quartum gradum, quando procedit ex coitu licito, cap. non debet, de consangui. & affin. Nam si per illicitum coitum, & fornicarium, tunc vsque ad primum, & secundum gradum, vt per Conc. Trid. sess. 24. cap. 4. Et non solum contrahitur affinitas per matrimonium consummatum, verum etiam per sponsalia, ita vt sponsus, qui carnaliter cognosceret consanguineam sponsæ, non possit cum sponsa matrimonium contrahere, cap. litteras, de despons. impub. cap. 2. de eo, qui cogn. consang. uxor. suæ, & hoc quò ad dirimendum matrimonium postea contrahendum: sed si matrimonio contracto maritus cognosceret consanguineam uxoris, non dissoluitur matrimonium, c. 1. c. discretionem, c. penul. de eo, qui cogn. consangui. & c. Couar. de despons. c. 6. §. 1. nu. 1.

5 [Rursum, † ad maiorem declarationẽ sciendum est, quod triplex est extraordinaria pollutio. Prima est cõtra ordinem iuris, vt cum illa, quæ non est uxor, & ex hac contrahitur affinitas, extra de eo, qui cogn. consang. discretionem. Alia est contra ordinem naturæ, vt cum brutis, vel cum masculo, vel etiam cum fœmina in loco non concesso, & ex hac non inducitur affinitas, glo. in cap. extraordinaria, 35. q. 3. Hosti. & Abb. in cap. fraternitati, de eo, qui cogn. cons. vxoris suæ. cum non fiat commistio sanguinis, 27. q. 2. cap. lex diuinæ. Nam etiam cum muliere potest esse vitium sodomiticũ, 32. q. 7. cap. usus. vt quando uir utitur muliere in loco non concesso, cap. adulterii, 32. q. 7. Tertia est præter ordinem

naturæ,

naturæ, & differt à præcedenti; quia illa est contra ordinem naturæ. Exemplum de hac ultima, vt cum quis polluit mulierem tantum circa naturalia, & de hac d. c. extraordinaria. & ex hac non contrahitur affinitas, licèt Fauentinus dixerit, quod sæpius iterata inducit affinitatem, quod non procedit, ex quo non est facta commixtio sanguinis, vt infra videbimus, uerbi gratia: Quidam polluit quandam circa naturalia tantum, non fregit claustrum pudoris. Archid. in d.c. extraordinaria.] sed ex iis, more solito, multorum deducamus dubiorum decisiones.

6 Prima. Ex copula † habita cum sorore, aut alia consanguinea uxoris suæ ante matrimonium cõtractum etiam post sponsalia oportet matrimonium separari ratione affinitatis contractæ, cap. 2. de eo, qui cogn. consang. uxor. suæ. Quod secus dicendum esset, si maritus post matrimonium contractum, & consummatum, siue ratum tantum, & nõ consummatum cognouerit cõsanguineam uxoris suæ, ita quod semen emiserit intra claustra pudoris: nam tunc matrimoniũ non debet separari, sed tantum amittit maritus ius petendi debitum, & si exigit, peccat mortaliter, nisi habeat dispensationem, Sylu. in uer. luxuria. quæst. 4. Igitur tali casu solum tenetur reddere petenti, cum uxor non sit punienda propter scelus uiri, cap. 1. & ibi Abb. de eo, qui cogn. consang. &c. capit. si quis uiduam, iuncta glo. fin. 32. quæst. 7. & ita intelliguntur iura in cap. quædam, cum duobus seq. ut inquit glo. in cap. qui dormierit. 27. q. 2.

7 Secunda. Non dicitur † affinitatem contrahere, qui cognouit consanguineã suam, uel uxoris suæ, & nõ consummauit actum, capit. extraordinaria, 35. q. 3. Oportet igitur, quòd sit actus cõsummatus in vase debito, idest facta seminatio ex parte utriusque, ut cõmittatur. Hinc neque per oscula, & impudicos tactus affinitas exurgit, immò nec per solã penetrationem, uel reserationem serarum, nec per effusionem seminis extra uas naturale, neque per nefariam seminationem contra naturam, tex. in d. cap. extraordinaria, D. Tho. distinct. 41. quęst. 1. art. 1. ad tertiam, & quartam quæst. Sotus, distin. 37. q. unica, art. 2. & dist. 41. q. unica. art. 2.

8 Sed quæritur, an † contrahatur affinitas, si aliquis non intrauit, sed seminauit infra claustrum, puta quia semen distillauit in uas debitum mulieris. Et tunc credo, quòd si per hoc non sit facta commixtio seminum, non contrahatur affinitas, aliàs sic, perinde ac si intrasset; dummodo de hoc constet, argu. eorum, quæ not. Abb. in c. is qui fidem, de sponsal. Dicens quòd si post sponsalia cõtracta sponsus seminet in uas sponsæ, licet non intret, secundum Vin. matrimonium consummatur; quia per hoc potest carnis commixtio interuenire, & fieri: si tamen seminum commixtio non fit, licet intret, tamen affinitas non contrahitur, arg. 35. q. 2. c. nullum, Innoc. in cap. fraternitati, de eo, qui cogn. consang. frater Ioan. in sum. Confes. tit. de impedim. affinit. q. 4. & 5. Hinc magist. Petr. de San. consuluit in causa matrimonii. Quidam clericus fuerat cum quadã muliere uiginti noctibus, & corrupit eam, & licet intrasset claustrum, seu vas debitum mulieris, nunquàm tamen ibi seminauerat, accidit quòd mulier illa contraxit cum fratre clerici, dubitauit, an possit remanere cum ea, & consuluit Ma. Pet. quòd sic; & ratio est, quia non fuit facta seminum cõmixtio. Hinc infertur etiã, quòd & si vir seminauerit in vase debito mulieris, si tamen mulier non seminauerit, non ex hoc impediuntur consanguinei viri ab eius copula: quia ut contrahatur affinitas, necesse est sanguinis vtriusque fieri commixtionem, arg. 35. q. 10. fraternitatis. Vnde inquit Inno. in c. fi. de eo, qui cogn. cons. vxo. suæ, quòd licet mulier semẽ emittat, si uir nõ emittit, vel econuerso, non contrahitur affinitas, facit ad hoc, 27. q. 2. lex diuinę, ver. protoplaustus.

Tertia.

9 Tertia. Et si † maritus cognoscens cõsanguineam uxoris suæ post matrimonium consummatũ impediatur ab exactione debiti, capitu. 1. de eo, qui cogn. consang. uxor. suæ, tamen debet se insinuare vxori, & se offerre ad usum reddendi: ratio est, quia mulieres præ uerecundia rarò exigere consuescunt, vt inquit Sotus, distin. 37. q. vnica, art. 2. vers. debet. Attamen quia periculosum est concumbere, ac ipsum ius petendi nõ habere, consilium est, vt cum primum fieri possit, dispensatio procuretur, idque quã fieri potest secretò, ne innocens coniux intelligat, Sotus qui supra.

10 Quarta. Cum † crimen incestus grauius reputetur quàm crimen adulterii, vt not. in cap. 2. de eo, qui cogn. &c. Ideo lex Pontificia non solùm pœnam iniunxit incestuoso, vt impediatur ab exactione debiti uiuente vxore: Sed etiam uoluit, vt incestuosus cum consanguineis vxoris post mortem illius omnino maneat absque spe coniugii, cap. qui dormierit, 32. quæst. 7. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 9. ad secundum. nisi cum eo ab Episcopo dispensetur ob sui fragilitatem, quia iuuenis est, & timet incontinentiam, cap. in adolescentia, cap. si quis, el primo, 33. q. 2. cap. si duo, 35. q. 6. Abb. in cap. 1. de eo, qui cogn. &c. & est communis opinio, vt inquit Sylu. in uer. debitum, q. 9. in fi. Sotus, distin. 37. q. unica, art. 2. vers. debet autem.

11 Vnde † qui præter dispensationẽ contraheret, peccaret mortaliter, etiam si esset consuetudo non petendi dictam licentiam ab Episcopo, vt tenet Syluest. in ver. matrimonium, 7. quęst. 6. vers. secundum. nisi constet Episcopus dictam consuetudinem diu scienter dissimulasse. Nauar. tamen in Manua. cap. 22. num. 75. tenet dispensationem Episcopi in hoc casu non esse necessariam, stante consuetudine, quæ opinio communis est, & ideo tenenda: aliàs esset illaqueare multas animas: esset tamen petenda, quando uellet contrahere cum ea, cũ qua incestum commisit, vel cum eius consanguinea ob affinitatem inde contractam, Nauar. qui supra.

12 Quinta. Cum vxor † viro incestuoso debitũ negare possit, dubitatur, Quid si vir illud semel petierit, & vxor reddiderit, an propterea uideatur facta reconciliatio, ita vt uxor teneatur iterum reddere? Resp. quod non. Abb. in cap. transmissæ, de eo, qui cogn. consang. asserens eam esse communem, Sylu. in ver. luxuria, nume. 4. vers. 4. secus tamen dicendum esset de uiro adultero, à quo si vxor petiisset debitum, videretur sibi virum reconciliasse, cap. si uir, de adult. & teneretur reddere debitum: quia contemplatione vxoris vir tantummodo priuatus dicitur. At in incestu non uxoris contemplatione, sed propter atrocitatem sui delicti vir amittit ius petendi debitum. & ideò licet uxor petat debitum, non videtur propterea facta reconciliatio: quia exigendo debitum, non potest sibi pęnã remittere, Sylu. qui supra.

13 Sed hoc intelligendum † est de eo, qui cognouit consanguineas vxoris suæ, nõ autem de eo, qui cognosceret consanguineas suas: nam licet grauius peccet, tamen à sua uxore debitũ exigere potest; quod idem dicẽdum est de mulieribus, quæ se cognosci à propriis cõsanguineis permittunt, Sylu. in uer. matrimonium, 7. in fi. vers. 3. contra Abb. in cap. 1. num. 1. de eo, qui cogn. consangui. & ratio diuersitatis est, quia quamuis grauius sit uirum accedere ad propriam cognatam, quàm ad cognatam uxoris, non tamen sequitur esse par impedimentum exigendi debitum, cum non nascatur ex grauitate delicti, sed ex quodam affinitatis genere, quàm vir contrahit cum uxore, ob id, quod eius consanguineã nouit, quam utique non contrahit, & si propriam sororem polluat. Tum etiã, quia maiorem irrogat iniuriam fidei, quam debet uxori, si cum eius cõsanguinea ingrediatur, Sotus, dist. 37. q. vnica, art. 2. in fi.

14 Sexta. Mulier, † quæ de consensu mariti commisit incestum, illata sibi vi à cõsanguineo uiri, non peccat, dummodo

vis

vis fuerit absoluta, facit tex. in c. presbyteros, §. qui autem, dist. 50. quapropter nullum ei præiudicium generatur quò ad petendum debitum, c. discretionem, de eo, qui cogn. consan. Verum si uis fuerit conditionata, peccaret mortaliter: cũ ad nullum cauendum periculum etiam mortis peccare liceat, 32. quæst. 5. ita ne. de his, quæ ui. c. sacris. Potest tamen in detestationem criminis viri debitum petere, & maritus reddere tenetur. Si tamen leui fuisset inducta metu, & tunc debitum ei petere non liceret, & sic imputatur ei adulterium nedum quò ad Deum, sed etiam quo ad virum, ut non teneatur ei debitum reddere, argu. glo. in c. discretionem, in ver. secus esset, de eo, qui cogn. &c.

15 Septima. Quod † diximus matrimonium dirimi debere propter incestum ante illud secretè commissum, intelligitur in foro poli; nō autem in foro fori, quia non debet separari matrimonium ad cõfessionem coniugum, qui dicunt affinitatem præcessisse, etiam si rumor viciniæ consentiat, idest tertia, uel quarta pars, ita tex. in c. super eo, de eo, qui cogn. consang. vxo. suæ.

SVMMARIVM.

1 *Incestus post matrimonium, debitum adimit, & à quo dispensetur, nu. seq.*
3 *Dispensatio in incestu sceleratissimo difficilius ab Episcopo fieri debet?*
4 *Incestum, qui imprudens committit, non priuatur debiti petitione.*
5 *Contrahentes scienter in gradibus interdictis sunt excommunicati, & eò magis consummato matrimonio.*
6 *Ignorantia eum ab excommunicatione vendicat, qui cum consanguinea illius, quam cognouerat contrahit, non tamen à peccato errore cognito.*
7 *Ignorantia an excuset consanguineos, qui ignorantes gradum prohibitum esse, contraxerunt.*
8 *Actum clàm agentem ignorantia non excusat.*
9 *Contractus inter coniunctos, sub conditione, si Papa dispensauerit, an vim habeant sponsaliorum.*
Clem. 1. de consang. an extendatur ad contrahentes in quarto gradu sub dicta conditione.
10 *Conditio pendens ex voluntate Principis censetur impossibilis.*
11 *Lex prohibens in tali gradu matrimoniũ, in eodem prohibet & sponsalia.*
12 *Contrahentes sub conditione, si Papa &c. possunt à pacto recedere, & an per oscula, & copulam excommunicationem incurrant, nu. seq.*
14 *Episcopus inter consanguineos, qui de facto contraxerunt, an, & quando possit dispensare.*
15 *Matrimonium nullum à Papa dispensatum denuo contrahi debet.*
16 *Causa dispensandi in gradibus prohibitis tres sunt, & quæ.*

Qus possit dispensare super incestu. Cap. LXXXI.

1 IN materia † incestus considerandum est, quòd aut crimen istud sequitur matrimonium, aut præcedit. Si sequitur, tunc non dirimit matrimonium, sed interdicit petitionem debiti, quo casu communis est omnium consensus posse Episcopum, immo debere dispensare, vt debitũ peti possit. Si autem crimen incestus præcesserit, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, & tũc
2 dispensatio † ad solum Pontificem spectat. De illis tamen loquor, qui mala fide contraxerunt: Puta, si vir sciens commisisse incestum cum consanguinea Bertæ, & illud esse impedimentum Ecclesiæ, contrahit cum ea, Sylu. in ver. debitum, q. 9. in fi. & in ver. matrimonium, 8. q. 15. ver. 7. Sotus dist. 37. quæstio. vnica, art. 2. Sed modo deueniamus ad dubiorum decisiones.

Prima. Et si Couar. de sponsal. cap. 7. §. 2. num. 6. dicat, quòd qui fornicariè cogno-

cognouerit consanguineam vxoris, tantum possit licentiam exigendi debitum petere à Summo Pontifice: cum ob illud crimen contrahatur affinitas cũ sua uxore, quod quidem impedimentum à solo Papa tollitur, & ita per ipsum licentia exigendi debitum concedi videatur, tamẽ communis est omnium in oppositum opinio, vt tenet Abb. in cap. 1. cap. transmissæ, de eo, qui cogno. &c. Syluestr. in ver. luxuria. q. 4. ad quintum, Arch. Flo. 3. par. tit. 7. cap. 16. §. 4. Palud. in 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 2. scilicet posse Episcopum dispensare, vt valeat maritus petere debitum ab vxore, cuius consanguineam cognouerat.

3 Quæ tamen dispensatio † longe cum maiori difficultate, & asperrima pœnitentia ab Episcopo iniuncta fieri debet cum eo, qui incestum committeret scelestissimum, verbi gratia, cum sorore vxoris, & potissimum si est cum socru. Immò si possibilis esset ad Papam accessus, ad illum res esset secretò deferenda, Sotus in 4. senten. distin. 37. q. vni. art. 2. vers. Debet autem.

4 Secunda. Quod diximus † de dispensatione petenda, intelligendum est de eo, qui scienter committeret incestum, nam qui adulterium committeret cum consanguinea uxoris, cuius cognationem prorsus ignorabat, quamquàm affinitatem contrahat cum vxore, non tamen necessaria est dispensatio: quia non censetur priuatus iure petẽdi debitum: cum priuatio hæc sit in culpam pœnæ incestus, & ibi nulla præcesserat incestus macula propter ignorantiam speciei criminis, argumen. tex. in cap. discretionem, de eo, qui cogn. &c. Caiet. 1. 2. quæst. 76. art. 3.

5 Tertia. Qui † scienter in gradibus affinitatis, & consanguinitatis interdictis contraxerunt, sunt excommunicati, clemen. 1. de consangui. & affin. & separandi sunt absque spe dispensationis consequendæ, idque magis procedit in iis, qui non tantum contraxerunt, uerùm & matrimonium consummauerunt, ut habetur in Conc. Trident. de reform. cap. 5. sess. 24. Quod secus esset de contrahente tantum spõsalia cum affine intra quartum gradum, nam peccat tantum mortaliter, non tamen est excommunicatus, etiam secuta copula affectu maritali, & hoc propter nouum ius Conc. Triden. sess. 24. cap. 1. de refor. matr. Vbi annullat matrimonia contracta aliter quàm præsente parocho, & cætera. quamuis ante illud commu. opinio contrarium asseuerabat, Naua. c. 22. nu. 43. & c. 27. nu. 141. Declaratione 4. & 5.

6 Quarta. Non est † excommunicatus qui bona fide matrimonium contraxit, atque ignoranter, solennitatibus adhibitis, nempe quia nunquam fuerat suspicatus illam, quam cognouerat consanguineam fuisse istius, cum qua contraxit, sed post contractum matrimonium intelligit, nam tunc peccat mortaliter tantum eam cognoscendo, glo. in d. clem. 1. vers. scienter, & facilius, atque gratis cum eo dispensari potest, nisi aditus pateret ad vrbem, Sotus dist. 37. q. vni. ar. 2. col. penul. Nauar. d. c. 27. nu. 141.

7 Sed quid si † sciebant se esse consanguineos, tamen ignorabant gradum, in quo erant, esse prohibitum, tunc licèt videantur excusari, cum ignorare gradus potius sit facti, quàm iuris, tamen dicimus quòd si ignorantia versabatur circa gradum prohibitum iure diuino, ut est primus, tales dicuntur ignorare ius diuinum, quæ ignorantia neminem excusat, c. ignorantia, de regu. iu. lib. 6. & per consequens sunt excommunicati. Si autem gradus sunt prohibiti de iure canonico, ut sunt alii, & tunc est ignorantia iuris positiui, à qua aliqui tantum excusantur, ut sunt mulier, rusticus, miles, & minor, quibus licet, ignorare iura, si tractant de damno uitando, secus si de lucro, l. si emancipata, & ibi Bar. C. de iur. & facti ignor. uel si potuerũt consulere peritiores, l. iuris, & ibi Bal. & Doct. C.
8 qui admitti. Item si facerent actũ † clam. Hinc inquit gl. in l. 1. C. de interd. mat. & in l. qui contra. C. de incest. nupt. quòd nemi-

neminem excusat ignorantia, etiam villicum, si clam fecit actum: at quando in istis caderet ignorantia, tunc excommunicationem non incurrerent, Zabar. in clem. 1. de consan. & affin. quæst. 6. & 5. In casu tamen, in quo excommunicatio incurritur, est absolutio Episcopalis, glo. pen. in d. cle. 1. & ibi Zabar. in fi. Si verò alter sciebat, ille solus ligatur, facit tex. in c. non satis, 34. q. 2. gl. in d. clem. 1. quo casu filii erunt legitimi, si contraxerint in facie Ecclesiæ, cap. cum inter, qui filii sint legit.

9 Sed quid dicendum † de hac quæstione: An d. clem. 1. procedat atque extendatur ad eos, qui intra quartum gradum tali conditione contraxerunt, si Papa dispensauerit, & sponsa hac spe permiserit se deflorari? Hæc quæstio pendet ex altera; uidelicet, vtrum contractus factus inter cognatos sub hac conditione, Si Papa dispensauerit, vim habeat sponsaliorum. v. g. Si quis cognatæ suæ intra gradum prohibitum dicat, Contraho tecum, si Papa dispensauerit. est enim casus frequentissimo vsu occurrens. Communis est opinio, & ideo tenenda, in c. super eo, de eo, qui cogno. consang. &c. scilicet nullam inde nasci sponsaliorum obligationem, fulcitur etiam hæc opinio per tex. in l. idem Iulianus. §. fin. ff. de leg. 1.

10 Vbi † scribitur, quòd illa cõditio, quæ pendet ex voluntate Principis, censetur impossibilis, & Innoc. in c. Pastoralis, de cau. posses. & propriet. no. quod quæ sine dispensatione fieri non possunt, impossibilia à iure æstimantur. Quo fit, ut conditio illa, Si Papa dispensauerit, impossibilis habeatur, quæ habetur pro non adiecta. Vnde cum sine illa contractus sponsaliorum nullus esset, fit vt nec valeat cum illa.

11 Præterea † lex, quæ prohibet matrimonium in tali gradu, subinde etiã prohibet sponsalia, iux. tex. in l. oratio. ff. de sponsal. Vnde cum lege sint cognati prohibiti contrahere matrimonium, sic etiã & contrahere sponsalia: quare cum hoc sit factum à iure improbatum, hinc sequitur, quòd nulla debet nasci obligatio, ita Panor. inducit hanc rationem ex tex. in l. cum lex. ff. de fideiuss.

12 Hinc fit, † vt non solum ante dispensationem obtentam: (de hoc enim nulla est ambiguitas) verum etiam post vterque possit à pacto recedere; neque uerò id tãtum de consensu vtriusque, quia & id certissimum est, sed altero etiam inuito & reclamante. Immò quamuis contractus ille iuratus esset, iuramentũ non ligat, neque dispensatione eget, quia super illicitam materiam latum est. Addiderim tamen hoc temperamẽtum, quòd licet huiusmodi contractus uim non habeat sponsaliorum, quandoque tamen ex quadam honestate oritur inde obligatio; nempe, dum matrimonium illud inter cognatos ob aliquem bonum finem expediens est, & dum expensæ in expeditione dispensationis amplæ factæ sunt, præsertim si sponsa permiserit sese deflorari spe illa.

13 Tametsi non † solum talis concubitus peccatum sit graue, verum & oscula, & tactus, qui alias inter sponsos de præsenti licent: quia omnia feruntur super debitam materiam, quãquàm in excommunicationem non incurrant, cle. 1. de consan. & affin. quia pęnæ sunt restringendæ, & excommunicatio non fertur nisi in eos, qui in gradu prohibito matrimoniũ de facto contrahunt. c. de muliere, de matr. contra con. interd. Eccl. & d. cle. 1. vbi nulla fit sponsaliorum mentio.

[Sed an dicta clem. 1. habeat locum, etiam si contrahentes sub hac conditione contraxissent, si inter consanguineos in quarto gradu licet matrimonium contrahi? Dic quod sic: nam cum ista conditio reiiciatur, remanet purus matrimonii contractus, igitur pęna illa locum habet, nisi consensus coniugalis omnino defecisset, quod in animæ interiori iudicio notandum est, secundum Adr. in 4. de matr. q. 11. Couar. de sponf. in 2. par. c. 3. num. 8. Sed quæritur, cum aliquis habet duo impedimenta essentialia, quorum

rum alterum sit publicum, alterum secretum, vt si contraxerit cum consanguinea in quarto gradu, cuius sororem carnaliter prius cognouerat, an satis sit impetrare gratiam à summo Pontifice impedimenti publici consanguinitatis, non narrando alterum impedimentum occultũ, & postea impetrare gratiam ab aliquo, qui eam concedere possit pro occulto, etiam non narrando publicum impedimentum? Respon. quod sic, vide Nauar. de consti. lib. 1. cons. 1. q. 19.]

14 Quinta. Episcopus† circa consanguineos, qui de facto contraxerunt, dispensare non potest in impedimentis, quæ impediunt, & dirimunt matrimonium: nisi quando impedimentum esset occultum, & matrimonium publicum, & ad Papã non posset haberi recursus, atque separatio absque graui scandalo fieri nequeat illorum, qui de facto contraxerunt, sicut sæpè accidit in mulieribus cognitis à consanguineis viri, antequàm matrimoniũ contrahatur, ita dubio procul tenendum est contra Sotum in quarto, distin. 37. q. vnica, art. 2. quemadmodum tenet Sylu. in ver. dispensatio. q. 9. Nauar. in Manu. cap. 22. num. 85. nam etsi Episcopus non possit contra canones, vel concilia; tamẽ vbi subest maxima, & vrgens causa, potest dispensare, ita Panor. in c. at si clerici. §. 1. de iud.

15 Sexta. Matrimonium, † quod ob aliquod impedimentum nullum erat, non incipit valere ob dispensationem Papæ subsequentem, & per solam cohabitationem, quia necesse est, vt denuò contrahatur: vnde quando matrimonium in facie Ecclesiæ celebratum est, id est, coram populo, & duobus, vel tribus testibus, cum præmissis denunciationibus ex causa ab Episcopo relaxatis, quod tamen matrimonium per occultum impedimentum nullum fuit, tunc obtenta dispensatione non debet iterum publicè contrahi, ne oriatur scandalum, sed secretò debent coniuges mutuò consentire, immò si alter coniugum tantum nouit impedimentum, non opus est id alteri reuelare, sed dissimulanter persuadere, ut habeat eum pro coniuge, Sotus in 4. sen. dist. 28. q. 1. art. 2. & distin. 27. q. 1. art. 3. vers. sed alia hinc, colum. 6. Nauar. cap. 22. nume. 86. & 70.

16 Septima. Causæ † dispensandi in gradibus prohibitis etiam in quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, tres tantummodo habẽtur iustæ per Romanam Curiam. Prima, defectus dotis competentis etiam ad contrahendum cum poscente se. Secunda, extinctio magnæ litis. Tertia, quod maior pars suæ ciuitatis, vel loci insignis, quem inhabitat, sunt ei consanguinei, vel affines intra quartum gradum, vel si est alius locus minor, si ipsa non habeat sufficientem dotem ad nubendum extra illum. Nauar. cap. 22. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium consummare ante benedictionem Ecclesiæ, nisi sit ex contemptu, non est peccatum. & an benedictio sit iterabilis, nu. seq.*

3 *Sponsalia contrahentibus non licet vti copula sine peccato.*

4 *Copula carnalis facit transire sponsalia de futuro in matrimonium, & id quando.*

5 *Voto continentiæ astrictus matrimonium contrahens, toties peccat, quoties debitum exigit, fallit in casu.*

6 *Incestus, quo casu committi dicatur ab vxore.*

7 *Matrimonium, qui ratum habuit, si post sacris initietur, vel fiat Episcopus, consummare cogitur.*

8 *Monasterii ingressus post consummatum matrimonium debiti petitionem impedit.*

9 *Matrimonium ratum, consummatum, legitimum, & initiatum, quod nam dicatur.*

10 *Matrimonium ratum, & non consummatum, an dissolui possit ex dispensatione summi Pontificis.*

11 *Matrimonii ante consummationem potest quis religionem ingredi, & an post consummationem.*

Vxore

12 *Vxore ita delectari, vt nihil supra, vel ea vti tanquam non sua, mortale est.*
13 *Semen ita emittere, vt sequi generatio non possit, peccatum est contra naturam, & peius extra vas effundere.*
14 *Seminis parua distillatio, & ea præsertim, quæ data opera non fit, non contrahit peccatum.*
15 *Vxor semen emittens sine viri seminatione, quo casu dicatur peccare.*
16 *Matrimonii ab actu non perfecto recedere, quo emissio seminis impediatur, mortale est.*
17 *Vxorem non debito modo cognoscere, quod peccatum.*
18 *Coire cum vxore iugi menstruo laborante, an sit peccatum.*
19 *Debitum petere, vel reddere tempore menstrui naturalis, an sit mortale, & mala quæ oriantur.*
20 *Tempore puerperii, an ab actu matrimonii abstinendum sit.*
21 *Tactus impudici inter coniuges, an, & quando sint mortale peccatum.*

An, & quando coniuges peccare possint. Cap. LXXXII.

1 PRima decisio. Ante † benedictionem Ecclesiæ, de qua loquitur tex. in c.1.30. q. 5. vel solemnem traductionem matrimonium consummare, non est peccatum, etiam vbi esset consuetudo benedicendi, & sic nec exigere, nec reddere debitum est prohibitū, nisi tantum de consilio. Peccatum autem esset etiam mortale id committere ex contemptu, D. Tho. in 4. dist. 29. art. 2. vel cum magno scandalo. Sylu. in ver. debitum, §. 9. Nauar. cap. 16. num. 38. & cap. 22. num. 83. vers. 35. contra Couar. de spons. 2. par. cap. 7. §. 2. num. 12. Esset autem contemptus quando quis perinde benedictionem nihilifaceret, ac si non esset ab Ecclesia instituta, sed esset res vana, Sotus in quarta sent. distinc. 28. quæst. 1. artic. 2. versi. Postrema.

2 [An autem benedicto † possit iterari? Dic quod non. Vnde siue uir, siue mulier aliàs receperit benedictionem, non debent iterum à presbytero benedici, c. vir autem, de secun. nupt. Est enim benedictio cōmunis vtrisque. Vnde vnus sine altero recipere non potest, ita Host. in sum. de secun. nup. in §. an licitum sit. vers. in aliquibus. Sacerdos autem contrarium obseruans debet puniri pęna arbitraria attentis circumstantiis, & consuetudine loci, ita inquit Abb. in c. 1. eo. tit. sequitur Praxis Diaz. in ver. nuptias secundas benedicens, c. 68. dicens hanc esse communiorem opinionem.]

Secunda. Sponsis consulendum est, qui per verba de pręsenti contraxerunt, dum benedictionis solemnitas procrastinatur, si pudicè nequeunt continere, aliisque illicitis abstinere, vt matrimonium consument, ad euitandas obscenas pollutiones, quæ inter ipsos euenire solent.

3 Verum sponsis, † qui de futuro contraxerunt, nullo pacto licet vti copula: possunt tamen se cernere, & alloqui, osculari se mutuo, amplecti, & tangere se tactibus, qui de se non sint impudici, dumtamen hæc fiant cū cautela, ne contingat pollutio, nec periculum probabile 7
illius incurrendæ, aut consentiendi in eam: quare euitandum est ne soli secreto sese osculentur, amplectantur, & tangant: quia vt plurimum in tali casu deueniunt in pollutionem, aut actus impudicos. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4.

4 Sed an sponsalia † de futuro transeant in matrimonium, secuta copula? Resp. quod sic, cap. is qui, de sponsal. etiam si sponsalia essent contracta sub conditione, nam per copulam receditur à conditione, & transeunt in matrimonium, vt est tex. cum glo. & ibi not. Abb. in ult. 8
not. in cap. de illis, de cond. appos. & in cap. per tuas, eod. tit. & ibi Abb. in tertio not. etiam si sponsi essent minoris ætatis, habiles tamen ad copulam, hoc tamē videtur procedere in foro fori, vt possit cogi sponsus ad matrimonium, secus autem

tem in foro poli; vbi secundum Concil. Triden. requiritur, quod matrimonium contrahatur in facie Ecclesiæ, idest, coram Parocho, & duobus testibus, alias est ipso iure nullum.

5 Tertia. Sacrilegium † committit is, qui contrahens matrimonium post uotum continétiæ emissum petit debitum, Caiet. 2. 2. quæst. 154. art. 1. vers. ad singulos. & toties peccat mortaliter, quoties petit, secundum ferè omnes, glo. in cap. quędam, & in cap. placet, vbi Abbas, de conuer. coniug. verū tamen est, quod qui eiusmodi uotum emisit, potest habere copulam, quando eius coniux id petierit expresse, immò poterit etiam habere, quoties petierit tacitè, aut signis aut ingenio. Potest etiam qui sic uouit obtinere ab Episcopo dispensationem ad debitum petendum ob grande peccandi periculum, & difficultatem abstinendi, Nauar. c. 16. nu. 30.

6 Quarta. Coniux, † quæ habet impedimentum impediens petitionem debiti, verbi gratia, affinitatem superuenientem matrimonio, petendo debitum, committit incestum, Caiet. 2. 2. quæst. 154. artic. primo.

7 Quinta. Consummare † matrimoniū tenetur vir, qui post matrimonium ratum, non tamen consummatum, fuerit sacris initiatus, tex. in extr. antiq. Ioan. 22. de voto, glo. in c. unico, de uoto, lib. 6. Abb. in c. uerum, de conuer. coniug. Quod idem esset dicendum, si ad Episcopatum inuita vxore assumptus esset, D. Anto. in cap. ex parte, el secondo, de conuer. coniug. cap. coniugatus, cap. sanè, de conuer, coniug. cap. si uir, 27. q. 2. Quod secus dicendum esset, quando de licentia coniugis religionem ingredientis, vel in seculo remanentis.

8 Sed quid † si matrimonio consummato ordo sacer fuerit susceptus inscia uxore, vel inuita: an impediat debiti petitionē? Dic quod sic. Immò si cū eius consensu legitimo impedit ēt redditionem: non est tamen legitimus, nisi ipsa religionem ingrediatur, vel nisi sit uxor senex, & castitatem uoueat, Nauar. capitu. 22. numero 52.

9 Ratum † vero dicimus matrimonium per consensum de præsenti ante carnale commertium: sed consummatum, postquàm cōsummatio est subsecuta per carnis commixtionem, Sotus in 4. dist. 27. q. 1. art. 4. At legitimum, quod legitimo consensu contrahitur, & hoc potest esse inter ethnicos, probatur in cap. fin. 28. q. 1. initiatum per sponsalia, notatur extra de transla. episc. cap. licet, glo. in extraua. Io. Antiquæ, de voto.

10 [An vero † coniugium ratum ex consensu, nondum tamen ex copula cōsummatum, possit ex Rom. Pont. dispensatione dissolui? Couar. in 2. par. de spons. cap. 7. §. 4. num. 13. inquit, tutiorem, ac veriorem esse communem opinionem Theologorum, quæ probat matrimoniū ratum nondum secuta cōmixtione carnis, & sic non consummatum minime posse dissolui Rom. Pont. dispensatione, allegat tex. optimum in c. fin. de transac. Panor. in cap. ex publico, de conuer. coniug. colum. fin. Sotus, dist. 27. q. 1. art. 4. modificat tamen hanc opinionem, nisi ex grauissima causa Rom. Pont. dispensatione dirimeretur. Et ita Paulus IIII. Summus Ecclesię Pontifex anno 1558. hac vsus fuit dispensatione quibusdam ex causis, quas iustissimas esse idē summus Ecclesiæ præsul existimauit. Idem paulo ante Iulius III. fecerat in eodem matrimonio, cum Ecclesiæ uniuersali præsideret.]

11 Sexta. Potest † quis coniuge inuita ante matrimonii consummationem ad religionem conuolare, & permanere absque peccato, cap. uerum, cap. ex publico, de conuer. coniug. 23. q. 2. cap. desponsatum. Tenetur tamen coniux in uita expectare maritum post religionis ingressum per duos menses, & ita intelligitur tex. in d. c. ex publico. Verum si consenserit tenetur per annum probationis expectare, glo. in d. c. desponsatam. veritas tamen est, quòd coniux, quæ permanet in seculo, siue consenserit, siuę inuita, tenetur

netur expectare per annũ, Sotus dist.27. q.1.ar.4. At post matrimonii consumma tionem nequeunt coniuges ipsi religionem intrare,d.c.verùm,&c. ex publico, nisi alter cum consensu alterius remané tis in seculo ingrediatur. Quod idem etiam procedit, si ad sacros ordines, vel Episcopatum quis ascenderit, sicut legitur de beato Hilario Pictauiensi Episcopo,qui cum Episcopus esset, vxorem habebat, & filios, Sotus qui supra.

12 Septima. Peccatum† est mortale coniugi tam ardenter amare coniugem, vt vel finem ponat vltimum in illa delectatione, vel omittat necessaria ad salutem propter eam, vel cognoscat etiam si esset alterius, vel non sua, glo. in cap. origo, vers.amator, 32.q.4. & in adulterium in tertio gradu transit, & in fornicationem in quarto,Caiet.2.2.q.154. artic.1. vers. In eodem articulo, & ad quartum. Nauar.cap.16. nu.23. Syluest. in ver. debitum,num.4.vbi addit, quod id, quod dicitur, quod peccatum est mortale in illo actu cogitare ad aliam, procedit quando actu esset cogitatio: vnde quantumcunque intendatur voluptatis appetitui, si de alia persona non cogitetur, non est mortale,etiam si quis esset ita dispositus, quod deliberaret de alia, si occurreret menti,quia habitibus non meremur,neque demeremur, sed actibus.

13 Octaua. Emittere † semen, ita vt ex eo sequi non possit generatio, peccatum est contra naturam,D.Thom.2.2.q.154. art.1.vers. Respondeo. Sed multo magis hoc peccati genere peccat, qui seminat extra vas naturale, & hoc siue in toto actu utatur fœmina extra vas naturale, siue in fine tantum, vt filij Iudę abutebantur Tamar. ibi Caiet. vers. ad singula, articulo primo. quod quidem procedit non solum in viro attentante, sed etiam in fœmina patiente timore odii, verberum, aut vindictę, cap. sacris, de his, quæ ui.

14 Attamen † non esset huius criminis reus, qui non notabiliter effunderet semen extra uas naturale, sed tantum esset quædam distillatio,Sotus distinct.31. q.1. art.4. vers. Appendix. Pari ratione non esset vitio dandus, qui bona fide, rectaque intentione coit cum vxore, ut semen extra uas non emittat, sed natura ebulliente festinantius emittit, quàm ꝙ intra vas emitti possit; etiam si de ea festinatione prius dubitauerat, Sotus qui supra, art. 4.

15 Nona. Mulierem † seminare sine viri seminatione,peccatum est contra naturam, omittendo voluntariè instrumentum viri fluidum, idest semen ad generationem: ratio est, quia ad generationem magis concurrunt instrumenta fluida, quàm instrumenta solida,idest membra pudenda. Ex quo fit, quòd cum ex tali coitu sequi non possit generatio, dicatur peccatum contra naturã, si tamen aliunde prouenirer, quòd esset prius generatio vnius, quàm alterius, & daret quantum in se est, operam consummationi naturalis concubitus, non peccaret, & similiter si aliunde prouenires, quòd esset prius seminatio unius, quàm alterius, ut quia tardior ad seminandum, dumtamen continuaretur concubitus, vt alter seminare possit, non esset contra naturam,Caiet.2.2.q.154.art.1.ad secundum, & art.11.ad 5.

16 Retrahere† etiam se ante complementum actus, ne seminet in uase naturali, peccatum est mortale,cap.primo, 30.q.5. nisi talia agens cum intentione consumandi, ex aliqua causa se retraheret de consensu vxoris, Sylue. in ver.debitum, quæstio.7.

17 Decima. A latere† vxorem cognoscere peccatum est veniale, magis sedendo, magis stando, magis supergrediendo, maxime bestialiter à parte posteriori, non tamen sunt ij condemnandi, sed grauiter reprehendendi,F.Ioan.in sum. Confess. Sotus distinct.31. quęstio.1.ar.4. in fine, qui peiores sunt animalibus brutis, qui in huiusmodi actibus seruant modum naturalem, sed si cognoscerent vxores via naturali, sed tali modo,quo uxor non posset suscipere, vel retinere semen,

peccarent mortaliter, Nauar.cap.16. nume.42.vers.18. Attamen non peccaret is, qui timore infirmitatis maximę suffocandi fœtum, vel timore abortus, & cum intentione non praua cognosceret coniugem aliquo ex prędictis modis.

18 Vndecima. Tempore † menstrui innaturalis in muliere, idest inordinatè, & quasi continuè ex quadam infirmitate prouenientis, petere, aut reddere debitũ, non est illicitum; quia mulier in tali statu concipere non potest, & oporteret uirum continuo abstinere, ita est communis schola, ut refert Syluest. in ver. debitum, quęst. 6.

19 Vtrum autem † sit peccatum mortale patienti menstruum naturale, petere, aut ipsa petenti marito reddere, aliqui tenẽt vtrumque esse mortale, forte per glo. in cap. ad eius, distinct. 5. nisi timeatur fornicatio in petente, vel ne consorti sit odio, & hoc, quia ex tali concubitu concipiuntur cęci, claudi, & leprosi. Sylu. vero loco citato, concedit peccatum mortale esse sponte petere, nullum tamen, exactum reddere. D. Thom. in 4. sent. distinct. 32. sub distinctione respondet. Quod si vir petat scienter, tunc debet eum vxor precibus, & monitis auertere, non tamen, quando periculum iniquæ pollutionis in ipso timet. Si verò petit ignoranter, potest aliquam occasionem obtendere, vel aliam infirmitatem (si habet) allegare, quamuis non illam, ne horrorem illi obiiciat. Si tamen ille omnino institerit, reddere debet: quia mulier, (vt inquit) Apostο. potestatem sui corporis non habet, sed vir. Ex his igitur colligitur mens D. Tho. quòd nec petere, nec reddere sit mortale, sed petere tantum veniale, reddere verò nullum, nam vbicunque S. Tho. vult expresse intelligere de peccato mortali, id exprimit, hic autem non ait nisi simpliciter petere esse peccatum, ita intelligit D. Tho. Sotus distinc. 32. quæst. prima, artic. secundo. Quinimmo hoc procederet, etiam si crederet ex huiusmodi complexu monstrum nasciturũ, Caiet. 2. 2. quæst. 154. articu. 1. vers. ad secundum.

20 Duodecima. De † tempore puerperii, quo scilicet puerpera manet in purificatione, antequàm templo infantem suum offerat, ait Greg. distinc. 5. cap. ad eius, quòd debent coniuges abstinere. Sed, vt ait Richar. mos ille abiuit ab usu, uel potius est monitio, quàm præceptũ: quare reddere non est dubiũ, quòd tunc liceat, immo etiam & tunc petere, nisi aliqua sit indecentia, quando dies partus nuperrimè antecessit, Syluest. in uerbo debitum, quęst. 5. & est communis sententia.

21 Tertiadecima. Tactus † impudici inter coniuges sunt mortales, quando resultat inde pollutio, aut quando fiunt cũ probabili periculo pollutionis, aut cum intentione polluendi: at si fiunt tãquam necessarii ad irritandam uenerem causa generationis, nullam pręseferunt in coniugibus culpam, uerum extra hunc casum peccant uenialiter. Sic etiam si oscula non alio fine inter coniuges fiunt, quàm ut amoris indicia, nulla sunt culpa notandi, Sylu. in uer. debitum, q. 7. Sotus in 4. dist. 31. q. 1. art. 4. in fi. Nauar. c. 16. num. 42. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Iusta causa denegandi debitum quæ sit, & an sit peccatum si ad id se reddat vir impotentem, nu. seq.*

3 *Vir non debet qualiquali timore valetudinis negare debitum vxori.*

4 *Viro furioso tenetur vxor debitum soluere.*

5 *Abstinere ex communi consensu ab actu matrimonii præsertim ob causam, licet.*

6 *Vxor marito malè affecto, imminente periculo infectionis, an possit debitum negare.*

7 *Vxor quando peccet in non reddendo debitum.*

8 *Vir ne ab ea vxore prolem suscipiat, vel vxor ne ab eo concipiat, abstinentes, peccant mortaliter.*

9 *Debiti redditio nocte præcedente facta, an impe-*

impediat omnino ſumptionem ſacramenti die ſequenti.

10 *Copulam carnalem habere cum vxore in loco conſecrato, vel benedicto, peccatum eſt, & debet reconciliari Eccleſia, ſi nota res eſt.*

Locus ſacer, quinam dicatur.

11 *Coitus cum conſanguineis mariti, non cum propriis, obſtat vxori, ne petat debitum.*

12 *Maritus voto, vel affinitate, impeditur debitum exigere, & in primo Epiſcopus, in altero Papa diſpenſat.*

13 *Epiſcopus inter coniugatos effectos patrinos proprii filii diſpenſat.*

De debito coniugali, an, & quando negari poſſit. Cap. LXXXIII.

1 IVxta Apoſtoli † ſententiam, c. 7. ad Corint. 1. & 32. q. 7. c. 1. liquidò conſtat virum teneri ad reddendum debitum vxori, ſi petatur loco, & tempore idoneis. Idque ex genere ſuo non reddere iniuſtitiæ crimen eſt, ideoque mortale, ueluti ſi quiſpiam rem alienam inuito domino vſurpet. Verùm adnotandum eſt, quod non ſemper maritus, vel vxor petit ſub intentione obligandi ſub peccato mortali, ſed ſæpè inſinuando, alliciendo, & monendo, & tunc negare non eſt peccatum mortale, immo crebrò neque ueniale: quoniam neque creditor pecuniã ſibi debitam ſub illa ratione ſemper exigit, vt ſit peccatum non reddere. Atque etiam ſi alter obnixè petat, poteſt alter dum cauſa adeſt, precibus alterũ demulcere, & perſuadere ne petat, quæ tamen preces non debent eſſe nimium importunæ. Neque ab hac obligatione reddendi debitum excuſat Quadrageſima, aut dies feſtus etiam Paſchatis, neque multitudo liberorum, ira, neque odium in coniuge. Et tenetur reddere petenti etiã interpretatiuè ſolum, verbi gratia, per nutus, quia non refert utrum verbis, an factis quis ſuam exprimat voluntatem, ff. de legib. l. de quibus. Quod maximè ſolet eſſe in fœmina, quæ ſolet eſſe in hoc verecundior viro, Sylu. in ver. debitum, q. 8. Sotus in 4. ſent. diſt. 32. q. 1. art. 1. Nauar. cap. 16. num. 25. Poteſt tamen hęc circunſtantia plurimis modis tolli, ſicut ex ſubſequentibus deciſionibus manifeſtum fiet.

2 Prima. Debitum vxori † non reddere propter impotentiam coeundi, ſiue per actum pręcedentem, ſiue per aliam cauſam, (puta) quia probabiliter timeret incurrere ob id mortem, aut graue ſcandalum, vel grauem infirmitatẽ, aut abortiendi periculum vxori, non eſt peccatum, Nauar. c. 19. nu. 14. Nec vti calidis vir tenetur, vt ſit potens: ſed ſufficit ſe ad id modo illicito non reddi impotentem, nam tunc peccatum eſſet mortale. Quinimmo etiam ſi modo licito puta orando ſe redderet impotentem, eiuſdem peccati generis reus eſſet, ſi aduerteret, & eſſet notabilis exceſſus: quia facit contra iuſtitiam, immò ſecundũ Archi. non eſt conſulenda vxori pęnitentia, propter quam reddatur deformis ſuo uiro, aut pręiudicet conceptioni, aut proli, Syl. in ver. debitum. q. 1. verſi. 1. eſt, in fi.

3 In primo † verò caſu, ſcilicet quando timetur infirmitas, adnotandũ eſt, quòd hinc anſam malę fidei nemo ſurripere debet ut coniugem iſto colore defraudet; nam & ſi quandoque aliquod paruum ualetudinis timeatur detrimentum, nihilominus virtuti iuſtitię ſatisfaciendũ eſt, Sotus diſt. 32. ar. 1. 2. conclu. q. 1.

4 Secunda. Coniugi † fatuo, vel furioſo debitum reddendum eſt, quoties reddi poteſt ſine periculo proprię perſonę, Syl. in ver. debitum. uerſi. 2. in fine. Inſuper quando, uel uxor, uel maritus creberrimè, importunè, & moleſtè petit, non tenetur alter ſemper ad nutum ei obſequi: quia in petendo debet modus adhiberi, & ideò tunc negans non facit iniuriam ſaltem grauem, ſed aut nullam, aut uenialem, Sotus diſtin. 32. queſt. 1. artic. 1. col. 1. in fi.

5 Tertia. Abstinere † de communi consensu etiam ob causam ne grauentur liberis, licitum est, si longa liberorum propagine abundent; nisi quando alter uidet consortem in periculo fornicandi, ni si petat debitum, fortè quia ob verecundiam alter non petit verbo, sed opere tacitè satis petit: quia tunc reddere potest, & debet, etiam si præcesserit pactum de non petendo, quod secus est si præcesserit votum, quia tunc peccaret mortaliter, c. quod Deo, 33. q. 1. Verùm si esset periculum incontinentię, deberet à summo Pontifice dispēsatio obtineri, ita Nauar. in Manua. cap. 12. num. 59. & cap. 16. num. 32.

6 Quarta. Licitum † est vxori non reddere debitum marito ex causa; quia reddendo immineret periculum infectionis, quia maritus leprosus est. An autem tale periculum ex redditione debiti immineat, à medicis esset quærendum, & secundum eius dictum ei reddendum, Cardi. à Turrecre. in cap. sciatis, vers. tertius casus, 33. quæst. 4. Verum sana coniux, quæ coiret cum viro leproso, vel habente morbum gallicum ob amorē, non curās periculum infectionis propriæ ex contagione, non solum à peccato excusatur, sed etiam meretur si ex charitate faciat. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 1.

7 Quinta. Debitum † non reddere nisi cum magna difficultate, & quàm rarissimè peccatum est mortale coniugi, præsertim si periculū in suo viro præsentiat in non reddendo, aut adulterii, aut iniquæ pollutionis, Sotus in 4. distinct. 32. quæst. 1. art. 1.

8 Sexta. Pariter † mortale peccatum est, si vir à debito abstinet, vt prolem ex illa vxore non suscipiat, vel vxor, ne ex viro illo concipiat, vt quia uir duxit vxorem ignobilem, Sotus, qui supra, colum. 2. in princ. Sed quærere, quis potest, cum iniustitiæ crimen sit, ideoque mortale debitum vxori non reddere, maximè si id fit causa prolis generandæ, aut reddendi debitum.

9 An † in iis casibus redditio debiti impediat de necessitate sacramēti sumptionem, si nocte præcedenti debitum fuisset exactum, aut redditum? Dic quod non, quamuis ex quadam congruentia dicatur impedire: Etenim si 1. Reg. 21. legitur, quòd Achimelech, noluit Dauidi, & pueris suis panes propositionis cōcedere, nisi certior factus quod suas vxores non tetigisset, quanto magis panis, qui de cœlo descendit, non potest ab iis, qui paulò ante, verbi gratia, nocte coniugalibus vacauere amplexibus, violari, atque contingi? At quoniam impedimētum nō est de necessitate, ait Gregorius, relinquendum esse eorum iudicio. At verò si in ipsa coniugali opera voluptas dominatur, tūc prohiberi debent coniuges, ne ad sacramentum accedant: Non tamen intelligas peccatum esse mortale accedere, si non præcessit mortale in opere, cuius reatus manet. Hęc Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 7. colum. 7. in fi. qui contrarium tenuit, dist. 32. q. 1. art. 3. scilicet quod in primo casu est ueniale. Nauar. vero c. 16. num. 24 concordat cum Soto, dist. 12. q. 1. ar. 7.

10 Septima. Habere † copulam carnalem in loco consecrato, siue tantum benedicto, peccatum est mortale, etiam si hoc fiat ad vitandam fornicationem: Quod intellige, nisi quando in eo multo tempore commorari oporteret, vt in obsidionibus tempore belli, ita contra Nauar. c. 16. num. 32. intelligenda est glo. in cap. in Ecclesiis, de consec. distin. 1. Sylu. in uer. consecratio, 2. q. 5. Sotus in 4. sent. distin. 33. q. 1. art. 3. Couar. de sponf. c. 7. nu. 30. §. 2. quo etiam casu si notoria esset copula, reconcilianda esset Ecclesia, glo. com. recepta, in c. unico, de consecr. Eccle. vel. alt. lib. 6. Ang. tamen in Flor. Theolo. to. 1. quęst. de debito solu. in fi. dicit Doctores per locum sacrum solam Ecclesiā consecratam, aut benedictam intelligere, nō autem cœmeterium, cubicula Ecclesiæ adhærentia, aut campanilia, vel dormitoria, aut monasteria Ecclesiæ, in quibus, non esset mortalis actus matrimonialis secundum eundem, vide Sotum, qui supra

pra

pta, cum tamen aliàs hæc loca sacra dicantur, & eorum violatio sacrilegium sit, ut per Nauar. cap. 16. nume. 3. in fi. & c. 25. nu. 17.

11 Octaua. Petere† non potest sine mortali peccato debitum, qui, vel quæ rem habuit cum cognata, vel cognato coniugis, secus si cum consanguineo, vel consanguinea sua propria, licet maius peccatum committit, vt supra diximus, c. 79. in quinta decisione.

12 Nona. Peccat † mortaliter vir habens voti impedimentum, vel affinitatis, exigendo debitum ab uxore. Et in primo casu dispensare potest Episcopus, in secundo Papa. Sylu. in ver. debitum, num. 11. qui intelligendus est de affinitate contracta post matrimonium.

13 Decima. Dispensare † potest Episcopus quò ad debitum coniugale petendũ, quando coniuges, vel alter eorum post consummationem matrimonii malitiosè facti sunt patrini proprii filii, cum baptizaretur, vel confirmaretur; nam si per errorem, aut necessitatem, vel ignorantiam facti, vel iuris id eueniat, non indigent dispensatione. Nauar. cap. 16. num. 34. hæc colliguntur ex text. ubi Dominus Antonius de Butr. in cap. si vir, de cogna. spirit.

SVMMARIVM.

1 *Mariti sæuitia vxori separationis causam præstat, nisi maritus sufficienter caueat, fallit tamen nu. 3.*

2 *Vxori separatione obtenta, dos est restituenda, vel alimenta præstanda, & an fuga arguat eam de adulterio, & nu. 6.*

4 *Vxor à viro concubinario licite recedit, nec ei restituitur, nisi caueat de ea expellenda.*

5 *Maritus, an propria authoritate ab adultera vxore possit quò ad thorum discedere.*

6 *Maritus si petat, vel reddat debitum vxori adulterãti, peccat. Quod fallit in quinque casibus, & nu. 8.*

7 *Vxor non recedendo ab adultero marito, vel reddendo, aut exigendo debitũ, non peccat.*

9 *Maritus propria auctoritate, an & quando possit quò ad cohabitationem expellere vxorem adulteram.*

10 *Vxor adultera à viro separata, quonam loco collocanda, & qua conditione restituenda.*

11 *Consẽsus virginis si timetur libertas, potest virgo reponi per iudicem in loco tuto.*

12 *Separationis thori causa, cum quo iudice tractabitur.*

13 *Marito adultero, an eo inuito liceat vxori monasterium ingredi.*

14 *Adulter num possit religiosus fieri inuita innocente.*

15 *Scelus contra naturam, vxori causam separationis præbet, & quid si vir extra claustra vxorem, vel se propriis manibus polluerit.*

16 *Mulier cum marito declarato hæretico, etiam si pœnituerit, & redierit, non cogitur redire, & econtra.*

17 *Mariti furor potest esse causa legitima vxori non cohabitãdi, si adsit periculum.*

De separatione matrimonij, an, & quando licita. Cap. LXXXIIII.

1 PLures contingere† possunt causæ, quibus iure Pontificio sit licita matrimonii separatio, vt enumerantur per glo. 33. quęst. 2. in summa. & Prima sæuitiæ causa potest petere vxor separationem à marito quò ad cohabitationem; si maritus non reddat sufficientem cautionem de non offendenda uxore, capitu. 1. ut lite non contest. cap. litteras, de restitu. spolia. immo non solum præterita sæuitia, sed etiam timor futuræ potest esse causa separationis, ut not. in d. cap. litteras. Quę autem continere debeat hęc cautio, discretus iudex arbitrabitur, Panor. in dicto cap. litteras, nume. 7. scilicet quod ei nõ debeat aliquod malum inferre. Puto tamen quod non obstante tali cautione

possit eam leuiter castigare, sicut poterat prius, notatur in cap. quemadmodum, de iureiur. Si vero dictam cautionem non præstiterit, non solùm potest petere dictam separationẽ, ut in Auth. de nup. §. si quis vtitur, alias §. mitiores. 4. col. & in Auth. vt liceat matri, & auiæ, §. si quis autem, col. 8.

2 Sed etiam † ab eo discedere, quo casu debet ei restitui dos, vel alimentari extra domum mariti, secundum Cynum, & aliós in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. Nam quando dicitur, quod vxor fugiẽs à domo mariti redditur de adulterio suspecta, intelligi debet, nisi fuerit vir causa fugæ ipsam male tractando, & acriter verberando: quia vxorem acriter verberare non licet etiam cum causa, ita glos. no. in cap. sicut alterius, 7. quęst. 1. Quod est bene notandum contra Dominos tẽporales tenere volẽtes suos subditos sub duro iugo seruitutis, qui si propter eorũ sęuitiam vadunt ad liberas ciuitates, non possunt ab ipsis cogi ad redeundum, ita Paris de Puteo in trac. de Syndicatu, fol. 4. col. 2. [Immo si subditi oppressi non conquerantur, potest curia illos eximere à iurisdictione Baronum, ita Ioan. Faber Instit. de his, qui sunt sui, vel ali. iu. §. fin. in fi. Benè facit tex. in l. lenones. C. de Episc. audi. Bal. in l. si dominus. §. dominorum. ff. de his, qui sunt sui, uel ali. iur. in 1. no. Guid. Pap. decis. 62. Ex eadem causa nimiæ sęuitiæ compellitur dominus vendere seruum, ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. l. 2.

3 Sed quid † si vir esset tam crudelis, ꝙ frustratorium, & inane esset remedium cautionis, an tunc vxor debeat restitui? Dic ꝙ non, c. litteras, in fi. de restit. spol. Et nota, quòd sicut impeditur restitutio ob sęuitiam viri, ita ob sęuitiam parentũ, Anto. Butr. in cap. ex transmissa, num. 5. & 6. de restit. spolia. Quæ autem sęuitia viri exigatur, dic quòd potest intelligi dupliciter, vel in extorquendo debitum: quia solet violenter cognoscere mulierem, vel de sęuitia verberum, ita Anto. Butr. in d. c. litteras, nu. 20.]

4 Secunda causa est † fornicatio carnalis, Matth. cap. 19. verbi gratia, si vir teneret concubinam, quo in casu potest licitè vxor à suo viro discedere, quam debet alimentare extra domum, secundum Doct. in d. l. quod in vxorem. C. de neg. gest. vbi Cynus. Et nõ debet ei restitui, donec non præstet cautionem de concubina expellenda, & non reassumenda etiam per appositionem pœnę, per tex. in l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb. oblig. Bald. in l. 1. vt lite non contest. 1. colum. Exasperantur enim mulieres quantumcunque castissimè per retentionem concubinæ à maritis, l. cõsensu. C. de repud. Non enim bene cõueniunt, nec in uno lecto morãtur uxor, & concubina, quia solet insidiari uitæ uxoris. Immo excõmunicatione feriendus est uir, si ter monitus nollet ab illa abstinere, cap. intelleximus, de adult.

5 Maritus † etiam si habuerit aliqua indicia sufficientia circa adulterium uxoris, nempe, quia eam in eodem cubili cũ adultero repererit, aut aliter amplexatos; quia minora indicia; & minores rumores non sufficerent, tunc posset propria authoritate in conscientia uxorem à se dimittere quò ad thorũ, hoc est ab eius amplexu abstinere, debitumque illi etiã petenti denegare, cap. significasti, cap. ex litteris, cap. gaudemus, de diuor. c. licitè, 37. q. 7. Quinimmo etiã in foro exteriori posset innocẽs ab adultera propria authoritate discedere, dummodo fiat separatio absque scãdalo, ut quia ad tribunal iudicis non recurrit, sed in separatione sponte adultera consentit, Sotus in 4. dis. 36. q. uni. art. 3.

6 Igitur tali casu, quando maritus † scit uxorem adulterari, potest licitè absque peccato discedere ab ea quò ad thorum, & quò ad bonum sacramẽti, idest ad prolem, non autem ut cum aliis contrahere possit. 32. q. 1. dixit, de diuor. ex litteris, & mortaliter peccaret petendo, uel reddendo debitum. cap. si quis, 32. q. 1. & est communis opin. Couar. de sponsal. 2. par. §. 2. num. 7. Quod tamen fallit primo,

mo, quando illa iam se emendauit; uel secundo, quando eo fine debitum petit, ne ipsemet incidat in adulterium, dummodo non aliis præbeat occasionem credendi se vxoris esse lenonem, iux. Arch. Flor. 3. parte, tit. 1. cap. 20. §. 9. Naua. c. 16. nume. 28. Vel tertio, quando vir innocens probabiliter arbitretur uxorem nō posse ab adulterando arceri sine maximo scandalo, & damno publico, vel priuato. Item quarto, quando adulterium esset occultum. vel quinto, nisi postea innocens adulteretur, quo casu amplius non posset negare, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur, quando circa idem sunt commissa, c. intelleximus, de adulte. Quapropter aduertant Confessarii præcipere multis maritis, qui recedunt à thoris vxorum propter præsumptum, vel verum adulterium, & se copulant aliis, ut redeant ad eas. hi enim nullatenus sunt absoluendi, nisi prius incipiant reddere debitum uxoribus, aut certè concipiant firmum propositum reddendi.

7 Sed quæritur, † an peccet vxor non recedendo à marito adultero occulto, siue publico, sed petendo, vel reddendo ei debitum? dic quòd non. tum, quia non est eius corrigere maritū, sed mariti corrigere illam, cap. dicto, 24. q. 3. tum, quia nunquàm, aut rarò putabitur à populo in mariti adulterium consentire, vt rectè S. Ant. 3. par. tit. secundo, cap. 20. §. 9. expressit, post Palud. in 4. dist. 32. Verùm si vxor recedit iudicio Ecclesię quò ad thorum, tunc debet dos reddi mulieri, quæ ex illa dote non tenetur maritum alere, quia peccauit in lege matrimonii, vnde non debet ex matrimonio premium consequi, argumen. tex. in l. ab hostibus. §. si vir. ff. solu. matrimo. cap. quia frustra, de vsur. ex bonis enim, quæ alicui auferuntur ex delicto, non debet quis alimentari, tex. no. in cap. 1. §. si hominem, de pace tenen. & eius viol.

8 Rursum † quæritur, an possit adulter vir sine peccato debitum petere, si adulterium esset occultum, ab vxore ignorante, vel sciente? Respon. ꝗ sic: dummodo ab inuita debitum non exigat, glo. in c. fi. de adult. Couar. de spons. par. 2. §. 5. nume. 5. Et hæc circa adulterium occultū, quò ad thori separationem.

9 Verum quò † ad cohabitationem nemini licet adulterum sine iudicio Ecclesiæ domo pellere, tex. est in cap. porro, de diuor. vbi D. Anto. de Butr. num. 8. ratio est, quia publicum iudicium nemo nisi iudex publicus inferre valet, idque testibus, aut alia legitima via iuridica cōprobatum, traducere autem uxorem, à domo pellere, est publicum iudiciū; nemo ergo id propria authoritate inferre valet. Idem enim tunc esset iudex, & actor, quod iura abhorrēt. Attamen adeò posset esse adulterium notorium, ut possit maritus absque alio iudicio eam deserere, vt potè si adultera in ædes adulteri se receperit, cum quo publicè habitat, Syl. in ver. diuortium. q. 8. Sotus dis. 36. in 4. q. vnica, art. 3. uel esset in iudicio crimen confessa, Couar. de spons. 2. par. c. 7. §. 5. nu. 12.

10 Secunda cōclusio. Sed quęritur, † vbi collocanda est vxor adultera; quæ iudicio Ecclesiæ, vel voluntate viri ab ipso est separata, vt quia habet cū suspectum? Dic quòd debet collocari per aliquem iudicem Ecclesiasticum in aliquo monasterio, de sponsa. cum locum, de procur. accedens, uel in aliquo loco religioso, & tuto consanguineis propriis sociata. 32. quæst. 2. siue, non tantum pro pœnitentia, sed ut honestè uiuat, quam si uir forte repeteret, debet illam recipere sub cautione, quòd ei non debeat malū aliquod inferre, text. cum glo. in cap. de Benedicto. 32. q. 1.

11 [Pariter si † timeret iudex libertatem cōsensus, quę in matrimonium exigitur in aliqua fœmina impediendā fore, id agere debet, ut fœmina illa in loco honesto, & tuto deponatur, ubi libere valeat consensum proprium exprimere, text. optimus in cap. cum locum, de sponsal. Hinc dicebat Paul. Castr. cons. 127. uol. 1. quòd si mater legitima tutrix filiæ ipsam filiam impuberem tradere in spon-

ſam alicui promiſit, debet iudex illam puellam in loco honeſto, & tuto deponere ad effectum, vt in ætate perfecta cui velit liberè nubat, ſequitur Aimon Sauili. cōſ. 190. dicens adhuc manere matrē tutricem; etiā ſi ipſa filia deponatur.

Sed quæritur, quando agitur de ſepa-
12 ratione † thori, cum quo iudice tractabitur cauſa? Dic quòd cum crimen adulterii ſit mixtæ iuriſdictionis, ideo diuerſo reſpectu poteſt agi coram ſeculari, & coram Eccleſiaſtico iudice. Vnde quatenus agitur ad ſeparationē thori, fit lis coram iudice Eccleſiaſtico, quatenus agitur ad criminalem pœnam adulterii, fit coram iudice laico, Do. Ant. de But. in cap. cum ſit, ſuper glo. de foro comp.

13 Rurſum quæritur, † quid ſi maritus adulterium cōmittit, nunquid licet uxori monaſterium ingredi ipſo inuito? Et dic quòd poſt latam ſententiam diuortii ex hac cauſa latam licet, 35. q. 6. multorum, & ita intelligitur tex. in cap. Agathoſa, 37. quæſt. 2. ubi adulter non poſſet recuſare intrantem, quia intelligendum eſt ſententia lata, arg. tex. in c. fin. de conuerſ. coniuga. ante ſententiam uero non poſſet intrare irreuocabiliter: quia ſi adulter peteret ſibi reſtitui, non obſtaret ſibi exceptio adulterii commiſſi ante ſpoliationem, licet obſtaret adulterium poſt ſpoliationem commiſſum, ſic intellige de diuor. cap. ſignificaſti, ita Hoſtien. in Sum. de conuerſ. coniug. nu. 9. uerſi. Quid ſi maritus.

14 Sed nunquid † adulter poſſit religionem ingredi inuita innocēte? Dic quòd non: ne propter delictum ſuum à ſeruitutis coniugalis uinculo liberetur, argu. ff. de interd. & releg. relegatorum. §. fin. ff. de furt. l. itaque fullo. ext. de conſuet. ex parte. etiam ſi ſententia diuortii lata fuerit: quia adhuc poteſt, uelit, nolit, reconciliari, 32. q. 1. non erit, & cap. quod autem, in Auth. ut nulli iudic. §. adulteram. colla. 9. poſita, C. de adulter. auth. ſed hodie.]

15 Tertia cauſa, eſt ſcelus † contra naturam, cap. omnes cauſationes, 32. quæſt. 1. Abb. in cap. maritis, de adult. Syluest. in uerbo, diuortium, quæſtio. 7. quorum opinio communis eſt; & ratio eſt, quia nomine fornicationis intelligitur omnis illicitus coitus, 32. quæſtio. 7. cap. nō ſolum. facit eadem, quæſt. 4. cap. meretrices in fi. & cap. ſeq. ſed an uxor poſſit à uiro ſeparari, ſi propriam uxorem polluat extra clauſtra pudoris, uel ſeipſum polluat propriis manibus? dic quòd non, ita glo. in d. capitulo, omnes cauſationes.

16 Quarta cauſa † eſt fornicatio ſpiritualis, ut ſi hæreticus ſit, aut in hæreſim labatur, cap. 2. de diuor. cap. fin. de conu. coniu. 28. quæſt. 6. cap. uxor. & cap. ſeq. Illud tamen hic ſanè notandum eſt, ꝙ matrimonio ex hac cauſa ſeparato minimè cogendus eſt catholicus coniux ad cohabitandum cum altero in hæreſim lapſo, etiam ſi is pœnitentia ductus ad Eccleſiæ gremium redierit, ſic aduerſus gl. Abb. expreſſim notat in c. ult. de conu. coniug. Quod intellige, quando catholica ab hæretico diſceſſit præmiſſo Eccleſiæ iudicio, ipſo declarato hæretico, ſecus ſi propria authoritate, Couar. de ſponſ. par. 2. §. 5. nu. 5. §. 8.

17 Quinta. Furor † pariter, quando eſſet ita ardens, & uehemens, ut periculum eſſet cohabitare cum coniuge furioſo, poteſt eſſe legitima cauſa, ut uxor ſeparetur à uiro, ita communis eſt ſententia, quam refert Alex. in l. ſi cum dotem. §. maritus. ff. ſolu. matr.

SVMMARIVM.

1 *Error perſonæ matrimonium dirimit, poteſt tamen ſecuto conſenſu firmari.*
2 *Conditionis perſonæ error dirimit matrimonium, ſed non qualitatis.*
3 *Votum ſolemne dirimit, & ſimplex non contractum matrimonium impedit.*
4 *Cognatio triplex matrimonio impedimenta præſtat.*
5 *Homicidium impedit matrimonium inter homicidam, & alterum ex coniugibus ſuperſtitem.*

Homi-

De impedimentis matrimonij. Cap. LXXXV.

1 PRimo error in † persona: Vt si quis putet contrahere cū Berta, & contrahat cum Catherina, qui error personæ vitiat, & dirimit matrimonium: nam ubi non est consensus, ibi est error. l. si per errorem. ff. de iurisdictio. omn. iudic. Et errantis nulla est voluntas. l. cum testamentum. l. non idcirco. C. de iur. & fac. ignoran. Et super hoc impedimento non quæritur dispensatio, sed partis errantis postea interueniens consensus matrimonium ratum facere potest, sicut dicitur de Iacob, qui volebat contrahere cum Rachel, & fuit ei data Lia, quæ lippis erat oculis, tamen cum ea postea consensit, vt patet Gen. 29. & seq.

2 II. Conditio, † putans ducere liberā, quæ erat serua. error vero qualitatis putans eam esse virginem, vel diuitem, non impedit matrimonium, alioquin omnia ferè irritarentur, cap. 1. 29. q. 1.

3 III. † Votum solemne per religionis professionē, & per susceptionem sacri ordinis, iux. tex. in cap. uni. de uoto, lib. 6. super quo potest Papa ex causa dispensare, cap. veniens, qui cler. vel vou. capitu. proposuit, de concess. præben. capitu. cum ad monasterium, vbi Abb. de statu mona. Aret. consi. 59. in facto, Hinc obi-

ter adnotandum est, non idẽ esse votum publicum, & solemne. publicum enim est, quod coram testibus suscipitur, etiam si sit simplex. Solẽne vero est, quo quis se Prelato nomine Dei tradit, quod & secretè fieri potest. si vero fuerit votum simplex religionis, vt est illud, quod non est solemne, impedit quidem matrimonium, sed non dirimit contractum, capitu. meminimus, & seq. qui cler. vel vou.

4 IIII. Cognatio spiritualis, quæ contrahitur in baptismo, & confirmatione, c. 1. per totum. 30. q. 1.

[Vide Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de refor. matr. vbi tota cognatio spiritualis redacta est ad solam eam, quæ est inter patrinum, & baptizatum, patrem, & matrèm baptizati, ita quod nulla est hodie fraternitas, aut confraternitas, nulla itẽ compaternitas inter baptizantem, & patrinos. nulla item inter baptizatum, & coniuges, & concubinos, vel cõcubinas prædictorum, & minus inter ipsosmet patrinos, licèt sine peccato possent esse maritus, & vxor. Nulla item inter respondentes, tangentes, & alios; nisi sint ad id designati: quamuis videatur relinqui dubium, an quando nulli designantur in patrinos per culpam parochi, uel alterius in necessitate baptizantis soli, & omnes tangentes baptizatum, fiant cognati, iuxta ius antiquum, quod verius videtur, cum à iure antiquo nõ sit recedendum, nisi quò ad excepta in nouo. l. præcipimus. C. de appella. & Concilium videtur loqui quando designantur aliqui patrini. & quod diximus in baptismo, idem etiam procedere ait Concil. Trid. in confirmatione. Concluditur ergo post dictũ Conc. matrimonium contrahi non posse inter leuantes & leuatũ, vel eius parentes, nec inter baptizantem, & baptizatum, vel eius parentes. Quod si talis cognatio subsequatur matrimonium, non dirimit illud. v. g. vxoratus si tenet ad baptismũ filium suum, si tñ malo animo faciat, non põt amplius ab vxore debitum exigere absque dispẽsatione, Sylu. in verbo matrimonium. 8. q. 7.]

V. Cognatio legalis, per adoptionem inter filium, & filiam, cap. vnico, de cognat. lega.

VI. Cognatio naturalis vsque ad quartum gradum inclusiuè inter consanguineos, & affines, c. nõ debet, de consang. & affin. sunt etiàm excõmunicati, cle. 1. de consang. & affin. nisi excuset ignorantia, Sotus dist. 41. q. 11. ar. 3. in fi.

5 VII. Crimen, † quod est in quadruplici differentia.

Primo. Homicidium patratum ab altero coniugum, nam tunc inter homicidam, & coniugem superstitem non potest matrimonium contrahi, c. 1. de eo, qui dux. in matri. quam poll. per adulte. cap. 1. de diuor. cap. si quis uiuente. 31. quæstio. 1.

6 Secundo. Homicidium † mixtũ adulterio, idest qui contrahit matrimonium cum ea, cuius coniugem occidit eo fine eam ducendi in vxorem, cap. super hoc, de eo, qui dux. in matrim. Et non obstat tex. in cap. laudabilem, de conuer. infid. vbi ad creandum impedimentum matrimonii sufficit machinatio mulieris in mortem coniugis absque alio adulterio cum interfectione coniugis. Nam respondetur, quòd quandoque in morte coniugis interfecti quilibet est culpabilis, idest, mulier machinans, & alter volens contrahere, & tunc sola machinatio in mortem coniugis cum interfectione sufficit sine adulterio, ita Hosti. in d. c. laudabilem, per tex. in cap. interfectores, 33. q. 2. Quandoque vero solum alter est culpabilis, vel quia vxor est machinata, & alter interficit casu, non communicato dolo cum illa, & tunc cum homicidio requiritur adulterium, cap. fi. de eo, qui duxit &c. ita Io. And. concordat opiniones, ut refert Do. Ant. de But. in d. c. laudabilem.

7 Tertio. Adulterium † mistum contractui secũdi matrimonii, stante adhuc primo matrimonio, idest, qui scienter adulteratur cum coniunge alterius, & contrahit adhuc matrimonium cum ea, stante adhuc primo matrimonio.

Quar-

Quarto. Adulterium cum fide data ducendi adulteram post mortem mariti, etiam si matrimonium sit tãtum ratum, & non consummatum, & etiam si sit solutum quò ad thorum, & non quò ad cohabitationem, cap. relatum, cum seq. 31. q. 1. not. in c. 1. de eo, qui dux. in matrim. & in c. fin. eod. tit. Igitur duo requiruntur ad dirimendum matrimoniũ, fides, & copula, ita ut post fidem datam illam cognouerit, aliàs sola datio fidei de contrahendo cum secunda non creat impedimentum matrimonii, sed ita demum, si sequatur copula, cap. fin. de eo, qui duxit in matrim. Et ratio, quare datio fidei de matrimonio contrahendo sit prohibita sub peccato est, quia inducit desideriũ de morte alterius, quod est damnatum, de conc. præb. c. 2. ff. de pact. l. fi.

8 Sed an † copula præcedens fidem sit sufficiens ad dirimendum? dic quod sic, ita Dom. Anto. de Butr. in cap. laudabilem, num. 3. de conuer. infi. Sed quid si post datam fidem cohabitauit cum ea, etiam nudus cum nuda, non tamen eam cognouit, an ex hoc impediatur matrimonium? Dic quod non. Item quęritur qualis exigatur fides de contrahendo? Dic quod sufficit simplex etiam sine iuramento, 22. q. 1. iuramenti. Sed quid si vir dicat se non habuisse animum contrahendi cum illa, cui fidem dedit de cõtrahendo? dic quod nihilominus præcipitur eam ducere: quia lex ponderat factum, sic Anto. de Butr. in cap. significasti, de eo, qui dux. &c.

9 Sed an contracto † matrimonio credatur coniugibus, si dicerent copulam, & matrimonium, & dationem fidei præcessisse, ad dissolutionem matrimonii secundi? Dic quod non in foro fori, secus in foro animæ, & tunc etiam quantumcunque Ecclesiæ præcipiat hoc, non debet commisceri, c. inquisitioni, de sent. excommu. Dom. Anto. de But. in cap. 1. nu. 8. de eo, qui cogn. &c.

10 Sed † quid si inter ipsos coniuges sit bona fides, idest, credunt matrimonium esset validum, ego autem scio propter fidem datam inter ipsos cum copula, matrimonium esse nullum, an debeam admonere dictos coniuges matrimonium inter ipsos non ualere? Dic, ut supra in quinto præcep. in sexta decisione.

11 VIII. Disparitas † etiam cultus inter baptizatum, & infidelem dirimit matrimonium; quia infidelis cum fideli contrahere non potest, [cap. caue, 28. q. 1. & hoc impedimentum non est de iure diuino, uel naturali. Non inquam diuino, quia Moyses contraxit cum Aethiopissa: neque naturali, quia Iacob Patriarcha fidelis cõtraxit cum Aegyptiaca infideli, tempore quo lex naturalis uigebat. Quare tantum est de iure Ecclesiastico, & canonico, Sotus in 4. dist. 39. q. unica, art. 2. conclu. 2. & est communis, secundum flores Theolo. potest tamen secundum Sotum, qui supra, Papa tantum dispensare, vt fidelis cum infideli contrahat.

12 An vero † infidelis conuersus ad fidẽ possit cum infideli altero coniuge permanere? Respondeo, tale matrimonium nõ dirimi, potest tamen, quia hoc in sua est potęstate (non enim cogi potest) cum coniuge infideli habitare, & rei uxoriæ vacare, modo absque iniuria fidei, & cõtumelia Christi uoluerit habitare: nam cum periculum subuersionis ipsius imminet, nullo modo tenetur cum illa habitare, Sotus dist. 39. q. unica, artic. 3. Si verò conuersio infidelis expectaretur, vel ut apud Indos scandalum timeretur; quia terrerentur à fide, si post conuersionem alterius coniugis statim diuortium fieret, possent tunc habitare: modò ut diximus creatoris contumelia non timeretur.

13 An uerò, † qui inter infideles apud Turchas cõuerterentur, statim ad Ecclesiam catholicam migrare teneantur, vel possint latenter cum uxore manere, & non seipsos prodere? Respondet Sotus, quod sic: modo ceremonias infidelium non exerceant: quia sic essent in statu damnationis, quod procedit etiam si per ministros iustitiæ compellerentur: nam potius esset illis mors subeunda, quam

infi-

infidelium ceremoniis uacãdum, atque ita aut recedere, aut se prodere tenerentur; quia iuxta dictum Apo. non solum corde creditur ad iustitiam, sed etiã ore fit confessio ad salutem.

14 Sed † an sit ualidum matrimonium contractum inter fęminam catholicam, & virum schismaticum, qui illam permittit viuere secundum cæremonias Romanæ Ecclesiæ: filios tamen ex illa susceptos si sunt masculi cum pacto educãdi cum præceptoribus schismaticis ritu schismatico, baptizandos in templo Græcorum, & Armeniorum: filias vero secũdum ritum Romanæ Ecclesiæ? Respon. quod tale matrimonium nõ est licitum, per tex. in d. c. caue. quamuis matrimonium contractum ualeat, vt post alios dixit Nauar. cap. 22. à num. 48. Pacta vero illa in quæstione proposita non ualent: quia sunt turpia, l. iurisgentium, §. prætor ait, ff. de pact. l. generaliter, ff. de verb. oblig. c. fin. de condit. appos. Nauar. extra de constit. cons. 1. q. 26.]

15 IX. Vis, idest, violentia † cadens in constantem virum, causans mortis timorem, vel stupri, vel uerberum, cap. significauit, de eo, qui dux. c. veniens, el secondo, de spons. quia vbi est uis, non est consensus, cap. cum locum, de sponsa. Et non obstat quòd coactus consensus non debet inficere matrimoniũm, sicut nec iuramentum, vel aliud sacramentum, 15. q. 1. merito, de iureiur. cap. si uero. Nam respondetur, quòd quidam sunt actus, in quibus requiritur liber consensus, & tales inficiuntur ex metu in constantem virum cadente, vt in d. cap. significauit. Quidam sunt actus regulati à solo consensu, nec à iure exiguntur cum hac qualitate libertatis, & tales non inficiuntur. Non enim ex eo, quia coacta uoluntas est, sed quia non est libera uoluntas, vt patet 19. quæst. 3. perlatum, de spons. cap. cum locum. Conualesceret tamen matrimonium per uim contractum sequẽti cohabitatione spontanea, cap. ad id, de sponsal. & matri.

16 X. Ordo sacer † dirimit matrimoniũ contractum, cap. 2. qui cler. vel vou. Minor vero non, vt ibi. Verùm circa ordinem sacrum dispensat quandoque summus Pontifex, verbi gratia, si presbyter de facto contraxerit cum Regibus, & Illustribus. Nam tunc dispensat Papa, vt coniugem retinere possit, vel si ageretur de pace publica Reipublicæ, vel si ex separatione grande scandalum immineret, cap. quia circa, in fine, de consangui. vel quando longo tempore in matrimonio de facto perseueratum fuerit, suscepta prole, c. de gradibus, 35. q. 8. cap. non debet, de consangui. Cum hac tamen limitatione, quod si presbyter uxori suæ superuixerit, perpetuo sine spe coniugii se contineat, & quod officium Beatissimæ Mariæ semper Virginis saltẽ diebus Dominicis, & festis per modum satisfactionis quò ad vixerit, recitare teneatur, ita Pet. Rebuff. de dispensa. in gradibus prohib. glo. 5. nu. 38. & seq.

17 [Et hęc intellige † de ordine sacro suscepto ante matrimonium, quia si post illud esset susceptus, nunquam matrimonium dirimetur, tex. in extr. Antiquæ, Ioan. 22. glo. commu. recepta in c. vnico, de voto, lib. 6. quamuis matrimonium non esset consummatum. Immo neque dissolueretur per Episcopalem dignitatem, Ioan. Andr. in d. capit. vnico, Aret. cons. 59. colum. 2. sequitur hanc opinionem Ioan. Lup. contra Host. in Sum. de conuers. coniug. col. 4. & 5. in tract. de matri. col. 10. & seq.]

18 XI. Ligamen † etiam dirimit matrimonium, idest, qui contrahit per verba de præsenti cum secunda, viuente prima, §. affinitatis, Instit. de nupti. [Quamuis posterius sit carnali copula consummatum, capit. fin. cap. licet, de sponsa duo. Nec refert à quibusdam Roma. Pontif. quandoque iudicatũ fuisse posterius matrimonium consummatum carnali coniunctione esse priori nondum consummato præferẽdum, uti refert Alex. iij. in d. cap. licet, quia dictum iudicium referendum est ad iudicium particulare ex propria opinione, sicut de Cęlestino refert

fert tex. in cap. quanto, de diuor. non autem ad decisionem Roma. Pont. atque ita illum tex. intelligit Caiet. 2. par. Apologię de auctor. Eccl. cap. 19. Nam tex. in d. capit. quanto, dum refert Cęlestinum dicentem matrimonium dissolui, si alter coniugum labatur in hęresim, est intelligẽdus, ita vt planè dicamus Cęlestinum id sensisse, nõ autem legem sanxisse, neque veluti certum definisse. ita Couar. de sponsal. 2. par. cáp. 7. §. 3. nume. 5. Sic etiam si cum secunda contraxerit,] quia prima alteri nupserit, & liberos ex eo susceperit: quia nec absolui potest saltem sine firmo proposito non cognoscendi secundam, toto titu. de sponsa duo. Porrò filii suscepti ex secunda ignorante primũ matrimonium, legitimi sunt, cap. ex tenore, iuncta glo. qui filii sint legit. modo matrimonium sit contractum cum secunda in facie Ecclesię, ut ibi not. Doct. Si tamen prima mortua fuerit, posset denuò contrahere cum secunda, & sine peccato cum illa rem habere, Nauar. c. 22. nu. 53.

19 Quinimmo potest Inquisitor † hęreticę prauitatis inquirere contra illum, qui uiuente prima coniuge contraxit cum secunda, qualiter sentiat de sacramento matrimonii, [potest etiam iudex illum attenta qualitate personarum punire pœna mortis, qui uiuente prima uxore contraxit cum secunda, puta si ignobilis uxorem habens contrahit cum nobili, & illudit eam, ita notat Pręposi. in cap. 2. de sponsa duo.] Vnde mulier, quę cum alio vult cõtrahere, ut sit immunis à culpa, & pœna, oportet, ut sit certa de morte uiri prioris, saltem per unum testem, de sponsal. cap. pręterea, el secondo, de consangui. & affin. capit. super eo. Vel quod probabiliter credat priorem maritũ fuisse mortuum, (puta) quia in longinquum profectus fuit, & litteras accepit ab iis, qui ibidem interfuerunt, de eius morte. Et sic certior facta, & missa probatione ad Episcopum loci, & secuta sententia ab eo, de eius licentia licitè contrahere poterit, ita uidetur colligi ex dictis Ant. de But. in cap. veniens, nume. 5. & 6. de eo, qui duxit &c.

20 Verum in iis † casibus, quando optima fide, & absque culpa matrimonium fuerit initum, quotiescunque compertum fuerit priorem coniugem viuere, tunc dirimendũm est secũdum, ut prius matrimonium in suo vigore permaneat. Itaque licèt maritus pluribus annis fuerit absens, idemque mortem obiisse creditus, atque uxor idoneis, legitimisque testibus certior eius mortis facta alium virum, ex illoque plures filios susceperit, quandocunque prior comparuerit; tenetur secundo matrimonio secuto, ei vt legitimę coniugi adhærere, decretum est Leonis Papæ, cap. cum per bellicam, & cap. cum in captiuitate, & c. si uirgo, 34. q. 3. Aliàs adulteraretur, cap. Dominus, de secun. nup. & primus eam accipere debet; nisi certior facta de eius uita cum secundo rem habuerit. d. cap. cum per bellicam.

21 XII. Affinitas † etiam, quæ contrahitur ex fornicario coitu, impedit matrimonium in primo, & secundo gradu, iux. Conc. Trid.

22 XIII. Impotẽtia † coeundi ex natura, uel maleficio perpetuo, capit. primo, & tertio, de frigid. & malef. quia si est ad tempus, non sufficit, cap. fraternitatis, eodem tit. Impedimentum uerò ad tempus dicitur, quod præter diuinum miraculũ per opus humanum absque periculo corporis reparatur. Et sic econuerso perpetuum impedimẽtum illud dicitur, quod per diuinum tantum miraculum est reparabile, uel fortè est reparabile, sed non sine mortis periculo. Vel dicitur impedimentum perpetuum, quod nõ cessat per exorcismos, & orationes, ut no. Docto. in d. c. fraternitatis.

23 Et nota, quòd † impotentia coeundi est defectus naturalis, seu accidentalis, quo quis impeditur alteri carnaliter cõmiscere, ita Host. in sum. eo. tit. §. primo. Huius duæ sunt species: Nam alia est naturalis impotentia, alia accidentalis. Naturalis est duplex. Alia temporalis communis,

munis,quę contingit propter defectum ętatis,tam in masculo,quàm in fœmina: alia perpetua, quę contingit aliquando propter frigiditatem nimiam, & hoc in masculo tantùm locum habet. Aliquando propter nimiam arctationem, & hoc solum procedit in fœmina. d.cap. fraternitatis. Accidentalium autem alia violēta,ut castratio; alia occulta, ut maleficiū, quod fit per quędam occulta maleficia, quę dicuntur,le facture.

24 Sed † si quęris,quod tempus assignari debeat frigidis ad dandam operam copulę? Respon.quòd aut proponitur impotentia proueniens ex frigiditate, uel arctitudine in muliere, aut allegatur impedimentum maleficii per accidens. In primo casu si ambo confitentur impotētiam,simulque steterunt per triennium, atque operam dederunt copulę, separandi sunt interueniente probatione saltem duarum matronarum honestæ vitæ, ꝙ mulier sit virgo. Si verò ambo confitentur impotentiam, & impotentia est materia, quia vir,uel mulier caret instrumēto, vel habet, sed est inutile, & tunc statim constito de tali impedimento debet fieri separatio,nullo tempore expectato, cap.laudabilem.ibi,si frigiditas, & cęt. à contrario sensu, de frig. ff. de verborum obligat.l. continuus. §. cum ita. in fi. & quia hodie constat,hodie agatur, ut ff. vt in poss.leg.l.si is à quo, Innoc. in d. cap. primo,de frigid.

25 Aut † allegatur impedimentum maleficii per accidens, & tunc exiguntur iuramenta matronarum, quæ debēt esse de parochia, quia tales præsumuntur melius,quò ad famam habere maiorem notitiam de impedimento,de elect. c. postquam, & cap. scriptum. & non debent esse nimis iuuenes propter inexperientiam, nec nimis antiquæ propter visus defectum, debent etiam esse honestæ, ne sint lenones, vel viles, quæ pro minimo deierarent,& corrumpi possent, & omni peccato consentirent, vt in Auth. de leno. collat. 2. & C.de decur.l. fin. libro vndecimo. & ultra hoc requiritur probatio triennii,vt in capit. fina. de frigid. & malefic. ita not. Docto. eodem titu. cap.1.& vlti.

26 Matrimonium † clandestinum, quod secundum Concil. Trident. est ipso iure nullū,vnde debet contrahi in facie Ecclesiæ:cætera vero,quæ requiruntur, idest denunciationes,possunt omitti ex dispensatione Episcopi ex causa, quæ tamen sint legitimæ causæ, infra titu. seq. enumerabuntur. [Quæ verò sit matrimonii materia,& forma, quādo contrahitur in facie Ecclesiæ, non est omnibus nota. Nam alii mutuum consensum interiorem huius sacramenti materiam appellant: Verba autem ad ipsum consensum exprimendum deputata formam esse arbitrantur,vt not.ext.de sponsal. cap. tua,in fi. Alii personas ipsas contrahentes materiæ loco poni volunt,& verba, quæ mutuum ipsorum contrahentium consensum exprimunt, formam huiusce sacramenti significare. At mihi satis placet opinio illa, quòd verba personæ primo suum consensum exprimentis habeant rationem materiæ: verba verò quæ alterius consensum exprimunt habeant rationem formæ, cum perficiant primum consensum.]

27 Expletis autem † impedimentis dirimentibus matrimonium contractum, sequuntur impedimenta, quæ impediunt matrimonium contrahendum, non autem dirimunt contractum,idest faciunt, ut peccent,qui ita impediti contrahunt, sed matrimonium contractum valet. Huiusmodi sunt, Incestus post matrimonium contractum, ut diximus supra de incestu, capitu. 79. Tempus ab Aduentu, vsque ad Epiphaniæ diem, capit. non oportet, 33. quæstio. quarta, & à feria quarta cinerum, vsque ad octauam Paschatis inclusiuè, secundum Concil. Trident.

28 In † quibus quidem temporibus duo ab Ecclesia prohibentur, quorum alterū est solemnis benedictio coniugum. Alterum verò, ne ad lotum viri cum choreis, musicis, aliisque solemnitatibus noua

noua vxor traducatur. Igitur non sunt illis temporibus prohibita etiam sponsalia de præsenti, glos. in cap. capellanus, de feriis.

29 An † verò cum licentia Episcopi possint his temporibus nuptiæ solemniter celebrari. Sotus in 4. distin. 32. quæst. 1. art. 1. inquit, quòd ex aliqua vrgenti causa poterit, vt si aliquis puellam pauperem non dotaret, nisi illico cum aliqua consumeret. Quinimmo, vt inquit Synodus Neap. cap. 40. Ordinarius propter humana pericula talem licentiam facilè, & gratis poterit concedere.

30 Raptus † etiam alienæ sponsæ, infantem proprium ad baptisma, vel chrisma portans impediunt matrimonium contrahendum, non autem dirimunt contractum. Votum etiam simplex castitatis, vel religionis, omnino impediunt matrimonium, si tamen de facto id fecerint, matrimonium tenet. ita asserit commu. Nauar. c. 22. nu. 72.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quando clandestinum dicatur.*

2 *Denunciationes de matrimoniis publicandæ, quorsum inducta, & an prætermitti, & quando dispensari possint ab Episcopo, numero 9. & quibus casibus, num. tr. 10.*

4 *Virgo quem tutoris iniquitas aliò trahit, clandestinè licitè contrahit, & idem de moribundo cum concubina.*

5 *Filii per subsequens matrimonium, quando legitimentur per omnia.*

6 *Concubinarii imminente periculo licitè secretò contrahunt.*

7 *Contrahere etiam clam possunt coniuges post matrimonium non licitum dispensatum.*

8 *Contrahentes clam ex oblata sibi temporis opportunitate, aliàs non contracturi, an licitè contrahant.*

10 *Episcopus licèt dispensare possit circa denunciationes, non tamen circa alia.*

De matrimonio clandestino. Cap. LXXXVI.

1 Bifariam contingit † matrimonium dici clandestinum. Vno modo, idque maximè propriè, quando fit sine testibus legitimis, per quos in foro Ecclesiæ possit cōprobari, c. quod nobis, de cland. desponsa. Altero quoque modo, tametsi non tam propriè, quando licèt testes interfuerint, defuerunt tamen denūciationes, & proclamationes, quæ iure debebant in Ecclesia præcedere: hoc autem matrimonium secundo modo dictum, secundum Abb. in cap. cum inhibitio, de clandest. despons. clandestinum dici non potest, quando publicè contrahitur, & hęc opinio moribus recepta videtur, vt refert Couar. titu. de sponsal. cap. 6. nume. 10. [Quia id, quod scientibus vicinis fit, dicitur publicè fieri, notat Ioan. Lupi in c. per vestras, 3. not. §. 21. num. 4. de donat. inter vir. & vxo. Et nec obstat Bart. sententia in l. fi. ff. de ritu nupt. dicentis illud fieri clam, quod fit omissis his, quæ in eius actu, à lege requiruntur. id enim procedit, nisi aliquid æquiualens in actu interueniat, ex quo effectus à lege prætensus deducatur, ut in hoc matrimonio contracto publicè euenit.] De clandestino autem matrimonio primo loco loquitur Conc. Trid. illud annullans, in c. 1. sess. 24. de refor. matr.

2 Attamen † cū denunciationes in Ecclesia fieri debeant, vt si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur, nisi Ordinarius illius loci expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes omittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio sancta Synodus in d. c. primo, reliquit. Ideò plures sunt casus, in quibus illis omissis dispensare potest Episcopus, ne fiant.

3 Primus † est, cum magnatibus, qui magna cum deliberatione solent connubia tractare.

Secundus, propter contrahentium verecundiam, vt si egregiè natus infimæ condi-

conditionis mulierem ducat, aut ditissimus pauperem, uel senex puellam, Nauar. capit.22. nume.70. versicu. Aduertendum.

Tertius, dum periculum timetur, ne per denunciationes, quibus matrimoniorum impedimenta caueri curantur, obstacula potius obiiciantur ne fiant, Sotus distin.28. quæstio.1. artic.2. sed hæc ex specialium casuum decisione faciliora reddentur.

4 Prima. Virgo † sub tutela iniqui tutoris constituta, si clandestinè contrahit, ne tutor eam viro ignobili, ac indigno tradat in vxorem, non peccat mortaliter, Couar. de sponsi.cap.6.nu.7. Nauar. cap.16. nu.37.

Secunda. Confessarii, & testes, qui curauerunt, vt quidam gladio grauiter ictus, & iam iam moriturus duceret in vxorem concubinā suam, ex qua liberos susceperat, quo illos faceret legitimos, & quò ad transeundū ex hoc seculo iter melius ornaret, non peccant, nec in aliquas censuras incidunt, & matrimoniū validum est, Nauar.cap.16. nu.37. Cyn. in l.nuper. C.de nat.liber. Ioan. And.in c.fine culpa, de reg.iur. lib.6.

5 [Et eius causa † proles suscepta erit legitima, quod Ioan. Andr.not. in reg. fine culpa, 3.colum.de reg. iur. Abb. in cap.2. de frigi. Io.And. & Præpos. in cap.tanta. qui fil. sint legit. modo filii nati sint ex coitu, qui poterat esse coniugalis inter parentes si consensus ab eis præstitus foret, ita probatur in d. cap. tanta, in 2.par. vbi commu. Doctores asserunt, quo casu legitimi erunt quò ad omnia, perinde, ac si ab initio ex legitimo matrimonio concepti forent, ita glos.in d. cap. tanta. Hinc absque dispensatione possunt in Episcopos eligi, gl.in cap.innotuit, de elect. vbi Anto.Boer.decis.159. col.2. & est communis opinio, teste Decio in c.cū in cunctis, de elect. Verum matrimonium inter parentes contrahi potuisse satis est nō tam tēpore conceptionis, ut dicebat Sal. in l.filium.C.de suis, & legi.hære. & alij: sed etiam tempore natiuitatis, vt filij sint legitimi. ita Hostiē. Io.And. Ant.nu.18. & Card. in d. c. tanta, optimus tex.in l. seruorum, §. fi.ff de sta.homi. & §.sufficit, Instit. de ingen. quibus constat quò ad filiorum libertatem statū matris tempore conceptionis, vel natiuitatis attēdi. quod procedit, etiam si filii sint nati ex coitu fornicario domi minimè cohabitante concubina; modo tempore conceptionis, vel natiuitatis matrimonium inter parentes contrahi possit, glo. sing. in cap.innotuit, de elect. Quod idem est intelligendum, si filii nascantur ex carnali copula, quam cum eorū matre clericus in minoribus ordinibus constitutus habuit, etiam si is eo tempore Ecclesiasticū beneficium obtineret, ita Ioan.Andr. in d.reg.fine culpa, col. 8. vel si fuerint suscepti à religioso, vel moniali intra annū probationis: nam per matrimoniū subsequens legitimi efficiuntur, ex ratione tex.in d.cap.tāta. vbi hoc in specie notat Præpos. siue sint nati ipso matrimonio nondum contracto, siue eis conceptis, & adhuc in vtero existentibus matrimonium contrahatur, Ioan.Andr.cui cęteri assentiunt, in d.cap. tanta. Quod procedit etiam si parētes sint dispares genere, vel diuitiis, Io.Lup. in cap.per vestras, 3.not.§.21.nu.17.de donat.inter vir. & vxor. Iason cons.254.2.volum. Rursum effectum habet dicta legitimatio non tātum, quādo matrimonium subsequitur inter filiorum parentes, nullo interim cō tracto coniugio, sed & quando parentes aliud interim matrimonium cōtraxere, & tandem ab eo liberi secum coniugale fœdus pacti sunt, ita Ioan.And.in d.reg. fine culpa: satis enim est, vt tempore cōceptionis, vel natiuitatis copula potuerit esse coniugalis, d.cap.tanta. Ita hanc opinionē fatetur cōmunem Paul.de Castro in l.Pomponius.§.quęsitum.ff.de acqui. possess. Tandem inito matrimonio inter concubinarios non tantum filii erunt legitimi, qui tempore cōtracti matrimonii viuunt, verum nepotes auo legitimi fiūt patre mortuo, & hoc fauore matrimonii, ita Soci.in l. Gallus. §. si eius, col.2.

de

de liber. & posthum. Bald. in c. innotuit, de elect. col. pen. Alciat. par. 1. de præsumpt. ad fin. idem lib. 3. Parod. col. 16. & hæc videtur magis tenenda, quam contraria, fauore matrimonii, qui non patitur nepotem non censeri legitimum coniugio subsecuto inter auum, & auiam.]

6 Tertia, concubinarij † iter facientes, vel alia ratione comprehensi, si in periculum ob concubinatum inciderent, subitò possent matrimonium secretò contrahere, vt affirmarent se esse coniuges, Sotus dist. 28. q. 1. art. 2.

7 Quarta. Clam † etiam contrahentes non peccarent mortaliter, quando ipsi in facie Ecclesiæ contraxerant bona fide, qui tandem postmodum sciunt subesse aliquod impedimentum, ac secretè impetrant dispensationem à Romano Pontifice, & nouo præstito consensu ex ui dispensationis ad euitandum scandalum, clam contrahunt matrimonium, ut res tutius agatur, Sotus distinct. 28. quæst. 1. art. 2. Nauar. cap. 22. num. 70. versic. sed quod valde.

8 Quinta. Ij, † quibus maximę expediret coniugari, & valde metuerent elapso illo tempore inhibendos esse ne contrahere possent, tunc si secretò in matrimonium consentirent animo postmodum publicandi; non video, quid nam culpæ saltem mortalis committerent, Sotus, qui supra.

9 Sexta. Prædicti † casus, in quibus dispensare licet, idque in uniuersum fieri poterat per Episcopum ante dictum Cōcilium, ut inquit Nauar. cap. 22. nume. 85. versic. dubium. Hodie tamen semper matrimonium contrahi debet in præsentia Parochi sacerdotis, iuxta Nauar. lib. 1. de offic. iudic. ordin. consil. primo, vel sacerdotis facultatem in id ab eo, vel Ordinario habentis, & cum duobus testibus, & hoc, quando haberi possunt: nam si necessitas adeò esset vrgens, vt copia Parochi, & testium haberi non possit, ut contingere posset in secundo, & primo casu, tunc per mutuum consensum inter illos, vel in præsentia alij Sacerdotis, uel testium posset fieri.

10 Sed quando potest † contrahi coram Parocho, & testibus, semper eo modo contrahendum est: id enim verè videtur sentire Concilium, qua parte facit facultatem Episcopo relaxandi denunciationes, quando ei videbitur conueniens: Non enim ei facit facultatem remittendi præsentiā Parochi, & testium, Nauar. cap. 22. num. 7. versi. animaduertendum.

SVMMARIVM.

1 *Pollutio in somnis, nisi in duobus casibus culpam non habet. nu. 4.*

2 *Pollutionis causa, aliquando Dæmonum illusio.*

3 *Pollutionem celebraturus, qui sibi futuram suspicatur, si præmissis orationibus contingat, non impeditur.*

5 *Pollutio ex infirmitate, vel naturæ superfluitate est sine peccato, secus si ex superfluitate cibi. nume. sequen. & nu. 15. & an abstinendum hoc casu à sacris, nume. 7.*

8 *Pollutio ex euagatione mentis quanto tempore arceat celebrantem à sacris.*

9 *Pollutio, vel coitus matrimonialis de honestate, non de necessitate faciunt à sumptione sacramenti abstinere.*

10 *Fornicator ex fornicatione noctis præcedentis potest post pœnitentiam accedere ad Eucharistiam, nisi propter scandalum.*

11 *Pollutionem procurans, vel causam dans, vt eueniat, peccat, & hanc desiderans, vt leuetur natura, non peccat, nume. sequen.*

13 *Iacens supino corpore, qui pollutionem patitur, an teneatur aliter dormire.*

14 *Pollutionis emissionem experrectus sentiens, non retinendo, an, & quando peccet.*

16 *Pollutio mortalis non est, quæ Confessariis, aut Prædicatoribus accidit, confitendo, legendo, vel prædicando.*

De pollutione nocturna. Cap. LXXXVII.

1 REgula est † certissima Doctorum, & præcipuè Gabr. de canone missæ, lectio. 10. nullam pollutionẽ in somnis inchoatam, & perfectam, esse peccatum, quod probatur ex famosa regula illa Augustini, Peccatum est adeo voluntarium, quod si non est voluntarium, non est peccatum. In somno autem deficit libertas voluntatis, quia deficit rationis vsus; ergo nihil in somno est voluntarium. Dictum est notanter, Pollutio in somnis inchoata, & perfecta; quia posset aliquis vigilans impurum habere desiderium se polluendi, quo vigente caderet in somnum, in quo pollutio perficeretur. Posset similiter pollutionem in somnis cœptam expergiscens male consummare. Constat in iis casibus radicem pollutionis esse liberam, & flagitiosam, propter quam illud opus obscenum imputabitur ad culpam. Si vero vtrobique in principio, & in fine fuerit rationis carentia, & per hoc consensus voluntatis, liber erit talis actus à culpa mortali, etiã si nullo accedente consensu vigilando compleretur; & ratio est, quia voluntate carebat.

2 Præterea † pensandæ sunt causę, ex quibus accidat menti dormientis pollutio: aliquando enim ex illusione diabolica, qui phantasmata commouere possunt, ex quorum apparitione pollutio interdum subsequitur, & hæc non est peccatum, si turpis delectatio non subsequatur, sed prouenit ex nequitia Dæmonum volentium impedire hominem à sumptionem sanctissimi Sacramẽti Eucharistię. Vnde legitur in Collatione patrum, ꝙ cum quidam frater pateretur pollutionem semper in festis, in quibus erat communicandus, seniores comperto, ꝙ nulla causa ab ipso præcesserat, decreuerunt ne propter hoc à cõmunione cessaret, & ita cessauit illusio Dęmonũ.

3 Pariter, † qui hanc immunditiam certis inditiis futuram suspicantur, & celebraturi die sequenti, quando celebrandum erat, contra eam orationibus peculiaribus, seu specialibus se munire conantur, si iis adhibitis remediis incidunt tamen in id, quod verentur, si sacra faciunt, tantum abest, ut peccent, vt etiam aliquid mereantur: Celebrant enim ii, vt non cedant, sed ut tentatoris fallaciis fortiter obsistant, Gabr. lect. 10.

4 Pari ratione † patientes hanc immunditiam absque peccato, si ut suscepto officio satisfaciant, vel aliorum conformitati, cum quibus viuunt, aut instigante deuotione, aut ad remouendum scandalum celebrant, merentur.

Insuper hæc pollutio quandoque prouenit ex præcedentibus cogitationibus, & hæ præcedentes cogitationes lasciuę, quandoque possunt esse sine peccato, (puta) cum aliquis causa lectionis, vel prædicationis contra carnis vitia, quo casu necesse est Doctorum scripta reuoluere, vel quia confessiones auditurus est, de iis inquirere, & audire tenetur, & propterea cogitur de talibus cogitare, & tunc cessante concupiscentia, & delectatione, non erunt cogitationes immundæ, sed honestæ, ex quibus tamen sequi potest pollutio, & hæc non est timenda, immo cum merito potest celebrare, D. Tho. 3. par. quæstio. 80. art. 7. ut patet per August. super Gen. ad litteram, lib. 12.

Quandoque vero præcedentes cogitationes sunt cum concupiscentia, & delectatione, & tunc si adsit consensus, erit peccatum mortale, si autem desit, erit veniale.

5 Similiter † etiam est sine peccato pollutio proueniens ex causa corporali ex infirmitate naturæ, vnde quidam etiam in vigilia absque peccato fluxum seminis patiuntur. Vel etiam si sit ex superfluitate naturæ; sicut enim contingit sanguinem fluere absque peccato, ita & semen, quod est superfluitas sanguinis.

Quan-

6 Quandoque † vero est cum peccato, verbi gratia, cum prouenit ex superfluitate cibi, & potus, & hæc timenda est, non autem vsque ad prohibitionem sacri mysterii percipiendi, vel missarum solemnia celebrandi, cum fortasse, aut dies festus exigit, aut exhiberi mysterium pro eo, quòd alius sacerdos deest, ipsa necessitas compellit. cap. testamentum, dist. 6. alias consilium est, vt abstineat, d. cap. vers. humiliter.

7 Consilium dico † ex quadam congruentia quò ad duo, quorum vnũ sem per accidit, scilicet quædam fœditas corporalis, cum qua propter reuerentiam sacramenti non decet ad altare accedere, vnde & volentes tangere aliquid sacrum, manus lauant.

8 Aliud autem † est euagatio mentis, quæ sequitur pollutionem nocturnam, præcipuè, quando cum turpi cogitatione contingit, nam tunc facit mẽtem scrupulosam, inquietam, hebetem, & deiectam, quæ tamen debet esse constans, quieta, clara, & serena. & ideo Doctores pro reformatione animi assignauerunt spatium viginti quatuor horarum, ut mente reformata possit celebrare, & interim non ex necessitate, sed ex reuerentia abstineat. Et hoc colligitur ex Deutero. cap. 20. Vbi dicitur: Si fuerit inter vos homo, qui pollutus nocturno sit somno, egrediatur extra castra, & non reuertatur donec ad vesperam lauetur aqua. Ita habetur in capit. testamentum, in princip. vbi glo. distin. 6. Verùm cum possit quis purgatior effici in vna hora, quàm alius in centum, ut liquidò patet in viris contemplatiuis, & perfectis: ideo secundum hæc citius, aut tardius erit accedendum ad hoc venerabile sacramentum.

9 Hoc † autem, (vt diximus) intelligitur secundum honestatem, & non necessitatem: nam si aliquis fuerit in somno pollutus; modo sit sine peccato, si cum illa immunditia corporali, vel mentis euagatione accesserit ad communicãdum, non propterea efficitur reus corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Hinc hoc adeo procedit, vt dicat Greg. in cap. sciatis, 33. quæst. 4. & c. vir cum propria, quòd si coitus coniugalis fiat sine peccato, puta causa prolis generandæ, vel reddendi debitum, tunc nõ aliter impediat sumptionem huius sacramenti, nisi de honestate. Ideo inquit Greg. quòd talis est suo iudicio relinquẽdus. Si vero non amor procreandæ prolis, sed dominatur voluptas in opere, tũc prohiberi debet, ne accedat ad sacramentum. Haud tamen intelligas peccatum esse mortale accedere, si non præcessit mortale in opere, cuius reatus manet, id est nisi cognoscat vxorem, ut meretricem. dicto capitu. vir cum propria, & in glos.

10 Quinimmo etiam † pollutio nocturna proueniẽs ex peccato mortali non aufert impedimentum Eucharistię de necessitate post peractam pęnitentiam: vnde si homo nocte fornicatur, & mane pęniteat, potest post pœnitentiam humiliter accedere ad sacramẽtum, quamuis post enormem pollutionem in vigilia, quantumcunque sit per pœnitentiam remissa, illico intra horam, uel eadem die accedere ad Eucharistiam sine aliqua urgenti, & honesta causa, irreuerentia esset culpabilis, genere autẽ suo nõ mortalis, nisi propter scandalum, ut si aliqui essent delicti conscii. Sed cum causa, puta tempore præcepti, uel si ut famæ suæ consulat, celebraret, posset vtique celebrare, Sotus in 4. sentent. distinct. duodecima quęstio. prima, articulo septimo, colum. penult. tertia propositio. Sed modo accedamus ad aliquas quęstionum decisiones, quę facile in usu euenire possunt.

11 Prima. Peccatum † mortale est procurare, ut sibi contingat pollutio ad exonerandam naturam, uerbi gratia, si homo se somno ea corporis parte dederit, qua euenire solet pollutio, illa intentione, ut sibi eueniret, Syluestr. in uerbo, pollutio. Caieta. 2. 2. quęstio. 154. articu. quinto, Nauar. capitulo decimosexto, numero sexto. Quod multo magis pro-

cedit si procuret, vbi sibi pollutio accidat in somnis libidinis causa, vel per applicationem causæ, vt est cogitatio, vel crapulæ ingluuies, Nauar. qui supra, Sotus dist. 12. q. 1. artic. 7.

12 Secunda. Desiderare, † vt sibi dormienti illa contingat, quo leuetur natura per solam viam naturalem, non est peccatum mortale: dummodo non procuretur, nec ad id ullam causam præbeat, qui eam cupit, Nauar. capitu. 16. numero 7. post medium, secutus S. Antoninum, Syluest. Angel. & Caiet. contra alios, & dummodo tale desiderium nullatenus credatur fore causam pollutionis, seu viam, vel procurationem ad eam, Nauar. ibidem, in secunda, & quinta illatione.

13 Tertia. Qui videt, † quòd si resupinus dormiat, aut inde, quòd iustam refectionem sumat, pollutionis sibi periculum imminere, non tenetur propterea à cęna abstinere, aut aliter iacens dormire, si non ita commodè potest, Sotus dist. 12. q. 1. art. 7.

14 Quarta. Si postquàm † è lumbis excisa est pollutio, estque in motu naturali, dormiens expergefieret non retinendo, haud peccat, si illam minimè retinere valeat, quod ad sedãdum pusillorum scrupulos adiectum est. [Et ratio est secundum Thom. 4. distinct. 9. quæstio. 1. cap. quinto, quòd pollutio quantum ad meritum, vel demeritum, magis iudicatur secundum principium, quam secundum finem: quia corporalis motus non pertinet ad meritũ, uel demeritum, nisi secundum quod à voluntate causatur. Ex quo autem ille motus est excitatus in dormiendo, non subiacet alterius volũtati vigilantis, nec reputatur euigilasse dormiens, quousque recuperauerit verbum, aut visum. potest tamen contingere, quod in ipsa euigilatione peccatum oriatur, si pollutio placeat propter delectationem. Quæ si sit ex subreptione, erit veniale: si autem ex consensu deliberatiuo, & præcipuè cum appetitu futuri, est mortalis: si autem placeat, ut est naturæ exoneratio, non est peccatum.] Sed quid si quis in vigilia causam dedit pollutioni futuræ, voluendo secum turpia, vel immiscendo se cõuersationibus, aut tactibus illicitis, qui eam prouocent, sed antequàm dormiret, eum legitimè facti pœnituit, an pollutio in somno subsequens sit peccatum? dic quòd nõ; quia causa fuit intercisa, Sotus ibi articu. 7. Quod secus esset, si non sequeretur pœnitentia, Nauar. cap. 16. nu. 6.

15 Quinta. Qui † nimis comedit, vel edulia calida, si eo fine comedit, vt pollutio eueniat, peccat mortaliter, aliàs secus, si comedat, ut gulæ suæ satisfaciat, Sylu. in verbo, pollutio, Nauar. capitulo 16. numero 8.

16 Sexta. Non † peccant, qui ad prædicandum, docendum, aut audiendum cõfessiones, vel loquendum cum fœminis ex causa honesta, vident, legunt, audiũt, dicunt aliqua turpia, si earum causa succedat pollutio, Turrecrem. in summa, capitu. primo, distinc. 6. dummodò probabiliter credant superiorem eius voluntatem non consensuram, aliàs potius deberent omittere confessiones, Nauar. cap. 16. nume. 7.

SVMMARIVM.

1 *Vitium contra naturam committitur, quadrupliciter, num. seq.*

3 *Mollities, quæ vitium est contra naturam, quomodo committatur.*

4 *Mollities mortale est, & grauius, si cum alieno adminiculo.*

5 *Mollities subordinata morosæ delectationi, vel desiderio adulterii, deformitatem horum peccatorum contrahit.*

6 *Homicida est alium inducens ad mollitiem.*

7 *Mollitie virginitas non amittitur in ætate inhabili ad emittendum semen.*

8 *Mulier fornicatione, vel voluntaria pollutione infecta monasterium ingrediens sine dispensatione peccat.*

De mollitie. Cap. LXXXVIII.

1 QVia vitium † contra naturam potest multipliciter contingere, secundum S. Thom. 2. 2. quæstio. 154. articu. 11. versi. respondeo. vno quidem modo, si absque concubitu causa delectationis venereæ pollutio procuretur, quod quidem pertinet ad peccatum immūditiæ, quæ mollities appellatur. Alio modo, si fiat per concubitum ad rem nō eiusdem speciei, quod bestialitas vocatur.

2 Rursum, † si fiat ad concubitum, ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel fœminæ ad fœminam, secundum Apost. capit. primo, ad Roma. quod vocatur vitium sodomiticum. Vltimo, si non seruetur naturalis modus concūbendi, aut quantum ad instrumentum, aut quantum ad alios monstruosos, & bestiales concumbendi modos, & de hoc diximus supra, capit. 82. numero 17.

Restat modo, vt loquamur de pecca-
3 to mollitiei: non de † ea, quæ opponitur perseuerantiæ, sed de illa, quæ est cōtra castitatem, quæ alio modo dicitur immunditia, idest uoluntaria pollutio, & est uitium contra naturam, quando procuratur pollutio uenerea delectationis causa absque concubitu. Et hoc uitium fit per fricationem membri pudendi; etiam si propter ætatem non fuerit secuta pollutio, ut inquit Gerson, parte secunda, tractatulo de Confessione mollitiei. quoniam ibi est complementum delectationis illecebrosæ, & est peccatum mortale; quoniam, ut inquit Apost. neque molles regnum Dei possidebunt. Sed qualiter committatur, & an per illam tollatur uirginitas, his decisionibus explicabitur.

4 Prima. Mollitiem † procurando absque omni concubitu causa delectationis siue adminiculo proprio, siue alieno, mortale peccatum est, grauius tamen, si cum alieno, ratione societatis in peccato alterius, Caietan. ad D. Thom. 2. 2. quæstio. 154. articu. 2. Nauar. capit. 16. numero 6.

5 Secunda, procurans † illam subordinando morosæ delectationi, aut desiderio adulterii, uel incestus, non solum peccat peccato mollitiei, sed etiam recipit deformitatem incestus, uel adulterii, Caiet. & Nauar. qui supra. Non tamen duo peccata committit, præter illud mollitiei, sed unum tantummodo habens deformitatem tot peccatorum: & ratio est, quia una cogitatione hoc appetit, secus si mutaret cogitationes de una persona in aliam, uel ad diuersam speciem cum eadem persona, deliberans per se de qualibet: nam semper de nouo peccaret mortaliter, unde si centum mulieres uideret unam post aliam, & de qualibet specialiter animum determinaret, centum mortalia committeret, Arch. Flor. in summula, in 9. præcepto de luxur. ment. cap. unico.

6 Tertia, peccat † mortaliter, & homicida est inducens alium ad huiusmodi mollitiem, capitu. noli, de pœniten. distin. prima.

7 Quarta. Qui ante † ætatem, uel tempus seminis hanc turpitudinem, delectationis uenereæ causa per semetipsos, uel alios perficiunt, peccant peccato mollitiei, sed non amittunt uirginitatem, si non est resolutio seminis, Caieta. 2. 2. q. 154. art. 6. ad 3.

8 Quinta. Sanctimonialis, † quæ cum esset secularis, uel antequam professionem faceret, occultè fornicata est, non debet, nec potest sine peccato suæ consecrationis uelum suscipere; nisi cum dispensatione, aut alia honesta cautela suscipiat. Quod etiam de illa, quæ uoluntariè se polluit, arbitratur Nauar. capit. 16. nume. 3. in fine, post Syluest. in uer. consecratio uirginum, qui latius declarat. Contrarium tamen credo uerius, cum uirgines communiter dicātur, quæ carnis integritatem retinent, Caieta. in uer. uirginum consecratio.

SVMMARIVM.

1 *Bestialitas committitur cum re animata nō eiusdem speciei, vel cum Dæmone.*
2 *Dæmon si cum muliere vtatur, & pariat, cuiusnam partus dicatur esse filius.*
Animalia in lecto tenentes affectu libidinoso non absoluendi.

De bestialitate. Cap. LXXXIX.

1 Vitio bestialitatis † peccare dicitur, qui concumbit cū re animata non eiusdem speciei. v.g. si abutatur aliqua bestia, vel Dæmone. Quod quidem contingere potest tali pacto, secundum Caieta. 2.2.q. 154. art. 11. ad 3. Videlicet quando Dæmon format, & mouet corpus aereum, puta animalis, aut hominis; & nunc agit contra naturam; & nunc in eodem sexu; & nunc in forma consanguinei: & tunc si quis bestia etiam affectu sodomitico abutatur, vel coeat cum Dæmone, habens hanc delectationem sodomiticā, vel adulterii, uel incestus, præter bestialitatis vitium, sodomiæ deformitatem, uel adulterii, vel incestus incurrit.

2 Rursum † si Dæmon in forma bestiç, aut hominis cum muliere coeat, & in eius vas transfundat semen humanum acceptum ab aliquo viro, si ex tali coitu mulier generat, fętus dicitur illius filius, à quo decisum est semen. Caiet. qui supra. Postremo absolui non debet, qui animalia domi, aut in lecto tenet cum affectu libidinoso, nisi prius interficiantur.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia quid, & quam graue hoc sit peccatum, & à legibus damnatum.*
2 *Sodomiticum vitium, qui committant, & quomodo, & an vis excuset patientem, quibus pœnis plectatur etiam per extragan. Pii V. nu. seq.*
4 *Pœna dicta extrauag. an intelligatur tam in foro interiori, quam exteriori, nume. sequen.*
6 *Intentio legislatoris colligitur ex procemio legis.*
7 *Clausula vltimo loco apposita ad omnia superiora refertur.*
8 *Constitutio ita intelligenda, vt quo minus fieri possit, non exorbitet à iure communi.*
9 *Mens legislatoris in legibus semper attendenda.*
10 *Dictum vnius etiam præclaræ authoritatis non facit fidem.*
11 *Extrauag. prædicta respicit tantum copulam sodomiticam frequentantes, nume. sequen.*
13 *Nomina verbalia significantia actum licitum, vel delictum, quam vim habeant.*
14 *Maritus tentans vxorem de hoc vitio, separationis materiam præstat, idem si id cum alio exerceat.*
15 *Fœmina subigens sibi fœminam, peccat sodomiticè.*
16 *Sodomitici vitii reus est, in eo alios instruens, item qui osculatur, tangit, & alia, vt hic, facit.*

De vitio sodomitico. Cap. XC.

1 Sodomia est † turpitudo in masculum facta, 32.quæst.7. cap. vsus. & vitium hoc cęteris lōgè peius, ac flagitiosius est. Cōtra exercentes hoc vitium inuehitur Lactantius Firmianus, lib.6.de diuina inst. cap. 23. Non potest (inquit) hæc res pro magnitudine sceleris enarrari, nihil amplius istos appellare possum, quàm impios, & parricidas, quibus non sufficit sexus à Deo datus, nisi & suum sexū profanè, & petulanter illudant. Amplius adeo graue crimen hoc existimatur, ut in sacra Gene. cap. 37. pessimum crimen appelletur, & cap. 18. sic legitur: Et peccatum eorum aggrauatum est nimis. & ideo exclamabat Paulus ad Romanos, cap. 1. Et tradidit illos Deus in passiones ignominiæ: nam fœminæ eorum immu

tauerunt

tauerunt naturalem usum. Hinc etiam censuit Bald. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugit. sodomitis non esse assignandos aduocatos, ut defendãtur. Sunt etiam infames, gl. in l. prima, §. remouet. ff. de postul. & in l. cum uir. C. de adult. Sunt quoque intestabiles: nam cõmisso crimine statim dominio bonorum priuantur, glo. in §. primo, in Auth. de ince. nup. glo. in cap. cum secundum, in princ. de hær. lib. 6. Bart. in l. post contractum. ff. de don. Quinimmo gl. in §. testes, uer. Intestabiles, de testam. censuit etiã passos muliebria esse intestabiles. De hoc etiam pessimo uitio loquitur tex. in cap. adulterii malum, & cap. flagitia. 32. q. 7. gloss. in cap. extraordinaria, 35. q. 2. & cap. omnes causationes, 32. quæst. 7. Institut. de public. iudic. §. item lex Iulia. l. cum uir. C. de adult. Sed modo, quibus modis contrahatur, ex particulariũ quæstionum decisionibus sufficientissimè explicabitur.

2 Prima. Sodomiæ † uitio peccat masculus, qui cum masculo, uel fœmina nefario coitu se miscent in uase indebito, cap. usus, 32. q. 7. & est mortale non solum in uiro id attentante, sed etiam in fęmina, si huius sit causa, immo si hoc patiatur, nec excusat eam animi dolor, aut timor odii, aut uerberũ, aut incontinentiæ mariti, aut huiusmodi, argu. tex. in cap. sacris, de his, quæ ui. Sed sola uiolentia absoluta, Sylu. in uer. Debitum. q. 4. & hic, si laicus est, debet excommunicari, & à cętu fidelium usque ad condignam satisfactionem fieri alienus, de excess. prælat. c. clerici, & secundum leges ultimo supplicio damnatur, ut habetur in Auth. ut non luxur. cont. natu. Nec mirum; quia est peccatum maius adulterio, 32. q. 7. c. usus. & grauius est, quam cũ matre coire, 32. quæst. 7. cap. adulterii. si uero clericus est, & si secundum ueriorem opinionem celebrando non efficiatur irregularis; cum nullus sit Pontificii locus, qui hanc irregularitatem induxerit, arg. tex. in cap. is qui, de senten. excom. lib. 6. tamen debet deponi, c. clerici, de excess. prælat. Abb. in cap. ut clericorum, nu. 8. de uita & honest. cleric. Quod intellige, quãdo delictum esset notorium, cap. ex tenore, de tempo. ordin. Nauar. cap. 27. nume. 248. Quod quando sit, uide tex. in cap. uestra, & cap. tua, de cohab. cler. uel mulier. Nauar. cap. 25. nu. 73. Quæ quidem depositio peior est irregularitate: nam nulla irregularitas inducit priuationem beneficii iam quæsiti, sicut depositio, vt notat Abb. in cap. vt clericorum, nu. 9. Hodie uero per Extrauag. Pii V.
3 relatam † ad uerbum à Nauar. in cap. 27. num. 249. habetur, quod presbyteri, aliique clerici seculares, & regulares, qui adeo impudenter hoc vitio delectantur, ut arbitrio boni uiri dici possint usu continuato prædictum nefandum crimen exercere, ita ut sint exercitores, incurrũt
4 in pœnam † priuationis priuilegii clericalis, officii, & dignitatis ipso iure; non solum in foro exteriori, sed etiam interiori, secundum Nauar. qui supra. [Aliis tamen uiris doctissimis, & satis probabiliter videtur, vt dicta extrauagãs non intelligatur in foro interiori: tum quia ius antiquum uidelicet tex. in cap. clerici, de excess. prælat. tantum procedit in foro exteriori: tum quia apertè colligitur ex verbis ipsius Extrauagantis. Dicitur enim, Omnes, & quoscunque presbyteros seculares, & regulares cuiuscũque gradus, & dignitatis tam dirum nefas, puta sodomiæ, exercẽtes omni priuilegio clericali, omniq́ue officio, beneficio, & dignitatẽ præsentis canonis authoritate priuamus, ita quòd per iudicem Ecclesiasticum degradati potestati statim se-
5 culari tradãtur. Ex quibus † uerbis duo vidẽtur colligi. Primum, quòd dicta extrauagans tãtum pertineat ad forum exterius: tum quia ex proęmio dispositionis colligitur † causa finalis, & inten-
6 tio principalis disponẽtis, vt inquit Nau. lib. 5. ext. de simo. cons. 16. num. 4. sed in præfatione illius extrauagantis inquit Sum. Pontifex, uelle pęnas contentas in canone addere, ergo colligitur illum de eisdem pœnis loqui, de quibus loquitur

canon clerici. & consequenter solum de
7 foro exteriori: tum, † quia clausula ultimo loco apposita ad omnia superiora refertur, Doct. in cap. secundo requiris, de appell. Sed vltima verba in extrauaganti sunt hæc: Ita q. per iudicem Ecclesiasticum, &c. quæ manifestè respiciunt forum exterius, ergo. tum, quia constitu-
8 tio ita † semper est intelligenda, vt quo minus fieri possit non sit exorbitās à iure cōmuni, quamuis debeat aliquid addere ad ius commune. vnde cum cap. clerici, de excess. prælat. intelligatur tantum in foro exteriori: ergo ista constitutio. Addit tamen alias pœnas, ut priuationis officii, dignitatis, & beneficii, de quibus non loquitur ille tex. Accedit etiam q lex pœnalis est de sui natura restringēda, maximè quando per eius ampliationem esset causa maioris mali, cum legislatoris Ecclesiastici finis in condendis legibus debeat esse animarū salus, facit tex. in c. 1. de sent. excommunic. lib. 6. Hinc ibi inquit Francus, quòd Prælatus, qui aduerteret medicinam excommunicationis iustè latam non proficere, sed officere, illam discretè tollere potest etiam durante contumacia, ex quo videt illius saluti sic expedire. cum ergo talis esse debeat finis animarum salus, quæ omni alio commodo est præferendus. 1. q. 7. sancimus, cap. ille, 22. q. 5. cap. si habes, 24. q. 3. & modo non sequeretur animarum salus, nam tali vitio irretiti, ne se detegerent, quia sic oporteret renuntiare officio, beneficio, ac dignitati, & ne seipsos infamarent, videntes aliter nō posse absolui, tanquàm omni auxilio destituti magis venirent in profundum vitiorum. Quod si fortè aliqui essent, qui obedirent, tamen lex adaptatur ad ea, quæ frequentius, &c. Ideo ad tollendum hoc absurdum, est dicendum dictam constitutionem debere intelligi in foro exte-
9 riori. Et si diceres, hæc † vera, nisi constet de intentione Sūmi Pontificis, quia illa semper attendenda est, cap. super litteris, sub fi. de rescrip. cap. fin. de præb. argum. tex. in l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstra. sed intentio Papæ fuit declarata per S. D. Greg. XIII. vt inquit Nauar. cap. 27. nume. 249. & 250.
10 ergo. † nam respondent, quòd dictum unius etiam si sit præclaræ authoritatis, & dignitatis, non facit fidem, tex. & ibi glo. in cap. ego solis, dist. 9. glo. in cap. sicut, de sent. excommun. Abb. in c. cum in Ecclesiis, de maio. & obed. Fely. in c. ad audientiam, de sent. excommun. tex. optimus in c. cum à nobis, de testi. l. iurisiurandi. C. de testi. notant Docto. in cap. constitutus, de appellat. vnde cum non faciat fidem, habetur, ac si nihil dixisset, & per consequens stādum est ipsi constitutioni, quæ cum apud ipsos clara sit, non est necesse, vt recurramus ad interpretationem, ut illa interpretetur, cū interpretatio debeat fieri in dubiis. Secūdum quod & si dicta pœna ipso iure debeatur, tamen non debet ipsemet reus abstinere ab officio, & dignitate, atque offerre beneficium Ecclesiasticū, sed tantum tenetur secuta sententia declaratoria, & executiua non resistere, argum. tex. in capit. cum secundum, de hæret. li. 6. cap. felicis. §. nullus, de pœnis, lib. 6. Et si diceres, quid operantur dicta verba, Præsentis canonis authoritate priuamus. dicunt quòd operantur illa tria, quę dixi supra, cap. 11. lib. 2.]

11 Rursum nec dicta † extrauagans comprehendit laicos, vel clericos quamlibet pollutionem habentes cum alio, vel alia, extra vas ordinarium, argum. glo. in cap. omnes causationes, 32. quæst. 7. sed solum habentes copulam sodomiticam; id est, qui in vase innaturali semen effunderent: non autem eos, qui extra vas inuicem se polluerent, vt etiam colligitur ex Nauar. cap. 27. num. 249. quia illa dicitur mollities.

12 Præterea † nec cōprehenduntur presbyteri, qui aliquoties cadunt in nefandum crimen, & pœnitet cecidisse: quia non possunt dici exercitores delicti. n. frequentia requiritur. Sic à simili non dicitur usurarius manifestus, si probatū fuerit semel, aut bis pecuniam sub vsuris

ris dedisse, sed is, qui probatus est omnibus pecuniam sub fęnore dare, ita Bart. scribit in l.2.nu.3.ff.de fur. Saly. in l. falsus, col.7. C.de fur. quod tamen intellige quò ad pœnam.

13 Nam † nomina verbalia significantia aliquem actum licitum non verificantur in vnico actu, vnde non dicitur mercator, vel negotiator ex unica negociatione, uel hospitator ex unica hospitatione, vt l.1.ff.de tribu. Secus si sint significantia delictum, ut adulter, vel raptor: quia verificantur ex vnico actu, vt in l. maritus.§.qui quæstum.ff.de adulter. & ibi per Bart. in l. legatis.ff. de leg.3. facit tex.in c.fin. de raptor. & in l. quis sit fugitiuus.ff.de ædil.edic. ubi ex vnica fuga dicitur quis fugitiuus. Verùm quò ad pęnam, de qua agitur, non habet locum, nisi sit perseuerantia, & ita intelligitur tex.in cap.1.de vita,& honest.cler.lib.6. facit quod notant Doct. in clem.1. eod. tit.vbi Imo. Igitur cum hic agatur de pęna presbyteri exercentis hoc nefandum vitium, oportet ut non semel, sed vt sæpius cadat. Insuper nec per dictam extrauagantem comprehenduntur ii, qui dictum crimen commiserunt,sed occultè, per dictum Nauar.in cap.27. nu.248. qui inquit, quòd quælibet enormitas sine notoria cognitione non sufficit ad cōstituendum quem dignum depositione.

14 Secunda. Marito † ad id vxorem tentante, potest vxor petere separationem matrimonii,glo.communiter approbata, in c.omnes, 32.q.7. Sotus dist.36.q. vnica, art.1. ver. vtrum vero. Decius in l.1. nume. 8. C. de secun. nupt. Barb. cons. penul. colum. 6. vers. capio nunc aliud, qui ampliat hoc dictum, scilicet uxorem posse à viro separari, etiam si vir cū aliis hoc uitium exerceat. Eodem modo domino tentante mancipium ad peccandum, si non sit aliud oportunum remedium, ad tollendum periculum, licitum est ipsi mancipio captiuo fugere à domino. Quinimmo huiusmodi homines à Confessariis monendi sunt, vt fugiant,si spes tantùm est euadendi.

15 Tertia. Fęmina,† quæ viri officio fungens aliam subigit fœminam,eodem peccato peccat, Nauar.cap.16.nume.2. non tamen, secundum Couar.in 2.par.cap.7. de spons. est punienda pœna illa, qua uitium sodomiticum cum viris puniri debet,licet Saly. in l.fędissimā. C.de adult. & Boer. deci.316. colum.fin.existiment hoc crimen uti propriam sodomiam puniendum esse, vti refert Couar.

16 Quarta. Peccat † mortaliter, & homicida est alios instruens de huiusmodi actu,& quantum potest debet eis persuadere, vt resipiscant & pœnitentiā agant. Pariter eiusdem criminis reus est, qui osculatur, aut tangit eo fine personā impudicè, D. Thom. 2.2.quæst.154. art.4. vel qui mittit litteras amatorias, vel nuncium, vel comitatur,aut canit nocte,uel die cantilenas eo fine. Nauar. cap.13. & seq. vers. 14.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium, & fornicatio, quanta mala pariant, & nu.seq.*

3 *Venus præpostera,quam grauis, & quam grauia supplicia Deus in hoc crimen iecerit.*

4 *Diabolus à sodomia abhorret.*

5 *Molles, leprosi dicuntur.*

Hortatio ad cauendam fornicationem. Cap. XCI.

1 QVam detestandus † sit omnis illicitus coitus, de adulterio quidem sic inquit scriptura, Prou. 6. Qui adulter est propter cordis inopiam, perdit animam suā. Et Apo.1.Cor.6. Adulterii regnum Dei non possidebunt. Qui, ut Leuit.cap.20. habetur,lapidibus obruebantur. Propter adulteria zelus zelotipiæ conualescit, ita ut & odium, atque commotio inter ciues crescant, & homicidia procurentur, incertitudo prolis exinde proueniat, & exinde proles minus curiosè educetur, &

& nutriatur, & quasi degeneres filii exi
stimentur,& alieni filii qnandoque asse-
quantur hæreditatem putatiuorum pa-
trum,& sic paterna hæreditas perueniet
ad alienos. Hinc debent maximè puniri.
& si sunt clerici, vltra infamiam, quam
incurrunt ex sententia,vt no. Abb. in c.
at si clerici.§.de adulteriis,colum. 5. ver.
sed circa, de iudi. depositi ab officio sunt
detrudendi in monasterium toto tempo
re vitæ suæ,cap.si quis clericus , dist. 81.
glo.in cap.lator,2.q.7. Moder. in cap. ut
clericorum,de vita,& hone.cle:.
2 Qui † vero fornicantur, substantiam
suam consumunt, ut patet de prodigo
Luc. 15. Et in Eccle. Ne des fornicariis
animam tuam,neque perdas te, & hære
ditatem tuam. Ipsi etiam in sua corpora
peccare dicuntur , suam violantes san-
ctitatem , quod quidem nihil aliud est,
nisi ab homine, qui membrum est Spiri
tus sancti,eius gratiam auferre. De ipsis
etiam inquit Apost. 1. Corint. 6. Fugite
fornicationem , nam omne peccatum,
quodcunque fecerit homo, extra cor-
pus suum est:qui vero fornicatur,in cor
pus suum peccat.
3 Sed sodomitarum, † quàm sit grauis-
simum scelus, patet ex interitu tot vr-
bium, Sodomæ, videlicet, & Gomorrę,
vbi etiam innocentes paruuli perierunt,
& propterea Christus Iesus distulit ex
sententia D.Augustini incarnari. Ac in
ea,qua natus est nocte, vniuersi sodomi
tæ morte subitanea extincti fuerunt. Ve
niunt insuper fames,pestes, & terręmo-
tus, vt habetur in Auth. vt non luxur.
contra nat. Propter hoc ira Dei venit in
filios diffidentiæ, & quinque ciuitates
igne consumpsit,c.clerici,de exces. præ-
4 lat. Ab hac † immunditia,ait August.de
vitio sodomit. Angeli fugiunt, Dæmo-
nes oculos claudūt. Et, vt inquit Hugo
cap.1.ad Rom. enormitas huius flagitii
ex eo ostenditur,quòd & si legatur dia-
bolum fuisse incubum sub specie uiri,&
succubum sub specie mulieris, nūquàm
tamen legitur succubum fuisse sub spe-
cie uiri.
5 Molles † tandem sua persona abu-
tuntur, & modo; dicunturque leprosi
ob contagium, & difficultatem curatio-
nis, igitur à fornicatione abstinendum
est: cum nihil mentem ita hebetet, sicut
hoc vitium. Exemplum nobis est Da-
uid, & Salomon : alter enim ex mitissi-
mo ita crudelis factus est, ut Vriam in-
terficeret post adulterium: Alius ita à ue
ra Dei religione sese auertit, vt alienos
deos secutus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Furti nomen quam late se extendat, & qua veniant sub hoc nomine, vide & num. seq.*
2 *Furtum qui possunt, & non prohibent, in hoc præceptum peccant.*

De septimo præcepto Decalogi, Non furtum facies. Cap. XCII.

PRohibetur hoc præcepto tum
1 illud † furti genus, quod oc-
cultè fit,tum uero maximè il-
lud, quod fit per vim, (puta)
cum quis alicui quidpiam per vim au-
fert: Nam furti nomine quicquid illici-
tè aufertur de proximi rebus, intelligen
dum uenit. Vnde vix vllum crimen est
quod hoc latius pateat. Quare & quod
inuenit homo, & non tradidit,& quum
alienum negauit,& vsuram si quis acci-
pit, furti,vel rapinæ reus est, nec à furto
immunis est is, qui cum simplicibus, &
pretia rerum ignorantibus negotiatur,
eo consilio, vt emendo, vel vendendo
eos circumueniat, idest, ut ab illlis emat
uilius,& eisdem uendat carius iusto. Hi
etiam, qui nouis, & insuetis uectigali-
bus præter necessitatem ullam suos gra-
2 uant. Et † qui furtum prohibere pos-
sunt,& non prohibent,qui etiam domi-
nos suos debitis fraudant uectigalibus,
in eorum numero computantur. Dein-
de qui mercedem operario nō soluunt,
& qui

& qui magistratus, & honores sibi comparant, nec non qui Ecclesiæ bonis per luxum abutuntur, vel qui fraudant in statera, sub hoc præcepto continentur. Item omnem turpem quæstum hoc nomine intelligere oportet.

SVMMARIVM.

1 *Furti definitio, & definitionis explanatio.*
2 *Furtum an sola voluntate committatur, & nu. 7. & an in re propria.*
3 *Furtum in re non corporali, vel sine fraude, non committitur.*
4 *Inuitus etiam dicitur, qui timore, vel verecundia non contradicit.*
5 *Furtum in manifestum, & occultum diuiditur, & de aliquibus furti speciebus.*
6 *Furari rem propriam quasi alienam, mortale est.*
8 *Furari rem existentem apud eum, qui in ea ius habet, peccatum est.*
9 *Rem surripere, vel quòd sua sit, vel quod is, qui rẽ habet sit debitor, non est peccatum, licèt modo aliqua concurrant, & nu. 12.*
10 *Famulis an liceat furtim dominis surripere, eo quod tenuis sit eis merces constituta.*
11 *Restituere tenetur famulus, qui compensandi animo clam accepta fecit, ne herus tot sibi relinqueret.*
13 *Conscientia dictante quod licitum est, fit illicitum.*
14 *Rem suam qui surripit, restitutioni nulli tenetur.*
15 *Rem suam recuperare quando liceat violenter, vel alterius domus perscrutari. num. 35.*
16 *Furari, domino præ timore, vel verecundia sciente, & tacente, est mortale.*
17 *Furtum rei minimæ sine animo furandi, an, & quando mortale sit, & num. seq. & 23.*
19 *Restitutio rerum minimarum, quænam sit facienda, & quo casu.*
20 *Obsonia ementes vltra taxam, & vendentes an peccent, nu. 22.*
21 *Inducere ad peccandum esse peccatũ, quomodo intelligatur.*
24 *Consuetudo nimis care vendendi obsonia est irrationabilis.*
25 *Tolerantia Principis approbatiua, sed non toleratiua excusat à peccato.*
26 *Restituere tenetur qui rem minimam surripuit, credens dominum permissurum, si postea animaduertit dominum aliter sentire.*
27 *Paruitas, quæ excusat à peccato, arbitrio boni viri committitur.*
28 *Minimum quibus ex causis à peccato non excuset, cum tribus seq. & nu. 32.*
33 *Filius, vel vxor ratione rei minimæ non censentur furtum facere, & quid in re magni momenti.*
34 *Mulier propter mariti prodigalitatem celare multa potest sine peccato.*
35 *Accipiens ab eo, qui donare non potest, restituere tenetur, nisi fiat in casu necessitatis.*
36 *Res mutuo accepta si furto surrepta sit, an eam restituere oporteat.*
37 *Tribus in casibus casus fortuitos præstare oportet, & qui sint.*
38 *Pignore, deposito, vel commodato vtens in alium vsum, furari dicitur, fallit duobus in casibus.*
39 *Pignus pignori alteri dari, & an etiam vendi possit.*
40 *Furari quò in eleemosynam erogetur, non licet, nisi in casu vt hic.*
41 *Mercenario mercedem non statim, vel in alia re quàm pecunia, soluere, peccatum est.*
42 *Artifices pueros ad ediscendas artes acceptos in aliis rebus occupantes, peccant, & ad restitutionem tenentur.*
43 *Res deposita capi non debet ratione eius, qui rem depositam habet.*
44 *Sacerdos negans sibi depositum à defuncto factum vt hæredi restituat, grauissime peccat.*
45 *Emens sciens res furtiuas à filio, vel vxore, & ad peccatum obligatur, & ad restitutionem, etiam cum fructibus, & nu. seq.*
47 *Fructuum, qui naturales, industriales, aut ciuiles.*
48 *Rem furtiuam, domino quibus casibus, vt eam*

eam restituat, pretium repetere potest.

49 *Res, quæ furtiua timetur, dono data, quomodo tute accipi, & etiam vendi possit.*

50 *Emens bona fide rem alienam, vel illicite acquisitam, tenetur ad restitutionem duobus in casibus, & quibus, numero sequen.*

52 *Furans hominem liberum, illumq; vendens, furtum committit, & quid de furantibus aleas, vel fucos mulierum.*

53 *Apes, aliave animalia clàm accipere, furtum est.*

54 *Escas spargentes vt columbæ suis locis adueniant, furtum est.*

De furto. Cap. XCIII.

1 FVrtum, † secundum communem Doctorum sententiam, est contrectatio rei alienę mobilis, & corporalis fraudulenta inuito domino gratia lucrãdi rem ipsam, vel vsum eius, vel possessionem ueram, Instit. de oblig. quæ ex deli. nasc. §. furtum, l. prima, ff. de furt. Phil. Corn. consil. 260.

Dicitur contrectatio, quæ est realis,
2 & exterior rei apprehensio, † quia sola voluntate, aut verbis non committitur furtũ, vt ff. de furt. l. 1. §. 1. l. si quis vxor. §. neque, l. inficiando, & l. falsus, §. si quis nihil. Insti. vi bon. rapt. §. quia tamen. licet uoluntas peccandi sit peccatum, non tamen furtum. Voluntate enim fit transgressio alterius præcepti, scilicet decimi. Dicitur rei alienæ: quia in re propria nõ committitur furtum, nisi dominus rem suam alteri pignori datam occultè acciperet, nam tunc furtum committeret. Dicitur mobilis, quia in re immobili non furtum, sed rapina committitur. Dicitur corporalis: quia in re incorpo-
3 rali † non dicitur furtum, cum non possit contrectari. Iason in l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. possess. num. 6. & in l. naturaliter, §. nihil commune, eo. tit. nu. 6. Dicitur fraudulenta; quia si quis credat rem esse suam, quæ non est sua, vel dominum rei non esse inuitum, & probabiliter hoc credat, non committitur furtum. Dicitur domino inuito, quod intelligendum est de domino tam propinquo, quàm superiori, & remoto: quia si dominus superior non esset inuitus, nõ esset furtum, vel rapina, sicut patet de spoliatione Aegypti per filios Israel, Exo. 11.
4 Dicitur † etiam dominus inuitus, qui timore, vel verecundia non contradicit. Dicitur gratia lucrandi: quia si causa custodiendi, vel reddendi cautiorem dominum rei illam aufert, non dicitur furtũ. Dicitur rem, vel vsum, vel possessionẽ: quia nihil refert, an tollẽs rem alienam, intẽdat sibi ascribere rem, vel vsum rei, aut eius possessionem.

5 Diuiditur † autem furtum in manifestum, & occultum: furtum occultum dicitur, cum quo fur non deprehenditur: manifestum, quando cum eo deprehenditur fur, priusquam ad locum destinatum veniat.

[Diuiditur etiam in nocturnum, & diurnum: quæ quidem distinctio ad id deseruit, quia personæ priuatæ licitũ est furem nocturnum occidere, c. si perfodiens, de homic. cuius ratio est, quia fur nocturnus timet ne agnoscatur, vel infametur, aut in furto deprehendatur, & ita præsumitur quod venit paratus occidere ne deprehendatur, ac proinde iure conceditur facultas illum impunè occidendi: maxime si dominus rei ad defensionem suarum rerum alio remedio vti non possit. Diurnum autem furem occidere non ita iure personæ priuatæ permittitur: quia alia habet remedia is, cui bona surripiũtur: nam potest furem cognoscere, & contra illum in iudicio agere. potest etiam clamore, & vicinorum inuocatione furem impedire. Est etiam furtum triplex, scilicet simplex, quod uocatur furtum improbum: improbrius, vt furtum expilatæ hæreditatis, gl. & Bal. in l. de his. C. de fur. & improbissimum, vt est rapina cum armis, ita declarat glo. in l. si te. C. de infamib.] Dicitur etiam furtum, sacrilegiũ, quod est rei sacræ, vel non sacræ de loco sacro.

Item

Item commissum in re publica, dicitur peculatus. Si disperso grege inde furetur, dicitur abigeatus. Si liberum hominem, dicitur plagiatus. Et sic de singulis. Nunc autem ad particulares quæstionũ decisiones descendamus.

6 Prima. Mortale † peccatum est rem propriam, quam credit alienam, furari, Syluc. in ver. furtum. Non tamen tenetur ad restitutionẽ, sed ad insinuandum ei, apud quem res existebat, quòd liber est à vinculo restitutionis illius rei, Caieta. 2.2.q.66.ar.3.vers. ad 3.

7 Secunda. Eiusdem † etiã peccati reus est quò ad Deum, qui habẽs voluntatem deliberatam furandi, nõ furatur; licet secus sit quò ad homines; cum furtum sit contrectatio rei alienæ, cap. vulgaris, de pœn. dist. 1.

8 Tertia. Furtum † committit, qui rem furatur, in qua aliquis habebat ius contra illius voluntatem (puta) quia erat illi cõmodata, vel pignori data. l. in actione. §. fin. l. cum quis. ff. de furt. Caietan. 2.2. quęst. 66. ar. 3. ad 2.

9 Quarta. Surripiens † rem propriam ab alio iniustè detẽtam, uel quia sibi debetur propria auctoritate, non peccat, gl. no. in c. ius gentium, distin. 1. arg. tex. in l. ait prætor, §. si debitorem. ff. de his quę in frau. l. generali. C. de decur. li. 10. Dũmodo hę conditiones interueniant. Prima, vt omni procul dubio certissimus sit rem esse suã, vel debitum esse verum, iustum, & legale, certum apud se, & non antidorale, aut prætensum ob vsuras, dolos, &c. Nam vbi quippiam est dubii, nequaquã id licet iuris ordine prętermisso.

10 Quapropter famuli † siue principum, siue inferiorum dominorum, nullo iure possunt furtim à suis hæris surripere eo prætextu, quod non satis à suo seruitio, & famulatu impẽsum est eis: solẽt enim hęc creberrimè apud Confessarios sibi obtendere: quibus tamen responden dum est, quòd si precium illud, quod inter illos conuentum est, non possunt alia uia extorquere, possunt quidem latenter eripere: illud autem auctarium, quod famuli ipsi putant addẽdum, nequaquàm nisi ui, aut fraude à dominis fuerint coacti seruire: volentibus autem non fit iniuria, ideo abeant, si illo nolunt precio seruire.

11 [Sed † an sit tutus consciẽtia famulus, vt non teneatur ad restitutionem, si domino uolenti ei in testamento relinquere centum, dixit sufficere sibi quinquaginta, quod fecit eo animo, quia minutatim 50. clam sublata illi compensaret? Dic quod non: tum, quia velle legare, non est legare. arg. tex. cum glo. in l. in vendentis. C. de contr. empt. c. litteraturam. extra de uoto. & ita non fuerunt ei legata centum. tum quia poterat defunctus suam mutare uoluntatem, cũ sit deambulatoria vsque ad mortem. cap. vltima volũtas 13. q. 2. ita Nauar. lib. 3. de testam. consi. 1.]

12 Secunda conditio est, † quòd omnia expertus certò sciat se nõ posse via iuridica rem suàm recuperare, Doct. & Innoc. in c. olim, de restit. spol. & in c. quia plerique, de immu. ecclẽ. Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqu. Flor. in l. si seruus. 3. col. ff. ad leg. Aqui. vt quia testibus, aut instrumentis caret, quibus rem suam recuperare possit, uel probabiliter ob iudicis iniquitatem non speret iustitiam, ut quia renuit causam decidere, quia fauet alteri parti, aut res esset modica, & expensæ iudiciales multæ, aut licèt sine lite recuperare possit, non tamẽ sine amissione gratiæ, & amicitiæ pacis, uel rerũ illius, qui debet, iux. glo. sing. in c. ius gentiũ. dist. 1.

Tertia conditio est, quòd non aduertat, nec aduertere teneatur, quòd ex tali occulta recuperatione resultaret magnum scandalum, uel damnum spirituale, vel temporale debitori, aut alteri tenenti illam rem apud se depositam, vel datam pignori, uel commodatam.

Quarta, quòd surripiens non deterioretur in fama, si id ad aliorum notitiam perueniret.

Quinta, ut furando caueat periculum propriæ personæ, aut mutilationis membri, qua propter furtũ possit cõdemnari, licet

licet cōmode iure recuperare nō ualeat.

13 Sexta,ut non agat † contra conscientiam sibi dictantem esset peccatum mortale sic recuperare, arg. tex.in capitu.per tuas,el secondo,de simon.cum simil.uel ut sit paratus periurare si interrogetur.

Septima, ut periculū caueat, ne debitor ille suus restitutionem iterato faciat, si pœnitens fuerit in futuro, cauebit tamē satis, si quo honesto modo debitori, aut eius hęredibus significet, nihil eos illo nomine ulli debere, & hę conditiones necessarię sunt quò ad excusationē

14 culpę:nam † quantum ad restitutionem dummodo alicui constet rem esse suam, & iterato restitutionem non habeat, nihil restituere tenetur. Hęc Sylu. in uer. furtum.nu.17.Caiet.2.2.q.66. art. 5. in respons.ad 3.Sotus lib. 5. de iu. & iu. q. 3.art.3.Nauar.in Manua.c.17.nu. 113. Couar.lib.1.uar.resol.capit.2. num. 14. uersicu.4.

[Sed quęritur, an circūstantiis prędictis non concurrentibus pręter peccatū incurrat in excommunicationem Bullæ Cęnę Domini, is qui propria authoritate tamquam creditor acceperit ex granario sui debitoris,qui erat Episcopus, frumētum pro scutis sibi debitis. Dixit Nauar.lib.5.de sent.excom. cons. 35. quod non,quia ad incurrendam illam excommunicationem quę est in c.14.requirun tur multa, & inter cętera requisita est, ut fructus beneficii capiat authoritatiuè, vsurpando authoritatē capiendi eos tamquam dominus, uel publica persona. At pręfatus debitor non cepit illud, usurpando sibi ullam authoritatem publicam ordinariam,uel delegatam,sed tā quam creditor, qui putabat sibi licere capere de bonis sui debitoris tātum,quantum sibi debebatur.]

15 Rursum quęritur † an aliquo tenente rē meam, liceat mihi uiolenter illam auferre, & recuperare. Dicit Panor. in c.sicut, el tertio, de iureiur. quòd sic. si recuperatio fiat incontinenti: quia vim ui repellere licet: si autem nō fiat statim, debet eam quis recuperare per iudicem si potest, alioquin si non potest,potest dominus in defectum iudicis rem suam violenter recuperare, arg.tex.in c.nullus.C. de Iudęis,in glo. & in l.ait prętor. ff. quę in fraud. credit. Innoc. in c. olim, de restitu. spolia.

16 Quinta,furari † rem domino sciente, & non contradicente ex timore, vel ex verecundia, peccatum est mortale: quia dicitur inuito domino furtum commissum, l.pen. ff.de furt. si verò potest contradicere, & non contradicit, non peccat;quia uidetur dominus consentire, d. l.pen.nec etiam peccat mortaliter,qui furatur credens dominum permissurum, si iustam habeat causam id credendi, probatur in l.inter omnes.§.fi.ff. de furt. in dubio autem pręsumitur dominus inuitus,l.qui uas,§.vetare.ff.eod.

17 Sexta.Qui † sine animo furandi magna,sed tantum aliquid minimi, illud surripit,excusatur à mortali, facit tex. in c. & si quęstiones, de simon. etiam si sciat dominum id molestè laturum, si ei denunciaretur, neque id à se petitum daturum fuisse, secundum Caiet. 2.2.q.66. art.6.Nauar.cap.17.num.3.Hinc excusari possunt à mortali culpa furta seruorum multa,nisi uoluntatem habeant furandi etiam magna, si possent,& ita intelligitur tex.in cap.fi. 14.q.6. vel nisi quod erat minimum, esset magni ualoris apud dominum, vel nisi illud minimum afferat notabile damnū domino. Et qui surripit illud,scit,aut credit, vel credere debet hoc. Nauar. cap.17.nu.3. B.(Exempli gratia)si argenteū nummum, aut duplum à misero surripias:hęc quamuis sit exigua summa,tamen ob paruitatem possidentis fit mortale. Vel si lora bouum rumpas, quam ob causam agricola diurnas operas perdit, aut aliud uile instrumentum ab aurifice auferas, cuius defectu ab opere cessat, tunc augetur damnum,etiam si per se paruum sit,dum causa est maioris.Sotus lib.5.quęst. 3. artic. 3.colum.6.

18 Potest etiam † esse peccatum mortale habere animum furandi minima, uerbi

gratia,

gratia, si nosco pusillanimem hominem, qui minimis affligitur, atque offenditur, & forte ad iracundiam prouocatur, tunc si animum habeo nocendi ei, licèt in minimis, pecco mortaliter: quia violo charitatem, Sotus, qui supra. Sed quid dicendum de famulo, qui ab hero suo non nisi unum quadrantem surripit, an peccet mortaliter, si sæpius illum multiplicat. Respondeo, quòd peccat tantum venialiter, etiam si taliter accepta ad notabilem quantitatem crescerent: dummodo animum furandi maiora non habuisset.

19 Illud † autem restituendũ est sub peccato mortali; quod intellige de eo, qui cõtinuato tempore illam notabilem quantitatem conflaret, non autem de eo, qui magnis interuallis interpositis eiusmodi furta faceret: nam iste restituere non tenetur; Exemplũ, si aliquot diebus vnius mensis aliquis surriperet, & post duos menses totidem. Nauar. c. 17. nu. 140. quod etiam aliter dicendum est secundũ Sotum lib. 5. de iust. & iure, q. 3. col. 6. art. 3. de eo, qui à diuersis exigua furatur, nam inquit, quod peccat venialiter, tamen cum summa incipit crescere, tunc actus iam vnus furandi præcedentibus accedens efficitur mortalis, veritas tamẽ est cum Nauarro peccatum esse veniale, licet restitutioni obnoxium.

[Hinc infertur ad quęstionem notabilem, & practicabilem. Iustitiarius, qui curam habet imponere pretium iustum carnibus, piscibus, leguminibus, fructibus, aliisque cibariis, tulit leges iustas super pretio, & modo ea vendendi: venditores aũt dictorum cibariorum, & emptores frangunt eas dando venditoribus aliquid plus, vt eis cibaria vendãt. Que-
20 ritur, an peccent mortaliter, † & teneantur ad restituendum damnum eis, quos lęserunt? Resp. quod emptores possunt dupliciter intelligi. Sunt enim quidam, qui ideò aliquid plus dant venditoribus, vt ei libentius, & gratiosius ea vendant, & ne renuant eis vendere quando eorum copia non inuenitur, vnde dant aliquid ob gratitudinem, non tamen utuntur malis conuentionibus inter eos, & falsis iuramentis, & iniquis mendaciis, vt inuenti ab iis, quibus cura est detegendi fraudes, dicant se emisse iusto pretio ab eis taxato, ne venditor condemnetur, quod esset contra notabile interesse Reipublicę, ne delicta puniantur, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. cap. vt famę, de sent. excommun. & tunc si consentiunt domini emptorum ut possint aliquid plus dare vt citius bona cibaria emant,
21 possunt licite hoc facere. † Quod si quis arguat, quempiam in peccatum inducere peccatum est, eò quod sit causam dare peccandi. Qui enim culpę causam dat, culpam dedisse videtur, & qui consentit peccato, peccat, cap. 1. ad Rom. c. notum, 2. q. 1. c. 1. de offic. deleg. sed dicti emptores inducendo, dant causam peccandi, & consentiunt transgressioni iustę legis, qua vendentes fraudant legem, ergo. Nam respon. quod & si inducere ad malum sit peccatum: non tamen, quando inducit ad id, quod petens habet ius. Tunc enim non induco ad malum, sed ad id, quod alter facere tenetur, atque adeo benefacere: quare si id non vult benefacere, & necessitas cibariorũ me cogit, non mea, sed sua erit culpa, ita à simili Sotus in 4. distinct. 1. q. 5. artic. 6. in 3.
22 & 4. propositione. At si emptores † prę-fati cum venditoribus conuenirent vt falsis periuriis, & mendaciis decipiant eos, qui curam habent statuendi iustum pretium, si ab eis inuenirentur, ac etiam dominos emptorum, si forte interrogarent venditores, & tunc dubio procul peccãt ambo mortaliter, ob notabile prę-iudicium Reipublicę, & dominorum. etiam si postea dictum peccatũ non committatur, cum voluntas pro facto reputetur, cap. dixi, cap. magna, cap. si cui, cap.
23 propterea, de pœn. dist. 1. Et † nec excusat lęsio parua, quia ad plurimum emptores addere solent duos, vel tres quadrinos, quia dicta rei paruitas non excusat, quando accipitur, vel fit intentione accipiendi notabilem quãtitatem, vt nos supra diximus. Nec etiam excusat consuetudo

suetudo multarum ciuitatum, & maximè magnarum, quæ cum sit notoria, præsumitur à Principe sciri, & tolerari, quæ quidem tolerantia Principis circa ea, quę sunt iuris humani, videtur inducere dispensationem, iuxta glo. celebr. in c. quia
24 circa, de consang. & affin. † quia respondeo primum consuetudinem non excusare: quia non est rationabilis, quod requiritur, cap. quanto, de consue. Immo irrationabilis est, & magna corruptela, cũ non solum sit contra legem iustam humanam, sed etiam contra naturalem, & diuinam de non vendendo nimis carè precio iniusto contra taxam authoritate Reipublicæ positam, quæ reducitur ad præceptum de non furando, quod est lex naturalis, prout tradit S. Tho. 2.2.q.22.
25 art.1. † Et nec obstat tolerantia Principis: quia est permissiua, & non approbatiua, iuxta glo. sing. in c. denique, dist. 4. tolerat enim ea, eo quia non deducuntur in iudicium, vel non probantur, iuxta tex. in cap. cum iam dudum, extra de præb. Si quis autem hanc materiam tolerantiæ velit videre, inspiciat ea, quæ diximus in lib. 1. cap. 14. de scientia Confessarii. ibi enim accurate fuit à nobis quæstio hæc pertractata, quo circa nullum aliud verbum addendum nobis est, ne simus nostra repetitione molesti. Illic enim cuius interfuerit inspiciat. Verùm an teneantur ad restitutionem diximus supra eod. cap. num. 18.] Sed an peccent mortaliter serui surripientes panem, & vinum dominorum suorum ad uendendum, vel donandum alteri? dic quod sic, & tenentur ad restitutionem, Nauar. c. 17. num. 114.

26 Septima. Ad † restitutionem tenetur si vult esse immunis à peccato, is, qui furatur minimum, credens dominum permissurum, si postea aduertit de domini voluntate contraria, cap. peccatum, de reg. iur. lib. 6. Sylu. in ver. furtum, nume. 5. in fine.

27 Quæ tamen † paruitas excuset à peccato mortali, communis est opinio, standum esse arbitrio boni viri, glo. communiter approbata in l. sed & si susceperit, §.1. ver. modica. ff. de iud. vbi affert exemplum in Regina Matilda. Bald. in l. vna, 3. col. C. de confess. Ang. in l. 1. colum. vlt. C. vnde vi. qui ponit exemplum, si Doctori codex, in quo multum inuigilauit, & plura scripsit, subtrahatur, furtum iudicabitur magnum. Afferri etiam potest & aliud exemplum ex glo. in l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præsidis, quę inquit: Qui aufert rustico porcum, aufert oculum. quam glossam singularem dixit Rom. sing. 706. ver. iudex. Ecce igitur iudicabitur res magna, aut parua secundum qualitatem personarum. Nauar. tamen in cap. 17. num. 5. inquit furtum dimidii argentei esse peccatum mortale, minoris uero quantitatis esse veniale: ratio est, quia de minimis non curat Prætor, & ratio haberi non debet. Sed vt diximus, certa regula dari non potest, quando res dicatur magna, uel parua, & ideo secundum qualitatem personarum standum est arbitrio boni uiri. Verùm quãuis peccatum sit ueniale furari minimum, ea ratione, quia minima non sunt habenda in consideratione: tamen colli-
28 ge quatuor † casus, in quibus minimum habetur in consideratione.

Primus est, quando dispositio loquitur per verbum aliquid, uel modicum; nam tunc clarum est, quod semper in minimo uerificatur propter præcisam naturam illius dictionis, aliquid, l. si seruum, §. prætor ait, ff. de acquir. hæred. cap. nihil, 7. quæst. 1. Vbi inquit tex. quod nullus post cibum, potumq; quamlibet minimum missas celebrare audeat. Vbi verbum illud, minimum, uerificatur etiam in gutta aquæ calidæ, per modum potus. glo. in c. ex parte, de celebr. miss. D. Tho. 3. par. sum. q. 81. art. 8. Nam per sumptionem aquæ per modum potus quis efficitur non ieiunus, & sic celebrando, aut communicando peccaret mortaliter, D. Tho. qui supra.

29 Secundus casus est, † quando dispositio loquitur conditionaliter: tunc enim præcisè attenditur conditio, quæ apponitur,

nitur,& si deficiat etiam in minimo,non habet locum dispositio, glo. not. in l.res bona fide,ff.de contrah. emp. Ang. conf. 168. ex isto dubio. vbi concludit, quod prohibitus alienare bona hæreditaria sub pœna priuationis bonorum, alienando vnam rem etiam minimam, tota hæreditate priuatur: quia præceptum testatoris loquebatur conditionaliter, & conditio indiuidua est, l.in executione, §.pen. ff.de verb.oblig.

30 Tertius casus est, † quando illud minimum pro forma requiritur, quia de forma nihil omitti potest, & forma potius,quàm ratio consideratur,secundum Bal.in l.1.ff.de libe. & posthu. Et formæ nihil addi, vel minui potest, vt not. Bar. in l.fin. col.2. vers. ex hoc colligitur, C. de suis & legit. & omissio formæ in qua libet minima parte vitiat actum, ut not. Anton. Burg. in cap. Pisanis, de restitu. spol. Exemplum, forma Sacramenti Eucharistiæ est, Hoc est corpus meum, vt inquit Sotus,& Docto.distin.11.q.1.articu. 1. Gabriel. de canon. miss. lect. 38. Nam sacerdos proferens hæc verba cum intentione debita, & super debitam materiam, vere conficit hoc diuinissimum Sacramentum. Si tamen sacerdos subtraheret aliquid ex his quatuor verbis, quę sunt de essentia formæ, nihil fit. Vt si dicat,Est corpus meum, peccat grauissimè, Gabr.qui supra, col.pen.

31 Quartus casus est,† quando illud minimum requiritur ad integrandum certum maiorem numerum, vel quantitatem: nam tunc illud minimum semper attenditur, quia facit ut numerus, vel quantitas requisita non verificetur, l. quandiu, vbi Bal.C.de dist. pign. Exemplum in eo, qui debet soluere decem, nō sufficit,si nouem solueret, ut no.Bald.in l.1.C.de his,quæ pęnæ nomi.Et res vendita etiam pro vno nummo, deficiente precio,à venditore retineri potest, ut nō. Bal.in l. fin.C.commo.per l. hæreditatis, ff. de hæred. vel actio. vendi. Et si unus nummus deficeret, non dicitur facta restitutio, ut no.Bald.in cap.conquerente, de restit.spol. Et prohibitus recipere,non potest recipere etiam in vno nummo, Franc.in cap.statutum, vers. insuper,nume.7.de rescri. lib.6.

32 [Pariter læsio † quantumcunque minima,locum facit beneficio restitutionis in integrum, facit text. in l. si proprietarius, ff.de dam.infe.vbi scribit Iurisconsultus, cautionē illam dandam esse etiam pro minimo damno, glo. Bar. & Doct. in l. 2. C. si aduer. vendit. pign. vbi pro modica læsione minoribus competere in integrum restitutionem docent. Verum non esset abs re alienum, si quis diceret, dictum Iurisconsulti in d. l. si proprietarius, & Doct. ita esse intelligendū, quādo minimum damnum sit respectu, & comparatione maioris,non tamen separatim, & pēr seipsum consideratum. Est enim in contractu mille aureorum modica læsio, quæ contingit in quinquaginta aureis, si tamen separatim consideretur prædicta læsio quinquaginta aureorum, grauis læsio est, & enormis ipsi minori: hoc tamen arbitrio boni viri, id est,iudicis remittendum est, quando læsio separatim considerata grauis sit, vel enormis, ac tandem restitutione digna, alias superstitiosum esset, & absurdum concedi restitutionem minori,vel Ecclesiæ,si læsio esset in vnius quadrantis quātitate in eo contractu,in quo etiam de re modica ageretur, ita Couar. uaria.resol. lib.1.c.3.num.11.] Extra autem istos casus videtur quod minimum attendi non debeat,iuxta tex.in l.scio, ff. de in integr. resti.Et per consequens quod furtum de re minima excusat à mortali.

33 Hinc filius,†qui latenter patri aliquid surripit,vel vxor, quæ occultè viro,si res non est magni valoris, non censetur furtum fecisse,eo,quod fiat inuito domino. Omnis enim (sicut mos est parentum) præsumitur pro conditione sua, & statu indulgere filio minutiores sumptus, & multo magis maritus vxori: secus si res esset magni valoris: quia præter peccatū mortale si filius hęredes haberet, videtur illis obligari post mortem patris pro

rata; nisi pater aduertat, dissimulet, atque toleret, vel ab eo remissionem obtineat illius rei notabilis, Sylu. in ver. furtum, nu. 15. Nauar. c. 17. nu. 156.

34 Rursum, † si vxor haberet virum prodigum, si contra eius voluntatē, & prohibitionem cęlaret de bonis eius, vt sibi, & viro suo prouideat tempore opportuno, furtum non committeret, Sylue. qui supra.

35 Octaua. Ad restitutionem † tenetur, qui aliquid gratuitum recipit ab eo, qui donare non potest, nisi ignorantia probabilis excuset. Exempli gratia, ut si reciperet à religiosis, filiis, vel uxoribus; nisi in casu extremæ necessitatis, vel magnæ, si ad superiorem non pateat aditus, Nauar. cap. 17. nu. 105.

Nona. Spoliatus, qui suspicatur rem suam esse in hac, vel illa domo, & petit iudicem, vt domus illa quæratur apertis scriniis, licet videatur quòd hoc debeat facere iudex, per tex. in l. requirendi, C. de seruis fugit. tamen Doct. concludunt speciale esse in seruis, & personis, quæ ex certa scientia (vt in vxore, quæ iuit ad domum scholaris) possunt dolum committere in se occultando, sed in rebus aliis, quæ sui dolositate se non produnt, secus: quia periculosum est vt paterfamilias pandat aliis suum patrimonium, nisi suspitio sit uehemens, arg. l. 1. ff. de quæst. Do. Ant. de Butr. in c. quicunque, nu. 4. de furt.

36 Decima. Is, cui † res aliqua mutuo data est ab aliquo, vel commodata, si furto subtracta est, non tenetur domino restituere rem perditam, si clandestinè res illa subtracta fuerit, vel per violentiam: quia tali casu furtum est casus fortuitus, & de casu fortuito nemo tenetur, cap. vnico, commod. Verum si per violentiā quid subtrahitur, nō est casus fortuitus, si fuerit quis in culpa transeundo per loca periculosa, argu. tex. in l. non est verisimile. ff. quod met. cau. Item si clandestinè, & ab ea persona, à qua diligentissimus præcauisset, puta à vili fęmina, nec est casus fortuitus, facit quod not. in l. quæ fortuitis, ff. de pign. act. [igitur vt sit casus fortuitus, requiritur ut sit factū ab eo, de quo erat confidendum, quia coniunctus, vel famulus, ita Bal. in l. 1. & l. si creditor. C. de pign. actio. Alex. in l. argentum, ff. commo. & in l. quod Nerua, ff. depos. sic si de nocte rumpatur apotheca in platea, Bal. in l. 1. C. depos. Item si sit factum in loco, in quo consueuit reponi res causa custodiæ, vt in sacristia. Bart. in l. si creditor, in fi. C. de pign. act. per l. pignus, cum glo. eo. tit.]

37 In tribus tamen casibus † quis tenetur de casu fortuito. Primus, si accidit culpa sua, verbi gratia, si accepit equum iturus ad villam, & iuit ad bellum, ibiq; casu periit. Secundus si interuenit pactum. Tertius, si fuit in mora restituendi, Syluest. in uer. casus, q. 1. vers. 1. & in ver. commodatum, §. 9.

38 Vndecima. Qui vtitur † pignore, vel re deposita, aut cōmodata ad aliū usum, furtum committit, l. si pignore, ff. de fur. nisi verisimiliter crederet dominū permissurum, notatur in c. dudum, de elec. fallit etiam, quando deponitur pecunia, nisi pecunia illa obsignetur, aut claudatur: quia tunc deponens uidetur prohibuisse, nisi aliud diceret expresse, ff. depos. l. si sacculum, l. licet. §. rei. Vnde patet, quòd non tenetur de lucro: quia pecunia deposita sine obsignatione licitè lucratur, nisi quatenus ex hoc alicui infertur aliquod iniustum interesse, Sylu. in ver. depositum, q. 9.

39 Sed an creditor † possit pignus alteri pignori dare, uel illud uendere? Circa primum dico, quod sic, non solum semel, aut bis, sed etiam millies, tex. est in l. 1. C. si pign. pig. dat. sit: ratio est, quia ius quæsitū à creditore super pignus, est reale, & transitorium de persona in personam in mille manus, argum. tex. in d. l. 1. Sylu. in uer. pignus, quęst. 8. Circa secundum potest pignus vendere, si ei non soluitur: dummodo præcesserit pactum, vt tali casu possit vendi, & præcedat unica denunciatio ipsi debitori. Si uero pactū præcessit de non uendendo, poterit nihilominus

hilominus vendi, facta trina monitione, triduo inter duas earum interueniente, l. si conuenerit, ff. de pigno. acti. quo uendito si creditor minus accepit, quàm sit debitum, potest petere à debitore: si uero amplius, illud plus restituat debitori, l. ultima. C. de iure doti. Sylu. in uer. pignus, quęst. 10.

40 Duodecima. Furari † vt exinde faciat eleemosynam, mortale peccatum est, & obnoxium restitutioni, cap. non est putanda, 1. q. 1. c. forte, 14. q. 5. Quod limita, nisi necessitas pauperis esset extrema, & aliter prouideri non possit, Syluest. in ver. intentio, q. 1.

41 Tertiadecima. Qui † mercenario diarium suum statim non soluit, committit furtum, quia illud retinet inuito domino, atque peccat mortaliter, idemque si soluit: sed in alio, puta, panno, uel esculento contra eius uoluntatem, & mercenarius eo non indigens illud uendidit, & non inuenit precium, quo accepit; nam tunc præter peccatum tenetur ad damnum, & est communis, Nauar. cap. 17. nu. 107. uers. 19. [& adde quod merces seruitii personalis etiam de iure diuino non est seruientibus deneganda, ut habetur Matth. cap. 20. uoca mercenarios, & redde singulis mercedem suam, & notat glo. in clem. dudum, §. uerum, de sepult. Immò soluenda est laborantibus in fine diei ante occasum solis, ut notat Cardin. in clemen. fina. quæstio. 13. de præb.]

42 Quartadecima. Magistri † artiū, quales sunt sutores, & sartores, qui accipiūt famulos, quos uocant tyrones, & eos docent suas artes, ob idque nullam eis mercedem tribuunt, aut exiguam, & postea occupant eos in aliis rebus contra ipsorum uoluntatem, adeo ut non possint discere illas artes, peccant, cum magna obligatione restituendi damnum, quod illi accipiunt propter tempus discendi illis ereptum, & si eos uolentes occupant, tenentur illis dare quantum aliis, qui absque tempore discendi illis seruiuisset, Nauar. c. 17. nu. 108.

Quintadecima. Episcopus, qui monitione præmissa generaliter excōmunicat scientes, & non reuelantes res subtractas alicui nescienti quis eas subtraxerit, an obliget recuperantes res suas occultè, de quibus supra diximus, num. 9. & etiam id scientes, & multa alia circa hanc materiam, vide infra, de sent. ex commu. lib. 4. c. 8. Quis in latam excommunicationem non incidat.

43 Sextadecima. Qui † occultè accepit rem depositam apud Ioannem pro debito, quod Ioannes ei debet, tenetur illam reddere, vel qui scit, tenetur eam manifestare ob latam excommunicationem contra scientem, vel accipientem; quia nullo iure cauetur, vt quis possit accipere rem à debitore detentam, si non esset sua, Nauar. c. 17. nu. 114.

44 [Rursum † seculares, siue sacerdotes, qui bona apud se detinent, & habere inficiantur, quæ morientes maximè peregrini apud ipsos deposuerunt, ut suis hæredibus, aut aliis personis, quibus leges dari illa nō prohibent, restituant: ii enim mortaliter peccant, & maxime à iudicibus puniri debent: nam hoc grauissimū scelus iudicandum est: offenditur enim ipse Deus: violatur defunctorum voluntas, cui tantum deferūt ethnicorum leges: lęduntur etiam personæ illæ, cui deposita dari debebant. Datur præterea sæpe morientibus occasio, ut malint impęnitentes mori, quā sacerdotibus, quos suspectos habent propter similia, animā cum bonis commendare. Hisp. cap. 85. ver. fures, col. pen.]

45 Decimaseptima. Furto † res sublatas scienter ementes à seruo, filio, vel uxore, religioso, &c. mortaliter peccant, teneturque ad restitutionem, l. eos, C. de furt.

46 Decimaoctaua. Certo † sciens res esse furtiuas, atque illas emens peccat mortaliter, teneturque ad restitutionem rei, etiam non dato precio à domino, l. inciuilem, C. de furtis, l. si ideo, ff. de euict. & l. si per imprudentiam, in princ. l. emptorem, eo. tit. Cuius ratio est, quia qui

ſcienter rem alienam emit, precium donare videtur, l. ſi fundũ. C. de euict. Vnde tenetur ad reſtitutioné vnà cum fructibus perceptis, & qui medio tempore percipi potuerunt, cap. grauis, de reſtitu. ſpolia. Quod intellige de fructibus, qui ſuperſunt, deductis expenſis gratia fructuum quærendorum, congregandorũ, & conſeruandorum factis, quæ deducũtur etiam à malæ fidei poſſeſſore, l. ſi à patre, §. fin. ff. de petit. hæred. [l. ſi à domino, §. fructus, & l. planę, in fi. quia nullus caſus eſt, qui hoc genus deductionis impediat, vt ff. famil. ercis. l. fundum qui. primo reſp. ff. ſoluto matrimo. l. fructus, cum ſimil. Deductis etiam fructibus induſtrialibus, nam hos non eſt opus reſti-
47 tuere. Fructuum † vero alii ſunt naturales, qui ex re abſque induſtria à natura producuntur, vt poma, pyra, ficus, & ſimilia, & hos indiſtinctè uniuersè reſtituere tenetur quilibet, etiam bonæ fidei poſſeſſor, ff. de vſufruc. l. fructus. Aliqui ſunt induſtriales, qui induſtria inducuntur, & quæruntur, vt frumentũ, vinum, & ſimilia, vt inquit Hiero. ſuper Iſa. 18. In ſudore, & labore ad vbertatem fructuum peruenimus. Alii ſunt ciuiles, vt penſiones domorum, & vecturæ nauiũ, quæ non ex re, ſed ex permiſſione hominis percipiuntur, vt ff. de rei uendi. ſi nauis. ita Anto. de But. in cap. grauis, de reſtit. ſpolia.] Et nec liberatur emens à reſtitutione ipſius rei, per ſtatutum diſponens, quòd res ſit ementis, quando publicè emitur in foro, Sylu. in ver. reſtitutio. 3. quæſt. 7. idem ſi titulo donationis, vel permutationis habuerit, quod eſt valde notandum.

48 Decimanona. Certo † ſciens rem furtiuam eſſe, ſi eam emit dato modico precio, eo quidem animo, vt rem ita acquiſitam ſtatim domino reſtituat, quia alioquin dominus eam habere non poterat, vt quia fur cum re longe fugerat, poteſt precium, & intereſſe ſuum à domino, cui reſtituenda res eſt, petere tam in foro interiori, quàm exteriori, quaſi re domini utiliter geſta, tex. optimus in capit. rapinam, 14. quæſt. 5. argum. tex. in l. ſed an vltro, §. 2. ff. de nego. geſt. & ſi res periret, vel amitteretur ſine culpa ſua, non teneretur: cuius ratio eſt, quia tali caſu non comittit furtum, l. falſus, §. penul. ff. de furt. immo utiliter gerit negotium domini. Aduertendum tamen eſt, quòd in foro exteriori non præſumitur rem emiſſe, vt reſtituat domino, niſi fuerit publicè proteſtatus, argum. tex. in l. Neſennius. ff. de nego. geſt. l. ſecunda, ff. de adminiſtr. tuto. de elect. cap. quia propter, §. fin. licet aliter ſit in conſcientia, Sylu. in ver. reſtitutio. 3. quæſt. 7. verſi. 4. vide Couar. in reg. peccatum, §. 12. nume. 5. [Boſſium tit. de fur. num. 50. vbi inquit, quod in foro exteriori oportet vt dicta proteſtatio fiat per proclama, cum publicum ſit quod omnibus patet, tex. & ibi Bart. in l. 1. §. penul. ff. de ſuſp. tuto. & dicitur publicum, quaſi populice. Fely. in c. exceptionem, col. penult. de excep. Sic etiam quando quis emit à latrunculis, & hoſtibus, debet dari precium, l. mulier in opus. ff. de cap. Alium caſum, quãdo debeat dari precium, ponit Affiic. in §. receptatoribus, colum. 2. de pace iuram. firm. vbi vide omnino.]

49 Vigeſima. Dubitans † rem ſibi donatam furtiuam eſſe, poteſt ita accipere, vt habeat animũ reſtituendi eam vero domino, quoties eam eſſe alienam ſciuerit: & præmiſſa diligenti inquiſitione, an furtiua ſit, poterit alteri uendere, dũmodo emptorem admoneat huius dubii, alioquin ſi eum nõ admonuerit, tenetur ad omne damnum, quod ex uenditione uenerit, Couar. qui ſup. §. 12. nu. 4.

50 Vigeſimaprima. Qui † bona fide, & ignoranter emit, vel aliter habuit ré alienam, & illicitè acquiſitam, tenetur ad reſtitutionem in iis caſibus.

Primus, quando nouit rem eſſe alienam, quo caſu non tenetur furi venditori illam reſtituere, vt ab eo precium conſequatur, ſi probabilis eſt coniectura, quòd fur eandem rem domino non reſtituat, ibi Couar. nu. 3. Et ſi forte ré emptam bona fide, alteri etiam bona fide uẽ-

diderit, & post uenditionem sciuit rem esse alienam, etiam hoc casu tenetur restituere pretium secundo emptori, & accipere rem, atque illam domino restituere, Sotus lib. 4. quæst. 7. artic. 2. colum. 3. in princ.

51 Secundus † casus est in eo, qui ignoranter rem emit alienam, nam ad restitutionem tenetur, si ignorantia fuerit crassa, & supina, vt quia communiter dicebatur apud vicinos, seu maiorem partē eorum, quod res esset aliena, argum. tex. in cap. apostolicæ. de cler. excommu. ministr. l. latæ culpæ, ff. de verbo. signifi. quod etiam extenditur contra hæredes; quia post mortem patris tenentur ad restitutionem, si communis esset opinio rem esse male acquisitam, ita Ioan. Lup. in repet. c. per vestras. §. 65. num. 16. de dona. inter vir. & vxor.

52 Vigesimasecunda. Furtum † committit, & mortaliter peccat, qui scienter liberum hominem furatur, & alijs vendit, Sylu. in ver. furtum, q. 1. vers. 3.

Vigesimatertia, qui furatur aleas, vel fucos mulieri animo spiritualiter proficiendi, non peccat, dummodo non subsequatur scandalum, Nauar. capitu. 17. nume. 5.

53 [Vigesimaquarta, qui † apes accipit, quæ in alueo cōtinentur; columbas, quę in columbario concludunt; ceruos, aliaque animalia fera, quæ in nemore, alioque muro, aut sæpe circumcluso continentur: Talia enim videntur ad dominium ipsius, cuius est locus ille pertinere, nō solum quamdiu sunt intra locum huiusmodi, sed etiam si inde cum animo redeundi egrediantur. Cum animo autem redeundi egredi dicuntur, quamdiu consuetudinem redeundi in eundem locum non omiserunt: Ac proinde qui talia acceperit contra domini voluntatem furtum committit, & tenetur restituere, ita colligitur ex tex. in §. feræ. Instit.

54 de rerum diuis. Furti † etiam rei sunt, ac proinde ad restitutionem tenentur, qui in locis, aut columbariis suis certa semina, aut certas escas spargunt, aut arte aliqua utuntur, vt columbas ex aliorum columbariis illuc attrahant, & ibidem aduenire assuescant: & ratio est, quia ex quo præfatæ columbæ ad aliorum dominium pertinebant, sicut domino inuito à nemine apprehendi poterunt, ita nec eodem inuito arte aliqua in damnum ipsius, vt locum priorem deserant prouocari; secus si columbę ipsę sua sponte priorem locum deserant, & in alio nouo commorentur. Idem de piscibus, & ceruis, & cuniculis, aliisque feris in loco alicuius circunclusо existentibus est dicendum, quod sicut eo inuito domino loci apprehendi non possunt, ita nec arte aliqua, vt in alterum locum se conferant prouocari; Ioan. Medi.]

SVMMARIVM.

1 *Necessitate vrgente permittuntur multa, quæ aliàs sunt prohibita, & vide exempla.*

2 *Necessitas varie accipitur, & diuiditur.*

3 *Necessitas naturalis, est eius natura, vt cogat alienare inalienabilia.*

4 *Necessitas culpabilis, duplex, & quæ excusabilis, nu. seq.*

6 *Intellectus glos. in capitu. sacrorum, 12. quæst. 2.*

7 *Necessitas ex dispositione legis causata, quæ, & cuius natura.*

8 *Necessitas extrema licitè aliena surripit, & quæ dicatur extrema, amplia, vt numero 12.*

9 *Fame coactus spicas alienas edens non peccat.*

10 *Mulieri cur liceat furari in extrema necessitate, fornicari minimè.*

11 *Necessitate extrema aliis surrepta restituenda, an sint in fortuna pinguiore.*

13 *Maritus vrgente fame, & dotem, & res vxori donatas propter nuptias vendere potest.*

14 *Necessitate nulla vrgente furtum committens, & pœnitere, & restituere tenetur.*

De furto, quod fit ab existente in extrema necessitate. Cap. XCIIII.

1 MVlta tẽpore † necessitatis permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Hinc causa necessitatis, obedientia omittitur, cap. 2. de obseru. ieiun. Et res fideicommisso subiectæ vendi possunt. l. filiusfamilias, §. diui, ff. de legat. 1. l. cum fidei, ff. de fideicommiss. liber. Sic maritus alienat bona dotalia pro redemptione filii, l. quamuis, & seq. ff. soluto matrimon. Cast. cons. 441. lib. primo. Et ob causam alimentorum licet patri propriũ filium distrahere, l. secunda, C. de patr. qui propr. fili. distrax. Et magistratus, qui contrahere non possunt, & emere aliqua in loco officii. l. principalibus, ff. si cert. petat. possunt tamen emere ad victum necessaria, Doct. in d. l. principalibus. Sic ob necessitatem famis licet alienare Deo dicata vasa, & illis similia. l. sancimus, C. de sacrosanc. eccle. cap. aurum, 12. quęst. 2. & ob causam necessitatis uictus furari licet, cap. si quis propter, de fur. cap. discipulos, de consecra. distin. 5. Verùm qualis esse debeat necessitas, vt hæc inalienabilia, & his similia fieri possint, sciendum est necessitatem † uariè
2 partiri. Nam alia dicitur species necessitatis fortuita, alia naturalis, alia culpabilis, alia, quæ causatur à legis dispositione, ita Bal. cons. 20. lib. 2. Boer. consi. 44. num. 27. Fortuita, vt cum quis in latrones fortuito incidit, vel cum similis casus contingit. Hæc necessitas quia à fortuna prouenit, & præuideri non potest, facit iustam causam, vt inalienabilia vendantur, per tex. in l. diuus, §. causa, in fi. ff. de petit. hæred. l. sancimus nemini. C. de sacrosanc. eccle. cap. aurum, 12. quæst. secunda, authen. si captiui, C. de Episcopis. & clericis, auth. contra rogatus, C. ad Trebell.

3 Necessitas † vero naturalis illa est, quæ à natura ipsa causatur, vt edere, bibere, vestibus indui, seruos habere, domum ruinosam reparare, agros colere, gabellas persoluere, ita Socyn. in §. res quæ, nume. 2. in l. Marcellus, ff. ad Trebell. Et hæc naturalis necessitas præstat iustam causam alienandi inalienabilia, & facere quę supra diximus, probat tex. in dicta authen. contra rogatus. C. ad Trebell.

4 Necessitas † vero culpabilis, seu quæ data opera appellatur, est cum quis lautè, & prodigaliter viuendo omnia profundit, & euertit, atque ita pauper, & inops efficitur. Et tunc si quis ex culpa sua ad actum præmeditata, & ordinata ad casum, in necessitatem incidit, hoc in casu hic nullo iure iuuandus est: Imputandum enim est ei, qui se in eam coniecit, l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. coga. Dec. in capit. quæ in Ecclesiarum, num. 30. de constit. vers. 2. casus, probatur in l. penult. ff. de iure doti. in l. etiam, §. licet, ff. soluto matrim. in l. fin. §. fin. ff. quæ in frau. cred.

5 Si vero † culpa non fuit ad casum ordinata, nec præmeditata, puta aliquis iuuenili calore non cogitans de crastino multa luxu. & alea profudit, credens alia sibi superesse debere, tandem uixit per multos annos, & grandem suscepit sobolem, multa impendere oportebat, nihil lucrabatur, vt pote cuiusuis artis ignarus, quibus factum est vt graui ære alieno grauatus carceri mancipatus fuit, vel casu homicidium commisit, quare ut liberetur, opus est bona inalienabilia alienare, tunc huic subueniendum est per modum eleemosynæ, & auxilii gratuiti, ita Decius in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num. 30. vers. tertius, & vltimus casus,
6 de constitu. & ita intelligenda est, † glo. in cap. sacrorum. 12. quæst. 2. Alexan. in l. quamuis. num. 2. ff. solu. matrimo. qui inquit, quòd quando pater reliquit aliqua distribuenda pauperibus, & piis locis, tali erogari posse: datur enim vt homini, non vt peccatori, capitu. fratrem, in fine, distinctio 86. ita in specie tenet Felyn. in capitulo, irrefragabili, §. cæterum,

rum, numero 15. de officio ordinarii.

7 Vltimò est † necessitas, quæ à legis dispositione causatur, vt est, quando lex iubet filiam suam dotare. l. ult. §. fin. C. de dot. promis. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. pro qua necessitate licet patri alienare bona aliàs inalienabilia, utpote fideicommisso subiecta, l. à filia, in princ. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. in authen. res quæ, vbi Docto. C. commu. de leg. Ecce igitur quatuor necessitatis species, & item quomodo à regulis iuris discceditur propter necessitatem, ut etiam furari liceat.

8 Hinc † regula constituitur, quòd in extrema necessitate, quæ euidens, & vrgens est, licite sibi quis potest alienis subuenire, siue clam, siue palam sublatis: ratio est, quia tam innatum est homini seruare sese, vt illi aliena cuncta cedant, Sotus, de iust. & iu. l. 1. quęstio. 3. ar. 4. Necessitas vero extrema non tantum dicitur, cum quis aut fame, aut frigore moritur, aut præmitur, aliave calamitate assumitur, sed illa, cui imminet vitæ periculum, cui aliter, quàm per hanc acceptionem subueniri non potest: Ex hac igitur regula multæ quæstiones decidi possunt.

9 Prima. Edentes † fame coacti spicas per agrum transeundo, non peccant, capitu. discipulos, de consecrat. distin. 5. 42. d. cap. 1. 12. quæst. 1. cap. 1. 23. quæstio. 7. quod autem. 47. distin. sicut hi. 86. dist. pasce. Instit. de rer. diuis. §. 1. & 2. Et ratio est, quia cum omnia ad vsum, & seruitutem hominis facta sint, Gen. cap. 4. l. in pecudum. ff. de vsur. Idem qui necessitatem famis patitur, potius videtur vti iure suo, quàm furari. ff. pro socio. l. merito. & qui tales res necessarias ad viuendum non communicat supremam necessitatem patienti, mortaliter peccat, ut in d. cap. pasce.

10 Secunda. Mulier † propter necessitatem famis excusatur à furto, non autem à fornicatione. ff. de ritu nupt. l. palam. §. non est. Sed si precisè inuita cogeretur, non solum excusatur, immo & corona si virgo fuerit, duplicatur, 32. quæst. 1. cap. 1. 2. & 3. & seq. Et ratio diuersitatis inter furtum, & fornicationem hæc est, quia in primo casu ius naturale subuenit, & excusat ratio naturalis. In secundo ius diuinum contradicit, & accusat turpitudinem, & horrorem prouenientem ex peccato, vt 32. quæstio. 5. ita ne. ff. de ritu nupt. l. palam. Item in primo casu salus corporalis adimeretur, nisi liceret rem alienam occupare. In secundo verò si fornicari concederetur, corporalis vita debilitaretur, & spiritalis adimeretur, cum sine mortali committi non posset, 22. quæstio. 4. c. innocens. §. illicitum, ver. ex modo iurandi.

11 Tertia. Communis est † opinio, quã refert Syluest. in uer. furtum quæstio. 5. quòd non teneatur ad restitutionem si ad pinguiorem fortunam peruenerit is, qui fame coactus ea, quæ sunt in fructu, & quę sunt necessaria ad uictum in magna necessitate surripit, quę tamen communis sententia ampliatur, vt non

12 tantum pro se, † sed etiam pro alio existente in extrema necessitate, quis occultè subtrahere possit. d. cap. discipulos, etiam si domino displiceat. ita frater Io. in summa Confess. titu. de furt. quęst. 9. Quid si aliquis, Rainal. in sum. hoc titu. §. decimo, versicu. Item quod si ad hoc contra. Nauar. in cap. 17. nume. 118. & sequen. qui vult, quòd ita demum non teneatur ad restitutionem si ad pinguiorem fortunam peruenerit, quando subtrahendo credebat dominum gratis cõcessurum. Bene verum est, dummodo capiat tantum, quantum necesse esset se ab ea necessitate liberari. Sotus, de iustit. & iure, lib. 4. quęstio. 7. art. primo, colum. pen.

13 Quarta. Maritus † in magna necessitate famis constitutus, etiam si non habeat bona, ex quibus possit consuli uxori super dote, potest res donatas uxori propter nuptias alienare, ad sustentandum se, vxorem, & filios: nam cum hoc casu potuisset alienare dotem, iuxta tex. not. in l. vbi adhuc. C. de iure dot.

argu.tex. in l. 1. C. de patri. qui filios distrax. ergo multo magis res donatas vxori: vnde infert Bar. in l. quemadmodum. col. pen. C. de agric. & censi. lib. 11. quòd propter necessitatem famis potest quis alienare bona restitutioni subiecta.

14 Quinta. Extra † casum necessitatis clam surripere alienum ad sibi, vel alteri subueniendum, peccatum est mortale, cap. forte, cap. denique, 15. q. 5. & ideò vltra restitutionem tenetur de peccato pœnitere, de iniur. cap. si quis domum, de homic. cap. sicut dignum, Hostien. & Ioan. Andr. in d. cap. si quis propter, de fur. Si verò aliquos fructus surriperet, puta vuas in vinea statim comedendas, vel etiam per viam, non peccaret mortaliter, quod secus est, si vuas colligeret, ut comederet domi, Deut. c. 13. Couar. in reg. peccatum, §. 12.

SVMMARIVM.

1 *Inuentæ res vt restitutioni sint, vel non sint obnoxiæ, quæ.*
2 *Inuentas res retinere, mortale est.*
3 *Re aliqua inuenta, inuentor quidnam agere oporteat, vt sit tutus.*
4 *Inuentori ex pacto premium à domino rei inuentæ recipere non licet.*
5 *Res iniustè possessa procurantes, vt redeat ad dominum, an peccet.*
6 *Premium pro manifestatione furis, vel rei furtiuæ, nullum debetur.*
7 *Rerum inuentarum, quæ in pauperes non inuento domino collatæ fuere, si dominus apparuerit, nulla fit restitutio.*
8 *Peregrinorum res eorum hæredibus, sin minus pauperibus restituendæ.*

De restitutione rerum inuentarum. Cap. XCV.

1 Circa res † inuentas aduertendum, secundum Caiet. 2. 2. q. 66. artic. 5. in responsione ad secundum, quòd quædā sunt, quæ nunquàm fuerunt alicuius domini, vt gemmæ, &c. & hæc sunt occupantis. Quædam aliquando alicuius, & hæc aut ab antiquo, ut thesauri, & hæc in propriis inuenta sunt inuentoris: In alieno autem diuiduntur inter se, & dominum. Aut de propinquo, & hæc aut habentur pro derelictis, & sunt inuentoris, aut non pro derelictis habentur, & tunc si sumuntur animo retinendi, furtum inducunt, & quandoque adest excommunicatio in Bulla Cœnę Domini, capitulo tertio, & ibi late de hac materia. Si autem inuenta accipiuntur eo animo dandi domino, nullum est peccatum, sed tunc debent gratis restitui, & si aliquid receperit, restitutioni obnoxius erit, ex regula illa, quòd quando aliquis gratis aliquid facere tenetur ex legis præcepto, si quippiam eo iure acceperit, restituere tenetur, glossa in l. 4. §. si tibi iudicium. ff. de condictio. ob turpem causam. Sed nunc more solito ad particulares casuum decisiones descendamus.

2 Prima. Mortale † peccatum est restitutionique obnoxium, res inuentas retinere, cap. si quid inuenisti, 14. quęst. 5. ver. rapuisti, l. falsus, §. qui alienum, ff. de furt.

3 Secunda: Qui † rem aliquam inuenerit, vt à furto excusetur, debet illam prius facere præconis voce denunciari, & inuento domino poterit ab ipso petere competens premium inuentionis, l. falsus. §. plerique, ff. de furt. Et æquum est dare aliquid inuentori, vt retrahatur à celando, ff. de condictione ob turpem caus. l. 4. §. fina. Et expedit hoc dominis rerum, vt facilius habeant res suas, l. ratas, C. de rescind. vendit. Butrius in cap. ex litteris, num. 9. de fur. Panor. in cap. dudum, lo secondo, nume. 18. de elect. Si autem dominum non inuenerit, debet restituere pauperibus, per tex. in authen. omnes peregrini, C. comm. de success. Syluest. in ver. inuentum, quæst. 1. Quinimmo tali casu si inuentor indigens esset, capere tutò posset vel totum inuentum, uel partem pro sua necessitate,

tate, dummodo id faciat de consensu prę lati; aut Confessarii, quamuis neque id forsan erit necessarium, Sotus libro 5. de iust. & iure, quæstio. 3 artic. tertio, ad secundum argum. & domino reddere in bonis spiritualibus. Nauar. in Manua. cap. 17. nu. 170.

4 Tertia. Inuentor † non potest mercedem, vel premium à Domino rei ex pacto recipere: quia lege iustitiæ reddere tenetur, & non charitatis, Panorm. in d. cap. dudum, de electio. per l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. sponte tamen, & liberè datum potest retinere, vide supra in decisione præcedenti.

5 Quarta. Subditus † domini iniustè possidentis ciuitatem, vel alius, puta aduocatus videns ex scripturis aliquid ab aliquo detineri, peccant mortaliter, occultè operando, vt tale quid iniustè possessum reuertatur ad dominum verum, si hoc faciunt ex cupiditate, aut odio, argumen. 1. quæst. 1. fertur. non tamen tenentur ad restitutionem, quia domino rem suam restituunt. Attamen si hoc facerent zelo iustitiæ totaliter, uel saltem principaliter, non peccarent: quia quilibet tenetur proximum suum iuuare sicut in persona, ita in rebus, idque si verisimiliter crederetur uerum dominum non habiturum per superiorem, uel alium, nec crederetur verisimiliter sequi mors, aut scandalum, quod rarò accidit. Ideoque nec consulendum, nec prædicandum est, Syluest. in ver. proditio. q. 1.

6 Quinta. Sciens † locum, vbi res furtiua, uel fur abscondicus est, non potest pro precio rei furtiuæ, uel furis quippiam recipere: potest tamen petere expensas, & aliquid pro labore, uel sponte oblatum, Couar. in reg. peccatum. par. 2. §. 3. nu. 6.

7 Sexta. Qui † post diligentem inquisitionem legitimè factam non inuento domino rem restituit pauperibus, an si post restitutionem inueniatur dominus rei, teneantur pauperes illam domino restituere? dic quòd non: quia iam bona fuerunt translata in dominium pauperum, Sylu. in ver. restitutio. 8. §. 4.

8 Sed † quæritur, quid de rebus peregrinorum, si moriantur in via? Respondeo, quòd quicunque eas animo retinendi capit, peccat mortaliter; quia sunt restituendę hæredibus eorum, si possunt sciri, uel pauperibus erogandæ, si ignorantur, vel si fortè non inuenitur, qui eas deferat hæredi, nec in breui speratur inueniri, Syluest. in ver. peregrinus. quæstio. 3.

SVMMARIVM.

1 *Simonia quid sit.*
2 *Permutatio præbendarum, vel beneficiorum authoritate partium non fit, sine periculo simoniæ.*
3 *Spiritualia secundum essentiam, quædam sunt corporalia, quædam incorporalia, & quædam per causam.*
4 *Spiritualia per statutum Ecclesiæ, quæ, & an pro his exigi pecunia possit, & quid de spiritualibus ratione officii, nu. sequen.*
6 *Spiritualibus annexa duplici modo dicuntur, & an in his committatur simonia.*
7 *Simoniæ nomen, vnde fluxerit. Et simoniacus, & Giezíticus, qui propriè dici possint.*
8 *Giezi, Iudæ, & Simoni Mago, quid pœna ob simoniam contigerit.*
9 *Simonia, à Nazianzeno hæresis appellata, quæ omnia delicta exuperat.*
10 *Simonia duplex, vna iure diuino, & humano prohibita, altera humano tantum.*
11 *Sacramenta, vel beneficia vendens, simoniam iure diuino, & humano prohibitam committit.*
12 *Ordinatus non actu, sed habitu recipit potestatem soluendi, & ligandi.*
13 *Officia sine administratione vendens, simoniam iure humano tantum prohibitam incurrit.*
14 *Papa vendens spiritualia prohibita iure diuino, & humano, peccat mortaliter, secus*

Iacob.

56 *Iacob inducens Esau ad vendendam sibi primogenituram, quare peccasse non dicatur.*

57 *Temporale pro spirituali, quomodo licitè dari possit.*

58 *Vasa sacra pluris vendere, eo quod sint sacra, non licet, secus iusto pretio in necessitate.*

59 *Ordo in rebus vendendis Ecclesiasticis ex necessitate.*

60 *Pauperum appellatione, an veniant, qui culpa propria ad id deuenerunt.*

61 *Episcopus, Archidiaconus, & notarius, qui adsunt Episcopo in ordinandis, an quicquam citra simoniam recipere possint, & nu. seq.*

De simonia. Cap. XCVI.

Quia agetur de simonia, placet primo definire quid sit simonia: nam iuxta Arpinatis sententiam, omnis, quę à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputetur.

1 Simonia † igitur est studiosa uolūtas emendi, vel uendendi aliquid spirituale, uel spirituali annexum, ita Abb. in rub. eod. titu. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 1. ad quartum. Dicitur primo, uoluntas: nam ut sit peccatum mortale, oportet ut sit actus uoluntarius: Peccatum enim eatenus est peccatum, quatenus est uoluntarium, cap. nō est. 15. q. 1. Dicitur secundo studiosa, idest deliberata ad differentiam eius, quæ ignoranter, uel inconsideratè committitur. Dicitur tertio emendi, uel uendendi. Vbi nomine emptionis, & uenditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus, quare nec
2 permutatio † præbendarum, uel Ecclesiasticorum beneficiorū fieri potest authoritate partium absque periculo simoniæ, sicut nec transactio, ut iura determināt. Potest tamen Prę latus ex officio suo per mutationes huiusmodi facere pro causa utili, uel necessaria, ita D. Thom. d. artic. primo, ad quintum. Dicitur ultimo, spirituali annexum; quia non solum spiritualia, sed nec spiritualibus annexa uendi possunt. Quare sciendum est post Io. Andr. in cap. consulere, de simon. quòd quędam sunt spiritualia secūdum essen-
3 tiam suam, & horum † quædam incorporalia, quædam corporalia. Prima, scilicet incorporalia, nō possunt uendi etiā de facto; quia non cadunt in conuentionem, nèc æstimantur, ut sunt uirtutes, & dona Dei, & de his 1. quęst. 1. in cap. primo, & ibi glo. Secunda, scilicet corporalia, de iure uendi non possunt, sed de facto uenduntur, non tamen sine uitio simonię, exemplum in reliquijs Sanctorum, ut in capit. primo, & secundo, de reliq. & uener. Sanct. Quędam sunt spiritualia per causam, ut sunt sacramenta, quia per ea cōsequimur gratiam, de quibus in cap. non satis, & in capitu. cum in Ecclesia, de simon. Quędam sunt spiri-
4 tualia † per statutum Ecclesię, ut est religio, ut in cap. dilectus, lo secondo, & cap. ueniens, de simo. Quædam sunt spiritualia, quæ dependent à potestate spirituali, ut est absolutio ab excommunicatione, cap. ad aures, de simon. Est enim absolutio ministerium Ecclesiasticum, & quid spirituale, pro quo pecunia non est exigenda, eod. tit. ad nostram, & c. nemo. Vnde recipiens pro hoc precium, est simoniacus, 1. q. 3. non solum.

5 Quædam † sunt spiritualia ratione officii. Hinc qui pro ministerio, idest, officio exercendo, ueluti pro consecrandis uestibus, calice, & similibus, acciperet, uel exigeret aliquid temporale, simoniacus esset, ita concludit Goff. in sum. eod. tit. uers. Sed nunquid simonia, per text. in cap. ad nostram, uers. pro ministerio. eod. titu. An autem sacerdos simoniam committat locando operas suas spirituales in aliqua Ecclesia. dicam infra.

6 Quędam † sunt annexa spiritualibus, quia sunt deputata ad usum spiritualiū, ut uasa sacra, uestes sacerdotales, & similia, ita Panorm. in cap. consulere, eo. tit. Quædam uero sunt spiritulibus annexa, sicut corpus animæ annectitur, ut

sunt

sunt beneficia Ecclesiastica, vel ut ornamentum adiungitur vesti, & sic spiritualibus annexum dicitur ius patronatus. quare sicut in spiritualibus, ita in connexis spiritualibus simonia committitur, ut notatur in cap. veniens, el primo, de testi. quia ratione connexitatis idem iudicatur de eo, quod de spiritualibus, vt expressè dicitur in cap. quanto, de iudic. vbi causa iurispatronatus per laicum iudicem diffiniri non potest. Et sicut transactio prohibetur in spiritualibus, cap. super eo, de transact. ita etiam in iurepatronatus, cap. prȩterea, eod. tit.

7 Secundo † sciendum est, iuxta gl. in c. qui studet. 1. q. 1. quod dicitur simonia à Simone Mago, qui primo in nouo testamẽto huius sceleris author extitit. Sicut enim Giezi in veteri testamento voluit uendere sanitatem Naaman Syro, sic & iste voluit emere donum Dei, vnde Gieziticus est dicendus, qui uendit gratiam; simoniacus, qui emit. Quàm vero detestabile sit crimen simoniæ, multorum exemplis in vtroque testamento facile probatur.

8 Giezi † enim, quia gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit, eandem gratiam sanitatis Eliseo vindicãte leprosus factus amisit. Iudas, qui omnium Redemptorẽ vendidit, mox laqueo suspensus, eandem Redemptoris gratiam nõ obtinuit, & merito: quia nemo potest retinere, quod vendidit. Simon etiam Magus, cũ eandem Spiritus sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam à Petro audiuit, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Dominus etiam omnibus peccatoribus in templo dimissis, solos simoniacos in detestationẽ criminis exclusit.

9 Apparet † igitur ex iis, quàm capitale crimen sit simonia. Hinc Gregorius Nazianzenus vocat illam hæresim, in cap. qui studet. 1. quæst. 1. & cap. eos qui, & cap. fertur, & cap. cum liqueat. Et glo. in cap. reperiuntur, ead. quæst. ȩquiparat illam crimini lȩsæ maiestatis. Et tex. in c. sunt quidam, ead. quæst. vocat simoniacos sacrilegos, [& tex. in cap. quisquis, 1. q. 1. vocat piaculare flagitium. Item execrabile vulnus uocatur per text. in d. c. reperiuntur. 1. q. 1. & c. qui studet, ead. quȩst. vocat capitale crimen. Sed per c. 4. ex. eod. vocatur rabies. Alibi pestis, & labes, cap. sicut, cap. tanta, eod. tit. & alibi uocatur prauitas simoniaca, cap. cum essent, eod. tit.] Tandem, vt inquit text. in c. fin. ead. quȩst. omnia crimina ad cõparationem simoniacȩ hȩresis, quasi pro nihilo reputantur.

10 Tertia notãdum † est, quòd simonia duplex est, altera prohibita, quia simonia, eo quòd sit contra ius diuinum, & humanum: Altera simonia, quia prohibita solo videlicet iure humano, & per constitutionem Ecclesiæ, ita glo. not. in cap. cum pridem, de pact. in cap. ex parte, 1. vbi Deci. de offic. & potest. iud. deleg. glo. in cap. & si Christus, ver. mala, de iureiur. 1. q. 3. Saluator.

11 Prioris generis † est vendere sacramẽta, quæ in veteri testamento erant prohibita. 1. quæst. 1. qui studet. Item vendere beneficia, cap. ex multis. 1. q. 3. Quod intellige, quando beneficia haberent administrationem ordinis, vel executionem clauium: nam licet titulus ipse beneficii sit de iure positiuo, tamen executio ordinis, seu potestatis clauium, est de iure diuino. Nam ordo erat in veteri testamento, vt vendens executionem ordinis, uideretur vendere ipsum ordinem, & gratiam Dei, & ista sunt simoniaca in se, & ideo prohibita. d. c. qui studet.

12 Vnde † debes scire, quòd quando aliquis ordinatur, non recipit potestatem soluendi, & ligandi in actu, quamuis sic in habitu, cap. adiicimus. § ecce, 16. q. 1. Hinc est, quòd non potest absoluere, uel ligare parochianum alterius, quamuis sit sacerdos. Si tamen sibi confertur beneficium, tunc datur sibi aliqua executio ordinis, quæ quidem executio ordinis est in se mere spiritualis, & de iure diuino, pro hoc vide bonam glo. in cap. licet, de pœnis, tex. cum glo. in cap. ex diligenti, tit. nostro.

13 Posterioris vero generis † idest simonia,

nia, quia prohibita per constitutionem Ecclesiæ est uendere officia, quæ non habent administrationem ordinis, vel executionem clauium, ut vendere officium sacristæ, & œconomi, ita Abb. in capitulo primo, de simon. veluti si pecunia acciperetur pro ponendo Prælato in sede. ita glo. in dicto cap. & si Christus. Permutare beneficium cum beneficio sine licentia, reseruare pensiones super beneficiis.

Differunt tamen ista duo: nam in pri-
14 mis † non excusat authoritas Papæ. Hinc Papa peccaret mortaliter, & inuolueretur vitio simoniæ, si de facto reciperet pecuniam pro collatione alicuius beneficii; quia est prohibita de iure diuino, capitulo ex multa. & Papa non est super ius diuinum, ita notabiliter semper tenuit Abbas, vt ipse refert in dicto capitulo primo, de simon. In illis autem, quæ sunt de iure positiuo, vt consentire super permutationibus beneficiorum, & reseruatione pensionis super beneficio, quia sunt prohibita de iure positiuo, non ligatur Papa: cum ipse sit supra ius positiuum, & per consequens dispensare potest, & prędicta vendendo, simoniam non committit, deberet tamen ipse præ cęteris abstinere, quia & si in se hoc non sit malum, est tamen species mali, à qua præcipit Apostolus abstinendum, ut in capit. cum ab omni specie, de vita, & honest. cleric. Decoloratur enim status Ecclesię, prima quęstio. 7. & si illa. ita Abb. in d. cap. primo, de simon.

15 Vbi etiam quærit, an sit † simoniacus is, qui dedit ex pacto pecuniam Papæ pro collatione beneficii? & inquit, quòd sic. Vnde non potest sine peccato administrare in beneficio: sicut etiam à simili disputat Io. Andreas quæstionem. Cauetur statuto Episcopi, quòd ludens ad taxillos sit excommunicatus, an ludens cum Episcopo, qui fecit excommunicationem incidat in illam? & concludit, quòd sic; licet ipse Episcopus non sit excommunicatus: quia non potuit ipse ligari sua constitutione. Ita etiam ad propositum, quamuis Papa vendens beneficium, peccet peccato simoniæ iure diuino prohibitæ, nec tamen ligetur pœnis iure humano constitutis, emens tamen à summo Pontifice beneficium, nō secluditur à pœnis simoniaci.

16 Contrarium † autem est uerius, & rectè. Emens enim censetur in hoc habere dispensationem à Papa. Si quidem istæ pœnæ simoniacis statutę sunt de iure positiuo, Papa autem vendens est supra ius positiuum, eo magis, quia emens, & vendens sunt correlatiua, sed Papa, qui est vendens, non incidit in pœnas, ergo nec emens. Ita Syluest. in ver. simonia. quæst. 4.

17 Quarto. Præmittenda † est trina simoniæ species. Mentalis, conuentionalis, quæ alio modo dicitur realis imperfecta, & realis perfecta. Simonia mentalis est internum propositum, & intentio dandi, aut recipiendi spirituale pro temporali. Et hęc duplex est. Altera, quæ neque peruenit ad dationem, neque ad receptionem, & hanc certissimū est non esse pœnis iuris subiectam, cum Ecclesia de occultis non iudicet, licet peccatum sit mortale. Exemplum, Si mente reuoluerem, quòd si Episcopus mihi beneficium conferret, darem ei centum. Altera est, de qua Doctores loquuntur, dum quis foris munera offert ea intentione praua, sed latenti, dum celat qua intentione id facit: Et dum Pręlatus corrupta etiam intentione occulta spirituale confert, quarum utranque peccatum esse mortale asseueramus.

18 Sed tales simoniaci † mentales, hoc est, sine omni conuentione, non tenentur etiam in foro conscientiæ ad restitutionem eorum, quæ ex mente, affectuque simoniaco acquirunt, siue sint spiritualia, siue temporalia, sed sola eis pœnitentia sufficit, capitu. finali, extra de simon. Abbas in capitulo ex tuæ, in glo. prima, eod. tit. Caiet. 2. 2. q. 100. artic. 6. vers. sed hęc responsio. Sotus libro. 9. de iust.

iust.& iure, quęst.8. artic. primo, col.3. Quod secus tamen est in usura, quæ sola intentione committitur, ita quòd recipiens ad restitutionem tenetur, cap. consuluit, de vsur.

19 Sed † ad percipiendum, quando simonia dicatur mentalis, hęc regula dari consueuit, ut illa dicatur, cuius obiectum est simonia realis, idest dandi, uel recipiendi spirituale pro precio temporali; vnde si quis Episcopo ex sua liberalitate ad conciliandam eius amicitiam seruit, & certus sit neque se recepturum, neque Episcopum largiturum pro seruitio, sed speret, quòd factus amicus forte id gratis dabit, cuius ipse est dignus, nulla est simonia mentalis: quia obiectum ipsum, idest, dare ratione amicitiæ, nulla est simonia realis.

20 Altera † vero est conuentionalis, de qua loquitur Abbas, in cap. tua nos, & cap. consulere, de simon. & dicitur illa, quando pactum interuenit. Et hæc duplex. Altera ex neutra parte executa: nã antequàm collatio fiat, vtrinque à præcedenti conuentione desistitur: Altera ex vna tantum parte executa, & vtraque non tam mentalis diceda est, quàm realis nondum perfecta, propter quam licet peccatum graue committatur, cap. cum pridem, de pact. cap. cum essent, de simon. nemo tamen pœnas iuris incurrit, sed sufficit delicti pœnitentia, & hoc siue implementum sit ex parte promittentis tantum temporale, siue sit ex parte conferentis tantum spirituale, absque tamen pretio temporali subsecuto, & ita obseruat stylus antiquus Curiæ Romanæ, atque etiam intelligitur † extrauag. secunda communis, de simonia, scilicet, quòd pœnæ ibi contentæ tantum comprehendunt simoniacos conuentionales adimplentes promissum ex vtraque parte, non autem ex vna, ita Nau. in Manu. cap. 23. nu. 103.

21

Sed contra Sotus, de iust. & iure, lib. 9. quæst. 8. artic. primo, colum. 3. vers. si vero sub tali pacto, qui asserit pœnas aduersus simoniacos etiam locum habere in hac simonia conuentionali, quando secutus est effectus ex parte dantis spirituale, sed nondum ex parte dantis temporale. Cuius quidem sententia probatur per textum in capitu. cum super, de confess. vbi Abb. in primo notab. de simon. & Felyn. in cap. tua nos, eod. titu. pro quo facit, nam paria sunt recipere precium de præsenti, uel habere fidem de precio, §. venditæ, Institu. de rerum diuis. Sed si fuisset solutum precium, haberent locum illæ pœnæ, ergo idem dicendum, cum habeatur fides de precio prima verior, hæc tutior.

22 Sed quid † dicendum, quando ex parte promittẽtis temporale esset traditum instrumentum debiti, vel albaranum, (vt ita dicam) vbi confiteretur se debere Episcopo centum, uel alteri? dic ꝙ tunc in censuras incurrunt, Nauar. capit. 23. nu. 106. Quod idem dicendum, si mihi Episcopus debebat centum ex alia causa, & feci illi chirographum de recepto, hac ex causa, vt habeam beneficium, cum paria sint dare, & remittere, ita glo. prima, in cap. veniens. 1. de test. cum iuribus in ea allegatis, ad idẽ text. in l. si fundum. §. Tirio, de lega. 1. l. peculio, la prima, & ibi Bart. ff. de decur. facit tex. in l. tertia, §. stipulari. ff. de dona. inter virum & vxo. l. promittendo. §. primo, & l. licet, in princ. ff. de iure doti. Et ideo remissio debiti donatio est, vt no. glo. in l. si inter, in ver. donationem, & ibi Bald. C. de solut. Quę quidem conclusio sanè intelligitur, quando ex tali remissione aliquid acquiritur, cui talis remissio fit, aliàs secus, vt Abb. concludit in d. cap. veniens.

23 Intelligitur † etiam quò ad effectum iuris, scilicet, quòd remittere est dare, secus vero quò ad factum, quia aliud est proprie remittere, & aliud dare, l. Iulianus. ff. de cond. & demonstra. Vbi conditio pro impleta habetur, ergo propriè impleta non est. Pro quo facit, quia aliud est dare, quàm remittere, & facilius fit remissio, quàm datio, ut no. Barto. in l. si duo. ff. de verbor. obligatio. Et ideo quan-

quandoque licet donare, & non remittere, ut per glo. in cap. statutum, in uer. remissione, de rescript. libro 6. sed tenendo communem opinionem, quòd remittere in materia simoniç est dare, infertur quod quemadmodum proxeneta repellitur à testimonio in crimine simoniç, quando salarium recipit, ita etiam quando fuit facta promissio aliquid remittendi, & ex promissione fuit effectus secutus, ita tex. in dicto cap. ueniens, 1. de testi. dum inquit testem illum esse socium criminis, ergo prçsupponitur, quòd fuit facta promissio, quia ex sola promissione quis nō diceretur socius criminis. Ita Mod. in d. c. ueniens.

24 Item quæritur; Quid si † quis sponsionem faciat, uel (ut uulgo dicitur) la scommessa cum Episcopo in centum, quòd non conferet beneficium tali, & Episcopus, ut illa centum lucretur, confert illi? Respon. quòd ambo incurrunt, Nauar. cap. 23. nu. 105.

25 Concluditur ergo, quòd simonia † restitutionem imperans non complectitur neque mentalem, neque conuentionalem imperfectam, quamuis sit ex una parte imperfecta, quæ alio modo dicitur simonia realis imperfecta. Verū si complementum esset ex parte promittentis tantum temporale, tunc is, qui precium temporale recipit, nondum dato spirituali, teneretur illud restituere danti, Docto. in cap. de hoc, & cap. fin. de simo. Caiet. in uerbo simonia. quia intentio dantis erat non transferre dominium, nisi secuto effectu. Et nondum secuta sententia pęna non debetur in foro conscientiæ, ut est communis sententia. v.g. Do alicui centum, ut faciem Titio scindat, non secuto effectu possum illa repetere in iudicio animę: quod secus esset in foro contentioso, quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis, ut est regula iuris.

26 Sed † quęritur prçterea, an extrauagans illa secunda communis, de simonia interpretata per stylum curię antiquum, quòd nullitas tituli, & excommunicatio inducta per illam sint ita in pendenti, quòd non ligent donec ab vtraque parte compleatur simonia: an uero impleta ex utraque parte retrotrahatur iam inde à contracta simonia? Et breuiter respondendum, quòd retrotrahitur à tempore contractę simonię, ita ut collatio purè facta cum pacto dandi centum ad finem anni, nulla est, si soluantur, & utrique sunt excommunicati. Et non obstat, ꝙ collatio, & excommunicatio non possunt esse in pendenti, nam optimè respōdetur per Nauar. c. 23. num. 104. uer. & utrosque defendendo. Qui etiam inquit non incurrere in irregularitatem eum, qui celebrat post completam ab altera parte simoniam, & ante completam ab alia saltem in foro conscientię.

27 Simonia † uero realis est illa, quę fit pacto expresso, uel tacito, hoc est nutibus, significato ex utraque parte completa saltem quo ad aliquam partem promissorum utriusque partis, & hçc non solum obligat ad peccatum mortale, sed etiam reddit collationem nullam, & tales simoniaci tenentur ad restituendum taliter accepta, cap. inquisitionis, in prin. de accu. Hinc qui verbis, seu nutibus solis significat se uelle dare aliquid pro spirituali, & Episcopus velle conferre pro temporali, si collatio, & precium fuerit in partem, aut in totum subsecutum, tenentur pœnis iuris, Nauar. qui supra, num. 105.

28 Quinto sciendum est, † simoniam conuentionalem non solum esse illam, de qua supra: sed etiam esse simoniam conuentionalem confidentiæ beneficialis, de qua sunt duæ extrauag. Pii IIII. quæ incip. Sane licet dudum. & Pii V. Et dicitur confidentia certa spes de re aliqua, quod ita fuit, est, & erit. Et hæc confidentia beneficialis duplex est: Licita, ut si quis ordinatè sperat, ut collator conferat beneficium fratri suo digno. Illicita, ut si inordinatè sperat conferri à collatore beneficium fratri suo indigno, argumento tex. in cap. cum in cunctis. §. fin. de electio.

Est

29 Est † etiam confidentia beneficialis illicita duplex. Altera simoniaca, & est illa, quando quis confidit, quòd collator conferat beneficium mediante precio, pacto, modo, conditione expressa, uel tacita digno, vel indigno. Altera non simoniaca, quando confidit, quòd collator cō ferat ob cognationem, vel amicitiam, sine tamē interuentu precii, vel pacti, modi, vel conditionis. Quibus tamen coniecturis possit præsumi hęc conuentionalis simonia confidentiæ, Nauar. cap. 23. num. 110. vers. noto septimo, & ob quas causas fieri soleat, illas omnes enumerat, referendo ad verbum dictam extrauagantem Pij V.

30 Sexto † nota regulam optimam ad cognoscendam simoniam: tria enim requiruntur. Primum, vt intercedat res spiritualis. Secundum, vt intercedat res temporalis, vt precium, & munus: siue sit munus ab obsequio, ut seruitus indebitè impensa, siue munus à manu, ut pecunia, siue munus à lingua, vt fauor, capit. sunt nonnulli, prima quæstio. prima. Tertium, vt res temporalis intercedat per modum precii. His enim tribus concurrentibus est simonia, quorum si vnū deficit, talis dici non potest. Possunt enim dari obsequia non redundantia in precium. Primo per modum sustentationis ministri, capitulo cum secundum. ibi, à mercede, de præben. ubi notat Abbas, quòd stipendium clerici, seu beneficium est sibi quasi quædam merces ratione operis.

31 Verùm † hic notanda est distinctio, quam ponit Sotus lib. 9. de iust. & iure, quęstio. 6. art. 7. scilicet discrimen inter precium spiritualium, & stipendium ad sustentationem, & mercedem pro locatis operis. At quidem de primo membro nemini ambiguum est, precium recipi non posse, ob id, quòd tales res non sunt precio vendibiles. De secundo dubium non est, quòd clerici stipendium sustentationis recipere possunt. Stipendii autem appellatione non tantum venit cibus, & potus, sed quicquid est necessarium ad uictum, & vestitum sui, & eorum, quorum sibi cura incumbit, ut notat Caiet. 2. 2. quæst. 100. art. 2. uers. ad euidentiam.

32 Hinc † deciduntur multæ quæstiones, quarū prima est, quòd sacerdos non habens alios introitus, & qui non tenentur ex officio potest, vel possunt ex pacto toties in hebdomada tali die, & huiusmodi accipere denarios pro missa celebranda, sicut cōducti sacerdotes faciunt, non quasi precium missę, sed quasi stipendiū sustentationis, ut inquit Abb. in cap. significatum, de pręben. nu. 8. Quinimmo etiam sacerdos diues id facere potest absque uitio simoniæ, sed non sine turpi lucro: dummodo verè recipiat pro precio sustentationis, ita Sylu. in uerbo simonia, q. 3. uer. tertia regula, in fi. Abstinere tamen debet ab hac re talis sacerdos, quamuis non faciat auaritiæ causa, cum habeat speciē mali, immo in foro exteriori pręsumptio esset contra eum, scilicet quòd simoniam commisisset, Nau. cap. 23. nu. 101.

33 Secunda. Licet † sacerdoti, qui ad officium parochiæ conducitur pro obligatione his, aut illis diebus celebrandi, assistendi, confessionibus audiendis, de stipē dio conuenire, dicto c. significatum, de pręben. siue pauper sit, siue diues, Sotus. de iust. & iure, lib. 9. q. 6. art. 1. Et adest consuetudo Ecclesię approbata, quòd sacerdotes seruituri pro alio alicui capellæ pacto conueniunt de annua quantitate pecuniæ, Caiet. 2. 2. q. 100. art. 2. in prin. & ratio est, quia licèt pro Missę celebratione nō sit licitum paciſci, cum sit quid spirituale, tamen hę obligationes, quæ apponuntur, vt sit astrictus celebrare tali loco toties in hebdomada, est temporale, & propterea possunt sub pacto poni, Caiet. qui supra, art. 3. Sotus lib. 9. q. 6. art. 1. Nauar. c. 23. nu. 101.

34 Tertia. Sacerdos, † qui à longinquo accersitur ad audiendas confessiones infirmorum, uel etiam ad Missam celebrandam, potest pro itineris labore precium exigere, ita Abb. in cap. cum secundum. nu. 3.

nu. 3. de præb. Caiet. 2. 2. q. 100. artic. 2. versic. & confirmatur: & ratio est, quia sunt operæ antecedentes sacramentum, secus vero si essent operæ subsequentes, quia locari nõ possent, & ita circa operas subsequentes, & intrinsecas, intelligitur illud August. Accipiant mercedem sustentationis à populo, mercedem vero à Domino.

35 Hinc † pro Missæ celebratione, vel confessione manifestum est nihil precii posse exigere, gl. in cap. ad aures, de sim. quia reciperet pro labore intrinseco, & subsequenti sacramẽto. Vnde sub graui pœna suspensionis ab audiendis confessionib. statuit Synodus Neapolitana capitu. 16. ne quis quouis quæsito colore præsumat petere, vel exigere pecuniam, aliudve tẽporale cõmodum, siue quòd res sit restitutioni obnoxia, siue pro uotorum commutatione, siue pro celebratione Missarum, vel huiusmodi, nec omnino quicquam.

36 Quarta. Simoniam † non committit concionator, Si post conciones petit mercedem pro labore, & opera, quam insumpsit in proferẽdo verbũ Dei. Immo etiam hoc potest pacisci ante cõcionẽm. Quòd quidem tunc procedit, quando principalis intentio, & causa fuit seminare verbum Dei, ut animę ad Deum conuertãtur, & postea recipere precium pro honesta sustentatione, & pro victu, & librorum sumptu, ita Caie. 2. 2. quęst. 100. artic. 2. in princip. Sotus lib. 9. de iu. & iu. quęst. 6. artic. 1. Abb. in cap. tuam, in fi. de simo. num. 5. ubi inquit, quòd sa-

37 cerdos † siue proprius, siue extraneus, etiam si sumptus sibi non desint, potest licite suas operas spirituales locare, si forte est inuitatus ad exequias faciendas, vel alia spiritualia impendenda, non ut directè pro spiritualibus recipiat temporale, sed in compẽsationem damnorum; quæ sustinet in exhibendo præsentiam, & trahendo moram in spiritualibus impendendis, vt no. Innocen. in capit. quoniam, ne præla. vic. su. Ecce igitur quantum in simonia attenditur principalis causa, & intentio: nam si principaliter quis mouetur ad recipiendum precium pro spiritualibus, simoniacus est, aliàs secus.

38 Hinc infertur, † quòd glo. in cap. vnico, de cler. non residen. libro sexto, sacerdotem, vel canonicum euntem in Ecclesiam, vt præsens sit diuinis officiis, motum principali causa ob percipiẽdas quotidianas distributiones, simoniacum mẽtalem esse dicit Abb. in capitu. ex parte, primo, de offi. deleg. Card. in clemen. prima, de celebr. miss. Abb. in c. significatum, de preben. & in c. consuluisti, de celeb. miss. secus autem si haberet principalem finem Deum in tali actu, ad denarium vero secundarium, non quasi finem, sed quasi id, quod est necessarium ad suam sustentationem, nam tunc esset immunis à labe simoniæ, atque à peccato, ita Syluestr. in verbo, simonia, quęstio. 9.

39 Pari etiam † ratione neque simoniã committeret clericus seruiens Ecclesiæ ob aliquam dignitatem, dummodo principaliter ob id non seruiat, glossa à Doctoribus approbata in capit. quid proderit, distinct. 61. cui similis est glo. in cap. hoc ad nos, distin. quinquagesimanona. Sed vt reuertamur ad id, à quo paulisper digressi sumus, scilicet posse † pri-

40 mo dari obsequia non redundantia in precium absque simonia per modum sustentationis ministri. Secundo dico dari posse per modum eleemosynę, capit. animę defunctorum, decimatertia, quęst. secunda. Tertio per modum oblationis, ita tex. in capitu. omnis, de consecra. distinct. 1. Vbi inquit Greg. Omnis Christianus procuret ad Missarũ solemnia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quòd Deus per Moysen dixit, Non apparebis in conspectu meo vacuus. Hinc Abb. in c. tuam nobis, nume. 2. infert ex illa glo. in dicto cap. omnis, sacerdotem indigentem posse subtrahere spiritualia populo, nisi faciat oblationem, vnde possit viuere, & vide quod not. in cap. de his, de Ecclesi. ædif.

Quarto per modum spontaneæ gratitudinis, capitulo placuit, prima, quæstio. 2. capitulo, dilectus, el secundo, de simon. Vbi Abb. in vltimo notabili colligit, quod
41 gratanter † oblatum tempore receptionis alicuius spiritualitatis potest recipi, si nulla præcessit taxatio. Et ex hoc infert, quòd si est statutum in Ecclesia, vt noui ter receptus in Canonicum, vel in Monachum, uel Monialem, teneatur quid soluere certum, an si quidam receptus sine aliqua exactione soluit, nunquid licitè illud recipiatur, & dicit quòd non, quia ex quo præcessit taxatio, illa oblatio videtur facta virtute illius taxationis. 1. q. 3. cap. ex multa, Abb. in cap. Matthęus, in fi. de simo. Dec. in cons. 118. & in c. veniens, 1. de testi. nume. 10. Secus autem si cessaret taxatio, vel pactum, capit. quam pio. 1. quæst. secunda, D. Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. tertio, ad quartum. Quod procederet etiam in Monasterio diuite: nam & si posset esse peccatum auaritiæ, non tamen simoniæ; quamuis illa præsumatur: quia cum victus sit abundans, prçsumitur pecunia recipi pro ingressu Monasterii, Sotus lib. 9. quęst. 6. artic. secundo, in fine. Vide etiam extrauag. com. 1. de simo. Esset etiam peccatum simoniæ, si esset consuetudo, ut soluantur esculenta, vel poculenta, prandia, & collationes, cap. veniens, extra de simon.

42 Limitatur † tamen hoc dictum per contrarias Romanorum Pontificũ extrauagantes in Monialibus ratione dotium. potest enim Abbatissa, & conuentus pro receptione Monialis pacisci de dote, ut etiam inquit D. Tho. 2. 2. quæst. 100. artic. 3. ad quartum. Posset tamen & ipsa in hoc delinquere, si peruersa, & non permissa pacta præcederẽt. Ita Cha. Neapol. lib. quinto, de Simon. prauit. cap. 11. & 12.

43 Quinto aliquid percipi † potest absque uitio simoniæ per modum laudabilis consuetudinis. cap. ad Apostolicam, de simon. Sed quia habet aliquid difficultatis hæc materia consuetudinis, & Doctores inter se inuicem aduersantur, ideo sciendum est, quòd consuetudo percipiendi aliquid pro re spirituali, aut habuit initium, & fundamentum vitiosum, aut habuit initium bonum, & laudabile. In primo casu tunc consuetudo videtur habuisse initium vitiosum, quando exactio præcedens dedit causam consuetudini; & ita loquitur tex. si rectè inspiciatur, & ponderetur, in capitu. cum in Ecclesiæ, de simon. vbi simoniacum est exigere precium pro sacramentis etiam prætextu consuetudinis, verbi gratia, etiam si vigore consuetudinis esset taxatum aliquid, si exigeretur à sacerdote aliquid taxatum vigore consuetudinis pro baptismo, vel aliquo sacramento collato: talis enim consuetudo non est laudabilis, sed potius corruptela, & lex mortis, & ideo velociter est extirpanda, distinct. octaua, cap. mala consuetudo. cum sit introducta ex extorsione, & tyrannide hominum, & sit contra ius diuinum, cap. fin. de consuet.

44 Aut † vero consuetudo hæc non habuit initium, nec fundamentum vitiosum, sed laudabile: quia non incepit ab exactione, & extorsione, sed fuit introducta ex mera liberalitate, & deuotione populi: & tunc quia habuit principium laudabile, valida est, & obseruari debet: quia non est magnum, nec mirum, si ab eo metantur temporalia, à quo seminantur spiritualia, vt in cap. si Episcopus, de offic. ordin. lib. 6. de offi. ord. cap. quoniam. Et hoc videtur velle text. in cap. ad Apostolicam, de simon. dum dicit laicos cõpellendos ad obseruãdum laudabilem consuetudinem erga suam Ecclesiam pia deuotione introductam. Ex quo quidem textu colligitur nõ esse
45 simoniam, si Rector † parochialis Ecclesiæ pro administratione sacramentorum Ecclesiæ coegerit recipiẽtem sacramenta ad obseruantiam laudabilis consuetudinis habentis, ut aliquid soluatur pro labore administrantis: modo hæc consuetudo fuerit introducta ex spontanea

tanea oblatione fidelium ob sustentationem pauperis clerici, immo hoc potest in expressum pactum deduci ad impediendas contentiones, & molestias, quæ alioquin putantur futurę; dummodo euitetur scandalum, ut inquit D. Thom. 2. 2. quæstio. 100. artic. 3. & in 4. sentent. distinctio. 25. quæstio. 3. artic. secundo, antequàm administret sacramentum, uel sepeliat defunctum, ut det, verbi gratia, aliquid consuetum, uel sepelientes habeant lectum, uel pannos, &c. Ita D. Tho. qui supra, Caieta. in ver. simonia. Non tamen deberet rector propter hoc solùm dimittere sacramentorum administrationem, seu denegare, sed administrare, & postea agere ad obseruantiam consuetudinis, uel condictione ex lege, uel ex tali consuetudine, l. 1. C. de condi. ex le. vel ex stipulatione, si interuenerit de obseruando consuetudinem, hæc omnia probantur in d. cap. ad Apostolicam, quod est capitulum multum aureum, & menti tenendum.

46 Sed aduertendum, † quòd dictum capitulum loquitur in consuetudine introducta circa ea, quę sunt merę facultatis, relata ad certum quid: nam cùm tempore sacramenti, seu exhibitę rei spiritualis aliquid sacerdoti conferatur, uidetur populus longi temporis obseruantia se ad hoc uelle obligare, & constituere illam spontaneam obligationem in recompensationem spiritualium, recognoscendo Deum in muneribus suis, & redimendo peccatum eleemosynis, de pœniten. distinctio. prima, capitu. medicinam. Sicut in simili notat Bart. in l. cum de in rē uerso, de usur. de rustico, qui per longum tempus soluit par caponum aliqua causa prætensa, quia erat domino in aliquo obligatus.

47 At si † donatio esset pura, & non relata ad certum quid, tunc nunquam in his, quę sunt merę facultatis introducitur consuetudo, nec ex datione annua gratis, ut legitur, & not. in l. prima. C. de seru. & aqua. per Bart. in d. l. cum de in rem uerso. per Cyn. in l. 1. & 2. C. quæ sit longa consuet. Hippol. de Marsi. sing. 161. & est communis opinio. Hinc inquit Barto. in d. l. cùm de in rem uerso,

48 quòd † licet rusticus per decennium detulerit alicui annuatim par caponū sponte ex liberalitate, non tamen ex hoc inducitur aliqua consuetudo, ut in posterum inuitus astringatur, ut refert Abb. in cap. tuam nobis, de simo. Sic licèt dominus temporalis, seu Baro habuerit à suis subditis munera tempore Natiuitatis Domini, Paschatis, per multum tempus: si tamen postea non ferunt, non debet ærarius auferre pignora sub prætextu consuetudinis: ratio est, quia dicta munuscula solita à subditis dari suis Dominis initia habuerunt ex gratuita concessione, vt inquit Sotus libro 1. de iust. & iure, quæstio. 7. articu. primo. Et ideò ex his, quæ sunt meræ facultatis non introducitur consuetudo: si uero habuerunt principium ab extorsione, hæc consuetudo non valet, Afflict. in constitu. Regni, persequentes. not. 6. Potest etiam dari alius intellectus ad d. cap. ad Apostolicam. ut in his, quę sunt meræ facultatis introducatur consuetudo fauore Ecclesiæ, facit tex. cap. ex parte, de censi. & de concess. pręben. cap. ex parte Astensis, à laicis inter laicos, vel à laicis in fauorem clericorum.

49 Verùm † circa consuetudinem introductam à clericis inter seipsos, hæc constituenda est conclusio. Non valet consuetudo, qua clerici aliquid à clericis exigunt spectans ad repletionem ventris, vel propriam utilitatem, de simo. capit. sicut. Hinc inquit tex. in cap. Iacobus, eodem titulo, quòd prætextu consuetudinis non potest exigi prandium à canonico de nouo recepto: uerum bene recipi posset consuetudo, ut peteretur planeta, uel casula, vel aliquid spectans ad diuinum cultum, vel fabricam Ecclesiæ. ita Do. Anto. de Butr. in d. cap. Iacobus, nu. 4.

50 Vltimo † circa consuetudinem introductam à laicis contra clericos, tunc dicimus validam esse, quando esset in fauo-

fauorem piæ causæ, ut est la Candelora, in Purificatione Beatissimæ Virginis, de qua facit mentionem Feder. de Sen. consilio 155. Vbi concludit valere consuetudinem, quod presbyter debeat certo die dare parochianis candelas de cera alba, ita Dec. in cap. 1. num. 2. de consuet. Et si est legitimè præscripta per decennium, sufficiens est, vt laici possint compellere clericos ad obseruandum, Fel. in d. c. ad Apostolicam. Quod intellige in Parochis, & Ecclesiis cathedralibus, non autem in aliis.

51 Sexto potest aliquid † percipi absque simonia per modum redimendæ iniustæ vexationis, capitu. dilectus filius, 1. de simo. Verum circa hanc vexationem redimendam adnotandum est, quod aut loquimur in re temporali, aut in re spirituali. Circa primum dicas, quod licitum est dare pecuniam pro temporalibus tam pro iure quæsito, quàm quærendo, si illam dat ad vexationem redimendam, sed recipiens pecuniam indebite, tenetur ad restitutionem, vt l. 1. & l. generaliter. ff. de calum. & l. 4. §. quoties. ff. de condit. ob turp. caus. Abb. in cap. Matthæus, de simo. In spiritualibus vero non licet, nisi quando vexatus haberet ius certum, & plenum in re, & vexans nullum ius haberet, & vexaret ipsum de facto propter potentiam super aliquo beneficio. tunc enim licitum esset dare aliquid, licet recipiens teneatur ad restitutionem danti, d. cap. dilectus, D. Thom. 2. 2. quæstio. 100. artic. 2. ad quintum. Dixi quando habet ius plenũ, & certum, secus quando habet ius dubium, sed non plenum: nam hoc casu non potest redimere vexationem, & si redimit dando temporale, committit simoniam, Abb. in d. cap. Matthæus, & c. dilectus, de simo. Dixi ius plenum, quia potest quis habere ius certum, sed non plenum; exemplum: Consecutus fuit quis bullas à Sum. Pontifice, sed non potest habere confirmationem, & possessionem beneficii, nisi aliquid soluat Episcopo pro inuestitura, confirmatione, & possessione. Vtrum aliquid possit dare? dic quòd non, & si redimo hanc vexationem, dando aliquid temporale pro spirituali, simonia est, ita Sotus lib. 9. de iust. & iu. q. 7. art. 1.

52 Sic † si aliquis est iustè interdictus ab officio, vel beneficio, vel iustè excommunicatus, & ego volo illum accusare de irregularitate, ut quia in excommunicatione celebrauit, vel quia ante ætatem est ordinatus, & ille pro hac vexatione redimenda dat aliquid, simoniacus est, cap. nemo, de simo. Dom. Anto. de Butr. in d. cap. dilectus, num. 5. in fi. Secus tamen si aliquis esset iniustè excõmunicatus, uel iniustè calumniatus. Vt ibi per Butrium. Sic etiam cum quis per fraudem, aut vim impediretur præbendam petere, vt si quis te vi detineret, ne ad competendum canonicatum pergeres, aut si timeres falsa de te dicturum, ut tuam electionem impediret, & hoc licitum est precio redimere: quandoquidem quicunque idoneus habet tale quæsitum ius.

53 Si vero † dum conferendum est beneficium ad concurrentiam, & alius putaret præ aliis dignitate, vel scientia pollere, & ideo putaret iniuriam ab electoribus pati contra suum honorem, si non eligeretur, & ideo electoribus dat pecuniam, ut præferatur, tunc hoc proculdubio non licet: nam si quisque ius habeat petendi, non tamen par ius habet, ut eligatur, sed hoc debet manere in libero arbitrio eligentis. ita Sotus, qui supra, q. 7. artic. 1.

54 Sed dubium † occurrit, An peccatum sit offerre pecuniam occupatori sui beneficii Ecclesiastici, vel rei temporalis, quando id facit ad vexationem redimendam, & illud ius ei competit omni iure. & uidetur quòd non, quia induco ad peccandum, & non sunt facienda mala, vt veniant bona, vt dicitur Roma. cap. tertio. contrarium tamen est verius, & ad dubitandi rationẽ respondetur, quòd quando aliquis est certus aliquid suum esse, uel sibi de iure deberi, si offeret pecu-

pecuniam ad vexationem redimendam, non inducit ad peccatum, sed petit id, quod vere est suum, & ex quo non vult gratis dare, affert pecuniam.

55 Duo † enim inueniuntur in qualibet redemptione. Alterum licitum, quod petit redemptor, puta dari filium, vitam, libertatem, beneficium &c. Alterum iniquum, quod non petit, sed patitur redemptor, quamuis per modum petentis se habeat; quia offert materiam illius iniquitatis parato ad iniquitatem illam, vel maiorem, vel fortè non minorem, quàm sit acceptio precij: Non enim, qui redimit fratrem, aut filium à latrone, petit vt accipiat latro tantum pecuniæ, quasi hoc volens, sed offert pecuniam patiens, ut latro illam accipiat, qui paratus est detinere hominem absque illa.

56 Sic † cum Iacob ex reuelatione diuina facta Rebeccæ, quòd maior seruiret minori, certus esset de iure primogenituræ, quod esset suum ex electione diuina, inducendo fratrem suum Esau, ut venderet primogenita, offerendo pulmētum, non peccauit; quia non induxit Iacob Esau ad peccandum: quia secundum rem occupator erat primogenituræ, & tenebatur renuntiare, sed tantum petit sibi illam dari, & ita sensus est verborum illorum, Vende mihi primogenita. Hoc est, Da mihi primogenita, quę in veritate sunt mea, & ex quo non uis gratis dare, offero tibi prandiū. ita Caiet. 2.2.q.100.art.4.vers.in eodem articulo. [Quare ex his infertur, quòd si Episcopus me excommunicat, vel minas infert super beneficio auferēdo, quod iustè possideo, & do ei pecuniam, vt sententiam iniustam reuocet, vel ab iniuria hac desistat, licitè possim redimere ius meum, licet ipse illicitè recipiat, argumen. 1.q.3. quæsitū, de magistr. c. prohibeas, de vsur. cap. 1. de inquisit. ad aures, & cap. dilectus. C. mand. l. per diuersas. ff. de bonis eorum, qui ante sent. mor. l. 1.]

57 Septimo † potest dari, vel recipi temporale pro spirituali per modum amicabilis compositionis, non autem per modum transactionis. cap. cum pridem, de pact. cap. super eo. & cap. 2. de transact. transactio fit cum receditur à lite aliquo dato, vel retento, uel promisso. Compositio vero fit gratis, & amicabiliter pro bono pacis. Ita Abb. in d. cap. super eo, verbi gratia: Sunt duo litigantes beneficium, & ne lis vlterius procedat, amicabiliter vnus dicit alteri, Remitto tibi ius meum, quod super hoc beneficium habere intendo. Sed si uis aliquid dare pro concordia, & bono pacis gratis, gratia, & amore, & non pro cessione iuris, & precio rei spiritualis, libenter accipiam. tunc dans, & recipiens non committūt simoniam, ita Docto. communiter in d. cap. super eo.

58 Rursum, neque † simoniam committeret, qui venderet vasa sacra integra in necessitate Ecclesiæ clericis eo precio, quo eorum materia valet; quod secus esset, si ea plus vēderet illa ratione, quia sunt consecrata, D. Thom. in 4. sentent. distinctio. 25. quæstio. 3. ad 3. quæstio. ad 1. Syluest. in ver. simonia, quæst. 12. si tamen dicta vasa vendantur laicis, debent prius destrui, vt non remaneant amplius consecrata. Sotus lib. 9. q. 7. art. 1. colum. penult.

59 [Sed aduerte, † quòd non quęlibet necessitas erit sufficiens ad vendendas res Ecclesiasticas ministerio, & cultui diuino dedicatas, sicuti sunt vasa, vestimēta, calices, & alia altarium ornamenta, ut est ex mente glos. & Docto. in cap. 1. de pignor. ubi hoc adnotarunt expressim Imo. & Barb. Immo ex summa necessitate prius alienatio incipienda est ab iis rebus, quæ tantum sunt benedictæ, nō ab iis, quæ sunt consecratæ, quod sentiunt inibi Ioan. Andr. & Imola. & esse hanc distinctionem cōmunem fatetur Ripa in l. obligatione, colum. pen. ff. de pignor. Causa vero pręcipua ad alienationem rerum Ecclesiæ, etiam earum, quæ ministerio diuini cultus destinantur, ea est, ad subueniendum pauperibus, ne frigore, seu fame pereant, & ad redemptionem

captiuorum, l. sancimus, nemini. C. de sacrosanc. eccl. cap. omnino, cap. aurum. cap. gloria Episcopi, 12. q. 2. Non tamen licet sacra vasa uendere, ut subueniatur cuicunque pauperum necessitati, sed tūc demum hoc fiat, cum maxima, & extrema vrgerentur necessitate, uel nisi ipsa vasa nimis essent pretiosa, & posset pauperum inopia, simul & cultus diuinus honestè, ac decorè ex eorum pretio tolli, atque exhiberi.

60 An vero † pauperum appellatione ueniant hoc in casu hi, qui ob culpam propriam, uel propter crimen carceribus publicis inclusi in paupertatem, & inopiā deuenerunt, ita ut pro his redimēdis possint res Ecclesiarum alienari? glo. in cap. sacrorum, 12. q. 2. inquit, quòd sic: commendat Bald. in l. illud. C. de sacrosanct. Eccles. Decius in c. pastoralis. §. verum, de appellat. Io. Lupi in rubr. de donat. §. 78. num. 30. quorum opinio communis est. Quam quidem glossæ sententiam Couar. lib. 2. var. resol. c. 16. num. 9. non simpliciter approbat, sed illam veram esse censet in iis, qui ob crimen suum in tantam paupertatem deuenerint, vt nisi eis subuentum fuerit, fame sint perituri, cap. pasce, dist. 88. Decius in d. §. verum. nō autem in his, qui publicis carceribus detinentur, & sunt damnati ad soluendam pęnam pro ipsis criminibus debitā. Quare inquit non esse permittendam rerum Ecclesiæ alienationem, nec pignoris dationem, ut ex pecunia, & pretio à triremibus redimātur hi, qui in id opus publicum ob crimina damnati fuere.]

61 Pręterea circa † simoniam in ordine hæ personæ possunt considerari, Episcopus, Archidiaconus, qui examinat. c. ad hęc, de offi. Arch. & notarius. Circa primum manifestum est non posse Episcopum absque labe simoniæ aliquid recipere ratione collationis ordinis, cap. 1. de simon. cap. cum detestabile, in extr. com. de simo. sed post ordinationem à sponte dantibus potest ab Episcopo aliquid recipi, cap. dilectus, el secondo, in fi. de simo. facit cap. sicut Episcopum. 1. q. 2. & cap. placuit. Circa secūdum Archidiaconus, qui examinat, recipiēdo aliquid pro examine, seu approbatione, simoniam committit, d. cap. 1. & cap. ex tuæ, de simo.

62 Circa tertiū, Notarius, † vel Actuarius nihil potest recipere pro sigillo litteris testimonialibus, uel admissoriis. Hoc probatur in Concil. Trid. cap. 1. sess. 25. de reform. & ratio est, quia quando principale debet esse gratuitum, omnia accessoria, & circumferentia debent etiam esse gratuita: vnde nō solum prohibetur Episcopus, qui ordinem confert, aliquid pro ordine recipere, sed etiam alii ministri, qui sunt accessorii, & adiuuant ipsum Episcopum in celebratione, ita Abb. in d. c. 1. de simo. Verùm duobus concurrentibus posset notarius absque simonia aliquid percipere. v. g. si nullum esset salarium constitutum ab Episcopo: Item si esset consuetudo recipiendi. Ita notant Docto. in d. cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium tribus modis accipitur.*
2 *Beneficium Ecclesiasticum quid, & tria ad illud constituendum requiri, & signa ad illud cognoscendum, nu. 3.*
Beneficium simplex, & curatum, quale.
4 *Cura duplex, & vtra nobilior, grauiorq; sit altera.*
5 *Beneficii appellatione largo modo venit dignitas.*
6 *Dignitatem habere est iurisdictionem habere in foro contentioso.*
7 *Dignitas propriè quid, & ex quibus cognoscatur, & personatus prærogatiuā quandam significat.*
8 *Officium duplici modo sumitur.*
9 *Prabenda diffinitio, & vnde, & quotuplex dicatur, num. seq.*
11 *Collata prabenda, quando collatus intelligatur canonicatus.*
12 *Prabenda spiritualis ex canonia nascitur, & amba sunt beneficia simplicia, & quid differant à beneficio curato, & canonici officium quale.*
13 *Beneficii appellatione continentur pensiones,*

& an cum causis requiratur licentia Prælati.

63 *Beneficium, vt canonicè petatur, debet vacare, & quibus modis vacare dicatur.*

64 *Fructus obuenientes tempore Ecclesiæ vacantis, cui conseruentur.*

65 *Clericus ad sacros ordines non est promouendus, nisi habeat patrimonium, quod an sit priuilegiatum, & an vendi possit.*

66 *Ordinatum absque sufficienti patrimonio, an Episcopus alere teneatur. limita, nu. sequen.*

67 *Clericus ob pactum præmissum ante ordinationem de non petendo, fit suspensus ab ordine, secus si post.*

68 *Donata filio, vt sacerdos fiat an computentur in legitimam.*

69 *Simonia quibus modis circa beneficia committatur.*

70 *Collatio beneficii cum beneficio, & possessione, à quibus fiat.*

71 *Beneficium, an possit conferri extra diœcesim.*

72 *Collatio beneficii qualiter fiat.*

73 *Simonia, quomodo, & qualis in collatione ad Episcopum spectante committatur; & an cum familiari Episcopi committatur.*

74 *Precibus, obsequiis, vel adulationibus vtendo, vel etiam seruiendo Prælato, ad obtinenda beneficia, an committi possit simonia.*

75 *Conferre beneficium seruienti occasione seruitutis, vel ex pacto, est simonia.*

76 *Prælatus an, & quibus casibus non peccet conferendo beneficia indignis.*

77 *Prælatus ea intentione, ut fauore emeretur beneficium conferens, simoniam committit.*

78 *Preces aliæ carnales, aliæ spirituales, & quæ sint.*

79 *Preces pro se porrigere ad beneficium obtinendum, quibus concurrentibus non sit peccatum.*

Ambitione spiritualium nihil detestabilius.

80 *Episcopus consanguineum dignum, an possit digniori præponere, & an precibus intercedentibus.*

81 *Promittens centum pro beneficio animo nō soluendi, si obtinuerit, an beneficium relinquendum sit.*

82 *Resignatio quid, & item quid præsentatio.*

83 *Cōfirmatio, & institutio quid propriè significent, & quid hæc differat à collatione.*

84 *Vicarius generalis non potest conferre beneficia, sed instituere sic.*

85 *Inuestitura, ad quid ordinatur, & quomodo fiat.*

86 *Permutatio in hac materia, qualis sit, & quid confidentia.*

87 *Simonia in resignatione, & permutatione quomodo committatur, & nu. seq.*

89 *Simonia, quo casu sine interuentu rei numeratæ committatur.*

90 *Simoniam confidentiæ committens, est excommunicatus, & ad quæ teneatur.*

91 *Simonia etiam est, beneficium resignare pro temporali.*

92 *Electio, præsentatio, institutio, & traditio possessionis, mediante pecunia, simoniaca fiunt.*

93 *Simoniaca quando sit permutatio, & quibus concurrentibus fiat canonica.*

94 *Simonia quomodo circa pensionem committatur.*

Qualiter simonia committatur circa beneficia obtinenda. Cap. XCVII.

AD maiorem eorum, quæ à nobis dicenda sunt elucidationem, prænoscenda erit distinctio beneficiorū. Beneficium
1 enim † potest accipi tribus modis. Primo, ut est nomen generale, cap. olim, de verb. signific. ubi Ioan. And. & dicitur beneuola actio gaudium tribuens capienti, & hoc modo accipitur in cap. 1. §. beneficium, quibus mod. feud. amit. Secundo propriè, & strictè dicitur gratia concessa à Principe præter ius, ut not. in capitu. olim, de verborum significat. in glos. in verbo, restringendo. Sed de his nihil

nihil ad præsens; intendimus enim tractare de beneficio Ecclesiastico.

2 Quid tamen † sit beneficium Ecclesiasticum, & quæ concurrere debeant, vt dicatur beneficium Ecclesiasticum, no. Petr. de Ancha. in reg. 1. in prima colum. de reg. iur. lib. 6. Est aũt beneficium Ecclesiasticũ duplex, aliud simplex, aliud curatum. Simplex dicitur illud, quod nõ habet curam animarum. Curatum verò tunc dicitur secundum glo. in clemen. dudum, de sepult. quando quis propriè habet curam animarũ, vt Episcopus, & Parochus, qui adstringuntur ad administranda sacramenta Ecclesiastica, & alii tenentur ad illos recurrere; nam dicitur cura, quia cor vrit, scilicet reddendo eos sollicitos ad administranda sacramenta. Vel secundum Laur. Cura est peruigil, onerosa, & sollicita custodia animarum cõmissa alicui, ut curet ne pereant animę, sed saluẽtur, de hoc dic, ut no. Host. & Ioan. Andr. in capitu. omnis, de pœniten. & remiss. Innocen. in cap. cum satis, de offic. archypresbyt. Innoc. in cap. de multa, de præb. Docto. in clemen. 1. de offic. vic.

3 [Quibus etiam signis † cognosci possit beneficium Ecclesiasticum, no. Anto. de Butr. in c. in nostra, nu. 19. de rescript. vbi inquit, quod cognoscitur ex qualitate personæ prouidentis, vt quia de tali non prouidet nisi persona Ecclesiastica, quia per hoc cognoscitur quod sit beneficium Ecclesiasticum: quia laicus realiter hoc non potest, licet præsentet: nisi hoc haberet ex priuilegio Papali, qui solus hoc concedere potest, ut not. de elec. quod sicut, & cap. Messana, & cap. sacrosancta. Secundo cognoscitur ex qualitate eius, cui assignatur: quia Ecclesiasticum beneficium communiter non assignatur nisi clerico, de rescrip. cum adeo, de transac. ex litteris. Tertio ex qualitate beneficii, quia habet aliquid spiritualitatis annexum, & quia perpetuum, dist. 85. præcepta, dist. 70. Sanctorum.

4 Cura vero duplex † est, prima, quæ exercetur in foro contentioso. Et hæc cura consistit in potestate eiiciendi, & recipiendi in Ecclesiam corrigendi, & puniendi excessus. 21. dist. §. 1. Item excommunicandi, interdicendi, visitandi, &c. talia; quæ fiunt ad correctioné morum, de elect. dudum Ecclesia Romana. Inn. in cap. cum satis, num. 2. de offi. Archid. & hanc possunt habere Archidiaconi, & inferiores Prælati, de elect. dudum, de offic. Archi. c. 1.]

Secunda est, quæ exercetur in foro animæ; quarum prima est administratione superior. Hinc Archidiaconus propter curam, & solicitudinem, quam exercet super foro contentioso est superior, & dignior, quam Archipresbyter, qui animarum curam gerit, de offic. Archipresbyte. cap. officium. Sic & diaconus quandoque ratione officii præponitur presbytero, 93. dist. præcipimus, & diaconus Cardinalis maior est, quam Episcopus, 97. distin. nobilissimus. Secunda vero, quia est ars artium, de ætate, & qualit. cap. cum sit, dignior est, sicut anima dignior est corpore, 12. q. 1. præcipimus, extra de pœnit. c. cum infirmitas. quamquàm periculosior sit, & grauior. ita Cardin. super clem. in rubr. de præben. & dignit. nu. 6.

5 Secundo cum appellatione † beneficii largo modo comprehendantur dignitates, glo. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. in clem. auditor, in uer. beneficio, de rescrip. in clem. 1. in ver. beneficiali, de caus. poss. & propriet. Ideo sciendum est, quę dicatur dignitas, personatus, officium, pręben da, & portio. De primis tribus notat Innoc. & Abb. in cap. de multa, de pręb. & Archid. de consuet. cap. 1. lib. 6. Igitur dignitas Ecclesiastica est administratio rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione etiam in modicis causis, secundum Pet. de Ancha. & secundum Panor. in d. cap. de multa.

6 Habere dignitatem † est habere iurisdictionem in foro contentioso, vt habent Abbates Ecclesiarum secularium, cap. ex transmissa, de renunc. & sicut habent archipresbyteri in Ecclesia Pictauensi, qui excommunicant, suspendunt,

dunt, & absoluunt. Vnde quilibet Rector, seu prior Ecclesiæ collegiatæ dicitur habere dignitatem, vt no. Abb. in d. c. de multa, num. 21.

7 In propria † vero significatione dignitas accipitur pro Episcopatu, & maioribus, id est, Archiepiscopatu, & Patriarchatu, & dicuntur Archiepiscopi, quia principem inter Episcopos locum obtinent, cap. cleros, dist. 21. Patriarchæ vero hoc nomine nominati sunt, quia inter patres sublimiorem locum obtinent, d. c. cleros, & cognoscitur dignitas ex administratione, dist. 89. volumus. & ex nomine, & prælatione, siue administratione, quam habet in ea institutus in choro, & in capitulo. c. cum accessissent, de constit. c. cum olim, de consuet. Item ex consuetudine loci, 12. dist. consuetudo, glo. in extrauag. Ioan. vnica, in verbo dignitates, de præb. Item in prærogatiua, quam habet in sessionibus, & processionibus, vel aliis actibus, vide Doct. in c. nonnulli, de clericis non resid. de consuet. c. 1. lib. 6. Personatus autem cognoscitur in quadam prærogatiua in Ecclesia sine administratione. Vt cum quis habet prærogatiuam in capitulo, in choro, in optionibus, processionibus, vocibus dandis, & similibus, cap. de multa, de præb. de elect. dudum, 2.

8 Officium † autem aliquando sumitur pro administratione rerum Ecclesiasticarum sine iurisdictione, ut in sacrista, & thesaurario, ita Abb. in d. cap. de multa. Vel quandoque sumitur pro dignitate, quæ habet administrationem cum iurisdictione, ut Camerarius Papæ.

9 Præbenda † vero est spirituale ius recipiendi certos prouentus in Ecclesia cōpetentes ex diuino officio, cui præbendatus deseruit, glo. in cap. cum M. de constit. facit c. dilecto, de præb. & propriè dicitur præbenda, quando bona Ecclesiæ sunt diuisa, de concess. præb. ex parte. Sed quando sunt indiuisa, magis propriè dicitur portio, vt no. Innoc. de præb. dilectus. & dicitur præbenda à precio, quod recipit quis pro labore.

10 Hæc autem duplex † est, quædam temporalis, & quædam spiritualis. Temporalis est, quę datur etiam pro aliquo labore temporali de rebus Ecclesiasticis alicui tanquam bene merito, puta aduocato, vel simili, & hęc nullam spiritualitatem continet, quę alio modo appellatur pensio, quam quis habet sine titulo, quæ etiam laicis concedi potest, 16. q. 1. cap. possessiones, & q. 6. illud. Prębenda vero spiritualis est, quę & si consistat in rebus temporalibus, tamen permutari non potest, nisi cum iure spirituali, de rerum permut. c. ad quęstiones.

[Et hęc duplex dicitur, quędam sacerdotalis, quę à sacris ordinibus illis annexis nuncupatur, & non nisi iis, qui eisdem ordinibus initiati sunt, vel initiari possunt, confertur. Quędam uero non sacerdotalis est, quę sacrum presbyteratus ordinē minime requirit, c. cui de non sacerdotali, de pręb. lib. 6. Et dicitur spiritualis, quamuis in bonis temporalibus consistat: quia est connexa cum canonicatu, vnde à digniori totum illud ius denominatur, facit tex. 1. q. 3. in summa. de pręb. relatū. & dilectus. ubi collata præbenda solita conferri cum

11 † canonicatu, uidetur collatus canonicatus, glo. in cap. proposuit, de conces. pręb. c. peruenit, el secondo, de appel. cap. proposuit, de cler. excom. mini. Et est communis, ut tradunt Moder. in cap. cum accessissent, de constit. quamuis prębenda sit accessoriū, & canonicatus principale. nam quando accessorium est inseparabile ab ipso principali, concesso accessorio, uidetur concessum principale, ita Bar. per illum tex. in l. quisquis. C. de agric. & cens. lib. 11. Et neque uideatur nouum, quod quandoque ab accessorio trahatur principale, vnde qui eligit pręparatorium, uidetur eligere principale, l. fin. ubi Bar. ff. de procur. Et minus dignum quandoque trahit ad se maius dignū, clem. per litteras, de præb. Verùm quod diximus, quod collata prębenda etiam canonicatus collatus videatur, quando est solita conferri cum canonicatu, intellige hoc procedere, quando canonicatus vacabat, aliàs nō censetur

censetur collatus canonicatus, ne augeatur numerus canonicorum, vt in simili dixit Domin. in c. si clericus, colum. 11. de præb. lib. 6. Sed an per collationem canonicatus videatur collata præbenda, vide Franc. in c. si postquam, de præb. lib. 6. vbi inquit, quod per collationem canonicatus acquiritur ius ad rem, & non in re, quando præbenda non uacat.]

12 Hęc autem † nascitur ex canonia, tanquā filia à matre, 1. q. 3. in sum. de præb. c. relatum, & c. dilectus. Et hęc quidē, scilicet præbenda, & canonia dicuntur beneficia simplicia sine administratione, habent tamen residentiam annexam: & ratio est, quia non habent populum, nec clerum, nec administrationem, sicut sunt beneficia, quibus iniuncta est animarum cura, & subinde residentia, vt Episcopatus, & parochię. Sotus lib. 3. de iu. & iu. quęst. 5. articu. 3. versicu. Tertia conclus. & quinta. Canonicus enim ratione præbendę sacramenta non administrat, sed Deo seruit in horis canendis, & alio officio sibi iniuncto, & ideo sine administratione ab eo residentia requiritur.

13 Comprehendūtur † etiam appellatione beneficii Ecclesiastici præstimonia, & pensiones, ut inquit glo. in extra. Io. vni. de præb. in ver. beneficium. Sunt enim præstimonia stipendia quędam, quę sine Ecclesia dātur canonico, vel alteri clerico, præsertim si litteris, studiisque operā dant. dantur etiam militibus contra infideles, vel Turchas pugnantibus, iux. tex. in l. stipendia. C. de execu. rei iud. l. in cōdendis, de reg. iu. c. fi. de conc. præb. lib. 6. Et dicitur præstimonium. i. præstās munium, Host. in c. postulastis, de rescr.

14 Quæ † quidem præstimonia dupliciter considerari possunt: nam aliquando in sola temporalitate consistunt, & nullum officium habent annexum in Ecclesia, & tunc hæc appellatione beneficii Ecclesiastici non veniunt, Io. Andr. in cap. vnico, de rerum permut. Aliquando vero præstimonium datur in titulum perpetuum, & habet annexum aliquod obsequium spirituale, ita quod is titulatus arctatur ad aliquod seruitium Ecclesiasticum, & tunc beneficium dicitur. Ita Gemin. in d. c. fi. de concess. præb. lib. 6. Pensio vero quid sit, & qualiter differat à beneficio, & multa de illa diximus supra in 3. præcep.

15 [Sunt etiam portiones † sic vulgo dictæ, & ipsæ beneficia sunt, quæ iurisdictione, & administratione carēt, & sunt velut cibaria, quæ diaria Vlpianus appellat in l. antepen. ff. de alim. & cib. leg. eas, qui obtinent, portionarii uocantur, uel mansionarii, ex eo dicti, quod semper in Ecclesia maneant: qui & assisii à summis Pontificibus solent appellari, ex eo, quòd semper in Ecclesia assideant, c. pen. de cler. non resid. Hi capitulum, aut collegium non constituunt, cap. cum dilecta, de excess. præla. Et hæc quidem sunt beneficia secularia.

16 Rursum † sunt beneficia regularia, quæ in duo genera diuiduntur. Nā aut simplicia sunt, aut duplicia. Et rursum simplicium quædam sine iurisdictione sunt, sed cum administratione: quædam autem iurisdictione, & administratione carent. Sub primo diuisionis capite censetur Prior simplex, cui quædam reuerentia tantum præstabatur, ac rerum Monasterii administratio tribuitur, non tamen in religiosos iurisdictionem ullam habet. Secundo capite numerantur Monachi, & canonici regulares, qui beneficia obtinent iurisdictione, atque administratione carentia, c. quod Dei timorem, c. fi. de sta. mon. clem. ne in agro. §. cæterum, eo. tit. Duplicia beneficia sunt, quæ iurisdictionem, & administrationem habent: ea obtinent Abbates, quod nomen est hebraicum, græcis, ac latinis patrem significans. Eo nomine vsus est Christus patrē orans, Marci 14. Immo hodie vulgo duplicato nomine nuncupari patres Abbates videmus, quod illam Euangelistæ duplicationē imitari videtur, Abba Pater. Iidem dignitatem obtinent, c. indemnitatibus, de elect. lib. 6. & hæc sunt beneficia regularia.]

Tertio

17 Tertio adnotandum est, † quod sunt quędam beneficia incompatibilia. Incõpatibilitas autem dupliciter considerari potest in beneficiis. Vno modo dicũtur illa incompatibilia, quę simul licitè absque peccato sine dispensatione obtineri non possunt; & hoc modo plura beneficia simplicia in titulum dicuntur incompatibilia: cum huiusmodi retentio de iure sit prohibita, ideo dixit glo. in cap. dudum, ver. retinere, de elect. quòd qui habet plura beneficia, quorum per se alterum sufficeret, non potest absque mortali peccato aliud retinere absque dispensatione, quæ reddit licitum, quod erat illicitum. [Et si absque dispensatione retinuerit, potest legitimè altero priuari, hoc probat tex. in cap. conquerente, de cler. non resid. secundum Abb. ibi in 3. notab. quod dicit ualde notabile, & nunquam obliuioni tradendum, & dicit esse casum solemnem priuandi aliquem beneficio suo, licet uelit in eo residere. Quot vero modis capiatur titulus, vide glo. in cap. fi. ver. titulos, de officio archipresb. & ordinatius in cap. dudum, de elect. vbi quandoque capitur pro Ecclesia Sancti Petri. Aliquando dicitur canon. Aliquando tractatus. Aliquando dicitur dignitas.] Alio, & secundo modo dicitur incompatibilitas, per quorum unius assecutionem aliud ipso iure uacat, c. de multa, de præb. habetur in Concil. Trid. sess. 7. c. 4.

18 Glossa † vero in cle. gratia, de rescrip. ponit triplicem modum incompatibilitatis. Primus modus est planus per cap. de multa, de præb. Secundus procedit in beneficiis conformibus in eadem Ecclesia, per cap. litteras, alleg. in glo. ad idem cle. si iusta, de præb. vbi per adeptionem præbendę perdit quis aliam prębendam, quam habebat in eadem Ecclesia. Tertius modus est, quando beneficium requirit residentiam pręcisam, quia tunc plura retineri non possunt. Quandoque non precisè, sed si non resideret, subtrahuntur prouentus, & tunc non surgit incompatibilitas, quod est notabile, ita Cardin. in dicta clemen. gratia, quæst. 8.

19 [Quotuplex autem sit species † residentiæ, no. Innoc. in c. clericos, de præb. & dignit. qui declarat clem. gratiæ, de rescript. ubi inquit, quod beneficia quandoque requirunt continuã residentiam, quã nos supra diximus præcisam. Quandoque temporalem, ut quia annuatim certis tẽporibus, verbi gratia, tribus mensibus in anno debet deseruire. Quandoque requirit continuam tantum quò ad priuationem redituum, vt quia pœna nõ residentium est priuatio fructuum tantum. In prima dicit quod plura retineri non possunt, sed semper videtur renuntiare. Primo, quia primum est incompatibile cum secundo, ideo tacitè videtur renuntiare. In secundo casu, quando requiritur temporalis residentia non perpetua, dicit quod non est incompatibile, ideò non videtur renuntiare primo, sed potest vtrunque retinere, ff. ad munic. l. assumptio, §. iuris prudentibus. licet forte possit priuari secundo, c. referente, de instit. In tertio casu, quando residentia requiritur qualificatè; non ad finem priuationis beneficii, sed redituum, per acceptationem secundi non videtur renunciare primo, ita secundum eum.]

20 Quarto notandum est, † quòd sunt quædam beneficia, quæ dantur in titulum, & quædam in commendam. Beneficia in titulum siue sint curata, vel dignitates, seu personatus, aut alia incompatibilia, plura clericus retinere non potest, c. quia nonnulli, de cler. non resid. cap. sanctorum, dist. 70. cap. dudum, de elect. cap. nemo, eod. tit. lib. 6. 80. dist. Episcopi. [& ratio est, quia omnia talia, quæ assignantur in titulum, de iure cõmuni requirunt residentiam: etiam si essent viginti solidorum, vt est casus, de pręb. cap. conquerente, dist. 54. multis, 12. q. 1. aurum, 16. q. 1. c. fin. & c. possessiones: secus est in pensionibus, vel stipendiis assignatis aliquibus tãquam benemeritis, idest, assignatis non in titulum, de quibus, 2. q. 6. illud, 32. distin. si qui, 12. q. 1. quia tua. Ex his ergo concluditur, quòd in quo-

in quolibet beneficio assignato in titulum est prohibita pluralitas: quia vix vni valet quis seruire, c. 1. de consuet. lib. 6.

21 Et † ex hac pluralitate nascitur ambitionis vitium impotentia deseruiendi. Item effectus uagationis, & dissolutionis, & periculum animarum, ita Anto. de But, in cap. quia in tantum, nume. 2. de præben. fit etiam diuini cultus diminutio] ex ministrorum diminutione, qui potius esset augendus, cap. ex parte, de constit. cap. uasa, de consecrat. distinct. 1, Sunt tamen multi casus, in quibus licitum est alicui habere multa beneficia, quorum Primus est, nisi beneficia sint vnita, cap. de multa, de præb. cap. sicut, de excess. prælat. de elect. cap. dudum, el secondo, de ætate, & qualit. eam te. Quot autem modis fiat unio, vide glo. in cap. 1. §. vniendo, ne sede vac. Secundus, si vnum pendeat ab altero, cap. eam te, de ætate, & qualit. cap. extirpandæ, de preb. cap. dudum, §. insuper, de elect. glo. ordinaria, 21. q. 1. in summa. Nec iis casibus necessaria est dispensatio, de æta. & qual. eam te, de præb. lib. 6. cum singula. Tertius si vnam Ecclesiam habeat in titulũ, alteram in commendam, secundum dictam glo. notatur in c. dudum, de elect. 21. q. 3. qui plures.

22 Quamuis † non possint duæ commendæ vni conferri; In commendam verò tunc beneficium concedi videtur, quando in custodiam, seu custodiæ causa datur, cap. nemo, de elect. lib. 6. Et sicut is, qui rem habet custodiæ, non facit fructus suos; ita nec ille, qui habet in commendam, cap. placuit, 10. q. 6. Sed rationem de his reddere debet, nisi Papa dixerit, quòd fructus possit in suos vsus conuertere, quod quidem solet in commenda exprimere.

23 Quę † quidem commenda si fit ab ordinario, non extenditur amplius, nisi ad sex menses, d. cap. nemo. Poterit tamen commendatarius interim à Papa impetrare extensionem ad vitam, ut tradunt Doct. in cap. si constiterit, de accusat. Si verò commenda conceditur à Papa, & tunc fit ad vitam, Solent tamen ex commendis multa mala proueniri: Nam diminuitur diuinus cultus, & solitus Monachorum, & ministrorum numerus minuitur, dum Abbates commendatarii numquam, aut uix sunt in Dei seruitio. Animarum cura negligitur, dũ multi commendatarii intenti sunt ad uenationes, animas commendatas negligendo, quod quã sit pernitiosum, uide tex. in cap. Esau, dist. 86. Hospitalitas debita non seruatur, sed tota omittitur, quę tam est commendata, glo. & Doct. in cap. de monachis, de pręben. Ruinis ędificia patent, dum commendatarii non intersunt

24 in suis Abbatiis. Decoloratur † etiã vniuersalis Ecclesię status; quia non est secularis Abbas, qui regulam seruet, vel disciplinam, nec qui pręcipiat seruari, cum non sint regulares, sed vix clerici, non diaconi, vel sacerdotes, & incongruum uidetur, ut regulares secularibus subdantur, cap. secundo, de capit. monach. Ideo resipiscant commendatarii, si euadere cupiunt pœnas æternas. Quartus casus

25 est, † ubi licet habere plura beneficia, propter hominum raritatem, vigesimaprima, quæst. 1. cap. 1. & glo. in sum. & de elect. c. dudum. Quintus, si Ecclesiæ sint tenues, quæ singulæ per se rectorem non inuenirent, cap. de multa, de præb. Doct. in d. cap. dudum, 10. q. 3. vnio. Dicuntur autem tenues, quando ad sustentationem non sufficiunt, glo. no. in d. c. dudum, quod est arbitrarium, & consuetudo inspicitur, glo. ordinaria, in d. c. 1. 21. quęst. 1. [In hoc tamen casu necessaria est dispensatio Papę, ut notat glo. in c. eam te, de ętate, & qualit. tangit glo. de pręb. exposuisti. quia non sufficeret dispensatio Episcopi propter paupertatem, vt quis possit habere plures dignitates, quamquàm hoc foret legitima causa uniendi, quam facere posset Episcopus, de exces. prelat. sicut vnire, 12. quęst. 3. vnio. quia non debet attendi quantitas beneficii, sed qualitas, cap. cum nostris, de conces. pręb.] Sextus, si dispensatio Papæ interueniret, quia tunc plura beneficia obtinere

tinere posset, d. c. de multa, cap. 1. de consuet. lib. 6. cap. ordinarii, de offic. ordin. quia in beneficialibus Papa habet plenissimam potestatem, capitu. 2. de præben. libro 6.

26 Hæc autem † dispensatio est iuris rigorosi relaxatio, 1. quæst. 7. exiguitt. no. 50. distin. vt constitueretur. & debet fieri cum causa, sicut ex causa subuenit Prętor. l. 1. ff. ex quib. cau. maio. Aliàs non esset tutus quò ad Deum Papa, qui sine causa dispensat; quia Papa ad ædificationem positus est, & non ad destructionẽ, facit tex. in cap. sunt quidam, 25. q. 1. facit, quia non licet Papæ alienare res Ecclesiæ, quia sunt Christi patrimonium, cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. Verum sic dispensando alienat saltem prodigando, quod ei non licet. Sic nec licet sine causa alicui concedere licentiam testandi de bonis acquisitis ex fructibus Ecclesiæ, ut docet Panor. in cap. cum esses, quæst. 5. de testam.

27 Sed † quæ sint iustæ causæ dispensandi? Respondeo. Prima causa est prærogatiua meritorum personæ, ut scientia, & nobilitas, cap. de multa, de pręb. glo. in extrauag. Ioan. vnica, de præb. Ecclesia enim maximè nostra tempestate noscitur indigere viris litteratis, vt circuncincta muro inexpugnabili pugnatorum, & bellatorum, &c. extra, ne cler. vel mon. super specula, §. vltimo, de elect. cum ex eo, libro sexto, quorum scientia mundus illuminatur, authen. habita, C. ne fil. pro patre, & ipsorum scientia est circa spiritualium administrationem potissimum necessaria, & circa curam temporalium, quàmplurimum opportuna, extra de renunciatio. c. nisi cũ pridem, §. ne pro defectu, de offic. ordin. inter cætera. vnde non immerito sunt maioribus beneficiis honorandi, de præb. de multa, §. fin. Et tanquàm illi, qui Ecclesiasticis utilitatibus desudarunt, dignis sunt prouisionibus consolandi, 12. q. 2. Ecclesiasticis, & secundum labores suos ad meliores gradus, & ad meliores dignitates producendi, C. de offi. præfec. prǽt. Aphri. l. in nomine Domini, circa finem, de agen. in re. l. 1. lib. 12.

28 Scientia † autem debet esse sufficiens, vt possit regere beneficium, cui præfectus est, Doct. in cap. cum in cunctis, de elect. Et nota, quod sufficit mediocris, vt extra de elect. cap. cum nobis olim. Non enim, secundum Archid. requiritur summa perfectio in artifice, ff. de ædil. edic. l. si quis venditor, de hoc extra de rescrip. cap. sciscitatus. Et hodie consuetudo hoc declarat, quia requiritur gradus doctoratus licentiæ in Italia, vel Baccalaureatus in Francia, vel in Hispania.

Secunda causa est utilitas Ecclesiæ, ut dispensatio fiat cum aliquo, qui eam tueri possit. Tertia, necessitas, cap. & si illa, 1. quæst. 7. glo. in d. extrauag. Ioan. vnica. Quare si Ecclesiæ necesse sit, uel utile habere Doctorem, qui Ecclesiam tueatur defendat, & instruat; tunc licita erit dispensatio, d. c. de multa, c. cum nobis olim, in fi. de elect. & c. innotuit.

29 Effectus † autem huius dispensationis est, ut dispensatus cum causa habeatur tanquam habilis, ac legitimus de iure, atque idoneus ad obtinenda plura beneficia curata: quia sine dispensatione obtinens secundum beneficium curatũ, dignitatem, uel personatũ, peccat mortaliter, si post adeptam eius possessionẽ, aut postquàm sua culpa eam nõ fuit adeptus, non renunciat primo, quod ipso iure perdit, d. c. de multa. Sylu. in ver. beneficium, 4. nu. 6. Immo etiam secundum, si pergat retinere utrunque, & fit incapax ad quodlibet aliud, ac etiam ad ordines, Nauar. c. 25. nu. 116. vers. 6. Quinimmo hoc non solum procedit per adeptionem secundi beneficii curati, dignitatis, uel personatus, sed etiam per consecrationem, confirmationem, & acceptionem Episcopatus: quia ipso iure vacant beneficia, quæ Episcopus habebat antea, c. cum in cunctis, §. cum vero, de elect. Quamquàm per adeptionẽ beneficii curati nequaquam vacat Episcopatus, tex. ad hoc sing. in capitu. cum in nostris, de

concess.

concess. præb. quia sine Papæ voluntate dimitti non potest, c.quanto, de transla. episc.cap.nisi, de renunc.de transla. c.1. & 2. [Hæc temperat Aegid. esse vera, quando electus in Episcopum erat confirmatus, & postea acceptauit secundam dignitatem: quia post confirmationem non habet potestatem cedendi sine authoritate summi Pontificis; secus si ante confirmationẽ acceptaret secundam dignitatem, quia tunc faceret uacare Episcopatum; cum in eius sit potestate renuntiare Episcopatui, argu.not.in d.c.2. & de elect.c.si electio, lib. 6. in glo. facit ad hoc clem.gratiæ,de rescrip. Do. Anto. in c.cum nostris, de concess. præb. num. 12. Sed an possit consuetudine induci, vt vnus duas retineat Ecclesias curatas? dic quod non: quia hoc est delinquere, & in delictis consuetudo non excusat, de consue. c.fin. Dom. Anton. in cap. 3. num.9.de cler.non resid.]

30 Sed an † dispensatio requiratur in pluribus beneficijs simplicibus, stabilienda est hæc conclusio. Clericus plura beneficia simplicia non requirentia residentiam personalem, quorum vnũ non sufficit, potest sine dispensatione obtinere; aliàs secus si sufficeret: nã pecaret mortaliter, & requireretur dispensatio, etiã si iustam causam retinendi haberet, ita habetur in Conc. Trid. sess. 24. cap. 17. Nauar.c.25.nu.127.

31 Consuetudo † tamen est generalis, quam Papa scit, & tolerat, vt quis habere possit plura beneficia simplicia, vel vnum non simplex cum simplici, c. 1. de consuet.lib.6.dummodo non causa auaritiæ,vel causa illicita, etiam sine dispensatione, adeò quòd non est peccatum, etiam si vnum ex illis pro victu sufficeret, contra gl. in cap.dudum, ver.retinere, de elect.aliàs secus dicendo esset illaqueare multas animas, vt inquit Zabar. in clem.gratia,de rescrip. Abb. in d. cap. dudum, num.34. D.Thom. quodlib. 9. artic.13.

32 Hodie † tamen huic consuetudini antiquæ derogatum est per dictum Concilium, vbi decernit, quòd in posterum vnum tãtum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius,cui confertur honestè sustentandam non sufficiat,liceat nihilominus aliud simplex,dummodo utrunque personalem residentiam non requirat, eisdem conferri. Ex quibus verbis collige glo. singularem in d.cap.dudum, per dictum Concilium receptam,& item sublatam modificationem Card. in cle. gra-

33 tia,de rescrip. Scilicet † illam glo.procedere solum in eo, qui capit plura beneficia, quorum unum sufficit ad viuendũ lautius, vel ad thesaurizandum, & non in eo, qui quærit illa ad faciendas largiores eleemosynas, & alia pia opera. Nauar. in Manua.c.23.nu.15.

34 Insuper † sublatas esse alias iustas causas, quibus dictum erat aliquẽ posse habere plura beneficia, quorum vnum sufficeret absque dispensatione, nam per dictum Concilium neque debitis circunstantiis existentibus licitum est habere plura beneficia absque dispensatione.

Quare non debet Confessarius absoluere habentem plura beneficia,quorum vnum sufficiat, nisi saltem concurrat aliqua iusta circumstantia,& causa cum dispensatione,Nauar.c.25.nu.127. vsque 130.qui ponit iustas circunstantias.

35 Quinto.Sciendum est, † quod ut beneficium canonice possideatur, multa requiruntur. Et primo requiritur quod impetrans beneficium saltem narret ex stylo curiæ se clericum esse, ita Dec. in cap.cum adeo,num.3.de rescrip. [Vnde si dixit se clericum,& non est, adhuc nõ ualet impetratio,de transl.ex litteris. ubi de hoc.quia non reputatur habilis ad Ecclesiasticum beneficium, nec potest in clericorum numero computari, c. 2. de instit. si uero non narrat in impetratione beneficii se clericum esse, non valet impetratio, licet sit clericus, non facta mentione clericatus, ita not.in cap. cum adeo,de rescrip. Quod intelligendũ est, quãdo alias esset beneficiatus, ita Dom. Anton.ibi,num.9.]

Secundo narrare debet uitium, si ali quod adest suæ illegitimæ natiuitatis, vt si est simpliciter filius naturalis, uel spurius, vel incestuosus, ita sensit Bald. in l. neque. C. de probat. Et ratio est, quia illegitimè nati ad sacros ordines promoueri non possunt, vt probatur in cap. 23. Deuter. Non ingrediatur manzer, hoc est de scorto natus, in Ecclesiã Domini, & in c. innotuit, de elect. & c. per uenerabilem, qui filii sint legit. [tum ob excellentiam ordinum, qui turpibus, & infamibus conferri non possunt, de excess. prælat. inter dilectos. tum ob detestationem ciminis paterni, quod quandoque detestatur in filios, C. ad leg. Iuliam maiest. l. quisquis. tum etiam ob timorem paternæ inconstantiæ, 24. distin. quando generalis, distin. 56. si gens. Et non obstat, quod paterna incontinentia non debet filiis nocere, dist. 56. nasci. quia illud procedit quò ad uitam æternam, non autem quò ad promotionem; dehonestantur enim filii ex incontinentia parẽtum, sicut dehonestatur maritus ex incontinentia uxoris, 33. dist. si cuius. Sed an promoueri possit filius, qui ex damnato coitu natus est, cuius matrem postea pater duxit in vxorem? Dic quod sic, si tempore coitus mulier erat talis, quam potuerit habere in vxorem: quia matrimonium subsequẽs legitimat prolem quò ad omnes actus legitimos, cap. tanta, qui filii sint legit. in Authen. quibus modis natu. effic. legi. circa princip. collat. 6.]

36 Igitur † illegitimus occultus absque dispensatione Papæ beneficiũ obtinens, aut simplex sine dispensatione Episcopi, peccat mortaliter, cap. 1. & 2. de fil. præsbyt. lib. 6. Et nulla est collatio, & relinquere tenetur, nisi dispensationem obtineat, Nauar. cap. 25. num. 117. & c. 27. num. 194. in regula 6.

Sed an illegitimus promotus ad sacros ordines sine dispensatione, celebrando efficiatur irregularis? Dic quod nõ, quia hoc non est iure cautum, Doct. in c. fin. de cler. excom. mini.

37 Sed an † illegitimus dispensatus à Papa ad beneficium, censeatur dispensatus ad pensionem? dic quod nõ, nisi hoc exprimatur, per cap. quamuis, cap. cui non sacerdotali, de fil. presbyt. lib. 6. & ratio est, quia dispensatio est odiosa, cap. 1. & 2. de fil. presbyt. lib. 6. Verum si illegitimus semel cõsecutus fuisset beneficium ex dispensatione, quòd postea resignasset, & eidem reseruata esset pensio, iuxta cap. nisi, de præb. tunc posset. ita Hieron. Gigas, in tract. pens. q. 18.

38 [Sic si † dispensetur cum illegitimo, vt promoueri possit ad ordines Ecclesiasticos, & dignitates, non potest per hoc promoueri ad Episcopatum: quia sub nomine simplici dignitatis non comprehẽduntur maiores dignitates, vt Episcopatus, & quia tales dispẽsationes sunt odiosæ, ideo restringendæ, cap. quo circa, de consangui. & affinit.]

39 Rursum. † an illegitimus possit obtinere beneficium, in quo pater suus fuerat præfectus, vel proximè ministrauerat? dic quod non, cap. ad extirpandas, de filiis presbyt. Præpos. in sum. dist. 56. in fi. nisi media interuenerit persona, cap. ad præsentiam, de fil. presbyt. ne beneficium iure hæreditario, & sanguinis concedi videatur, cap. ex transmissa, c. conquerente, de fil. presbyt. Hinc rectè Sacrum Conc. Trid. c. cum in beneficiis, sess. 25. statuit, vt nemini in posterum accessus, aut regressus etiam de consensu, ad beneficium Ecclesiasticum cuiuscunque qualitatis concedantur, vide tex. in c. Apostolica, 1. q. 7.

40 [Et prædicta etiam procedunt † in dignitatibus secularibus, adeò quod plures de eadem domo successiue in eadem dignitate prohibentur eligi, ne videantur succedere, tex. not. qui in Imperatore loquitur, in cap. venerabilem, de elect. ver. insuper, & ibi Abbas, col. 4. per hoc notat aduersus nonnullos, qui beneficia Ecclesiastica eo prætextu insaniter petunt, quod diu plures de eadem domo illa habuerunt: nam hæc sola causa est, vt repellantur.]

Tertio

41 Tertio requiritur † ętas, quę in obtinēte beneficium curatum est annorum viginti quinque, quos sufficit attigisse. Quo ad beneficia non curata, nisi sunt dignitates, aut personatus, uigintiduorum annorū, quo ad simplicia quatuordecim, qui ante illos illa percipiunt, peccant, ita habetur per Conc. Trid. sess. 24. c. 12. & sess. 23. cap. 6. quamuis aliter requirebatur de iure antiquo, Sylu. in uer. beneficium, 3. q. 1. Dispensare uero circa ætatem nullus, nisi Papa potest, quia constitutio conciliaris est, c. cum in cunctis, de elect. contra quam Episcopi non dispēsant, glo. in c. cum dilectus, in uer. in ętatem; de elect.

42 Quarto † narrare etiā debet crimen, in quo se inuolutum reperit, si modo crimen eum indignum beneficio reddit, ita Fely. in cap. postulasti, col. 4. vers. declara etiam, de rescr.

Quinto narrare debet alias dispensationes, si pluries fuerit dispensatus ratione aliorum defectuum, ita respondet Decius, cons. 95. nu. 32.

Sexto narrare debet aliud beneficiū, si quod obtinet, cap. ad audientiam, el secondo, cap. in nostra, de resc. Abb. in cap. ad aures, num. 2. Fely. num. 4. Dec. num. 12. eod. ti. Quod extenditur etiam, si tenue esset, probat tex. in cap. si motu, de pręb. lib. 6. [Et non obstat, quod si Papa sciuisset, nihilominus litteras dedisset, ex quo modicum erat, argum. cap. super litteris, de rescrip. & quia de modicis non est curandum, & modica res non inducit simoniam, cap. & si super quęstiones, de simon. quia hodie est decisum, quod non tenet, d. c. si motu proprio.]

43 Et sic † taciturnitas beneficii quantumcunque modici uitiat gratiam super dispensatione beneficiorum concessam, non solum quo ad tacita, sed etiam quo ad expressa, & sic uitiatur in totum, ut patet per tex. in c. non potest, ver. prodesse, de præb. lib. 6. Et sic nota, quod in dispensationibus, & gratiis ad beneficia taciturnitas etiam eius, quo expresso gratiam nihilominus habuisset, habet uitiare in totum, sicut dicitur in d. c. non potest, de taciturnitate modici beneficii, ꝙ si fuisset expressum, nihilominus Papa gratiam concessisset, no. in c. super litteris, de rescr. & per Fran. in d. cap. non potest, num. 2.

44 Quinimmo † tenetur etiam exprimere ualorem beneficii, & ita est de stylo curiæ, ut habetur per Rotam decis. 19. ac redditus. item an sit curatum, uel non. Non autem distributiones quotidianas, quæ impropriè dicuntur manualia beneficia; quia non ueniunt appellatione fructuum Ecclesiasticorum, tex. optimus in c. unico, de cler. non resid. lib. 6. c. fin. §. in illis, de concess. præben. lib. 6. Nec etiam tenetur exprimere id, quod pro anniuersariis datur: cum hæc ratione personalis operæ, & laboris dentur, tex. in cap. cum duobus, §. si in coeunda, ff. pro socio, & est communis, ut refert Couar. lib. 3. uaria. resolu. c. 13. num. 1. Sed quid si habens beneficium sufficiens, non fecit de eo mentionem, sed paratus est illud reassignare? dicimus non ualere litteras: quia tempus datæ inspiciendum est, c. eam te, de rescr. Inno. in cap. postulasti, nu. 2. eo. ti.

45 Igitur † clericus, qui non exprimit beneficium, eiusque ualorem, ac redditus, dicitur subreptitiè impetrasse, nisi esset collatum motu proprio, de quo debet fieri mentio in litteris, cap. si motu proprio, de præb. lib. 6. Est enim motus proprius, cum princeps ad aliquid concedendum sponte mouetur, ita Bal. in c. nisi spectabilis, num. 4. de offic. leg. Qui etiam illud affirmauit, motum proprium dici, cum ad impetrantis supplicationem est concessum: quia licèt ita petitum sit, tamen motus proprius dicitur, quia ita uenit in mentem Pontificis concedendi, ut petitum est, ita cum Bal. tenet Cur. sen. consil. 66. Paris. in c. accedentes, de præscrip. Effectus autem expressionis beneficii dispensationem non operatur, sed tantum, quòd non sit subreptitium, & per consequens ipso iure nullum, cap. non potest, de præb. lib. 6.

[An autem debeat facere mentionem non solum de beneficio, sed etiam de patrimonio, quod habet, vide glo. in cap. postulasti, de rescript. ex qua potest inferri ad duas quæstiones. Prima, nunquid habens sufficiens patrimonium, possit cum bona conscientia petere, seu tenere beneficium Ecclesiasticum? Secunda, nunquid in litteris ad beneficia sit facienda mentio de patrimonio? Circa primum, dic quod sic, dummodo hoc faciat ut honeste viuat, quia non tenetur propriis stipendiis militare, cap. ex officij, de præscrip. Circa secundam, communis est opinio, quod in litteris iustitiæ facienda est mentio de patrimonio, vnde per tales litteras non tenetur Episcopus prouidere habenti sufficiens patrimonium, pro hoc c. tuis, de præb. Sed in litteris gratiæ non est necesse facere mentionem de patrimonio, Abb. in c. cum ordinem, & cap. postulasti, de rescript. & ratio diuersitatis est, quia per litteras iustitię prouidetur solum pauperibus, sed non dicitur pauper, qui habet sufficiens patrimoniũ. sic Episcopus non tenetur prouidere ordinato, nisi quando non habet patrimonium, c. tuis, cap. Episcopus, c. non liceat, de pręb. sed litteræ gratiæ sunt alterius conditionis: Non enim sunt fundatæ in iustitia, Abb. in d. cap. postulasti, num. 3. Deinde de materia clausulæ motus proprii, & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, vide late per Cæsarem Vitellium Capuanum Regium Consiliarium in Ciuitate Neapolitana, virum quippe integerrimę vitæ atque peritissimum, & Camillum Salernũ in proœ. consue. ver. per quod. ibi, de clausula, ex certa scientia.]

46 Septimo † debet exprimere si primum beneficium reipsa non esset consecutus, sed solum habeat litteras super impetratione, ita docuit Card. in clem. 2. q. 12. de offi. ordin. vide Fely. in cap. in nostra, num. 4. ver. limita, de rescr. Immò etiam exprimere debet, si primo beneficio esset spoliatus, nam impetrans secundum, debet illud exprimere: nam ex quo per spoliationem solam possessioné, non autem titulum perdidit, sequitur de titulo illo mentionem faciendam esse, ita Abb. & Fely. in cap. in nostra, de rescript. ille num. 10. iste nu. 7. Exprimere etiam debet, si aliquod beneficium de facto teneret, vt si violenter occupauerit, ita glo. in cap. eum qui, de præb. lib. 6. quam sequitur Francus in d. c. non potest, in fi. quia si Summus Pontifex intellexisset temeritatem occupantis, forte aliud non concederet, si quidem legis auxilio carere debet, qui in eam commisit, l. auxilium, in fi. ff. de minor. Esset ẽt facienda mentio in impetratione secundi beneficii, si primum quod obtinet esset manuale, idest amouibile ad superioris nutum, ita docuit Fely. in cap. in nostra, de rescript. nu. 18. Vbi etiam num. 31. inquid quòd debet exprimere, etiam si primo beneficio renunciasset, modo renunciatio à superiore admissa non fuisset.

47 Limitatur † uero quod diximus de clerico, qui tenetur exprimere beneficium, ut non teneatur mentionem facere de distributionibus quotidianis, ut supra mentionem fecimus. Nec etiam tenetur in impetratione secundi beneficij mentionem facere de præstimonio, ita in specie respondit Gemin. cons. 89. col. 3. Quod intellige de pręstimoniis, quę dantur militibus contra infideles, vel Turchas pugnantibus, quia illa non ueniunt appellatione beneficii Ecclesiastici, ut no. Io. And. in c. unico, de rerum permut. Limitatur tertio quò ad pensionem, quam quis sine titulo habet: quia in beneficiis obtinendis illa potest taceri, Fran. in d. c. non potest, nu. 3. de pręb. lib. 6. Hęc requiruntur ex parte illius, cui confertur beneficium.

48 Aliàs † beneficium obtinens, sęu retinens sine canonico titulo scienter, mortaliter peccat, & renunciare statim tenetur in manu eius, qui renunciationé potest accipere, uel alicuius nomine eius, si esset in mortis articulo, ac fructus perceptos restituere tenetur, c. post translationem, §. rursum, de renunc. [Est enim fur, & latro, 1. q. 1. ordinationes, & ideo

sicut

sicut fur semper est in mora, & ad damna tenetur, C.quod met.causa, l. 1. C. de condic.fur.l.fin. C. de furt. l. subtracto. Quod idem est, si habet titulum, sed talem, qui pro non titulo sit habendus, C. de agric. & cens. l. quemadmodum, ff. quod met.causa, l.sed & partus.] Poterit tamen secundum Innoc. retinere vitæ necessaria strictè de consilio cōfessoris, ita vt solum ne egeat, nisi dispensationē obtineat, Sylu. in ver. beneficium, 3. q. 20. Quod idem procedit, quando à principio putauit titulum esse canonicū, sed postea superuenit mala fides, cap. 1. & 2. de fil.presbyt.lib.6.Nauar.cap. 25. num. 124.vers.14.

49 Tenetur † etiam post obtentam Ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificam possessionem promoueri ad presbyterium intra annum, aliàs si eo elapso illam retinet, & fructus post annum perceptos non restituit, peccat mortaliter, & illam ipso facto perdit, c. licet canon.de elect. lib. 6. [Qui tex. locum solum habet in eo, qui tenet Ecclesiam parochialem cum cura in actu, idest, qualem ipsemet tenetur exercere, nō autem in eo, qui habet tantum curam in habitu exercendam per vicarium perpetuū, vel temporalem necessario apponēdum, ita Franc.in d. c.in glo.in ver. parochialis, Nauar. extra de præb. lib. 3. cons. 4. Habet etiam locum in Ecclesia parochiali, quæ habet parochianos, non autem in ea, quæ illis caret: quia deficientibus personis collegij, desijt esse collegium, vt no. ff.quod cuius.uni. l.sicut municipii, §. 1. si autem reinciperēt ibi esse parochiani, & tunc inciperet ibi habere locum constitutio: quia facta est parochialis, ita glo. in d.cap.ver.parochialis. Item cum iura pœnalia non sint extendenda extra casum suū, sed potius strictè intelligenda. reg.in pœnis, de reg. iur. Hinc sequitur, quod cum dictum c. licet canon, solum loquatur de parochialibus, non procedat in Ecclesiis collegiatis, vel dignitatibus, tex.in termi.in cap.statutum, de elect. li. 6. Cognoscitur vero Ecclesia collegiata, quando ibi est rector, vt caput, & canonici, vt membra, ita glo. ibi in ver. collegiatas. Insuper cum pacifica possessio beneficii diuersimodè capiatur, ideo sciendum est, quod ad hoc ut quis teneatur promoueri ad ordines, quos requirit tale beneficium, & tunc vt dicatur pacifica, sufficit possessio ipsius curæ, licet habeat maiorem partem bonorum ipsius Ecclesiæ, ita glo. in cap. si tibi concesso, de præb.lib.6. Archid. 23. dist. in nomine. Vnde promotus ad Ecclesiam parochialem, tenetur promoueri ad ordines sacros infra annum, si habet exercitium curæ, licet possessionem fructuum non habeat, quod si infra annum promotus non fuerit, Ecclesia sibi commissa nulla etiam monitione præmissa est priuatus, d.c.licet canon. Sed si quæratur de pacifica possessione ad finem, vt possidens beneficium secundum, incurrat priuationem primi, tunc requiritur quod habeat non solum pacificam possessionem exercitii curæ, sed etiam possessionem fructuum, vel maioris partis, ita tex. & glo. in c. si tibi concesso, de præb.in 6. Dom. Anto. in c.cum in cunctis, §.cum vero, q. 2. de elect. Sed quid si non potest habere pacificam possessionem per aliquod impedimentum, an ipso iure elapso anno vacet primum? Resp. quod si impedimentum est iustum facti, non vacat primum beneficium; quia non dicitur habere quietam possessionem, pro ut exigunt iura. Aut non habet, nec habere potest quietam possessionem propter impedimentum iuris, concernens personam eius, vt quia nō potest administrare propter peccatum occultum, & perinde est, ac si administraret, vt sibi imputetur impotentia ex suo delicto proueniens, ff. quod met. causa, l. si mulier. Item adde, quod si propter non promotionem intra certum tempus imponitur pęna, nunquam illa committitur, nisi ex toto tale tempus labatur; etiam si certum sit intra residuum illius temporis illud tale fieri non posse, cap. commissa, de elect. lib. 6. quod Francus notat ad multa. Et primo

ad statuta imponentia pœnam non soluentibus, vel quid aliud non facientibus intra certum tempus. Secundo, vt appellatus non possit petere executionem sententiæ ante lapsum annum, etiam si lapsum sit tãtum de anno, quod certum sit appellationẽ prosequi non posse, de quo per Doct. in c. ex ratione, de appell.

50 Rursum nota, † quòd super promotionem faciendam infra annum non dispensat Episcopus prorogando: cum sit speciale tantum, in c. cum ex eo, de elect. ita Franc. in d. cap. licet. scilicet, vt possit ratione studii dispensare ne intra septem annos ad presbyterium teneatur, dummodo intra annum quo presbyter fieri debeat, subdiaconus fiat.

51 Rursum † habes ex iis vnum casum, quando quis ipso iure est priuatus beneficio. Secundus casus est in materia hæresis, & in crimine lęsæ maiestatis, vt supra diximus, secũdo lib. cap. 11. Tertius, schismaticus pariter ipso iure priuatur, dist. 12. c. nos consuetudinem. de elect. quia diligentia. Quartus, simoniacus, quod dic, vt infra, cap. 97. Item sodomita, cap. mulier, 15. q. 1. Item percutiens Cardinalem, cap. fœlicis, de pœnis, lib. 6. Item assassinus, capit. 1. de homic. lib. 6. Alex. cons. 166. lib. 7. Item falsarius, cap. ad falsariorum, de crim. fal. Item emittẽs professionem in religione, capit. beneficium, de regu. iur. lib. 6. Sunt & alia crimina, in quibus quis ipso iure priuatur beneficio, vel per sententiam, quæ enumerantur per Pet. à Rebuf. in sua praxi. Vnum tamen aduertant iudices, quod talis pęna non potest à iudice imponi, nisi exprimatur à iure, glo. quam Abb. reputat sing. in c. fin. de iure patro. & in c. cum nos, de offi. ordi. & in §. cum igitur, in Auth. de non elig. secun. nuben.]

52 Promotus † vero in Episcopum tenetur intra tres menses consecrari sub pœna perdendi fructus ipso iure, & infra alios tres sub pœna perdendi Episcopatum, vt habetur in Conc. Trid. sess. 23. cap. 2. de reform. Nauar. cap. 25. nu. 117. versic. 8.

53 [Verum ad finem, vt vacent † priora beneficia ante Episcopatum, duo requiruntur, adeptio possessionis pacifice Episcopatus, & quòd sit cõsecratus, dist. 92. si qui Episcopi. Francus in cap. in plerisque, §. quod si. num. 3. de elect. lib. 6. ante enim consecrationem nõ dicitur Episcopus, sed electus, per tex. in cap. tua, de his, quæ fiunt à præla. ibi, Episcopo, vel electo. c. tam litteris, in princ. & ibi Abb. de testi. & in cap. nosti, de elect. vbi Abb. in vlt. not. bonus tex. in cap. inter corporalia, §. sicut ergo. de translat. Episcopi. Vnde tantum habet potestatem in concernentibus iurisdictionẽ, vt not. Dom. post Io. Andr. in cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. ver. notat incidenter. facit glos. in clement. 1. ver. iurisdictionem, de foro competen.]

54 Tenetur etiam, † qui beneficium curatum accipit, uel dat, dare ei, quem scit illud accipere cum intentione suscipiendi presbyterium, aliàs beneficium curatum accipere, vel dare ei, quem sciret illud accipere sine intentione suscipiendi presbyterium, sed tantum vt eius beneficium perciperet intra annum, quo dictũ presbyterium tenetur accipere, & post illum renuntiet beneficium, peccatum est mortale vtriusque, & collator tenetur seruare Ecclesiam indemnem, ipse autem, qui fructus percipit, illos tenetur restituere, capit. commissa. §. cæterum, de elect. lib. 6. nisi voluntate mutata sacerdotiũ anno illo durante susciperet, quod secus esset si à principio intentionem habuisset suscipiendi, & postea ea mutata nihilominus beneficium retineret: quià licèt peccat, fructus tamen illius anni non tenetur restituere, Nauar. capit. 25. num. 118. vers. 9. contra Sotum lib. 10. de iust. & iu. quæst. 5. art. 6. qui meo iudicio melius loquitur, videlicet huiusmodi beneficiarium teneri ad restitutionem fructuum perceptorum à tempore mutatæ voluntatis.

55 Sed quid dicendum de † eo, qui dubio est animo, uel habet intentionem illud beneficium relinquendi, si aliud pinguius

guius offeratur, vel etiam si aliud quicquam seculare (puta) matrimonium, vel hæreditas obueniat? Pręterea quid de accipiente simplex beneficium, quod non requirit sacrum ordinem? isti omnes nō tenentur ad restitutionem fructuum, quamuis non habeant animum ascendēdi ad presbyterium: modo satisfaciant eius oneribus, quicquid dicat Panorm. in cap. relatum, de cler. non resid. Sylu. in ver. beneficium. 3. q. 2. Nauar. cap. 25. num. 118. uers. 9.

56 Tenetur etiam in † suo beneficio residere, quamuis sit tenue, aliàs non residens sine iusta causa peccat mortaliter, c. conquerente, de cler. non resid. Doct. notant in cap. extirpandæ. §. 1. de præb. & tenentur ad fructuum restitutionem etiam non expectata sententia: cuius ratio est, quia hic pœna nō imponitur propriè, ut pœna, sed ut quædam conditio, ut faciant fructus suos, dummodo in Ecclesia sua residentiam faciant, quare nō habet locum glos. in cap. fraternitas, 12. quæst. 2. quæ inquit pœnam etiam ipso iure incursam non deberi in foro conscientiæ, nisi post sententiam, ut inquit Abb. in c. Raynaldus, de testam. Cathe. Neapol. lib. 4. capit. 4. Qui quidem fructus dandi sunt fabricę Ecclesiæ, vel pauperibus, ut per eandem Cathe. capit. 3. versic. 4.

57 Residere † autem intelligi debet cum effectu, l. generaliter. C. de episc. & cler. cap. nonnulli, de cleri. non resid. unde uerbum residere significat Ecclesiæ deseruire, de cler. non resid. cap. conquerente, 16. q. 1. generaliter. alias parum esset residere, nisi cura habeatur de beneficio. Non tamē debet ita Prælatus in Ecclesia residere, ut nunquàm discedat. Non enim ita amarè hoc uerbum est accipiendum, sed ciuili modo uerba sunt accipienda, ff. de seruit. l. si cui, de ædil. edicto, l. si cui uēditor. unde etiam si fiat aliqua intermissio, residere quis cōtinuè dicitur; & ratio est, quia medius actus non impedit, quin dicatur sine intermissione quid fieri, ff. de uerb. obligat. l. continuus. §. si quis, de duobus reis. l. duos. 50. distinct. si quis uoluntate. [Sic Angelus in l. 1. §. 1. ff. de flu. dicit per illum tex. quòd ille semper habitasse dicitur in ciuitate, qui cōmuniter stetit, dato quòd aliquo casu occurrēte habitauerit etiam per annum in comitatu. Adde etiam Ludouic. Roma. cons. 263. uiso puncto, & in l. 1. ff. solu. matr. bonum text. in l. 1. §. quotidiana. ff. de aq. quotid. & tex. in l. Paulus respōdit. §. Caius. ff. de lib. causa. ubi dicitur quòd si relinquitur alicui libertas, si continuè seruierit hæredi, debebitur libertas, etiam si seruierit annis interpolatis. & quod dictum est de dictione continuè, idem dic de dictione semper: nam intelligitur temporibus congruis, Dyn. in l. 1. ff. solu. matri. glos. in cap. si quis uoluntate, dist. 50. & quòd similes dictiones intelligantur ciuiliter, uide glo. in cap. sacrosancta, dist. 22. ubi Archid. idem si dicatur omni tempore, uel indeclinabiliter, glo. in cap. 1. dist. 85. glo. in cap. 1. de offic. Archid. Felyn. in procе. decret. uers. Rex Pacificus, nu. 3. ubi multa colligit.]

58 Quare ex his infertur, quòd † si testator legauit decem uxori, si cum filia moraretur, non requiritur, quòd moretur per singula momenta, ff. de cond. & demonst. l. si quis ita, de annu. legat. l. Meuia. Sic dicitur causa stillicidii perpetua, quamuis non semper cadat aqua, ff. de serui. urb. pręd. l. foramen, de aqua quot. & æst. l. 1. §. quotidiana. Semper tamen cessanda est fraus, de cler. non resid. c. ex parte, & quod ibi not. & negligentia, de offic. Arch. ea quæ.

59 Qui autem † teneantur ad residentiam, sunt præcipuè constituti in dignitatibus, de offi. Archipresby. cap. 1. & 2. Et qui habent beneficia dependentia à præbendis, cap. extirpandæ, cap. proposuisti, de præben. At qui habent beneficia simplicia de generali consuetudine residere non tenentur, nisi sit speciali iure inductum, Fely. in cap. dilectus, col. 2. in 1. conclu. de rescrip. Sunt tamen casus quandoque, in quibus nulla consue

tudo excusat non residentem, quos ponit Felynus in cap. cum omnes, col. 17. & 18. num. 54. de constit.

60 Sed, an † qui obtinet plura beneficia cum dispensatione, videatur etiam dispẽsatus super non residentia? dic q; non: quãdo ille possit vicissim residere in ambobus, vt quia loca essent vicina, & commodè posset vtrique seruire, vt in cap. ita nos, ad fi. 26. quęst. 6. Sed vbi loca essent remota, ita quod commodè non posset vtrique seruire, tunc poterit in qua vult residere, vt inquit gl. in cap. non potest. §. illud, de pręben. lib. 6. Quod procedit, quando Ecclesiæ essent æquales, aliàs deberet residere in digniori, & in alia deseruire per vicarium, cap. extirpandæ: §. quia vero, de pręb. & ibi per Docto. Io. And. in cap. fi. de rescrip. li. 6. Facit quod not. Roma. cons. 47. vbi ait, quòd adhęrens duobus dominis, & ab vtroque eodem tempore requisitus debet obedire maiori: quia magis priuilegiatum, & magis dignum debet anteferri digno, glos. in capitu. accusatus. §. sanè, de hæretic. libro sexto.

61 Causæ autem † iustæ, quæ excusant à residentia non tantum est necessitas personæ, vt quia quis habet plura beneficia, & non potest in vtroque residere; sed etiã est, si valetudine afficiatur curatus, nam tunc per substitutum deseruiet, cap. ad audientiam, de cler. non resid. cap. 1. de cleri. ægrot. l. aut si valetudine, ff. de procur. Vel etiam si pestis viget in loco beneficii, Ripa in tract. de peste. 2. parte, q. 2. qui allegat text. in argum. in cap. ad supplicationem, de renunciat. Vbi prælato licet renunciare beneficio, in quo tutè permanere non potest, & cap. pastoralis, 7. q. 1. Necessitas quoque Ecclesiæ, vel vtilitas excusat clericum à residẽtia, vt si pro negotiis Ecclesię sit absens: nam tunc constituere vicarium potest, etiam si residere iurauerit, c. ex parte, 2. de cler. non resid. Quamuis per text. in cap. relatum, eod. tit. dicant Docto. debere abesse de licentia sui Prælati, sed de consuetudine non petitur, nec requiritur in secularibus clericis hæc licentia, quæ consuetudo valet, vt asserunt Innocent. & Hostien, in capit. inter quatuor, de cler. non resid.

62 Iusta † etiam causa est auditio Theologiæ ad quinquenniũ, cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. prælectio eiusdem, donec durauerit etiam sine licentia Episcopi. Item obsequium Episcopi quò ad duos canonicos, dummodo accipiantur ab eo in vtilitatem Ecclesię suę, vel cathedralis, cap. de cætero, de cler. non resid. non autem si accipiantur in seruitio suo personali, nisi ex vrgenti causa, & Ecclesia nõ indigente seruitio: item obsequium Papæ, vel consuetudo honesta, Nauar, cap. 25. nu. 121. qui insuper addit, quòd compositio circa fructus beneficii ipso iure amissi ob non factam residentiam non prodest.

63 Ex parte † etiam rei, ut quis canonicæ habeat beneficium, requiritur quod beneficium sit vacans; quia non uacans cõferri non potest, cap. 1. de concess. præb. Vacare autem potest beneficium pluribus modis, ut est glo. not. in extr. Ioan. uni. in uer. uacantibus, de præb. Et primo per mortem, c. susceptum, de rescrip. lib. 6. uel per renũtiationem simplicem, de præben. cap. dilecto, uel ex causa permutationis, cap. 1. & per totum tit. de rerum permut. Item per priuationem, & depositionem, cap. ex litteris, ca. grauem, de excess. prælat. Item si quis adipiscatur incompatibile beneficium pacificè, uacabit primum, cap. de multa, de præb. Item habẽs Ecclesiam parochialem, si intra annum non est promotus, est priuatus ea, & uacat, cap. licet canon. commissa, de elect. lib. 6.

64 [Et nota, † quòd fructus obuenientes tempore Ecclesiæ uacantis debent cõseruari futuro successori, uel in utilitatẽ Ecclesię conuerti, & interim custos eorum erit capitulum, quod interim potest uendere res perituras, & precia custodire, l. is cui. ff. ut in possess. legat. & postea successori plenam rationem reddere tenetur, cap. primo, de cler. ægrot.]

Et

Et hæc circa clericos quò ad beneficia.
65 Verum circa ordines sacros, † nullus clericus ad illos promouendus est, nisi habeat patrimonium assignatum, ex quo valeat absque mendicitate alimenta sibi ministrare, ne mẽdicare cogatur in ignominiam ordinis, iux. tex. in cap. Episcopus, de præben. Quod quidem patrimonium, secundum Dec. in d.c. habet priuilegia bonis Ecclesiarum à iure concessa, attamen in contrarium est veritas secundum glo. in cap. tuis, de pręben. quam sequuntur Abb. Imo. & Felyn. asserentes ex ea nihil aliud operari assignationem illam patrimonii, nisi vt eius titulo clericus sacris ordinibus insigniatur; ne mendicare cogatur in ignominiam ordinis, ita Couar. lib. 1. var. resol. cap. 4. num. 4. Quod quidem patrimonium vendi non potest, ita Domini. in cap. si Episcopus, quem sequitur Francus, num. 3. de pręb. lib. 6. & debet esse tale, quod sibi ad vitã sustentandã satis sit, Conci. Trid. sess. 21. cap. 2. Quod intellige, nisi ordinatus ad titulum patrimonij consequatur postea beneficium, nam tunc licitè poterit disponere, pro ut vult; quia cessat tunc ratio: habet enim vnde viuat. Immo voluit Franc. in d. cap. si Episcopus, quòd si or-
66 dinatus † ad titulum patrimonii non põt ex illo integraliter necessaria vitę percipere, quòd Episcopus supplere debeat, quod nota. [Et hęc quidẽ intellige, quando ordinans fuerit in culpa; ordinans illum, quem scit non habere vllum titulũ, & ignorat illum necessario requiri ad ordinem sacrum assumendum: nam tunc tenetur eum alere. Alimentorum verò appellatione veniunt omnia vitæ necessaria, cap. non liceat, de pręb. cap. aurum, cap. Ecclesiarum seruos, 12. q. 2. Si verò ordinans non fuerit in culpa, sed solus ordinandus fuerit in dolo, decipiẽdo Episcopum, dicens, quòd habebat titulũ beneficiarium, vel secularem sufficientem, & tunc remanent iura antiqua. i. cap. neminem, cap. Sanctorum, dis. 70. quæ volunt ordinatum incurrere suspensionem ipso iure, & hęc est uerior opinio, ita Ant. de Butr. in cap. non liceat, de pręb. quam probat Deci. in d. cap. num. 3. qui si celebrat, efficitur irregularis, & tunc ipsemet quęret sibi victum, ita Ant. de Butr. in c. ad hæc, num. 9. de offic. Arch. At si vterque, idest, tam ordinans, quam ordinatus sint in culpa, & tunc eo casu ordinans tenetur eum alere, & ordinatus remanet suspensus, & ita intelligitur Conc. Trident. sess. 21. cap. 2. de reform. Nauar. de temp. ordin. lib. 1. cons. 12.

Sed an teneatur Episcopus eum alere, si tempore promotionis ordinatus habet patrem diuitem, vel alium coniunctum, à quo possit exigere vitę alimenta? Dic quòd non. ita Innoc. in cap. Episcopus, de præb. colum. 2. & ratio est, quia non dicitur pauper, qui habet patrẽ diuitem, cap. 1. de magi. facit. text. in cap. clericos, 1. quęstio. 2. ibi, Quiuis parentum, aliàs propinquorum nulla suffragantur bona, ad idem tex. in cap. fin. 16. q. 1. Hoc tamen intelligendum putarem, quando pater esset diues, & filio alimenta pręstare tenebatur, quia fortè propter dignitatem non poterat filius manibus propriis victum quęrere, iux. not. per Bart. in l. si quis. §. 2. vers. sed si filius, vbi glo. in ver. ut operis. ff. de lib. agnosc. secus si filius proprio exercitio quæreret sibi uictum, quo casu non tenetur pater, nam si efficiatur clericus, & non posset artem exercere propter dignitatem clericatus, iux. tex. in cap. Ioannes, de cler. coniug. non putarem, quòd tali casu sibi prouidere teneretur: quia factum Episcopi non debet nocere patri, l. non debet, de reg. iur. Vnde eo casu Episcopus tenetur prouidere. Conclusio ergo procedit quando pater sine clericatu expensas filio omnino fecisset, ita Deci. in d. c. Episcopus, de præb. lib. 6. nu. 7. qui etiã nu. 21. inquit, quòd Episcopus prouidere tenetur ordinato habẽti plura bona in proprietatem, non autem quò ad vsumfructum, facit tex. in simili in l. fi. §. ipsum aũt. C. de bonis, quę liber. & ita cõsuluit Senis cons. 24. ubi inquit, quòd mulier licet habeat nudam proprietatem in pluribus bonis,

inops tamen reputatur, ita ut consequi valeat in bonis mariti quartam partem, ne cogatur mendicare.]

67 Clericus † vero, qui ordinatur cum patrimonio, vel alimentis promissis, vel donatis ab aliquo, pactus antequàm ordinaretur se non petiturum, postquàm ordinatus fuerit, est suspensus ab ordine, suspensione Papali: at qui post ordinationem remittit, aut retrodonat ius, aut patrimonium, quod illi fuit donatum, vel promissum absque pacto ante ordinationem facto non incurrit, argum. glossæ sing. in cap. tuis, de præben. & glossæ memor. in cap. si Episcopus, eod. titu. lib. 6. Nauar. cap. 27. num. 158. Declaratio. 1. & vers. 2.

68 [Sed quæritur, † an donatio facta à patre filio ad effectum, vt sacerdotii ordinem assequi possit, imputetur in legitimam? dic quòd sic, quemadmodum donatio propter nuptias. Si quidem hæc donatio fit vt matrimonium spirituale contrahatur ab ipso filio, sicut donatio propter nuptias fit ad matrimonium carnale, vt est communis opinio Doctorum in auth. ex testamento. C. de collat. Ita Coua. in c. Raynaldus, §. 2. nu. 7. de testa. qui tenet aduersus Io. Fabrum in §. fi. Instit. de inoffi. testam.]

69 Superest modo, † vt consideremus quibus modis simonia committatur circa beneficia. Et inuenio illam varijs modis committi posse. Primo in collatione beneficij. Secundo in resignatione, seu in renunciatione. Tertio in electione. Quarto in confirmatione. Quinto in præsentatione. Sexto in institutione. Septimo in inuestitura. Octauo in permutatione. Nono in pensione. Decimo in confidentia. Hæc autem ita inter se

70 differunt. Nam † collatio est, quæ tradit titulum beneficii, & possessionem facti, idest exercitii administrationem, de instit. cap. authoritate. Et huiusmodi beneficium, si est reseruatum Summo Pontifici, non potest ab Episcopis conferri: aut non est reseruatum sedi Apostolicæ, & tunc aut ordinarius non facit residentiã in loco proprio, & tunc non habet nisi quatuor menses; aut facit residentiam, & tũc habet alternas vices per mensem, idest, sex menses ipse, & sex Papa: nam primus mensis Papæ est Ianuarius. Secundus Februarius est Episcopi, & sic de singulis.

71 [An verò possit † Episcopus beneficium, quando non est Papæ reseruatum, illud conferre, quando esset in aliena diœcesi. Glossa in cap. nouit, de offic. deleg. Ioan. de Selua late in tract. de benefic. 3. par. q. 40. & 63. dicunt quòd sic. Immo & ipsius Episcopi vicarius habẽs ad hoc specialem potestatem conferendi beneficia, potest ea conferre etiam extra propriam diœcesim, sicut notant glo. in cap. statutum, ver. per seipsos, de præb. in 6. Domin. in c. vlt. & in cap. licet, de offic. vic. in 6. Nicolaus Boerius decis. 30. vbi scribit, ita sententia iudiciali obtentum fuisse: cuius ratio est, quia cum hæc iurisdictio voluntaria sit, exerceri potest etiam extra territoriũ, l. 2. ff. de offi. procons. Doct. in cap. nouit, de offic. legati. & in cap. pen. eod. tit. Sed quid si Episcopus beneficium vacans alicui contulerit eo die extra diœcesim, quo eius Vicarius alteri intra territorium contulit? Dic ꝙ præferendus erit, habens titulum à Prælato, etiam si Vicarius speciale mandatũ habeat ad conferendum beneficium, secundum Calder. cons. 2. de offic. vicar. An vero hæc voluntaria iurisdictio, quæ in cõferendis beneficiis exercetur, possit per Episcopos, & Prælatos intra curiam Romanam exerceri, ita ut valeant inibi commorantes beneficia conferre? Resp. quòd de Romanæ curiæ stylo est, quòd non, dum ipsi præsente Summo Pontifice curiæ adsint. Ita Præpositus in c. qui in aliquo, colum. vlt. dis. 51. Ludou. Gomez in regul. de non iudic. iux. formam suppl. quæst. 3. Andr. de Falcon. in tract. de reseru. q. 4. principali. q. 10. Qui quidem stylus est secundum ius commune, quia præsente Principe non potest exerceri iurisdictio uoluntaria. l. 2. & vlt. ff. de offic. procons.

Et

72 Et nota, quòd † collatio debet fieri purè, palam, liberè, & sine diminutione. Purè, vt nullum pactum, nulla conditio, nullus modus interueniat, 1. quęst. 2. quam pio, de pact. cap. fi. nam & modus æquipollet conditioni. capit. si infidelis, 28. q. 1. C. de legi. quæ sub modo. Immo magis obligat modus, quam conditio. Nā si is cui sub modo aliquid relinquitur caueat de ipso implendo, statim agere potest. ff. de lega. 3. l. si cui legatū. quod secus est in conditione, cuius euētus adimpletio expectanda est, ff. de condit. & demon. l. qui hęredi, §. fin. l. quibus diebus. §. fin. ff. de fideicom. liber. Quæ autem sit differentia inter causam, modum, & conditionem, notatur per Hostien. in sum. de condit. & demon. §. quid sit conditio. Palam. Alioquin suspecta habetur collatio, cap. vni. ut benefic. Eccl. l. porro. ff. de iure fis. l. ita fidei, ff. de admini. tut. cap. non existimo, 18. q. 2. vnum tamen nota, quòd licet electiones clandestinæ reprobentur, de elect. cap. quia propter, in fi. non tamen collationes: modo is, cui prouidetur, capax sit, argum. tex. in l. 1. C. de dilat. lib. 10. nam & Episcopi in suis cubiculis, paucis præsentibus, conferunt beneficia sua. Verūtamen ex diutina occultatione, & ex quibusdam aliis circunstantiis oritur suspitio contra conferentem; & sic loquitur cap. vnicum, §. 1. & seq. ut benefic. Eccl. Liberè. i. motu rationabili, & liberali, de præb. relatum, de renunc. ad supplicationem. non motu carnali, sed iudicio rationis, cap. graue, de pręben. quia non sanguine, sed vitę meritis sunt beneficia Ecclesiastica conferenda, cap. Moyses, 8. q. 1. item libero, non pecuniario. Rursum sine diminutione aliqua, quod dic vt not. per Hosti. ut Eccl. benefi. sine dimi. confer.]

73 Potest tamen † circa collationem committi simonia tali pacto. Titius ambiens beneficium impetrare, offert pecuniam, vel multa munera Episcopo conferenti, vt sibi conferat beneficium vacans, Episcopus muneribus allectus contulit illi, quęritur an sit simonia? Dic quòd sic, sed est mentalis, quare dicta collatio valida est, cum talis simoniacus non subiaceat pœnę, cap. tua nos, cap. fin. de simo. Sotus lib. 9. de iust. & iure, quęst. 8. art. 1. Quod secus esset, si ita expressè conuenissent, quia tunc realis esset. Rursum, quid si Titius non Episcopo collatori, sed eius familiari, vt secretario dedit pecuniam, ut operam daret, quòd promoueatur ad beneficium. dic secundum Innoc. quòd idem est, ac si data fuisset promotori, uel beneficij collatori, 1. q. 5. cap. pręsentium, Syluest. in uer. simonia, q. 16. uers. 3. Felyn. in cap. tanta, & Abb. in cap. nobis, de simo. qui ampliat etiam si collator esset illi collaturus. Item Sotus lib. 9. de iust. & iure, quęst. 7. articu. 3. uer. quęris autem. Secus vero si pecuniam daret familiari collatoris, uel procuratori in curia Romana, ut sollicitaret, vel ad memoriam reduceret, ita Zabar. in clemen. tuam, de ęta. & qual. Addit. ad Abbat. in c. accusatum, de simo.

74 Sed quid † si quis dat munus à manu, vel lingua porrigendo preces, uel obsequia, ut adulando alteri, verbi gratia, familiari Papę principaliter ad ineundam amicitiam cum illo, & secundario, ut impetret à Papa aliquod beneficium, cum se ad id occasio obtulerit, & postea occasione oblata sine alia illicita pactione impetrat illud ei, an sit simoniacus? Respō. secundum Nauar. capitu. 23. num. 106. vers. ad quintum, quòd non: nisi principaliter dedisset, vt pro eo rogaret Papā, vt ibi per eum. Pari ratione seruire alicui Prælato principaliter ob personæ dignitatem, ob stipendium pro victu quotidiano consequendum, at minus principaliter spe consequendi ab eo aliquod beneficium Ecclesiasticum ea spe secundo loco ab animo constituta, nulla est simonia, quemadmodum à glossa, & Doctoribus constitutum est in cap. cum essent, de simo. Sed seruire Prælato principaliter spe consequendi ab eo beneficium Ecclesiasticum, etiam non accedente expressa pactione, simonia est, ut glos. & Doct. ibi in d. cap. cum essent, adnotarunt,

tarunt, licèt ea simonia mentalis sit, & sufficit pęnitentia, c. fi. eod. tit.

75 Eodem † pacto dicendum est ex parte collatoris. Committit enim simoniam vel mentalem, vel actualem, conferendo beneficium famulo hac intentione principali, vel cum pacto expresso, vt tollatur legalis obligatio ad aliquid, quod illi debebat, vel ad satisfactionem ministerii sibi impensi. Si verò collatio beneficij fiat hac intentione, vel hoc expresso, ut tollatur obligatio moralis, & remuneratoria, quæ procedit ex honestate, & gratitudine ad remunerationem, tunc nulla committitur simonia, Couar. lib. primo, varia. resolut. cap. 20. nu. 3. & 4. faciunt quæ dicit Nauar. cap. 23. num. 109. vers. ad quartum.

76 Sed vtrum † peccet Prælatus conferendo beneficium indigno? Dic quod sic, ut not. Card. in clem. 1. de ætate, & qualitate, in fi. Quinimmo qui præficeret dignum omisso digniori, nec immunis esset à peccato, & si electio ipsa retractari nequeat, & ita intelligitur tex. in cap. monasterium, 16. q. 7. & est communis opinio. Dignus tamen in foro animę potest sine peccato beneficium possidere, Caiet. 2. 2. q. 185. art. 3. ibi in eodem articulo diligenter attende. In duobus tamen casibus uidetur non peccare Pręlatus pręponendo dignum digniori in spiritualibus. Primus secundum Butrium in c. tuam, de ętate, & qualitate, col. 2. quando omisso digniori confert beneficium consanguineo digno, cap. non satis, distin. 86. Secundum, quando pręficeret minus sanctum, minus scientem illi, qui maioris est sanctitatis, & scientię, eo pretextu, quia ille minus sciens, minus sanctus potest magis cōferre ad bonum commune, propter potentiam, & industriam secularem, & aliquid huiusmodi: & ratio est, quia & si simpliciter, & secundum se maioris dignitatis sit ille, qui abundat in spiritualibus gratię donis, tamen quia dispensationes spiritualiū magis ordinantur ad utilitatem cōmunem, secundum illud, 1. Corin. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Ideo quandoque absque acceptione personarum in dispensatione spiritualium illi, qui sunt simpliciter minus boni, melioribus pręferuntur, sicut etiam Deus gratias gratis datas quandoque concedit minus bonis, D. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 2. vers. Respondeo.

77 Simonia † etiam esset non solum conferre beneficium pro aliquo temporali munere, & obsequio seu exhibito, seu exhibendo, ac si pro pecunia: cum pecunię nomine uniuersa supponantur, quę pecunia ęstimari possint, sed etiam si conferret per munus à lingua. Exempli gratia, si quis Episcopus precibus ad temporalem utilitatem captandam inflexus sacerdotium, uel beneficium conferat, ea scilicet intentione, ut fauorem captet, ex quo sibi aliqua possit ratione collationis prouenire utilitas, ita Sotus lib. 9. de iustitia, & iure, q. 7. art. 3. Verum quia agitur de precibus, ideo sciendum est secundum Dom. Anto. de Butr. in cap. tuam,

78 nu. 7. de ętate, & qualitate, † quòd preces quędam dicuntur carnales, quędam spirituales. Preces spirituales pręsumuntur illę, quę sunt interpositę ab extraneo, & secundum Host. sunt preces patronorum, ad quos spectat potestas pręsentandi, c. cum terra, de elect. c. nobis, de iure patro. & hæ preces semper pręsumuntur interpositę pro digno, idest ut dignus promouendus sit tali dignitate. Preces uero carnales pręsumuntur tunc, quando à parente interponuntur.

79 Sed quęritur, an preces † pro se porrigere ad obtinendum beneficium sit peccatum? Resp. quod non: dummodo hęc concurrant. Primo ut preces interponēs habeat respectum ad solum Deum, & ipsius obsequium, & non ad potentias, & diuitias seculares. Secundo, quòd persona sit digna, cap. qui Episcopatum, 8. q. 1. Tertio, quòd preces interponantur ex necessitate pro beneficio simplici, vel in genere, & aliàs indiget: si autem pro curato, ideſt ut eligatur ad curam animarū, vel in Prælatum, tunc preces sunt iniu-

stæ

stæ etiam pro digno, cap. ad aures, de rescrip. 1. q. 2. clericos, 12. q. 1. illi autem. Et vt inquit tex. 1. q. 1. cap. nullus itaque, & Syluest. in ver. simonia, q. 16. vers. 3. tanquàm honoris ambitiosus eiiciédus est; nam nihil hac ambitione detestabilius, ut inquit tex. & glo. in extrauag. Ioan. unica, de præb. cum circa spiritualia uersetur, C. de episc. & cler. l. si quenquam. Vnde de hac ambitione scribit B. Bernardus; O ambitio ambientium crux, idest pœna, quomodo omnes torquens omnibus places?

80 Sed iterum quæritur, † an Episcopus apparente digniori, peccet, si promoueat non digniorem, sed consanguineum dignum? Dic quod nó, dummodo dignus existat, & sit pauper, quia huic prouidere tenetur, facit tex. in cap. non satis, 86. distin. Sed utrum preces interponens sit simoniacus, si intendat in aliquo obligari promouenti? Resp. quod sic, si obligatio esset legalis, uel si intendit exonerare illum, quem rogat, ab aliquo seruitio, quod ei fecerat: quia in talibus idem est remittere, quòd dare: secus uero si remitteret obligationem naturalem tantum, ut quia collator esset obligatus ad antidora, ut inquit Nauar. in cap. 23. num. 106. ad quartum.

81 Sed an † teneatur beneficiũ relinquere, qui collatori promittit centum, ut sibi conferat beneficium, nó animo emendi illud, nec soluendi centum, si beneficium obtinuerit? Dic quod non: non quidem Caietani, & Soti argumento, scilicet quia non committit simoniam, sed quia non est realis, sed conuentionalis, quæ ad relinquendum non obligat, Nauar. cap. 23. nume. 106. vers. ad 3. Et hæc circa simoniam, quæ committitur in collatione beneficii. Superest modo vt consideremus breuiter qualiter inter se differant hęc vocabula, scilicet resignatio, electio, præsentatio, confirmatio, institutio, collatio, & inuestitura vt postea videamus, quomodo in iis committatur simonia.

82 Et circa primum dico, † quod resignare est renuntiare beneficium, vel in fauorem tertiæ personæ, vel simpliciter Papæ, aut ordinario. Electio propriè est, quando canonici alicuius Ecclesiæ eligunt Prælatum, & de hac electione habetur de elect. c. 1. per totum, & definitur per Abbatem, quod est alicuius personæ ad prælationem canonicè facta uocatio. Et quod ius transferatur ex electione, vide glo. not. in c. quanto, distin. 63. Præsentatio vero propriè ad patronum pertinet, vt de iure patron. per totum, nec transfertur aliquod ius spirituale ex præsentatione, sed præsentatus, si est idoneus, debet institui per superioré, 16. q. 7. decernimus.

83 At † confirmatio propriè fit de electione: nam quia ius est translatum per electionem, non est necesse, quòd superior conferat, vel instituat, sed quod tantum confirmet electionem iam factam, vt in c. nihil, de elect. & hæc per superiorem causa cognita fieri debet, d. c. nihil. Institutio vero, & si multipliciter sumatur, tamen propriè sumitur in iure pro translatione iuris non libera à superiore facta, quando præsentatus per patronum instituitur; nam tunc superior velit, nolit, tenetur illud ius conferre in præsentatum, ex quo est idoneus. Et in hoc institutio differt à collatione, quia collatió propriè est iuris translatio libera: quia habens collationem beneficii, non tenetur conferre isti, vel illi, sed liberè cui vult, dummodo sit idoneus, vt in cap. relatum, de præb.

84 [Hinc † cum collatio beneficiorũ maximi sit momenti, & requirat sedulam, ac diligentissimam Pręlatorum examinationem, & curam, vt asserit glo. quam ibi Domin. & Franc. sequuntur in cap. ultimo, de offi. vica. sequitur, quod Romanus Pontifex perpendens rem hanc maximi esse momenti, statuit collationem beneficiorum minime esse commissam ab Episcopo Vicario, quem generalem constituit, nisi expressim eius delegatio, & commissio fiat. Sic nec eidem Vicario vi, & ratione generalis commissionis

nis censetur data potestas inquirēdi,corrigendi,aut puniendi subditorum excessus,nec priuandi quemquam Ecclesiastico beneficio,aut officio, aut administratione,cap.licet,de offic. vicar. lib. 6. Hæc etenim grauiora sunt, & maiora, quàm vt in generalem delegationem veniant. Est igitur necessaria specialis commissio collationis Ecclesiasticorum beneficiorum,nec continetur sub generali delegatione, quæ per Episcopum fit Vicario totius diœcesis. At institutionem, quæ fit ad patronorum præsentationem, potest Vicarius generalis absque speciali commissione ministrare,& impartiri, ita glo. in cap.ex frequentibus,in verbo,officialium,de instit. Rom.sing. 601. glo. in c. vltimo, de offic. vicar. in 6. Et ratio est, quia institutio non confert titulum, sed habenti iam illum, vel Vicario dat authoritatem administrandi animarum curam, iuxta glo. in c.1. de cap. mona. lib. 6. nam Vicarius Episcopi generalis absque speciali commissione potest habenti beneficium, vel eius Vicario authoritatem hanc exercendi animarū curam impartiri, secundum Imolam, & communem in d.c.ex frequentibus. Pariter ex hac causa fit quod capitulum, quod sede vacante non potest beneficia libera collatione conferre, potest vacante sede Episcopali instituere pręsentatos à patronis, ita tex.in c. 1.de instit.lib.6.]

85 Sed inuestitura propriè † ordinatur ad translationem possessionis tantum. Et hęc inuestitura fit tali pacto,verbi gratia. Dicit superior,capiendo forte annulum, vel biretum, inuestio te de tali beneficio, ita Dom. Anto.de Butr.& Imo. per illum tex.in c.litteras,de conce.pręb. & in rub.de instit.

86 Permutatio † verò licèt fiat pluribus modis, tamen quò ad nos attinet, est, quando fit permutatio, idest commutatio rei temporalis cum spirituali, vel spiritualis cum temporali. At pensio quid sit,& vnde dicatur, & qualiter differat à beneficio, & quomodo debeat cōstitui, diximus supra in tertio pręcepto,de hor. canon. Confidentia vero dicitur tractatus, cum quis confidens, quod collator conferens beneficium in personā suam, vel suorum,renuntiat beneficio,promittens aliquid collatori, Nauar. capit. 23. nume.3.

87 His igitur † breuiter explicatis, dico circa resignationem, seu renuntiationē, quòd renūtiare beneficium in fauorem alterius hoc modo, vt illi conferatur, si fiat renuntiatio in manibus Papæ, non est simonia,glo.in cap.ex parte,1.de offi. deleg. Greg.tamen XIII. permisit tantum, vt vna cum renuntiatione unius præsentetur petitio alterius, cui renuntians vellet conferre, & nota regulam Cancell. de infir. resig. quæ est 18. quæ vult,quod resignās beneficium si est infirmus, debet uiuere viginti dies à die renuntiationis. Si vero quis resignaret beneficium, vel prębendam in manu Episcopi in fauorem alterius designatæ personę,nullam simoniam committit, etiā si tractatus sit inter illos,cui debeat fieri permutatio,dumtamen se submittant dispositioni superioris, Abb.in cap. quęsitum,nu.10. de rerum permut. Io. And. in addit.ad Spec.& Goff.& glo. in clem. vni.de rerum permut.cōtra Host. Immo si esset conclusio inter partes, cui debeat fieri permutatio, modò sit sub expressa conditione,& reseruatione, possent absque peccato: ratio est, quia talis conclusio non est conclusio, cum suspendatur vsque ad superioris consensum. nec obstat tex.in cap.quæsitum, de rerum permut.quia non loquitur de tractatu permutationis, sed de ipsa permutatione, quæ nō debet expediri per partes, sed ex mero iudicis officio,ita Sylu.in ver. permutatio.2.q.5.

88 Si vero † renuntiatio principaliter fiat ea intentione,& pacto, vt alicui conferatur,vel consanguineo suo,vel consanguineo paciscentis, tūc peccatum est. Cum in conferendis beneficiis sanguinis non meritorium rationem haberi iniquum sit, & renuntiationes in spiritualibus liberè,& simpliciter fieri debent,no. in c.

ex

ex parte, el primo, de offi. dele. Immò peccatum est simoniæ, tex. cum glo. in d.c. ex parte. Abb. in c. cum vniuersorum, de rerum permut. qui dicit hoc esse menti tenendum.

89 Et † ratio est, quia simonia non solum committitur cum interuentu rei numeratæ, vel rei ea æstimabilis, sed etiam quādo relinquitur beneficium cum onere, quasi fiat aliquid pro precio rei spiritualis, Nauar. c.23. num. 100. vers. 2. quod duplex est.

[Hinc Abbas in c. non satis, de simo. concludit, quod adeo renunciatio beneficii debet libere fieri, ut non possit renuntiari cum onere, ut renuntians habeat pensionem. Cautela tamen est, ut ibi per eum, ut fiat renunciatio libera, & Papa ex officio eius, illam apponat. Sic etiam Episcopus potest in collatione beneficii apponere onus alimētandi illum, qui renunciauit, ut no. Pet. de Anchar. cons. 280. facit tex. in cap. nisi essent, de simo. Anto. de Butr. in cap. 2. de arbitr.]

90 Et hęc † renunciatio cum pacto, ut alicui conferatur beneficiū, dicitur simonia cōfidentiæ, cuius pęna est, quòd simul ac aliquis accipit beneficium in confidentiam, antequam impleat quod promisit, est ipso iure excommunicatus, & collatio ei facta ipso iure non ualet, & tenetur ad restitutionem omniū fructuum, quos percepit à die acceptionis, Nauar. ibi. vers. 2. Secus uerò si conferret beneficium, uel procuraret, ut alicui conferatur ea intentione, & spe, ꝙ ille aliquando cederet in fauorem alterius à se nominandi, uel sui ipsius conferentis, dummodo nullum pactum, nullus modus, & conditio apponatur, Nauar. cap. 23. nu-
91 me. 109. & 110. ver. 6. Sic etiam † multo magis simonia esset, si quis alicui beneficium resignaret pro aliqua re tēporali, verbi gratia, clericus beneficiarius non existens in sacris cupiens ducere uxorem filiam talis, promisit illi se resignaturum beneficium suo filio, si daret filiam suam in uxorem; nam tunc secuta resignatione, & collatione, ambo sunt excommunicati, & collatio est nulla, ita Rebuf. tit. quib. mod. benefi. acquir. Doct. in cap. nobis, titu. nostro. Electio
92 uero † si fit mediante pecunia, uel præsentatio, simoniaca est, uerbi gratia, si aliquam personam approbo pro beneficio aliquo: Pariter instituere, idest, conferre titulum beneficii, & inuestire, idest, tradere corporalem possessionem pro pecunia, simonia est.

93 Ita permutare, † & commutare rem temporalem cum spirituali, vel rem temporalem cum re temporali, sed admixta spirituali, ut permutare domū cum pensione licita, non est hæc permutatio, Gigas in tract. de pens. q. 33. Vt autem permutatio beneficiorum Ecclesiasticorum legitimè, & canonicè fiat, hæc requiruntur. Primò, vt permutantes habeant ius in re quæsitum, non autem ad rem, uel in spe: Quod quando dicatur, vide Nauar. in cap. 17. num. 69. Secundò, vt permutatio beneficiorum non fiat propria authoritate, sed cum authoritate ordinarii, quamuis possint inter se tractare, tamen debet fieri reseruato assensu ordinarii, c. quæsitum, de rerum permut. Tertiò requiritur, ut non admisceatur temporale cum spirituali, c. ad quęstiones, de rerum permut. Quartò, vt detur supplicatio Papæ, vel Episcopo cum permutatione beneficii causis iustis expressis, & postea fiat permutatio.

94 Circa † pensionem vero potest sic cōmitti simonia, verbi gratia, fuit tractatū inter duos de pensione imponēda super beneficio cum consensu summi Pontificis: secretò tamen tractauerunt de illa extinguenda, nulla facta mentione consensus Papæ, secuta collatione simonia est realis, Gigas in tract. pens. Quando etiam cōmittatur simonia in pensione, vide Nau. c. 23. nu. 107. ver. ad octauam.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus realis, quibus pœnis afficiatur, num. 5.*

2 *Intellectus extr. Cum primum, de simonia*

Pii

Pii V. vt simoniacus sit inhabilis ad futura beneficia.

3 *Beneficum per simoniam ignoranter commissam adeptum, renuntiandum.*

4 *Simoniacus in beneficio occultus cum Episcopi dispensatione, an illud idem possit adipisci.*

5 *Simonia realis in ordine, & beneficio, duplex differentia.*

6 *Proxeneta, & testes in actu simoniaco excommunicationem incurrunt.*

7 *Pœnæ statuta per extrauag. in c. cum detestabile, de simo. in quibus casibus potissimum locum habeant, & nu. seq.*

De pœna simoniaci. Cap. XCVIII.

1 SImoniacus † solus realis in beneficio tenetur post sentẽtiam resignare beneficium, & restituere fructus, c. presbyter, 1. q. 1. Innoc. com. receptus in cap. cum nostris, de conces. præb. probatur in c. clericis, ne cler. vel mona. & cap. ex sororis, de exces. præla. & vtrobique Panor. Nauar. extra de simo. cons. 34. num. 2. ipso facto incurrit excommunicationem Papalem, per extr. Martini, & Eugenii, & Pauli secundi in cap. cum detestabilem, de simo. qui solum ab illo est absoluendus, vt inquit Sylu. in ver. simonia. qui si celebrat, tanquam excommunicatus irregularis est, c. 1. de sent. excommu. lib. 6. & est infamis, 15. q. 3. cap. non sanc. Inhabilis quoque ad beneficia futura, vt in eo, quod deliquit puniatur, Cathe. Neap. lib. 1. de simo. praui. c. 4. & 6.

2 [Quod intellige † durante excommunicatione, sicut quilibet alius excommunicatus, & quod simonia sit notoria, vel sit condemnatus de illa, vt patet per extrau. Pii V. Cum primum, aliàs si simonia non esset notoria, vel non esset condemnatus de illa, & simoniacus esset absolutus ab excõmunicatione, quam ob illam simoniam incurrit, tunc posset obtinere alia beneficia, ita consuluit Nauar. extra de simo. lib. 5. cons. 34. & 35.

3 Sed an collatio † facta ei, qui recepit beneficium per simoniam à se ignoratã, sit ipso iure nulla? Dic quod non. Sed bene est reprobanda, tum ex tex. in c. pen. de elect. tum ex cap. ex insinuatione, de simo. tum ex cap. de regularibus, eod. tit. quibus in iuribus habetur collationem valuisse, sed requiri renuntiationem. Hinc sequitur, quod talis ita ignoranter recipiens beneficium per simoniam, tenetur resignare beneficium, & restituere fructus extantes, non autem bona fide consumptos, quos percepit antequam habeat notitiam simoniæ, ita Nauar. extra de simo. lib. 5. cons. 60. & 61.

4 An vero † adeptus beneficium per simoniam alienam se ignorante commissam, post renuntiationẽ liberam factam post certificationem possit iterum per dispensationem Episcopi illud idem beneficium obtinere? Dic quod sic: nisi sit prælatura, cap. penul. de elect. Quod tamen aliter esset dicendum de eo, qui scienter per simoniam adipisceretur beneficium, Nauar. qui supra, cons. 34. & 35.

5 Simoniacus † verò realis in ordine est irregularis: ratio est, quia sub pœna excommunicationis latæ sententiæ est probibita ordinatio simoniaca, vt probatur per extr. secundã, de simo. & per consequens contra talem inhibitionem suscipiens ordinem est irregularis, vt est tex. & ibi expresse adnotauit Panor. in c. 1. nu. 4. de eo qui fur. ordin. susc. Quod secus est in simoniaco reali in beneficio, vt consuluit Nauar. cons. 35. num. 3. & cons. 61. num. 11. de simon. lib. 5. differt etiam in alio, quod simoniacus in ordine est etiã suspensus, simoniacus autem in beneficio solum excommunicatus, vt ibi Nauar. qui si celebrat, efficitur irregularis. Potest tamen Episcopus super illa irregularitate si occulta est, & non deducta in iudicium, dispensare, per c. 6. de reform. sess. 24. Conc. Trid. Nauar. eod. tit. cons. 56.]

6 Mediatores † quoque, qui alio modo vocantur proxenetæ, quos canon appellat

lat interemptores, cap. penult. distin. 91. glo. in c. 1. de testib. lib. 6. Et testes ex certa scientia sunt excommunicati, quamuis quò ad testes lex est etiam per vsum abrogata, vt inquit Syluest. in uer. simonia, nume. 19. uers. quarta pœna. Solus etiam Papa, vel Concilium dispensat in simonia ordinis, vel collati beneficii sciẽter acquisiti, ut habetur in d. extrauag. cum detestabile. Quod etiam procedit in ingressu religionis, cap. mandato, de simo. & Martinus V. in sua extrauag. atque tandẽ in omni simonia, vt vult Paulus II. & ita usus se habet, Sotus li. 9. q. 8. art. 2. col. 1. de iust. & iu.

7 Ex his † igitur collige has pœnas tantum locum habere in duobus casibus, idest in simonia commissa in beneficio Ecclesiastico, & in ordine sacro, per extrauag. cum detestabile. Dummodo sit realis perfecta non conuentionalis. Qui autem in alijs casibus simoniam committunt, peccant mortaliter, possunt rigidè puniri in foro exteriori, & restituere tenentur preciũ acceptum non danti: quia ambo sunt in pari causa turpitudinis; sed Ecclesiæ, in cuius iniuriam commissa est simonia, uel pauperibus, si non adest Ecclesia, D. Thom. 2. 2. q. 100. articu. 6. ad quartum.

8 [Huiusmodi † sunt simoniaci in pensione, cum pensio non ueniat appellatione beneficii, c. quamuis, de præb. lib. 6. præsertim in dispositione pœnali, qualis est extrauag. 2. de simo. argu. cap. pœnę, de pœnit. dist. 1. Item simoniaci in iure patronatus, modo non sit commissa in præsentando, ut fuit definitum in prætorio sacræ Pœnitentiariæ, ita Nauar. de simo. lib. 5. cons. 16.]

SVMMARIVM.

1 *Promouens indignum scienter ad beneficium, & eundem digniori praferens peccat, & tenetur de mala administratione, & nu. seq.*

3 *Parentes filiis, dignioribus, data optione à lege, debent relinquere.*

4 *Pralatus promouens indignum, ad qua teneatur.*

5 *Electio meliorum fieri debet ad pralaturam, & qui nam melior dicatur, vide.*

6 *Idoneum, qui minimè se nouit, si ad dignitates aspirat, peccat, & quare.*

7 *Dignitates seculares, an & quando, vel precibus, uel pecunia possint obtineri.*

8 *Dignitates, vel officia secularia, quare vendi non debeant, idq; minimè expediat.*

Sanctione Regni, quid cautum sit circa officia secularia obtinenda.

9 *Quales praficiendi essent à principibus in officiis secularibus.*

10 *Nobilitas, & scientia in primis spectanda in persona eligenda ad officia.*

11 *Electio indigni ad publica officia mortalis est, & obnoxia restitutioni.*

12 *Mutuare communitati, vel domino pro officio obtinendo, quo casu vsura sit.*

De dignitatibus, & officijs tàm Ecclesiasticis, quàm secularibus. Cap. XCIX.

DE execrabili quorundam, tam religiosorum, quàm seculariũ ambitione, circa dignitates Ecclesiasticas appetendas aliqua diximus supra, cap. 96. Modo superest,
1 vt etiam videamus, num ille, † qui scienter indignum promouet, ad beneficium peccet? Respon. quòd sic: cum contra conscientiam faciat, & sic in gehennam ædificet, 18. q. 1. §. ex his, ext. de restitut. spolia. cap. litteras. Iterum, quia ex hoc mandatur puniri, quòd non fieret, nisi peccasset, de elect. cap. nihil, de præb. graue, de æta. & qual. ex ratione, & cap. idoneorum, 24. distin. cap. tales. Item cum hoc faciat contra expressam prohibitionem canonicam, vel preceptum, ut in dictis iuribus, contra faciens peccat mortaliter, ext. de maior. & obed. cap. si quis. Nec tales canones inhibitionem, vel prę ceptũ continentes de consuetudine tolli possunt, licèt secus sit in alijs, 4. dist. §. leges.

ges. In foro contentioso tenetur promouens de mala administratione taliū promotorum, argum. de magi. conue. l. 3. ad munic. l. Lucius. §. Imperator, ext. de off. Archid. ea quæ.

2 Quinimmo † qui præficeret dignum omisso digniori, nec immunis esset à peccato, & si electio ipsa retractari nequeat, & ita intelligitur tex in cap. monasteriū, 16. q. 7. Archid, in cap. licet ergo, 8. q. 1. Dom. Ant. & Abb. in cap. constitutus, de appellat. tex. valde not. in cap. pen. de elec. lib. 6. Ad idem facit tex. in c. licet, 8. q. 1. Vbi ad prælaturam Ecclesiasticam nō eligitur, nisi qui cæteris sanctior, & doctior habetur, est etiam tex. not. in l. fœminæ. C. de secun. nupt. in vers. In quem contemplatione meritorum liberalitatis suę.

3 Vbi est † casus singularis, quòd si pater, vel mater ex legis dispositione habet electionem relinquendi certa bona alicui filiorum primi matrimonii, quem elegerit, debet eligere filium benemeritum, & est cōmunis opinio. Hinc narrat Grego. dialog. 4. cap. 9. de Paschasio, qui respondit, quòd in loco pœnali deputatus fuerat nulla alia causa, nisi quia in partē Laurentii contra Symmachum sensit in eligendo eum ad ordinem Pontificatus.

4 Quinimmo † Prælatus promouens simpliciter indignū, tenetur Ecclesiæ de mala administratione, ut supra diximus, scilicet ad interesse, quam læsit, ad similitudinē magistratus, qui minus idoneo tutelam pupilli commisit, ut not. in l. 1. §. nunc tractemus. ff de tute. & rati. distra. Ita Fe'y. in cap. si quando, de temp. ordi. colum 8. vers. de inferioribus dicēs, fixo oculo notandū contra Prælatos hodiernos, qui aliquos ordinant, aut pręficiūt officiis, vel dignitatibus indignos. Tenetur enim quis de mala electione. l. fi. §. 2. ff. nautæ, caup. stabu. Ad idem tex. cum glo. in cap. tales, distin. 23. glo. pen. in cap. ad Apostolicam, de regu. glo. singul. in l. qui cum vno, in princ. ff. de re milit. dicens, quòd Episcopus indigne promotus scienter meretur decapitari, & tex. in c. cum in cunctis. §. clerici. de elect. inquit, quòd suspensus est per triennium à beneficiis ecclesiasticis, quod intelligo, quo ad illa beneficia, quæ habet in illa Ecclesia in qua fuit facta electio, cap. si compromissarius, eo. tit. lib. 6.

5 Qualis † autem debeat eligi ad Prælaturam, tradit Hugo. Ps. 77. ad finem, scilicet, melior. Meliorem autem, seu dignum intelligo, secundum qualitatē personæ, officii, uel rei, ad quam eligitur: Talis enim potest esse dignus ad monachatum, qui est inutilis ad Abbatiam, uel Prioratum. Et talis potest esse bonus ad canonicatum, qui est malus ad decanatum, vel prælaturam, quare hoc relinquitur arbitrio boni viri. Ista est doctrina Abb. in cap. cum in cunctis, de elect. Vnde si ad eandem prælaturam, vel Episcopatum concurrant duo, quorū vnus est Theologus, alter Canonista, si in loco magis ventilantur causæ, & lites, præferendus est Canonista: quia ille est melior ad illam dignitatem; si autem pullulant hæreses, vel est locus vicinus hæreticis, præfertur Theologus: Mixtus autem præfertur vtrique, ita signāter Abb. in cap. 1. de consang. & affin. in cap. licet, 1. col. in fi. de presb.

6 Quid † autem de illo, qui se idoneum non sentit ad dignitatem, an recipiendo peccet? Dic quòd sic, ext. de elect. innotuit. §. multa, 28. dist. priusquam, 48. dist. neophytus, Receptionis enim suæ tempore debuit suam inhabilitatem patefacere, & sic non recipere, uel dispensationem obtinere, dist. 50. ex pœnitentibus. 24. dist. cap. 1. extra de corp. viti. cap. expositisti. Quisquis enim cum onere, in quo substitutus est, vires suas metiri debet, & si impar est, abstineat, & ad id cū metu etiam, cui se sufficere existimat, accedat, 1. q. 1. non est putanda. Et hęc circa dignitates Ecclesiasticas. Verum quò

7 ad dignitates seculares † sciendum est, quod si dignitates habent administrationem, vel iurisdictionem, peti precibus nō debent, & si petantur, quia inuerecundè petuntur, ii, qui petunt, tanquàm ambitiosi, & temerarij, proiici debent, l. 1. ff.

ad

ad l. Iul. de ambi. l. æstimationem. ff. de mune. & honor. eo magis si pecunia cō sequantur, vt habetur in Auth. vt Iudic. sine quoquo suffra. §. 1. Si autē sunt nudæ aliæ dignitates, possunt dari pecunia: quia aliis non nocet, l. 1. §. sed & si quis. ff. de pollicit. Et hoc si publicè fiat. Secus autem si priuatim: quia tūc præsumitur contra ementem, l. 1. C. de famo. lib. D. verò Thomas inquit, quòd vendere officia secularia licet, dummodo talibus vendātur, qui possint præsumi esse vtiles, & idonei ad talia officia exercenda, & non tanto uendātur pretio, vt recuperari nequeant, sine grauamine subditorum, & venditio sit publica, l. 1. ff. de pollicit. & fiat iis, qui cupiunt prodesse aliis, & sibi sine alterius iactura, ut inquit etiam Syl. in uer. Dignitas, q. 2. & 4. & in uer. Restitutio. 3. q. 5. uers. 4.

8 Sed † tamen non expedit ea uendere, uel quia contingit frequenter, quòd illi, qui essent magis idonei ad huiusmodi officia exercenda, sunt pauperes, ita ut ea emere non possint, uel quia etiam si sint diuites, illi, qui meliores sunt, talia officia non ambiunt, nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda: unde sequitur, quòd ut plurimum illi officia suscipiant, qui sunt peiores, ambitiosi, & pecuniæ amatores, quos etiam probabile est subditos opprimere, & etiam communitatis commoda non sic fideliter procurare. Hinc Panorm. in cap. 1. ne præl. uic. suas, inquit, quòd illa pecunia data uēditori uocatur turpe lucrum: Quapropter hodie sanctio Regni de official. parte secunda, declarat, & inhibet sub pœna priuationis officii illa ne sint uenialia, tenenturque officiales iurare non dedisse aliquid pro officio, nec per se, nec per alium. Et qui pecuniam pro officiis recepisse deteguntur, illam omnino restituere tenentur secundum dictam pragmaticam: unde ma

9 gis † uidetur expediens, ut bonos homines, & idoneos ad suscipienda officia Principes eligant, quos etiam inuitos (si necesse fuerit) compellant: quia per eorum bonitatem, & industriam maiora bona accrescent communitati, quàm de prædicta uéditione officiorum acquirere ualeant, D. Thom. Opusc. 4. cap. 24. in fi. & Opusc. 21. cap. 5. Syluest. in ver. Dominium, quæstio. 4. uersic. secundo. [Et hoc consilium dedit Moysi eius cognatus. Prouide inquit, de omni plebe uiros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit charitas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore.]

10 Qualiter † autem sint eligendi officiales, inquit Ioan. de Platea in l. prima, per illum tex. C. de hor. pub. lib. 10. quòd in electione officialis consideradā est nobilitas, idem dicit Archid. in cap. hæc autem, in fi. dist. 30. Ioan. Andr. in cap. uenerabilis, de præben. bona glos. in rubr. C. quemadmod. ciui. mu. ind. lib. 10. in Auth. de defenso. ciu. §. interim. uer. nobilioribus, colum. 3. Hinc Angelus inquit, quòd officia publica danda sunt nobilibus, & non plebeis, aut mechanicis, ita text. in l. honores, in princ. §. si is qui. ff. de decur. in l. eos. ff. eod. Vbi decurionum honoribus, plebei fungi prohibentur. Ad idem tex. in l. adsumēda. C. eod. Non enim præsumitur nobilis esse cupidus, ut plebeius, sed magis liberalis, inde ratione nobilitatis præsumitur donatio. Hinc dixit Bald. in l. prima, in fi. C. ad Velleia. quòd si mulier, quæ pro alio soluit, erat nobilis, & in dignitate, ratione suæ dignitatis, & nobilitatis præsumitur donare. Addenda est etiam nobilitati scientia. Vnde eligere debent Principes ad officia nobiles maximè litteratos, quibus, & non aliis Reipublicę gubernatio committenda est, ut probat tex. & ibi not. Angel. de Aret. in proœ. Institut. in final. uerbis. Facit text. in cap. de multa, de pręb. Vbi nobiles, & litteratos ęquiparat in dispensationibus faciendis. Hęc autem officia potest Princeps, seu Imperator auferre quando uult, Ioan. Fab. Institut. quibus mod. ius patr. potest. solui. §. cum autem, colum. secunda, uers.

sed quid si ante. Sed ex his deducuntur multa,& primo.

11 Qui publica † officia ex ignorantia crassa, vel scienter indigno contulerit, præter peccatum mortale tenetur ad restitutionem, ob maximum damnum illatum Reipublicæ, & illis, qui ex iniqua administratiione lęduntur,per regulam iuris, Qui damni causam dat, &c. & cap. fina. de iniur. [Idem constat ex rubr. C. & ff. de magistr. conue. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tute. & rati. distr. in specie adnotarunt Anchar. in clem. 1. de æta. & qualit. in fine, Felyn. in capit. si quando, numero septimo, de rescript. Ioan. Lupi. in capit. per uestras, notab. 3. §. 26. numero 11.] Quinimmo qui indignum proponit, peccat mortaliter, tametsi ille in administrando officio se optimè gerat, & nulli damnum inferat, capitu. hi quoscunque, 1. quæstio. prima. [Quia præficiens indignum, Ecclesiam, Rempublicam, pupillorum bona, & patrimonium maximo exponit periculo, quo fit, ut ex sola indigni prælatione grauiter peccet, qui eum scienter eligit, cum iniustissime hoc eligendi munus, quod iuxta rectam rationem expedire tenetur, aduersus diuinam, naturalem, & humanam legem exerceat.]

12 Secundo. Mutuare † Communitati, uel Domino pro habendo officio, ex quo speratur honor, & lucrum, D. Tho. ad Ducissam Bram. inquit, esse usuram; quod limita, si intentio sit ad lucrum principaliter. Immo si tunc officium esset spirituale, posset induci simonia, secus si intentio sit principaliter ad consequendam amicitiam, & consequenter ad officium, & lucrum, Sylu. in uer. usura, 1. quęst. 18.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficii Ecclesiastici bifariam considerantur.*

2 *Bona Ecclesiastica id oneris secum afferũt, vt quæ supersunt, eroganda sint in pauperes.*

3 *Pauperum nomine, quinam intelligantur.*

4 *Mendicitas, quomodo sit consideranda, & an vir nobilis victum tantum habens, possit dici mendicare, nu. 7.*

5 *Iudex, quæ spectare debeat in arbitranda, assignandaq; dote mulieri.*

6 *Beneficiarius, an possit ad libitum de beneficio conferre in consanguineos.*

8 *Beneficiarii, qui dicantur cum administratione, & qui simpliciter, & personaliter, & quare sic dicti.*

9 *Beneficiari, quibus comparentur.*

10 *Distributio de bonis Ecclesiæ, quæ ex consuetudine moderata esse debeat.*

11 *Beneficiarii vsuarios excedunt, sed sunt infra vsufructuarios.*

12 *Alienatio mobilium, vel immobilium præter redditus facta per clericos est mortalis.*

13 *Alienatio rei Ecclesiasticæ, vt sit licita, quæ necessaria.*

14 *Iusta causa alienandi quadruplex esse põt.*

15 *Alienatio absque solemnitate in bonum Ecclesiæ vertens, an valida.*

16 *Prælati abutentes rebus deputatis pauperibus, vel cultui diuino, vltra peccatum, tenentur ad restitutionem.*

17 *Beneficiarius nulli restitutioni obligatur propter redditus male expensos, peccat tamen, nu. seq. fallit nu. 19.*

20 *Commendatarius nullum ius, sed custodiam tantum habet, & quò ad redditus quid iuris habeat.*

21 *Beneficium sine animo promouendi ad sacros ordines obtinens, non facit fructus suos.*

22 *Beneficiarius ex eo, quod suo victui detrahit, nec peccato, nec restitutioni alligatur.*

23 *Beneficiarius nobilis, an licitè possit sibi alimenta subministrare ex redditibus, relicto patrimonio intacto, & nu. 25.*

24 *Clericus cum sufficienti patrimonio, an, & quando possit recipere beneficium.*

26 *Beneficiarius de redditibus, in suos necessarios, & de se benemeritos, conferre potest.*

27 *Beneficiarii consanguineis elargiri moderate possunt.*

Bene-

28 *Beneficiariis pro ratione personæ, licet expendere prouentus.*
29 *Beneficiarius acquisita ratione stipendii, & suæ industria pro libito erogat.*
30 *Prælatus ratione consuetudinis, an possit testari.*
31 *Impensa pro obtinendo beneficio, & pro decentia Ecclesiæ de reditibus extrahi potest.*
32 *Beneficiarius debita iniustè contracta potest de reditibus soluere.*
33 *Beneficiarius acquirens post clericatum præsumitur de rebus Ecclesiæ.*
34 *Hæres Prælati in dubio, ne bona cedant Ecclesiæ, debet probare ex alio titulo obuenisse, quam ab Ecclesia, secus si id constat, nu. seq.*
36 *Legatum ab extraneo Episcopo relictum, an intuitu Ecclesiæ videatur factum, & quid si fuerit relictũ presbytero, nu. seq.*

De fructibus beneficiorum benè, vel malè impensis. Cap. C.

1 ANimaduertendum est, quòd fructus † beneficiariorum Ecclesiasticorum iure pontificio bifariam considerantur. Quidam enim in genere constituti sunt, ut habenti beneficium titulo canonico, & legitimo competant, & reddantur. Alij vero distributione quadam velut diurnum, & horarium stipendium his, qui regulariter quotidiano ministerio in celebrandis officiis diuinis subseruiunt Ecclesiæ, distribuuntur. clement. secunda, §. illi verò, de æta. & qualit. Hinc adeò hæ quotidianæ distributiones à primis fructibus differunt, ut appellatione illorum istæ non veniant, capitu. vnico, de cler. non residen. libro 6. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. in princ. Dixi, regulariter distributiones quotidianas deberi tantum præsentibus, nisi absit pro seruitio Papæ ex indulgentia speciali, quę diceret vt illas percipere posset, ac si pręsens esset, & diuinis officiis interesset, Io. And. in gl. fi. in c. uni. de cler. non resid. in 6. & ibi Francus in ver. affuerint. Hinc declaratum est in Conc. Constan. sess. 19. q. beneficiati præsentes in Cõcilio recipient oẽs fructus, etiam distributiones, quæ dantur præsentibus: nam censentur præsentes, ut ibi. [Idem intellige in clerico ægrotante: quia satis dicitur iustè impeditus, c. 1. de cler. non resi. lib. 6. quod tamen intellige, quando infirmitas, est causa non interessentiæ diuinorum: quia sanus intererat: ut sic tãtum reintegret inquantum infirmitas priuet, Doct. in c. ad audientiam, de cler. non resid.]

2 Rursum bona † Ecclesiastica sunt subiecta oneri, ut ea, quæ ministris eius sustentatis honestè superfuerint, insumantur in pauperes, etiam si dicta bona sint diuisa, text. est in capitu. pen. §. fina. 12. quęst. 1. Vnde Greg. in cap. quia tua fraternitas, ead. q. inquit: Omne, quod superest, in necessitatibus causis piis, ac religiosis erogandum est. & distin. 44. in princip. ait Hieron. Tibi ò sacerdos, de altari viuere permissum est, non luxuriari: etenim non sunt domini, sed procuratores: quia patrimonium est Iesu Christi, cap. cum secundum, de præben. cap. Episcopus, 12. q. 1.

3 Insuper pauperum † nomine intelliguntur Ecclesię, Monasteria, aliaque opera pia, D. Thom. 2. 2. q. 185. artic. 7. ver. Respondeo, & ad secundum. Item pauperes dicuntur, qui licèt habeãt victum ad vitam seruandam, nõ tamen ad se decenter pro sua qualitate sustentandum, argum. ff. ex quibus cau. maior. l. in eadem. ff. de vsur. l. sed & si quid. gl. sing. in extrauag. Ioan. de præben. vnica, versic. qui mendicant. quæ inquit, quòd men-
4 dicitas † non est consideranda ex capite deficientiæ victus, sed iuxta personarum qualitatem. Quid enim si homo illustris genere, uel eminentis scientiæ habeat victum suum, sed iuxta decentiam suam indumenta, societatem, & alia necessaria non habeat, & solo victu sine dedecore status sui contentus esse nõ potest? negari non debet, quin iste secundum se

mendicare dicatur, argum. l. cum plures. §. cum tutor, de administra. tuto. de ędil. edic. l. cum alimenta, de iure doti. l. quæro, extra de præb. cap. de multa. §. fin. de simo. cap. & si quæstiones. Pro quo facit, quia ordo naturæ est, quòd non omnes sint æquales in corpore, in Auth. de mona. §. ordinatione, collat. 1. Vnde cum talis mendicitas non sit à iure determinata, arbitrariè erit consideranda, argum. extra de offic. delega. de causis. ff. de leg. primo, l. si domus. §. in pecunia. arbitriũ autem suum firmabit iudex secundum qualitatem personarum, per iura supradicta, ff. de testi. l. 3.

5 Hinc etiam † infertur, quòd si pater, qui dotare filiam tenetur, testamento reliquerit filiæ dotem, tunc hæres tenetur dotare secũdum illam quantitatẽ, quam æstimabit iudex in loco, qui habebit respectum ad substantiam debentis pręstare, & eius, cui est præstanda, & ad qualitatem personarum, l. si filię. ff. de lega. primo, l. quæro. ff. de iure doti. Hinc etiã

6 nepos, † vel frater beneficiarij, qui ante adeptionem dignitatis humilis erat conditionis, & si secundum suam humilem conditionem habeat vitæ necessaria, tamen modo respectu dignitatis ipsius patrui, vel fratris beneficiarij, potest dici pauper, & per consequens potest beneficiarius aliqua iusta tribuere, quibus honorificè in sua domo conspiciatur. Hoc verò, quod dandum est, debet esse tantum, quantum extraneis eiusdem qualitatis dari possit, non tamen quò superbi, vel ociosi fiant, quia hoc est reprobatum per Conc. Triden. sess. 25. capitu. 1. de reform.

7 Hinc † si unus est nobilis, qui habet alimenta, sed suam dignitatem conseruare non potest, & habet fortè puellas, quas nuptui tradere non potest, in subsidium vitæ, vel dotium, potest Episcopus, cui relicta est distributio in pauperes, aliquid illi dare tanquàm pauperi; quia licèt non sit omnino mendicans, tamen secundum statum natalium suorum aliqua sustentatione eget, & ideo inter pauperes connumeratur, casus est singul. in l. si quis ad declinandam. C. de Episco. & cleric. secundum Bald. ibi in 3. col. ver. circa tertium.

8 Præterea beneficiarios † aliquos dicimus habẽtes administrationem, aliquos uero non, sed simpliciter, & personaliter. Beneficiarij cum administratione dicuntur Prælati, vel habentes curam animarum, uel iniungendi pœnitentias, uel habentes beneficium simplex cum titulo, cui est assignata certa dos. Beneficiarii simpliciter, & personaliter sine administratione dicuntur canonici, glos. in capitu. fin. de offic. ordina. libro 6. cum qua glossa communiter transeunt Doct. ut dicit ibi Francus. Et dicuntur simpliciter, quia tantum habent beneficium, non autem dignitatem, vel personatum: sed personaliter ideò dicuntur, quia prębenda datur personæ, attamen sine administratione, quia illam non habent in Ecclesia.

Rursum, glossa in d. capit. fin. benefi-

9 ciarios † comparat vsufructuario in uita: cum vero cęperint infirmari, vsuario. Beneficiatos autem simpliciter, & personaliter vsufructuario tã in uita, quàm in morte quò ad faciendũ fructus suos, qui de ipsis possunt testari, si tamen ab intestato decederent, eis Ecclesia succederet, & ita inquit glossa, est consuetudo generalis, quę seruatur, & cum hac opinione glossę transeunt communiter Doctores, & ita seruatur, ut inquit Francus in d. cap. fin. Hanc tamen consuetudinem, ut sit ualida, dicimus non tribuere maiorem potestatem, quàm in iure inueniatur expressum.

10 Nam † licèt valeat consuetudo, ut Prę lati, & regulares possint distribuere de bonis Ecclesię, intelligitur moderatè tantum, cap. cęterum, de donat. atque est de mente Hugonis in cap. si Episcopus, 12. q. 5. dicentis ualere consuetudinem tribuentem Pręlatis facultatem testandi de aliquibus mobilibus Ecclesię, & sic in parua quantitate, non autem de omnibus mobilibus, Ioan. And, in cap. ad hęc, de

de testam. quia esset contra legem diuinam, & naturalem, cap. quæ contra, cap. mala, cap. frustra, dist. 8. Sylu. in ver. clericus, 4. q. 2. Hinc mediam opinionem tenentes affirmamus, quòd cum hæc cõsuetudo debeat regulari secundum iura, Francus vbi supra, dicimus beneficia-
11 rios † esse magis, quàm vsuarios, sed minus, quàm vsufructuarios: magis, quàm vsuarios, quia ipsi possunt in suos, & alios pios vsus de omnibus redditibus beneficiorum disponere, capit. quia Ioannes, iuncta glo. 12. q. 2. Cum vsuarii in re aliqua, in qua usum habent, nihil capere possint, præterquàm solum vsum quotidianum, Institut. de vsu, & habit. in princ. Et minus, quàm vsufructuarios; quia illi possunt liberè donare ob solam amicitiã, & liberalitatem, tàm in vita, quàm in morte, fructus suos quibuscunque voluerint. Beneficiarii verò minimè, sed tãtum ad vsum pauperum, ita Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 1. Omnino vsque decernit. Sed ex his modo deueniamus ad casuum decisiones.

12 Prima. Prælati † alienantes bona immobilia, seu mobilia, quæ non sunt redditus sine solemnitate, peccant mortaliter, tenenturque ad restitutionem, cap. sine exceptione, cum simil. 12. quęst. 2. & sunt excommunicati per extrauag. 1. de reb. Eccles. non alien.

13 [Adde tamen, † quòd in alienatione rei Ecclesiasticæ nõ solum requiritur solemnitas, idest, ut præcedat tractatus, & consilium totius populi, & quòd in ipsa alienatione interueniat totum capitulũ simul congregatum vna cum consensu superioris, & omnes de capitulo se subscribant, iux. tex. in cap. sine exceptione, 12. q. 2. sed etiam requiritur iusta causa, ita Abbas in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. in cap. nulli, de rebus Eccl. non alien. & c. 1. post Ant. de Butr. de restit. in integr. latè prosequitur Laur. de Rodulph. in repetitione c. sine exceptione, 12. quæst. 2. Alex. consi. 18. viso instrumento, lib. 8.

14 Iusta autem causa † potest esse quadruplex. Prima vrgens necessitas, vt si Ecclesia habeat debita urgentia, & non sufficerent fructus Ecclesiæ ad soluendum: nam tunc potest res Ecclesiæ pro soluendis debitis alienari, vt habetur in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. Eccl. Abb. in d. c. nulli, col. 1. Secundus casus est euidens Ecclesiæ vtilitas: nam potest alienari res Ecclesię, vt ematur alia melior, & sic fiat vtilior conditio Ecclesię. Idem dicimus in permutatione, text. est in cap. vt super. §. 1. de rebus Eccles. non alien. glo. 12. q. 2. in summa. Tertius casus est pro redemptione captiuorum, seu pro alimentis pauperis, cap. sacrorum, c. aurum, 12. q. 2. l. sancimus. C. de sacros. Eccl. Quartus est ratione incommoditatis Ecclesię, ut quia est aliqua res sterilis vel vilis, quę affert potius incommoditatem, vt quia nullus, vel modicus percipitur fructus: nam tũc posset alienari. Exemplum, quando plus expenderetur in cultura, quàm redderet de fructibus, tex. est in cap. sine exceptione, & c. terrulas, 12. q. 2. Abb. in d. cap. nulli, glo. in summa 12. q. 2. & cap. non liceat.

15 Quid autem si Ecclesia † alienat sine solemnitatibus, & faciat suam conditionem meliorem, an valeat, & sustẽtetur alienatio pro vtilitate Ecclesię, absque tamen adhibita solemnitate? In hoc sunt opiniones: nam glo. in l. cum hi. §. transactionem, ver. Alimentarius ff. de transact. & ibi Bald. & Angelus tenent, ꝙ valeat. Idem Bald. in l. contra iuris. ff. de pact. Doct. in l. vni. C. de inoffic. testam. facit tex. in l. ita constante, ff. de iure dot. Instit. de auth. tut. in princ. vbi quando authoritas requiritur in fauorem alicuius, si actus sit fauorabilis, valet, licèt illa non interuenerit; & ratio est, quia talis solemnitas in fauorem Ecclesię requiritur, & vbi adhibetur, pręsumitur, quòd actus sit in utilitatem Ecclesię, ut no. dicit Bald. in cap. 1. colum. 2. qui feud. dare poss. Alex. cons. 79. 1. libro. Si ergo constat de utilitate Ecclesię, sumus in casu claro, & non est opus coniecturis, l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. obliga. &

ideo in foro conscientiæ, ubi ueritas attenditur, ualet contractus, licèt solemnitas non interuenerit, notat Abb. in c. 1. in glos. fina. ne sede uac. Contrariam tamen opinionem tenuit glo. in l. si fundus, ff. de rebus eorum, uidelicet, quòd non ualeat alienatio etiam in fauoré Ecclesiæ sine solemnitate, & hanc partem tenent communiter Doctor. in d. l. cum hi. §. eam. de transact. reprobata ibi glo. Robertus tamen Maranta Venusinus in tract. de multipli. alien. peritissimus quidem Iureconsultus, putat sic pro concordia posse distingui, quòd aut alienatio est nulla ex defectu potestatis, vt quãdo capitulum alienat bona Ecclesiæ sede vacante, quod facere non potest regulariter, secundum Abb. & Docto. in cap. 1. ne sede vac. & tunc si Episcopus nouiter creatus vult ratificare talé alienationem, potest hoc facere, si est vtilis Ecclesiæ, & validatur contractus ex noua ratificatione Episcopi, quia totum hoc dependet ex eius arbitrio, tex. in cap. si qua de rebus, 12. q. 2. Et ita procedat prima opinio. Aut alienatio peccat ex defectu formæ, & solemnitatis omissæ, & tunc non valet, & ita procedat secũda opinio. Bene verum est, quòd potest Prȩlatus talem contractum ratificare adhibendo solemnitates, ita glo. in cap. 1. in glo. fin. ne sede vac. Innocent. in cap. 1. de his, quæ fiunt à præla. Matthes. not. 154. & tunc valebit talis contractus etiam inuito aduersario, & in hoc claudicat contractus in fauorem Ecclesiæ, ita Innoc. & com. Doct. in d. cap. 1.]

16 Secunda. Abutentes † Prælati, vel alii quibusdam specialiter deputatis pauperibus, vel capitulo, vel cultui diuino, prȩter mortale tenentur ad restitutionem, etiam si aliquid daretur in eleemosynã, nisi dent iis, quibus sunt deputata, & idem de deputatis principaliter ad hospitia, & alia opera pia, D. Thom. quodlib. 6. art. 12. ad tertium, vers. aliter, & 2. 2. quæst. 185. artic. 7. in Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 8. secus vero si abuterentur propriis patrimonialibus, vel industrialibus, vel deputatis ad mensam, idest ad eorum vsum principaliter, Sylu. in ver. Restitutio, 3. q. 5.

17 Tertia. Beneficiarius † & si malè, vanè, atque profanè notabilem reddituum quantitatem impendit, non tamen tenetur ad restitutionem; & hoc intelligitur facta diuisione bonorum inter Episcopum, & eius ministros, sicut communiter hodie sunt omnes; quia tũc dicti ministri verè sunt domini eius fructuum portionis, quæ sibi contingit, cap. peruenit, ext. de fideiussor. de cler. non resid. c. vni. §. qui vero. lib. 6. Glo. in extrauag. Ioan. 22. suscepti, de elect. Sylu. qui supra, Sotus de iust. & iu. lib. 10. q. 4. art. 3. & 4. Turrecrem. in capitu. videntes, 2. quæstio. 1.

18 Ea autem † bona specialiter vsui ministrorum deputata esse intelligo, quȩ distinctè ab iis partibus, quæ ex canonum diuisione fabricæ, & pauperibus assignatæ fuere, ministris competunt, quamuis eius sint quantitatis, quæ necessarium vsum excedant, vnde tunc si expendunt in profanos vsus, peccant mortaliter, non tamen tenentur ad restitutionem, sic D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 7. & in quodlib. 6. art. 12. Sylu. in ver. clericus, 4. q. 20. & in ver. restitutio, 3. q. 5. quorum sententia benignior est, nostrisq; temporibus admittenda ex totius Reipublicȩ Christianæ consuetudine, qua plurimum adiuuatur, vt refert Couar. in c. cum in officiis, num. 3. de testam. & tex. in cap. Episcopus, 12. q. 1. & c. 1. 12. q. 3. probant acquisita ex redditibus Ecclesiæ ad Ecclesiam pertinere. Prælatum autem per luxuriam fructus consumentem ad restitutionem non teneri, quicquid contrarium teneat Nauar. in apolog. de reddit. quȩst. 2. Monit. 7. qui vult beneficiarios in profanos vsus expendentes fructus, teneri ad restitutionem.

19 [Hoc autem intellige, † nisi quis propriæ conscientiæ stimulis ad restituendum impelleretur: nam nisi conscientia illa erronea deponatur, ad restitutionem tunc obligaretur, tex. in cap. per tuas, et

secondo,

secondo, de simo. facit tex. in cap. ad aures, de ętate, & qualitate, cap. litteras, de restit. spolia. Verum an sit unicuique liberum conscientiam deponere, diximus supra in primo lib. c. 11. vers. Quintus.] Sed utrum id, quod diximus beneficiarios facta diuisione esse dominos illius portionis fructuum, quę illis contingit,
20 procedat etiam in † commendatario? Resp. quod non, ita glo. in cap. nemo, de elect. lib. 6. Cum dicatur habere custodiā tantum, Rota in decis. 343. quia commēda non tribuit ius in beneficio, nec facit Pręlatum, sed procuratorem cum legitima administratione. Immo etiam quantumcūque haberet quis Ecclesiam commendatam in specie, ut perciperet temporalia ad sustentationem sui, tamen tenetur conseruare Ecclesiam in suo statu, & facere deseruire per numerum clericorum consuetum, & hospitalitatem tenere, & solùm tūc posset percipere superfluos redditus, deductis omnibus alijs oneribus ipsius Ecclesię, argu. cap. de Monachis, de pręb. quod inducit dominus Nic. contra dominos Cardinales, & alios habentes Ecclesias commendatas, vt refert Abb. in d. c. de Monachis.
21 Sed an † si aliquis consequitur beneficium, non intendens promoueri ad sacros ordines, faciat fructus suos? Dic quod non, ita gl. in c. commissa, §. porro, de elect. lib. 6. Vnde non potest salua conscientia tenere beneficium, & tenetur tam in foro conscientię, quàm in foro iudiciali, si de hoc constare potest, ad restistitutionem fructuum, ut no. etiam ibi Franc. num. 5.
22 Quarta. Beneficiarius, † qui de suo uictu parcius uiuendo seruat aliquid ex fructibus beneficii, non peccat, & liber est à restitutione, D. Th. 2. 2. quæst. 185. art. 7. ad secundum, Sotus de iust. & iure, lib. 10. q. 4. art. 3.
23 Quinta. Beneficiarius † nobilis potest conseruato patrimonio suo uitam ducere de redditibus Ecclesiæ, Abb. in quęst. 4. dubio 4. & in q. 3. num. 11. Immo potest disponere de illis tam in uita, quam in vltima uolūtate ad suum libitum, per tex. in c. pen. 1. q. 2. in uer. omnes. ergo tam pauperes, quàm diuites. Et in uer. stipendia, non tanquam indigentes, sed tanquam seruientes, & ista est communis opinio, ut inquit Abb. in cap. Episcopus, num. 3. de præb. sequitur Couar. de testam. cap. 1. num. 2. Sylu. in uer. 4. q. 16.
24 qui inquit, † quòd si clericus habens sufficiens patrimonium non solum secundum necessitatem naturæ, sed etiam secundum exigentiam status, & personæ, & ad eleemosynas faciendas recipit beneficium, vt bene dispenset, non peccat: modo sit dignus. Si uerò recipit illud non intendens Ecclesiæ deseruire, sed amicos ditare, & magis honorari, & delicatius uiuere, tex. in c. clericos, & seq. 1. q. 2. Imo. in d. c. clericos, dicit Ioan. quòd seruiendo Ecclesiæ, si bona eius consumit, & ex cupiditate suum patrimonium seruat, peccat mortaliter, facit tex. in c. quoniam, in fi. 16. q. 1. Aliàs autem seruiendo Ecclesiæ, licèt uiuere de Ecclesia, & suis hæredibus seruare patrimonium, secundum Innoc. in d. cap. Episcopus, & ita communiter tenent Doct.
25 Dec. uero † in cap. postulasti, nume. 16. vers. in secunda, de rescrip. tenet contra Abbatem, inquiens beneficiarium nobilem nō posse conseruato patrimonio uiuere de redditibus beneficij. Nec obstat opinio Abbatis, quæ præcipuè fundatur in duobus, & Primo, quia qui altari seruit, de altari viuere debet, c. cum secundum, de præb. quia illud intelligitur de pauperibus, ut etiam ipse Abb. inquit in d. c. postulasti, per tex. ubi est casus, in c. sacerdos, 1. q. 2. cap. penul. 1. q. 2. Nec etiam obstat, in quo habetur, quod stipendia dantur secundum merita clericorum, quia intelligitur de clericis pauperibus, & ad hoc facit ille tex. secundum ordinationem canonum. Postremo nec obstat tex. in d. c. penul. dum inquit omnes, ergo tam pauperes, quàm diuites: quia cum tex. ille in publica disputatione Patauii adduceretur, responsum fuit, quòd intelligeretur de omni-

bus, scilicet habilibus, id est pauperibus, vel de omnibus pauperibus, siue in maioribus ordinibus, id est, in sacris, siue in minoribus constitutis.

26 Sexta. Beneficiarius † iustè potest impendere redditus sui beneficii in suos, atque suorum necessarios vsus, & in remunerationem suorum de se meritorũ, iuxta seruitii meritum, ita sentit glo. in cap. res, 12. q. 1. & in cap. relatum, lo secundo, de testam. vbi Abb. num. 8. & in cap. cum in officiis, nu. 6. eod. tit. inquit, quòd etiam consanguineo diuiti potest aliquid donare ratione seruitii, scilicet, quantum satis est ad satisfaciendum obsequiis, & muneribus acceptis.

27 Septima. Potest etiam † iustè beneficiarius consanguineis donare de redditibus Ecclesiæ, vt pauperibus, ut habetur in Conc. Trid. sess. 25. de reforma. cap. 1. moderatè tamen, vt excludat indigentiam, non autem, vt apponat diuitias, Caiet. 2. 2. q. 185. art. 7. in fi. [Et non obstat tex. 1. q. 3. peruenit. vbi inquit grauius esse peccatũ dare suis, quam extraneis, quia illud intelligitur quando prouidendo consanguineis, enormiter læderet Ecclesiam. Vnde idcirco dicit peius esse dare consanguineis, id est, inde grauiorem læsionem sentit Ecclesia, sic 33. q. 2. latorem. uel dicitur grauius, id est, communius, 32. q. 7. quid in omnibus. Nam cęci sunt Prælati circa nepotes, 8. quæst. 2. dilectissimi. Vnde tantus impetus in eo omnia fundendi fuit restringendus, vt dicit lex in alio casu, ff. ad leg. Iuliam de adulter. nec in ea. Igitur cum possit beneficiarius dare consanguineis,] sequitur quod potest clericus matri impendere alimenta, cap. 1. de cohab. cler. & mulier. Sic etiam potest alere suos filios spurios, cap. cum haberet. de eo, qui dux. in matrim. quam poll. Nam licèt peccauerit eos producendo, tamé ex quo procreati sunt, licitè eis impendit alimenta, Abb. in cap. coniugatus, num. 6. de conuer. coniug. Potest etiam à fortiori dotare sorores, & filias, ita Abb. in c. peruenit, de arbit. glo. cum tex. in cap. omnino confitemur, distin. 31. dummodo indigeant, vt in d. c. omnino, & non ad pompam, vel alium statum, argum. eorum, quæ not. dist. 42. in princ. Syluest. in ver. clericus, 4. q. 15. Vnum tamen aduerte (sicut supra in præfationibus diximus) quòd aliter considerandus est status ante adeptionem dignitatis, aliter post. Nõ enim soror alicuius Archipresbiteri, quę poterat dotari ante dignitatem fratris cũ quingentis solidis, hodie post dignitaté eadé quantitate poterit dotari, facit tex. in c. de multa, in fi. de pręb.

28 Octaua. Potest † beneficiarius de beneficii sui redditibus expendere non tantum ea, quæ decentiæ, & qualitati beneficii necessaria videntur, sed etiam quæ conditionem personæ decere uidentur, seruata ratione generis, gradus, & ordinis, d. cap. de multa, in fi. & in extrauag. Ioan. xxij. execrabilis, de præb.

29 Nona. Beneficiarius † ea, quæ ratione stipendii personalis quæsiuit, ut quia erat Doctor, aut bonus scriptor, expendere potest: nam ea acquirit sibi, & non Ecclesiæ, atque potest de eis testari, cap. quia nos, & ibi Abb. nu. 3. & in cap. relatum, lo secondo, de testam. Eadem ratione dicendum est de his, quæ acquisiuit ratione dignitatis, uel officii, ut celebrando, vel confessiones audiendo, Abb. in c. cum esses, nu. 26. de testam. Sylu. in ver. clericus, 4. §. 8. & est communis, Couar. c. 1. num. 2. de testam. [Vt quia fuit capellanus alicuius Principis, qui multa sibi donauit, Hostien. cum quo resident Doct. in d. cap. quia nos, Cyn. in auth. licentia, C. de sacrosan. Eccle. Iac. Butr. in auth. presbyteros, C. de episco. & cler. Et idem in clericis, qui in certis seruitiis alicuius uniuersitatis, uel collegii conuenissent ad celebrandum, & ei assignantur certi redditus de possessionibus dictarum uniuersitatum, quia poterunt de illis testari, ex quo dantur intuitu seruitii personalis, secundum Docto. in c. pręsenti, de offic. ordin. lib. 6.

Rursum idem dicendum esset de bonis, de quibus constat, quod essent acquisita

quisita intuitu personæ, licet sint acquisita post clericatũ, ut sunt bona acquisita ex successione parentum, vel consanguineorum, siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex donatione: quia ista in dubio presumuntur acquisita intuitu personæ, d.c.quia nos, & c.relatum, de testa.

30 Pariter posset Prælatus, † vel clericus testari ratione consuetudinis, de aliquibus mobilibus Ecclesiæ in modica quantitate, argum.tex. in cap. cæterum, extra de donat. vbi refert Innoc.in cap.quia in officiis, de testam. vel de fructibus percipiendis post mortem suam anno sequenti: valeret enim talis consuetudo, vt canonicus posset de illis testari, quia tunc potius prejudicat successori, quàm Ecclesiæ, vt refert Ioan.Andr.in reg. nemo, de reg.iu.lib.6.]

31 Decima. Impendere † etiam poterit tantum, quantum dedit de rebus patrimonialibus pro obtinendo beneficio, c. iniustum, §.item, 12.q.2. c.si Episcopus, 12.q.5. Abb.in d. c. cum esses, num.31. Nec non quæ in decentiam, aut utilitatem Ecclesiç expendit, argu. tex. in cap. de Monachis, de preb. Item potest expendere ea, quæ in decentem hospitalitatem, uel in honestum conuiuium impendit, c.conuiuia, dist.44.

32 Vndecima. Beneficiarius † potest soluere debita ét iniustè contracta de redditibus Ecclesiæ, si alios patrimoniales non habet, capiendo sibi ut pauperi, Nauar.cap.25.contra Abba. qui tenet quod in debitis non potest de redditibus Ecclesiæ soluere, & per tex. in cap. peruenit, de arbit. Prima tamen opinio magis placet, tanquam æquior.

33 Duodecima. Beneficiarius † acquisita post clericatum præsumitur de rebus Ecclesiæ, & illius intuitu acquisiuisse, maxime in Prælato, glo.& Doct.in c.1. de pecu. cler. sic & uxor præsumitur acquisiuisse de bonis mariti, ut in l.etiam, C.de donatio.inter uirum, & uxorem, & sic administrator præsumitur acquisiuisse de bonis administrationis, ut uoluit glo.in l.facultas, C.de iure fis.lib.10. Vnde Prælatus de his testari non potest, nec aliquis alius administrator Ecclesiæ, nec etiam Rectores hospitalium, ut in auth.licentiam, C.de Episcop. & cler. cuius ratio est, quia ex quo Prælatus non distinxit res suas per libellum de rebus Ecclesiæ, sicut debebat, ut probatur 12.q.2. cap.manifesta, & cap.sint manifestæ, presumptio est contra ipsum, quod nullas tempore promotionis res habuerit, ex quo fuit in culpa non obseruando cautelam legis, ut uoluit Innoc. in cap. cum in officiis, de testam.

34 Hinc infert † ipse multum notabiliter, quod si ille, cui Prælatus relinquit talem possessionem etiam iure institutionis, eam occupauerit propria authoritate, quod ipse incidit in pœnam, l. si quis in tantam. C.unde ui. Vnde heredes Episcopi, siue Prelati, probare debent bona ab Episcopo sibi relicta ex patrimonio, aliove titulo, quàm ab Ecclesia obuenisse, quod suaderi potest per tex.in l.Quintus, ff.de donat.inter uir. & uxor.& in l. etiam, C.eod. tit. Couar. in c.1. nu.6. & 9.de testa. dicit communem.

35 Et hoc in dubio. Verum † si constat quòd clericus tempore promotionis habuerit aliquid, illud erit heredis, non autem Ecclesiæ, quare deberet clericus illo tempore, quo promouetur, facere inuentarium. Sed dubium est, an id, quod dictum est de bonis acquisitis, locũ habeat in promissis factis Prelato, & non exactis? respondet Lapus alleg. 113. quod sic, vide Boer. decis.22. Concluditur ergo, quòd si debita, seu promissa Prelato erant de proprio patrimonio, erunt hæredum: si uero erant Ecclesiæ, uel sumus in dubio, erunt Ecclesiæ.

36 [Sed quid si relictum sit legatum Episcopo ab extraneo expresso nomine Episcopi, an illud censeatur gratia Ecclesiç factum? dic quod sic, glo.in uerbo, ne est, in c.requisiuisti, extra de testam. Is etenim qui cessante affectione amicitiæ, & consanguinitatis legat Petro, quem scit esse Episcopum, censetur Ecclesiã ipsam, cui præest considerasse. Verum si extraneus

neus valde esset Prælato amicus, tunc ipsi relictum videri, & præsumi cōsentiunt omnes in d.c. requisiuisti. Est tamen necessaria amicitia magna, vt non sufficiat quæuis, ibi glo. quam valde commendat Barbat. in c. cum M. num. 14. de constit. notat Alciat. in l. late, §. amicos, ff. de verbor. significat. Et ratio est, quia amicitia consanguinitati similis est, atque idem affectionis vinculum habet, l. nemo dubitat, ff. de hæred. instit. iuncta l. si pater, C. illo titulo.

Sed legatum relictum Presbytero ab
37 eius † consanguineo ipsius contemplatione, & non Ecclesiæ relictum videtur, notat Bar. in l. 2. ff. de rebus dub. facit l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excusa. tuto. qui probat donationem factam à consanguineo militi factam censeri potius ratione sanguinis, quam militiæ, ergo. Quæ quidem amicitia cum idem sit in legato, quàm in donatione, ideo idem dicimus procedere ī donatione inter uiuos, quod in legato, ita Host. Ioan. And. Imola, nu. 33. quos sequitur Abbas in d. c. requisiuisti, contra glossam ibi.]

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ etymologia, & definitio.*
2 *Vsura mentalis, & actualis quæ.*
3 *Tantundem, quantum dedit, qui recipit, non committit vsuram, & plus etiam.*
4 *Inimico iniuriato centum soluere, vt acquiescat, an, & quo casu sit vsura, numero seq.*
6 *Spes lucri non facit vsuram, nisi ea spe potissimum mutuans ad mutuandum adducatur.*
7 *Gratior, vt nobis quis fiat ex mutuo, non modo sperare, sed etiam pacisci licet.*
8 *Mutuans respiciens aliud lucrum, præter gratiam accipientis, vsuram committit.*
9 *Sors multis modis sumitur.*
10 *Vsuram in mutuo duntaxat contingit fieri, & mutuum explicitum, implicitum ve quid sit.*
11 *Locator quare lucrum de re locata capiat sine vsura, mutuans verò non.*
12 *Lucrum prouenient ex dependentia conditionis apposita in mutuo, vel ex re propria, non est vsura.*

De vsuræ definitione. Cap. CI.

QVi de vsurarū crimine ex professo hactenus tractauere, ab vsuræ significatione, deinde à definitione, ut par est, idest à rei cognitione, negotium ipsum auspicati sunt.

1 Vsura igitur † dicitur quasi vsus rei; quia ad vsum rei pecunia datur, vel vsus æris, idest pecuniæ, quod in idem recidit cum priori, secundum Goffred. & Host. vel morsus dicitur, [eo quòd mordeat eum, qui mutuo petit ad vsuram. Vsurarius quippe non tantum quod suum est, recuperat, sed etiam mordet in propriis bonis eum, qui mutuo tradit ad vsuram, vltra sortem accipiēdo. Sicut enim canis, aut quodcunque animal mordens trahit secum id, quod mordet, ita pecunia tradita ad vsuram trahit secum aliam partem minorem, veluti morsum suum ex aliena substantia. Hinc Bald. cons. 44. inci. ius naturale, lib. 3. inquit, quòd usurarius similis est vermiculo ligni, qui ad tactum lenis apparet, sed dentes habet ita durissimos, quòd omne lignum rodit, & deuorat: sic usurarius est vermis, patrimonium eius rodens, qui ab eo suscipit pecuniam mutuatam sub vsuris.]

Vsura uero omissis aliis definitionibus, traditis ab Innoc. in cap. 1. eod. titu. & à tex. in cap. plerique, 14. quæst. 2. & à Goffr. & Host. in sum. eod. titu. §. 1. ita definiri potest. Vsura est uoluntas capiendi lucrum aliquod temporale ultra sortē causa mutui principaliter pro sola temporis dilatione prouenient. Dixi Voluntas, idest actus uoluntarius; quia peccatum eatenus est peccatum, quatenus est uoluntarium, cap. quod autem, 15. q. prima, ut econtra actus, ut sit meritorius,

rius, debet esse uoluntarius, ut docet Aug. de uera relig. cap. 4. Vnde Ambro. 15. q. 1. cap. non est, inquit: Volũtarium sibi militem elegit Dominus, & uoluntarium seruum auctionatur sibi diabolus. Item uoluntas, idest actus uoluntarius interior, uel exterior.

2 Vt hinc † colligamus usuram esse mẽtalem, de qua loquitur tex. in c. cõsuluit, extra eod. Item esse exteriorem, quam actualem quidam appellant, uerbi gratia, cum quis mutuo dat centum Titio, pacto expresse apposito, ut recipiat ex conuentione decem ultra fortẽ ipsam. Dixi Lucrum aliquod, idest omne incrementum, seu superabundãtiam, & quicquid sorti mutuatæ accedit, siue consistat in pecunia, siue in fructibus, siue quouis alio modo ultra sortem, idest capitale, c. usura, cap. plerique, 14. q. 4. de simon. cap. in tantum.

3 Hinc infertur, † quod si quis tantundem recipiat, & non plus, sicut non recipit lucrum, sic nec committit usuram: Rursum, si quis plus recipit, quam mutuauerit, si tamen tale receptum non sit ei lucrum, puta, quia aliàs erat ipsius recipientis. Pone depositarius, raptor, uel alias debitor mutuantis, recepto prius mutuo reddit cum mutuo depositum, vel rem raptam, aut alias debitam, etiam non alias redditurus, nisi ille mutuasset non est dicendus vsurã recipere, ad hoc cap. 1. eod. tit. in fi. & ratio est, quia nihil lucratur, immo etiã perdit, quia fortè lucrũ de mutuata pecunia recepisset: emit enim iste vexationem suam, c. dilectus, el 1. de simon.

4 Item infertur, † quòd si iniurias intuli Meuio, propter quod oportet me cũ maximo detrimento patrimonii mei tenere viros armatos, quare mutuo ex pacto centum ipsi Meuio, vt mihi remittat rancorem, iux. tex. in cap. fin. de pœnit. distin. 5. non autem ex aliqua charitate, qua ad ipsum ducor, vsura non est: ratio est, quia ex mutuo nullum lucrum paciscor, seu spero, sed tantum euito dãnum, quod timeo subire, idest ne vindictam de me sumat contra diuina præcepta. redimo igitur vexationem meam, d. cap. dilectus, lo 1.

5 Attamen † si mutuo, vt remittat mihi actionem iniuriarũ, vel interesse, vsura esset: quia aliquid lucri mihi accideret; cum illam posset absque peccato prosequi, cap. si quis contristatus, distin. 90. Non autem odium, d. cap. fin. de pœnit. distin. 5. Infertur etiam, quòd si debitor vsurarii mutuaret socio pecuniam eo pacto, quòd ipse restitueret usurario fortẽ & vsuras, quòd mutuans non erit vsurarius, quia nihil lucri percipit, 14. q. 3. plerique. quod tamen intellige secũdum Io. Cald. in repet. cap. 1. de usur. quãdo talis secundo mutuans socio sub dicto pacto omnino intendebat tunc satisfacere vsurario creditori suo de illa pecunia sic secundo loco dicto suo socio mutuata: quia tunc non fit pactum, ut usuras committat, sed vt euitet dãnum, unde sibi nihil accrescit, 14. q. 4. cap. si quis oblitus. ibi aliqua incrementa. aliàs si non intendebat de illa pecunia soluere creditori mutuanti, vel intendebat quidem, sed creditor nolebat recipere, quia fortè pro mutuo receperat pro sex mensibus, & vsurarius nolebat recipere ante terminum, nisi usuras totius temporis recipiat, tunc talis peccabit, & si usuras recipit, tenetur ad restitutionem. ita Io. Calder. qui supra. Dixi, Temporale.

6 Hinc fatentur † Canonistæ, quòd spes lucri non facit vsuram, quando spes illa non est principaliter mouens mutuantem ad mutuãdum, sed charitas, & amicitia, licèt secundario speret illum, cui mutuat gratiorem sibi fieri ex hoc: & ratio est, quia expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, l. 3. de leg. primo, cap. dudum, de præsumpt. Sed quòd ille, cui mutuo, sit mihi gratior, quàm si non mutuassem, hoc tacitè inest, & obligatur ad hoc obligatione quadã naturali, l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. hæred.

7 Hoc enim † naturale est, ut benefacienti benefaciamus, ut ibi: ergo sequitur, quòd istud non solum potest cogitari,

tari,& sperari,immo potest etiam per mutuantem exprimi,seu in pactum expressum deduci. Et nisi sic diceremus, vix aliquis vnquam esset mutuans, qui non esset vsurarius, qui mutuando saltē non speraret,ꝗ ille,cui mutuet ex hoc erit sibi gratior,&aliquando iterum complacebit. verū quod dicitur antidoralem obligationem posse deduci in pactum, non est uerum: quia non sequitur cōsequentia,Est naturaliter obligatus, ergo potest in pactum deduci, ut no.gl.2.in c. 1. 14. q.3.& Gof.in c.consuluit,de usur.& ratio est, quia deducere in pactum sapit spem lucri,secundum Gof.quia nascitur obligatio, & efficitur debitor ex pacto, qui ante non erat, & sic usura committitur, quia plus accipitur. Et nec obstat, de præb.c. significatum,& c.significasti, de elect.vbi contrarium uidetur decidi: quia respondetur,quòd illa onera,& debita inerant ex natura rei, & ex onere illi iniuncto: cum ergo deducantur in pactum, non est, nisi declarare, quod prius inerat.

8 At † si mutuarem, vt gratiam, & beneuolentiam habeam, sed primario sperans illa habita aliquid lucri, v.g. beneficium,castrum,vel mutuarem aduocato, vt beneuolentia capta patrocinium mihi præstet,& ob hanc causam mutuo, aliàs non mutuaturus,tūc esset vsura, ad hoc c.consuluit,de vsur.Host. in sum.

9 Dixi vltra sortem:Sors pluribus† modis capitur. Primò in bonum, vnde scriptum est, Sors cecidit super Matthiam. Secundò in malum, vnde scriptum est, Super vestem meam miserunt sortem. Tertiò capitur pro fortuna, vel euentu, vt in capitu sors.26.quæstio.2. Quartò pro sortilegio, c. primo, de sortileg.Quintò pro portione, seu hæreditate.cap.cum secundum,de præben. cap. cleros, distin. 21. has sortis species ponit glo.in proę. clem. ver. sortis. Hic autem capitur pro capitali, & principali pecunia data.

10 Dixi.Ex causa † mutui,vt ex hoc aperte intelligamus hoc crimen in aliis contractibus,quàm mutui nequaquam accidere,atque ita verum est, dummodo accipiamus mutuum, siue sit expressum, siue explicitum,siue implicitum, nam in his committi potest vsura. Est namque mutuum explicitum, quando quis expresse mutuat decem. Implicitum autem illud dicitur, quando quis venderet merces suas vltra rigidum, & summum precium illis,qui emunt ad futuram pecuniam, nā hoc pacto committitur vsura palliata: implicitum enim dicitur hoc mutuum, quia vendit quis tibi merces pro decem,perinde ac si præsentem pecuniam solueres: sed quia non es soluendo,mutuat tibi venditor breui manu illa decem, vt eadem restituas cum lucro, & superabundantia, quæ est illud summum precium.

Dixi etiam. Ex causa mutui, quia lucra, quæ proueniunt ex aliis contracti-
11 bus, puta † locatione, aliarūque rerum, non dicuntur propriè vsuræ. & si diceres,quare potest locator aliquid recipere pro re locata, & non creditor pro re fœnerata. Ioan.Andr.post Goffr. in cap. fi. eod. titu. reddit rationem, quia locator retinet dominiū rei locatæ.ff.loca. l. non enim. propter quod suæ rei ad eum pertinet dominium, sed creditor non: sed transfert illud ad debitorem, l. 2. ff. si certum peta. Item res locata consumitur,& deterioratur per vsum, & eadem res numero reddenda est, quod non est in mutuo: satis enim est, vt reddatur æquiualens.

Dixi.Pro sola temporis dilatione pro-
12 ueniens; quia si † lucrum eueniret ex dependentia conditionis appositę in mutuo, vel ex re propria, non esset vsura. Hinc ex possessione per me empta quicquid venit ex ipsa,hoc totum meum est, licet multum excederet pretium pro ea datum, vel ex mora,vel ex interesse,c.salubriter, de vsur. uel ex pœna nō fraudulenter apposita, capit. fraternitas, duodecima,quęstio.secunda, uel ex concessione pecunię ad pompam, l. 3. §. penultimo, ff. commod. uel quia suscepit probabile

babile periculum, capitu. nauiganti, de vſu. vel pro induſtria, vel cuſtodia mutuantis, non eſſet vſura: quia lucrum non veniret ex ſola temporis dilatione, ſed ex aliquo prædictorum.

SVMMARIVM.

1 *Vſura duplex.*
2 *Vſura, omni iure prohibita, num. ſeq. & 6. eſtq́; indiſpenſabilis, & quare.*
4 *Vſura non approbatur, ſed toleratur à iure ciuili.*
5 *Vſura in iure ciuili ſumitur pro intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis.*
7 *Vſura, quibus ex cauſis prohibita ſint.*

De vſura ab omni iure prohibita, & quare. Cap. CII.

1 Cum vſura duplex † ſit, alia, de qua Dominus, Luc. 19. inquit, & ego veniens cum vſuris exegiſſem illam, & hanc, abſit, vt dicamus iniquam eſſe, ſed maxime æquam, cum ſit ſuperexcreſcentia ſpiritualium bonorũ, quam exigit Deus volens, vt in bonis acceptis ab eo ſemper proficiamus, ita D. Thom. 2. 2. quęſt. 78. artic. 1.

2 Alia † à legiſtis, quæ appellatur fœnus, quod eſt illud lucrum, quod accipitur ex mutuo, & talis vſura eſt peccatum mortale: tum quia ſpecies eſt homicidij ſpiritualis, quia deuorat facultates hominum, cap. 1. de vſur. lib. 6. tum quia ſpecies eſt furti, cum per eam contrectetur res aliena inuito domino. Immo inquit clem. 1. §. fin. de uſur. quod ſi quis aſſereret vſuram non eſſe peccatum mortale, eſſet hæreticus. Hæc autem omni iure reperitur prohibita. Primo à iure diuino, & in Pſalmis, & per Prophetas, & in lege Euangelica. De iure diuino, Exo. 22. Si pecuniam mutuo, vſque opprimes. Item Deuter. 23. ibi, non fœneraberis fratri tuo ad vſuram, neque fruges, neque quamlibet aliam rem, ſcilicet quæ conſiſtit in pondere, numero, & menſura. Hinc fit quod uſura eſt indiſpenſabilis, cũ ſit de iure diuino prohibita, quod procedit etiã ſi uſura erogaretur in pios vſus, c. ſuper eo, de vſur. v. g. mutuo tibi centum, cum pacto, ut nihil mihi ſoluas, ſed ut ſoluas decem pro centenario pro eleemoſyna danda pauperibus, vel pro redemptione captiuorum, facit text. in c. nolite, & c. forte. 14. q. 5.

3 Eſt † etiam prohibita per Prophetas, Vnde Pſ. 14. inquit, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. c. 2. diſt. 47. Item in lege Euangelica, quę tanquam perfectior cæteris nedum prohibet vſurã realem, ſed etiam mentalem, c. conſuluit, de vſur. & Luc. c. 5. Secundo eſt prohibita à iure canonico. 14. q. 3. per totum, & 14. q. 3. & de vſur. c. ſuper eo. Tertio in quatuor conciliis, ut habetur in cap. quantum multi. 14 q. 4. & diſt. 48. cap. 2. Quarto Imperator quoque iure nouo Authenticorum prohibet vſuras, per Authen. de Eccleſ. tit. §. 1. Quinto de iure ciuili, nam cũ Imperator in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide catho. mandat ſeruari regulas, & traditiones Apoſtolicas, & Euangelicas, ergo prohibet uſuram, cum in Euangelio ſit prohibita.

4 Sed dicis, ſi † prohibita eſt de iure ciuili, quare ſunt tot tituli. ff. & C. de vſu. Reſpon. quod iura ciuilia nõ approbant vſuras, ſed tantum impunitas relinquũt, ſicut & cætera crimina. verbi gratia, Impunitum relinquit maritum interficientem vxorem in flagranti crimine depræhenſam, l. Gracchus. C. de adult. Item lupanaria ad euitanda maiora mala: & ratio eſt, quia finis legis ciuilis eſt conſeruare pacem, & quietem Reipublicæ. At finis legis pontificiæ eſt conſulere hominum conſcientiis, & animarum ſaluti, iux. D. Thom. 2. 2. quęſt. 78. art. 1. ad 3. Card. cle. unica, nu. 4. de uſur. Nonnunquam etiam capiuntur uſuræ in iure ciuili pro intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis. Ita Bar. in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide cath.

Hinc

5 Hinc † per titulum, C. de vsur. pupil. prouisum est, ut quotiescunque tutor, vel curator est in mora expendendi pecunias pupillares in honestam industriã, & negotiationem, & eas in propriam cõuerterit vtilitatem, teneatur ad vsuras pupillares, seu interesse damni emergentis, & lucri cessantis, l. tutor, qui repertorium, §. si post depositionem, & l. si tutor constitutus, ff. de administrat. tutor. Hinc etiam sanxit ius ciuile per titu. C. de vsur. rei iud. quod reo condemnato, & non soluente condemnationem infra quatuor menses, si non fuerit appellatũ, teneatur ad vsuras, ita Couar. lib. 3. var. resol. c. 2. in princ.

6 Sexto † prohibita est vsura secundum morales Philosophos. Vnde Cato interrogatus quid expediret patri familias, an fœnerari? Respondit quod hominem interficere. Ac si dicat: Sic contra naturam est fœnerari, ac hominem interficere.

7 Sunt † autem prohibitæ vsuræ pluribus ex causis. Prima, quia proximi, & maxime pauperes per hoc trucidantur, & depauperantur, 14. q. 4. cap. quod dicam. Secunda, ex fame, quia rustici prædia colentes potius ponerẽt pecunias ad vsuras, quàm colerent agrum, & sic fame possent perire gentes. Tertia, quia idolatria. Plus enim gentes diligerent pecuniam, quàm Deum. Quarta ex dilectione, quia tenemur diligere proximũ, sicut nosmetipsos, quod tolleretur si proximo subueniretur intuitu lucri, & non charitatis. Sexta, quia pecunia non est instituta ad germinandum, sicut nec sal, quod contrarium vult usura. ita has rationes ponit Innoc. in rubr. de vsur. Septima, quia venditur tempus, quod est commune omnibus, & æqualiter concessum est omnibus, ut per Innocen. in rubr. de vsuris.

SVMMARIVM.

1 *Manifestum quid dupliciter dicitur, & vsurarii manifesti qui, & vnde dicantur, & nu. seq.*

3 *Actuum frequentia, an, vt quis vsurarius manifestus dicatur, requiratur.*

4 *Notorium fit ex vnico actu.*

5 *Manifestus vsurarius, quis dicatur, nu. 7. & 8. & 9.*

6 *Testis etiam singularis probat contra manifestum vsurarium.*

10 *Vsurarius manifestus non absoluendus, nisi restituat, vel caueat, estq; à communione exclusus.*

11 *Vsurarius neque testari, neque donare, nisi seruata forma cap. quamquam, de vsuris, neque codicillos facere potest, & numero 13.*

12 *Cautio per vsurarios præstanda, vt sit idonea, qualis esse debeat.*

14 *Testamentum vsurarii ipso iure nullum, an fauore piæ causæ valere possit.*

15 *Vsurarii, quibus bonis priuentur.*

16 *Vsurarius non ex solo pacto, sed ex actis vsuris in pœnas prolabuur.*

De pœnis statutis contra vsurarios. Cap. CIII.

Est adeò vsuræ crimen execrabile, vt non solum illa prohibita sit omni iure, sed etiam præter animę damnationẽ, ac perditionem, iuxta tex. in c. 1. de vsur. lib. 6. Canones multiplices pœnas statuerunt aduersus manifestos vsurarios. Sed priusquam ad illarum explicationem deueniamus, optimum erit discutere, qui sint manifesti vsurarij.

1 Manifestum † altero ex duobus modis sumitur. Vno, cum publicę omnibus videntibus aliquid fit: altero modo sumi potest pro ipso actu frequentato. Hęc autem actuum frequentia duobus in locis exerceri potest. Aut enim publicè in foro, vt qui manifestè, & palã vsuras exercent, & tenent publicè altare paratum, & mutuant omnibus sub usuris, sicut meretrix in postribulo constituta, argu. tex. in cap. vestra, c. tua, de cohab. cler. ff. de ritu nup. l. palam, in princ. Bar. in l. 2. num. 3. de fur. vel, qui credita pecunia

exigunt

exigunt ultra precium rigidum, de quorum numero vtinam hodie non inuenirentur: quandoquidem qui vendũt res, & merces credita pecunia vltra preciũ ſupremum, ſi id publice faciunt manifeſti dicuntur uſurarii notorietate facti.
2 nam non ſolum dicuntur † vſurarij, qui publicè mutuant ſub uſuris, ſed etiam hi, qui merces uendunt credita pecunia ultra pretium rigidum, Abb. in c. ad noſtram, de empt. & vendit. Bart. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonẽ, ff. de ædil. edic. Et dicuntur manifeſti ex ipſa operis euidentia, quæ nullam excuſationem affert, c. euidentia, de accuſat. Abb. conſ. 22. col. 2. verſ. item poſſet dici.
3 Alio modo † hæc actuum frequentia exerceri poteſt in domo propria, vt hi, qui domi has uſuras exercent, ita Bar. & Ang. in l. 2. ff. de fur. Abb. dicto conſ. 22. num. 3. Dom. Anton. in d. c. ad noſtram, num. 2. in fi. de empt. & uendit. qui quidem Doctores uolunt requiri aſſiduitatem, & frequentiam mutuandi, ut dicatur uſurarius manifeſtus: unde inquiũt non dici manifeſtum, qui ſemel in camera quibuſcũque uolentibus mutuauerit, quę uerba non uidentur uera, quò ad id, quod dicit, requiri plures actus, quia nullibi hoc dicitur. Vnde ſi manifeſtè ſemel mutuauit ad uſuras, uidetur ſufficere ut dicatur manifeſtus uſurarius, quia manifeſtum eſſe, non ſurgit ex frequentatione, ita quod ſine ea eſſe non poſſit, ut no. Spec. de notorio crimine, §. ſequitur de manifeſto, in princ. Non enim ponitur hoc in diffinitione manifeſti, de quo de cohabit. cler. c. ueſtra.
4 Item † etiam notorium poteſt eſſe ex uno actu, ut ſi quis coram populo interfecit hominem, notorius eſt homicida, ad hoc ff. de teſtam. l. hæredes palam, in princ. ita Card. in clem. 1. de ſepult. q. 19. Dicitur etiam manifeſtum notorietate iuris, ut per confeſſionem, uel per conuictionem, uel condemnationem iudicis, glo. in d. c. ueſtra, Abb. in c. quia in omnibus, nu. 2. de uſur.
5 Hinc † uſurarii manifeſti dicũtur hi, qui confeſſi ſunt delictum in iudicio, uel condemnati, aut conuicti teſtibus de uſuraria prauitate, glo. magiſtr. & ibi Docto. in c. 1. de uſur. lib. 6. Quod quidem intellige quo ad conuictionem, dummodo cõuictus ſit per iudicem publicatus, ut uſurarius, nam tunc facta dicta publicatione dicetur manifeſtus uſurarius, & non ante, ſecundum Angelum intelligẽtem hoc uerum, ſi ſit conuictus ad minus per duos teſtes de ueritate deponentes, argu. tex. in l. ubi numerus, ff. de teſtib. Etiam ſi teſtes deponant de ſeipſis, ſcilicet, quod ipſi receperint ſub uſuris pecuniam ab illo, & ualent tales teſtes in fauorem aliorum, tamen eis non prodeſſet, niſi poſtquam iudex declarauerit illum manifeſtum uſurarium.
6 Et † probant teſtes, eſto quod ſint ſingulares in eorum dictis, ex quo tractatur de probatione cuiuſdam uniuerſalis plura particularia cõtinentis, facit quod notat Innoc. in cap. qualiter, el ſecondo, de accuſat. & per Bal. in l. ob crimen, §. ſi teſtis, ff. de teſtib. Vbi intelligit hoc, quando agitur de probando quem manifeſtũ uſurarium, ſecus ſi tractetur de receptione uſurarum, quãdo quis repeteret iam uſuras ſolutas, quia tunc requiruntur ad minus duo teſtes concordes, ut ibi per eum, Franc. in d. cap. 1. §. 1. nume. 1. de uſur. lib. 6.
7 Manifeſtus † etiam uſurarius eſt, qui coram ſacerdote, & teſtibus publicè confeſſus eſt ſe eſſe uſurariũ, & uſuras mandauit reſtitui, forte librum rationum tradens, ita glo. ſing. in c. 2. de uſur. Sed aduerte ſecundum Bald. in l. 1. C. de ſacroſan. Eccl. quod duo requiruntur ut cenſeatur manifeſtus uſurarius, communis
8 opinio, † & fama, & actus publicè factus. Vnde ſi probaretur per duos, uel tres teſtes, quod eſſet uſurarius, ſi non probetur cõmunis opinio, uel actus publicè factus, non diceretur manifeſtus uſurarius, etiam ſi codices ſui producerentur, quod dicit ſingulariter probari per l. ſcripturas, C. qui poti. in pign.
9 Ex his infertur, quod confeſſio † facta

extra iudicium, faciet manifestum usurarium, si fiat ita publicè quod in pluriũ notitiam deueniat,& ex ea resultet communis opinio, quod sit usurarius. facit quod inquit idem Bal.in l.1. C. de testa. in fi. ubi dicit sufficere, ut dicatur quod testes sciant aliquem haberi pro manifesto, & publico usurario, licèt non uiderint fœnerari,argu.l.3.uer.publicè, ff.ad Macedo.Franc.in c.quamquam,num.4. de usu. lib. 6. His sic præiactis deueniamus ad pœnas contra ipsos statutas.

10 Quarum prima est, † quod vsurarius manifestus, qui non præstiterit cautionem sufficientem de restituendo cum pignoribus,vel fideiussoribus,quando realem restitutionem facere non poterit iis à quibus eas extorsit, si præsentes sunt, alioquin eis,qui acquirere possunt, iuxta tex.in c.quamquam, de vsu.lib. 6. vel pauperibus,nõ est absoluendus in sacramento confessionis,d.cap. quamquam.

Secunda est, quia est exclusus à sanctissima communione, cap.quia in omnibus,de vsu.& d.c.quamquam.

11 Tertia est,† vt non possint testari,nec donare causa mortis,d.cap. quamquam, in fi.Vbi dicitur,quòd testamentum est ipso iure irritum, nisi seruata forma illius capituli,quæ est,vt fiat prius restitutio, vel præstetur cautio de restituendo, nec sufficeret, quòd testator in suo testamento præciperet vsuras restitui expressa certa quantitate, vel non expressa,nisi prius fieret restitutio,vel idoneè caueret de restituẽdo hoc modo, videlicet quòd

12 præstetur † cautio illis,quibus debet fieri restitutio, si sunt præsentes, vel aliis personis, ex quibus quæratur directa actio, de quibus personis ibi per glo. in uer.possent, uel istis personis absentibus Episcopo loci,uel eius uicario,seu rectori parochiæ,in qua testator habitat, præsentibus aliquibus personis fide dignis de ipsius parochia, uel tabellioni de ipsius Episcopi mandato, & cautio debet esse idonea. [Hinc non sufficit nuda cautio,sed cum pignore,uel fideiussore, tex. est in l.si mandato Titii, §.fin. ff. mand. & ibi glo.tex.melior, de iure in l. 4. §. si sub conditione, uer. addici, ff. de fideicommi s.liber. text. iuncta glo. in uerbo idoneè,in cap. fœlicis, de pœn. in sexto, glo.in l.sancimus,C.de uerbo.significat. in glo.fin.glo.in cap.fin.de sent.excom.] & debet in cautione exprimi quantitas certa,quando de hoc manifestè apparet, aliàs debet exprimi, & moderari arbitrio recipientis illam: hęc omnia habentur in d. c.quamquam, & ibi per Doct. Vbi ampliant dictum capitulum, etiam

13 ut usurarii manifesti † non possint facere codicillos,l.1.ff.de lega.primo, ubi qui non potest testari, neque codicillari. Ampliant etiam ad quamlibet ultimam uoluntatem, ita etiam Lapus in sua alleg.123.quæ incipit,Ludi nomine. Ampliant similiter ad donationẽ causa mortis, siue ipsa donatio causa mortis fieret in ipso testamento,uel codicillis,cũ tunc naturam sapiat ultimæ uoluntatis, facit quod notat Baldus in l.hæredes palam, §.fin.ff.de testam.& in l.senium, C. qui testa.siue fiat separatim,& de per se:nam cum dispositio textus in d. capit. quamquam emanauerit in fauorem animæ, satis uidetur idem esse dicendum indistinctè in donatione causa mortis, cum sit eadem ratio. Et quia fauore animæ fit extensio legis correctiuæ etiã ex identitate rationis, ut dixit sing. Barto.in authen. sacramenta puberum, C. si aduer. uend. [Ex his igitur constat, non solum donationem causa mortis factam, in testamento ab usurario esse nullam, sed etiam si donatio fiat extra,quod intellige, quando fit omnium bonorum,uel maioris partis: tunc etenim præsumitur in fraudem canonis facta ex mente omnium,argu.l.omnes,§.Lucius, ff. quæ in frau.credi.]

14 Sed † quæritur, an eo casu, quo ultima quælibet uoluntas est ipso iure nulla, ualeat fauore piæ causæ, si in usurario manifesto appareant signa contritionis? Dominus Antonius de Butr. & Petr.de Anchar.per l.primam, C.de sasacrosanctis Ecclesi.dicunt ualidum esse.

Tamen

Tamen cogita in hoc, quia cum in dicto capitu. quamquam, in princ. dicat non sufficere, licèt vsurarius mandet restitui vsuras, nisi prius satisfaciat, uel caueat, prout ibi dicitur, & cum illud sit signũ contritionis, secundum no. per Doct. in capitu. à nobis, el secondo, de sententia excommunicat. & tamen hoc non sufficit: ergo sequitur, quòd sola signa contritionis non sufficiant, nisi seruetur forma in dicto capitu. quamquam, etiam ad pias causas, cum Doct. ut supra, teneant, quod eo casu, quo non valeret testamentum vsurarii, non valeret etiam ad pias causas. Voluit ergo Papa indistinctè seruari formam dicti capituli, quamquam, quod potuit facere ipse Papa, ut ibi per glo. in fi. & sic non obstat d. l. 1. Et hæc circa tertiam pœnam.

15 Quarta est † publicatio bonorum mobilium, & immobilium, vt in constit. Regni, vsurariorum, & statuimus.

Quinta est pœna, quòd carent Ecclesiastica sepultura, d. cap. quamquam, de usur. & clem. eos, de sepulr.

Sexta. Non possunt habitare inter fideles, & non debet eis locari domus in ciuitate, capit. primo, de vsuris, libro sexto.

Septima. Sunt ipso iure excommunicati, capit. primo, & secundo, de usur. lib. sexto, capitu. quia in omnibus, extra eodem.

Octaua, sunt ipso iure infames, 16. q. prima, infames, l. improbum, C. ex quibus cau. infa. irrog. Vnde sequitur, quod eis dignitatis portæ non patent. Et cum frater possit annullare testamentum fratris instituta persona infami, idem dicendum instituto vsurario manifesto, l. fratris, ff. de inoffic. testamen. Barto. in d. l. improbum.

16 Limitanda † tamen sunt hæc, ut hæ pœnæ non procedant in his, qui fecerunt pacta vsuraria, & fœneratitios contractus, sed nondum vsuras exegerunt. oportet igitur, vt delictum sit consummatum, ita Gem. & Franc. in cap. primo, de vsur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Vsuram, quæ ad constituendam concurrere debeant.*

2 *Mutuans pecuniam eo pacto, vt aliquid pecunia æstimabile contingat mutuanti, vsura committitur, & nu. 5.*

3 *Mutuare alicui pecuniam, quò ipsum ad suum molendinum attrahat, vsura est, & tenetur restituere, idem de eo, qui cogit, & num. seq.*

6 *Mutuare ita, vt accipiens soli mutuanti vinum nouum vendat, vsuram sapit.*

7 *Mutuans rustico, vt tempore vindemiæ præstet operam, in vsuram incidit.*

Cautelam ad euitandam vsuram vide in huiusmodi casibus.

8 *Mutuans pro beneficio, vel dignitate assequenda, vsuram contrahit, & an sub nexu restituendi, nu. seq.*

10 *Mutuans regi, quo tributorum onere leuetur, an vsuram incurrat, & quid si iudici, vel testibus ad redimendam vexationem.*

11 *Mutuare centum exigenda expensis accipientis, vsura est.*

12 *Mutuans frumentum, vt alibi recipiat, vel illud corruptum, vt nouum recipiat, vsuram admittit.*

13 *Mutuare eo pacto, vt accipiens pro pecunia merces capiat, vsurariè fit, nume. seq. & 17.*

15 *Pactum cum rege de soluendo stipendia militibus, modo decem numerentur pro centum, vsurarium est.*

16 *Mercator mutuans, quo ementes adducantur ad se, in vsura se inuoluit.*

18 *Mutuans vt mutuo accipiat, vsura est, fallit tamen, vt hic.*

19 *Mutui ratione quo casu citra vsuram aliquid recipere liceat.*

20 *Mutuare debitori decem, quo singrapham faciat etiam de alteris decem habitis, non est vsura.*

21 *Mutuans decem modios frumenti recepturus anno sequenti, & quo casu sit vsura, num. seq.*

23 *Mutuare sine expressione diei restitutionis, quando vsura committatur.*

24 *Stipendium à communitate accipere eo quod velit habere paratas pecunias pro ciuibus egentibus, non est vsura.*
25 *Mutuare alicui, vt fideiubeat, vsura est, secus si pretium accipiat, vt fideiubeat, vide num. seq.*
27 *Mutuans recipiens pignus fructiferum, an, & quando vsuram committat.*
28 *Pignori dare agrum sterilem, quem dominus cultura non erat daturus, an possit ex eo fructus capere.*
29 *Recipere ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, non est vsura.*
30 *Vsura non expresso tantum, sed & tacito pacto committitur.*
31 *Pacto nullo pracedente, pro mutuo mutuanti aliquid vltra sortem dare, an prasumatur gratis, & an recta conscientia mutuans recipiat, nu. seq.*

Quæ conditiones constituant vsuram. Cap. CIIII.

1 TRes conditiones † mutuationem vsurariam reddunt. Prima, quod id, quod expetitur sit pecunia ęstimabile. Secunda, vt ratione mutui expetatur, & non quia alias debitum, vel alia via. Tertia, vt ducatur in pactum expressum, vel tacitum. Rursum, accipere aliquid vltra sortem, idest, lucrũ ex mutuo sortis principaliter intentum, est omne, quod consistit in pondere, numero, & mensura, siue sit triticum, siue vinum, siue diuersi generis munuscula, cap. plerique, 14. quæst. 3. Sed modo ad casuum decisiones deueniamus.

2 Prima. Mutuans † pecuniam alicui, cum pacto vt sibi remutuet, vel ut pro ipso patrocinetur, vel intercedat, vel aliquid sibi scribat, vsuram committit: est enim aliquid pecunia æstimabile, ita glo. 2. c. 1. 14. q. 3. glo. in l. rogasti, §. si tibi, ff. si certum petat. Archi. in d. c. 14. q. 3. Io. Calder in c. fi. de usur.

3 Secunda. Pari ratione, mutuare † pecuniam Titio, ut sic magis uadat ad suũ molendinũ, uel scholas, quam ad aliud, uel scholas uicinorum, usura est: cũ perdere libertatem, & se alteri subiicere, sit aliquid pretio æstimabile. Ioan. à Medi. C. de restit. quæst. 4. uer. tum etiam quia mutuare, Non tamen tenetur restituere totum, quod à Titio recepit pro pensione molendini, sed tenetur restituere tantum, quantum putat sibi ualuisse illud commodum, quod recepit ex hoc, quod Titius accessit ad suum molendinum, ad quod non iuisset, si pecuniam non mutuasset, & intelligitur cõmodum concursus gentium, uel notitia, & fama, quam consequitur suum molendinum, & hoc quod Titius iuit ad ipsum, & ideo in tantum obligatus est ad restituendum, quantum putat sibi ualere illud tale commodum, quod consecutus est per Titium, non tamen restitutio debet fieri Titio, sed pauperibus, eo modo quò fit de usuris: sed si accedens ad molendinum passus est aliquod damnum, tunc bene illi fieri deberet restitutio, usque ad quantitatem illius damni, tenetur etiam rescindere cõtractum, ita Ioan. And. in quęst. mercuriali, in reg. peccatum, de reg. iu. lib. 6. Ioan. Calder. in d. c. fi. Innoc. in c. plerique, de immu. eccl. vide gl. in l. 2. ff. de calumn. & in l. 1. ff. de offi. præf. urb.

4 Et † idem dico de illo, qui cogit sua potentia molere in suo molendino homines, qui propinqui, & cũ minori amissione tẽporis possent alibi molere, quia tenetur ad restitutionẽ tanquã usurarius.

5 Tertia. Mutuare † similiter vt uadat quis ad suum furnũ, ut colat suũ agrum salua sua mercede, uel ciuitati, ut interimdum suam pecuniam non soluit, sit immunis à vectigalibus, vsura est: quia huiusmodi obligationes sunt pecunia æstimabiles, Ioan. Calder. in cap. fin. de usu. quem refert, & sequitur Petr. de Peru. in tract. de societ. 4. par. colum. 9. uer. sed nũquid si dominus. Vnde in iis casibus tenetur mutuans ad aliquam restitutionem, ut supra diximus in secunda decis. & ad dissoluendam obligationem, D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. in princ. Panor. in

c. na-

c. nauiganti, de usur. Couar. lib. 3. uaria. resolut. c. 2. Ideo ut contractus iste sit liber à uitio usuræ, minuatur pretium, id est, ut pro aliquo minori pretio accedat ad furnum, uel colendum agrũ, uel molendum, quia illa pretii diminutio succedit loco damni.

6 Quod idem dicendum est, † quando quis mutuat pecuniam alicui cũ pacto, vt accipiens teneatur uendere uinũ nouũ sibi, & non aliis, eo pretio, quo uenderet aliis, quia illa obligatio vt tibi soli, & nõ aliis teneatur vendere, est pretio æstimabilis, quare ad euitandam hanc vsuram ne mutues, sed commodes, & loco arrhæ pro anticipata solutione potes ei dare viginti, vt obligetur tibi soli vendere, & non aliis.

7 Idem dicendum, quando † quis rustico mutuat pecuniã, vt tempore suo vtatur operis suis, idest, tempore vindemię, vel messis. item ut secum conducat alios uindemiatores, vel messores, quamuis iusto pretio: quia tollit libertatem, quæ est pecunia æstimabilis: ideo vt talis contractus licite fieri possit, nulla mentio fiat de mutuo, nec re, nec uerbis, sed fiat contractus locationis, & cõductionis, id est, vt se obligent messores, vel vindemiatores dominis seruire pro iusto pretio, & domini in partem pretij, vel loco arrhæ dent ei decem, vt conducant eos, & non alios, & vt teneantur dicti messores dominis seruire, & non aliis. hanc praxim tradit Sotus, de iustitia, & iure, lib. 6. q. 1. art. 2. quod nota, quia dictæ conuentiones quotidie à dominis fiunt tempore vindemiarum, vel messium.

8 Quarta. Qui regi, † Marchioni, aut Duci mutuat centum cum pacto vt sibi conferat dignitatem, vel officium, vsuram committit: quia res est pecunia æstimabilis propter prouentus, & stipendia, D. Thom. opusc. 21. ad Duciss. Braban. Caiet. in uer. usura exterior, casu 6. & 9. Nauar. cap. 17. nu. 222. Si mutuare centum Episcopo, cum pacto vt mihi, vel cõ sauguineo meo conferat beneficiũ, usura, seu simonia usuraria est, Nauar. in tracta. de usur. num. 17. Nam quamuis beneficium sit spirituale, & per consequens nec emi, nec uendi possit, cũ non cadat in nostro commercio, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de uerbo. obligat. tamen dicitur pretio æstimabile non in se, sed propter prouentus, & redditus, qui colliguntur ex illis.

9 [Sed dubium est, † an ex illis oriatur obligatio restituendi, & cui, & quomodo? Respondetur, huiusmodi contractus triplices esse: quidam sunt, per quos aliquod lucrum ipsi mutuanti acquiritur. Exemplum, ut si quis ex mutuo assequatur beneficium aliquod, uel officium lucrosum, siue stipendium sit excessiuum, siue non, quo casu beneficium sic acceptum tenetur resignare, & in potestate eius, qui illud contulit, siue Prælatus sit, siue Princeps, aut alius Dominus temporalis reponere, ut si postea uelit, eidem libere, & sine pacto aliquo conferat. Huius ratio est, quia cum tale beneficiũ, uel officium sit usurariè acquisitũ, ideo nullum taliter acquisitũ potest licite retineri, sicut nec recipi. Fructus tamen siue reditus, atque stipendium tali officio annexum, quod ante officii resignationem acceptum est, non opus est restituere, eo quod tale stipendium ratione officii debebatur, excepto, nisi tales fructus, & reditus sint excessiui: quia tunc id, quod plus est, quàm operę, & labores impensi mereantur, restituendum est. Idem dicendum, si sit beneficium Ecclesiasticum usurariè acquisitum, quod resignandum est, & fructus recepti restituẽdi demptis laboribus, & expensis, quæ semper ueniunt defalcanda. Quidam uero contractus sunt, per quos ipsi mutuãti aliquid, quod lucro æquiparatur acquiritur. Et tunc quid facere debeat, uide sup. nu. 3. Quidam uero sunt, per quos & si lucrũ formaliter mutuanti nõ acquiratur, mutuatario tamen onus aliquod alioquin indebitum imponitur. Vt si quis ob mutuũ compellat mutuatarium actu emere res mutuantis, uel secum alium contractum inire, quem mutuatarius minime

inisset: quo casu si mutuans ratione mutui compellit mutuatarium, vt illico res aliquas emat, aut uendat, antequam pactum fiat, & tunc tenetur eum liberum relinquere, vt emat, aut uendat, si uelit. Post pactum tamen factum tenetur ad vnum de duobus, vel ad rescindendam præfatam emptionem, & uenditionem, vel in recompensam grauaminis mutuatario illati aliquid ad iudicium boni viri reddere tenetur.]

10 Quinta. Regi mutuare, † vt ab eo tributorum onere exoneretur, siue ut per priuilegium subsignatū fiat nobilis, vsuram cōmittit: quia illud est pecunia æstimabile, nisi forte in propatulo sit quòd illa tributa per iniquitatē, & tyrannidem exigantur, Sotus de iusti. & iure, lib. 6. q. 1. artic. 2. quia tunc fecit ad redimendam uexationem suam.

Hinc qui pro certo scit se habere iustā causam in aliqua lite, & dubitat ne propter potentiam partis aduersæ condemnetur, ideo mutuauit quinquaginta iudici, vt faciat ei iustitiam, vel totidem testibus, vt vera deponant, & postea restituant, nullam cōmittit vsuram, quia mutuans nihil aliud intendit, quàm redimere uexationem suam, D. Tho. 2. 2. q. 18. art. 2. Caiet. in ver. usura, 1. Sotus, de iusti. & iu. lib. 6. q. 1. art. 1. & 2.

11 Sexta. Qui † mutuat centum non in pecunia mutuata, sed cum pacto, vt illos exigat à suis debitoribus suis expensis, qui sunt difficilis exactionis, vsurarius est: quoniam illa exactio pecunia est lucrum precio æstimabile; cū sit lucrum in creditore cum damno debitoris. Caiet. in verbo vsura, vers. 10. Sotus, qui supra articu. 2.

12 Septima. Habebam † frumētum, seu oleum in Apulia: illud tibi mutuo, vt illud mihi restituas in loco conuentionis, puta, Neapo. usuram cōmitto; quoniam debitor grauatur vectura, quæ est lucrū pretio æstimabile. Sotus, d. art. 2. Eodem peccati genere reus est, qui frumentum corruptum, aut corruptioni proximum, vel uinum acidum mutuat, cum pacto, vt sibi reddat frumentum nouum, uel vinum nouum.

13 Octaua. Mercator, † qui mutuat cum pacto pecuniam, vt debitor totum mutuum, vel partem in mercibus suscipiat, vsuram cōmittit, quamuis iusto pretio uendat, quod procedit quando re vera ille mercibus nō egeret, sed cogeretur onere, ratione mutui: tum quia obligatio illa emendi æstimabilis est pecunia: tum ratione mutui, nam tunc cū maiorem copiam uendit mercator, quàm vendidisset, lucrum etiam reportat, Sotus art. 2.

14 Hinc mercatores, † qui indigenti regi stipendia militum ea ratione mutuant, ut milites in mercibus partem suscipiāt, partem uero in pecunia, maximam usuram committunt, ut pluribus rationibus demonstrat Sotus, art. 2. qui supra.

15 Pari ratione Rex, † qui suis militibus, aut famulis stipendia soluturus est intra certum tempus, & ob nummorum inopiam intra illud tempus soluere non potest, si quis cum Rege pacisceretur se illis soluturum, dummodo detur sibi plus quam aliis, eo quod soluerit, verbi gratia, decem pro centum, usuram committeret, argu. tex. in c. in ciuitate, de usuris, nisi ratione interesse ueri excusaretur: quamuis Rex dicat se gratuitò donationem illius pluris facere: cū donatio non ex liberalitate, sed ex necessitate quærendi pecuniam fiat, Nauar. capitu. 17. numero 246.

16 Mercator etiam, † qui sartori pecuniā mutuat, ut ducat emptores in sua officina ad emendum pannos, usurarius est, ob illam obligationem, qua sartor astringitur ad emendum pannos, quæ pretio æstimabilis est, Abb. in c. fi. de usur.

17 Pariter mercator, † qui dedit Meuio pecuniam, uerbi gratia, 30. 15. in pecunia numerata, & 15. in pannis, cum pacto ut teneatur restituere 30. in pecunia numerata, usuram committit: quia accedit lucrum creditori: uenduntur enim bona apotechæ, quæ fortè nunquam uendi poterant, & hoc est pretio æstimabile.

18 Nona. Qui decem † tibi mutuat, ut cū ipse

ipse indiguerit, totidem illi remutues, vsuram committit: quia illa obligatio ciuilis est pretio æstimabilis, D. Tho. 2. 2. quęst. 78. art. 2. ad quartum, Caiet. ver. usura exterior. Hinc sequitur optima regula, quod obligatio naturalis quotiescũque remanet in sua essentia, non inducit vsuram in temporalibus, nec simoniam in spiritualibus, Fely. in cap. ad audientiam, el secondo, num. 10. de rescrip. Couar. lib. 3. varia. resolu. cap. 1. num. 2.

Limitatur vero hoc vltimum dictum, vt non procedat, quando mutuum reciprocum fit eodem die, & eodem instanti: quia hoc casu nulla est usura, sed contractus innominatus, verbi gratia, do ut des, D. Tho. qui supra.

Et hęc circa primam conditionem, scilicet, vt pretio sit æstimabile.

Secunda conditio est, vt ratione mutui exigatur, ad excludendum lucrum, quod percipitur ratione laboris, vel quia illud sibi debebatur, vel ratione obligationis, aut ratione lucri cessantis, vel dãni emergentis, sicut ex infrascriptis decisionibus manifestabitur, quarum Decima in ordine est.

19 Mutuans † si ratione mutui laborem subiit ad illud recuperandum, potest aliquid in eius compensationem accipere, cap. ad nostram, in fi. de rebus Eccle. non alien. Sylu. in ver. vsura, 1. q. 32. Hinc qui aliquid accipit ob iustam mercedem laboris sui, vel famulus ea ratione, quia numerat magnam pecunię summam, vel quia capit aliquid pro sumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatã longe absenti, non peccant: quia non mutui, sed ratione laboris accipiunt, Nauar. cap. 17. num. 209. in fi.

20 Decima. Qui absque † arbitris tibi mutuo dedit decem, quia ea in iudicio negare potes, conceditur huic pro sua cautela, ne amittat illos decem, vt si uoluerit tibi mutuare alia decem, possit mutuare ea lege, vt coram tabellione sibi syngrapham subscribi faciat pro omnibus viginti: nam licet illa obligatio sit æstimabilis pecunia, ea tamen illi debebas, cauendum tamen est hoc casu debitori per redditionem chyrographi debiti, ne postea ipse, vel eius hæres petant, vel accipiant sponte solutum, idem Nauar. qui supra.

21 Vndecima. Mutuo † tibi mense Ianuarii decem modios soluendos frumẽti eodem mense sequentis anni, teneor tibi eosdem modios decem temetiri eiusdem qualitatis, siue longè maioris annona tunc ueniebat, quando tu mihi dedisti, siue longè minoris, & idem est vini iudicium, & aliarum rerum vsu consumptibilium; ratio est, quia non debeo tibi pretium ratione mutui, sed corpora in eadem specie, & qualitate, Sotus de iustitia, & iure, lib. 6. q. 1. art. 2.

22 Duodecima. Qui † mensus est frumẽtum vetustum, obligans eum, vt sibi remetiatur nouum, sciens fore melius, & maioris pretii, quàm quòd mensus fuerat tempore, quo illud mutuo dedit, usuram committit: quia petit frumentũ melioris quãtitatis, quàm illi tradidit, Sylu. ver. usura, prima, quæst. 17. secus tamen si principaliter mutuat, ne suum corrum patur, & ualet, aut valebit tanti, vel pluris tempore mutui, quàm recens sibi soluendum, Nauar. capit. decimoseptimo, num. 224.

23 Tertiadecima. Qui † mutuat non signata die, qua solui debeat pecunia, auaritiæ nota inuri potest, non autem iniustitię: siquidem expectare tempus, quando valet, vt auaritiæ euidentissimum signum est, ita iniustitia nulla est: nisi mutuans operam det indirectè, vel directè, ne debitor aliter antea soluat, quamuis possit. Sicut est diues ille, qui nolens, vt semper mense Augusti anni fertilis soluat, prædicit illi, ut illo tritico ad suam utilitatem utatur, & nullo pudore afficiatur, eo, quòd non soluerit. At uero dum pactum interuenit, ut solutio non fiat ante certum tempus, quando coniecturæ docent auctiori pretio æstimandum, usurarius contractus est, Sotus lib. 6. de iusti. & iure, q. 1. art. 2. Nauar. cap. 17. num. 225.

24 Decimaquarta. Suscipere † stipendiũ à ciuitate ea ex causa, quia obligatur se paratum esse ciuibus mutuare, quoties pecunia indiguerint, non est vsura: quia hoc non ex mutuo, sed pro obligatione accipitur, Sotus, qui supra, art. 2.

25 Decimaquinta. Mutuans † alicui, ut pro eo fideiubeat, vsurarius est: attamen si fideiussor precium recipit, ut fideiubeat, minimè vsuram committit: quia ea obligatio, qua astringitur suo nomine soluere, æstimabilis est pecunia, & ideo vendibilis, l. hoc iure, §. 1. ff. de donat. & ibi Bart. Nauar. c. 17. num. 283. L. A. in nu. 6. 7. & 8.

26 [Et hoc ratione periculi, † quod subit fideiubendo, vnde ob hoc periculum, cui quis submittitur, merces constitui iuste potest, quod probatur expressim in l. hoc iure, §. Labeo, ff. de donatio. l. si remunerandi, §. Maurus, ff. mand. Dec. cons. 7. num. 1. Dom. Sotus, lib. 6. de iustitia, & iure, quæst. 1. articu. 2. quorum opinio communis est. Verum si inspecta qualitate, & cõditione debitoris nullum fideiussori immineret periculum, hanc communem sententiam non admitterem: nam ut creditor pro officio mutui nihil potest exigere à debitore, sic nec fideiussor pro officio fideiussionis, immo multo minus, quia minus officii impendit. Verum qualitercũque sit, consultius esset ab hac pactione abstinere, vt inquit Couar. lib. 3. uaria. resolut. capit. 2. num. 6. Qui etiam inquit licitè posse creditorem à fideiussore aliquid accipere, ut eum liberet à fideiussoria obligatione, quoties dubia est exactio debitoris: alioquin si certa sit, & nullũ immineat fideiussori periculum, nequaquã.]

27 Decimasexta. Qui mutuat † recipiens à mutuatario pignus fructiferum, debet compensare fructus in sortem, cap. 1. & 2. de usur. nisi in casu in cap. conquestus, eod. titu. Vel si tantum in pignore impenderit, quantum utilitatis ex eo percipit, vel si equum paruæ utilitatis in pignus accipit cum onere alendi eum, uel domum egentem tanta, uel maiori impensa refectionis, quàm pensio eius ualeat. Extra tamen hos casus vsuram committit, qui pignore utitur, ut refert Nauar. cap. 17. num. 216. Hinc Reges, aut magnates nullatenus possunt urbibus, aut uillis, quas in pignus mutuo suscipiunt, extra sortem frui absque usuraria prauitate. Remedium tamen est, ut non recipiant, nisi eas cum pacto retrouendendi: quia tunc fructus emptoribus obueniunt, Sotus, qui supra, art. 2.

28 Decimasexta. Dans † pignori sterilem agrum, qui non erat frugifer, nec debitor colere cogitabat, & si secundum Sotum artic. 2. in fi. forte non sit condemnandus is, qui pignori accepit, & facit frugiferum, ut in sortem ducat fructus: cum nullum damnum patiatur debitor, tutius tamen est, quòd teneatur in partem solutionis fructus suos collectos ex pignore accipere, quos debitor non colligebat, ob plures rationes, quas affert Nauar. in Manua. c. 17. nu. 216.

29 Decimaseptima. Recipere † aliquid ratione lucri cessantis, uel damni emergentis, usura non est; cum non ratione mutui illud recipiatur, ut infra latius dicemus.

30 Decimaoctaua. Circa † tertiam conditionem usuræ, quòd non ducatur in pactum, aduerte, quòd non solum qui cum pacto expresso coram arbitris, uel sine arbitris mutuat, ut aliquis recipiat, usurarius est, sed etiam qui nutibus insinuat uoluntatem debitori, ut aliquid ultra sortem persoluat, usurarius est: quia inest tacitum pactum, uerbi gratia, qui mutuando sic diceret: Ecce mutuo tibi, tu scis usum, ego non habeo unde uiuam, soles esse gratus aliis, & huiusmodi, Sotus lib. 6. quæst. prima, articu. primo, colum. 2.

31 Sed quæro, † utrum dans aliquid ultra sortem creditori, qui mutuo pecuniam dedit, ubi nulla pactio interuenit, præsumatur gratis, & liberaliter dare? Item nunquid recipiens præsumatur recta conscientia, & non deprauata recipere? Ad primum resp. quod sic, ita firmat

Ioan.

Ioan. And. in reg. peccatum: & ratio est, quia cum debitor sciat se naturaliter, & ad antidora obligatum, cap. cum in officiis, de testam. de donat. cap. 1. ff. de petit. hæred. l. sed si lege, §. consuluit, videtur potius gratis, quàm coactus, & inuitus dare: & hoc potissimum cum ex tali pecunia sit gratus, & sine ulla pactione ex re mutuata multum lucratus est, vt sæpe contingit: quod quidem verum est, quando illud, quod vltra sortem dedit, fuit post debitum sortis extinctum, aliàs si duraret, præsumeretur metu repetitionis sortis id actum, argumen. eorum, quæ no. in l. si sortem, §. si quid falso, ff. de condictio. indeb. de iureiuran. cap. debitores. Vidimus enim sæpe per experientiam, quòd mutuo accipientes pecuniam sunt in tanta, & tali egestate, quòd quicquid volent creditores, facient ut dilationem habeant in restitutione sortis.

32 Ad secundum. Resp. quod sic,† quia quilibet præsumitur bonus alio non dato, & suæ salutis memor, 1. q. 7. sancimus, de homic. significasti, el secondo, uerum tales possent esse præsumptiones, quod contrarium esset dicendum in foro exteriori. Esto quòd probetur, quòd talis consueuit ad usuras mutuare. Item quòd consueuit, quotiescunque uidebat sibi nihil dari ultra sortem, mutuum, uel depositum repetere, & alteri, qui consueuit dare vltra sortem mutuare, quid iudicabis de tali, nisi malum? ita Ioan. And. in Spec. de usu. super prima forma libelli, in foro autem interiori stabitur dicto creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Interesse peti potest tam de canonico, quam de ciuili iure, & triplex est, nu. 3.*

2 *Interesse quid sit, & quid conuentum, numero seq.*

4 *Commune, & singulare interesse.*

5 *Interesse iuxta Dyn. sententiam, vnicum tantum est.*

6 *Interesse damni emergentis, & item lucri cessantis, quid; & an vtrunque debeatur tam de canonico, quam de ciuili iure, nu. seq.*

8 *Interesse ex interesse minimè peti potest.*

9 *Interesse in intrinsecum, & extrinsecum diuiditur, & quale sit vtrunque.*

10 *Casus tres, quibus præcipuè interesse debetur.*

11 *Interesse lucri cessantis, vt tuta conscientia capiatur, aliqua requiruntur, vt hic, & an fænerandi assuetudo faciat vsuram, nu. seq.*

13 *Mutuandi causa debet esse opem ferendi proximo benigna voluntas, & mutuans negotiis, quam alibi pecunias implicare magis velle debet.*

14 *Mutuanti cauendum est in primis à scandalo in paciscendo.*

15 *Scandalum quammaximè euitandum, & multa hac ratione permittuntur, quæ aliàs non permitterentur.*

16 *Scandalum mutuanti euitandum propter se ipsum, non propter restitutionem, & de cautela ad hoc.*

17 *Mutuatarium duo habere oportet, ne interesse fiat illicitum.*

18 *Lucrum verè cessare debet, vt interesse tutè capi possit.*

19 *Interesse lucri cessantis, vt tutum sit, & lucrum esse iustum, & ipsum interesse intrinsecum oportet esse, nu. seq.*

21 *Mercator ex pecunia, quam expositurus erat negociationibus, quale interesse habere possit, & an pacisci possit de certa quantitate, nu seq. & 31.*

23 *Damni cessantis circa taxationem, quæ veniant consideranda.*

24 *Inuitus, & vi adductus mutuans, vel etiã per preces importunas, licitè capit interesse, & quale, nu. seq.*

26 *Inuitus, & coactus mutuare, quis dicatur.*

27 *Preces importunæ, & vt interesse debeatur, & alia etiam, vt hic fiant, efficiunt.*

Inductus ex importunitate ad ludum, soluere non tenetur.

28 *Vxor donans marito, vel Princeps, aut Prælatus in ingressu dignitatis ob importunitatem*

nitatem aliquid concedentes, possunt renocare.

29 *Importunitas quomodo, & an probetur.*

30 *Damnum emergens, nisi mutuans deduxerit in pactum, non licitè petitur.*

32 *Emptiones censuum licitæ sunt, modo decem pro centenario non excedant; & quare.*

33 *Mercenarium ab operibus vi, vel fraude impediens, ad lucrum cessans tenetur.*

34 *Consilii prudentis est à contractu, in quo agitur de lucro cessante, abstinere.*

De interesse, siue damni emergentis, siue lucri cessantis. Cap. CV.

1 QVia interesse † certũ est, quod de iure canonico, & ciuili possit peti, vt in cap. sacro, vbi plene Docto. & per Innocen. de senten. excommun. in cap. peruenit, de fideiuss. cap. dilecti, de foro compet. cap. fin. quod metus causa, capit. constitutis, de procur. 2. quæst. prima, in primis, & 12. quæst. 2. c. si quis. Ideo quęrendum nobis est, quid sit interesse. Item quotuplex sit. Rursum, in quibus casibus iustè accipi possit.

2 Circa † primum glo. in l. prima, C. de sent. quæ pro eo, quod inter. dicit, quod est damnum emergens, & lucrum cessans, Innoc. vero in d. cap. sacro, inquit, quòd est æstimatio in pecunia numerata, quod succedit in locum cuiusque rei, si non detur, vt debet, vel facti, si non fiat, vt debet. Et hæc diffinitio bona est, ut approbat Spec. in tit. de fructibus, & interesse. vel potest dici, quod est utilitas hominis habita, vel habenda.

3 Hoc vero interesse triplex esse † tenet glo. in d. l. 1. & Innocen. in d. cap. sacro, scilicet, commune, conuentum, & singulare, l. 1. vbi glo. ff. de actio. empti. l. 3. §. vltimo, ff. de eo, quod certo loco dari oportet, & in l. libertis, in fi. ff. de re iudi.

Conuentũ est pecunia in conuentione partium promissa in defectum primę conuentionis non completæ, tex. not. in l. fin. ff de pręto. stipu. & in l. fi. ff. de condi. tritica. Exemplum, si uendis mihi domum centũ aureis, & si non tradis, promittis decem pro interesse, si promissio non est completa, potes agere ad decem ratione conuentionis.

4 Commune † interesse est æstimatio rei, quæ communiter fit apud omnes, l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcidiam, l. si seruum, ff. ad leg. Aquiliam. Vt, debebas dare mercatori equum tempore nundinarum, non das, oportet quòd ipse emat cariori pretio, teneris ad id, quod interest, quod communiter æstimarent homines ad ualorem equi, quem emit.

Interesse singulare, siue affectionis est, quod communiter plus uni, quam alteri ualet propter aliquã causam particularẽ. Vt commodaui codicem meum, quem habeo, & apostillis, & remissionibus, & scriptis refertum, si non reddis, non solum ad pretium commune teneris, sed etiam ad meam singularem utilitatem, facit tex. in l. si cui fundus, ff. de legat. primo, in l. si in emptione, ff. de minor. Alia exempla ponit Spec. in titu. de interesse, §. viso.

5 Dynus vero † in cap. mora, de regul. iur. lib. 6. dicit, vnicum tantum esse interesse, scilicet, æstimationem damni, & lucri: nam commune interesse non est propriè interesse, sed pretium commune rei, d. l. pretia rerum. Interesse vero conuentum dicitur potius pœna, quam interesse: nam si duo stipulantur, & vnus ait, Si mihi centum non dederis Kalendis Februarii, promittis mihi mille. ista mille non interesse conuentum, sed pœna erit stipulationi adiecta. An autem sit debita, uide Afflict. decis. 135. vbi pulchrè, & nos infra, & de hac materia vide Afflict. decis. 150. Interesse rursum aliud est damni emergentis, aliud lucri cessantis. Per primum amittitur aliquid de bonis habitis. Per secundum impeditur ab aliquo bono alioquin euenturo.

Damnum

6 Damnum † quippe emergens eſt detrimentum, quòd mutuator cauſa illius mutuationis patitur, ut ſi ruentes ædes reficere quis parabat, aut annonam emere in æſtate per totum annum; & ob importunas amici preces mutuat illam pecuniam, tunc præmiſſa commonefactione à mutuante mutuatario, omne damnum, quod mutuator ſine ſui negligentia patitur, dicitur damnum emergens, v. g. ſi cogitur frumentum carius emere: l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. Et hoc debetur mutuanti, quatenus intereſt non ſolum de iure ciuili, ut eſt tex. in l. curabit, vèr. ratio. C. de act. empt. ſed etiam de iure canonico, glo. in cap. conqueſtus, de vſur. in cap. peruenit, ver. indemnem, de fideiuſſ. l. ſecunda, C. de vſur. cum ſimilibus. Et iſtud intereſſe, ſiue vſura debetur ſine mora, quamuis poſſit dici, quòd etiam ſit mora ſaltem irregularis, quæ reipſa contrahitur, ut notat Barto. in d. l. curabit, facit glo in l. euictis. §. fin. ff. de vſuris. [Ratio vero, quare hoc intereſſe debeatur, eſt; quia nemo tenetur alteri cũ proprio damno beneficium facere, niſi fortè, quando illius alterius tanta eſt neceſſitas, ut teneatur homo tale damnum pro illius ſubuentione ſubſtinere, ergo tali neceſſitate ſecluſa iuſtum eſt, ut is, cui beneficium fit, ipſum benefactorem ſeruet indemnem, quod eſſe non poterit, niſi loco dãni, quod benefactor patitur, tantundem reddat eidem, & ita poterit mutuãs etiam tempore mutui paciſci de reſarciendo huiuſmodi damno.]

7 Lucrum † vero ceſſans eſt, ſi mercator pecuniam negotiationi expoſitã precibus victus mutuat: nam tunc petere poteſt, uel damnum, quod patitur, quia ſtatuto tempore non ſoluitur, vel quia lucrum, quod augere poterat, ceſſat, Nauar. in Manua. cap. 17. 211. & in tracta. de vſur. num. 40. & 41. Et hoc intereſſe etiam debetur, ut notat Innocen. in cap. ſacro, de ſenten. excommunica. Abb. in capitu. venerabilis, de except. dicit eſſe notabile, quod idem dicit in capitu. P. & G. in primo notab. de offic. delegat.

8 Sed an † intereſſe alterius intereſſe peti poſſit? videtur dicendum, quòd non: quia intereſſe ſuccedit in locum vſuræ, & uſurę vſurarum prohibetur. l. placuit. ff. de vſur. l. fin. C. eodem. ergo & intereſſe intereſſe prohiberi debet, vt ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum fit ſubrogatio. §. fuerat. Inſtitut. de actio. de quo latè ibi per Iaſo. Corn. cõſ. 155. lib. 5. vel poteſt dici, quòd aut intereſſe intereſſe eſt in magna quãtitate, aut in minima, primo caſu exigi poteſt; in ſecundo non. Vrſillus, deciſ. 291. vide tex. in l. vt nulli modo, C. de vſur.

9 Præterea intereſſe † eſt duplex, aliud intra rem, ſeu circa rẽ; aliud extra rem. Intereſſe intra rem, ſiue intrinſecum eſt illud, quod ex re ipſa prouenit, vt fructus, partus, & ſimilia. Sic textus in l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. Exemplum, mutuaſti mihi frumentum, vel vinum reddendum in feſto Paſchatis, quod non reddis, ualuit menſe Auguſto decem libris, teneris quanti plurimi valuit à tempore moræ, l. vinum. ff. ſi certum petatur. Et dicitur intereſſe intra rem, quia immediatè procedit ex re, id eſt, frumento. Extrinſecum vero eſt æſtimatio damni emergentis, ſeu lucri ceſſantis extra rem prouenientis, ut quia non tradidiſti fœnum tempore pręſtituto, quamobrem equi mei fame perempti ſunt: extra rem eſt, & non debetur, dicta l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem.

10 Rurſum ſciendum † eſt, quòd tribus caſibus pręcipuis intereſſe iuſtè debetur. Primo, quando debitor fuit in mora, Dec. conſi. 167. In cauſa, quòd coram, num. 8. volum. 1. L. P. De materia vide Afflict. deciſ. 150. Secundo, quando creditor inuitus per uim, vel per metũ mutuo dedit. Tertio, quando à principio ita fuit conuentum inter partes.

11 Poſtremo ſciendum † eſt, quòd ut poſſit tuta conſcientia exigi intereſſe lucri ceſſantis, multæ conditiones requirũtur, tam ex parte dantis mutuum, quàm

ex

ex parte recipientis, quàm ex parte lucri cessantis. Ex parte enim dantis mutuum tres conditiones requiruntur. Prima, vt
12 ipse creditor, siue mutuans † non sit solitus fœnerari, iuxt. Afflict. decis. 20. Aymon. consil. 189. quæ tamen in foro animæ non videtur necessaria, sed tantum in foro exteriori ad euitandum iudicium vsurarum, quia esto, quòd fuerit solitus fœnerari, tamen si hoc casu dedit pecuniam re uera negotiationi exponendam, licitè potest exigere interesse lucri cessantis. Ideo prima conditio in iudicio animæ est, vt verè coram Deo habeat pecuniam illam expositam industriæ, vel negotiationi, l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cer. loco, Afflict. qui supra, Sotus lib. 6. q. 1. articu. 3. Nauar. capit. 17. num. 112. circa finem, & in tracta. de vsur. nume. 54. & sequen.

13 Secunda conditio † est, ut ipse creditor mallet pecuniam suam negotiationibus occupare, quàm mutuare cum interesse: quia principalis causa mutuandi debet esse subsidium proximi indigentis, vel ut saltem habeat se indifferenter, ut non magis animus eius declinetur ad mutuum dãdum cum certo lucro, quàm ad negotiandum cum lucro incerto, ut optimè Medina, C. de restit. tit. de vsur. q. 3. conclu. 3. Caiet. ad D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1.

14 Tertia, & vltima, vt † faciat pactum sine scandalo pusillorum, & malo exemplo aliorum, nedum actiuè, sed etiam passiuè. Vnde ab omni specie scandali abstinere docet nos Apost. 1. Thess. 5. & cap. cum ab omni. de vita, & hone. cler. Afflict. decis. 20. Vnde nihil cum scandalo faciendum est, argum. text. in cap. generalis, in fi. dist. 54. & cap. 1. dist. 51. Facit tex. in cap. 1. in Conc. Trid. sess. 14. de reform. ibi, quam cum præpositorum scandalo. Hinc dixit Abb. in c. ex litteris, el pruno, de homic. posse Episcopum clericum etiam inuitum permutare à sua parochia, in qua sine scandalo stare non potest.

15 Et † adeo scandalum euitandum est, vt propter illud omittatur, quod de iure esset faciendum, cap. aliquantos, dist. 51. & propter scandalum aliquid cõceditur, quod aliàs non concederetur, cap. presbyteros, dist. 95. Hinc infertur, quòd licet irregularis occultus ante dispensationem non possit celebrare absque peccato mortali, si tamen probabiliter credit scandalum exoriri, nisi celebret, poterit licitè celebrare, secundum Nauar. c. 27. de irregul. num. 239. Quod idem dicit de Monìali incidente in censuram Papalem, & nos aliàs diximus in 1. libro, capitulo 12.

16 Hoc tamen requisitum † non est necessarium ad euitandam restitutionem, sed tantummodo ad euitandum scandalum. Vnde si quis pacisceretur de hoc interesse lucri cessantis, quamuis peccaret ratione scandali, quod est contra honestatem, & charitatem, iux. D. Thom. 2. 2. quæst. 43. in princ. non tamen teneretur ad restitutionem, cum non peccauerit contra iustitiam, ob quod solum fit restitutio, Nauar. cap. 17. num. 6. Ad euitandam tamen omnem suspicionem poterit fieri contractus tali forma, S. obligetur N. penes acta curiæ de restituendo sortem principalem vnà cum interesse lucri cessantis: quia illa obligatio fouetur calore iudicii, & ita creditor tutus erit in utroque foro.

17 Ex parte vero † accipientis mutuum duplex conditio requiritur. Prima, vt debitor sit admonitus de interesse tam damni emergentis, quàm lucri cessantis, siue certi, siue incerti, & ita admonitus velit accipere cum illo onere, Couar. lib. 3. var. resolut. c. 4. Sotus lib. 6. quæst. 1. artic. 3. Secunda, vt mutuum accipiens non sit in extrema, vel quasi extrema necessitate, ita ut sit præceptum mutuo dare, & non consilium, Afflict. decis. 20. Aliàs exigi non poterit hoc interesse, nec etiam de eo pacisci, cum ex præcepto teneamur extremè egentibus subuenire, Archi. Flor. par. 2. titu. 1. titu. 7. cap. 15. Sotus, qui supra, Nauar. de vsur. nu. 56. & sequen.

Ex

18 Ex parte uero † ipſius lucri ceſſantis hæ conditiones requiruntur. Prima, ut danti mutuum, lucrum uerè & non fictè ceſſet, uerbi gratia, ſi quis habet pecuniam, qua non uult negotiari, uel quia non poteſt, uel non uult negotiari, uel neſcit, dando hanc pecuniam mutuo, nō poteſt paciſci dē intereſſe lucri ceſſantis, cum uerè non ceſſet lucrum, Iaſon in l. 3.§.fin.ff.de eo, quod cer. loco. Barto. in l.unica.C.de ſenten. quæ pro eo, quod inte. Docto. in cap. conqueſtus, de uſur. Vel habet quis duo millia parata ad emptiones cenſuum, & duo alia in arca repoſita otioſè, mutuauit, quod erat expenſurus in emptionibus, non ideo poteſt petere lucrum ceſſans, cum haberet alia duo, quibus poterat negotiari, Sotus d. art. 3.in fi. Nauar.c.17. num. 212. cond. tertia, & de uſur.nu.54.& ſeq.

19 Secunda, ut lucrum † ſit iuſtum, alioquin non poteſt exigi intereſſe lucri ceſſantis, v. g. Mutuaſti mihi centum, & uis exigere lucrum, eo quòd ſolebas mutuare mercatori, qui dabat tibi lucrum, nō potes illud petere: quia illud lucrum erat uſurarium, ideoque iniuſtum, & non debitum, Abb. in cap. conqueſtus, num.6.de uſur. Hinc infertur, quod uiduæ ſolitæ mutuare dotem ſuam, (niſi adſit contractus iuſtus cenſus, uel ſocietatis) non poſſunt accipere intereſſe: quia eſt vſura.

20 Tertia conditio † eſt, ut intereſſe ſit intrinſecum, non autem extrinſecum, & lucrum non ſit immodicum: quia extrinſecum intereſſe exigi non poteſt, ut ſupra diximus, & Nauar. de uſur. num. 43. uerbi gratia, Mutuaui tibi uinū, aut frumentum, & quia non habui, fame ſerui necati ſunt, aut niſi mutuaſſem, aliquid lucratus eſſem, hoc intereſſe dicitur extra rem, & ideo non debetur.

Quarta conditio, ut intereſſe lucri ceſſantis æſtimetur arbitrio boni uiri, non quantum eſt in re, ſed quantū eſt in ſpe, Sotus de iuſt.& iu.lib.6.q.1.art. 3. in fi. Sed ex his modo deueniamus ad caſuū deciſiones.

21 Prima. Mercator, † qui re vera pecuniam negotiationi exponere firmiter decreuerat, ſi alteri mutuat ex pacto ratione lucri ceſſantis aliquid plus arbitrio boni viri, penſatis conditionibus negotii recipere poteſt, facit tex.in l.2.§.fi. ff. de eo, quod cer. loco, & gloſ. ibi. Sotus de iuſt. & iu.lib. 6.q. 1. artic. 3. in fi. Et hoc modo de hoc lucro incerto paciſci poteſt, ſcilicet quemadmodum alii mercatores eiſdem temporibus lucrabūtur, iux. Alex. in l.quod te.ff. ſi cert.peta. deductis tamen expenſis, & periculis, Iaſon in l. 3.§.vlt.ff.de eo, quod cer. loco. Couar.lib. 3. var.reſol.c.4.

22 Immo † à principio licitè poteſt conueniri de certa quantitate, habito reſpectu ad intereſſe veriſimile, Nauar. cap. 17.num.11. verſic. Et quod. Quæ quidem taxatio uidetur facta inſpecto futuro euentu, ut tollatur difficultas probationis, ut eſt bonus tex.in l.fi.ff.de prætor. ſtipul. Dec. in cap.cum venerabilis, nu.63.de except.

23 Sed aduertendum, † quòd circa iſtam taxationem debet haberi reſpectus ad pericula, labores, & expenſas, quas ueriſimiliter paſſurus eſſet negotiator: quia lucrum intelligitur deductis laboribus, expenſis, & periculis.l.1. C. de fruct. & liti.expen.l.fructus, ff.ſolu. matri. Hinc patet, quòd delaturus merces ad nundinas, ubi pluris valebant, non poteſt ad inſtantiam alicuius tanto pluris hic uendere, quanto ibi ualebant, Similiter expoſiturus pecuniam ſuam negotiationi vel emptioni, non poteſt exigere tantum ex illa negotiatione, uel emptione, quantum lucratus fuiſſet: uerbi gratia, centū, ſed computato labore, & periculis aliquid plus forte, ratione potentiæ prædictæ: ratio eſt, quia nō tenetur ad aliquid plus accipiens mutuo, quàm ſi dictam pecuniam furaretur: ſed ſi furaretur, non teneretur ad reſtituendum lucrum integrum, ſed aliquid minus arbitrio boni uiri, ergo nec accipiens mutuo, Caietan. 2.2.q.78. art. 2. verſi.initium autem, in uer.uſura.1.q.23.

Secun-

24 Secunda. Creditor, † qui inuitus per vim, aut metum mutuat pecuniam alicui, licitè potest recipere interesse, idem est, si per preces importunas mutuasset. Inuitus autem dicitur, qui per metum etiam reuerentialé mutuat. Exemplum, Si patria mea cogit me diuitem ad mutuandum ei pecuniam, de qua uere intendebam negotiari, possum id, quod ex eis lucratus essem, licitè recipere. Sic cũ preces Domini habeantur pro iussu, l. 1. ff. quod iussu. Si habeo mille paratos ad negotiandum, & Dominus meus rogat me ad sibi mutuandum, possum tute mille mutuare cũ pacto, ut mihi det interesse. Quamuis dictum interesse excedat decem pro centenario: quia circa interesse habetur oculus ad veritatem, & non ad bullam Papæ Nicolai. Vnde si de illis mille deductis periculis, & expẽsis lucratus fuissem quindecim uel uiginti pro cẽtenario, possum licitè percipere interesse ad præfatam rationem.

25 Hinc † infertur, quòd mercatores, qui coguntur ab officialibus regiis, uel uniuersitate, ut mutuent pecuniam, possunt pacisci de interesse, & exigere, quãuis excedant summam usuræ legitimæ: quia attenditur ueritas, scilicet quãtum iustè, & legitimè poterant lucrari.

26 Coactus † etiam, & inuitus mutuare dicitur, qui per preces importunas mutuat: quia uis, metus, & preces æquiparantur, ut inquit Afflict. decis. 69. nu. 5. Exemplum, Habebam pecuniam expositam negotiationi licitæ, precibus importunis à quodam familiari mutuaui pecuniam, possum licitè petere interesse lucri cessantis, Salicet. in auth. ad hæc, quęst. 19. & 25. C. de usur. Sotus de iu. & iu. lib. 6. q. 1. art. 3.

27 Hinc † nota, quòd preces importunæ non solum sunt causa, ut interesse debeatur, sed etiam ut rescripta ipsa inualida reddantur, l. 1. C. de bon. pet. subla. lib. 10. vbi glo. Pariter electio habita per importunitatem est inualida. capit. Ossius, de elect. glos. in cap. miramur, dist. 61. Abb. in cap. primo, de præben. Sententia quoque lata per importunitatem potest reuocari. Et si quis ingressus fuerit in religionem per importunitatem ipsorum religiosorum, licet emiserit professionem, eius tamen bona non acquiruntur Monasterio, sed ipsis consanguineis, & hoc ratione dictæ importunitatis, Abb. in capitu. præterea, de offic. delega. glos. in capitu. fina. 30. quæstio. 3. Inductus quoque ad ludum per importunitatem, non tenetur soluere pecuniam, quam perdidit, Abb. in capitu. clerici, & ibi Innocent. de vita, & honest. clericor.

28 Quinimmo † si mulier ipsa donet viro vel è contra propter importunitatem, talis donatio non valet, etiam si morte cõfirmetur, Iason in l. prima, §. si quis. ff. de verbor. obligat. Principes quoque, & Prælati, qui in ingressu possessionis, uel status, vel dignitatis multas solẽt gratias concedere ipsis subditis, possunt tuta cõscientia ipsas reuocare, si propter eorum importunitatem concesserunt, Calder. consil. 3. de iureiuran. Felyn. in capitu. primo, de probat. Solent enim satis offerre memorialia in tali ingressu ad impetrandas gratias, ex quo censentur in illo initio propter importunitatem concessæ, Barba. in capitu. cum olim, de rescript.

29 Vbi Bal. dicit, † quòd si concessa fuerit aliqua gratia Illustri viro præsente actuario, censetur propter importunitatem concessa. Quomodo autem hoc sit cognoscendum, tradit Andr. de Isern. in cap. 1. §. porro, quæ sit prima cau. amitt. ben. quòd in hoc standum est dictis ipsius Principis, si ex mera liberalitate concesserit, an propter importunitatem adductus. vnde non requiritur aliqua probatio extrinsecus. Sic etiam & in præsenti, qui propter preces importunas mutuauerit, licitè poterit petere interesse.

30 Tertia, qui sponte † sua, non vi, aut fraude, sed rogatus mutuat, potest præuisum, formidatumve damnum emergens in pactum deducere absque vitio vsuræ.

vſuræ. verbi gratia, ſi domus ruinam minatur, D.Thom. 2.2. q.78. art. 2. Dummodo de illo mutuatarium admoneat: ſecus tamen ſi tacitus vltroque mutuet: tunc etenim non poſſet damnum emergens exigere: nam ſibi imputandum eſt damnum, quoniam ſi alter rem ſciret, nollet forte ſub illa conditione mutuum accipere, Couar. lib. 3. var. reſol. c. 4. Sotus, de iuſt. & iu. lib. 6. q. 1. ar. 3. Hinc infertur, quod mutuo accipiens non tenetur ſoluere damnum, quod non fuit præuiſum, neque cogitatũ, ſed forte poſtea ſuperuenit: quia non cogitauit ſoluere niſi ſimplex mutuum.

31 Quarta. Et ſi † multi graues Doctores, vt Aymo Craue. conſ. 185. Alexan. conſ. 46. Dec. & Innocen. in cap. nauiganti, de vſur. Sotus, d. ar. 3. affirment nõ poſſe inter partes conuenire à principio de intereſſe lucri ceſſantis, quando quis ſponte ſine vi mutuat pecunias; contraria tamen opinio receptior eſt, ut tenet Caiet. in ver. uſura, c. 2. D.Tho. 2. 2. q. 78. ar. 2. & q. 62. art. 4. Sylu. in ver. vſura, el primo. q. 19. Conrad. de contract. q. 3. Cou. lib. 3. var. reſol. cap. 4. nume. 5. Nau. c. 17. nu. 211. & de vſur. num. 43. vſque ad 60. dummodo ſeruentur omnes conditiones, de quibus ſupra diximus, & vere ceſſet lucrum. v.g. Habeo mille aureos paratos negociationi, petit à me Petrus mille, poſſum licitè conuenire de intereſſe lucri ceſſantis, quia pecunia mea erat expoſita negotiationi, & ita procedat opinio affirmatiua. Quod ſecus eſſet, ſi dictam pecuniam tenerem in arca ocioſam, cum animo quod nolebam negotiari.

32 Sed quæritur, an in illis † regionibus, vbi frequentantur emptiones cenſuum, v. g. Neap. licitum ſit mihi, qui non ſum ſolitus negotiari, mutuãdo pecuniam alteri, petere intereſſe lucri ceſſantis. Reſpondet Couar. lib. 3. var. reſol. c. 4. quòd ſic, non excedendo tamen decem pro centenario, ſicut ſolent fieri dictæ emptiones cenſuum. Verum cum dans ad cenſus non poſſit quando velit rehabere ſuum, immò ſtat in periculo amittendi ſuum, ſi forſan recipiens ad cenſus vergeret ad inopiã, vel eſſent alii creditores anteriores; quod ſecus eſt in mutuo, nam quando ſibi placuerit, poterit repetere ſortem principalem, ideo cõſulerem mutuanti, ut eius lucri ceſſantis nõ excederet ſummam octo pro centenario.

33 Quinta. Mercenarium † impediens à ſuis operibus ui, aut fraude, tenetur illi refundere lucrum ceſſans: Si autem ſuis ſolis precibus uult amore ſui ceſſare, nihil ei debet. Sotus lib. 6. q. 1. artic. 3. col. 2.

34 Sexta. Cum intereſſe † lucri ceſſantis requirat tot conditiones; propterea conſulendum eſt, ut à tali contractu abſtineatur, ſed ex poſt facto ſeruatis prædictis conditionibus non ſunt contrahentes damnandi, nec tenentur ad aliquam reſtitutionem. Arch. Flor. 2. par. ti. 1. c. 7. §. 15. Nauar. de uſur. nu. 53.

SVMMARIVM.

1 *Dotis, vel fideiuſſionis cauſa quando liceat vltra ſortem aliquid petere, vide caſus, amplia in duobus caſibus, nu. 2. & 3.*

4 *Mulier fructus rei, ſibi aſſignatæ ab hæredibus mariti, donec ſoluatur dos, licitè capere poteſt.*

5 *Intereſſe ratione moræ, vel regularis, vel irregularis licitè petitur.*

6 *Maritus, pacto interpoſito in ſolutione dotis, non poteſt interim quicquam petere.*

7 *Creditor à debitore moroſo, an aliquid accipere poſſit ob moram, & nu. ſeq. quid in mercatore, & quid potiſſimum requiratur, nu. ſeq.*

10 *Intereſſe ratione dubii poteſt peti. vide remiſſiuè.*

11 *Vſura an, vt pœna peti poſſit, diſtingue, vt hic.*

12 *Pœna impoſita in fraudem vſurarum peti non poteſt, & quot modis ita imponi dicatur.*

13 *Pœna, an ſit impoſita in fraudem vſurarum, aſſertioni ſtatur creditoris.*

Eccle-

14 *Ecclesiam non debere res ablatas cum augmento recipere, id quomodo intelligatur.*

15 *Vsura pecuniæ ad pompam locatæ, vel commodatæ, vel ab inimico, & etiam à debitore gratis data, licite accipitur.*

16 *Vsura, an sit reddere creditori minorem summam, eo quod terminus anticipetur in reddenda pecunia, & numero sequen.*

De casibus, in quibus permittitur vsura. Cap. CVI.

1 CAsus, in quibus † potest aliquid ultra sortem peti, & nõ est usura, sunt hi. Primus ratione interesse: tunc enim potest aliquid exigi ratione damnorum, gl. in l. 2. C. de usur. l. curabit. C. de act. empti. in ca. conquestus, de usur. Hinc sequitur, quòd mulier potest petere alimenta anni luctus ab hæredibus uiri loco interesse, post tamen moram in restitutione dotis, Card. Flor. in clem. uni. de usur. Hinc sequitur, quòd si fideiussi pro te, & quia tu ad tempus constitutum non soluisti, habui necesse pro te soluere, & cum pecuniam nõ haberem, illam sub usuris accepi, possum à te petere principale, & usuras, quas solui, ut est tex. in c. peruenit, de fideiuss. & c. constitutus, eo. ti. Bal. in l. in contraria, in prin. ff. de usur. & ratio est, quia non est lucrum, sed euitatio damni. Infertur etiã, quòd quando socer tradit fundum genero pro causa dotis, potest tunc gener percipere fructus ultra sortem dotis, si tamen sustinet onera matrimonii: quia tunc debentur fructus pro interesse, & non pro usura, c. salubriter, de usur. quẽ tex. singularem dicunt Barto. & Alex. in l. in insulam. §. usuras. ff. sol. matrim. Couar. lib. 3. uar. resol. c. 1. qui quidem tex.
2 in c. salubriter, ampliatur, † etiam si uxor promiserit dotem marito, & pro pignore dederit rem fructiferam: nam adhuc facit fructus suos, quamuis regulariter fructus rei pignoratæ computentur in sortem. Ampliatur secundo, ut non solum maritus propter dilationem dotis soluendæ, faciat fructus suos rei pignoratæ, verum etiam possit licitè conuenire cum dotante, vt donec soluatur dos, dentur ei tot aurei singulis annis pro cẽtenario ratione interesse onerum matrimonii, uel lucri cessantis, Abbas in d. c. salubriter, & Couar. qui supra.

3 Ampliatur † tertio, quando uir non accepisset congruam dotem, sed pepegit cum socero, ut per tot annos se, suáque familiam aleret, quia etiam in hoc casu potest petere usuras dotis, quia illa alimẽta succedunt in supplementum dotis. Nam quamuis uideatur non posse maritum percipere usuras dotis, cum cesset ratio tex. in c. salubriter, scilicet quia ipse non sustinuit onera matrimonii, tamen quia remanet alia ratio, uidelicet, quod passus est uir interesse lucri cesſãtis, ideo potest petere, Couar. qui supra.

4 Ampliatur † quarto in vidua, nam si hæredes mariti paciscuntur cum muliere, vt soluto matrimonio teneat aliquas proprietates mariti, donec sit sibi soluta dos, fructibus in sortem datis non computatis, tale pactum valet, ita Innoc. & Host. in d. c. salubriter, Nauar. c. 17. nu. 212. sic etiam posset aliquid pro centenario petere, verbi gratia, Neap. ad rationem septem pro centenario, ut est consuetudo in scriptis, quæ incipit, Viro mortuo. extra Neap. taxatum est per sacrum consilium Regium ad rationem quinque pro centenario, Affl. decis. 284. Capic. decis. 65. & 24.

5 Secundus casus, quando † interesse peti potest, est, quando ille, à quo petitur interesse, fuit in mora, nam tunc potest peti in vtroque foro, l. magnam. C. de contra. & com. stipul. l. mora. ff. de usur. Abb. in c. 1. & c. conquestus, de vsur. & ratio est, quia morosus, & fur, æquiparantur, l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verborum oblig. Quod intellige, siue fuerit in mora regulari, seu irregulari, idest, quando re ipsa contrahitur ratione interesse,

teresse, vt est glo. in cap. cum venerabilis, de except. Secus si non sit in mora: quia sine illa non debetur vsura, l. lecta, vbi Bart. ff. si cert. peta. Vnde si datus sit ter minus à creditore ad soluendum, durante termino non debetur hoc interesse, ita expresse tenet Dom. Anto. de Butr. in c. salubriter, col. 2. de vsur.

6 Vbi concludit, † quòd quãdo actum fuit à principio, ut dos soluatur in certo termino, interim durante termino nihil potest maritus consequi, ex quo non est in mora propter datam dilationẽ: Quod tamen intelligitur, quando maritus con cesserit dilationem nullo accepto pignore, vel pacto conuento. Nam si vir recepto pignore posset aliquid recipere, quod idem dicendum esset, quando actum esset inter partes, ut pro interesse, quod patitur ille, qui dilationem dedit, interim aliquid soluatur, Abb. in cõs. 66. Quò ad claram decisionem, lib. 1. notat Paul. de Castro in l. Iulianus. §. vendito. ff. de act. emp. Tali enim casu nõ fuit data dilatio simpliciter, sed secundũ quid: & ideo conuentio debet obseruari, l. 1. §. si conuenerit, ff. depos.

7 Creditor † etiam aliquid accipiens à debitore, qui est in solutionis mora con tra ipsius creditoris voluntatem, vsuram non committit; quia illud accipit ratione moræ, l. cum quidam. ff. de vsur. Sylu. in ver. vsura. 1. quæst. 26. quia tandiu debitor dicitur in mora, quandiu mutuum retinet contra voluntatem creditoris, Abb. in d. cap. conquestus. Caiet. in ver. Vsura exterior. Quod si creditor terminum prorogando aliquid perciperet ratione temporis, vsuram committeret, quod secus esset, si fieret ad euitandum aliquod suum damnum, & ad sui indemnitatem, puta, quia oportet eum accipere sub vsuris, aut rem propriam vilius iu sto distrahere, quia tunc non est vsura: non enim debet quis ex impenso seruitio grauari.

8 Et idem † secundum Petr. de Ancha. super clemen. graui, de usur. si hoc fecit ratione lucri cessantis, si erat mercator, & illam pecuniam intendebat exponere negotiationi, uel alteri iusto exercitio lu cratiuo, secus si erat talis, qui talem pecuniam retinuisset in arca, cum hac tamen modificatione, quòd non potest exigere totum lucrum, sed quod illud ualebat in dubio.

9 In prima † tamen particula præsentis casus, scilicet, quando debitor retinet con tra uoluntatem creditoris, hoc requiritur, quòd possit mutuator accipere aliquid sub usuris, quòd monuerit debitorem, quòd oportebat eum accipere sub usuris, ita Caiet. 2. 2. quæst. 178. artic. 2. uers. ex prima namque regula, & quòd non posset aliter pecuniam accipere nisi sub usuris. Ita Innocen. & Hostien. in cap. peruenit, de fideiussor. cap. constitutus, eod. tit. B. Berardinus in suo ser. qui incipit, Si quis sermonem meum seruauerit. Exemplum potest poni in mercatoribus, qui mutuant pecunias sibi reddendas in talibus nundinis: certè si debitor non reddit, tenetur creditori facta monitione soluere ratione moræ omne interesse, & damnum, & etiam usuras, si ab aliis pro suis negotiis peragendis su sceperint, ita probatur in d. cap. peruenit, de fideiuss. Caueant tamen mercatores ne ab aliis pecunias mutuo recipiant uo luntariè, ut inde extorqueant à creditoribus loco interesse damna, quæ prætendunt sustinuisse.

10 Tertius casus † est ratione dubii, ut in c. in ciuitate, & c. nauiganti, de usur. sed de hoc infra, dicemus.

11 Quartus est, quando † usura petitur, ut pœna, 12. quæst. 2. cap. in legibus. Et tunc aut pœna est iudicialis, idest, à iudice imposita, & statuta ad puniendã contumaciam debitorum, qui cum possunt, contemnunt pecuniam in termino statuto soluere creditori, & tali casu non est usura, argum. 23. distinct. cap. quamquàm in fi. Si uero pœna sit conuentionalis, idest, de communi partium consensu apposita in contractu, ut saltem pœnæ metu pecunia in termino soluatur, usura non committitur, dumtamen intentio

tentio sit recta, argum. dist. 23. c. quamquàm, & de arbitr. cap. dilecti. Conuenit enim Reipublicæ, ut pacta seruentur, & debitoris negligentia puniatur. Interest enim Reipublicæ, vt delicta quantūcunque leuia castigentur.

12 Quando tamen dicta † pœna videatur apponi in fraudem vsurarum, secus esset. Hoc autem pluribus modis contingere potest. Primus, si creditor solitus esset fęnerari. l. Iulianus. ff. de act. emp. & vendi. argu. text. in l. qui semisses. ff. eod. Secundus, si pœna excedat interesse. Tertius, quando quis mutuat apposita pœna, nisi intra diem statutam soluerit ei, quem ab initio credebat ad eam diem soluere non posse, quia tunc id, quod exigit, obligatur restituere. Idem si pœnam exigeret ab eo, qui sine sua culpa per impotentiam non soluit. Quia vbi culpa non est, cum soluere non possit, iniustè pœna imponeretur. Idem si soluta parte debiti totam pœnam exigit, maximè si obligatio esset indiuisibilis, Syluest. in ver. vsura. 1. quæstio. 28. Nauar. cap. 17. nume. 215. vel quando pœna est grauis. vt si dicat, elapso termino eris singulis diebus ad soluendam tantam pecuniam obligatus.

13 In his † tamen casibus, an pœna sit imposita in fraudem vsurarum, in foro animæ statur affectioni ipsius creditoris. Verum extra hos casus exactio pœnę licitè peti potest. l. prædia. ff. de actio. emp. quod Sum. Angel. limitat à laicis, non à clericis. quod verum est, si scandalum inde oritur ratione personæ: aliàs non subest ratio, maximè iudice eam ex suo officio applicante. Vnde secūdum Host. ut refert, & sequitur Sum. Ros. etiam religiosi possunt petere pęnam ét conuentionalem ab eo, qui non seruat arbitrium non ex impotentia, sed ex negligentia, vel contumacia, etiam si nullum prætenderetur interesse, vel damnum.

14 Quod † autem dicitur in cap. fraternitatis. 12. quæst. 2. quòd Ecclesia res sibi ablatas non debet recipere cum augmento, idest pœna, intelligitur in foro pœnitentiæ, secundum Archid. vbi sufficit duplum, nisi præcesserit condemnatio. Ita Syluest. in ver. pœna, q. 25. vers. 7.

15 Quintus casus † est, in quo potest aliquid percipi vltra sortem, quando commodatur, siue locatur pecunia ad pompam, l. 3. §. pen. & l. seq. ff. commod. notat glo. in sum. 14. quæst. 3. & in cap. conquestus. Sextus, quando recipiuntur vsuræ ab inimico. 14. q. 1. ab illo. Septimus, quādo debitor gratis offert aliquid creditori, argum. 1. q. 2. sicut.

16 Sed quid † dicendum de casu, qui frequentissimus est. N. debet Titio centum solidos persoluendos post duos annos, vel tres, creditor vult remittere debitori tertiam partem, vel quintā, si soluit ei in primo anno, quando ipse petierit, an contractus iste sit vsurarius. v. g. si propter anticipationem temporis creditor recipiet pro centum octoginta. Et videtur, quòd sic, quia hoc facit ratione temporis anticipati. Et regula est vniuersalis in uitio vsuræ, quòd quando plus recipitur quàm datur ratione temporis, cōtractus est vsurarius.

17 Dupliciter tamen † potest contractus hic reddi licitus. Primus est, quando gratis, & liberaliter creditor huiusmodi superabundantiam tribuit debitori, & debitor non causa temporis accepit. Secundus, quando debitor propter damnum propriæ rei recompensat huiusmodi superabundantiam, ut quando non potest habere pecuniam sine alicuius rei propriæ alienatione, & damno, ex qua soluat creditori, quod petit ante terminum solutionis, alias est vsurarius, D. Tho. in Opusc. 73. capit. 8. colum. 2. in fi. versi. Aliquis.

SVMMARIVM.

1 *Vsura interior dupliciter dicitur, & de natura vtriusque, & an per eas veniat restitutio.*

2 *Causa, tum principalis, tum secundaria dicitur, & quid principalis sit.*

3 *Causa principalis semper in iure attenditur,*

tur, & de hac intelligitur reg. Ceſſante cauſa &c.

4 *Cauſa ſecundaria, & impulſiua, quæ, & qualis dicitur.*

5 *Cauſa finalis, & impulſiua, quomodo differant inter ſe, & exempla.*

6 *Mutuas dare pecunias potiſſimum ſpe lucri recipiendi, etiam ſine pacto, vſura mentalis eſt, ſecus ſi ad ineundam principaliter amicitiam, vt nu. ſeq.*

7 *Intentio mutata, quomodo excludere vſuram poſſit.*

8 *Accipiens à debitore aliquid præter ſortem, licèt ſine ſpe recipiendi mutuauerit, reſtituere tenetur, ſi gratis non datur. vt num. ſeq.*

10 *Mala fides præſcriptioni ſuperueniens non obligat ad reſtitutionem.*

11 *Gratis datum, ſi recipiatur à mutuante, qui gratis à principio mutuare cogitabat, an vſura committatur.*

12 *Praua intentio orta poſt mutuum à principio gratis datum, an, quando, & ad quid obliget.*

13 *Debitore remittente vſuras iniquè extortas, vſurarius à reſtitutione, non à peccato liberatur.*

De vſura mentali. Cap. CVII.

DIximus ſupra de vſura reali, & exteriori, modo uideamus de mentali, quę alio nomine interior uſura appellatur.

1 Quæ quidem † vſura interior dupliciter conſiderari poteſt. Prima, ut capitur pro deſiderio dandi ad vſuras. Et hęc inducit peccatum mortale, non tamen obligat ad reſtitutionem. Secunda, quando datur mutuũm ſpe principali, & primaria recipiendi aliquid ex mutuo ultra ſortem, & hęc obligat ad reſtitutionem ſoluta ſorte, & addito lucro, cap. conſuluit, vbi Doct. de vſur. Ex quo textu colligitur dupliciter poſſe ſperari aliquid ex mutuo. Primo tanquam ex cauſa principali. Secundo tanquàm ex cauſa ſecũdaria, ideſt ex amicitia. Prima cõſtituit vſuram mentalem. Secunda non. (exemplũ) Si quis mutuat, ut ratione mutui mutuo accipiens ſibi aliquid conferat, vſurarius eſt; quia illud accipere obiectũ fuit mutui. Si autem amicitia eum deuincire intendit, ut poſtea non ratione mutui, ſed beneuolentiæ id ſibi conferat, nulla eſt mentalis uſura, Caiet. 2.2. quæſt. 78. ar. 1. verſicu. in reſponſione. Attamen cum ſit valde ſubtile diſcernere, quando intentio ſubeſt recipiendi ratione mũtui, uel amicitiæ, ſemper eſt talis intentio ſuſpecta, ſed ubi uir prudens diſcernit, nulla eſt culpa. Sotus lib. 6. de iuſt. & iure, q. 1. ar. 1. col. 2.

2 Secundo notandum † eſt, quòd cauſa, ſeu intentio dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo, ut eſt cauſa principalis, alia, vt eſt cauſa ſecundaria. Cauſa verò principalis eadem eſt, quæ eſt cauſa finalis, & diuerſimode appellatur, eſt tamen eadem: quia cum ſit prima in intentione, eſt ultima in executione, iux. Bart. doctrinam, in l. ambitioſa, nu. 19. ff. de decr. ab ord. facie. Et illa dicitur, quæ in agendo principaliter conſideratur ab agente, & quæ agentem principaliter mouet, & ad quam mens agentis dirigitur, D. Th. 1.2. q. 18. art. 7. ad 1.

3 Et hæc † principalis cauſa ſemper attenditur, & non ſecundaria, & iura eam ſemper attendunt, l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. peta. vbi Iaſon. Et de hac cauſa eſt intelligenda regula, ꝙ ceſſante cauſa ceſſat effectus, l. adigere §. quamuis, ff. de iure patr. cap. cum ceſſante, de appel. Dynus in reg. decet, de regul. iur. libro 6. In dubio autem cenſenda eſt cauſa impulſiua, glo. in l. ſecunda, §. fina. ff. de donatio. & non finalis, Decius conſ. 216. Ideoque qui dicit ceſſaſſe effectum, oportet probare illam fuiſſe cauſam principalem.

4 Cauſa ſecundaria † dicitur ea, quæ non principaliter mouet agentem, ſed excitat, & impellit ad faciendum aliquid, & hæc alio nomine dicitur impulſiua, motiua, & excitatiua. Exemplum in l. prima, §. ſecundo loco, ff. de poſtul. Vbi edictum de non poſtulando

non fuisset à Prætore sancitum eo tempore, si Calfurnia apud eum tam impudenter non postulasset, & tamen Calfurnia non dedit causam finalem Prætori. Sed ultima, & finalis causa Prętoris fuit, vt impudentiæ fœminarum obuiam iretur, earumque pudicitia minimè læderetur. Aliud exemplum potest poni per gl. in l. prima, uers. metu pœnarum, ff. de iu stit. & iu. Ibi, Oderunt peccare boni uirtutis amore: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Nam non peccare est principaliter Dei amore: at pœna est causa impulsiua, D. Tho. 2. 2. q. 29. art. 3.

5 Hæ † duæ causæ principalis, seu finalis, & secundaria, seu impulsiua, differunt inter se, nam defectus causæ principalis uitiat dispositionem. Sed defectus causæ secundariæ, seu impulsiuæ non uitiat, l. fin. ff. de hæred. instit. l. fi. ff. de testam. Sed hæc multis exemplis clara redduntur. Prima habetur in Conci. Trid. sess. 23. cap. 4. in fi. Vbi nullus prima tonsura est initiandus, de quo probabilis coniectura sit eum non Deo fideliter seruiturũ, sed secularis iudicii fugiendi fraude clericari: Ecce si quis efficeretur clericus, ut Deo principaliter seruiat, secundariè autem ad fugiendum iudicium seculare, non peccaret, quia defectus illius causæ secundariæ, idest animus fugiendi iudicium seculare, fuit causa impulsiua, & non finalis, quæ non uitiat dispositionem. Aliud exemplum sumi potest per glo. & Docto. in cap. unico, de cler. non residen. lib. 6. de clerico, qui surgit ad horas &c. Item aliud per Abb. in c. sua nos, nu. 2. de simo.

6 Sic & in proposito, mutuo † dans pecuniam principaliter spe lucri recipiendi, non autem amicitiæ conciliandæ, quamuis nullum fecerit pactum, usurarius est mentalis, quia est defectus causæ principalis uitians dispositionem, & obligatur ad restitutionem, quando re uera subsecuta fuerit usuræ receptio, capit. consuluit, de usur. Sed modo subsequentibus decisionibus sufficientissimè declarabuntur.

7 Prima. Qui per † mutuum principaliter intendit accipientem allicere, ut ratione mutui sibi aliquid conferat, usurarius mentalis est: at si principaliter mutuaret ad ineundam amicitiam, ut inde mediatè consequatur aliquod munus, uel officium: uel mutuat alicui principaliter ex beneuolentia, & amicitia, quia fortè est gratus, ex quo secundariè postea sperat, quòd idem faciet sibi, cũ indiguerit, quamuis posset alteri mutuare, Caiet. ad D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 1. ad quartum, & in summa, uerbo usura mentalis, in fi. Sotus lib. 6. q. 1. art. 2. de iust. & iu. dicunt quòd non est usurarius.

Secunda. Qui postquàm propter lucrum principaliter mutuauit, suum peccatum agnoscens, mutaret suam intentionem in intentionem minus principalem accipiendi, si postea à debitore aliquid gratis datum reciperet, nõ est usurarius, facit ad hoc dist. 50. cap. ferrum, & quod ibi not. Ioan. Andr. post Innocen. in cap. mandatum, de rescript. Nauar. cap. 17. num. 209.

8 Tertia. Qui † sine spe recipiendi aliquid mutuaret, ita ut hęc non sit principalis intentio mutuandi: tamen si postea dum aliquid recipit, nouerit id sibi à debitore ea ex causa datum, scilicet mutui, ad restitutionem tenetur: recipit enim quod suum non est, & nec ille gratis dat; facit, quod inquit Ioan. Andr. in cap. fin. in princ. super uerbo, qui. de rescript. ubi inquit, quòd recipiens ab impetrante rescriptum sub simili nomine ignoranter, licèt euitet pœnam condemnationis expensarum, de qua ibi tex. loquitur in fine, tamen si scita fraude prosequitur, & utitur dictis litteris, ex ratihabitione tenetur.

9 Quarta. Qui non † mutuat principaliter ob lucrum, bona fide aliquid accipiendo ab eo, cui mutuauit, existimans id sibi amicè, & gratis ab eo dari, licèt id non det tam ob gratitudinem, quàm ob timorem, ne à se pecunia repetatur, uel sibi alia uice mutuum denegetur, non peccat: etiam si postea sciat non liberaliter

ter dedisse; nisi eum aliter remorderet conscientia, illamque nequiret iuri cōformare, quod tamen scrupulosum est, potiusquàm laudabile, ex quo timetur non timendum.

Et principalis dicti ratio est, quia ex quo tempore dationis, & receptionis bonam fidem habuit, licitè recepit, & illius dominium licitè in ipsum trāsiuit, facit glo. in cap. vigilanti, & cap. fin. de
10 prescript. vbi mala † fides superueniēs prescriptioni, nō facit quem obnoxium restitutioni. Cum enim dicitur, quòd possessor malę fidei nullo tempore prescribit, vtique verissimum est: quia dum est in cursu prescribendi, semper requiritur bona fides, sed non procedit in eo, qui prescripsit. Verum si conscientia maneat lęsa, debet satisfacere conscientię, vel illam deponendo, vel restituendo id, in quo factus est locupletior, & ita intelligi potest Caiet. 2. 2. q. 78. art. 1. Naua. c. 17. nu. 209.

11 Quinta. Qui † nullo pacto mutuat, ut ratione mutui aliquid accipiat, sed gratis, licet cogitatio obrepat ei, mutuatarium aliquid sibi daturum pro mutuo, quod ille certus est non recepturum, nisi gratis det, recipiendo non obligatur ad restitutionem, Sotus lib. 6. quęst. 1. art. 4. colum. 4. versi. secunda intentio. Sic si mutuator corruptam habens intentionē aliquid recipiendi ab eo, cui mutuabit, si mutuo accipiens ei gratis, & liberaliter largiatur, nullo implicatur restituendi nodo: cum nullum dānum alter habeat, & per consequens nulla insurgat obligatio restituendi, nec ipsi debitori, nec pauperibus, Sotus, qui supra, contra Host. & Panor. in d. cap. consuluit.

12 Tenetur tamen ob prauam intentionem agere pœnitentiam, ita à simili probat text. in capit. fin. de simon. & refert Couar. in reg. peccatum, par. secunda, in princip. num. 8. Nec obstat dictum Innocent. in d. capit. consuluit, qui contrariam opinionem probat, quia eam tutiorem esse asseuerat. Sed si mutuans, qui habuit intentionem deprauatam, sit in dubio, an debitor ei aliquid libere dederit vltra sortem, tenetur ad restitutionem illius, quod plus accepit, etiam si verè animo libero datum sit, nisi deponat conscientiam, Syluest. contra Caiet. in verbo vsura. Refert Couar. qui supra, & ita intelligitur text. in d. capitulo consuluit.

13 Sexta. Debitor, † qui sponte remittit vsuras extortas iniquè creditori non habenti animum restituendi eas, absoluit eum à restitutione, glo. & Franc. in reg. peccatum, ver. restituatur, de reg. iur. lib. 6. Quamuis non sit liberatus à peccato, quod contraxit vsurarius fœnerando: quia propter rem male ablatam obligatur quis pœnę ęternę per peccatum mortale, quod contraxit auferendo rem à proximo illicitè.

SVMMARIVM.

1 *Petere licet aliquid, licet alter in eo perperam facturus sit, cum ex iusta causa permittatur.*

2 *Accipiens ad vsuram à solito fœnerari, peccat, si causa sit illicita, secus si licita, & quare. num. seq.*

4 *Volenti peccare licet suadere, vt saltem minus peccet.*

5 *Proxenetæ ad restitutionem non tenentur, nisi quatenus ad eos peruenit.*

De accipiente mutuum sub vsuris. Cap. CVIII.

1 Quotiescunque † id, quod petitur, tum iustè peti potest, tum iusta de causa petitur, quamquàm scias alienum perperam facturum, licèt tibi tuo iure vti, verbi gratia: Qui mutuo petit ab usurario, id tantum postulat, quod ipse posset absque fœnore prestare. igitur si beneficium ei fœneratur, sua, & non illius est culpa. Sed modo ex hac regula aliquas decisiones deducamus.

2 Prima. Accipere † ad vsuram ab eo,

qui solitus est fęnerari ex causa licita, puta negotiationis, vt decenter viueret, nullum est peccatum, Sylu. in ver. usura, 7. Nauar. cap. 17. nu. 262. Si verò acciperet ex causa licita, sed nō necessaria, puta negotiationis causa lucri principaliter, cum tamen habeat negotiator vnde decenter viuat, peccaret mortaliter, D. Th. 2.2.q.78.art.4. Doct. in cap. super eo, de vsur. Sylu. qui supra. Quod multo magis procederet, quando acciperet ad vsuram non ut suæ consulat necessitati, sed vt det ad usuram, ita Syluest. qui supra. nume. 1.

3 Ratio † primi, & secūdi dicti est, quia si ex causa accipio mutuum ab eo, qui paratus est dare sub vsuris, participo cum eo solum in acceptione, & datione mutui, quæ de se non est mala. At si absque causa mutuo accipio pecuniam, vel induco ad fœnus, tunc pecco mortaliter: quia id peto, quod aliquis sine peccato facere non potest; nisi ad hoc induceret extrema necessitas, Innoc. in d. cap. super eo. Syluest, qui supra, numē. 1. in fi. Et ratio est ad maius peccatum vitandū, quia si ille vult esse homicida meus, mihi negando subsidium, ego suadere possum, ut sit usurarius, quod est leuius: vo-

4 lenti † enim peccare licet suadere, ut saltem minus peccet, cap. duo, dist. 13. Igitur ex magna necessitate licitum est mihi inducere ad mutuandum sub vsuris, & non participo in aliquo de se malo, sicut etiam ex causa rationabili, si emo agrum valde utilem ab eo, quem scio tota pecunia, vel parte male vsurum, non pecco, quod secus esset si sine causa: quia dare occasionem peccati sine causa, est peccatum, non autem cum causa. Puta si mulier ad Ecclesiam uadat. Si uero quis cooperaretur aliquod de se malum, vt in soluendo maleficium per virtutem diaboli, esset peccatum mortale, Syluest. in ver. Infidelitas. q. 4.

5 Secunda. Proxenetæ, † consulentes, atque inducentes ad fœnerandum, secū dum veriorem opinionem non tenētur ad restitutionem, nisi in quātum ad eos peruenerint, Syluestr in verbo, vsura, 7. quæstio. 2. & ratio est, quia in dando mutuum sub vsuris, non damnificatur proximus, sed in exigendo illas, sed de hoc infra de restit.

SVMMARIVM.

1 *Vsuram palliatam esse inuentum antiqui hostis, & in quibus contractibus committatur, num. seq.*

3 *Mutuum palliatum vnde sic dicatur.*

4 *Emere rem centum, & eam statim venditori vendere octuaginta, vsura est palliata, fallit, vt in casu hic posito.*

5 *Vendere pluris, eo quod sub fide res detur sine pretio, palliata vsura hoc modo contrahitur.*

6 *Emere boues fictitios à rustico, eidemq́; eos locare, vsuram palliatam est committere.*

7 *Vsura palliata, quomodo multiplex committatur in ouibus vendendis, vide.*

8 *Pactum, vt pro qualibet oue tradita duo solidi soluantur in vita tradentis, ita vt post eius mortem sint accipientis, an sit licitum.*

9 *Fundum minoris emens, cum pacto retrouendendi, eundem venditori locans iusto pretio, vsurarius est.*

10 *Fundum emere etiam cum pacto iusto de retrouendendo, vsura est, item accipientem ratione mutui ligare, vt suū agrum proprium colat.*

11 *Pecuniam deponens apud nummularium animo lucrādi salua sorte, vsuram committit palliatam.*

12 *Mutuans eunti ad nundinas, nullo nisi ficto periculo interueniente, palliatus est vsurarius.*

13 *Cambium, an sit vsura palliata.*

14 *Pecuniam in societate deponens, indemnis omnino volens esse, fit vsura reus.*

15 *Oues dans per biennium, easdem sanas recepturus cum dimidio fructuum, vsuram comittit.*

16 *Pignore vti, vel fructus ex pignore fructifero non computare in sortem, non fit sine vsuræ labe, & quomodo computandi*

tandi ſint fructus, nu. ſeq. & num. 22.
18 *Creditor penſionem domus ſibi in pignus datæ, vt inhabitet, qualiter ſoluit.*
19 *Creditori mutuum petenti, quod cum iuramento debitor promiſit ſoluere, an poſſit obiicere fructus ex pignore perceptos.*
20 *Pecuniam ſuper aliqua re dare ad gaudendum, vt vulgo dicitur, & frui ipſa re cum vſura, & quomodo fieri poſſit iuſtus contractus, nu. ſeq.*
23 *Re depoſita vtendo furtum, neque vſura committi dicitur, limita, vt hic.*
24 *Vſura palliata, vt in pignore committitur, ita in pacto legis cõmiſſoriæ, & in diem adiectionis, & quid vtrunque ſit.*
25 *Pactum legis commiſſoriæ poteſt cadere, etiam ſi res pignori data non ſit. vide multa.*
26 *Iuſtificari qualiter poſſit pactum legis commiſſoriæ, & quare reprobetur, nu. ſeq.*
28 *Notarius ſimulatum conficiens inſtrumentum, quando peccet, & ad reſtitutionem teneatur.*
29 *Fœnerator, quid ratione rei mobilis, & quid ratione immobilis reſtituere teneatur, nu. ſeq.*
31 *Vſurarius non excuſatur ex eo, quod mutuatarius multum ſit lucratus ex pecunia mutuata.*

De vſuris palliatis. Cap. CIX.

1 QVoniam antiquus † hoſtis ſuperſeminata humanæ naturæ zizania cupiditatis, & auaritiæ, vſuræ vitium produxit non tantum in mutuis, quæ luce diuinæ veritatis in ſcriptura ſacra manifeſtè condemnata eradicantur, ſed etiam in aliis contractibus diffudit, in quibus ſub ſpecie æquitatis, & iuſtitiæ humanæ quaſi abſcondita eradicatur. Idcirco in hac parte quærentes detegere hanc malitiam, de iis contractibus, in quibus latet, dicemus, non quidem diffusè, quia ſic ſuis propriis titulis, ſed ſuperficialiter.

2 Committitur † igitur vſura palliata in iis præcipuè contractibus, videlicet, in contractu emptionis, & venditionis. In contractu aſſecurationis. In contractu pignoris. In contractu depoſiti, in cambiis, & in ſocietate. Sed prius ſciendum eſt, quare dicatur mutuum palliatum. Ideo dic quòd dicitur mutuum
3 palliatum, † quia cooperitur pallio, verbi gratia, quòd ſub contractu apparenti latet vſura, Hoc eſt, ſecundum formam apertam, & verba contrahentium eſt alius contractus, quàm mutui, ſecundum vero formam latentem, & mentem contrahentium veram, vel præſumptam eſt mutuum, qualis eſt omnis contractus à mutuo, verbi gratia: Qui emit rem ad minus decem ualentem pretio infimo, treſdecim ob anticipatam ſolutionem, in effectu uidetur mutuare pretium, quod dat, & illud minus iuſto pretio, quod dare deberet, accipere pro vſura, Nauar. capit. 17. nume. 206. Sed modo ad varias deciſiones horum contractuum, in quibus hæ vſuræ palliatæ latent, deſcendamus.

4 Prima. In † emptione, & venditione. Titius petit à Meuio centum, & Meuius non habens in pecunia, vendidit ei pannum eiuſdem valoris, cum pacto, aut voluntate principali, vt ſtatim ſibi minoris iuſto pretio, videlicet octuaginta reuendat, vſuram committit palliatam: nam eſt, ac ſi mutuo dediſſet octuaginta, & pro lucro haberet viginti. Secus autem, ſi ſimpliciter pretio iuſto vendidit ad credentiam, ſiue futuram pecuniam quamuis ſummo, & poſtea quia emptor vult illud reuendere, & non inuenit alium, qui emat, idem venditor iterum pretio iuſto, & pio accipit, Sylueſtr. in ver. vſura, 2. quæſtio. quarta, Nauar. capitu. 17. nume. 143. verſic. 17. Qui etiam in cap. 23. nume. 91. inquit, quòd deberet hoc facere vocatis aliquibus, qui illud pietatis opus intelligerent, ne qua infamia vſuræ palliatæ ex opere bono naſcatur.

5 Secunda. Vendo † tibi credito rem valentem viginti, pro uigintiquinque, vſuram palliatam committo. Nam eſt,

 ac

ac si uiginti statim connumerata emptori darem sub quinque fœnori, D. Thom. 2.2.q.78.art.2.ad 7.

Quod procedit etiam, si venditor sibi prætexeret, quòd tanti merces emerit, neque aliter posse reficere sumptus, quos fecerat, nisi credito vendat: quoniam negociatio huiusmodi euentibus subdita est, vnde neque in dissolutione nundinarum, quando mercium pretia decrescunt, possunt mercatores tanti vendere credito, quanti præsenti nummo vendidissent in emptorum feruore; quia res iam minoris æstimatur, Sotus, de iust. & iu. lib.6.q.4.art.1.col.1.

6 Tertia. Qui † fictitios boues à rustico emit, quos rusticus non habet, eosdémque illi locat, qui saluos sustentet, & operarum merces soluat, v. g. vt singulis annis det duos modios frumenti, vsuram palliatam committit, nimirum cum in fine anni adhibentur nummi, qui sunt fictitii boues, addito insuper pretio dictę locationis, Sotus lib.6.quæst.13. artic.1. secus si probabiliter emptor crederet vēditorem boues habere, & bona fide emisset, nam non tenetur restituere etiam post cognitam veritatem, Nauar.cap.17. nu. 229.

7 Quarta. Qui † in autumno mille oues emit obligatis venditoribus, vt vsque ad mensem Maii easdem saluas custodiant, nempe vt ipsorum periculo pereant, & postquàm totam fœturam emptor percepit, reuendit eisdem illasmet oues eodem pretio. hic multiplicem palliatam vsuram committit. Et prima, cum agricolæ obligantur, ut iterum eodem pretio emant, manifesta vsura est: nam cum teneantur eandem pecuniam remetiri, mutuum est, cui addetur pretium agnorum, casei, & vellerum. Secunda obligare illos, ut illæsum seruent gregem, palliatio vsuræ est, nam grex illis ementibus tanquàm veris dominis periclitari debet, quod quidem periculum si venditores suscipiant, iusta pecunia esset æstimandum pro quantitate periculi, cum tamen neque pro periculo, neque pro custodia recipiant, nisi pertenue foret stipendium, Sotus, qui supra, quæstio.4. art.2.in fi.

8 Sed quęro, † quid dicendum de his, qui oues uendunt, vel donant Titio sub hoc pacto, quòd pro qualibet oue recipiant singulis annis duos solidos, cum tamen fructus cuiuslibet ouis valeāt quinque solidos, vel quatuor, & cum hac conditione, quòd quamuis omnes oues traditæ moriantur, nihilominus remanet Titius obligatus toto tempore vitæ tradentis, ac si omnes viuerēt. sed post mortē tradentis omnes oues ad Titium pertineant; etiam si numerus multiplicatus foret? Dic quòd si tempore traditionis oues sanæ fuerint traditę, talis cōtractus est licitus: & ratio est, quia quando uendūtur fructus ad tempus, licèt plus satis percipiat fructibus emptor, non tamen tenetur aliquid resarcire venditori ratione incertitudinis, l.cū hęreditas.l.seq.ff. de hæred. uel act. vend. ita in specie firmat Host. in sum.de usur.§.in aliis, uer. quid de his, qui oues.

9 Quinta. Qui ea † cōditione fundum multo minori pretio emit, quàm ualet, ut uenditori reuendat, quando uult eodem pretio, quo emit, locans ei iusto pretio, usurarius est: nam illa non uenditio, sed mutuum fuit, cum non iusto pretio facta fuerit. Vnde est, ac si mutuasset centum, & pro illis haberet quinque, secus si emptionis pretium esset æquum, l.fundi partem.ff.de contrah.emp.c.cum Ioannes, de fide instru.

10 Sic emens † fundum etiam cum pacto iusto de retrouendendo, ut hic ad duos annos possit redimere, usuram cōmittere præsumitur; est enim ac si pecuniam mutuasset, de qua aliquid haberet pro interesse.

Sexta. Qui mutuo accipientem ligat ratione mutui, ut suum agrum pretio colat, usuram palliatam committit: cum priuatio libertatis suapte natura digna sit pretio, quam pro mutuo recipit, Sotus lib.6.q.1.art.2.col.2.

11 Septima circa depositum. Qui † pecuniam.

cuniam deponit apud mercatorem, aut nummularium cum intentione principali, vt aliquod lucrum ſingulis menſibus vel annis ei ſoluatur ſalua ſorte, vſuram palliatam committit, & tenetur acceptum reſtituere, quamuis non interueniat pactum, quamuis appelletur depoſitum, cap. conſuluit, de vſur. ratio eſt, quia illud lucrum nō ob periculum, ſed ob mutuum depoſito palliato accipitur: ſecus autem ſi abſque pacto, & intentione principali prædictis præfatum depoſitum faceret, & acciperet à depoſitario gratis donante ob gratitudinem, eo quòd ex depoſita pecunia fuerit lucratus, etiam ſi libentius ſuam pecuniam apud hunc gratum, quàm apud alium depoſitam habeat, & etiam ſi depoſitarius illud det, ſperans, quod ob huiuſmodi largitatem ab ipſo pecuniam ſuam non auferet: quia omnia hæc ſunt gratuita, Caiet. 2. 2. quęſt. 78. artic. ſecundo, Nauar. capitu. 17. num. 245. verſi. Qui commendat.

12 Octaua. In aſſecuratione. Qui † pecunias mutuat eunti ad nundinas, & quia in ſe recipit periculū certitudinis, ſeu aſſecurationis, aliquid vltra ſortem recipit, vſuram committit palliatam, quā do nullum imminebat periculum, ſed fingebatur, & ita intelligi poteſt text. in c. nauiganti, de vſur. nam ibi Sum. Pontifex animum obuiādi habuit quamplurimis uſuris palliatis, quæ fiebant mutuando cum aſſecuratione ſuſcepto pro eo pretio. Vnde quamplurimi volentes ſibi mutuari, & non inueniētes qui gratis mutuarent, fingebant ſe velle traiicere pecuniam in alias terras, & velle eam tutam fieri, ſeu aſſecurari addito precio, Nauar. cap. 17. num. 283. verſi. ſumma igitur. L. A.

13 Nona. In materia † cambii. Campſor dat pecuniam Mediolani, ut ibi, uel in loco parum diſtanti dicta pecunia ab ipſo recipiatur, licet contractus fiat ad rationem commutationis, ſeu cambii, vt reſtituatur Venetiis: ſemper tamen eſt vſura, quia eſt lucrum cum mutuo nomine cambii palliatum, & hoc cābium dicitur ſiccum, Sylueſt. in verbo, uſura. 4. quæſtio. 4.

14 Decima. Circa † ſocietatem. Pecuniam ſuam in ſocietatem ponere, ut nulli periculo exponatur, ſed vt alter teneatur quicquid accidat, eum ſeruare indemnem, non eſt ſocietas, ſed verè mutuum: eo enim ipſo quòd alter periculum ſuæ pecuniæ ſubit, efficitur pecuniæ dominus: nam ille eſt verè dominus, cui res perit, ſi perdatur, & ideo quicquid vltra capitale mutuator ille recipit, fit vſuræ reus, Sotus lib. 6. quęſt. 6. art. 2. colum. 1.

15 Vndecima. Dans † agricolæ oues per biennium, ut poſtea ſanas redhibeat, & inſuper recipiat medietatem fructuum, uſuram committit palliatam: nam eſt, ac ſi accipiat mutuo quātum ille valent, & pro intereſſe medietatem fructuum.

16 Duodecima. Circa † pignoris contractum taliter palliari poteſt vſura, v. g. ſi datur pignus rei infructuoſæ, verbi gratia, veſtis, quæ vſu conſumitur, & tūc creditor, qui ea vtitur, vſurarius eſt, etiam ſi hoc fiat de voluntate debitoris, Nauar. capit. 17. num. 203. vel etiam eſt fur, ſi contra eius voluntatem, vt habetur in l. ſi pignore, ff. de furt. Abb. in capitu. primo, depoſ. vbi Sebaſt. Sap. in additione ad Abb. in d. cap. primo, refert ita fuiſſe iudicatum. Si vero datur in pignus res fructifera, vt ager, vinea, domus: tunc ſi fructus non computantur in ſortem, contractus vſurarius eſt; quia pro re infructuoſa, ideſt pecunia, quæ non parit pecuniam, detinui rem fructuoſam, ideſt villam. Nec obſtat, quòd ex mea pecunia lucratus es, quoniam pecunia, ut res infructuoſa ex ſe non lucratur, ſed eſt hominis induſtria, quæ lucratur.

17 Igitur † quando datur fundus fructifer in pignus, computandi ſunt à creditore fructus in ſortem, deductis expenſis neceſſariis, & utilibus, non autem uoluptariis, l. ſi neceſſarias. l. ſi ſeruus. ff. de pignor. l. fructus. ff. ſolu. matrimo. l. 2. C.

de pignora.actio. l.2. C. de pact. pignor. Immo non solum computandi sunt fructus percepti, sed etiam qui potuere percipi, si tamen culpa creditoris, & negligentia non sunt percepti. Vt in pensione domus, quæ fructus ciuilis dicitur. Nam si creditor domum, quæ in pignus accepit, non locauerit, tenetur sibi computare in sortem pensionem, quam sua culpa, & negligentia non percepit.

18 [Sed aduertendum, quòd si † domus data fuit in pignus, & actum fuit vt eam creditor habitaret, tunc tenebitur creditor ad pensionem, quam ipse solitus erat soluere, non ad eam, quam pro conductione domus ab alio percipere potuisset, l. si ea, la prima, C. de vsur. Paul. de Cast. in l. 1. C. de pign. actio. Sed quid si debitor in contractu mutui datis pignoribus donationem fecerit creditori fructuum, quos ex pignore percipiet etiam ob merita. dic quod prçsumitur omnino contractus vsurarius, notat Dominic. in consi. 12.

19 Sed an † qui datis creditori pignoribus iurauerit quãtitatem mutuo datam se soluturum, possit obiicere creditori fructuum ex pignoribus perceptorum computationem in principalem sortem, vel ratione iuramenti præcisè teneatur ad eius solutionem? Resp. præcisè teneri ad eius solutionem, ita tex. in c. ad nostram, de iureiur. vnde fructuum compensatio non admittitur: Cuius ratio illa esse poterit; quia nondum erat liquidum, quãtum creditor ex fructibus percepisset. Etenim nunquam compensatio admittẽda est, nisi ea de liquido fiat, l. si debeas. ff. de compens. Bar. in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. Quod autem in d. c. ad nostram, nõ fuit liquida quantitas à creditore ex fructibus pignorum percepta, patet, quia ex fructibus erant expensæ deducendę, vt inibi significatur deductis expensis, l. fructus. ff. soluto matrimo. hoc ergo operatur iuramentum, vt omnino, & statim appareat liquidum, quod ex fructibus creditor perceperit, vt dimitti possit compensatio, quod si id non fuerit præstitum, posset compensatio opponi, si breuiter iudicis, aut boni viri arbitrio possit ad liquidum deduci, quod ex fructibus deductis expẽsis creditor perceperit. atque hunc esse opinatur iuramenti effectum, & proprium intellectum tex. in d. c. ad nostram, Couar. de pact. in primæ par. relect. §. 4. num. 10. in fine.]

20 Sub hoc etiam † contractu pignoris includitur contractus ille, qui vulgo dicitur à godere, uerbi gratia, mutuo tibi ducentos solidos super hac domo, ut possim ea uti, donec mihi restituas pecuniã, quæ domus ualet mille. Hic contractus cum sit pignoratitius, illicitus est, & usurarius, cum creditor utatur re pignorata, & ideo furtum etiam cõmittit, l. qui pignore. ff. de fur.

21 Potest tamen iustificari † hic contractus, ut non fiat à godere, sed fiat contractus emptionis, & uenditionis, cum pacto de retrouendendo, & ita fructus lucrabitur creditor absque peccati labe, Caiet. ad D. Thom. 2. 2. q. 78. articu. 2. ad 6. Sotus lib. 6. de iust. & iu. q. 1. artic. 2. circa fin. Abb. in cap. ad nostram, de empt. & uendit. quamuis fuerit læsio ultra dimidium, tamẽ illud pactum de retrouendendo, per quod grauatur emptor, minuit pretium, l. fundi partem. ff. de contrah. emp. Abb. in c. in aliquibus, de deci. Nec obstat, hanc formam cõtractus eandem in effectu uideri cum præcedenti: quoniam maximè differunt, nam in primo contractu pignoris res semper remanebat in dominio domini, & peribat domino, l. incendium. C. si certum peta. At in secundo cum prædicto pacto domus, & res est emptoris, & in eũ est translatum dominium, quamuis sit quidam modus dominii reuocabilis, quia perit ei domus, & eius refectio ad eum spectat, nec is potest amplius pecuniam repetere, donec domino placuerit.

22 Decimatertia. Reges, † aut Magnates nullatenus possunt urbibus, aut uillis, quas in pignus mutui suscipiunt, extra

tra sortem usufrui, neque ulla ratione possunt ab usuraria prauitate excusari. Quare restituendo urbes, aut uillas Dominis, tenentur restituere fructus medio tempore perceptos. Possunt tamen recipere urbes emptas cum pacto de retrouendendo: tunc enim fructus emptoribus obueniunt, Caie. ad D. Thom. 2. 2. q. 78. artic. 2. ad 6. Sotus lib. 6. q. 1. articu. 2. in fine.

23 Sed quæritur, an id, † quod diximus in pignore, locum habeat in deposito, scilicet ut utens re deposita committat furtum inuito, uel inscio domino, uel eo uolente, usuram? Respon. quòd non. Hinc œconomi, syndici, Thesaurarii, ęrarii, cũ sint exactores, & depositarii pecunię publicæ, uel priuatæ, non peccant, & neque committunt furtum, neque usuram, si exigunt introitus, siue pecunias, & illis utuntur inuitis, uel ignorantibus dominis, uel etiam uolentibus: quia sufficit, ut reddant idem in genere, debito tépore absque mora. Limitatur tamen hoc dictum duobus modis, primũ, quando Reges, uel Domini temporales ex mora solutionis tempore debito passi fuissent dãnum, quia tunc tenebuntur ad illud, D. Anto. 2. par. suæ sum. titu. 1. cap. 15. §. 5. Secundum, quando adesset pactum inter Regem, & Thesaurarium, ne dicta pecunia uteretur.

24 Decimaquarta. Quod † diximus de pignore, ampliatur in pacto legis commissoriæ, & in adiectione in diem. Pactum legis commissoriæ est pactum conuentionale pœnale, uerbi gratia, mutuo tibi mille, & loco pignoris retineo tuum fundum ualentem 1200. cum pacto ut si in biennium non restitueris mihi pecuniam, incidas in commissum, idest fundus sit meus. usurarius est contractus, [c. significante, de pignor. l. 2. & ult. C. de pact. pigno. Abb. & Doct. in d. c. significante. & nota quod pactum legis commissoriæ hoc proprium habet, ut pignora cadant in commissum debito ad diem non soluto, & dicitur lex commissoria ad similitudinem commissorum emphyteuticorum, & publicanorum, quorum meminit lex secunda, C. de iure emph. l. commissa. ff. de public. & uectig.

25 Vbi aduertendum, † quod etiam si pignori res non sit data, potest cadere pactum legis commissorię, quod licet non sit formale pactum legis commissorię, est simile illi, & eiusdem rationis quod est huiusmodi; Scilicet pactum, quo conuentum sit inter creditorem, & debitorem, quòd si intra certum diem pecunia soluta non fuerit, domus quædam nec pignori, nec hypothecæ ob eã causam subiecta empta sit pro eodem pretio creditori, ita Curt. iun. in l. ult. C. de pactis pignor. Lugdunens. de contra. q. 52. nu. 362. quia eadem est ratio iniquitatis, ergo idem ius. Hinc deducuntur plura. & primum, quod quò ad prohibitionem pacti legis commissoriæ, & quò ad eius iniquitatem non refert, si res illa generaliter tantum, an specialiter hypothecæ submissa sit: cum utrobique eadem sit prohibitionis ratio, secundum Stepha. Bertrand. cons. 4. lib. 1. & 178. lib. 3. Rogeri. de Mota, in l. traditionibus, nu. 53. C. de pact. Secundum, quò ad hanc prohibitionem nihil interesse constat, fiat pactum legis commissorię directè, quòd res maneat empta, an promissio rem ipsam in eum casum uendendi præmittatur, Tiraq. lib. 2. de retract. in fi. deducitur ex glo. in l. 1. C. de pact. pignor. Tertium, ut idem dicatur, si res aliqua esset in pignus à debitore data fideiussori, ut si infra diem præscriptum non satisfecerit debitor creditori, & soluerit fideiussor debitum creditori, tunc res pignori data incidat in commissum. nam licèt uideatur posse pro tutela periculi, quod fideiussor subit, ei licere pactum inire, quod creditori minime licuisset, ut est tex. opt. in l. ult. ff. de contrab. emptio. Bar. in l. quamuis. ff. de solut. Abb. in c. significante, de pign. tamen contrarium asseueramus: tum, quia sic hac occasione capta fideiussores sub periculi suscepti titulo illicitas, & usurarias pactiones creditoribus illicitas exercerent: tum,

tum, quia posito vero periculo intelligendus est tex. in d. l. vlt. quòd res incidat in commissum fideiussori iusto pretio: nam tunc validum est pactum, cum nihil habeat fideiussor ultra sortem ipsam, ac nullum lucrum acquirat. sic intellexit illum tex. Ioan. ab Imola, in d. cap. significante, num. 10. Iser. & Aluar. in c. 1. col. 2. de feu. dato inuicem legis commiss. Alexan. lib. 7. cons. 178. num. 9. Quartum, quòd pactum legis commissoriæ minime firmatur iuramento, cum id sit reprobatum in odium creditoris, ex eo quod vsuræ vitium habeat. Iuramentum tamen erit seruandum, donec vel remittatur à creditore, vel detur absolutio ab Episcopo, ita Docto. adnotarũt in l. si quis pro eo, de fideiussoribus. ita Couar. refert, de spons. in 2. par. §. 3. vers. Adducit præterea.]

26 Potest tamen † iustificari contractus iste, si adderentur hæc verba, scilicet vt incidas in commissum suppleto pretio iusto, & habita ratione fructuum perceptorum. [l. si fundus. §. vlti. ff. de pignor. adnot. Abb. Imo. & Doct. in d. c. significante, Cępolla caut. 309. aliàs 261. incip. pactum pignoris. Alex. consil. 378. Ant. Rube. consi. 134. & est communis opinio, vt refert Couar. var. resol. lib. 3. c. 2. nu. 7. deductis tamen expensis vtilibus, & necessariis. Quod si priusquam pretium iustum æstimetur, resque adiudicata sit emptori, debitor mutuam pecuniã obtulerit etiam post diem solutioni præfixum, moram purgabit, & impediet pignorum perfectam venditionem, sicut docent Ange. in l. cum dominam. C. de pignor. Hippol. sing. 468. quod comprobari potest ex l. fundus. ff. de rescin. uenditio. l. si residuum, & l. si priusquam. C. de pignor. act. nam licet hæc venditio sit conditionalis, tex. in d. l. fundus. §. fin. & conditio iam euenerit, tamen consumata non est, donec pretium æstimetur, l. fi. C. de contrah. empt, l. si merces. in prin. ff. locati. Requiritur etiam ad iustificandum hunc contractum, vt pactio inter creditorem, & debitorẽ ut teneatur debitor ei uendere propriam rem, nisi die præfinita restituat pretium, non sit apposita ex causa mutui, & ob officium mutuandi, nã tunc etiam si iusti pretii mentio fiat, esset vsuraria, quia ius vendendi, & acquirendi rem debitoris etiam ob iustum pretium est ipsi creditori lucrũ considerabile, l. si equo. ff. de lega. 1. Sed fiat dicta pactio ad cautionẽ certiorem, & tutiorem creditæ pecuniæ solutionẽ, ita Couar. var. resol. li. 3. c. 2. nu. 7. in fi.] Pactum in diem adiectionis fit hoc modo. Emo fundum mille à Ioanne, cum pacto, vt si per annum inuenerim meliorem conditionem, res sit inempta, & fructus interim percepti sint emptoris, l. 2. & l. Imperator. ff. de in diem adiect. & vsura est.

27 [Quare autem † reprobetur pactum legis commissoriæ in pignoribus, duę rationes communiter redduntur. Primò, quia obligatio pignoris solet fieri pro minori longè quantitate, quàm res valeat. Vnde si ualeret illud pactum, multum deciperetur debitor, qui cupiditate habendi mutuum, de facili iniret omne pactum. Vnde uoluit lex in hoc prospicere utilitatibus subiectorum. Alia ratio est, quia si valeret pactum hoc, creditor aut uix, aut raro numquam mutuaret sine isto pacto, quod profecto continet in se crimen usurarum; quia mutuans non debet ponere spẽ in lucro consequendo, c. consuluit, de usur. sed in tali pacto creditor habet spẽ consequendi illud lucrũ; quia haberet rem elapso termino pro iniusto pretio. Vnde uersatur in iis salus animarium, odium creditorum, & fauor subiectorum. ita Abb. in d. cap. significante, de pign.]

28 Decimaquinta. Notarius † publicus faciens instrumentum simulatum, vt cũ res verè pignoretur, scribit eam uendi, uel pro centum decem datis, scripsit centum, peccat mortaliter, cum obligatione restituendi, nisi principalis restituat, sed si in fauorem eius, qui mutuum accipit, fecit, forte quia indigebat, & vsurarius gratis mutuare nolebat, etsi peccet mortaliter,

taliter, ad restitutionem tamen non tenetur, Nauar. c.17. nu.275. & seq. qui idem dicit de testibus eiusmodi instrumentorum usurariorum.

29 Decimasexta. Fœnerator † de rebus extortis per vsuram circa ea, quæ usu cõsumuntur, uidelicet de pecunia, uino, frumento, &c. non tenetur restituere nisi tantum, quantum accepit cum damnis, si quę dedit, & cum lucro, si quod alii cessit: fructus uero, quos per easdem res sua industria cumulauit, restituere non tenetur, uerbi gratia, extorsit quis ab eo mille aureos, uel centum cados uini, quibus postea industria sua centum adiecit, mille tantum ei debet, uel centum cados uini.

30 Attamen † si rem fructiferã, puta fundum per usuram recepit, restituere eundem tenetur cũ fructibus: ratio est, quia rerum illarum, quas fœnerator per usuram acquisiuit, non est dominus, sed dominium manet apud mutuantem, quapropter non fęneratori, sed alteri fructificant, D.Thom.2.2.q.78.art.3. uer. Re-
31 spondeo. Qui non † excusatur eò quod is cui mutuauit, multum ex ea pecunia lucratus fuit: quia nõ ratione lucri eius, sed ratione mutui accepti recepit; quod si ipse non restituerit, tenetur hæres: & si nec hęres, tunc etiam legatarii, & donatarii tenentur in eo, quod facti sunt locupletes, Nauar.c.17.nu.278.

SVMMARIVM.

1 *Cambium permutatio dicitur, in quo vera pecunia transmissio fieri debet, aliàs est cambium siccum.*

2 *Cambii praxis vera temporis intercapedinem inter receptionem, & restitutionem pecunia requirit.*

3 *Cambium vt simplex sit, vtriusque rei existentia requiritur.*

4 *Augendi, vel diminuendi lucrum in cambiis onera sunt in triplici differentia.*

5 *Cambium per litteras, quale sit, & an sit licitum? dic quod sic, quatuor concurrentibus.*

6 *Pecuniam vno in loco numerans alibi cam recepturus, licitè aliquid recipere potest, & de cambio sicco, vide nume. sequen. & nu. 8.*

9 *Campsor ex chirographo debitoris à creditore sibi consignato aliquid potest recipere.*

10 *Maior mensura olei dari potest ab aliquo vno in loco minorem alibi recepturus, vel econtra.*

11 *Dolo amoto licet mercatori commutare pecuniam recuperandam pretio cambiorũ nundinarum.*

12 *Cambium minutum quale sit, & an sit licitum, & declaratur exemplo.*

13 *Argenti magnum pondus cum exiguo auri commutari non prohibetur:*

14 *Nummus optimi auri venundari licitè potest vltra valorem.*

15 *Campsoribus recambire, si ad terminum non respondeatur, an liceat.*

16 *Montes pietatis, an sint liciti.*

De cambijs. Cap. C X.

1 Cambium, † dicitur permutatio [pecuniæ vnius rationis pro pecunia dissimili, aut alterius rationis. fit autem pecuniam à pecunia differre, & alteri dissimilem esse, tripliciter. Primo in materia. Vt si vna sit aurea, altera argentea. Secundo in forma, vt si vna sit vnius imaginis, & inscriptionis, altera vero alterius differentis. Tertio in materia, simul, & forma. Vt si vna sit aurea, & vnius inscriptionis, alia uero sit argentea, & alterius diuersæ inscriptionis. Quæcunque talis diuersitas, seu dissimilitudo numismatum sit, quorum alterum pro altero permutatur, dicitur cambium propriè loquendo. Hoc uero cambiũ, nec venditio est propriè, nec mutuatio. Quod enim uenditio non sit, apparet: quia in emptione, & venditione proprie loquendo oportet alterum extremum esse pecuniam, alterũ uero mercem aliam à pecuniæ differentem. In cambio autem utrunque extremum est pecunia, quod mutuum nõ sit,

apparet,

apparet, quia de ratione mutui est, vt res mutuata reddatur eadem in specie, ut si triticum mutuat, triticum est reddendũ, si oleum, oleum: si pecunia aurea, similis est reddenda, nisi mutuator alia uelit esse contentus. In cambio autem non sic. sed si proprie cambium est, necessaria est diuersitas, & dissimilitudo inter datum, & acceptum. Similiter mutuum fit rebus omnibus, quæ usu consumuntur, & quæ functionem admittunt, siue sit pecunia, siue aliud comestibile, uel potabile, cambium uero non nisi in numismate fit. Deinde de ratione mutui est temporis interuentus inter mutuationem, & solutionem, in cambio autẽ non ita, quia proprie sumptum cambium ad statim fit, loquendo de cambio puro.] Et ut aliquid ratione cambii percipiatur, necesse est, ut re uera fiat pecuniæ transmissio, alias ubi pecuniæ transmissio nõ fit, sed fingitur, apertum est mutuum, atque adeo quicquid ultra sortem percipitur, extorquetur ratione temporis, & per consequens est usura, & dicitur cambium siccum, Sylue. in uer. usura, 4. q. 9. uer. quintum, Sotus lib. 6. de iustitia, & iure, q. 10. art. 2.

2 Rursum † cambiorum praxis hæc est, ut aliqua temporis intercapedo necessaria fiat post receptam pecuniam ad restituendum, uidelicet ut chyrographa possint illius commodè peruenire, & pecunia parari, Sotus lib. 6. q. 12. art. 2. Insuper illud quod in materia cambiorũ considerdatissimè est animaduertendum, est, quod cum tempus illud necessitati inseruiat, ut cambium innotescat ratione illius, nihil, ut est expectatio temporis, extorqueri potest. Sed quia munus illud tanquam necessariũ ad alia negotia transigenda, atque coemendas merces est pecunia æstimabile, licitè pretium exigi potest, Sotus lib. 6. q. 10. art. 1.

3 Postremo, † ut simplex sit cambium, requiritur utriusque rei existentia, atque adeo ut ille, qui recipit cãbium, in promptu habeat pecuniam, quare si in præsenti non haberet, palam fieret, pro expectatione temporis, dum conquireret agere cambii pretium, Syluest. in uer. usura, 4. q. 9. uers. 6. Sotus lib. 6. quæst. 12. artic. 2. colum. pen.

4 [Præterea † illud etiam adnotandum est, quod quanto maiora, & plura sunt onera ob causam cambiendi, seu mutuandi suscepta, tanto magis licitum est in lucro ascendere, & econtra, eo quod lucrũ ob illam causam acceptum debet ipsi causæ proportionari. Sunt autem huiusmodi onera in triplici differentia, quædam dicuntur antecedere, quędam concomitari, quędam uero ipsum cambium, seu mutuationẽ subsequi. Quæ antecedunt, sunt pecunias diuersorũ generum quærere, & aggregare, & ministros in pluribus locis, aut uno, ad cambiendum paratos habere. Quæ concomitantur, sunt pecunias mutuandas, seu cambiendas numerare, & si in alio tempore, aut loco solutio agenda est, in libris scribere, & periculo sæpe huiusmodi pecunias mutuatas exponere. Quæ autem subsequũtur, sunt interesse aliquod pati, timor iustus, & anxietas de solutione, non sine expensis, & lite agenda, & expensæ ipsæ in capitalis recuperatione factæ, & alia multa possunt ipsi cambio, seu mutuationi accidere, quæ omnia non tenetur campsor, seu mutuator gratis pro mutuatario sustinere, sed pretio possunt omnia illa ęstimari, ut supra dictum est, ac proinde ipsis auctis, aut diminutis licitũ est lucrum correspondens augere, ac diminuere, attento semper ne inde scandalũ, aut infamia subsequatur. Est etiam causa augendi lucrum locus magis distans, nam quò ad distantiorem locum cambitur, eò maius lucrum exigitur. sed aduerte, quod per se loci distantia nihil confert ad lucrum augendum, sed ratione oneris adiuncti, quia campsor, qui hic pecunias dat, alibi eas recuperaturus, suscipit in se onus hoc mittendi ad locum distantem famulum, seu ministrum, qui tales pecunias suo tempore recuperet: & quia hoc onus uidetur per se annexũ cambio, quod ad locũ distantem fit, ideo

de

de hac causa non dubitatur, quin sufficiat ad augendum lucrum secundũ exigentiam distantiæ, cum maior distantia maiores labores, & expensas requirat, quam minor. Similiter ratione quantitatis pecuniæ campsæ, nam quo maior pecuniæ quantitas in cambio datur, eò maius lucrum exigitur. Et hoc propter multa onera ob causam cambii suscepta, quę (vt alia omittamus) sunt, campsorem suam industriam, curam, laborem, & sollicitudinem in tanta pecuniarum varietate acquirenda apposuisse, & expensas ob eandem causam fecisse, & ministros, aut famulos in diuersis locis, suis expensis ob eandem causam tenere, quæ omnia cum suum habeant valorem, quia mercenaria sunt, totus omnium horum onerum ualor est aggregata pecunia ad illum finem destinata quodammodo cõtentus; & inter ipsas pecunias proportionabiliter diuidendus, ita ut qui inde multam pecuniam per uiam cambii accipit, multum ualoris præfatis omnibus correspondens soluat, qui paucam accipit, paucum præfati ualoris soluat, & ita si quanto maior pecunia causabitur, tanto maius lucrum exigitur, non est hoc per se ratione hac, quia multa est pecunia campsa, sed quia multam talem pecuniã multum oneris præfati consequitur.]

Sed nunc ad particularium casuũ decisiones ex his eliciendas descendamus, & Primo de commutatione, seu cambio ratione loci, quod est, dum quis alibi pecunia indiget, quam hic habet, hic numerat, ut sibi alibi consignetur, & dicitur per litteras, quia qui pecuniam recipit, litteras tradit, quarum fide alibi solutio fit. [Et hoc iustum dicitur quatuor concurrentibus. Primum, quod seruetur æqualitas ualorum inter pecuniam datam, & accipiẽdam, & quod campsor non accipiat plus iusta mercede pro cambio, & quod campsor, qui dat pecunias soluendas, sciat, uel probabiliter credat, quod persona, cui eas dat, habeat pecunias, uel fidem, seu creditum, & uoluntatem satisfaciendi litteris, quas de soluẽdis illis sibi tradit in locis, ubi sunt soluendæ, & quod locus, ubi sunt soluendæ pecunię, longe distet à loco, in quo dantur litterę, ita Nauar. in Manua. cap. 17. num. 289.]

5 Prima. Qui † ratione transmissionis pecuniæ ab uno loco in alterum aliquid precii recipit, licitè potest absque peccato, dumtamen assignetur tempus solutionis uisis, perlectisque litteris, & hoc dicitur cambium per litteras, tum ob rationem, quæ posita est in tertia regula, tum etiam, quia pecuniarum traductio maximè ab uno regno in aliud multis subiicitur periculis latronum, bellorum, atque etiam submersionis, si mari, uentisque submittatur, ita Ioan. Andr. in c. nauiganti, de usur. idem tenet Saly. in auth. ad hæc, C. de usur.

6 Secunda. Petrus, † qui Neapo. suam pecuniam Meuio numerat, ut eam in Flandria recipiat, potest licitè aliquod iustum pretium recipere, etiam si prędicto Petro expediat suam pecuniam à Neapoli transmittere in Flandriam, si tamẽ Petrus fuerit à Meuio pręuentus: ratio est, nam & si Petrus sibi consulat nullo modo suscipiendo laborem, atque periculũ, tamen satis est in materia cambiorum, ut illud fiat, quod est ęstimabile pecunia, quę est transmissio pecunię, Sotus lib. 6. de iusti. & iu. q. 10. art. 1.

7 Tertia. Illustris † quidã pecunia Neapoli egens, quam mutuo à mercatore inuenire non potest, recipit tandem ab illo, ut mercatori in Flandria rependat, quam re uera ibi non habet, cambium istud illicitum est, atque siccum, & usurarium, Sylu. in uer. usura, 4. q. 10. uers. quintum. nec excusari potest mercator dicens: Ego, qui pecuniam hic confero, recepturus in Flandria illam, cogito inde hanc istinc traducere, cuius traductionis pretium recipio: quia re uera ille pecuniam non habebat in Flandria, sed fecit ut suę consulat necessitati.

[Rursum, Danti nummos Neapoli, ut sibi Romę reddantur ratione dilatę solutionis, non licet campsorem iusto

pretio

pretio defraudare, uerbi gratia: Sit iustum pretium transferendi 1000. à Neapoli ad Romam 50. dicatq; dominus pecuniç campsori: Si remittis mihi uiginti ex quinquaginta, quę eram tibi Romę soluturus, expectabo te per duos menses, est enim manifesta usura: idem enim est recipere aliquid pro expectatę pecuniç solutione, ac si diceretur, Remittę mihi decem, quę tibi debeo, & accipe pro mense mutuum. Etenim nullo pacto in cambiis est habenda ratio ad tempus solutionis, ut plus, uel minus aliquid exigatur, quia esset iam cambium usurarium, quod est diligenter à Confessoribus considerandum.]

8 Quarta. Negotiator † merces emit à Ioanne, quarum pretium chyrographo suo apud campsorem cõsignat proximis nundinis soluendum. potest campsor soluẽs negotiatori recipere quinque in singula milliaria, vel tantum, quantum lege publica, vel proborum cõsuetudine permittitur, nam pretium illud non recipit tanquã numerator pecuniæ, sed ut mercatorum depositarius, Sotus lib. 6. quęst. 11. art. vnico.

9 Quinta. Mercator, † qui Neap. mille argenteos nummos, vt in Flandria recipiat, alteri numerat, vbi tunc temporis per continua bella raritas est pecuniæ in Flandria, & ibi forte aureus nummus tanti ualet, quantum Neap. duo, potest absque peccato recipere forte aureos nũmos octingentos ibi in Flandria, qui ualẽt mille, & sic mercator amittit bis centum. Qui vero numerat vice uersa in Flandria tibi Neapoli restituendum, plus lucratur, quam qui Neapoli numerat, vt in Flandria recipiat: nam qui ibi recipit pro transmissione, perdit quinquaginta. At qui vt Neap. recipiat, pro trecentum forte recipit trecentum quinquaginta.

10 Sexta. Mercator † potest maiorẽ mensuram olei, cuius forte Neap. copia est, commutare pro minore soluenda Romę, vbi penuria est. Sic etiam potest mercator pauciores vlnas lini Romæ commutare, seu cambire pro plurimis soluendis Neap. quia Romæ lini maior est caritas. Hęc Sotus.

11 Septima. Mercator † qui cessante omni dolo, & versutia commutat mille aureos Mediolani redhibẽdos pretio cambiorum nundinarum, potest absque peccato, Sotus q. 12. art. 4.

12 Octaua. Licite † quis potest cambire pecuniam præsentem pro præsenti, puta, nummos valoris maioris pro nummis minoris valoris, & econtra, aliquo ab altera parte concesso pretio alteri, & hoc cambium dicitur minutum, quod ideo permittitur, quia illic nulla est extensio, sed commutatio ad vsum humanum vtilis, verbi gratia: Pauper pecuniam auream exhibet Campsori, dando aliquid tenue pretium illi, vt aliquam minutam habeat pecuniam, quæ sibi sit usui, & hoc ratione laboris, & operarum, pensionum, laborum, salariorum, factorum, & discipulorum, quæ pro huiusmodi arte exercenda quis subest, quæ de proprio non est decens, vt subeat ad aliorum vtilitatem, quibus talia ministrari opus est: expensarum si quidem, & laborum ratio exhibenda est, c. magnæ, de voto. bene faciunt no. per Io. And. post Host. in c. conquestus, de usu. Nauar. c. 17. nu. 283. L. D.

13 Nona. Est † etiam alius, cui transportare necesse est grandem pecuniæ quantitatem, potest absque peccato magnum pondus argenti, vel ęris cum exiguo auri commutare, ne sibi ad magnum opus sit oneri. Sotus lib. 6. q. 9. art. vnico.

14 Decima. Si quis † auro indiget ad deaurandum, vel ad cõficiendum aliquod medicamen, vel ad ornamentum, potest illi venditor nummum optimi auri uenundare vltra valorem, quo nummus aureus tanquam numisma æstimetur, dummodo augmentum illud sit tenue, & exiguũ: ratio est, quia sicut posset uenditor rudem massam auri, vel argenti uẽdere, sic & illud, quod est signatum, Syl. in uer. vsura, 4. §. 3.

15 [Vndecima; † licet campsoribus recambire, quãdo ad terminum pręfixum

non

non respondetur, ita est opinio Parisiensium, quam sequitur Nauar. cap. 13. de cambi. modo non ratione temporis, sed lucri cessantis fiat: & ratio est, quia ars campsoria, in qua pecunia pro pecunia à loco, ubi est rarior, ad locum, ubi abundantior est permutatur, est licita. Quare quãdo aliquis inuitus impeditur, totum lucrum cessans, sicut si impediretur ab aliqua arte mercatoria, exigere poterit. Hinc campsores à regibus, & ab aliis nobilibus propter dilatatam solutionem cãbia, & recambia exigentes non sunt in statu damnationis, quia non ratione temporis, sed lucri cessãntis illud exigunt.

16 Duodecima. Mons† pietatis est, quando aliqua quantitas rerum, uel pecuniæ alicui loco relicta est his legibus appositis, scilicet, quod locus ille teneatur curam præfatæ summæ habere, ad indigentibus illius loci certam partem eis mutuandum pignoribus ab eis acceptis, & ut soluant singulis mensibus aliquod exiguum ultra sortem pro quantitate, & tẽpore, quo eam tenuerint, & hoc pro salario ministrorum dicti montis, qui pecuniam erogandi pauperibus ipsi accipiunt, & in suis libris pignora scribunt. Hi montes approbati sunt in Conc. Lateran. sess. 10. à Leone X. qui ex certa scientia eo recensente argumenta utriusque partis, & institutores laudante illos approbat, afferens hoc idem factum esse per alios quatuor Pontifices prędecessores suos, quamuis dicat multo fore pẽrfectius, multo sanctius, si omnino tales montes gratuito constituerentur, ita ut pauperes nullo modo grauari contingeret, & ita fit Neap. Indigentes enim pecuniam in monte pietatis accipiunt assignatis pignoribus, quam si non soluunt spatio unius anni, uel duorum, ministri ad id deputati pignus uendunt, recipiunt pecuniam mutuatam, & residuum reseruant domino pignoris. Quod si pręfati montes gratuito erigi non possunt, aliquos census assignando, quibus si non omnino, saltem, uel media ex parte huiusmodi ministrorum soluantur expensę, & tunc ęquum est ut ministri, qui seruiunt dicto monti, iustam mercedem habeant non à ciuitatibus, locis, & montibus, sed â pauperibus, ad quos emolumentum peruenit, quod palam sensit idẽ Conc. quia qui commodum sentit, onus quoque sentire debet. Illa tamen debet esse ita exigua, ut uerisimiliter non excedat id, quod iustitia requirit, ita Sylu. in uer. usura, Ioan. à Medin. C. de rebus per usur. acquisit. q. 10. ubi late contra Caietanum explicat hanc quęstionẽ, ponens ad uerbum bullam Leonis X.]

SVMMARIVM.

1 *Contractus assecurationis effectus qui, & an sit licitus.*

2 *Contractus assecurationis fit ad modum saluiconductus, & notabile de saluoconducto à Principe concesso mercatoribus.*

3 *Ciuitates, vel Reges itinera tuta præstare debent, alias ad damna tenentur, fallit vt hic.*

4 *Assecuratio per modum sponsionis, quomodo, & an licitè fiat; & quando habeat uim fideiussionis, nu. seq.*

6 *Contractus assecurandi merces trans mare vehendas, vsuram centesimam excedere non potest, & licitus est, nu. 8.*

7 *Fœnus nauticum quid dicatur.*

9 *Fraus in assecurationis contractu pluribus modis ex parte domini nauis committitur, & ad quid fraudans in loco appulsus teneatur.*

10 *Fraus in non seruato tempore nauigandi, quando obliget dominum nauis ad pretium assecurationis, & quando ratione nauis mutatæ, nu. seq.*

12 *Naui intercepta à fisco ratione mercium prohibitarum, non tenetur assecurans ignorans fraudem.*

13 *Assecurans eo animo, vt si salua res fuerit, lucretur, sin secus bonis cessurus, cum nihil habeat, iniè pretium assecurationis non recipit.*

14 *Assecuratio tam pro sorte, quam pro lucro fieri potest.*

Assecu-

15 *Assecurationis pretium tam per numerantem pecuniam nauiganti, quam per alium recipi posse, modo aliqua concurrant.*

De contractu assecurationis. Cap. CXI.

1 ASsecurationis † contractus est in tuto rem constituere, qui si lege, & more fiat, licitus est, & vtilis Reipublicæ, de quo late in titu. ff. & C. de nau. fœn. l. in naue Saufeli. ff. loc. Ias. Alex. & alij, in l. illa stipulatio, & l. à Titio, ff. de verbo. obligat. Dec. in l. cum ad præsens, ff. si cer. petat. Pau. de Castr. in d. l. in naue, Innocen. Fely. & Abb. in c. in ciuitate, & cap. nauiganti, de vsur. Nauar. in cap. 17. num. 221. & nu. fin. L. A. Et ratio, quare contractus iste licitus sit, est, quia pro quacunque re, quæ pretio æstimabilis est, potest quisque mercedem recipere: ponere ergo rem in tuto, quæ periculis exposita est, pecunia est æstimabile, ergo potest quisque illud pretio redimere, Sotus, de iustitia & iure, lib. 6. quæst. 7. artic. unico.

2 Rursum sciendum est † quod hic contractus assecurationis potest fieri multis modis. Primo fit ad modum saluicondu ctus, siue commeatus. Hinc nota de saluoconductu, quem Principes mercatoribus merces pro suo territorio deferentibus concedunt, nam dando mercatoribus saluumconductum expresse, uel tacite, pericula subeunt saltem de consuetudine, adeo quod si per prædones auferantur merces, satisfacere tenentur eis: Et hoc est, quia illi Principes apponere habent operas, ut vitentur illa pericula, quia purgare tenentur uiam publicam à prædonibus, quod tene menti, ita Host. in sum. de censib. §. ex quibus, colum. penul. vers. breuiter puto. Dicens quod is, qui pedagium recipit, tenetur saluare soluentem infra districtum suum in persona, & rebus, nam propter talia pedagium solui consueuit, & si nō facit hoc, peccat mortaliter, idem tenuit etiam Archid. in c. si quis peregrinos, 24. quęst. 3. facit quod inquit Barto. per illum tex. in l. 1. in princ. ff. de his, qui deiec. vel effud.

3 dicens, † quod ciuitates tenentur tenere itinera secura, alias tenentur emendare damnum de prædis. Hæc nota, quia sunt valde utilia in foro conscientiæ, ut sciant Reges, & domini temporales, & Ecclesiastici quàm exactissimam debent adhibere curam, vt sint itinera, & territoria sua transeuntibus tuta. Aliàs tenentur in foro poli, & fori resarcire damna illata. Quod tamen intellige, nisi damnum passus inciderit in discrimē sua culpa, eundo per vias, vel loca insolita, ita Bart. in d. l. 1. de his, qui deiec. facit etiam quod notat idem Bart. in l. 2. C. de cursu publ. lib. 12. vbi dicit, quod transiens per uiam tortuosam, uel insolitam, præsumitur iturus contra deuetum, Felyn. in cap. postulasti, 3. colum. de foro compet. latius per Firma. in tract. gabellarum, in vltima par. quæst. 14. Vbi hoc ultimum dictum limitat, nisi iusta causa motus quis iuerit per uiam inusitatam, & non rectam, quia uia recta erat ab aquis inundata, argu. l. 2. §. si quis autem, ff. si quis cau. l. cessat, ff. de publ.

4 Secundo † modo assecuratio fit per modum sponsionis, l. si rem, ff. de præf. vrb. quod uulgo dicitur la scommessa, vel inguagiatura, verbi gratia, si quis dixerit, Largire mihi centum, si Ioannes fuerit Cardinalis, vel Papa. Aut si tua vxor pariet tibi filium, tunc assecuratio est, & spondens, seu assecurans licite potest aliquid accipere ratione periculi, cui se exponit, Ias. & Alexan. in l. à Titio, ff. de uerbor. oblig. Afflic. decis. 389. Dec. cons. 115. Sotus lib. 6. de iustitia, & iure, q. 7. art. 1. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 7. nu. 3. Sylu. in ver. negotium, qui inquit quod illicita sunt talia lucra, cum soli cupiditati deseruiant, & de consilio pauperibus essent eroganda.

5 Tertio modo † habet vim fideiussionis, vt Do tibi mille, si nauis mea salua ueniet

veniet ex Alexandria, vel si hoc anno erit annus fertilis. Et quemadmodum fideiussor potest recipere pretiũ pro obligatione, vt per Barto. in l. hoc iure. ff. de donat. ita & assecurator pro sua assecuratione ratione periculi, cui se subiicit, Nauar. c. 17. nu. 285.

6 Quartus modus † est de eo, qui in se suscipit periculum mercium trans mare vehendarum, & hoc dicitur nauticum fœnus. Est enim periculum assecurationis, quod soluitur ei, qui in se suscipit periculum pecuniæ traiectitiæ, idest mercium vehendarum trans mare. Hoc autem pretium assecurationis de iure ciuili non potest excedere vsuram centesimam, idest, duodecimam pro centenario, l. periculum, & l. nihil interest, ff. de naut. fœno. Exemplum promitto tibi nauem tuam, & merces tuas uehendam, & vehendas ultra mare saluas fore, cum pacto ut pro assecuratione des mihi 12. pro centenario. Hæc materia tractatur per Pau. de Castr. in l. in nauem, ff. loca. Nauar. cap. 27. num. 283. Couar. lib. 3. varia. resol. c. 2.

7 Et notandum, † nauticum fœnus non solum dici pretium, quod soluitur pro assecurandis mercibus maritimis, sed etiam id, quod exigitur pro assecuratione mercium, quę terrestri itinere transuehuntur, quia ubi similis ratio, ibi idem ius est statuendum, l. his solis. C. de reuoc. donat. ibi dum dicit, satis est, Bald. in rub. C. de naut. fœno.

8 Qui † quidem assecurationis contractus licitus est, ac Reipublicę perutilis, dummodo seruetur iustum pretiũ, quod quidem erit habita ratione ad usum, & consuetudinem loci, & ad pretium naturale currens in eodem loco.

9 Præterea sciendum est, † quod multipliciter committitur fraus in contractu assecurationis ex parte mercatoris, siue domini nauis. Primo variatione locorum, ut si dominus nauis non ad illum portum, qui expressus fuerat in contractu, naue appulerit, sed ad alium minus fidum: nam tunc si nauis periit, suscipiens periculum non tenetur restituere ualorem nauis, uel mercium, immo ille nauta tenetur soluere pretium assecurationis, Sotus de iustitia, & iure, lib. 6. q. 7. cap. unico.

10 Secundo committitur fraus † uariatione temporum, ut si quis assecurauit merces, quæ erant in naui, dummodo nauigatio fieret mense Maii, & dominus nauis nauigauit mense Augusti: nã tunc si nauis perierit fortuna, uel fuerit à piratis deprędata, non tenetur assecurator ad pretium mercium, immo dominus nauis tenetur ad pretium assecurationis, l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de uerbor. obligatio. Quod secus est, si non fuit in culpa, sed casu fortuito, uel ex aliqua causa urgenti mutauit, nam non tenetur soluere pretium assecurationis, argumen. text. in l. fin. §. idem iuris, ff. ad l. Rhod. de iac. ubi difficultas superueniens excusat à pœna.

11 Tertio. Committitur † fraus uariatione nauis, uerbi gratia, conuenit Titius cum Seio de deferendis mercibus uersus orientem in una naui magna, & firma. Seius autem merces detulit in naui deteriori, quæ periit, tunc eo casu nõ tenetur assecurans soluere ualorem nauis, uel mercium, immo debetur ei pretium assecurationis; quod intellige, nisi eodem itinere perierit utraque nauis, firma, & deterior, l. fin. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iac.

12 Quarto. Committitur † dolus ex parte domini nauis uariatione mertium, ut quia exercitor nauis non transuexit merces licitas, sicut cum ipso erat conuentum, sed transuexit illicitas, & prohibitas, quamobrem fuit intercepta à fisco nauis, & una cum mercibus combusta, tunc non tenetur assecurans ad pretium mercium, uel nauis, cum fuerit in culpa, & dolo uariando merces, unde hoc sibi debet imputari, l. cũ proponas, C. de nau. fœno. Rom. sing. 436.

13 Quinto, & ultimo † cõmittitur fraus ex parte assecuratoris. Vt qui nihil habet in bonis, periculum nauis in se susci-

pit, ea nimirum spe, quòd si salua fuerit, habebit mercedem, si perierit, abdet se, aut bonis cedet, tunc iste talis non potest in foro animæ recipere pretium assecurationis, postquam re uera nulli se exponit periculo, Sotus de iust. & iu. lib. 6. q. 7. art. unico.

14 Insuper notandum est, † quod contractus assecurationis non solum fieri potest pro sorte principali, sed etiam pro lucro pro eo sperando, uerbi gratia, dando, uel accipiendo quinque certa pro quindecim incertis, Nauar. capit. 17. nu. 255. & 206.

15 Item non solum alius † potest recipere pretium assecurationis, sed etiam ipsamet persona, quæ mutuat pecuniam nauiganti, & recipit in se periculum nauis, potest recipere pretium assecurationis: dummodo hæ conditiones seruentur, quarum prima est, ut re uera adsit periculum probabile: & sic non obstat tex. in cap. nauiganti, de usur. cuius uerba sunt hæc. Nauiganti, uel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus, quia ibi fuit perceptum ratione mutui facti mercatori, nō autem ratione periculi, quod patet ex eo, dum dicitur in tex. ad nundinas. In quibus propter hominum frequentiam non adest latronum periculum, ita Syluest. in uer. negotium, q. 4. Secunda, ut non fiat obligatio, ut recipiens mutuum teneatur recipere mutuantem assecuratorem, & non alium. Tertia, ut pretium sit iustū. Harum conditionum una deficiente statim contractus efficitur usurarius, ita Syluest. in uerbo usura, primo, num. 35. Nauar. capitu. 17. nume. 284. L. A. & nume. 221.

SVMMARIVM.

1 *Emptio est, quando dominium transfertur iusto pretio æstimato.*
Pretium iustum duplex.
2 *Pretium cuiusque rei triplex, supremum, infimum, & medium.*
3 *Iniquitas in pretio, in quo consistat.*
4 *Pretium iustum consideratur ratione tum præsentis, tum futuri temporis.*
5 *Pretia rerum quomodo æstimentur, & quæ attendenda sint in eo, nu. seq.*
7 *Regula, res tanti valet, quanti vendi potest, qualem sensum habeat.*
8 *Pretium in re mobili quale, & quale in immobili constitui potest.*
9 *Pretium rei venditæ alibi, quam in loco contractus existentis, quale.*
10 *Pretium rei in præsentia non traditæ, traditionis tempus, quale esse debeat, admonet.*
11 *Decipere inter se licere contrahentibus, quomodo intelligi debeat, & quo in foro locum habeat.*
12 *Legis authoritate qui peccat, non peccare, an vera sit regula.*
13 *Rem dare, vel vendere alicui pretio supremo, quæ præsenti pecunia infimo vendi poterat, an sit vsura.*
14 *Pretia non iuxta naturam rei venditæ, sed iuxta bonorum æstimationem arbitranda.*
15 *Pretia rerum secundùm communem hominum æstimationem statuenda sunt, fallit nu. seq.*
17 *Vendens rem carius, quam pretium ad tempus accepturus sit, peccatum admittit.*
18 *Venditor licet carius emerit, non potest pretium vltra communem æstimationem accipere.*
19 *Pretium accrescere ob damnum, quod à venditore patitur, an liceat.*
20 *Emere rem, & eandem statim venditori locare, modo iusto fiat pretio, licitum est.*
21 *Nummularii licitè vltra depositum aliquid dare possunt.*
22 *Vendere vltra iustum pretium, tribus causis licet.*
23 *Emere rem minoris, quam valeat, quo casu liceat, & nu. seq.*
25 *Actionem minori pretio emere licet, siue sit ex legato, siue ex afflictu, & num. seq. fallit nu. 27.*

Plus

28 *Plus soluit, qui ante tempus soluit, in solutione anticipata rei venditæ locum non habet.*

29 *Debitori non licet minus soluere eo, quod ante terminum soluat creditori, fallit tamen in duobus casibus, vt numero sequen.*

31 *Prouentus soluendi ad decem annos, an & quando emi possint minori pretio, tum certi, tum incerti, & numero sequenti.*

33 *Emere ea, quæ progressu temporis incrementa recipiunt, viliori pretio, quo casu liceat, & quo non, & nu. seq.*

35 *Emere vilius, & infra communem æstimationem pretii, an, & quare sit permissum.*

Merces, vel operas oblatas licet minoris emere, vel conducere, & iustum pretium quale.

36 *Pretium iustum dicitur, quod nunc ab emptoribus inueniri potest, ex quo infertur ad quæstiones, vt hic. nu. seq.*

De emptione & venditione. Cap. CXII.

1 EMptio † est, ubi dominium æstimato iusto pretio transfertur. Verum cum pretium iustum rerum duplex sit, aliud legitimum, quod lege Principis positum est, & aliud naturale, seu arbitrarium, quod currit, quando per legem non est constitutum. Sciendum est, quod ubi pretium lege positum est, nempe ut modius tritici, aut uini, uel ulna panni uendatur decem, neque unius oboli accessio licita est, sed est peccatum mortale, si excessu notabili augeatur, obnoxiumque restitutioni, & si excessus sit perexiguus, erit ueniale, Sotus de iustitia, & iure, libro 6. quæst. secunda, articu. tertio, secunda conclusio.

Præterea sciendum est nequaquã consistere in puncto indiuiduo pretium, sed in mediocritate quadam, quæ latitudinem habet per gradus, quemadmodum generaliter docet Aristotiles lib. 2. Ethycorum, cap. 6.

2 Itaque † cuiuscunque rei pretium triplex est, supremum, infimum, & mediũ, seu alio nomine rigidum, pium, & moderatum. Nec potest accidere rem quandam pręcisè centum ualere, ita ut nec ualeat plus, & minus: ualet enim centum pretio medio, at pretio supremo centum & quinque, pretio tandem infimo nonagintaquinque.

3 Iniquitas † enim in pretio consistit propter excessum, uel diminutionem iusti pretii, quod ad mediocritatem pertinet, quæ cum latitudinem habeat in pretium supremum, infimum, & medium distinctam. In hoc triplici pretio iniquitas contingere potest. Vnde res, quę uenditur decem, iustè uenditur tum undecim, tum nouem, ita colligitur ex Diuo Thoma, 2. 2. quæst. 77. articu. primo, Syluest. in uerbo, emptio. quæstio. 9. Sotus lib. sexto, de iustitia, & iure, quæst. secunda, articu. tertio, Couar. lib. secundo uariar. resolut. capitu. tertio, nume. primo. Quod quidem tali pacto meo iudicio intelligendum est, posse uendi pretio mediocri, uel pio, si uenditur res ad pręsens, uerum si pecunia ad tempus credita pretio supremo, Syluest. in uerbo usura, secunda, quæst. prima, Sotus ibi articu. 3. Couar. cap. 3. num. secundo, in fine.

Postremo declarandum est, quod sit
4 cuiusque rei pretium? & dico † quod aliud est iustum pretium ipsius rei, si res traditur de pręsenti, aliud si in futurum. Nam si res traditur de præsenti, iustum precium illius rei est illud, quod constat non ex cuiuslibet affectione, sed quod secundum communem ęstimationem currit in foro, in loco tempore uenditionis illius rei, tex. est in l. 4. ff. ad leg. Falcidiam. Vbi habetur rem non ęstimari pretio formali, idest, à contrahentibus formato, sed secundum pręsens communi, puta, foro currens, bonus tex. in l. si seruum meum, ff. ad leg. Aquil. cap. 1. de empt. & uendit. no. in cap. cum causa, de

testib. sed optimus tex. in hac materia est in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. cuius verba hæc sunt.

5 Pretia † rerum non ex affectu, neque vtilitate singulorum, sed cõmuniter finguntur, idest, non secundum priuatam existimationem, sed secundum communem prudentiam constituuntur. Verũ ad explorãdum hoc iustum rei pretium non est standum uniuscuiusque mercatorum arbitrio, sed prudentium iudicio, eorumque, qui sunt æquitatis cultores, qui ex multis debent ducere rationem.

6 Primum † enim attendere debent necessitatem rei, mox copiam, & inopiam, deinde negotiationis laborem, curam, & industriam, atque pericula. Præterea si merces, vel in melius mutatæ sunt, vel in deterius, venditorumque, atque emptorum frequẽtiam, atque id genus alia quæ prudentissimus quisque speculari potest, ita tradit Sotus, lib. 6. de iusti. & iu. q. 2. art. 3. secunda conclu.

7 Et nec obstat † regula illa, quæ se habet, Tantum valet res, quantum vendi potest, quam adnotant tex. in l. pretia, ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebel. quia intelligitur non habere tam uastum sensum, quàm uerba sonant, aliàs liceret vendere vltra medietatem ueri pretii, quin uero duplo, & triplo. Igitur talis est sensus: Tantum ualet res, quantum absque fraude, & iniuria communiter potest uendi homini scienti eius conditionem, nam si adesset fraus minorantium, uel augentium dolosè, vel ignorantia, atque damnum uenditoris, siue alia impedimenta, tunc iustum pretium non esset illud, quod habet communis æstimatio ad numeratum, sed id, quo res distraheretur, si talis fraus, vel impedimenta abessent.

8 Et hoc † in re mobili videtur esse illud, quo solui posset materia rei, & manufactura, ac labores rationabiliter facti, ita scilicet quòd prudens mercator, aut artifex moderatum lucrum, arbitrio boni uiri reportet, Sylu. in uer. usura, 2. §. 1. versi. secundum. In re uero immobili determinari posset pretium secundum fructus, vt notat glo. & Barto. in l. 2. C. de rescin. uend. ita ut fructus multiplicati per viginti annos faciant iustam æstimationem rei, ut est tex. in Auth. de non alien. §. quia vero, & in auth. præterea. C. de sacrosan. Eccle. & ibi no. glo. sic & iusta pensio est, quæ collecta in viginti annis continet rei æstimationem, glo. no. in auth. perpetua, vers. iusta, de sacrosan. Eccle.

9 Si uero † traditur quidem, siue consignatur res de præsenti, sed non hic. Vt si Mediolani quis emat aromata, quæ sunt Genuæ, iustum pretium est, quod ad numeratum currit Mediolani, vbi celebratur contractus.

10 Attamen si res non † traditur de præsenti, sed in futurum, iustum pretium est illud, quod curret ad numeratum tempore redditionis rei communi ęstimatione, ut patet in cap. ultimo, & penult. de empt. & uendit. Sylu. in ver. usura, 2. §. 1. versi. 1. Sotus de iustitia, & iure, lib. 6. quęst. 4. articu. fin. versi. primum argumentum. sed modo ex his plura deducamus.

Primum uera iurisconsulti interpretatio in l. in causę, §. idem Pomponius,
11 ff. de minor. scribentis, licere † naturaliter contrahentibus inuicem se decipere, cui simile habetur in l. item si pretio, §. fin. ff. locati. Non enim intelligitur, ut Conrad. Couar. & alii putant, intra latitudinem iusti pretii. Nam id non solum ciuilia iam nunc citata, & l. 2. C. de rescind. uendit. & l. si uoluntate, eod. titu. verum etiam iura canonica permittunt, vt patet in capitu. cum dilecti, capit. cum causa, de emptio. & venditio. Quare licere illic non est idem, quod sine culpa, sed impunè in humano foro, ita Innoc. in capitu. in ciuitate, de vsur. Panorm. in capitu. quia plerique, de immunitate eccles. glos. in l. semper in coniunctionibus, ff. de regul. iuris, quę ait tales fraudulentos contractus non esse licitos in foro conscientię, sed mercatorum animas in periculo uersari, quare nulli dubium.

bium restat quin huiusmodi seductores, siue vendant, siue emant teneantur restituere etiam non requisiti. [Hinc fit, quod qui secundum ius, aut iudicis sententiam aliquid tenet, non semper tutus est, nec à restitutione liber: patet hoc de eo, qui rem suam vendendo emptorem citra dimidiam iusti pretii defraudauit, secundum ius, & in foro exteriori tutè retinet excessum pretii iusti, & tamen in conscientia talis uenditor tutus non est, sed ut diximus etiam non requisitus excessum iusti pretii restituere tenetur. Similiter secundum iura, qui alienum per tempus à lege definitum possidet, etiam si cum mala fide possederit, potest illud retinere, quod tamen secus est in iudicio animæ, quia possessor malæ fidei nullo vnquam tempore præscribit, c. fin. de præscrip. Cuius ratio est, quia iura multas iniquitates, & mala permittunt, ut maiora vitentur, sed non protinus eas cõmittentes sunt à peccato coram Deo immunes; nam iustitia conscientiæ id exigit quod vnusquisque, quod suũ est, aut sibi debitum habeat: iustitia autem humana lites prout expedit, impedire curat, Medi. C. de restit. q. 3. §. septima, ver. oppositum.]

12 Et non obstat, quod qui † peccat legis authoritate, non peccat, cap. qui peccat, 23. quæstio. 4. & idem ferme habetur in l. Gracchus. C. de adult. Est autem delusoria hæc propositio: illud enim intelligitur de lege iussoria, secus autem de permissoria. Ille (inquam) qui agit quod lex iubet, non peccat: secus autem ille, qui agit, quod lex humana impune permittit: non enim omne illud permittit diuina. alioquin meretrices, quia lege permittuntur, non peccarent, & nec maritus, qui lege permittẽte interficeret vxorem adulteram. Vnde Chrysost. ut habetur 33. q. 1. c. hac ratione. Quod permittimus (inquit) nolentes præcipimus, quia malas hominum uoluntates ad plenum prohibere non possumus, ita Sotus lib. 6. de iustitia, & iure, q. 3. art. 1. primum igitur. secutus Syluest. in uer. emptio. quæstio. 8. contra Panor. in c. in ciuitate, de usur.

13 Secundo inde † constat, quod potest quis iustissimè uendere pecunia ad tempus credita pretio supremo suas merces, quas statim pecunia numerata uendidisset pretio mediocri, uel infimo. hoc etenim in specie notat Dec. cons. 3. Sylu. in uer. usura, 2 q. 1. Sotus lib. 6. q. 2. art. 3. Couar. lib. 2. uaria. resol. c. 3. nu. 2.

14 Tertio eadem † ratione manifestum est, quod in contractibus emptionum, & uenditionum pretia rerũ non secundum ipsam naturam æstimanda sunt, sed secundum bonorum communem æstimationem; nam si natura rei foret æstimanda, pluris esset æstimandus equus, quam gemma ob utilitatem equi. Viuentia enim genere suo præstantiora sunt in animatis: & tamen ut ait Augu. de ciuit. Dei, lib. 2. c. 16. mallet homo in ciuitate sua habere frumentum, quam mures, & solet domus plus uendi, quam equus, D. Tho. 2. 2. q. 77. artic. 2. ad tertium. Sotus lib. 6. q. 2. art. 3. uers. ad hanc quæstionem. Couar. lib. 2. uar. resolut. cap. 3. nume. 4. uer. 1.

15 Quarto in † pretii iusti æstimatione apparet non esse considerandum, quanto quis emit pretio, quantumcunque laboris, & periculorum subiit, sed tantum habendam esse rationem communis æstimationis hominum, l. pretia, ff. ad l. Falc. sic sane mercator, qui audiens frumenti caritatem esse in Hispania, & magnis expensis attulit frumentum e Sicilia, si in Hispaniam perueniens aliunde copia frumenti ibi peruenerit, quapropter longe imminutum sit pretium, non potest ibi carius uendere, quanto sibi stat, nec potest iuste extorquere expensas, quas fecit, sed tenetur illud uendere, quanti cõmuni hominum æstimatione ualet in Hispania, Sotus de iustit. & iure lib. 6. q. 2. art. 3. Couar. lib. 2. uaria. resol. c. 3. nu. 4. uer. secundo.

16 Nisi † quando res detulisset cum periculo, & labore ad locum, ubi nullum habent pretium, quia ibi scilicet non uen-

duntur: quia eo casu in statuendo iustũ pretium habebitur ratio periculorum, laborum, & expensarum, Sylu. in uer. emptio. quęst. 10.

17 Neque vero † si credito futura solutione carius venderet, vt saltem se indẽnem redderet, immunis à peccato fieret, aut à restitutione liber. Hinc falluntur in caput suum mercatores, qui arbitrantur expectato ad tẽpus pretio licitè posse tanti vendere in fine nundinarum, vbi pretium decrescere solet, quãti in initio, vbi cum sit vberior emptorum copia, pluris merces veneunt; cum tamen numerata pecunia idem pretium extorquere non possint: nam mercium pretia emptorum copia augentur, penuria vero minuuntur, Sotus d. q. 2. art. 3.

18 Quinto. Eadem † ratione constat non posse venditorem ab emptore vltra iustum rei pretium ex communi hominũ æstimatione recipere ex eo, quod ipse pluris eam emerit. Exemplum, Est mercator artis, negociorumque ignarus, qui pluris iusto emit, non potest tanti uendere cum lucri accessione: nihil enim id facit ad ipsius rei propriam æstimationem. Apparet igitur omnino fallacem esse regulam illam, si quis semper, quanto emit pretio, tanti velit vendere cum lucri accessione, Sotus, qui supra, art. 3. Couar. lib. 2. varia. resolu. cap. 3. num. 4. vers. 3.

19 Sexto infertur † etiam non posse venditorem ab emptore vltra iustum rei pretium exigere propter damnum, quod ipse ex venditione patitur, nisi ad instantiam emptoris vendiderit, & ut ei seruiat, alioquin non venditurus, ut scribit D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. quem sequitur Syluest. in ver. emptio. q. 6. Exemplum, meum solum per se non nisi decem valebat, mihi tamen quia ædes illic commodissimum duco extruere, valet duodecim, hoc ipsum ex te pretium possum tũ petere, tum perinde recipere, modo ad instantiam tuam vendam, tibique patefaciam, vt videas, an tibi expediat tali lege emere; & ratio est, quia unusquisque vendere totum potest, quod suum est, & in tali casu non solum res, uerum etiam emolumentum est vendentis, Sot. lib. 6. de iustitia, & iure, quæst. 3. art. 1. tertia conclusio.

20 Hinc eadem † ratione infertur, quod uendere aliquid, puta agrum, uel domũ, cum pacto de retrouendendo, & ut interim donec retrouendatur, locetur ipsi eidem primo venditori est licitum, ut cõmunis obseruantia testatur, modo pretia sint iusta, Sylu. in ver. usura, 2. quęst. 15. uer. secundum. Et quãuis constet quod tali casu res pluris uendatur, quam ualet, quia si ualet mille, uenditur pro mille, & pro obligatione ad retrouendendum, quam manifestum est esse æstimabilem pecunia. Tamen ut Caiet. 2. 2. q. 77. artic. primo, uers. ad hoc dicitur, respondet, quod communiter res, quę sic uenduntur, ualent pluris non absolutè, sed uenditori: nam ideo uult illud pactum, quia incommodum ex uenditione incurrit. Et ideo possunt uendi pluris, quam communis æstimatio habeat, Syluest. in uer. usura, secun. in princip. secus autem si uenditor non damnificaretur, & emptor multum iuuetur, quia cum hoc non sit propter conditionem uendentis, uenderet quod non est suũ, D. Thom. 2. 2. quæstio. 77. articu. 1. Vt si quis equum emit, quia nõ uenditori, sed sibi ad bellum necessarius est. Vrbanum tamen esset, ut huiusmodi emptor, qui ex reipsa multum iuuatur, gratiosè aliquid uenditori donaret, non ex debito iustitiæ, sed honestatis. Hinc infert Caie. in d. art. 1. quæst. 77. in fi. quem sequitur Sotus lib. 6. quæst. 3. art. primo. 4. concl.

21 quòd † nummularii habentes in deposito alienas pecunias, si gratiosè donant dominis depositorum ex hac causa, quia multum iuuantur ex deposito, laudabiliter operantur dando, & domini depositorum licitè possunt recipere data, immo si quis (ut etiam supra diximus) pecuniã suam apud gratum mercatorẽ deponat, quem sibi sperat fore beneficũ, non peccat, & similiter neque peccat nummularius,

larius, si ideo supererogat, ut gratus sit, & ex hoc ipso, ꝙ gratus est, sperat quòd dominus tenebit suum depositum apud ipsum gratum: & ratio est, quia hæc omnia fiunt ex gratia, & non ex debito, alioquin usura esset.

22 [Septimo † in tribus casibus licet rem vendere pro maiori pretio, quàm res ualet, scilicet ratione ignorantiæ, ratione interesse, & ratione donationis admixtę. Primum fit, quando venditor credit inuincibiliter rem, quam vendit, ualere id, quod pro ea exigit, idest xv. cum re uera non valet nisi xij. ad summum, excusatur contractus à culpa, & vitio. Secundum fit, quando venditor ex rei venditione patitur damnum aliquod, quod qualiter intelligatur, vide supra, num. 19. Et quod diximus de venditore, pariter de emptore dicendum est, quòd si emptor in hoc loco, & tẽpore non erat mercem illam empturus, sed alibi, vbi sperabat verisimiliter se minori pretio illam empturum, si nunc ad instantiam venditoris emat, potest descendere in pretio, & dare pro illo minus, quàm sit pretium nunc, & hic currens, idque ratione interesse, quod ad instantiam venditoris perdit, quod non tenetur gratis pro eo perdere, deductis similiter laboribus, & expensis, quas alioquin erat in alio tempore, aut loco facturus, ut diximus infra, de empt. & vendit. ad futurã pecuniam, nu. 9. Tertium fit, quando ipse emẽs dat pretium excessiuum, cuius excessum donare liberè intendit; quia tunc non est uenditio, & emptio pura, sed mixta donationi, ratione cuius licitum est uenditori illum excessum recipere. In his casibus licitum est rem uendere pro pretio excedente latitudinem iusti pretii, quamquam discrimen sit quo ad debitum restituendi: nam in primo casu, sicut durante ignorantia excusatur à culpa, ita à debito restituendi: superueniente uero cognitione ueritatis, quòd rem plus iusto pretio uendidit, tenetur restituere excessum, nisi tanto tempore excessum illum uenditor cum bona fide retineat, ut sufficiat ad præscribendum uel usucapiendum. At circa tertium, Conradus quæst. 57. dicebat quatuor debere cõcurrere, ut cognoscatur, quòd emptor dans pretium excessiuum, uideatur donare. Primum, quòd emptor sit persona sagax, sciens ualorem rei. Secundum, ꝙ non ex mentis leuitate uera, uel præsumpta det tantum pretium, per quod excluditur prodigalitas, & inordinata affectio ementis. Tertium, quòd non ex necessitate, qua re illa multum indiget, det tantum pretium. Quartum, quòd illa tria constet uenditori de emptore probabili certitudine. Quando uero præsumatur donatio liberè facta, uel ex necessitate, diximus supra, cap. 56. nu. 11.]

23 Octauo licet † eadem ratione alicui emere minoris prędium aliquod cum pacto, ut uenditor quandiu uixerit, uel ad tempus fructus eius percipiat, quàm si fructus eius statim percepturus esset, facit text. in cap. cum Ioannes, & ibi Abb. nume. 3. de fide instrumen. Vbi ratione oneris annexi res ualet minus iusto precio, in specie notat Nauar. c. 23. nu. 84.

24 Hinc † eadem ratione manifestum est posse iustè emi rem valentem cẽtum minori pretio, nempe octoginta, si ea res in tuto non sit, bonus text. in l. fundi partem. ff. de contrah. empt. vbi onus appositũ videtur pars pretii. Exemplum: emere quis potest actionẽ alicuius, quæ tuta non est, vt creditum Petri, quod ei soluendum est ad tres annos, & litigium imminere potest, minori pretio ante tẽpus, Panorm. in cap. fin. de alien. iudic mut. ca. fa. quem sequitur. Sylu. in ver. vsura, 2. quæst. 15. vers. primum, Couar. lib. 2. var. resol. cap. 3. num. 2. vers. 5. & ratio est, quia minus est habere actionẽ, quàm rem, ad quam datur, ut est regula iuris. Tum propter dubium euentum litis, cum possit quis etiam perdere causam iustam propter iudicis defectum, tum quia debitor interim posset effici inops.

25 Hinc † concludit Innoc. in cap. in ciuitate, de usur. quòd potest quis bona

conscientia emere actionem iam ortam tempore contractus etiam pretio minori, quia exponit se periculo. Vnde si quis emeret à Ioanne centum, quæ debet cõsequi à Petro ex legato, vel ex affictu pro nonagintaquinque, siue hoc faciat ad instantiam ipsius Petri, siue emat minoris, habito respectu ad pericula, impẽsas, & labores rehabendi; quia nostra interest litibus, & sumptibus nõ vexari, l. minoribus. ff. de mino. siue illa, quibus emit, habet destinata negociationi, aut frugum emptioni, ex qua verisimiliter illud minus, quod alteri soluit lucraretur,
26 non peccat. Exemplum: Dum † militi stipendium regium debetur, quod creditor timet, aut non totum, aut non sine magno negocio, & molestia, aut non sine expensis se recepturum, potest quisque tale debitum ab illo minoris emere; & ratio est, quia emit illam actionem, quæ non tantum valet, quanta est pecunia, quæ debetur, immo est, sicut emere fata, & emere actionem, quæ ex lite pen
27 det: sed si debitum † nulli esset prorsus subiectum periculo, sed absque vllo sumptu, & labore certissimè speraretur soluẽdum, neutiquam liceret tale debitum minoris emere, quamuis longum esset tempus expectandum; esset quippe non solum palliatum, sed & detectum fœnore mutuum, vt habetur in c. fin. de vsu. Caiet. in sum. in ver. vsura, no. 2. Nauar. cap. 17. nume. 230. & seq. quoniam ratione dilationis temporis plus accipere,
28 quàm tribuere, vsura est. Nec obstat † illud, quòd plus soluit, qui ante tẽpus soluit, cap. 1. de plus petit. quia illud non procedit in solutione anticipata rei venditæ, sed tantum in eo, qui obligatus soluere ante tempus, soluendo patitur interesse, ideoque creditor cogens eum, plus petit. Ista autem plus petitio, siue sit respectu temporis, vt cum ante terminum, vel conditionem cogitur soluere, quod debetur; siue respectu rei, ut cum decem sint debita, & ipse soluit viginti; siue respectu causæ, vt cum debitum alternatiuũ petitur determinatè respectu loci, vt si alibi fiat solutio, quàm ubi destinata est, iux. gl. in c. 1. de plus solut. potest diminuere solum tantum, quantum quas æstimat interesse suũ verisimiliter, siue damni sit emergentis, siue lucri cessantis, Syluest. in ver. usura, 2. quæst. 14. vers. secundum. [Quando autem sit prouidentia, ante tempus petere, notat Ant. de Butr. in cap. 1. de causa poss. & propr. videlicet quãdo petitur ante propter inopiam debitoris, l. vbi. C. de iure doti. vel in debitore fugiente, l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fra. cred. Item ubi agitur, vt interponatur cautio à suspecto, ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. fi. ff. de iudic. l. in omnibus. ff. de pignor. l. grege. §. pen.]

29 Sed an † liceat ipsimet debitori, suum debitum, quod alteri debet, minori pretio redimere? Exemplum: Aliquis alteri debet centum solidos persoluendos post aliquot annos, vel annuatim ad duos, uel tres annos, & creditor vult remittere debitori tertiam, vel quartã, aut quintam partem, si soluat ei in principio anni, siue ante terminum; & videtur sibi licere, quia quod alteri licet, cur non sibi licebit? Respondetur, tamen quòd neutiquam illi licet; quia qui non quantum debet soluit, æquitatem iustitiæ minimè seruat: & ratio diuersitatis inter ipsum, & alterum hæc est, quoniam debitor ratione præcedentis contractus totam summam debet: Tertius vero, quia nihil debebat, iustè potest emere actionem illam, quantum valet, Sotus lib. 6. de iu. & iu. q. 4. art. 1. vers. De materia tertij argumenti.

30 Posset † tamen, secundum D. Thom. Opusc. 73. cap. 8. colum. 2. in duobus casibus à creditore suum debitum minori pretio emere. Primus est quando creditor gratis, & liberaliter aliquid debitori tribuit, & debitor non causa temporis accipit. Secundus est, quãdo propter damnum propriæ rei huiusmodi superabundantiam recompensat, ut quando non potest habere pecuniam sine alicuius rei propriæ alienatione, & damno

ex

ex qua soluat creditori illud, quod petit ante terminum solutionis, aliàs esset casus vsurarius propter regulã illam, quod quando plus accipitur quàm datur, committitur vsura.

31 Octauo eadẽ † ratione sequitur posse quem emere pagas, idest prouentus ex locis incertos, vt si quis emat redditus decem locorum ad decem, uel quinque annos, quicquid reddiderint minori pretio, vel potest emere etiam prouentus certos, puta quando scitur, quod loca tali anno reddent tantum, v.g. quadraginta solidos: & isti quadraginta solidi, qui exigi non possunt vsque ad tres annos, emuntur pro triginta. Quod quidem procedit, quando illos emit ad instantiam amici, malens suis pecuniis negociari, vel aliquod licitum quærere lucrum; tunc enim poterit minori emere pretio, secundum quòd verisimiliter æstimat suum interesse lucri cessantis. Si uero hoc facit volens per hanc viam lucrari, usurarius est uirtualiter: quia solutio anticipata habet rationem mutui, sicut in simili habetur in c. in ciuitate, de usur. scilicet, quod in emptione, & uẽditione est mutuum, quando soluitur ante, uel post dationem rei.

32 Si tamen † in exigendo essent pericula, & labores, & expensæ, & hac ratione pretium minueretur, non esset illicitum. Ita Syl. in uer. usura, 2. q. 14. uer. 4. Hæc nota, quia Neapoli talis contractus est in usu. Solent enim milites Neap. qui pro suis stipendiis habent aureos 36. siue in fine anni, siue tertiatim uendere dictam actionem pro uigintiocto pręsenti pecunia. Nam ipse contractus ex se iniquus, & usurarius est, cum pro anticipatione uigintiocto, emptor habeat triginta sex. Potest tamen iste contractus iustificari propter periculum uitæ militis, & ob labores, & expensas, quæ fiunt in exactione dictæ pecuniæ, quæ sunt pretio æstimabilia, dummodo iniustitia nõ fit in pretio: debet enim attẽdi iustum pretium, habita ratione ad pericula, & conditiones, & ætates hominum.

33 Nono, eadem † ratione, quia minus ualet actio, quàm pecunia præsens, liciti uidentur contractus illi, ubi emuntur res, quę ex temporis processu recipiunt incrementum ualoris, uel utilitatis, sicut sunt sata, fœtus animalium, fructus arborum, nemora ante tempus incisionis; & ratio est, quia uniuscuiusque rei æstimatio iusta dependet ab utilitate, uel necessitate ipsius rei: sed cum manifestum sit non esse tantam utilitatem, uel necessitatem alicuius rei imperfectæ, sicut est eiusdem perfectæ, ideo huiusmodi res debent æstimari, & possunt emi minori pretio, quàm sint ualituræ tempore suę perfectionis. Præterea cum per emptionem lucrum, & periculum rei emptæ pertineat ad emptorem, Instit. de emp. §. cum autem, ff. de peric. & commo. rei uendi. l. id quod. Ideo si quis emit sata, aut animalia fructifera, quicquid euenit per naturam temporis, iustè fit illius, cuius sunt huiusmodi terrę. Ita D. Thom. in Opuscu. 73. capitu. octauo, in fine.

34 Possent † tamen fieri in fraudem usurarum huiusmodi contractus, quando uerisimile esset, quòd fructus colligendi etiam computato dubio, quòd possunt impediri, ualeant tunc plus eo, ꝙ nunc detur, maximè si est persona, quę usuras aliàs consueuit exercere, quod intellige, si pręcessit pręmatura solutio, aliàs esset iniustitia tantum, Sylue. in verbo, usura, 2. q. 10.

35 Decimo, infertur, † quòd emẽtes ab ultro offerentibus merces multo uilius, quam communiter ualebant, siue subhastando, intercedente, uel non intercedente curia, & ementes in fine nundinarum merces ab his, qui recedere uolũt, uel ab his, qui necessitate ducti haud possunt expectare emptores, puta, rem, quę ualet centũ, pro octoginta, non peccant: & ratio est, quia cessãtibus fraudibus, & coactione res, quanto plures habet emptores, tanto plus æstimatur, & è contra. Vnde gemmę, quę non habent emptores, uilissimè uenduntur, & quando

multi

multi inueniũtur eorum emptores, pretio notabili excessiuo venduntur, Caie. 2.2.q.77.ar.1.vers.ad euidentiam,usque quo ad tertium. Nec est peccatum expectare tẽpus, quo res venalis exponatur, vt res vilius ematur, cum tamen iusto pretio emptio fiat,ut ibi Caiet.

36 Vndecimo. Ex † hac etiam radice apparet, quòd iustum pretium est illud, quod nunc potest inueniri ab emptoribus, quod si quis operarum tuarum nihil egens,tuis victus precibus, quia pauper es,te conducit,poterit operas tuas minoris redimere, quàm si te ipse rogaret, non vt hac certe causa, quia est emptoris detrimentum, vt Sylue.in ver. emptio, q.7.asserit,sed quia venditorum copia vilescit pretium: & ideo cũ tu emptorem rei tuæ quæris,vel tuarum operarum cõductorem, minoris tu, tuaque æstimantur,Sotus,de iusti. & iu. lib.6. q.3.art. 1. Nauar.c.23.num.84.

37 Duodecima. Ex hac † quæstione, scilicet iustũ pretium est illud, quod nunc potest inueniri ab emptoribus, soluitur & alia quæstio, quod non peccat venditor frumẽtum habens inopia opprimente Rempublicam,qui sciens nouas paulo post aduecturas naues frumenti, & per consequens certus de diminutione pretii vendit frumentum pretio nunc currenti: non enim contra iustitiam facit, si quod futurum est non exponat, si tamẽ exponeret,vel de pretio minueret,abundantioris esset iustitiæ,D.Tho. 2.2. quęstio.77.artic.3.ad 4.Sylu.in ver. emptio. quęst.15.

[Hoc autẽ pluribus modis contingere potest. Primus, est mercator, qui solus scit obsidionem ciuitatis, in quas suas merces venales habet,breui euenturam, aliis id ignorantibus, & ipse sollicitè curat merces suas pro pretio tunc currente illico vendere, & venditione facta cito ciuitas ab hostibus obsidetur,tunc immunis est à culpa, & à restitutione vendendo merces pro pretio tunc currenti. Similiter domum suam quidam locauit ad annum pro 100. ducatis, vbi curia Imperatoris residebat, & illud reputabatur pro tunc iustum pretium, supposito quòd certum esset Principis curiam illic per annum permansuram, attamen qui domum locauit, sciebat curiam breui à loco illo recessuram,populo communiter id ignorante, vnde qui domum locauit,remansit defraudatus,cui nec conueniebat in domo illa habitare post curiæ recessum, nec reperire potuit,cui eãdem domum sine damno proprio locare posset. Pariter cum quidam tritici abundantiam tempore caritatis,& famis haberet, certo sciuit Principis voluntatẽ ad moderationem pretii pro tritico tradendi determinatam esse, ideo ante decreti promulgationem aliis decretum ignorantibus totum suum triticum vendidit pro pretio magno tunc currenti: Aut pone monetam nunc currentem cito ex decreto Principis in valore,& pretio diminuendam,quod solum is,qui huiusmodi monetę copiã habet, certo sciat, & ante diminutionis promulgationem totam monetam,quam habet,aliis decretum ignorantibus, vel per viam mutui, vel cambii, vel permutationis, seu emptionis, aliis nescientibus tradat, quos constat illi damnum aliquod & notabile passuros, in his, & huiusmodi casibus dicendum videtur venditores excusari, quia in emptione, & venditione non futurum,non præteritum,sed præsens consideratur pretium. ita Caiet. ad d. Tho. qui supra.]

SVMMARIVM.

1 *Res iusto pretio omnino vendi debet,& quomodo iustum pretium arbitretur.*

2 *Princeps rem suã alteri auferre posse,qualiter intelligendum,nu.4.& nu.seq.*

5 *Ciuitas habens authoritatem condendi statuta,potest res suas alteri auferre:sed an sicut princeps,nu.seq.*

7 *Marchionibus ius suum alteri auferre non licet, Papæ licet etiam sine causa in beneficialibus.*

8 *Rem venalem expositam, vt iusto pretio ven-*

vendet exponens cogi potest.

9 *Rem venalem exponere quis cogi potest, eamq; iusto pretio vendere.*

10 *Vendens rem vltra pretium definitum peccat, & restituere tenetur.*

11 *Frumenti negotiationes licite Respublica prohibere potest.*

12 *Ciuitas statuere potest, ne merces domum reportentur, & vt mercatores ad emenda frumenta pergant.*

Colonus potius domino, quam alteri, tenetur fructus vendere.

13 *Casus; quibus rem suam quis vendere cogitur, vide remissiue.*

De emptione, & venditione secundum pretium à lege definitum. Cap. CXIII.

1 ADeò manifestè † constat rem vẽdi debere iusto pretio, quod etiã si ciuitas, vel superior cogeret aliquẽ vendere res Reipublicæ necessarias, vt frumentum, vinum, oleum, & huiusmodi, teneatur statuere iustum pretium, l. annonam, ff. de var. & extra. crimin. l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præf. vrb. Quod quidem iustum pretium dicitur, etiã si sit minus, quam illud, quo res illa posset cõmuniter vendi; modo consideratio habeatur ad sumptus, & expensas, atque labores venditorum ad arbitrium boni uiri, aliqua data quantitate, quæ ipsis venditoribus lucro cedat, ita colligitur ex dictis Couar. li. 2. var. resolut. cap. 3. nu. 5. Quando autem ciuitas, vel superior possit aliquem cogere ad vendendum rem propriam contra iuris regulam. Neminem inuitum cogendum fore ad vendendum rem propriam, l. inuitum. C. de contrah. empt. l. nec emere, C. de iure delib. vide Syluest. in ver. emptio. q. 5. Couar. lib. 3. var. resolu. c. 14.

2 Vbi primus † casus constituitur in Principe, qui superiorem non recognoscit, qui ex causa rem suam alteri auferre potest, glo. pen. in l. Barbarius, ff. de off. præf. præt. not. Bart. in proœ. ff. in 2. col. & in l. quicunque, in fi. C. de fide instru. lib. 10. Bal. in l. rescripta, colum. fi. C. de precibus Imper. off. Ang. consi. 139. visis omnibus. Quod intellige, dummodo pretium soluatur illi, cuius dominium rei aufertur, bonus tex. in l. serui. C. pro quibus caus. serui liber. accip. & ibi Bal. glo. in d. l. Barbarius. Arch. in c. per principalem, 9. q. 3. Dec. cons. 498. col. fin. & cons. 520. col. 2.

3 Sed nota, † quod hoc dictum de restitutione pretii, limitatur dupliciter. Primo, ut non habeat locum, quando causa, propter quam res aufertur, haberet in se culpam, vel delictum eius, qui iure suo priuatur, ut patet in casibus, de quibus Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. loquitur. i. in præscriptione, & confiscatione bonorum, nam in iis constat pretium non esse restituendum. Secundo, hoc intelligitur, quando alicui particulari personæ specialiter dominium rei suæ tollitur, secus si per viam legis generalis: quia tunc nulla restitutio fieri debet, ut not. declarat Alex. cons. 112. visis his. sequitur Lud. Gozad. cons. 5. nu. 21.

4 Tertio † prædicta conclusio habet locum in subditis, secus est in non subditis, quibus rerum suarum dominium etiam ex causa auferri non potest: quia hoc respicit iurisdictionem, quæ non cadit in non subditis, ut no. tradit Paul. de Cast. cons. 281. Primum dubium, col. antepenul. Decius cons. 407. visis, & diligenter consideratis, col. pen. Sed aduerte, quod licet quis non esset subditus, si tamen res, cuius dominiũ aufertur, esset in territorio, & iurisdictione Principis auferentis, hoc videtur sufficere, argum. tex. in cap. sanè, de foro compet. & in cap. fin. eod. tit. & in l. fin. C. vbi in rem act. facit tex. in l. forma. §. si vero, ff. de cens. & in cap. Romana, §. cõtrahentes, de foro compe. lib. 6.

5 Quinimmo † non solum Princeps, sed etiam inferiores Domini, ut est Ciuitas (cum habeat iure proprio potestatem faciendi statuta, l. omnes populi, ff. de iust. &

& iure.) potest ex causa probabili, & condigna res suas alteri auferre, Bart. in l. toties, ff. de pollicit. alleg. tex. in l. venditor. §. si constat, ff. commu. prædio. & nō obstat dictum Bald. in l. rescripta, col. fin. ver. 3. quærunt Docto. C. de precib. imp. off. & in l. 2. col. 7. ver. Item no. ꝙ si Papa. C. de seruit. & aqua. Vbi inquit,
6 quòd solius † est principis auferre rem alicuius: quia Baldus in locis præallegatis videtur considerare istam prærogatiuam in Principe, quādo hoc faceret duobus concurrētibus. Primum sine causa de plenitudine potestatis, quæ nullis iuris regulis limitata est. & eodem modo loquitur Bald. in d. l. rescripta, dicens, ꝙ pro causa habetur quælibet ratio motiua ipsius Principis. Secundum, soluto pretio. Sed de potestate ordinaria causa etiā requiritur in principe. Causa uero est fauor publicus. In ciuitate uero requiritur causa probabilis, & condigna.

7 Secus videtur † in Marchionibus, & Comitibus, qui potestatem, & auctoritatem ab homine consequuntur, quia in generali commissione non venit ista potestas auferendi dominium alicui priuato, vt no. Bar. in l. toties, ff. de pollic. Bald. in l. 2. C. de serui. & aqua. Papa insuper in beneficialibus, in quibus liberam habet facultatem, cap. 2. de prębend. lib. 6. clem. prima, in fi. ut lite pend. potest dominium, & ius quæsitum alicui Ecclesię etiam sine causa auferre, ut tradit Paul. de Cast. conf. 281. primum dubium, colum. 2. Abb. post Butr. in cap. constitutus, col. 2. de relig. domi. facit glo. not. in cap. per principalem. 9. q. 3. facit tex. ubi Abb. in cap. ex multiplici, de deci. vide Dec. conf. 141. col. 2. Ias. in l. Barbarius, col. 9. ff. de offic. pręt.

8 Secundus casus † constituitur, quando is rem ipsam venalem exposuerit publicè, & ea pertineat ad victum, & uestitum hominum: tunc enim cogi potest publicus venditor iusto pretio vendere res, quas venales exposuit, tex. secūdum Abb. in cap. 1. de emp. & vendit. num. 4. & ratio est, quia interest superioris prouidere necessitatibus subiectorum. ex quo infert Bald. in l. 1. C. de episco. aud. quòd cum vita hominis non possit duci absque vestimentis, & hospitio, quòd etiam in domibus aptis ad locandum, & in pannis possit statui certum pretium: in aliis vero, quæ non sunt necessaria ad uitam hominis, habet locum regula generalis, ut nemo compelli possit vendi certo pretio, sed quisque in re sua sit moderator, & arbiter, l. in re mandata. C. mand.

9 Immo † etiam si rem suā uenalem nō exposuerit, tempore penurię possunt exuberantes compelli ad uendendum iusto pretio ea, quę sunt necessaria ad uitam hominis: ratio est, ne quis liberè res necessarias hominum alimentis quocunque pretio grauissimo ob rei carentiam uendat, ita colligitur ex l. 1. C. de Episco. audi. l. venditor. §. si constat. ff. commu. pręd. text. in l. 2. ff. de nundi. Quinimmo inquit tex. no. in cap. sicut, 47. distin. & ibi glo. quòd indigentes possunt implorare officium superioris, ut diuites compellat ad fruges vendendas, ita Panorm. in cap. 1. de empt. & uendit. nume. 7. & ibi additio. Sed oportet cautè hanc rem à magistratu perpendi, ut tādem hac coactione, & pretii diminutione tunc vtatur, cum Respublica penuriam, & inopiam rerum ad hominum victum, & ad alimenta pertinentium patiatur, itidem pręcauentes ne maior inopia sequatur mercibus ab iis, qui eas habent absconditas.

10 Quod si quis post definitionem † pretii ab republica, & eius magnatibus iustè, & ex causa constitutam, merces maiori pretio vendiderit, tenebitur planè in conscientię iudicio id, quod ultra pretium definitum acceperit, emptori restituere, & in foro exteriori per iudicem cogendus erit id restituere, immo erit puniendus pęna à pragmatica taxata, veluti legis transgressor, & cōtemptor, Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 14. nu. 3. Sotus in 4. senten. distin. 25. quæstio. 2. artic. 2. 4. conclus. vbi etiam ampliat in clericis.

[At

11 [Ad Reipublicę † quoque gubernatores spectat legem facere, & eandem solicitè exequi, qua prohibeant ne quis tépore Augusti, quando vili venditur triticum, ultra quàm sibi, & familię suę necessarium sit, emat, cum videamus defectu executionis legis, diuites quātum possunt emere, & congregare, ut postmodum carius vendant. in quo Rempublicam notabiliter damnificare uidemus. Tum, quia hoc modo impediũtur, vt plurimum indigētes, & pauperiores, ne possint illo tempore ea, quę illis sunt necessaria emere; cum diuites, & potentiores semper pręueniant. Tum etiam, quia illo modo notabiliter inducitur in Republica caritas, vnde huiusmodi mercatores plus solent Reipublicę nocere, quàm anni sterilitas, aut locustę. quare talis contractus damnatur, si fit causa lucri, & ex cupiditate, 14. quęst. 4. cap. quicunque. & tales emptores tempore caritatis possunt cogi, vt etiam minus iusto pretio uendant, ut habetur in l. 2. §. in eadem. ff. ad l. Rhodiam de iactu.]

12 Tertius. Potest † ciuitas secundum Azonem statuere, ne ad domum quis reportet merces, postquàm uenales exposuit, & ut pro sterilitate vitanda, atque fertilitate habenda quilibet mercator partes alias adire teneatur ad emenda frumenta in cõmuni, & vt nullus emat ultra suam indigentiam, ne aliis sint cariores, uel incommodę habeantur, ut inquit Syluest. in uer. emptio. quęstio. 5. Immo vbi Respublica inopia, & penuria annonę grauaretur, possent ciues habētes frumentum omnino cogi id ciuibus potius, quàm exteris uendere ad inopiã, & egestatem subleuandam, ita Couar. d. cap. 14. nume. 6. vers. 3. qui satis iure, & ratione defendit hanc sentētiam, quę in praxi sępissimè versatur. Sic à simili adnotauit Bar. in l. 1. C. de metal. lib. 11. colonũ volentem vendere fructus, quos ex agro conducto sibi perceperit, cogendum esse eos uendere domino fundi potius, quàm alteri, iusto quidem pretio, atque ita dominum fundi locatorem ius pręlationis habere in emēdis fructibus. Idem quoque tenet Felyn. in capit. 1. de Iudę. Dom. Anto. de Butr. in cap. 1. de emp. & vendit. Afflic. in procę. constit. Neap. q. 1. ad fi.

13 Cęteros † autem casus, in quibus cogitur quis vendere res suas, ponit latè additio ad Panor. in cap. 1. de emp. & uendit. & Couar. in d. capit. 14. ubi inquit, num. 7. quòd fauore religionis ad Ecclesiam, uel Monasterium construendum, uel ampliandum cogitur quis rem propriam uendere iusto pretio, & quamuis licitum sit alicui proprium ędificiũ altius tollere, l. altius. C. de seru. l. Proculus. ff. quod ui, aut clam, tamen iure prohibitum est priuatum ędificium ita altius tolli, ut ex eo uideri possint religiosi, aut religiosę intra proprias domos religiosè habitantes, ita Salic. post Cyn. in d. l. altius.

SVMMARIVM.

1 *Monopolia committentes agunt iniustissimè, & ad restitutionem tenētur, & ipsi, & domini condecentes.*

2 *Annona conductores impediens, vt carius vendatur, ad quid teneatur, & item emens omnes fruges eadem causa.*

3 *Monopolium imprudens committens non tenetur ad restitutionem.*

4 *Priuilegium emptum à Principe, vt quis solus vendat, licitum non est, & an id principi ex causa liceat, vide.*

De monopolijs. Cap. CXIIII.

EX illa generali propositione, quę se habet, quòd pretium rei est illud, quod nunc potest inueniri ab emptoribus, præsupposita communi notitia, & remota omni fraude, & coactione, apparet fa-
1 cientes † monopolium, ut pretium, prout uolunt, imponant, iniustissimè facere: quoniam coguntur ex hoc homines plus soluere, quàm communiter uéderetur,

deretur, si huiusmodi monopolium non esset. Vnde volentes vendere frumenta, si conueniunt, vt non nisi certo pretio uendant, vel emant omnia, quę sunt in foro, vt pretium crescat, & suo modo uendant. Aut uolentes emere, exponũt multa in foro, ut pretium vilescat: Vel sibi mutuo promittunt non emere, nisi tanti, uel si iu subhastatione anteuerterent alios, ne licitarentur, ut minoris ipsi emerent, dicuntur monopolium facere, Syluest. in ver. emptio. quęst. 18. Sotus lib. 6. de iust. & iure, quæst. 2. art. 3. in fi. & tenẽtur ad restitutionem totius summæ excedentis pretium, quod valeret, si non essent huiusmodi monopolia; tenẽtur autem restituere iis, à quibus extorserunt. Nec solum ipsi tenentur restituere, sed domini concedentes hoc, & reliqui, qui sunt causæ huiusmodi iniustæ acceptionis, Caiet. 2.2. quæst. 77. art. 1. Sylu. in ver. usura, 2. q. 1. vers. quintum,
2 Sotus, qui supra. Hinc facientes † annonam carius vendi, puta impediendo conductores, tenentur ad ponendum eam in bono foro, ac si fuisset delata, si possunt, & puniuntur etiam pœna corporali. l. annonam. ff. de extraord. crimi. Et idem tenetur facere emens omnes fruges, seu blada, vt carius vendat, d. l. annonam. Et idem de omnibus pertinẽtibus ad victum, vel vsum per ipsos solos vendẽdis in penuriam Reipublicæ, ut l. vni. C. ut ne lic. in compa. spec. se. &c. Vnde qui dat arrhas pro omnibus aromatibus, sciens naues, quæ vehebant eas, esse submersas, facit monopolium, & tempore necessitatis tales compelli possunt vendere minus iusto pretio, tunc aliàs iusto. l. 2. §. cum in eadem. ff. ad l. Rhodi. de iac. Sylu. in ver. emptio. q. 13. Quando vero venditores monopolium facerent, tunc iustè emptores quasi vim ui repellentes contraria possent prudentia uti, (puta) conuenire inter se, vt nullus nisi certo pretio emat, Sotus lib. 6. quæstio. secunda, articu. 3. in fi. de iust. & iure.

3 Sed an venditoribus † monopolium facientibus, ut tanti, id est decem uendãt uinum, si forensis monopolij inscius ipso pretio uendat teneatur ad restitutionem? Respon. quod non: & ratio est, quia uendit, sicut communiter ualet in foro, secus si esset conscius. F. Bartho. à Medina in sua sum. lib. 1. capit. 14. §. 25. post medium.

4 Præterea nõ licet alicui † priuilegium emere à Principe, ut solus ipse uendat: nam peccat mortaliter, secundum Inno. in cap. significante, de pignor. quando fraudulenter, & in damnum Reipublicæ fit. Quamuis liceat Principi, aut gubernatori in bonum publicum obligando ad id aliquos, puta impressorem, aut mercatorem statuere, ut soli deputati ab eis talia, aut talia pretio tolerabili minutim uendat, puta uinum, aut oleum sub certa pœna, &c. Rosella in uer. emptio. §. 23. Nauar. cap. 23. núm. 92. uersi. 35. Syluest. in uer. Emptio. q. 78. in fi. Nec etiam secundum Azonem in l. unica. C. de monopol. licitum est exercere monopolium, id est singularem negotiationẽ, quod accidit cum aliqui paciscuntur ne in arte sua quemquàm instruant præter filios, uel nepotes, Sylu. in uer. emptio. q. 18. Limita tamen hoc dictum per eundem in uerbo, Ars. q. 1. uersic. secundo. [Quare autem dicatur monopolium dic quòd deriuatur à monon, ꝙ est unum & polis, quod est ciuitas, inde monopolium est unica negociatio in ciuitate; & per hoc uetita. Hinc dicitur monopolium, qui solus uult esse in ciuitate emptor, & uenditor, ita glos. in rubri. de monopol.]

SVMMARIVM.

1 *Venditionis contractus, vulgo dictus, ad credentiam, ex pretio, an licitus sit, dignoscitur.*

2 *Vendens rem tempore eo pretium recepturus, quo res carius venditur, vsuram cõmittit, potest tamen contractus iustificari certis conditionibus.*

3 *Contractus, quo aliquid plus accipitur, vel re,*

re, vel spe, idq; propter tempus, est usurarius.

4 *Contractus, in quo dubium est, quanti res sit valitura tempore solutionis, licitus est, & est illicitus, ut num. seq. & num. 12. & 20.*

6 *Vendere frumentum eo pacto, ut quando venditori libitum fuerit, ponat pretium frumento, an licitè fiat.*

7 *Definitè res vendi potest pretio, quo res valitura erat tali mense; potestq; statui certum pretium.*

8 *Merces maiori pretio alteri vendere licet, cum pro eis emendis emptor erat cũ praesenti pecunia, vitandus tamen huiusmodi contractus. nu. 22.*

9 *Vendi res existentes Neapoli pretio currente Salerni, an, & quando licitè possint.*

10 *Contractus, in quo dat quis frumentum vetus recepturus tempore messium nouum, ut licitus sit, quae requirantur, & nume. 18.*

11 *Frumentum vetus dare ad renouandum licitum est, ne frumentum pereat, & quid in casu, ut nu. 19.*

13 *Dare centum alicui, ut tempore messium det tot frumenta pretio tunc currenti, licitè potest.*

14 *Contractus vulgo dictus, alla voce, ut sit licitus, quae requirantur.*

15 *Pacta aggrauantia venditorem multiplicia sunt, & quae ea sint.*

16 *Pretium frumenti, auctum ex variis dilationibus solutionum, an licitè recipi possit.*

17 *Operarios anticipata solutione minoris iusto conducere, an liceat.*

21 *Emens causa dubii modico pretio, quo casu excusetur.*

23 *Venditio sine conditionibus hic expressis facta carius iusto pretio usuram sapit, nec excusat patria consuetudo, numero sequen.*

25 *Vendere carius propter damnum futurum ex dilatione solutionis faciendae, aut propter vexationem redimendam, an liceat.*

De emptione, & venditione ad futuram pecuniam. Cap. CXV.

1 Circa contractum † emptionis, & venditionis, qui vulgo dicitur ad credentiam, est constituenda hęc regula, ut cognosci possit, an sit licitus, vel illicitus contractus, scilicet, quòd verus valor rei attenditur secundum tempus emptionis, & venditionis, cap. cum dilecti, de emp. & uendit. l. 2. C. de rescind. uend. Unde qui uendendo rem illam uenderet, non habita ratione ad pretium, quo ualebat tempore contractus, sed tempore solutionis, quo pluris probabiliter res ualere solet, usurarius esset.

2 Exemplum, uendens † frumentũ mense Octobris, cum pacto ut soluatur tanti, quanti mense Maii ualebit, quo mense speratur pluris ualiturum, usurarius est, cap. in ciuitate, cap. nauiganti, de usu. Potest tamen contractus ille iustificari his conditionibus seruatis. Prima, ut merces, quę uenduntur credita pecunia, possint seruari, & non sint corruptioni proximae. Secunda, ut adueniente tempore solutionis accipiatur non pretium rigidum, uel infimũ, sed mediocre. Alex. in l. quod te, si cert. peta. Syluest. in uer. usura. 2. q. 2. uersic. tertium. Tertia conditio, ut deducatur arbitrio boni uiri ad iusti pretii taxationem quicquid in iis mercibus seruandis, atque custodiendis esse uenditor expensurus, alias si nõ deduceret uenditor labores, pericula, & expensas ex rei natura requisitas necessario faciendas, esset usurarius, Sylu. qui supra, uersi. primum, in fine. Quarta, ut dubium sit tempore solutionis pretii sit minoris, uel pluris res ualitura, tex. in d. c. in ciuitate, de usur. Quinta, ut uendens ad tempus certum credita pecunia non esset alias uenditurus tempore contractus, ita tex. in cap. nauiganti, ubi glo. & Docto. de usur. Syluest. in uer. usura. 2. Sotus, lib. 6. q. 4. art. 2. de iust. & iu. Couar.

uar. lib. 2. var. resol. cap. 3. num. 6. versic. cæterum.

3 Rursum, omnis † contractus in quo aliquid plus accipitur, quàm datur, siue in re, siue in spe, & hoc tãntum propter tempus, dicitur vsurarius, & vulgò vocatur emere, vel vendere ad credentiã, D. Tho. Opusc. 73. c. 8. Sed modo ex his ad decisiones descendamus.

4 Prima. Aliquis † post Augustũ multum de frumento, vel vino habet venale, & pro illo tempore mensura frumenti tres solidos tantum valet, & vinum quatuor. Si uendit frumentum, vel uinum carius iusto pretio, quo valebat tẽpore contractus, nõ peccat, vbi adest dubium an frumentum, vel uinum tempore solutionis sit pluris, vel minoris valiturum, nec erat venditor ante tempus solutionis venditurus: & ratio est, quia tam emptor, quàm venditor commodũ, & incommodum ex eo contractu sperare possunt propter dubium euentũ augmenti, & diminutionis quo ad pretium, cum soleat pretium cuiusque rei lapsu temporis augeri, rursum & minui, d. capitu. nauiganti. §. fi. & glo. com. recepta in c. in ciuitate. Sotus, de iust. & iu. lib. 6. quæst. 4. art. 2.

5 Ex † quo fit, eum contractum illicitum esse, quo res venditur pretio, quo pluris valebit à tempore contractus usque ad mensem Maii, aut Iulii. Constituitur sane tunc in tuto uenditor, quippe qui frumentum, aut alias merces vendit pretio, quo iustè valent tempore contractus, & deinde quo pluris valebunt ad diẽ dilatæ solutionis, quod iniquum est, secundum Host. in sum. tit. de vsur. §. an aliquando. versi. quid si.

6 Secunda. Vendens † frumentum in Natali Domini non venditurus, sed seruaturus usque ad Maium, potest vendere sub hac lege, ut quando voluerit, ponat pretium currens, uel etiam quòd soluatur pretium, quod curret tali die, uel hebdomada, aut mense, ita tamen, quòd si tali die, vel mense pretiũ fuerit variũ, accipiatur mediocre, Sylu. in verbo, vsura, 2. quæstio. 2. versic. 3. Quod Couar. d. cap. 3. num. 6. uersic. quod ipse, verum esse existimat, dummodo electio pretii communis fiat intra tẽpus illud, in quod merces venditor erat uenditurus. Hinc tradit Sotus lib. 6. quæst. 4. art. 2. venditorem, qui merces est seruaturus ad Kalendas Martias, non posse eas vendere Kalendis Octobris pretio, quo ualebunt Kalendis Maii.

7 Tertia. Dicimus † venditorem non solum indefinitè posse vendere eo pretio, quo tali mense ualituræ sunt, uerum definiri, statuique certum pretium, & recipere, D. Thom. Opusc. 73. cap. 6. Medin. C. de rest. tit. de vsur. quæst. 38. Sotus, qui supra, art. 2. sed adnotandum, ꝙ si fuerit statutum pretium à venditore, non debet amplius crescere, uel decrescere, si postea pretium ex eo tempore fuerit maius, vel minus, Syluest. in uer. vsura, 2. q. 2. ver. 1.

Ex quo fit, vt etiam dum solutio non anticiparetur, sed firmaretur tantum sic contractus, vt utrinque resultaret obligatio, æquus esset, ac probus. Quemadmodum si quis datis arrhis, statoq; pretio indefinite emeret quantum uini, & olei est prouenturũ, Sotus, qui sup. nu. 6.

8 Quarta. Mercator, † qui statim posset merces uẽdere pecunia soluta ad presens, & ad alterius instantiam, ut ei seruiat, vendit illas pecunia credita, poterit inquam carius uendere iusto pretio ob dilatam eius solutionem, habita ratione ad lucrum, quod eius industria statim pecunia soluta acquisiturus fuisset, argu. sumpto à glo. iam recepta, in c. conquestus, de vsu. l. curabit, de act. empt. monito prius emptore de lucro, quod cessat acquirere, Nauar. dicit com. in cap. 23. nu. 82. Quod secus esset, si ideo uendidisset pecunia credita; quia merces vendere non potuisset pecunia soluta ad præsens, Sylu. in ver. usura, secundo, quęst. 1. Couar. lib. 2. var. resolu. cap. 3. nu. 6. uersi. tertium.

9 Quinta. Quod † diximus de uariatione temporis, idem erit dicendum de uaria-

uariatione loci. v.g. Quis habet Neapoli officinam plenam mercibus ferẽdam ad nundinas Salerni, ubi carius ipsas erat uẽditurus, ad preces tamen alterius, qui spopondit se soluturum pretium quanti erit in nundinis, merces uendidit tali pacto, plus tamen pretio Neap. currente, talis contractus licitus est, dummodo deducantur labores, & expensæ, aliaque onera, quæ subiturus erat ipse uenditor, si dictas merces transtulisset ad nũdinas: & ratio est, quia illud sibi debetur ratione lucri cessantis, Abb. in cap. nauiganti, nu. 15. de usur.

10 Sexta. Licitum † est dare frumentum uetus in permutationem noui recipiendi tempore colligendarum messium, qui quidem sanè contractus dicitur ad renouandum, ita Syluest. in uer. usura. 1. & Couar. lib. 2. uar. resolut. cap. 3. Verùm ut hic contractus licitus sit, oportet has conditiones interuenire; & Prima, ut dubium sit, an frumentum nouum sit plus, uel minus ualiturum, quàm uetus. Secunda, quando qui dat frumentũ uetus, esset illud seruaturus in tempus messium colligendarum. Couar. d. art. 3. nume. 6. in fine. Immò licitum esset plus expetere de nouo, si uetus melius existimaretur ualere, quàm nouum tempore redditionis, Syluest. in uerbo, usura. 1. quæstio. 17.

11 Sic † etiam licitum esset dare frumentum uetus ad renouãdum, etiam si quis hoc faciat ne suum pereat, & recipienti gratiam faciat, idest, si euitat suum damnum sine damno alterius, ita Card. Flor. in clemen. unica, de usur. quæstio. 10. Quod secus esset, si frumentum uetus esset marcidum, uel corruptioni proximum: nam tunc esset usura, Nauar. cap. 17. nume. 226. Syluest. in uerbo, usura. 1. nume. 15. & 16. Cardin. in clemen. 1. nume. 12. de usur. Couar. lib. 2. uar. reso. cap. 3. num. 6. Vel si hæc renouatio frumenti fiat ad lucrum captandum, non autem damnum uitandum, ut cum probabiliter nouum erit bonitatis maioris, ualoris, & substantiæ, quàm uetus, tunc usura est, quia lucrum interuenit, Host. in sum. de usur. §. in aliquo, in fi. Zabar. in d. clem. 1. nume. 12. de usur. Nauar. capitu. 17. nume. 226. qui loquitur de moneta uaria. qui idem procedit in casu præsenti.

12 Septima. Licitus † est contractus, tradere frumentum pro frumento in simili pondere, numero, & mensura restituendo, si uerisimiliter dubitatur, quòd tempore solutionis possit ualere ita minoris, sicut pluris, aut quòd non pluris ualebit. Verum si non esset uerisimile pluris esse ualiturum tẽpore solutionis, tunc si creditor erat seruaturus, & non aufert debitori facultatem liberãdi se, quando uelit intra terminum, est licitum, sed si non erat seruaturus, sed interim consumpturus, & similiter si erat seruaturus, modo auferat libertatem, est usura, Syluest. in uer. usura. 1. q. 14.

13 Octaua. Licitum † est mihi dare tibi oues centum, cum pacto ut uendas mihi tot modios frumenti, quot ascendunt ad dictam summam aureorum centum tempore messis pro pretio tunc currẽti: & ratio est, quia emitur incerta summa rei pretio incerto.

14 Hic † autem contractus uulgo dicitur Alla uoce. Dicitur autem ad uocem, idest ad pretium legitimum præfigendum in die Sancti Petri, aut scilicet S. Iacobi, secundum morem regionum, facit text. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præf. urb. cap. 1. de emp. & uend. & Doct. in l. 1. C. de episc. aud.

Vt autem sit licitus talis contractus, hæ conditiones requiruntur. Prima, ut seruetur locus, ubi res uendita nascitur, seu colligitur, toto tit. ff. de eo, quod cer. loco. quia uariatio locorum facit uariare pretia rerum.

Secunda, ut seruetur tempus: quia ad præfigendum iustum pretium rei, seruandum est tempus existentiæ rei, idest, ut res uendita existat in rerum natura, idest, ut quando emitur frumentum, aut oleum ad uocem, ematur à personis habentibus frumentum, & oleum col-

ligendū in suis agris, alioquin esset vsura palliata, Nauar. cap. 17. nu. 229.

Tertia, vt seruentur pacta æqua, & non apponantur iniqua aggrauantia venditorem, quæ multiplicia sunt.

15 Primum, quando † grauatur venditor vectura de loco ad locum: Quod intellige, nisi qui præest ad faciendam vocem, habeat rationem vecturę in statuēdo pretium legitimum.

Secundum, quando grauatur venditor tempore, verbi gratia, emo tot modios frumenti ad vocem à te, cum pacto, vt tenearis seruare dictum frumentum vsque ad certum tempus: tale enim pactum iniquum est, sed licitum, si soluātur expensæ venditori, Nauar. capit. 17. nume. 225.

Tertium, quando grauatur venditor expurgatione frumenti.

Octaua, circa talem contractum, qui dicitur ad vocem, & apponitur pretium à magistratu regio, vel ab vniuersitate, quę habet priuilegium à Rege statuendi iustum pretium, decidenda est talis quęstio, quæ frequentissima est.

16 Mutuo ego † decem aureos colono, vt tempore messis det mihi tantum frumenti, quantum ascēdat ad dictam summam. Adueniente messe statutum est pretium decem argenteorum per singulos modios; colonus, vel quia uendidit frumentum, vel quia parum collegit, vt vix sufficiat pro sua familia, non est soluendo, & conuenit mecum, constituitque se soluturum mense Decembris, quanti tunc temporis valebit; adueniente tali mense valet frumentum quindecim, & colonus similiter non est soluendo, & iterum promittit tempore futurę messis se soluturum tantum frumenti, quanti est summa quindecim aureorū; tandem adueniente tempore cum non sit soluendo, multiplicando pro illis decem prima vice datis constituit mihi debitorem in quinquaginta: quęritur an talis contractus valeat? Ad quod respondetur, quòd quamuis hoc possit fieri de rigore iuris, cum debitor sit in mora, tamen non expedit, quia habet speciem mali, & notabile scandalum affert, vnde abstinendum est secundum Apost. & alibi, Multa mihi licent, sed non omnia honesta sunt.

17 Sed iterum quæritur, an † sit licitum conducere operarios anticipata solutione minoris pretio iusto? Respon. quòd aut datur pecunia anticipata vindemiatoribus, aut messoribus loco mutui, cum obligatione metendi, aut vindemiandi pretio iusto, & contractus vsurarius est; cum illa obligatio sit quid æstimabile pecunia: & ideo rescindi debet cōtractus; vel soluatur interesse arbitrio boni viri. Aut datur pecunia nomine arrhæ, & fit contractus locationis, & conductionis operarum, seruato tamen pretio iusto tunc currenti, & tunc nulla est vsura. Quinimmo poterit etiam cōductor prę figere tunc pretium iustum probabiliter futurum arbitrio boni viri, Sotus lib. 6. de iust. & iu. quæst. 1. art. 2. col. 2. Et ratio diuersitatis inter vtrumque contractum est, ꝙ in mutuo non dans, sed tantum accipiens remanet obligatus ad reddendum debitum, & veniendum cum sociis ad vindemiādum, vel metendum; sed in cōtractu locationis, & conductionis vterque remanet obligatus, conductor quippe venire unà cū sociis ad metendum, uel uindemiandum, & locator non potest eum expellere, sed tenetur supplere pretium.

18 Nona. Licitum † est, quando frumentum multum ualet, tradere illud pauperi æstimatum, ea lege, quòd illud pretium soluatur in tāto frumento tempore messium, ita Card. à Turrece. in cap. si quis clericus, 14. q. 4. Sylue. in verb. Emptio. 1. q. 16. quia talis intelligitur uēdere frumentum nunc, & mutuare pecuniam gratis, quam ex pacto uult sibi reddi in frumento tempore solutiōnis, quod nota, quia sæpe fit.

19 Decima. Quid † dicendum de eo, qui vendit frumentum tempore messis alteri dandum pro uiginti, cum tamen secundum communem æstimationem tūc

sit

sit solum valiturum quindecim, sed deinde venit penuria, & emptor illud vendit pro vigintiquinque: an primus venditor teneatur emptori de aliquo? Et respondet Astens. quem sequitur Syluest. in verb. vsura, 2. quæst. 9. quòd tenetur ad quinque, quia emit plusquàm ualebat in termino, secundum æstimationem boni viri.

Vndecima. Illud profectò latrocinii genus maximè execrandū est, quo mercatores utuntur quippe qui pecunia credita uendunt indigentibus merces carius, quàm valeant, & per se, uel alios statim iterum eas merces emunt ab iis, quibus eas vendiderant, & fit emptio isthæc viliori pretio ob id, quod statim pecunia numeratur, de quo latrocinii genere diximus sup. tit. de palli. usu. capit. 109.

20 Duodecima. Constat † licitè aliquem posse emere merces, vinum, frumētum, & cæt. statim pecunia numerata, tradendas tamen ad certum diem minori pretio, quàm valeant tempore contractus, ubi dubium est, an sint pluris, vel minoris valituræ tempore traditionis, tex. opt. in cap. nauiganti. §. 1. vbi Docto. de vsur. & eruditè Do. Ant. de Butr. in cap. 1. de empt. & vend. num. 37. & seq. Secus si non esset dubium, aut verisimile, sed hoc fieret propter anticipationem soluentis. Vel si tam paruo pretio emeret rem, quòd verisimiliter minus ualere nō posset, vel quid modicum, sed bene multum plus. Et idem dicendum est de uenditore, si venderet tam magno pretio, quod verisimiliter nihilo, aut parum pluris ualere possit: quia in iis casibus esset usura: nam dum dicitur quando est dubium, vtrum plus, aut minus sit valitura, intelligitur æqualiter hinc inde tantum, scilicet in plus, quam in minus, Syluest. in verbo, usura, secunda, quæstio. 2.

21 Tertiadecima. Eadem † ratione causa dubii excusatur emens modico pretio redditus à ciuitate bello angustiata, & demum facta pace lucratur decem pro vno, l. hæreditatum, cum sequen. ff. de hæredit. vel act. vendita. Consulunt tamen Doctores, vt inde amplas faciat eleemosinas.

Quartadecima. Si cōmunis, seu probabilis æstimatio est, quòd aliqua merx sit minus valitura, quàm modo, & tamen emptor non ex leui, sed ex probabili coniectura credit non pluris ualituram, est vsurarius, minoris emendo propter præuentionem solutionis, secūdum Innoc. in d. c. in ciuitate, non solum quò ad peccatum, sed etiam quantum ad restitutionem, argumen. l. cum quidam. §. quid ergo. ff. de acquir. hæredit. capitu. inquisitioni, de sentent. excommunica. Syluest. in verbo, usura, 2. quæst. 2. uers. quintum.

22 Quintadecima. Prædicti † contractus & si duo illa concurrunt, de quibus supra diximus, uersi. Quarta, & quinta, sunt periculosi, unde ab eis tex. in d. c. in ciuitate, consulit abstinendum: quia & si homines excusentur à uitio usuræ, nō tamen à uitio cupiditatis. propter quod dicitur in Canone turpe lucrum, ut habetur in cap. si quis clericus, & c. quæcunque tempore messis, 14. q. 4. & dicitur turpe lucrum, ratione finis: quia tales contractus non fiunt, ut in pluribus propter uitæ humanæ necessitatem, seu utilitatem, sed magis propter diuitiarum augmentationem, quam cupiditas facit, quæ non habet finem, quia auarus non impletur pecunia. Item plerumque homines sunt in dubio, si in tempus illud erant seruaturi, cum sæpè propter emergentiam propositum mutent, Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. in responsione ad septimum, Sylu. in uer. usura. 2. uers. 4.

23 Verum, qui † absque prædictis conditionibus uendit res consistentes in pōdere, numero, & mensura, carius iusto pretio, ob dilatam pretii solutionem, usuram committit: præsumitur enim contractus mutui uerus simulata uenditione, ne uenditores cogantur excessum iusti pretii restituere, unde tali casu debet uēditor ipse in animæ iudicio effica-

citer cogi ad restituendum illum pretii excessum, ita Abb. in c.consuluit, nu. 1. de vsur. Quod procederet etiam si uenderet frumentum in præsentiarum pretio non taxato, sed sicut valebit in mense fortassis Aprilis, & non antea: tum quia videtur mutuum palliatum, & perinde est, ac si venditor ipse frumenti mutuet ipsum in præsenti, ut inde aliquid vltra mutuatum recipiat ratione dilationis temporis: Tum quia constituitur in tuto venditor apponendo tẽpus, in quo probabiliter credebatur plus valiturum, vt probat Arch. in cap. si quis clericus, & cap. nullus, 14. quæstio. 4. Tum quia aufertur debitori facultas, ne possit soluere ante tempus, quod maximum est ad cõstituendum contractum vsurariũ, Sylu. in ver. usura, 1. q. 14. Sotus, lib. 6. de iust. & iure, quæst. 1. art. 2. colum. 3.

24 Et nec obstat patriæ † consuetudo, quia non excusat, cum sit contra ius naturale: sed nec ꝙ in prædicto mense Aprilis potuisset vilius emi, aut vendi: quia ad ea, quæ de raro accidunt, lex non adaptatur, l. nam ad ea, ff. de legi. & communis cursus quo est carius, est æstimandus, c. certificari, de sepultu. Abb. in cap. nauiganti, nu. 10. de vsur. nec etiam obstat, quòd si venditor precium habuisset tempore contractus, de eo fuisset lucratus, quia hoc procedit, quando de pręsenti potuisset ab alio habere, & ad obsequiũ amici credito uendit; cum illud veniat ratione lucri cessantis, Syluest. in verbo, vsura, 2. quæstio. secunda, versic. 5. Nec etiam obstat, quòd aliquando creditor facit expensas in exigendo, & consequẽter videtur, quòd liceat ei plus petere ratione interesse futuri, quia si facit expensas, potest sibi per uiam iuris recompensare.

25 Sextadecima. Vendens † rem carius non propter tempus, sed propter damnum, quod uidet sibi imminere ex dilatione solutionis faciendæ, seu propter vexationem suam redimendam, quam probabiliter timet sibi futuram in repetitione debiti propter malitiam, seu impotentiam debitoris, excusatur à vitio usurę: tunc autem intentionis rectitudo fiet manifesta, si talibus emptoribus potius eliget non uendere, quàm vendere ad futuram pecuniam, & libentius venderet aliis minori pretio, dummodo emptio fiat in pecunia numerata, quàm maiori in numeranda. Verum si nullam dilationem pateretur uendens postea in recuperando pretio, tunc illud plus deberet restituere, D. Tho. opusc. 73. c. 10. De hoc tamen emptori venditor debet facere schedam subscriptam, qua promittat, declaretq; quantum de pretio sit illi remissurus, si stato die soluat, sitq; tantum, quantum plus iusto pretio adiecit sine causę remissionis expressione, ne in foro exteriori pręsumatur vsurarius, Nauar. cap. 23. nu. 84.

SVMMARIVM.

1 *Tria in qualibet re venali consideranda, & quæ.*

2 *Venditor rem vitiosam si sciens vendidit, peccatum commisit, & restituere pretium tenetur. num. 5.*

3 *Verbis astutis vtens, vt vitium rei contectum relinquatur, peccat, & damnum resarcire tenetur.*

4 *Emens equum cum vitio manifesto, sciens emere præsumitur, nec in eo peccat venditor.*

6 *Commodans rem vitiosam de damno commodatario tenetur.*

7 *Vendere rem vitiosam iusto pretio, nullo inde periculo emptori obiecto, licet, modo post emptor admoneatur, & quid si emptor non esset empturus intellecto vitio. num. seq.*

9 *Vendens rem amissam ob hæresim, vel ob læsam maiestatem, nisi admoneat emptorem, peccat.*

10 *Res, quæ pluris valeat, quam in foro distrahi possit, an possit mensura non æquali vendi. & nu. 12.*

11 *Vinum aqua dilutum, vel aliud pro alio iusto pretio vendere, an liceat, & numero seq.*

Emptor,

13 *Emptor, qui ſciens rem multi pretii emit minoris, niſi venditorem ignorantem rem admonuerit, peccat, & reſtituere tenetur.*

14 *Emptor re magni pretii empta, talem eſſe ignorans, an poſtquam eam cognouit, reſtituere, aut pretium ſupplere teneatur.*

15 *Vinum vendere, affirmando eius bonitatem duraturam, vel eandem non duraturam tacendo, peccat, & reſtituere tenetur.*

16 *Rem vendendam certo pretio, recipiens ſi pluris vendiderit, an illud plus retinere poſſit.*

17 *Rem alienam venditurus, ſi poſt admonitum dominum rem non vendi poſſe pluris, quam tali pretio, ſi pluris poſtea vendat, an illud plus reddere debeat.*

18 *Rei venditæ periculum, an ſtatim ad emptorem pertineat.*

19 *Venditio quanti interſit, ſi fiat ad menſuram, quàm certi corporis.*

20 *Venditio ad menſuram, vel certi corporis, qualiter cognoſcatur.*

De venditione illicita ex defectu rei venditæ. Cap. C X V I.

1 TRia ſunt † conſideranda in re venali, videlicet ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Vnde vitium mercis, ſiue in ſubſtantia ſit, ſiue in quantitate, ſiue in qualitate, contractum reddit illicitum, ſi res vitioſa eo pretio vendatur, quo venderetur res integra, & ſolida. Violatur enim tunc iuſtitia, atque adeo genere ſuo eſt peccatum mortale, niſi rei exiguitas veniale faciat, uel aliqua circunſtantia à culpa excuſet ignorantia ipſa durante, ut infra manifeſtum erit. At qui in eum, qui contrafacit, quò ad ſubſtantiam, extat text. in l. in venditionibus. ff. de contrah. empt. Vbi contractus reſcinditur, ſi ſubſtantia una pro altera vendatur, ut ſi mihi unum fundum vendas, & alterum tradas. De qualitatis menſura admonetur in cap. 25. Deuter. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius, & minus. Et ſimile eſt de qualitate: Vt ſi quis morbidum iumentum pro ſano vendiderit. In omnibus his caſibus præter peccatum mortale, venditor etiam tenetur ad reſtitutionem, D. Thom. 2.2. quæſtio. 77. art. 2. Sed ex his modo plures quęſtionum deciſiones deducuntur.

2 Prima. Venditor, † qui rei uitiū ſcienter, ac fraudulenter emptori cęlauerit, contra iuſtitiam delinquit: qui vero rei neſcius contrarium fecerit, licèt à culpa fiat immunis, tenetur tamen, ubi primū uitium fuerit deprehenſum, eundem contractum infectum reddere, alioquin reſtitutionis funiculo ligatur, D. Thom. 2.2. q. 77. art. 2.

3 Secunda. Qui ea † verborum aſtutia utitur, ut uitium contectum relinquat, vt iſti proxenetę, dum equum uitioſum uendunt, omnium morborum maculis eum depingunt, ut in aceruo uerum uitium contegant, ad reſtitutionem tenentur: quia emptor uidens dictam eſſe falſitatem in aliis expreſſis, credidit ueriſimiliter ſic eſſe de omnibus, Sylu. in uer. Emptio. q. 19. verſicu. 4. Quod procedit etiam ſi occultum uitiū exprimeret inter falſa, uerùm ſi neſciens fecerit, cęlando non peccaret, licèt cum reſciuerit, teneatur damnum reſarcire emptori, Nauar. c. 23. nu. 89.

4 Tertia. Vendere † equum habentem uitium manifeſtum, ueluti ſi equus eſt patenter cęcus, aut claudus, non eſt peccatum, modo non faciat, aut dicat, quo id non appareat, Nauar. qui ſupra. Dixi manifeſtum: & ratio eſt, quia emptor emendo cum poſſit uidere, pręſumitur ſciens emere, Sotus de iuſt. & iu. lib. 6. q. 3. art. 2. Sexta concluſio.

5 Quarta. Nefas eſt † uenditori uitium mercis, quando occultum eſt, per quod emptori, uel damnum datur, uel creatur periculum, illud emptori cęlare, & ſi cęlauerit, ad reſtitutionem tenetur, Sylu. in uer. Emptio. quęſt. 20. ratio eſt,

quia occasionem damni, aut periculi alteri dare nemini licet. Venditor autem eo ipso, quòd rem aliquam venalem vitio aliquo affectam exponit, occasionem damni dat, & periculi. Damnum quippe, si res propter uitium minoris sit pretii, quàm venditur: periculum autem, si propter idem vitium usus rei, vel inanis sit, uel nociuus. Vt si militi equum mancum pro sano vendas, quo postea in acie uti non possit; vel forte alicui uenderes pestiferum cibum, ergo talis occultatio manifesta est iniustitia, & perinde genere suo mortalis, restitutioni hominem subiiciens, Sotus de iustit. & iure, lib. 6. quæst. 3. art. 2. versi. sit ergo quarta conclusio.

6 Eademque † ratione dicendum de cõmodante vasa vitiosa, vel equum, aut aliud, nam tunc tenetur commodatario de damno, quod inde sequitur, verbi gratia, quia oleum perdidit, aut aliud, nã tunc tenetur commodatario, si sciens fecit, secundum Doctores, & glo. in cap. vnico, ext. de commod. Non autem si ignoranter, ff. commod. l. in rebus. §. possint. In locatione autem secus est: quia tenetur ad interesse locator, etiam si ignoranter locauerit vas vitiosum, ff. locati. l. sed ædes.

7 Quinta. Qui † non pluris rem vendit, quàm cum vitio ualet, neque vlli emptorem obiecit periculo, & res sit emptori usui pro pretii valore, nulla lege compellitur emptori vitium patefacere, Sotus lib. 6. quæst. 3. artic. 2. versic. quinta conclusio, de iust. & iu. licet post venditionem admonere debeat emptorem illius vitii, & quod ob id minoris ei vendidit, ne si emptor alteri plus uenderet, esset causa illius uitii, ut rectè adnotauit Caiet. 2. 2. quæst. 77. art. 3. Pro quo est tex. in cap. fin. de iniur. Nauar. c. 23. num. 89.

8 Sexta. Venditor, † qui probabili coniectura scit, quòd si reuelat uitiũ occultum non periculosum, emptor non esset empturus, Panorm. in cap. iniustum, de rerum permut. tenet, quòd debet reuelare, etiam minuendo pretium: Sunt uero qui illius dictum ampliant etiam in casu, in quo uenditor sciret emptorem esse empturum: ratio est, quia forrasse nollet ille tanti emere, quanti res valet. Sed tu dic ut in decisione præcedenti.

9 Sed utrum peccet mortaliter, †. qui uendit aliquid amissum ipso iure ob hæresim, iuxta tex. in cap. cum secundum, de hæret. lib. 6. uel ob crimen læsæ Maiestatis emptori ignoranti, eumque de hoc non admonito, scilicet rem illam nõ esse suam, uide quæ supra diximus in primo præcepto, ubi affirmauimus, quòd sic: nisi res esset adeò occulta, ut esset improbabilis, Nauar. cap. 23. num. 89. uer. quæritur.

10 Septima. Mercator, † qui habet frumenti, uel uini genera re uera pluris ualentia, quàm potest publico foro uendere, ut si iustus modius ualet duobus aureis, sed nemo sit, qui det, & illi iniuria fit, uel propter monopolium emptorum, uel quia iniquus gubernator urbis hoc cum grauamine premit, nunquid possit tunc uendere minoris, curtando mensuram, ita ut quam ille quantitatem tradit, iustissimè ualeat illud pretium, quod recipitur.

11 Est etiam, qui † uenale habet uinum optimum, cuius amphora iustissimè ualet decem, sed tamen si populus crederet non esse uinum (puta) Salernum, nõ daret tantum pretium, an possit illud, & si non sit illius generis uini, tacendò uendere decem, & eadem ratione aqua uinum miscere, ut si nimia esset uini caritas, ita ut mensura facilè ualeret tribus granis, quam ob causam nemo emeret, cur non possit caupo aqua illud diluere, uendendo phialam duobus granis, quæ reuera cum aqua tantum ualet. Est præterea emptor, qui putat meum sericum esse Florentinum, quod tamen non est, nisi minoris notæ, sed tamen ego uendo quanti ualet, & est tibi utile ratione pretii.

12 Tam † in hoc casu, quàm in duobus præcedentibus in foro conscientiæ, si

viri

viri essent aliàs sinceri, & bonæ fidei cōcurrentibus tribus conditionibus, videlicet, quòd periculum, & damnum emptòris vitaretur, & emptori esset merx secundum rationem pretii utilis, non esset cur condemnarentur de istis memoratis occultationibus, vnde in primo casu posset mercator minuere mēsuram, ita vt breuiādo acciperet illud pretium, quo iustissimè ualet. Itidem dicendum de mercatore uendente sericum; sic etiā & caupo uinum aqua miscere potest, si uendendo minueret pretium, & tanti uenderet, quanti re uera cum illa aqua ualeret, ut inquit Sylu. in uerbo, Emptio. q. 19. uers. secundum, & quæst. 20. Debent tamen Reipublicæ magistratus ad hæc pondera attendere, & lege in eos agere, qui uel in mensura, uel in substantia publicam fidem uiolant, Sotus de iu. & iu. lib. 6. q. 3. art. 2.

13 Octaua, qui unum uendit † pro alio, uerbi gratia, pretiosum lapillum, quem putant esse uel uitrum, uel quippiam minoris pretii, quàm gemma, uel offert aurifici speciem, & corpus, quod nescit esse purissimum aurum, emptor autem nouit. In primis si uenditor emptorem interrogat de rei qualitate, tenetur ueritatem aperire, si autem non esset interrogatus, & illa esset persona, quæ nollet emere, obligaretur nihilominus charitatis uinculo fratrem admonere in re tāti momenti, postquàm admonitio nihil illi obstat. Immò si grauem metueret iacturam proximi, peccatum mortale esset nō eum docere. At uero quando emptor emere constituit, tenetur etiam sub culpæ, restitutionisque reatu de ueritate illum admonere: nam cum ille rei nescius minoris rem suam uendidit, inuoluntarius illo pretio distrahit, & ideo iustitiæ lex ad restitutionem eum astringit, Panormit. in cap. quia plerique, de immu. Eccle. Sotus, qui supra, art. 2. Nauar. cap. 23. num. 89.

14 Si uero † lapidem pretiosum quis emat quem tam ipse, quam uenditor credat esse uitreum, tunc debet Confessarius explorare intentionem ementis, an emisset à principio uero ualore, si eū pretiosum sciuisset: quod si uero pretio non emisset, tunc tenetur restituere rem, si alter uellet restituere pretium, ex quo iustum pretium supplere emptor non uult, Panor. in d. cap. quia plerique. quod intellige, si deceptio sit ultra dimidium, quamuis in foro animæ tenetur quis de pluri, etiam si non sit deceptio ultra dimidiū, nisi sit adeo modicum, ut damnum passus curare non putetur, Sylu. in uer. emptio, q. 8. uers. notandum est.

15 Nona. Qui cum † calliditate uendit uinum affirmans eius bonitatem duraturam, uel tacens bonitatem, quam sciebat non duraturam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem de omni damno, & interesse, & de eo, quod inde plus habuit, l. si quis nestra, ff. de peric. & commo. rei uend. Sylu. in uer. emptio. q. 2. uers. Et decimo. [Hinc infertur, quod si quis uendit uinum, seu triticū, uel rem aliam, quam scit ad corruptionem esse dispositam, & non diu in illa bonitate permansuram, & scit, seu probabiliter putat, aut saltem dubitat, quod emptor rem illam emit ad eam conseruandam, & nō illico expendendam, tenetur uenditor emptori intimare, quod res nō diu conseruabitur, quod nisi fecerit, tenebitur emptori ad interesse, ut aperte colligitur ex l. si usura, ff. de peric. & commo. rei uendi. & ratio clara est, quia occultatio illius defectus cedit in damnum emptoris.] Sed circa peccatum mortale tunc hoc uerum esset, quando uendendo negaret uitia rerum, aut falsas bonitates affirmaret cum periuriis, & mendaciis. Sed quò ad mendacia, tunc peccatū esset mortale, quando per illa lęsio esset in magno, secus si in modico, animo non lædendi in magno, uel si in nullo læderet, sed hoc faceret, ut se seruaret indemnē, Sylu. in uer. Emptio, q. 21.

16 Decima. Is † cui datum est ad uendēdum aliquid pro decem, & uendidit pro duodecim, si est famulus stipendio domini conductus, uel amicus gratis id fa-

ctarus, uel proxeneta, qui conuenit de pretio pro suo labore, totum, quod superuēdit tenetur restituere domino rei: ratio est, quia non sic data est potestas uendendi à domino pro decem, ut nolit habere duodecim, si posset, sed expressit minimum, Sylue. in uer. Emptio. q. 24. At si uendens nihil haberet pro stipendio, posset retinere id, quod pluris uendidisset, nisi partem pretii notabilem retineret, Nauar. cap. 23. num. 97. Proxeneta autem si id, quod traditum est ad uendendum sua industria id pretiosius reddens pluris uendidit, tunc superfluū sibi retinere potest; cum ad id non tenebatur, ibi Nauar.

17 Non † autem potest hoc facere, qui suo stipendio iusto non cōtentus rei domino dixit neminem pro illa plusquàm centum dare uelle, & accepta potestate dandi illam eo pretio uendidit eam centum uiginti, nam tūc peccat mortaliter sibi retinens uiginti, cum obligatione restituendi, Nauar. cap. 23. nu. 98.

18 Vndecima. Vendita † re alicui statim periculum spectat ad emptorem, §. cum autem, Instit. de empt. & uendit. nisi res uendita degustationem exigeret, uerbi gratia: Vendo tibi hoc uinum in specie, idest in singulari, uidelicet hæc decem dolia; tunc ante degustationem periculum erit uenditoris, post uero emptoris, l. si uina. ff. de peric. & comm. rei uendi. Verum si uēditio uini non fit in specie, sed ad mensuram, tunc periculum est uēditoris, donec sit mensuratum. Et si emptor nolit mēsurare, tunc monito prius emptore, si uasa sunt ei necessaria, puta, ad uindemiam, &c. potest coram testibus mensurare, & effundere, l. 1. & 2. ff. de peric. & comm. rei uend. Sylu. in uer. emptio. q. 2. & uers. 5.

19 [Verum notandum, † quod & si plurimum referat, quod uenditio ad mensuram fiat, quo ad dominii translationē, & quoad periculum, & commodum, l. quod sæpe, §. in his, ff. de contrah. emp. & l. 2. C. de peric. & commo. rei uend. tamen ante mensuram adhibitam obligatio perfecta est, ut non sit locus pœnitentię, ita Paulus Paris. conf. 59. lib. 1. Pau. Cast. in l. 2. C. quādo liceat ab empt. disc. Quæ quidem conclusio de translatione dominii, & periculo rei venditæ, tunc obtinet, quando ante mensuram traditio facta non est, ea etenim facta etiam ante mensuram periculum, & cōmodum est emptoris, tex. sing. in l. 2. C. de peric. & commo. rei uend. Corn. cons. 50. lib. 1. colum. 5. Dec. cons. 179. quorum opinio multum vtilis est, & menti adhuc multum commendanda in praxi. quæ tamē non procedit in traditione facta per constitutum, Pau. Par. d. cons. 59. lib. 1. col. 4. & seq. quem legito.

Et quod diximus venditionem in rebus mobilibus non esse perfectam quo ad translationem dominii, &c. si fiat ad mensuram, operępretium est uidere, An etiā procedat in rebus immobilibus ad mensuram venditis? Bartol. per text. in l. si venditione, §. 1. & ibi Doct. de peric. & commo. rei uend. idem in cons. 108. Capic. decis. 14. num. 5. Alexan. cons. 33. col. 2. lib. 5. & alii plures affirmant quod sic, ita ut hęc sit communis opinio, vt refert Couar. lib. pract. quæst. cap. 3. num. 6. Exemplum, vendo tibi decem iugera fundi talis. Verum plurimum refert, an venditio sit facta ad mensuram, uel ne. Nam si ad mensuram, vt in casu proposito, etiam si fundi limites nominentur, & distinguantur, verbi gratia: Vendo tibi tot iugera, idest, octo fundi: vltra mensuram præscriptam nihil venit in venditionem, quamuis intra eosdem limites contineatur, tex. in c. per tuas, de donat. modo venditio sit facta ad mensuram, & ab ea sit cęptum, ita Socyn. iun. cons. 42. num. 9. At si venditio ita fuisset concepta: Fundum tibi vendo his certis, ac nominatis finibus circumscriptum, qui est decem iugerum, & tunc facta dicitur uenditio ex corpore certo, nec restringitur ex mensura, immo uenit in venditionem, quicquid intra fines præscriptos continetur, licet mensuram decem iugerum excedat, sentit Bar. in l. Iulianus. §. si

Titius,

Titius, ff. de actio. emp. Afflictus decis. 68. Capic. decis. 14. num. 2. quorum opinio communis est, quę probatur in l. qui fundum, ff. de euictio.

20 Quod idem dicendum,† quando venditio incipit à corpore, statimque subiicitur mensuræ modus, post quem apponuntur corporis limites, & confinia in hunc sane modum, Vendo fundum decem iugerum his definitum confinibus, ita Carolus Ruyn. cons. 83. lib. 1. Alex. cons. 133. lib. 1. num. 6. Ancha. & Imo. in cap. per tuas, de dona. Pau. Paris. cons. 64. num. 55. lib. 1. & tandem Socy. iun. cons. 41. scribit hanc opinionem esse cōmunem. Quod idem censeo, quoties in eadem oratione facta est prius métio de corpore, deinde de mensura non appositis finibus: modo constet de quo fundo cōtrahentes sentiant. Etenim hac de causa confinia adscribūtur vt constet de corpore. Exemplum: Vendo tibi talem fundum decem iugerū, nam hoc casu, quia actus incępit à corpore, uenditor corpus illud intelligitur uédere, quod secus est si incępisset à mensura, ita deduci poterit ex notatis per Decium cons. 500. Verū si modus, & numerus mensurę non ipsi rei principali, quæ venditur, sed alteri eidē accessoriæ adscribitur, & tunc si mensuræ modus in eadem sit oratione, res illa accessoria secundum mensuram erit discernenda. At si in diuersa oratione, tunc nō ad mensuram, sed ad corpus reducitur, & iudicatur actus. Exemplum: Vendo fundum cum doliis octuaginta ibi existentibus, uenditio doliorum à numero incipit, & ad numerū expressum est censenda, l. penul. §. ultimo, ff. de acti. emp. At si dixerim, Vendo fundum cū doliis ibi existentibus, quæ sunt octuaginta: Si in doliis reperiantur centum, tunc uenditio est ad corpus, & non ad numerum referenda, & ideo cum plura, quam octuaginta sint, omnia ueniunt in uenditionem, ita Pau. de Cast. in l. si venditor, ff. de actio. emp. Ruynus cons. 83. lib. 1. colum. fina. Socy. & Decius, qui supra.]

SVMMARIVM.

1 *Venditio cum pacto de retrouendendo, licita est, tam de iure ciuili, quàm de canonico.*
2 *Pactum de retrouendendo, quid sit, & frequenter pretii partem detrahit huiusmodi pactum.*
3 *Venditio cum pacto de retrouendendo, vt iusta sit, aliqua requiruntur, & quæ.*
4 *Venditio cum pacto de retrouendendo ad tempus, vel in perpetuum, licita est, modo adsint duo.*
5 *Res cum pacto de retrouendendo alienata potest interim locari venditori pro certa pensione, & quomodo huiusmodi contractus fiat illicitus, nu. seq.*
7 *Venditio cum pacto de retrouendendo, & si licitè fit, tamen vsurarii contractus naturam aliquando induit, & quomodo id dignoscatur, nu. seq. & nu. 9.*

De venditione cū pacto de retrouendendo. Cap. CXVII.

PRo fundamento sciēdum est. 1 Primo, † pactionē retrouendendi licitam esse tam per iura ciuilia, l. si fundum, & l. si à te, C. de pact. inter empt. & uendi. quam etiam per Pontificia, sicut patet per Doc. in c. ad nostram, de empt. & vendit. glo. in cap. conquestus, de usur. cap. illo uos, de pignor. Et similiter in animæ iudicio per sacram Scripturam, dicente Domino, Leuit. 25. quòd omnis terra Israelitici populi sub redemptionis conditione venderetur.

2 Secundo sciēdum est,† quod pactum de retrouendendo est pactum, quo emptor promittit reuendere rem emptam venditori quandocūque uoluerit, uel intra certum tempus, quod licitum est. Et istud pactum diminuit de pretio: Nō enim res tantum ualet vendita sub tali conditione, ut semper, vel ad tempus possit redimi, quantum si uenderetur simpliciter, l. fundi partē, ff. de contrah. empt.

Et

Et frequenter tale pactū diminuit quartam partem, vel ampliorem pretii, argu. ext.c.1.& 2.de emp.quatenus probat annuum censum duodecim emi posse iustè centum, cum pacto de retrouendendo perpetuo, qui sine illo valeret ducentum,& amplius, Nauar. c.13.nu.86.

3 Tertio ad iustitiam † contractus huius debent concurrere aliqua. Primum, vt simulatio ex parte emptoris absit, ita ut emptor uere, & principaliter uelit emere, & mallet emere absolutè, quàm cum tali pacto: tunc enim potest licitè emere,& facere fructus suos,cum pacto redimēdi intra tot annos, vel perpetuo, Sylu. in ver.usura,2.q. 15. Secundum, ne fiat pactum, vt redemptio fiat maiori pretio,quam emptio facta est,c. illo uos, de pign. Tertium requiritur, secundum Ioan.And. in cap. ad nostram, de empt. & uendi.in Nouel. & Host. vt non apponatur clausula, quod redimi non possit ante quinquennium, vel decennium. Sed tamen in veritate hoc non esset illicitum,quando hoc fieret,quia vult facere aliqua temporalia melioramenta,puta agrum impinguando,quorum effectu ipse vult vti, Sylu.qui supra, q.15. vers. 3. Quartum requiritur, vt non sit modicitas pretii, & pactum de retrouendendo ad certum tempus, & consuetudo emptoris exercentis artem vsurariam; nam & si Innoc. in d.cap.ad nostram, dicat, quod paruitas pretii cum pacto de retrouendendo ad certum tempus præsumat contractum simulatum, tamen requiritur & tertium,idest consuetudo emptoris exercentis vsuram, vt asserit Cyn. & Saly.in l. ab emptione, C.plus val. quod agi.Card.in d.cle.1.q.18. de vsur. Sed ex his modo aliqua deducuntur.

4 Et primo. Vendere † domū,seu agrum cum pacto de retrouendendo infra tot annos, siue perpetuo, licitè quis potest absque peccato; dummodo pretium sit iustum,& intentio,seu fides bona,ita vt in veritate velit emere, & mallet emere absolutè, quam cum tali pacto, vt communis obseruantia testatur. Patet etiam ratione;quia hoc fit ad commodum uenditoris. patet etiam authoritate Archid. in cap.plerique,14.q.3. Doct. commun. in d.c.ad nostram,& in cap.conquestus, de vsur. Legistæ in l.si fundum, & l. si à te,C.de pact.inter empt.& vend.Exemplum, Petrus emit fundum ab Henrico pretio iusto,idest,mille aureis, & spondet se ei reuenditurum intra certū tempus,puta,decem annos, vel quoties summa fuerit oblata, interim autem Petrus percipit fructus ex fundo, hic cōtractus licitus est,Sylu.qui supra,vers.4.

5 Secundo. Vendere † agrum, vel domum cum pacto de retrouendendo, & etiam cum pacto, vt interim donec reuendatur,locetur ipsi eidem primo uenditori pro certa pensione iusta, licitum est, vt communis vsus testatur; & ratio est, quia rem suam potest quisque sicut illi, ita & isti,puta venditori locare, & cuilibet alteri.Et nec obstat,quod in hoc casu res venditur plusquam valet; quia si ualet mille,venditur pro mille, & pro obligatione ad retrouendendum, quam obligationem constat esse æstimabilem pecunia; quia respondetur, quòd communiter res, quæ sic venduntur, ualent pluris non absolutè, sed uenditori, quia ideo vult illud pactum, quia incommodum ex venditione incurrit. Respondet ergo obligatio ementis ad reuendendū, & donandum quantitati valoris rei respectu huius,ita Caiet. 2.2.q.77. articu. primo, vers. in eodem articulo dubium occurrit.

6 Esset tamen † illicitus huiusmodi contractus, si ex pacto commodum, & incommodum pertineret ad uenditorem, excepta constituta pensione: quia esset contra naturam emptionis, cum commodum, siue incōmodum pertineat ad emptorem,l.illud,ff.de peric.& commo. rei vend. Esset etiam illicitus,quādo venditor non se posset, quando uellet,ab huiusmodi cōductione liberare; quia cum talis obligatio uendicet partem pretii, d. l.fundi partem,& emptor solum iustum pretiū rei soluat, fit vt supra iustum pretium

tium habeat istam obligationem, Sylu. in uer. usura, 2. q. 15. uer. 2.

7 Tertio. Vendere † rem cum pacto de retrouendendo pro modico pretio, licitum est, ita asserit Panorm. in cap. ad nostram, colum. 2. de empt. & uend. Sotus lib. 6. q. 5. art. 3. secunda conclu. & ratio est, quia obligatio illa, qua emptor uendere cogitur, est æstimabilis pecunia, d. l. fundi partem. Ideo uilius emere potest, quam si liberè absque redimendi pactione fieret. Posset tamen præsumi contractus usurarius, quando pretium est ualde tenue respectu ualoris rei, ut inquit Panor. in d. cap. ad nostram. ubi Romanus Pontifex ex his duobus præsumit contractum usurarium. Nam si bene cõsideremus, prǽter pactum de retrouendendo erat ibi adeo tenue pretium, & uile, ut potius non emptio, sed mutuum censeretur. Item quia uenditori emptor pecuniam mutuare noluit, ideo coactus fuit uenditor uergente inopia uiliori pretio, quam res ipsæ iusta æstimatione ualerent, uendere cum pacto de retro uendendo. Erat etiam restrictio temporis, quo erat res redimenda à uenditore, & sic non licebat quandocunque redimere, ut recte Panor. in d. c. ad nostram, ponderauit. Concluditur ergo illa duo tantum, nempe pactum de retrouendendo, & pretii modicitatem non facere cõtractum usurarium, sed aliud requiri, ut supra diximus.

8 Vnde quando † debeat censeri cõtractus usurarius, uel ne, eligendum est arbitrium boni uiri, quod quidem instrui poterit, quando cum pactione de retrouendendo contingat ualde modicũ pretium pro re ipsa dari, profecto maximũ signum erit eum contractum fraudis, & usuræ esse participem, absque eo, quod probetur fœnerandi consuetudo, ut per Abb. in d. cap. ad nostram, Couar. lib. 3. uaria. resolut. c. 8. num. 4. Nisi dicta emptio facta fuerit ab emptore, qui bona fide contraxerit, omnino ignarus huius grauissimæ læsionis, quæ ex modicitate pretii uenditori fuerit illata. Hinc si à rustico, aut muliere fiat contractus hic emptionis, non præsumitur usurarius, secundum Fulg. in l. si quis id quod, ff. de iurisdict. omnium iudic. Couar. in d. cap. 8. num. 4.

9 Quarto. Pactum † de retrouendendo appositum in cariori pretio, & quod fructus computarentur in sortem, usurariũ præsumitur, & iste est proprius casus in cap. illo uos, de pignor. & oritur hæc prǽsumptio ex pacto apposito contra naturam contractus: nam si erat uera uenditio, debebat emptor lucrari fructus. illud enim pactum congruit magis naturę cõtractus pignoratitii, & illud, quod ualuit ultra primum pretium, prǽsumitur extortum causa usurę, ita Abb. in d. cap. ad nostram, nu. 11. uide Abb. in d. c. illo uos, nu. 6. usque in finem.

SVMMARIVM.

1 *Census unde originem ducat, & item tributum, & quid inter se differant, nu. sequen.*

3 *Census secundum ius Pontificium quid sit.*

4 *Emphyteusis, & liuellum nomine tantum differunt: & hæc quid differant à censuali contractu, nu. seq. 7. 9. & 11.*

6 *Census de re propria, pensio de aliena soluitur.*

7 *Emphyteuta triennio solutionem facere priuatus prætermittens, & Ecclesia biennio, incidit in commissum.*

8 *Verba, Concedo in emphyteusim perpetuam quo casu in emphyteusim concessio esse non intelligatur.*

9 *Res spiritualis ad censum potest concedi, in emphyteusim minimè.*

10 *Papa concedens priuilegium libertatis, vel præsidium protectionis, Ecclesiis, reseruans sibi censum, non committit simoniam.*

12 *Census, & pensio est, quam quis super suis bonis constituit, & multifariam diuiditur, nu. seq.*

14 *Constitutiones Pontificum in materia censuum, & in ante, & in post constitutis locum habent.*

Census

15 *Census perpetuus quomodo constituatur. quædam quasi verborum forma traditur.*
16 *Census personalis, quis dicatur, an licitus, & in usu sit, & de vitalitio, qui multis modis fit, nu. seq.*
18 *Pecuniam dans, vt prædiis alicuius dum vixerit fruatur, domino sine pretii solutione post mortem redituris, rem licitam facit, secus vt nu. seq.*
20 *Census ad tempus, quale sit.*
21 *Census cum pacto de retrouendendo, quomodo fiat, & quæ requirantur, vt licitè constituatur.*
22 *Venditor ad redimendum annuum cẽsum regulariter non cogitur.*
23 *Redditus annuos ea lege emere ne redimãtur à venditore ante decennium, vel vsque ad certum tempus, vel pro voluntate emptoris, vsura est.*
24 *Redemptio annui redditus collata in volũtatem venditoris cum pacto redimendi maiori pretio, illicitus est contractus.*
25 *Annui redditus pretium iustum constitui debet, & quid sequendum in æstimatione iusti pretii.*
26 *Pretium annui redditus ad vitam constituti, quomodo definiendum sit.*

De censibus. Cap. CXVIII.

POst tractatum de emptione, & venditione, videndum est de annuis censibus, seu redditibus. Idque adeo receptum est, ut non inutile sit, an ea uox, idest, census, in redditibus conueniat, breuiter inquirere. Igitur ut à nomine rem auspicemur.

1 Census † à censendo, idest æstimando deriuatur, videlicet, quòd recenseri, & æstimari facultates debent, quo inde tributa pro earum solutione soluantur, l. forma, ff. de censi. l. 1. 2. & 3. C. de censi. lib. 11. Inde deriuatum est, ut peculiariter tributum significet, eo quod pro capite exigitur. Nempe dum Princeps vult personarum capita in catalogo esse recensita, ut quantum sit eius imperium sibi innotescat: De quo etiam Christus interrogatus fuit, an liceat censum dari Cęsari. Tributum autem (ut nomen ipsum sonat) à tribuendo, seu contribuendo dicitur, eo quòd contributio non fiebat, nisi ad alendum publicum militem, unde etiam stipendium deriuatum est, utrumque habetur in l. agere. ff. de uerborum sig.

2 Differt † ergo tributum à censu, tam ratione materiæ, quàm ratione finis. Tributum enim de terræ nascẽtibus in subsidium Regni, uel Reipublicæ contribuitur: Census uero de capite ad profitendam subiectionem: nam census appellatur quicquid alteri datur in signum subiectionis, iurisdictionis, & imperii, aut dominii, cap. omnis anima, de censi. uel in signum libertatis, cap. recepimus, de priuil. Vbi recepti sub protectione Papę soluerunt censum non in signum immediatæ subiectionis, sed receptionis in protectionem, ita Abb. in d. cap. omnis anima, num. 3.

3 Sed † census iure Pontificio dicitur contractus quidam, quo habens plenum rei dominium, eum alteri tradit quò ad ipsum dominium utile, & directum pro centum aureis, ea pactione, ut perpetuo sibi decem aurei annui soluantur, quemadmodum not. in cap. conquestus, de relig. dom. Couar. lib. 3. uar. resolu. cap. 7. Ex quibus constat differentia inter contractum censualem, & emphyteuticum, siue liuellale.

4 Hæc † enim duo secundum Bar. in l. 1. C. de iure emphyt. idest, dare fundum ad liuellum, siue in emphyteusim, sunt eiusdem naturę, solo nomine discrepantia. Et dicitur emphyteusis, hoc est, melioratio, ob id, quod ea ratione fuit inuentus huiusmodi cõtractus, ut steriles agri, quos dominus colere non poterat, alterius diligentia colerentur, ut tradit Sotus lib. 6. q. 2. art. 1.

5 Igitur, ut explicemus † differentias inter contractum censualem, & emphyteuticum, notandum est primo, quod in contractu censuali transfertur dominiũ in

in recipientem, tam vtile, quàm directũ, ita quod nihil iuris remanet super illa re in concedente. Sed in contractu emphyteutico tantum transit dominium utile in emphyteutam, directo remanente apud dominum, ita tex. in l. prima, ff. si ager uectig.

6 Nam † censum soluimus de re nostra, ut patet in censu debito Imperatori, pensionem autem soluimus de re aliena. hãc differentiam sequuntur cõmuniter Doctores, quam approbat Bart. in l. 1. ff. de publi. Si ergo contractus est censualis, propriè dici debet, ut soluat censum, & non pensionem: sed in contractu emphyteutico vocatur propriè pensio, quę quidem pensio non sic debet constitui, sicut in aliis contractibus, sed modica: cum in liuellatione omne periculum, & omnis impensa transeat in accipientem, l. 1. cum ibi not. C. de iure emphyt. Sylu. in ver. vsura, 2. q. 16.

Secunda differentia est, quòd si em-
7 phyteuta † cessat soluere pensionem triẽnio priuatis, & biennio Ecclesię, res incidit in commissum, l. 2. de iure emphyt. cap. fin. loca. Quod secus est in contractu censuali, etiam si mille anni census non soluantur, glo. sing. in cap. constitutus, in uers. iuxta ratam, de relig. domib. Et ratio diuersitatis in contractu emphyteutico esse potest, quia res non desinit esse domini, & videtur concessa quasi sub conditione, si pensionem soluerit, argu. tex. in l. quęro. §. inter locatorem, ff. loca. Sed in contractu censuali transfertur dominium in totum, ita quod recipiens obligatur solum ad censum soluendum, immo in dubio, quo licet constet de contractu, non tamen apparet, an sit emphyteuticus, aut censualis, pręsumendus est contractus is potius censualis, quàm emphyteuticus.

Hinc Abb. in d. cap. constitutus, in-
8 quit, quod in † concessione, quę fit de rebus Ecclesię, quis debet esse cautus, quod non faciat scribere, quod ad censum fiat concessio, sed ad emphyteusim. Immo etiam si apponantur dicta uerba, scilicet, concedo rem in emphyteusim perpetuam, tamen censeri debet contractus censualis, & non emphyteuticus, verbi gratia, quando in instrumento sic diceretur: Concedo rem in emphyteusim perpetuam sub annuo censu, puta, ducatorum centum, & transfero in te omne ius, quod habeo: tunc quamuis dictum sit in emphyteusim, tamen censeri debet censualis, propter illa verba, Transfero in te omne ius, ita tex. in d. capitu. constitutus. Et in dubio, quando ex tenore instrumenti non posset apparere, an sit emphyteusis, an contractus censualis, est censendus censualis: & ideo licet cessauerit soluere mille annis, non potest expelli, ita Alber. de Ros. in l. secunda, C. de iure emphyt. Sebast. Sapia ad Abb. in dicto capit. constitutus, qui ampliat huiuscemodi dictum etiam in Ecclesia.

9 Tertia differentia est, † quia spiritualia non possunt cõcedi in emphyteusim: cum quodammodo videantur vendi, sed sic ad censum, quia census retinetur non in recompensationem iuris concessi, sed in signum præteritæ subiectionis. Hinc Episcopus concedere potest aliquam Ecclesiam alicui Monasterio, vel aliquod ius, reseruando sibi aliquid annuatim, puta, quinque denarios, &c.

10 Et similiter † Papa potest aliquem censum sibi reseruare, concedendo priuilegium libertatis, vel protectionis præsidium aliquibus Ecclesijs absque uitio simoniæ, vt est tex. in d. c. constitutus, de relig. domi. quia illud non dicitur recipi propter aliquam recompensationem, sed tantum in signum subiectionis, capit. 2. de censi.

11 Quarta differentia † est, quòd concedens in emphyteusim potest tanquam directus dominus recipere aliquam partem pro mera facultate, quam concedit vendendi. At censuarius, qui nullum habet rei dominium, pro mera facultate, quam concedit vendendi, nihil recipere potest. Verum si iure particulari promittitur, nihil, inquit Sotus, lib. 6. de iust. & iure,

iure, q 5. artic. 2. loqui audeo. Has differentias tradit Abb. in d. cap. constitutus, num. 20.

12 Est etiam † & alia census significatio, nempe pensio, quam quis super suis bonis constituit, idest, dũ quis retentis suis bonis, eorumque usu, consignat alteri pensionem certam, quam cogitur sub nexu obligationis singulis mensibus, aut annis soluere, & hi census propriè annui redditus dicuntur, vt apparet ex tex. in clem. exiui. §. cumque annui redditus, de verborum significatio. Et de huiusmodi censibus in præsentiarum à nobis tractabitur. Hunc autem censum quamplurimis diuisionibus partitur Cõradus.

13 Nam † alter est realis, puta, qui in rem constituitur: alter personalis, qui constituitur in personam. Rursum ex parte rei alter est fructuarius, vt pote dum recipiuntur frumenta, vel alii fructus. Vbi obiter notandum, quod qui censum realem emit, non dicitur emere fructus, sed ius petendi, quippe cum venditor periculo fructuum ceu rei suæ subditus maneat, Sotus lib. 6. de iustitia. & iure, q. 5. art. 1. 3. colum. Alter vero census est pecuniarius, vt cum recipitur pecunia, atque hic est frequenter in vsu. Insuper alter certus, puta, cum taxati sunt fructus, seu pecunia: Et alter incertus, idest, quando definitur quota, idest tertia, uel quarta pars fructuum. Deinde alter est perpetuus, & alter temporalis. Præterea alter pro certo annorum tempore, & alter pro incerto, puta, pro tota, ac demum, alter redimibilis, alter irredimibilis. Hæc colliguntur ex Syluest. in uer. usura, 2. quæst. 12. uer. secundum. Sotus d. articu. 1.

14 Cæterum obseruandum, has † constitutiones Romanorum Pontificum, qui contractus hos licitos esse decreuerunt, non tantum obtinere locum in redditibus antiquis annuis, puta, qui iam fuerant antea constituti, nam hi emi, & vendi possunt absque alia dubitatione, sed etiam in his redditibus, qui modo nouiter constituuntur, quod in eisdem constitutionibus apertissimè probatur, & cęteri omnes tam Theologi, quam Canonistæ super cap. in ciuitate, de usur. Iure consulti, vt Host. & Abb. intrepidè confitentur, Sylu. qui supra, & Sotus, lib. 6. q. 5. artic. 1. prima conclusio. Sed ut res ipsa manifestius ad praxim deducatur,

15 sciendum est, quod census † perpetuus ita agitur: Emptor dat mille aureos venditori, ut sibi constituatur pecuniarius census super illius bonis, domibus, uel uineis aureorum sexaginta in circa in perpetuum, & hoc siue titulo donationis, siue uenditionis, qui contractus licitus est, ut sunt duæ extrau. prima Martini V. anno 1423. edita, & secunda à Calixto 1455. quæ quidem habentur inter extrau. communes, titulo de emptio. & uenditio. Couar. lib. 3. uaria. reso. c. 7. nu. 2. uers. 6.

16 Alius uero est † census, qui dicitur personalis, qui constituitur super personam uendentis. v. g. Sempronius personaliter promittit dare Meuio singulis annis censum, obligando personam suam, qui quidem contractus & si illicitus censeatur communi omnium consensu, ut inquit Couar. qui supra, numero quinto, tamẽ contraria opinio in iure est uerior, quam tenet Sotus, lib. 6. quæst. 5. artic. 1. uer. quarta conclusio, Couar. qui supra, cum fortissimis rationibus tenet contra communem, F. Bartho. Medin. in sum. lib. 1. §. 26. cap. 14. Sed hic contractus non est in usu.

17 Est etiam census, † qui dicitur vitalitius, seu ad uitam, seu ubbiam, qui multis modis fit, & primus. v. g. recipit quis mille à Petro, & promittit se soluturum ducentos aureos, uel centum quinquaginta sua uita durante. Secundus modus est: Caius percipiebat singulis annis ducentos aureos ex prouẽtibus fisci sua uita durante, conuenit cum Meuio, ut acceptis mille aureis cederet ius exigendi illos ducentos. Et hi duo modi contrahendi liciti sunt, tum propter indeterminationem temporum, tum ob

incer-

incertitudinem lucri, & damni; l. si ea lege, C. de vsur. l. de fideicommisso. C. de transact. D. Thom. opusc. 73. cap. 9. L. E. Abb. in disput. 5. colum. penult. Conrad. ommno, q. 81. Couar. lib. 3. uar. resol. c. 7. num. 2. in fi. uers. item & hęc, quorum opinio communis est, nec in hoc contractu dubitandum est, ut aliqui dubitauerunt, ut inquit Syl. in uer. usura. 2. q. 12. uersi. 5. dicentes non esse tutum; quia inducit uotum captandæ mortis, nã si hoc esset, ususfructus nunquam posset constitui, qui finitur morte. §. finitur, Instit. de usufruc. Vnde Sylu. qui supra, uersi. quintum, permanet cum communi dicens, quod si quis alicui cõstituat certam pensionem ad uitam pro certo pretio, non uidetur illicitum.

18 Emere † autem, uel uendere ad uitam uenditoris magis licet, quia tale uotum interuenire non potest. Hinc dans pecuniam certam priuato pro tenenda possessione ipsius ad uitam dantis pecuniam, & post mortem reddit ura sine restitutione pecuniæ, licitè potest absque peccato vsuræ, D. Thom. opusc. 73. c. 9.

19 Sed † si daret mille aureos, ita ut si alter illorum infra hoc tempus mortuus fuerit, liberatus sit à debito: si vero superuixerit, soluat bis mille, contractus est usurarius, D. Thom. opusc. 73. cap. 6. in princ. Ratio est, quia licet periculum sit, tamen hoc fit spe lucri, quod est contra naturam cõtractus, ibi Thomas, Nauar. c. 17. nu. 222.

20 Sed est † & alius census, qui dicitur ad tempus, & est huiusmodi: Do tibi octingentos aureos super distincta bona, ut annis singulis des centum per annos octo: & hic licitus est. nullã enim habet fraudis suspicionem, quoniam emptor ex variis solutionibus nihil ultra pretium datum recepturus est. Quod si ultra pretium conuentum emptor per particulares solutiones recepturus sit, tunc hic contractus dubitationẽ habet, de rigore autem iustitiæ reprobari non potest: quia tantum valent centum aurei statim, & unica solutione dati, quantum centum viginti, vel triginta, annis tredecim soluendi. Consulendum tamen est, vt ab huiusmodi cõtractu Christi fideles discedant, ita Couar. lib. 3. var. resol. c. 7. num. 3. versi. sunt & alii. si tamen ultra pretium variis solutionibus plus daret in fine census, esset vsurarius. Sed nec hic cẽsus hodie habetur in vsu.

21 Postremo est † census, qui fit cum pacto de retrouendendo, qui dicitur redimibilis, & est huiusmodi. Emo censum aureorum quinquaginta super domum, vel fundum tuum, ita ut in tua sit facultate extinguere censum, videlicet, quando restituis meam pecuniam. Et hic, vt licitus sit, has conditiones requirit.

Prima, vt constituatur census super vnam rem stabilem, domum, vel agrum, [tantum, quæ res sit frugifera, tantæ saltem frugis, quantæ est census, idest vt saltem reddat tãtum, quantum census venditus valeret.

Secunda, vt illa solum, & non alia bona remaneant ad hoc obligata. Hinc fit, quòd vetitus est census, qui fit super aliqua re immobili frugifera, & in defectum super omnibus bonis aliis constituentis illum. & ratio fuit, ut census periret re illa perempta, quod non fieret si omnia bona essent obligata. Et nota ꝙ si res censuaria existat, & fiat infrugifera, dicitur perire census, quia paria sunt rem esse infrugiferam, & perire.

Tertia, vt præsentialiter coram tabellione, & testibus numeretur pecunia. Quod ideo sic fuit statutum, vt præcludatur via malis, & dolis, quibus censum ementes soluebant pretium in mercibus in pecunia ad ludẽdum, vel in alios malos fines. Et ita non videtur includere illos in foro conscientiæ, qui bona fide vtilius, uel æquali vtilitate soluerint anticipatam solutionem totius, vel partis census. Igitur requiritur realis pecuniæ numeratio; Hinc non sufficit ostensio, vel traditio partis pecunię; immo nec totius, si non numerata traditur, etiam cũ confessione vendentis censum, quod totam recipit, sic nec sufficit ostensio, &

pecu-

pecuniæ traditio coram testibus, sed postea per conuentionem antea initam in aliorum præsentia restituit.

Quarta, vt pretium sit iustum, quod quid sit, videbimus infra, nu. 25.

Quinta, vt detur venditori optio, totum, aut partem, quando & quomodo sibi videbitur redimendi, de hac tamen conditione vide infra, nu. 24.]

Sexta, vt debitor non sit obstrictus soluere censum, nisi ad libitum suum vnica vice, & hoc obseruatur communiter pro eadem summa denariorũ, quam ab emptore recipit ad libitum suum absque alicuius requisitione.

22 Septima, vt † ad redimendum annuũ censum véditor inuitus nullo modo cogi possit, & hoc procedit regulariter, nisi debitor deficiat à solutione census per plures tertias, quãuis de æquitate si venditor ante condemnationem soluat, non cogitur ad restitutionem. de hac materia census, & conditionibus prædictis, atque aliis, quæ non sunt in vsu, vide Naua. c. 17. nu. 234. qui refert extrau. Pii V. super hanc materiam, sed illa Martini, quæ habetur in Compendio constitutionum Regni Neapolitani obseruatur.

23 Emere autem † annuos redditus ea lege, vt post certum tempus, verbi gratia, post decennium, à uenditore possint redimi, & non antea, vsura est; quia emptor constituitur omnino certus de lucro vltra sortem de fructibus, eo tempore, quo redimi res vendita non potest, sibi percipiendis, Bal. cons. 487. lib. 1. & cons. 154. lib. 3. Adstipulatur etiam huic opinioni Romanorum Pontificum decisio in dictis constitutionibus, quæ requirunt hanc redimendi facultatem statim post venditionem venditori competere, Couar. lib. 3. varia. reso. cap. 8. nu. 8. Neque etiam potest emi census ab emptore hac lege, vt venditor possit illum redimere vsque ad certum tempus, vt inquit Nauar. c. 17. num. 284. Sic nec licet aliquos annuos redditus emere cum pacto redimendi ad uoluntatem ipsius emptoris, tum quia ea pactio efficit, vt ea sors ab emptore semel data possit ab inuito uenditore, qui dicitur debitor, exigi, [tum quia daretur ansa vsurariis suas usuras palliatè exercendi. Diceret enim iis, qui mutuo petunt, non mutuabo, sed emam à vobis rem, vel censum, seruata mihi facultate contractum rescindendi, & ita, quando aliquid essent lucrati, contractum rescinderent, in quo idem, aut plus quam per apertam vsuram lucrarentur. & ita huiusmodi contractus præsumitur vsurarius. Et hoc maxime de illis præsumendum est, qui usuras exercere solent, specialiter si pretium diminutum pro re sic empta dederint:] Tũ quia aduersatur constitutionibus Romanorum Pontificum, quibus hæc emptio annui redditus permittitur, vt sors semel data exigi ab inuito venditore non possit. Couar. qui sup. c. 9. nu. 4.

24 Similiter si annui † redditus redemptio conferatur in voluntatem venditoris hac lege, vt maiori pretio redditus redimendus sit, quàm constitutus fuerit, contractus erit illicitus, quod probatur in extrau. 1. de empt. & uendit. ibi, pro eadem summa, Couar. qui supra, quamuis licitum sit emere redditus ea apposita conditione, ut non membratim, & per partes, sed in totum simul redimantur, ita Sotus, lib. 6. q. 5. artic. 3. quarta conclusio. ubi respondit extrauagãtibus, quę uidebantur contrariæ.

Postremo circa hanc materiã annuorum redditũum, illud est adnotandum,

25 quod sit † annui redditus iustum pretium, cum Romanorum Pontificum cõstitutiones ad iustitiam huius cõtractus exigant iusti pretii ęstimationem, & post uarias opiniones à Couar. lib. 4. uaria. resolu. cap. 9. num. 3. recensitas, sit ista conclusio. In redditibus perpetuo constituẽdis dicere aliud non possumus, quàm quòd non solum quantitas census æstimari debet, uerum stabilitas, ac firmitas, super quibus constituitur. Quare iura super castra, & perpetua pascua, maioris sunt pretii; qua utique ratione nõ potest unum in uniuersum pretium constitui,

sed

ſed quantum ad iuſtam eorum æſtimationem neceſſario obſeruanda eſt prouinciæ conſuetudo, ipſaque communis hominum æſtimatio, quæ cuilibet rei iuſtum pretium definire ſolet, l. pretia, ff. ad leg. Falcid. Sylu. in ver. vſura, 2. quæſt. 12. verſi. 1. Paulus tamen Par. conſ. 60. num. 29. lib. 1. tradit iuſtum pretium annui cenſus perpetui eſſe, ſi pro centum conſtituantur annua ſex.

26 Iuſtum † vero pretium annui redditus ad uitam conſtituti definiẽdum erit iuxta communem prouinciæ ęſtimationem, ſi certa ſit: quòd ſi ea nihil certum in hoc ſanxerit, arbitrio boni uiri pretium iuſtum erit ſtatuendum, perpenſis perſonæ qualitate, ſit ne bonæ valetudinis, vel ne; item ætate, num ſit ſenex, num iuuenis emens, aliiſque plurimis, ex quibus iudicis animus colliget certam huius rei definitionem, ita Hoſtien. in ſumma, de vſur. §. an aliquando caſu, verſ. 12. & Archid. in capit. quicunque, 14. quæſt. 4.

SVMMARIVM.

1 *Negociatio quid ſit, & num. 16. dicitur res indifferens, & periculoſa, quæ multis modis ſit illicita.*

2 *Negociatio ratione rei, quibus rebus fiat illicita.*

3 *Negociatio illicita fieri poteſt ratione finis, perſonæ, temporis, & loci.*

4 *Negociatio triplex, œconomica, politica, & lucratiua.*

5 *Negociari in nundinis, diuinis auditis, ex communi conſuetudine licet.*

6 *Negociantes in cœmeteriis, vel negociationes exerceri permittentes peccant.*

7 *Emens omnes fruges, vt quo pretio velit, eas vendat, mortale admittit.*

8 *Emens rem, vt integram, immutatamq́ vendendo lucretur, cupiditati deſeruiẽs, peccat.*

9 *Negociari pecunia publica, mortale eſt peccatum.*

10 *Mendaciis vti in vendendo, quo caſu veniale, & quo mortale ſit.*

Veniale de ſe licet multiplicatũ nunquam ſit mortale.

11 *Emens rem, vt carius vendat, an peccato ſe aſtringat.*

12 *Clerici in ſacris, vel beneficiati ſunt, qui negociari prohibentur; quibus etiam id licet, vt nu. ſeq.*

14 *Clericus emens poſſeſſiones, vt fructus percipiendos vendat, negociari dicitur.*

15 *Clericus rem emens, vt vtatur, ſi poſtea ex cauſa vendat, non peccat.*

16 *Clericis negociatio, non artificium prohibetur, & quid vtrunque ſit.*

De negociatione. Cap. CXIX.

1 Negociatio † (vt ipſius nomen peculiare cognoſcamus) idem eſt, quòd mercaturam exercere, videlicet, emere, vt reuendas. Quæ quidem licet de ſe ſit indifferens, neque bona, neque mala, eſt tamen periculoſa, cap. noli. cap. militare, 23. q. 1. cap. quoniam, 88. diſtinc. ideo conſulitur deſerenda, cap. conſideret, . in his, de pœnit. diſtinc. 5.

2 Fit † autem illicita pluribus ex cauſis. Primo ex parte rei, uerbi gratia, ſi rem emas, quæ ſui natura eſt inuendibilis, puta Sacramentum: nam tunc eſſet ſimonia, capitu. quicquid, 1. quæſt. prima. Secundo ex legis prohibitione, vt toto titu. C. quæ res uendi non poſſ. vt ſi ea uendas, quorum uſus ſolus eſt ad malũ, l. quod ſæpe, §. ueneni, ff. de contrahen. empt. Eorum autem, quæ ex ſe ſunt mala, ſed aliis admixta, poſſunt eſſe vſui, licita eſt negociatio, puta, veneni: quod admixtum poteſt eſſe uſui in medicinis, vel etiam purum pro feris occidendis, ſicut de gladio dicimus propter defenſionem, ut no. Abb. in c. 1. num. 11. ne cler. vel mona.

3 Tertio redditur † illicita ex fine, propter cupiditatem, cap. quicunque, 14. q. 4. & tunc eſt peccatum mortale uel ueniale eo modo, quo eſt finis. Hinc illicita eſt negociatio, atque peccatum mortale, cum quis totum frumentum, aut om-

nes merces emit, ut coactis aliis à se emere, uendat suo modo, vel quando omnes conueniunt, vt certo pretio res vendatur, vel vt unus solus vendat, Syluest. in ver. negotium, q. 2. Quarto ex persona, vt clerici, & religiosi, toto titu. ne cler. vel mona.

4 [Pro † cuius intelligentia notandum est, negociationē esse triplicem: quædam est Aeconomica, quę fit ad sustētandum se, & domum suā, pro ut necessitas expostulauerit, & talis nogociatio clericis non est interdicta, sed concessa, dicente Paulo ad Timo. Oportet episcopum suę domui esse bene præpositum, cui conuenit specialem curam suorum gerere. Eodem dicente, 1. Timo. 5. Qui suorum curam non habet, & maxime domesticorum, crudelis est, & infideli deterior. Ac proinde clericis conceditur emere ea, quæ domui suæ sunt necessaria. Pariter ea, quæ de redditibus, aut aliis bonis eiusdem supersunt uendere, vt magis necessaria emant. Alia est negociatio Politica, cuius finis est publicis populi necessitatibus succurrere, & hæc gubernatoribus Ciuitatum conuenit, non clericis, qui à secularibus negociis debent esse remoti, iuxta illud, 2. Timot. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, & 88. distin. deiiciendus præcipitur Episcopus, Sacerdos, vel Diaconus seculares curas assumens. Alia est negociatio lucratiua, qua quis aliud emit, ut illud postea carius vendat. & hoc quando sit licitum infra manifestum fiet.] Quinto ex tempore, quia non in diebus festis, cap. 1. de fer. [Vbi procedit hoc non tantū in diebus dominicis, qui sabbato successerūt, sed etiam in diebus aliis festiuis ab Ecclesia institutis, quod intellige, nisi lex de aliqua festiuitate obseruanda sit abrogata: nam potest per contrariam consuetudinem abrogari, siue sit abrogata quò ad hoc, quod est seruilia opera in ea non facere, siue etiā quò ad hoc, quod est rem diuinam in ea audiri, quorum alterum constat ab altero esse diuersum.

5 Inde † fit, vt inquit Per. de Palu. quod licitum est in nundinis, auditis diuinis negociari, quandoquidem hoc habet cōmunis hominum consuetudo, siue dominica sit, siue alia festiuitas, quæ consuetudo est per Pręlatos cognita, & per eosdem tolerata. Similiter si necessitas publica, vel priuata oppositum postulet. Inde fit, vt uendi possint victualia in festis etiam ante diuinorum auditionem. Pariter Pharmacopolę, qui medicinas uēdunt. Similiter idem excusari solet si ob pietatem, aut notabilem utilitatem fiat, maxime si contemptus absit, & non id ob lucrum principaliter fiat, in quibus non oportet Confessarios magnos pœnitentibus scrupulos ingerere, sed de his vide supra, cap. 33. de tertio præcep.] Sexto ex loco, quia non in Ecclesia, cap. decet, de immu. Eccle. lib. 6.

6 [Vbi iubetur, ut † cessent negociationes in Ecclesiis, & earum cęmeteriis, & prçcipuè nundinarum, ac fori cuiuscunque tumultus. Nec solum peccant, qui negocia in Ecclesia exercent uendendo, aut emendo, sed hi, qui illic exerceri faciunt, aut permittunt, quibus id prohibere ex officio incumbit: quia error, cui non resistitur approbatur, cap. error, dist. 83. Medi. C. de rebus restit. q. 31. uers. quarto redditur.]

Hęc autem infra his decisionibus explicabuntur.

7 Prima. Emens † omnes fruges, ut coactis aliis à se emere, uendat ad libitum, mortaliter peccat; nam debet fieri uenditio ęquo pretio, arbitrio prudentum, l. annonam, ff. de extr. ord. crimi. Sylu. in uer. negocium, nu. 2.

8 Secunda. Rem † emens, ut integram, & immutatam uendēdo lucretur, si deseruit cupiditati lucri, quę terminum nescit, mortaliter peccat, estque hoc turpe lucrum, & ita intelligitur tex. in cap. eiiciens, distin. 88. atque de consilio est erogandum pauperibus. Si autem honesto fine emit, puta ad sustentationem sui, & familię, uel patrię, non peccat, dummodo non intendat earū rerum penuriam, expectando moderatum lucrum, non

quasi

quasi finem vltimum, sed quasi stipendium laboris, Sylu. in uer. emptio. quęst. decima, numero vndecimo. finem vltimum dicimus, quando propter illũ quis transgrederetur præceptum Dei, verbi gratia, non audire Missam die festo, ut lucrum faciat, Sylu. in ver. negocium, quæst. tertia. At qui emit rem, vt sibi esset aliqua materia operandi, uerbi gratia: Qui pannos tondet, aut attritas vestes coemit, ut refectas vendat, licitam facit negociationem.

9 Tertia. Negociari † pecunia publica in custodiam recepta, est peccatum mortale, per tres leges, C. de iis, quæ ex publ. collat. lib. 10. adiuncto capitu. pœnale, 14. quæst. 5.

Quod intellige, si fiat sine superioris consensu, vel non soluendo quibus debet statis temporibus absque consensu eorum expresso, vel tacito, vel soluit, sed cum damno notabili, quod restituere tenetur, ex mente D. Antonini, secunda par. tit. 1. c. 15. §. 5.

10 Quarta. Vti † mendaciis eo fine in uẽditione, ut peruenire possit ad iustum pretium, uel ipsis vti tantum ad decipiendum in modico, peccatum ueniale est, quamuis illis assiduè utatur: licèt Host. dicat esse mortale, si assiduè fiat, quod falsum est, quia ueniale de se quãtumcunque multiplicetur, & continuetur, nunquam fit mortale, ut Doct. notant in cap. sacris, de his, quæ ui. Verum peccatum esset mortale, si quis negociaretur cum periuriis, uel mendaciis perniciosis, idest, ordinatis ad decipiendum in aliquo notabili, vel etiam in modico, si adsit animus decipiendi in magno, Syl. in ver. negocium, q. 3.

11 Quinta, qui † rem emit, vt carius vendat bono fine non integram, sed in melius commutatam, vel à natura, ut equum, qui creuit; vel ab arte, ut ensem expolitum, vel si res esset mutata ratione loci, vel temporis, vt emendo uictualia tempore messis, vt postea carius vendantur, vel si empta in magna quantitate vendantur minutim, vel ratione laborum, & periculi, ut quia emptor rem detulit cum periculo, & labore in locum, ubi nullum habet pretium res empta, non peccat, D. Tho. 2. 2. quæst. 77. art. 4. ad primum. Abb. in cap. primo, nu. decimo, ne cler. uel monac. Syluest. in uer. emptio. q. 10.

12 Sexta. Clerici, † qui prohibentur negociari, intelliguntur ii, qui sunt in sacris, uel beneficiati, Abb. in cap. primo, circa finem, ne cler. uel monac. & ita intelliguntur iura, quæ prohibent clericos negociari, cap. fina. de uita, & honestate clericor. 14. quæst. 3. capit. primo. Vnde negociantes mortaliter peccant, non tamen de præcepto tenentur ad restituendum id, quod lucrati sunt ex negociationibus, 14. quæstio. quinta, non sane, ibi, excellentioris, &c. & ibi, facilius, & ibi, tanquam sua, quæ uerba non uidentur tales cogere ad dandum pauperibus, nec propterea ibi damnantur. Idem uidetur sentire Innocent. in capitu. quia plerique, de immun. Eccle. Card. in clemen. prima, in fine, de uita & honesta. cleric. Verum in negociatis, idest, quò ad negociationes perdunt priuilegium: quia tenentur soluere gabellas, capitu. quamquàm, de censib. lib. sexto, clemen. fin. & ibi Doct. eodem tit. Quin etiam quo ad facultates suas, si interim non desinant negociari, secundum Gemin. in d. capitu. quamquàm, & Abb. in capit. fin. de uita & honesta. clerico. num. septimo. Non tamen perdunt priuilegium canonis, Si quis suadente, 17. quæstio. 4. secundum Innocen. in capit. Ioannes, de cler. coniug.

13 Negociari † tamen ob necessitatem suam, uel suorum, & per interpositam personam occultè, non est peccatum, etiam si essent in sacris, uel beneficiarii, argum. tex. in dicta clemen. prima, glo. in capitu. peruenit, distinctio. 86. Nauar. capitu. uigesimoquinto, nume. 110. uers. 34.

14 Sed an clerici, † qui possessiones emunt ad finem uendendi fructus percipiendos, dicantur negociari? Respon.

Dominus Antoninus de Butr. in capit. fina. de vita, & honestate clericorum, quod sic.

Sed quid dicendum de clerico habente multa pascua, an possit emere animalia ad pascendum, & postea illa vendere ad sustentationem suam, suorum, & pauperum? dic quod sic. Non autem potest ea emere, vt tradat ad crementū in fraudem negociationis, Syluest. in ver. clericus, 3. q. 2.

15 Sed an † emens rem, non vt vendat, sed vt ea vtatur, si postea ob aliquam causam vendit, vel quia præter propositum ei superest, verbi gratia, frumentum, peccet? Dic quod non, D. Tho. 2. 2. quæst. 77. artic. 4. ad secundum, Syluest. in ver. clericus, 3. q. 1.

16 Vlterius quæritur, an † quemadmodum clericis prohibita est negotiatio, ita & artificium? Respon. quod non, 91. distinct. clericus, de consecrat. distinct. quinta, capitu. nunquam. Quæ autem dicatur negociatio, diximus supra, quibus adde negotiari esse, quando res empta non mutata materia alteri uenditur: artificium vero est, quando quis emit aliquam materiam, & per artificium reducit ad aliquam formam, vt si forte emat chartas, & scribat libros, vel emat filum, vt faciat retia, & idem in similibus, vt habetur in dicto cap. nunquam, ita Doct. in cap. fin. de uita & honestate cleric.

SVMMARIVM.

1 *Societatem multis modis considerari.*
2 *Societatis diffinitio, quæ: & quibus modis contrahatur, nu. seq.*
4 *Societatis plures species, & prima de ea, in quam ab vtraque parte æqualis nummorum quantitas confertur.*
5 *Societatis species, in qua alter industriam, & alter pecuniam collocat, qualis sit, & an licita.*
6 *Socius, qui posuit industriam, si nihil lucri attulit societas, an in partem pecuniæ socii sit venturus.*
7 *Industria socii correspondet interusurio pecuniæ, & non proprietati.*
8 *Operæ socii si æquales minimè sint sorti pecuniæ, quid seruandum in principio contractus, & quomodo in fine diuidenda societas.*
9 *Societas, vt licita sit, quatuor requiruntur, & quæ, & nu. seq. & 14.*
10 *Periculum quis subire debeat pecuniæ.*
11 *Lucrum in partes non æquales inter socios ex pacto diuidi potest.*
12 *Pactum iniquum dicitur, quo confertur periculum sortis in societatem, in quā socius operam industriæ posuit.*
13 *Periculum sortis triplici ex causa proficiscitur.*
14 *Aequitas in omnibus seruari debet ad iustitiam contractus societatis.*
15 *Pactum inæquale, & vt ad vnum tantum damnum, vel periculum spectet, non valet.*
16 *Socida, societas animalium appellatur; & quibus modis animalia tradantur in socidam.*
17 *Socida per modū expressæ societatis multis modis, & quibus contrahatur.*
18 *Socida, in qua damnum & lucrum sunt communia, & dans fructus animalium capit, donec integra sors persoluatur, an sit licita.*
19 *Socidæ modus est, cum animalia traduntur vt communia sint sine expressione socidæ.*
20 *Socida, in qua socius obligatur ad supplenda animalia demortua, est prohibita.*
21 *Tradens centum oues cum pacto, vt sibi centum modii frumenti soluantur, siue fructificent, siue non, prohibitum contractum facit.*
22 *Regula generalis ad cognoscendum, an socida licita sit.*
23 *Socida, in qua animalia æstimata traduntur, an, & quid requiratur, vt licita sit, & nu. seq.*
25 *Aestimatio pretii, quo casu emptionem non faciat, licèt regulariter facere præsumatur, quæ regula fallit etiam, numero sequen.*

Animalia

27 *Animalia si inaestimata tradantur ad tradentem in dubio pertinet periculum, & hic seruanda est aequalitas.*

28 *Animalia per modum custodiae si tradantur, periculum, & emolumentum ad dominum pertinet, nisi periculum dolo alterius contingat.*

29 *Contractus, in quo animalia tradũtur per modum locationis licitè fieri potest, & quomodo fiat, vide; & quomodo fiat iniustus, nu. seq.*

31 *Lucrum, & damnum in societate omnium bonorum inter fratres commune est, nisi sit lucrum ex re turpi.*

32 *Societas inter fratres etiam iuramento firmata ex rationabili causa dissolui potest.*

33 *Societas non tenetur vni ex fratri studenti, quae ei opus sunt, subministrare.*

34 *Scholaris, an inuitis sociis possit alterum pro se substituere.*

35 *Scholaris, qui in domo non versatur vt debet, an possit à domo repelli.*

36 *Societas, in qua nulla habetur ratio damni, & lucri, iniusta est.*

37 *Tradens animalia, vel pecuniam, saluo capitali in omni euentu, vsurarius est.*

38 *Formula an vlla reperiatur in contrahenda societate, qua dominus esse possit tutus à periculo sortis suae, vide numero sequen.*

40 *Societatem, qui habet cum mercatore malae fidei, eam dissoluere tenetur, sin minus protestandum est.*

41 *Operas ponens, expensas de corpore societatis accipere debet.*

42 *Societatem re vera contrahens, si velit, per scripturam apparere de mutuo, peccat.*

43 *Locans operam suam potest pacisci de certa mercede, vel vt talem partem lucri habeat sine damno.*

44 *Tradere pecuniam alicui, constituto salario, pacto, vt totum lucrum tradenti cedat, licitum est.*

45 *Contractus vsurarius bona fide exercens quid faciet.*

De societate. Cap. C X X.

1 ET si † societas multipliciter cõsiderari possit, videlicet, primo vt in ordine ad cõmunicationem, & diuisionẽ fraternam; Secundo vt est in pecudibus; Tertio ut in spiritualibus, sicut sunt quaedam confraternitates locorũ, & Ecclesiasticarum personarum: nos autem principaliter de ea agere intendimus, in quantum est determinatae rei, idest, vini, olei, aut frumenti. Denique ut est in animalibus. Igitur pro intelligentia huius contractus videbimus, quid sit societas; quibus modis contrahatur; quae ad iustitiam huius contractus requirantur; quid sit soccida, & quot modis animalia soleant tradi.

2 Circa primum. Societas † est duorum, seu plurium suam pecuniã, industriam, vel laborem conferentium ad lucrandũ, iuxta glo. Instit. de societ. in rubr. Capic. decis. 174. Ad hunc enim finem ordinata est societas, vt in vnam coeuntes negotiationem, suis quisque pecuniis, seu operis, seu expensis particeps lucri fiat.

3 Quo ad secundum, multis † modis contrahitur societas. Primo ad certum tempus, idest, vsquè ad mensem Aprilis. Secundo ex certo tempore, idest, à mense Aprilis in antea. Tertio contrahitur in perpetuum, idest, uita durante, l. prima, ff. pro socio. Nonnunquam unius rei, vel mercis, & denique contrahitur societas omnium bonorum, l. cum duobus, in fi. ff. pro soc.

4 Societatum † vero plures sunt species. Prima, dum multi simul vnum cumulum suarum pecuniarũ congerunt, communesque habent ministros, ita ut pecuniae, operae, & expensae sint communes, Capic. decis. 174. Sotus lib. 6. de iustitia, & iure, quęst. 6. articu. primo, Bald. in l. prima, C. pro soc. Caiet. in ver. societas. Cuius exemplum tale in praxi poni potest. Sunt duo socii, quorũ quilibet confert mille in societate, & conducunt ministros, in fine anni deductis expensis,

laboribus, & salario ministrorum, reperiuntur in communi archa quatuor millia, tunc quilibet eorũ debet habere duo millia. Si uero reperitur societas esse in damno mille aureorum, tunc ex aliis mille superstitibus unusquisque debebit habere quingentos aureos. Et hic contractus licitus est.

5 Secunda societatis † species est, quando vnus pecuniam ponit, alter uero industriam cum aliqua parte pecuniæ, ut habetur in l. societatem, la seconda, ff. pro socio. Et tunc aut industria cum illa parte pecuniæ est æquiualens pecuniæ, & sorti principali appositę ab uno ex sociis, aut non est æquiualens sorti principali, sed tantum usui, seu interusurio pecuniæ. Primo casu facienda est ęstimatio operarum, ac si esset pecunia, & ita diuisio facienda est pro rata. Exemplũ: Contraxi societatem cum Meuio, ut ipse posuitis centum in pecunia, ego conferrem meas operas, quæ similiter ualent centũ, sic enim solitus fui illas singulis annis conducere, & sic operæ sunt ęquiualentes sorti pecuniæ, quia scilicet tanti fuerunt æstimatæ, quanti est sors principalis, & tunc omnia confundũtur, unde si in fine anni deductis expensis reperiantur in hac societate quingenti solidi, tunc ego, qui contuli meas operas, debeo habere lucrum pro rata arbitrio boni uiri, & econtra si aderit damnum, erit pariter diuidendum. Igitur tali casu lucra, & damna sunt ęqualiter diuidenda, nec opus est deducere sortem principalem. Quod si damnum uenerit ex culpa lata eius, qui contulit operas, tenetur reficere sortem alteri socio: cum de dolo, & lata culpa teneatur, l. quod Nerua, ff. depos.

6 Sed † quæro quid si finita societate nullum supersit lucrum, nec quicquam aliud præter pecuniæ quantitatem ab altero collatam, an debeat is, qui posuit industriam, & operam, habere dimidiam socij pecuniam, ea ratione, quod operã, & industriam sorti ęquiualentem perdiderit absque eius culpa: An uero qui pecuniam contulit, debeat habere saluam? Resp. glossa in l. 1. C. pro soc. quod Ioan. distinguit, An ab initio sic dedit pecuniam, ut communicaret, an ut sua remaneret. In primo casu communicatur. Quo casu sicut sors in fine societatis esset diuidenda; ita si forte perierit, quilibet deberet perdere suam medietatem, ut pactum factum de lucro intelligatur etiam de damno, Inst. pro soc. §. illud. In secundo non. Quid si non appareat hoc? Resp. glo. in dubio præsumitur communicata, ut ff. pro soc. l. 1. §. fin. & l. 2. Et sic uult glo. quod quãdo finita societate nullum superest lucrũ, nec quicquam aliud præter pecuniæ quantitatẽ ab altero collatam, illa est utrique socio communis, ea ratione, quod operam, & industriam sorti æquiualentem alter perdiderit absque eius culpa, alioquin sequeretur alterum ex duobus sociis paria in eam societatem deducentibus, totum id, quod contulit in communem utilitatem amittere, alterum uero saluum consequi, quod refragatur societatis legibus, l. si id quod, in princ. ff. pro soc. expressim adnot. Bal. in l. cum patruus, C. commu. utri. iudi. Abbas in cap. per uestras, colum. 2. de dona. inter uirum & uxor. Sylu. uero in uer. societas, 1. q. 6. inquit de mente Barto. & Bal. in l. 1. C. pro soc. quod in dubio sors non est communicanda, sed debet esse ipsius domini ponentis illam: & ratio est,

7 quia † pretium operæ, & industriæ socii intelligitur correspondere interusurio pecuniæ, & nõ proprietati, sicut quãdo ex una parte ponitur pecus in societate, & ex alia opera pastoralis, sola damna, uel lucra sunt communia, non autem ipsum pecus, l. cum duobus, ff. pro soc. Potest tamen saluari opinio glossæ, sortẽ esse communicandam, ubi opera, & industria alterius esset æqualis nõ tantum usui ipsius pecuniæ, sed etiam ipsimet pecuniæ, ita Socy. cons. 265. lib. 2. colum. 4. text. in specie, in l. proposita, ff. pro soc. quod quidem & iudicis, & prudentis ac periti hac in re arbitrio committendum est iudicium, scilicet, de pecuniæ, & operarum,

rarum, atque industriç valore, ęstimatione, & compensatione, vt inquit Couar. lib. 3. varia. resolu. c. 2. nu. 2.

8 Secundo vero casu, quando † operę non sunt ęquiualentes pecunię, & sorti principali, sed bene vsui, siue interusurio pecunię, & tunc antequam contrahatur societas, debent ęstimari tam operę, quā industrię, quàm etiam pecunię, & iis fiat quasi vna summa pecunię communis illis proportionabiliter, idest, secundum suas ratas. Et deinceps in fine societatis deducta prius sorte pecuniaria, seruetur diuisio tam in lucro, quam in damno, ac si talem summā pecunię posuissent proportionabiliter. Exemplum: Tres socii deuenerunt ad societatem; Petrus posuit mille aureos; Franciscus suam industriam valentem quinquaginta singulis annis, sed quingentis ęstimatam; Titius vero apposuit laborem suę personę, & operas valentes singulis annis centum, & ita mille aureis ęstimatas. Tunc stabilienda est hæc societas, ac si hi tres posuissent duo millia, & quingētos aureos, quare finita hac societate, vel in diuisione deducenda est prius sors pecuniaria, deinde lucrum, & iactura pro rata eius, quod confert quisque capere debet. Vt si isti tres quingentos aureos lucrarētur, duo singulos ducentos caperent, scilicet, Petrus, & Titius: Alius vero Franciscus centum, ita Sotus, de iustitia, & iure lib. 6. quæst. 6. articu. 1. Nauar. in Manua. cap. 17. num. 251. tex. est etiam in l. pro socio. ff. eod.

9 Quò ad tertium sciendum est, † quod societas, vt licita sit, quatuor requirūtur. Primum, vt pecunia data mercatori vere ponatur ad aliquam negociationē, aliàs esset palliata vsura, qui ex mutuo vellet singulis annis aliquid lucri, ac si pecunia illa exposita sit negociationi. Hinc infertur, mortaliter peccare dantem pecuniā in societatem ei, quem scit ea non vsuram ad negociationem, vt militi, vel clerico indigentibus, tenerique ad restitutionem eius, quod percepit: quia non societas, sed uelata usura est, Nauar. c. 17. num. 258. Secundum, vt societas sit licita, & honesta, cap. per vestras, de donat. inter uirum & uxor. quoniam in re flagitiosa, & inhonesta, atque illicita non contrahitur societas, sed potius conuenticulum, C. de Episco. & cler. vel collegium illicitum, toto titu. ff. & C. de col-

10 leg. illic. Tertium, vt † periculum subeat conferens pecuniam, l. Mutius, l. si non fuerit, ff. pro soc. glo. in cap. plerique, 14. q. 3. idest, vt si pereat, tota illi pereat, si maneat, tota illi maneat. Ita etiam sit industria, & labor, idest, vt in fine societatis restituatur in primis pecunia eam conferenti, si nulla eius iactura facta fuerit, & industria, & labor sit absque spe quicquā recipiendi pro illis; nisi lucrū adsit, quod diuidendum erit pro æquali portione, quando collata pecunia par fuit collatæ industriæ, vel labori.

11 Potest enim † tanta, uel tantus esse, ut liceret pacisci, ut qui eam confert, duas partes ex lucro, & dominus pecuniæ vnam solam accipiat, glo. in §. de illa. Insti. eo. Sic econtrario si contingeret industriam, & diligentiam illius, qui artem negotiatoriam exercet, nō esse æqualem pretio, & æstimatione ipsi pecuniæ ab altero in societatem collatæ, posset pacisci dominus pecunię, vt si sors pereat, pro parte dimidia ipsi resarciat, quod est maxime obseruandum ad intellectū glo. in l. 1. C. pro soc. ita Cou. dicto lib. 3. var. resolu. c. 2. num. 2. Igitur periculum pecuniæ debet subiacere periculo eam conferentis.

12 Hinc infertur, † quod pecuniam ponere in pactum deducendo, ut damnum contingens, & periculum pecuniæ conferatur in societatem, iniquum pactum dicatur, cum dominium apud ponētem pecuniam maneat, & ideo ipse debet subire periculum sortis. Quod secus est in mutuo: nam cum per illum transferatur periculum pecunię mutuatæ in mutuatarium, ideo perit pecunia mutuatori, hanc rationem tradidit D. Tho. 2. 2. q. 78. artic. 2. ad 5. glo. in c. plerique, 14. q. 3. Bal. in l. 1. C. pro soc.

13 Periculum † uero sortis principalis, uel animalium potest ex triplici causa cõtingere, uel ex natura, uel ex fortuna, uel ex culpa. Damnum ex natura est mors naturalis, uel infirmitas. Damnum ex fortuna est casus fortuitus, ut si fuerint animalia à latronibus occisa. Damnum ex culpa est siue lata, siue leui, siue ex dolo custodis, Docto. in l. si pascenda. C. de pact. Damnum ex natura, & ex fortuna pertinet ad dominum pecuniæ, uel animalium, sed damnum ex culpa ad custodem, Bal. in l. 1. C. pro soc. tex. in l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc. Nauar. cap. 17. num. 260.

14 Quartum, † quod requiritur ad iustitiam contractus societatis, est, ut æquitas seruetur in omnibus, ita ut damna, & lucra sint communia, glo. in d. cap. plerique, l. si duobus, §. qui sagaciam, ff. pro soc. Quod intellige proportionabiliter, idest, quod qui plus posuit pecuniæ, uel operæ, plus habeat de lucro, l. si non fuerint, & l. quid enim, ff. pro soc. In quo statur arbitrio boni uiri, quod in hac actione sequendum est, l. in proposita, ff. eod. Quare si pactum sit inter socios, quòd unus habeat duas partes lucri, alter unã, intelligitur si ille posuerit plus pecuniæ, uel operæ, Saly. in l. Mutius, in quæst. 7. C. pro soc. Vnde ista æquitate non seruata, dicitur societas iniqua, & leonina, d. l. si nõ fuerint, in fi. ubi de tali societate fit mentio, quod pro tota ista materia notandum est.

15 Et tale † pactum, ut non seruetur æqualitas, v. g. vt ad unum tantum periculum, seu damnum spectet, non ualet, §. adeo, Institu. eodem, Bald. in l. prima, C. eodem, Abb. in cap. nauiganti, nume. 11. de vsur. Lapus alleg. 93. Quod intellige, nisi pactum de non sentiendo dãnum, seu periculum, esset in fauorem ponentis operas, & sic contra dominum pecuniæ: ea ratione, quia satis amittit, qui operas suas perdit, & quia hic non tam socius, quàm operarum locator dici potest, ita Syluest. in authen. ad hęc. C. de usur. Abb. in d. cap. nauiganti, quam limitationem restringerem, & intelligerem, quando damnum non contingeret facto ipsius ponentis operas, iux. tex. in l. item quęritur, in princip. & §. 1. & in l. si merces. §. qui columnam, ff. loca.

16 Quò ad quartum. Soccida † propriè dicitur societas animalium, ad differentiam aliarum societatum, quæ fiunt in pecuniis. hæc autẽ animalia solent multis modis tradi; primo per modum soccidæ, seu societatis; secundo per modum custodiæ; tertio per modum locationis, & conductionis; quarto per modum venditionis.

17 Per modum soccidæ, † societas contrahi potest pluribus modis, & primus est per viam societatis expressæ, hoc est, quãdo animalia traduntur expressè gratia societatis contrahendæ de illis, ut inquit glo. in l. si pascenda. C. de pact.

18 Secundus modus est. Quando † quis dat animalia alteri cum pacto, ut sint cõmunia, & quò ad lucrum, & quò ad damnum. Sed donec soluatur integrum capitale danti ex fructibus animalium recipiens nihil lucretur, soluto tamen capitali, tunc animalia fiant communia quò ad lucrum, & quò ad damnum, quę soccida licita est: & licet rusticus recipiens præstet operas, sunt tamen parui momenti ratione spei, quam rusticus habet de lucrando, soluto capitali, nisi tamẽ pacisceretur, ut damnum sit recipientis: quia tunc iniqua esset, D. Antoninus secunda par. tit. 1. capitu. 7. §. 39. Nauar. cap. 17. num. 261.

19 Tertius modus † est, quando non exprimitur, quòd gratia societatis, uel soccidæ tradantur, sed ut communia sint, & tunc pro parte dominium remanet apud tradentem, & pro parte dominium transfertur ratione communionis in illum, cui communicatur etiam sine traditione, ut no. in l. 1. ff. pro soc.

20 Quartus, quando † dantur animalia, puta oues cum pacto, ut recipiens teneatur subrogare agnos in locum ouiũ demortuarum, uel aliunde supplere, & hæc soccida prohibita est per constitutionem

nem

nem Sixti V. S.D.N. quæ incipit, Detestabilis auaritiæ. quia est ad caput saluum. Et dicitur ad caput saluum, quia dans animalia, uel pecuniã, semper uult habere salua, uel saluam, Bald. in l. 1. C. pro soc. Dec. in l. si pascenda. C. de pact. Nauar. cap. 17. nu. 282.

21 Quintus, quando dantur † animalia per modum soccidæ cum certa lucri portione, v. g. Do mille oues tibi in soccidam cum pacto, vt damnum ad me spectet (vt iuris est) sed ut quotannis tenearis dare modios frumenti centum, siue oues fructificent, siue non. Hic contractus prohibitus est per constitutionem supradictam, ibi, ita ut non ad incertam summam &c.

22 Vltimum, quod † considerandum est in hoc contractu, illud est, quòd societas, quæ contrahitur in animalibus, quã Itali soccidam appellant, ut sit licita, constituenda est hæc regula generalis, scilicet, quòd considerandum est capitale ex parte eius, qui ponit animalia. Ex aduerso consideranda est opera pastoris, & rustici, & si considerato capitali, ac considerata opera pactum contineat æquitatem, & rationabilitatem, seruandũ est, aliàs non; quia esset contra conscientiam, quod prudens homo in foro poli faciliter considerare poterit.

Secundum, quòd in hoc cõtractu est
23 uidendum, illud est, an animalia † dentur à domino in societatem rustico æstimata, uel inæstimata. Et tunc quia in primo casu æstimatio facit emptionem, & uenditionem, l. æstimatæ, ff. soluto matrimo. l. plerunque. §. si ante matrimonium. ff. de iure dot. Et est, ac si ille, qui dat animalia, mutuasset socio partem pretii, & ipse partem dimidiam pretii posuisset, uerbi gratia, Do tibi duos boues ualore cẽtum aureorum ęstimatos, idest, taxatos tempore contractus, iuxta text. in cap. dilecti, de emp. & uendit. ut soluas mihi medietatem, scilicet quinquaginta credita pecunia, & postea omnia communicentur tam lucra, quàm damna, iusta est hęc societas. Iniustitia tamen stat in hoc, primo si ratione pecunię creditę uellem habere lucrum pro duabus partibus, quia tunc mutuũ esset palliatum, vel si conuenirem, ut damnũ bouum sit rustici, quia tunc esset contra constitutionem S. D. N. Sixti V. daretur enim ad caput saluum.

24 Ideo, † ut iustus sit iste contractus, quilibet pro rata de periculo tenetur: quod intellige, quando sine culpa alterius sociorum periculum processit, sed si dolo, uel culpa alterius euenisset, erit periculum illius, l. cum duobus. §. si damna. ff. pro soc. Vnde in foro conscientię alter conueniri non potest, sed ęqualiter debet diuidi commoditas, seu periculum. Et hic est secundus modus, quo dãtur animalia in soccidam, scilicet per modum emptionis, & uenditionis.

25 Verum, † & si ęstimatio regulariter pręsumatur facta, ut faciat emptionem, quando facta est commemoratio pretii, ut no. per glo. & Docto. in l. si inter uirum. C. de iure dotium, l. 1. cum glos. & l. quoties, eodem titu. per Docto. in l. si ęstimatis. ff. soluto matrim. tamen fallit, quando daretur animal ęstimatum rustico in soccidam, ut puta bos, cum hac lege, quòd fructus bouis essent communes: nam tunc ista ęstimatio non facit emptionem; nam si esset emptio, & rusticus emisset totum bouem, fructus essent solius emptoris. Vnde ęstimatio in contractu, in quo tota utilitas, uel incommodum non pertinet ad recipientem, non facit propriè emptionem, ut est casus not. in l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro soc. secundum Baldum in l. si pascenda. C. de pact. in fine. & sic habes limitationem ad regulam, quę se habet, ꝙ ęstimatio facit emptionem. Fallit
26 secundo, † quando pretium rei esset condignum, & ęstimatio fieret in ipsa rei traditione, nam tunc facit emptionẽ, aliàs secus si ex interuallo, quia tunc uidetur fieri, ut appareat quanti res sit facta deterior, ut l. si inter uirum. C. de iure doti. & ad probandum interesse, ita notab. declarat Bald. in l. ex conuentione.

ne.C.de pact.versi. 3. casu. Quod tunc apparet, quando in pacto est, vt transacto certo tempore res, quæ æstimata nata est, reddatur, ut d. l. si inter. [multas alias fallentias vide per Iasonem in l. ex conuentione. C. de pact. quarum vltimā magis memoriæ fige secundum eum, idest, quando quis non est soluendo, quia tunc non facit emptionem, quod nota, quia est quotidianum, & ita ipse obtinuit in praxi. Quod dictum Ioan. Lupi dicit aureum in repetit. in capit. per vestras, f. 9. colum. 1. de donat. inter vir. & vxorem.]

27 Si vero † animalia dantur inæstimata, in dubio totum periculum animalium pertinet ad tradentem, nisi processerit damnum culpa, vel dolo alterius sociorum, dicta l. cum duobus. § damna. Et in tali casu fructus erunt communes, si operæ, & industriæ erunt æquales animalibus, aliter qui plus ponit, plus debet habere, & qui minus, minus. Si vero vellet pacisci, quòd maiorem partem deberet habere, esset vsura. Est igitur seruanda æqualitas tam in animalibus magnis, quàm in paruis: quia vbi eadem ratio, ibi idem ius, l. illud. ff. ad l. Aquil.

28 Dantur & tertio † animalia per modum custodiæ, ita vt nullo modo dominium transferatur, sed solummodo custodia committitur rustico, aliquo dato, seu recepto, & hic contractus licitus est. Cuius natura est, ut periculum, & emolumentum, & fructus rei pertineant ad dominum, l. item si, in princip. §. primo, & §. secundo, ff. loca. & ideo fructus bonum, fœtus vaccarum, &c. si meliorentur debet esse domini dictorum animalium, similiter & periculum casus, qui cōtingeret in animalibus, l. in iudicio, §. primo, l. si quis domum, in princi. l. si quis fundum, §. primo, & §. Imperator, l. si merces, §. cōductor, ff. loc. fallit primo, si dolo, aut culpa alterius, quàm domini periculū cōtingeret: quia nō ad dominū, sed ad dolosum pertineret. Fallit secūdo, si cōtingeret imperitia custodis, quia de ea custos tenetur, l. si quis domum, §. primo, ff. loca. nam qui custodiam alicuius rei suscipit mercede accepta, de leuissima culpa tenetur, glos. in l. si mercedem. ff. loca. Hæc tamen merces debet esse iusta arbitrio boni viri, l. si in lege. §. locationis. ff. loca. Aliàs in foro conscientiæ ad restitutionem teneretur.

29 Quarto datur † animalia per modum locationis, verbi gratia, loco rustico centum oues, vt fructus sint sui, sed vt ipse teneatur custodire, & pascere oues; & ut mihi det singulis annis tot libras lanæ. Vel loco tibi aurigæ duos equos, ac lege, vt mihi singulis annis soluas triginta aureos, & damnum ex culpa ad te spectet, mihi autem damnum ex natura, vel fortuna. Et hic contractus licitus est; quia nō est contra restitutiones, cùm non sit contractus soccidæ.

30 Verum † notandum est circa contractum locationis, quod qui locat animalia pēsione iniusta notabiliter, aut cogit agricolam ad soluendam iustam pro tempore, quo desinit laborare sine culpa sua, vel ob culpam domini, vel ob casum fortuitum contingentem circa eum, vel animalia, aut cogit ad æstimationem eorum post mortem, aut damnum naturale, uel fortuitum sine dolo, aut culpa leui eius interueniente, quia hæc domini periculo subeunt, omnes hi peccāt mortaliter, & tenentur ad restitutionem, Nauar. capit. 17. num. 260. Sed modo ex his supra dictis colligamus aliquas casuum decisiones.

31 Prima. Circa societatem † omnium bonorum. Si contracta est societas omnium bonorum hæreditariorum inter fratres, lucrum & damnum, quod prouenient ex bonis hæreditariis, erit commune: at vero lucrum, quod aliunde deueniet, vel ex illicitis causis, vt ex furto, non est redigēdum, & conferendum ad omnium vtilitatem. Sicut ex aduerso si vnus commisit maleficium, & damnatus præstiterit damna, vel expensas, non soluit de communi, tex. singu. in l. si fratres, in princ. & in §. fin. ff. pro socio.

32 Secunda. Et si † valeat societatis contractus,

tractus, quo pater, siue in perpetuum, siue ad tempus filios astrinxerit mediante iuramento, ut viuant in communi, & indiuiso, tamen non obstante iuramento ex causa rationabili; puta si frater esset rixosus, potest fieri diuisio, & recedi à societate, Bart. in l. si conuenerit, ff. pro soc. Bart. & Iason in l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. indeb. Syl. in ver. iuramentum 4.

33 Tertia. Durante † hac societate fratres non tenentur subministrare expensas alteri fratri studenti, neque expensas pro doctoratu, neque dotare filiam alterius fratris, nisi expressim à principio de hoc facta fuerit conuentio, iuxta Docto. in authen. quod locum. C. de collat. Vbi etiam inferunt Doct. quod si pater dum viueret fecerit expensas filio in studio pro libris, & doctoratu, mortuo patre non tenetur iste filius Doctor conferre pecuniam, & expensas pro libris, & doctoratu: quia censetur pater donasse.

34 [Sed quia diximus de filio studente, ideo uideamus, an scholaris recedés possit alium loco sui æque idoneum ponere in domo, uel in cubiculo. & dic quod sic, ut per Bald. late in l. 1. C. qui testa. fa. poss. Sed dubium est, an possit inuitis sociis, glo. Insti. loca. §. fi. in fi. dicit quod licet possit alteri locare iure locationis: ratio tamen societatis prohibet, quæ præualet, cum uideatur electa industria personæ, Instit. de societ. §. soluitur. ff. de verb. oblig. l. si quis arbitratu, ff. pro socio, l. actione, §. mortis. Vnde ex his nota, quod iura loquentia de sociis, possunt adaptari ad scholares, & alios in eodem cęnaculo habitantes, quod clarius tenuit Azo per l. perceptione, ff. de his qui deie.

35 vel effu. † Vnde Specula. de iudic. §. 2. uers. circa hoc, dicit quod si scholaris nõ uersatur in domo, ut deberet, v. g. quia vult inducere meretrices, vel retinere concubinam, tunc potest contra eũ agi actione pro socio, ita glo. in l. non aliter, ff. de vsu & habit. Bal. in l. si conuenerit, ff. pro socio. vel si vellet inducere in domo inimicum socii, socio inuito, Bal. in l. 1. C. qui test. fac. pos. uel si sit rixosus, & scandalosus, nam potest repelli à domo, d. l. si conuenerit. bonus tex. in c. ex litteris, de const. 5. q. 4. c. in loco.]

36 Quarta. In qualibet † societate, in qua non seruatur æqualitas lucri, & damni iuxta sortem in societate positam, iniqua est, & iniusta, ac leonina; societas enim fraternitas est, iux. tex. in l. verum, ff. pro socio. Vnde Rom. sing. 660. societatem, & bonam amicitiam ius fraternitatis obtinere dicit. & adeo fraternitas inter socios cõsideratur, ut plures socii, pro uno, & unius loco habeantur, iux. tex. in l. sed & loci, §. si communem, ff. fini. regund. Hinc si aliter mercatorum industrias ponat, & operas, alter vero pecuniam, in diuidendo lucro societatis ęstimanda est industria, & labor socij arbitrio prudentum, & peritorum in arte, & secundum eorum æstimationé debet dari lucri portio, l. pro socio, ff. eodem.

37 Quinta. Dominus † pecuniæ, uel animaliũ ponens illam, vel illa in societaté, semper debet sentire illius sortis periculum, aliàs ponens pecuniam, uel animalia apud mercatorem, vel rusticum per modum societatis, saluo capitali in omnem euentum, esset vsurarius, secundũ Archid. & gloss. in cap. plerique. 14. q. 3. Bald. in l. 1. C. pro soc. est enim contra naturam societatis, ut unus habeat caput saluum, & alius fructum, ut ff. pro socio, l. Mutius. Et ita hodie talis contractus expresse reperitur prohibitus, per d. constit. Sixti V.

38 Sed quæritur, † An reperiatur aliqua forma in societate contrahenda, ut socius conferens pecuniam, vel animalia, non subeat periculum sortis principalis, sed ad sociũ pertineat illud: Exempli gratia, Do pecuniam mercatori per modum societatis, uel centum oues rustico, volo me eximere à cura, & sollicitudine, & à timore fraudis, nolo stare dicto rustici, vel alterius socij quo ad lucrũ, an possim pacisci ut habeam capitale saluum? Resp. quod hoc potest fieri, dum-

dummodo seruetur forma tradita à Caietano in suis Opusculis, tomo primo, tract.27.Resp.11.Nauar.cap.27.nu.254. Sylu.in verbo societas,1.q.2.Sotus lib.6. de iust. & iure, q.6.art.2.Couar.lib.3. varia.resol.cap.2.nu.4.

39 Scilicet, quòd fiant † tres contractus separatim ex interuallo,in eadem,vel alia charta,uel alio capitulo.Primus sit societatis, in quam alius pecuniam, & alius operam, vel aliud conferat, vel soccidæ inter Petrum ponentem animalia, & Paulum ponentem operas. Secundo,fiat contractus assecurationis capitalis inter eosdem, Paulo assecurante Petrum de suo capitali, iusto pretio accepto, v.g. ad rationem quatuor pro quolibet centenario,aut altero tanto sibi de communi lucro remisso: nam ęquum est, ut qui in vno grauatur, in altero releuetur, unde cum socius,idest, qui operam confert,pecuniam accipiens grauetur in hoc, ut ad eum pertineat periculum sortis, releuari debet in alio, ut pretium assecurationis accipiat, & soluatur ei; igitur secundus cõtractus assecurationis erit periculi sortis cum pretio iusto; tertius, ut ad tollendas suspiciones, & molestias rationum, qui operas pręstat, lucrum incertum, lucro aliquo certo redimat, uerbi gratia, erunt duodecim lucri incerti pro quatuor lucri certi. Et sic tertius contractus erit uenditionis, & emptionis lucri sperati, idest certificationis lucri inter eosdem Paulo certificãte de lucro Petrum. Qui quidem contractus assecurationis quemadmodum licitè fieri potest inter Petrum, & tertiam personam circa assecurationem capitalis, & certificationem lucri; ita potest fieri inter Petrũ, & Paulum socios adhibitis iustis pretiis, secundum iudicium prudentum in illa arte, illo tempore, illo loco. Hęc poterit esse forma contrahendi societatem circa pecuniam, uel animalia, saluo capitali, quę si sic seruabitur, cessante omni fraude, & simulatione,ita ut coram Deo formaliter, aut ęquipollenter prędicti tres contractus fiant, non contrauenict constitutioni S. D. N. Sixti V.cum in illa tantum prohibeantur pacta illicita,quę non sunt secundum iuris dispositionem, uidelicet, ut uel periculum animalium ab altero socio recipiente sustineatur cõtra ęquitatem, & societatis iustitiam, uel ut habeant in singulos annos, uel menses certam pecunię quantitatem immunem ab omni periculo, & damno.

40 Sexta. Tenetur † societatem soluere si commode potest is, qui illam habet cũ mercatore,quam scit esse malę conscientię, uel si non potest, protestari debet, quod de illicitis lucris participare nõ intendit, argumen.tex. in cap. error, & in cap.consentire, dist.83. & quando peruenerit ad diuisionem, debet subtiliter de illicitis lucris inquirere, ne crassa ignorantia laborando de illis participet, Sylu. in uer. negotium, q.2.

41 Septima. Qui † ponit operas, debet habere expensas de corpore societatis, quando illius causa proficiscitur, Cyn. & Bald. in l. 1. C. pro soc. quia lucrum intelligitur deductis expensis, l.Mutius, ff.pro soc. quod Baldus limitat exceptis his, quas domi fecisset, uel nisi consuetudo aliter se haberet,dummodo non sit apertè iniqua, Sylu.in uer.societas,q.11. [Rursum omne ęs alienum, quod manente societate contractum est, de communi soluendum est, ita tex. in l. omne aurum ęs, ff. pro socio, cuius glossa in uer.contractum,declarat eam dicens procedere etiam si ab uno sociorum contractum est.]

42 Octaua. Qui uerè † coram Deo pecuniam in societatem confert in lucrum, & damnum, sed à socio publicam scripturam mutui,aut depositi accipit, mortaliter peccat: quia posset voluntate mutata pecuniam mutuatam, uel depositam reposcere, quamuis periret, quare huiusmodi scripturam redimere debet, si uult à peccato esse immunem, Syluest. in uer. societas, 1. quęst. 4. Nauar. cap. 17.nume.219.

43 Nona. Licitum † est pacisci ponenti operas de certa mercede earum, puta uiginti,

ginti, nihil sentiendo de damno: quia iste non contractus societatis, sed locationis est operarum; immo secundum aliquos non solum licitè potest pacisci de viginti, sed etiam vt habeat talem, vel talem partem de lucro, & nullam de damno, dummodo non vt socius, sed ut operarum locator, & pro salario accipiat. Sed prædicta intellige, nisi damnum contingeret culpa, vel dolo ipsius locatoris operarũ, vel eorum, quorum opera utitur, l. si merces, §. qui columnam, ff. loca. Intellige etiam si arbitrio boni viri tantum meretur, aliàs esset iniusta merx, sed non vsura, Syluest. in uerbo, societas, prima quæstio. 3.

44 Decima. Tradere † alteri pecuniam, cum pacto, ut quicquid negociando lucrabitur, sit eius tradentis, constituto tamen sibi certo stipendio, & ab omni periculo libero pro illius labore, vel industria, licitum est, & non dicitur contractus societatis, vel locationis, Nauar. cap. 17. nu. 257.

[Postremo circa hanc materiam vidé-
45 dum est, an qui † bona fide facit contractum societatis, vel alium, quem credit esse iustum, licèt verè sit vsurarius, consuetus tamen per illum impunè fieri in religione, in qua factus est, peccet? Dic quòd non. Tum, quia authoritas viri valde pii, & eruditi excusat à peccato transgressionis legis, cap. capellanus, de feri. iuncta glos. ex quibus hoc colligunt Panorm. Alex. & Imola. At consuetudo tantæ, uel maioris authoritatis videtur, quàm unus, uel alter Doctor, argu. l. 2. C. quæ sit longa consuetu. vnde consuetudo excusat à pœna, secundum duas glossas à pluribus approbatas singulares, quarum altera est in cap. venerabilis, de consuet. altera in cap. denique, distin. 4. Tum etiam in l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædil. edi. quæ ait eũ, qui facit aliquid, quod publicè putatur licitum, non censeri male facere. Ex quo dicto Bart. determinat non esse dicendũ vsurarium illum, qui facit actum, qui communiter æstimatur licitus, & si in veritate vsurariam prauitatem cõtineat: An vero esto, quòd non peccet, teneatur restituere quæsita per illum? Resp. Nauar. ext. de vsu. lib. 5. cons. 20. nu. 12. quòd non tenetur restituere totum lucrum, sed potest retinere illud, uel tantam partem ex eo, quantam verisimiliter per aliquos contractus licitos sibi acquisiuisset.]

SVMMARIVM.

1 *Ludus, & iocus quid, & in quo differant, & an licitus sit ludus, & nu. seq.*

2 *Ludus tripliciter dicitur, & an ludentes lethale admittant ludendo.*

3 *Ludus, qui exercetur cum periculo vitæ prohibitus.*

4 *Ludus taurorum, & ferarum, quo casu sub pœna excommunicationis intelligatur prohibitus.*

5 *Ludus cum periculo animæ propriæ, vel alienæ est prohibitus, & etiam ratione loci, & personæ.*

Clericis omnis ludus cum armis est prohibitus, & sine causa arma non portant.

6 *Religiosi portantes cultellum offensorium ad incidendum panem, an sint excommunicati.*

7 *Ludus histrionum, item ex quo cum propria persona fit ludus in publico, prohibetur.*

8 *Histrionibus mercedem dare, vel sustentare, an licitum.*

9 *Ludere religiosi laruis induti non possunt sine peccato, & an chartis lusoriis, numero 13.*

10 *Ludus ex nimio ardenti desiderio, mortalis est, tribus casibus exceptis.*

11 *Ludere animi leuandi gratia de re minima, non est peccatum.*

12 *Promittens dare scachomatum cum pedona, an si dederit cum pedona effecta regina, sit impleta promissio.*

14 *Religiosis non est prohibitum cum domesticis inter priuatos parietes moderatè ex causa ludere.*

15 *Religiosis, an liceat personaliter, saltantes,*

tes, aut se in ludis exercentes spectare.
16 *Lasciuo habitu, vel gestu, in choreis vti, an sit mortale.*
17 *Ludere causa fortitudinis exercendæ, non dedecet.*

De ludo. Cap. CXXI.

1 LVdus, † & iocus est actus principaliter factus ad recreãdum animum per voluptatem, & dicitur ludus, cum fit factis, iocus, cum fit verbis. Ludus vero, qui fit animi leuandi causa licitus est, dummodo tria caueantur; primum dicta, ac facta turpia, vel nociua; secundum resolutio grauitatis; tertium indebitæ circũstantiæ secundum personam, tempus, locum, & huiusmodi, D.Tho.2.2.quæst. 168. art. 2. & si excessus in hoc ludo recreatiuo esset ratione turpitudinis, vel nocumenti in re notabili, esset peccatum mortale, aliàs veniale, Sylu.in verbo, Ludus.quæst.1.

2 Est† & alius ludus, qui fit ad fortitudinem exercendam, alius item ad membrorum agilitatem comparandam, alius principaliter lucrandi fine, ut sunt ludi ingenio hominis subiecti, vt ludus latrũculorum, seu scachorum, pilæ, & chartarum, qui quidem ludus principaliter animo lucrãdi factus potius negociatio, quàm ludus dicendus est, quæ quidem negociatio ferè semper mala est, non autem mortalis ex hac circunstantia erit ludus, etiam si notabile quid sit in animo lucrari ab eo, qui donare potest, ut probat Caiet. 2.2.q.168. art. 3. & in summa in verbo, Ludus. Neque etiam ludere ex nimio, & ardenti ludendi desiderio est mortale, nisi uioletur lex, quæ obligat ad mortale, puta præceptas missas omittere, subiici periculo amissionis bonorum, quibus tenetur alere uxorem, & liberos, debita statuto tempore non soluere, ita Nauar.c.17.nu.3.

3 Rursum, ludus † est prohibitus quãdoque, quia sibi, aut alteri imminet ex ludo probabiliter periculum mortis corporalis, aut mutilationis, vel grauis debilitatis membri alicuius. Hinc ludus cum periculo vitæ, ut funabuli super funis in altissimis locis corpus volutantis, mortale peccatum est, quia est cõtra præceptum illud, Diliges proximum tuum, & te à fortiori: nisi prudentis arbitrio ille funabulus eius viribus, & velocitate pollebat, locusque sic erat appositus, ut sine periculo verisimili talem iocum exercere posset: Quod idem de hastiludiis, & torneamentis dicendum, quæ adhibita debita cautela permittuntur per extrauag. 1. de torneamen. licet per capitu. primum, & secundum, de torneamen. prohibeantur: quod intellige, cum probabile periculum adest mortis, & vulnerum.

4 Ludus etiam taurorum, & aliarum ferarum per extrauag. Pij V. De salute Regis, inhibetur sub pœna excommunicationis, qui intelligendus est secundũ Nauar. cap. 15. nume. 18. quando cum probabili periculo mortis, vel vulnerum, aut alterius notabilis nocumenti exercetur, secus cum eiusmodi periculum non

5 timetur. Item † est prohibitus ludus, quando probabile est periculum animę suæ, vel alterius, & hoc mortale, ut in choreis crebro accidit, & generaliter quoties in se continet turpitudinem. Præterea ratione circũstantiæ loci, unde erit mortale si exercetur ludus in Ecclesia cum irreuerentia magna, ut ibi choreas exercere, aut cum notabili scandalo, vel per laruas repræsentare vana. Deinde ratione personæ. Hinc clericis, & multo magis religiosis prohibitus est omnis ludus cũ armis, cap. continebatur, de homic. quia arma portare prohibentur, nisi cum causa iusta, quæ secundum glo. ibi intelligitur si per loca periculosa transierint, quia licet eis portare ad terrorem latronum, sed percutere non debent, nisi eo casu, quo oporteret eos, aut percutere, aut percuti, uel spoliari, quod nota. [Quo casu non solum possunt deferre arma defensionis, sed etiam offensionis, ut not. Abb. in cap.2. de vita, & honest.

honest.cler. nu.8.possunt etiam portare non solum clerici, sed etiam religiosi cultellum paruum aptum ad incidendum panem,& alia necessaria,ut in cap.lator, de homic.quia talis non uenit appellatione armorum,Franc. Aret.cons. 38. quod nota contra quasdam personas Ecclesiasticas,quę sub hoc prętextu habent cultellum feritorium, seu offensoriũ. Contrafacientes uero si sunt clerici, grauiter peccant, cum tale delictum sit excõmunicatione dignum, ut d.cap.2.cum excõmunicatio non feratur nisi pro graui crimine, cap. nullus, c.nemo. 11.q.3.

6 Si uero sunt † religiosi,& tunc deferentes arma intra septa Monasterii sine licentia superioris,sunt ipso facto excõmunicati, c.ne in agro, §. nullus, de sta. mon. & sic locus religiosus aggrauat delictum, cap. sicut dignum, de homic. arma enim eorum debent esse lacrimę, & orationęs, 23. q. fin. conuenior, glo. in cap.dilecto,de sentent. excomm. lib. 6.]

7 Prohibetur † etiã ludus histrionalis, qui inseruit ad prouocãdos homines ad ridendum, ut scurrę, & generaliter ratione honestatis omnis ludus, ex quo ex propria persona facit ludum in publico: nam in occulto ratione infirmitatis, uel alterius honestę rei causa aliquid ioci facere non reprobatur, facit quod notatur de citharistis,& iis,qui uariis instrumẽtis utuntur,86.dist.cap.donare,in glo.

8 [Vnde † fit,quòd histrionatus nõ est de se illicitus,si illo officio moderate homines utantur,& alię circũstantię, quę ludum uitiare possent,amoueãtur: quare concedimus posse histriones ex huiusmodi officio uictum quęrere,& licitum esse mercedem moderatam eisdem tribuere. Nec uniuersaliter damnãdi sunt, qui histriones sustentant, sed qui excessiuè cum illis bona sua consumunt, maximè si turpiter suo ludo,seu officio utũtur, & de iis intelligitur dictum Augustini super Ioan.quòd donare res suas histrionibus,uitium est immane.]

9 Ludere † etiam ad laruas religiosi nõ possunt absque peccato,cum habitũ mutare nõ possint, nisi ex causa rationabili. Ludere uero monachus, & clericus sine ulla culpa etiam ueniali potest tális,& chartis lusoriis ob hónestam causam, puta recreandi socium ęgrotum ea re indigentem,modo non frangat legem ullam ad mortale obligantem, Nauar. cap. 19. num.3.ut si omitteret diuina officia, ad quę teneatur, uel nisi ratione scandali, uel inhonestatis regularis, ut ludẽdo publicè cum secularibus,Syluest. in uerbo, Ludus,q.2.contra Rosellam. Sed modo ad particularium casuum decisiones ex his eliciendas descendamus.

10 Prima. Ludere † ex nimio, & ardenti ludendi appetitu non est mortale, nisi in tribus casibus. Primus,quando manifestum esset aliquem uincere indebito modo,puta fraude aliquid notabile. Secundus,quãdo quis actu de hoc cogitat, deliberans uiolare aliquod pręceptum,uerbi gratia,nõ interesse sacris die festo causa cupiditatis. Tertius,quando ex isto appetitu fieret aliqua actualis transgressio, puta, quia deierat, blasphemat, percutit iniuste,Syluest.in uer.Ludus, q.2. & in uer. Auaritia,q.1.

11 Secunda. Ludere † animi leuãdi causa ad conuiuia nonnunquàm ludo alearum,idest, chartarum, in parua quantitate, quæ intelligitur respectu personæ ludentis,non est peccatum,l.quod in cõuiuio. ff. de aleat. dummodo caueantur fraudes, dicta, atque facta turpia: nam tunc si essent mortalia,mortale esset peccatum,Syluest.in uerbo,ludus, num. 1. qui quæstio.4.circa finem inquit, quod fit ludus animi leuandi causa, quando quis luderet cum appetitu, & spe lucri, etiam si neutram partem crederet lucraturam.

12 Tertia. Religiosus,† qui promittit dare,uel alius, scachomatum cum pedona, an dicatur impleuisse promissionem, si dederit cum pedona effecta regina? Respondeo quòd & si Abb.dicat, quod sic, si promissio fuit facta cum certa pedona,secus si generaliter;tamen opinio negatiua uerior uidetur: quia licet sit facta

pro-

promissio cum certa pedona, tamen ex quo facta est regina, & aliter ducatur regina, quam pedona, promissio non verificatur, vt not. Imola in l. falsa, §. primo, in fine, ff. de condit. & demonstrat. & ad hoc facit, quia qualitas adiuncta verbo, secundum qualitatem verbi intelligitur, l. in delictis. §. si extraneus, ff. de noxal. l. si Titius, vbi Bartolus, ff. de testamen. milit.

13 Quarta. Ludere † etiam chartis lusoriis tempore debito, videlicet victoriæ, uel liberationis patriæ, aduentus amici diu expectati, non est peccatum religioso, maximè si occultè fiat, Sylue. in ver. chorea, q. 1.

14 Quinta. Non † peccat mortaliter religiosus, qui secreto cum aliquibus domesticis saltaret: vel choreas plauderet, uel qui causa infirmitatis, uel alterius honestæ rei causa iocandi aliquid faceret, prouocando aliquos domesticos ad risum, ut in ultimis diebus carnis pridii. Nec qui variis instrumētis utitur ad pulsandum; duntamen hæc occultè, & parum fiant, Syluest. in verbo, clericus, 3. num. 5. vers. & octauo. Ratione tamen scandali, vt si publicè, peccatū esset mortale, Sylu. in ver. ludus, num. 3.

15 Sexta. Non peccant † mortaliter religiosi, uel clerici, si aspiciunt laruas exercentes, saltantes, currentes ad brauium, se exercentes in alijs ludis, nisi per accidens ratione scandali, quod proximo paratur, puta ad detrahendum; aut complacentiæ, uolendo id fieri, vt videātur, aut ratione periculi animæ, aut corporis, Sylu. in verbo curiositas, in fi. & in ver. ludus, q. 8. in fine. [Quapropter hominibus cunctis obesse plurimum, moresque corrumpere spectacula Lactantius ostendit, ob idque fugienda consuluit in lib. 6. diuinarum Instit. cap. 20. in fi. maximè sub iis verbis. Vitanda ergo spectacula omnia, nō solum, ne quid vitiorum pectoribus insideat, quæ sedata, & pacifica esse debent, sed ne cuius nos uoluptatis consuetudo deliniat, & à Deo, atque à bonis operibus auertat. Quis inquam ambigere potest, quàm indecens sit Ecclesiarum obsequiis mancipatos viros illis delectari? Vnde merito ministris altaris, ac quibuslibet clericis prohibitū fuit in Conc. Laodin. de quo in cap. non oportet, lo secondo, de consecrat. dist. 5. cap. his igitur, dist. 23. Quæ etiam turpia spectacula inhibeantur, habetur in cap. presbyteri, 34. dist.]

16 Septima. Qui habitu, † gestu, cantu notabiliter lasciuo in ludo chorearum vtitur, sicut fęminæ inuerecundæ pectora lasciuè nudant: viri partes inuerecūdas indecenter coopertas ostendunt, peccant mortaliter. Verum de hoc pro certo iudicare non possumus, sed standum est consuetudini patriæ. hoc tamen pro indubitato tenendum est, quòd quando ex illa inspectione probabiliter timetur periculum operis, uel cogitationis mortalis, peccatum mortale est, si auertendo quis non desistat; quia qui periculum amat, peribit in illo, Sylu. in verbo, Chorea, q. 1. vers. 4. & 6.

17 Octaua. Fortitudinis † exercēdæ causa ludere, nullum est peccatum: Pari ratione neque peccatum est ludere ad neruorum consolidationem, membrorumque agilitatem comparandam, huiusmodi dicitur ludus pilæ, modo sit moderatus, & absque scandalo.

SVMMARIVM.

1 *Illicitum quadrifariam dici.*

2 *Ludo etiam ex prohibito lege humana, acquisitū, modo abfuerit fraus, in foro animæ non restituitur, & nu. seq.*

4 *Acquisita ludendo cum eo, qui donare non potest, restituenda sunt; & quo casu filio, vel monacho modicum ludere liceat, nu. seq.*

6 *Filiusfamilias potest collusori plura lucrari, quàm ipsi collusor.*

7 *Lusor, qui collusorem verbis improbis, vi, vel metu attrahit, restituere lucrifacta tenetur.*

8 *Fraude vtens, vel etiam falsò se ignarum asserens, ad restitutionem tenetur.*

Lu-

9 *Ludens in arte ludendi alterum superans, an lucrifactum restituere teneatur.*
10 *Punctis suis addere, vel collusoris detrahere, aut manum surripere, peccatum est.*
11 *Victorem certo sciens se euasurum, si augeat in ludo sponsionem, an victam sponsionem restituere teneatur.*
12 *Lucra facta cum vno in ludo cum amissis cum eodem possunt compensari.*
13 *Ludens sub fide, quod amisit, si non persoluerit, non peccat, nisi intercedat iuramentum.*
14 *Lusor collusoribus mutuans pecuniā, eam repetere non potest, & quid de aliis mutuantibus.*
15 *Monachis, vel clericis aleis, vel fortunæ illicitis ludere non licet, & quando ludū spectando peccent, num. seq.*
17 *Exponentes domum aleatoribus ad ludendum mortaliter peccant, & digni excommunicatione censentur, & de subministrantibus candelas, & similia, nume. 19.*
18 *Mala, quot, quantaq; effluant e ludo, & de pœna Episcopo, vel presbytero ludentibus.*
20 *Deus non me adiuuet, si amplius lusero, si ita quis dixerit, an absolui possit.*

De illicitè acquisitis, & præcipuè ex ludo. Cap. CXXII.

1 PRo fundamento † sciendum est illicitum in nostra materia quadrupliciter dici, vt colligitur ex D. Tho. 2. 2. quæst. 32. art. 7. Primum, quando id, quod illicitè ab aliquo acquiritur, debetur ei, à quo est acquisitum, vt in furto, & rapina, de quibus supra admonuimus. Secundum, dicitur illicitum tam ex parte dantis, quàm accipientis, ut quia contra iustitiam, & contra legem. Huiusmodi est, quod datur iudici, aut testi ad corrumpendum, vel quod acquiritur e ludo à lege prohibito. Tertium, quando datio ipsa non est prohibita, sed causa, ob quā datur, ut quod datur meretrici. Quartum, quando datio ipsa est tantùm prohibita ex parte recipientis, quod est, secundum Sotum, si cuiquam quis pecuniam porrigit, ne peccatum committat.

2 Rursum sciendum † est, quod & si ludus illicitus sit, legeque humana pœna exteriori, & lucri restitutione plerūque puniatur, ex eo tamen acquisita in animæ iudicio non sunt necessario restituenda: dummodo absit dolus, fraus, legesque ludi seruentur, habeantque ludentes liberam rerum administrationem, quas in ludi conuentione deduxere: & ratio est, quia lex ipsa non vetat dominii acquisitionem ex ludo, sed solum pœnas statuit aduersus ludentes, vt ex ludo acquisita restituere cogantur sententia iudicis, quæ sanè pœna in foro conscientiæ non producit restituendi obligationem ante sententiam, D. Thom. 2. 2. quæstio. 32. articu. 7. ad secundum, & ibi Caietan. Docto. comm. in capitu. penult. de vita, & honest. cler. Couar. in reg. peccatum, parte secunda, §. quarto, Nauar. capitu. 19. nume. 18. §. 8. Sed hæc decisionibus modo faciliora reddentur.

3 Prima. Lucrifacta † in ludo etiam prohibito sub pœna exteriori, & lucri restitutione, non interueniente metu, dolo, & fraude ab eo, qui donare potest, non tenetur quis restituere de præcepto, non solùm collusori, sed neque pauperibus, Couar. qui supra, §. quarto, nume. 2. in fine, contra Sylue. in verbo, Ludus, q. 13.

4 Secunda. Ludere † etiam ludo licito rem notabilem cum eo, qui donare non potest, siue sit clericus, siue laicus, mortale peccatum est, & tenetur restituere his, qui eorum curam habent. Huiusmodi est stultus, puer, mancipium, filius, qui adhuc in patris potestate est, prodigus, coniux, Monialis, Monachus, & similes, D. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 7. ad secundum, Bald. in rubr. C. de cond. ob turp. caus. Syluest. in uerbo, Restitu-

tio, quarto, q. 2. Caccial. in trac. de Ludo, qui addit limitationem, nisi esset modica quantitas, quę consideratur attenta qualitate personarum.

5 Tertia. Filius,† qui studet, aut in curia versatur de licentia patris, & Religiosus, qui studet, aut negotiatur impensis sui Abbatis, licitè possunt de suo cómeatu quatuor, aut quinque de cétum, quæ dantur eis, ludo impendere, modo id honestè causa recreationis faciant: quia Pater, & Prælatus tacitam eis licentiā eius rei facere videntur, argum. glos. in clem. secundum, versic. conuertendum, de vita, & honesta. cler. Sotus de iust. & iure, lib. 5. quæst. 5. articu. 2. Nauar. capitu. 19. nume. 12.

6 Quarta. † Potest filiusfamilias plura à collusore lucrari, quam collusor ab ipso, secundum Nauar. qui supra, & dicit esse communem. Contra tamen tenet Sotus, Couar. & Alfon. de Castro, quorum opinio potest procedere, quando falso dicendo se habere facultatem donandi, & perdendi allicit alium ad ludum, argumen. tex. in l. 2. C. si min. se maio. dixer.

7 Quinta. Ludens † trahendo aliquem siue in principio ludi, siue in medio, restituere tenetur lucrifacta. Trahi autem dicitur inuitus, non tantùm cui uis infertur, aut fraus, sed qui improbis verbis, aut precibus eousque instigatur, ut nisi luderet, pudore suffunderetur, & tanquam inurbanus, & ignobilis haberetur, Caietan. 2. 2. q. 32. art. 7. vers. circa acquisita: Vel etiam qui blanditiis, aut suasionibus duceretur, vel metu. Sufficit autem non solum iustus metus, sed etiam grandis reuerentialis, Sylu. in verbo, Restitutio. 4. q. 9. vers. 4. Nauar. cap. 19. nu. 13.

8 Sexta. Vincens † fraude, aut dolo, vel mendacio etiam ante ludum, fingens se nescire ludere, cum sciat, ad restitutionem eius, quod lucratus est tenetur illi, à quo vicit, licèt perdens sit dominus amissorum, Syluest. in uerbo, Ludus, quæstio. 11. vers. 2. Fraus vero quando sit, statur iudicio peritorum: verumtamen illa nō committitur, cum quis cautelis vtitur, quæ iuxta leges ludi licitè fiunt, Couar. in regu. peccatum. par. 2. §. quarto.

9 [Hinc† sequitur, quid respondendum sit ad dubium hoc, scilicet si colludentes non sunt in ipso ludo pares, sed alter alterum in arte ludendi superat, an teneatur excedens, si quid fuerit lucratum, restituere. Et habet hæc dubitatio locum magis in ludis, qui viribus, & ingenio, seu arti innituntur, quàm in iis, qui præcipuè ex fortuna dependent. Et dicendum, quòd ex quo casu nō est vtriusque æqua conditio, sed alter cum ludit est in tuto, vel quasi, alter vero, vt plurimum est in periculo, consequens est ludum illum gratia lucri factum de se illicitū esse, & lucrum ab eo, qui inferior est, per lucrantem, qui in tuto est iniustè recipi, & per consequens debere amittenti restitui, etiam iudicis sententia non expectata: Excepto nisi is, qui inferior est, excessum alterius colludétis sciat, & sciens, & uolens ludat: quia tunc perinde est, ac si id, quod amiserit, donare velit: nam tunc nec iniustè recipitur, nec iniustè retinetur. & ita non est de necessitate restituendum.]

10 Septima. Asserens † scienter se plura puncta habere, quàm habeat, vel non admonens collusorem, qui errore dicit se pauciora habere, vel manū, quam dicunt, sibi subripiens cum notabili dāno, mortaliter peccat cum nexu restituédi, quod secus est de eo, qui certo sciens se amissurum pecuniam, auget sponsionem. i. facit inuitum, vt collusore illam non acceptāte primam amittat, Nauar. c. 19. nu. 17.

11 Octaua. Alter † ex lusoribus necessariò victor euasurus sponsionē auget appositamq; pecuniam certus de illo lucro duplam efficit altero ob ignorantiam minimè sponsioné illam recusante, nō tenetur illud acquisitū de pręcepto in cōsciētia restituere, Couar. qui sup. nu. 5. in fi. [Hoc vero in ludo scachorum fieri, & seruari uidemus, ꝙ alter antequàm suū mo-

moueat calculum, uidet, & certus est se lucraturum, quod tamen alter minimè uidet, & qui certus est, sortem super qua luditur auget, quod alter ex ignorãtia acceptat, & sortem ipsam ex eadem ignorantia perdit. In quo casu iterum melior est conditio lucrantis, qui certus est de lucro, quàm amittentis, qui se uincendũ non uidet, & tamen lucrum ita acquisitum non est de necessitate restituẽdum, eo quòd hac lege ab initio contraxerũt, ut quilibet eorum quando uelit, possit sortem, super qua luditur augere, etiam si de lucro sit certus. Ideo cum lex pro utroque sit instituta, iustum est, ut per utrunque seruetur, cum certum sit contractus ex conuentione legem, & uim accipere.]

12 Nona. Compensare † potest quis in ludo lucri facta ab uno cũ perditis cum eodem, non solum durante eodem ludo, sed etiam in diuersis ludis, etiã si alii sint liciti, & alii illiciti, siue uterque sit habilis ad donãdum, siue inhabilis, siue alter habilis, alter inhabilis, quod ultimum nõ de rigore iuris, sed de ęquitate in foro cõscientiæ teneri potest. Cum lucrifactis uero ab uno, & perditis cũ aliis non fit compensatio, Nauar. cap. 19. nu. 18.

13 Decima. Ludens † sub pecunia credita, quam promisit soluere, si perdiderit, non peccat non soluendo, Caroli V. lege ita sibi concedente, quæ etiam ius repetendi si soluerit, concessit. Secus si cũ iuramento promisit, quia periurus erit non soluendo, & peccat mortaliter, arg. tex. in cap. debitores, de iureiur. nisi antequàm soluerit, absoluatur à iuramento, Sotus de iu. & iure, lib. 4. quæst. 5. art. 2. colum. fi. instar iurantis soluere usuras, Nauar. cap. 19. num. 17. in fi.

14 Vndecima. Mutuans † pecuniam lusoribus, ut secum ludant, eam repetere non potest. quod procedit etiam si non ludat, dummodo ludenti sciẽter mutuet, uel ludere uolenti, text. cum glos. in l. 1. in princip. & in l. fi. ubi Bart. ff. de aleat. Barto. in l. is cui bonis. ff. de uerb. oblig. Verum si alteri mutuaret, quàm colludenti, uel ludere uolẽti, licet in ludo mutuaret, repetere potest, Sylue. in uerbo, Ludus. q. 9. uers. 6.

15 Duodecima. Monachis, † & clericis beneficiariis, uel in sacris ordinibus constitutis, (nam de aliis idem quod de laicis censendum est) interdicitur lege obligante ad peccatum mortale ludere ludis aleæ, siue fortunæ illicitis notabilẽ quantitatem, cap. Episcopus, 35. dis. cap. 1. ead. dist. per uerb. illud damnetur, Doct. in c. inter dilectos, iuncta gl. de exce. Præla. quãuis si ludant de fructibus beneficiorum non teneantur ad restitutionem, cum sint uere domini fructuũ, ita tenet communis, contra Nauar. cap. 19. nũ. 9. [Quod autem sit peccatum mort. probatur per Sum. Concil. in 6. com. f. 281. in paruo opusculo, ubi alearum ludus clericis interdicitur sub pœna excommunicationis, quæ quidẽ pœna demonstrat non excommunicationem, sed peccatũ mor. iux. gl. in c. 1. de sagit. Et in ciuitate Neapolitana per constitutionem synodalem incipientem, Vt clericorum, imponitur etiam pœna pecuniaria, uidelicet tarenorũ quindecim, & si luserint clerici intus Ecclesias, capellas, aut cimiteria, est pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ut in alia synodali, quæ incipit, Quia sunt nonnulli. Vnde infero, quòd eo ipso, quòd est inuentus clericus ludere in dictis locis, est excommunicatus absque alia sententia iudicis, cum pœna excommunicationis nõ requirat aliquem actũ iudicii, ut plene diximus supra, in primo præcepto, cap. 11. num. 40.]

16 Tertiadecima. Clericus † uel Monachus spectantes ludum mortaliter malũ multo tẽpore, mortaliter peccãt, secus si paruo, uel si non mortaliter malũ, sed ita ꝙ si mortalis esset, etiã delectaretur, uel esset dispositus illum uidere, etiã si pręciperetur contrarium, uel si præsentia eius causa esset, ꝙ ludo illicito ludatur, uel ex officio debeat prohibere, & non prohibet, uel si propter ludum omitterẽt diuina de præcepto die festo, uel afferent scãdalum proximo, Syl. in uer. ludus, nu. 8.

& in verbo, chorea, in fi. Nauar. cap. 19. nume. 14.

17 Decimaquarta. Quicunque † cauponam, vel domum ad recipiendum aleatores ludentes expositam habent, excommunicationi ab ordinariis locorum subiici debent: magna est enim in ipsa seueritate pietas, vt Turon. Concilii verbis utamur, per quam tollitur peccandi facultas: nam vbi insana libertas generat vulnera, sacerdotalis districtio dat medelam, ita habetur in constitu. Neap. cap. 41. Ex quibus verbis colligitur tales peccare mortaliter, dum præcipit illos esse excommunicandos, argum. text. in cap. ecclesiastica, dist. 23. & hoc meritò, cum prędictæ domus sic expositę omnis

18 nequitiæ sentinæ sint. quid enim † mali ex ludo non prouenit? ex eo enim oritur desiderium lucrandi, quod est cupiditas, quæ est radix omnium malorum, de constit. nam concupiscentiam. item voluntas spoliandi proximum, quæ est rapina; rursum blasphemia, item verba otiosa, & mendacia; insuper corruptio proximorum, qui ad ludum conueniũt. Præterea scandalum bonorum. Et temporis, atque bonorum amissio, talis, qui ludit, si est Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, potest damnari, aut deponi, alii autem communione priuari, nisi desistant, vt not. dicit Card. in clemen. 2. §. pen. num. 9. de vita, & honest. cler.

19 Quare subministrantes † domũ, mensam, candelas, aut alia ad ludum necessaria lusoribus ludo mortali, mortaliter peccant: quia iuuant, & consentiunt ad peccandum, Nauar. cap. 19. num. 15. teneturque restituere omnia, quæ ad ipsos perueniunt, Syluestr. in ver. ludus, quæstio. 15. Quod tamen non intelligerem de dominis, qui animi leuandi causa æstiuo tempore ludunt, eorum vero famuli lusoribus præstant aleas, aliquid ab ipsis postea recepturi: non enim nobiles illi peccant mortaliter: quia cum actus ille sit indifferens, aliàs non concederetur, possunt nobiles vti, quod procedit etiam si alii abutentes committerent fraudes, aut blasphemias: verum, quando hi tales essent noti apud nobiles, essent repellendi, aliàs peccarent mortaliter.

20 Quintadecima. Iurans sic, Deus † male mihi vertat, & me non adiuuet, si amplius lusero, non potest ab hoc sacramento absolui hac tantum causa, quòd ipse magnum desiderium, & tentationem patitur ludendi: cum sit verum iuramentum, posset tamen in rem meliorem, vel æque bonam commutari, quamuis hoc consilium de commutando debeat maturius dari, inspecta persona ludentis, si ob magnam inclinationem contrauenerit, Nauar. capit. 12. nume. 11. Addens insuper talem ludo licito, & in parua quantitate ludentem animi leuandi causa, non venire contra iuramentum.

SUMMARIUM.

1 *Iudici, vel ministris iustitiæ ad obtinẽdam iustitiam elargiens, non peccat, & datum repetere potest in foro contentioso, num. seq.*

3 *Aduocatus, siue principalis bonam se causam habere ratus dãs iudici pecuniam, peccat, & repetere prohibetur, numero sequen.*

5 *Iudici animo corrumpendi pecuniam tradens, peccat, & ipse, & iudex, quam restituere tenetur, præter damnum, & cui.*

6 *Iudex, vel officialis præter statutam mercedem exigens, crimen concussionis committit, amplia septem in casibus, vt nu.* 7. 8. 9. 10.

11 *Casus tres, quibus officiales aliquid citra peccatum recipere possunt. numero* 12. *&* 15.

12 *Officialis habens præmium non sufficiens, an quicquam vltra illud recipere possit.*

13 *Testis, an, & quo casu aliquid habere possit pro ferendo testimonio, & item iudex delegatus principis, vel ordinarii, num. seq.*

16 *Officiales ab incarceratis nondum sententiam passis pecuniam accipientes peccãt, &*

& restituere tenentur, & cui facienda restitutio.

17 *Officiales deputati ad accusandum, prætermittentes officium, an, & quando vel peccent, vel teneantur restituere acceptum.*

18 *Iudex, vel Episcopus, an possit condemnatorum pœnam sibi, vel sua Cameræ applicare.*

De eo, quod datur officialibus. Cap. CXXIII.

EXpediendo hoc capitulum per cōclusiones statuamus plures, quarum prima sit hæc.

1 Dans † iudici, seu alteri iustitiæ ministro pecuniam, ut munera non animo corrumpendi, sed vexationis redimendæ, videlicet, ut iustitiam ministret, seu absque mora iustitiam litiganti exhibeat, litemque secundum iustitiæ tramitem definiat, non peccat, vt probatur per glo. in cap. qui recte, 11. quæst. 3. & per glos. fina. & inibi Archid. 14. q. 5. cap. non sanè, quas sequitur Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 3. nu. 1. Et idem confirmatur per Syluest. in verbo, Restitutio, 2. colum. 5. vers. Quinto, qui his verbis utitur.

2 Qui † iudici dedit, ut iustitiam consequatur, nullam pœnam incurrit, & potest repetere datum, vt frequentiori iudicio, interpretumq; suffragio receptum est. Quod quidem rectè intelligas in foro contentioso, vt inquit Panormita. in cap. cum non ab omni, nume. 8. de vita, & honest. cler. & probatur per tex. in l. 2. ff. de condic. ob turp. caus. & sequitur Caieta. 2. 2. q. 100. art. 4. ver. In eodem articulo. Nec obstat si diceretur id non debere permitti, quia ex illa pecunia, seu illo munere iudex inducitur ad peccandum, & qui dat, cooperatur illius peccato: quoniam optimè respondetur per Nauar. cap. 17. vers. Non obstat, & per Caiet. qui supra: Dicentes idcirco non peccare qui dat iudici, quoniam dat ut suo officio bene fungatur, & dat quasi inuitus, & coactus, quia videt, aut timet, quòd nisi dederit, accipiens non est suo officio bene functurus. Ex his igitur remanet certa, & vera conclusio, atque in iudicio animæ tenenda.

3 Secunda. Aduocatus, Procurator, † siue ipsemet principalis, vel alius quilibet eius nomine si existimātes se bonam causam habere, iudicem pecunia inducūt, vt pro ipsis æquam sententiam dicant, peccant mortaliter, & datum repetere nullo modo possunt: & ratio est, quoniam in propria causa quisque iniustus est iudex: cum unicuique appareat prima frōte ius habere certum, quod quidem in rei veritate non est, & ita ex hoc palliamento multæ fierent corruptiones, ut colligitur ex dictis Soti, lib. 5. de iust. & iu. q. 8. ar. 4. col. 2. vers. Sed nunquid.

4 Quæ quidem † conclusio est adeo vera, ut non solum procedat, si existimaret se habere iustam causam, sed etiam si pro certo sciat iustitiam causæ, & re uera ita esset; quia si pecunia iudicem inducunt, ut pro ipsis sententiam ferat, adhuc peccant mortaliter: ratio autem est, quia iudicem corrumpunt, qui secundum proprii iudicii dictamen contrarium foret fortasse pronunciaturus. Vnde non immerito perdunt, litemque perdunt, & datum repetere nequaquàm possunt, ut inquit tex. & glos. in d. l. 2. ff. de condit. ob turp. causam. Hanc autem secundam conclusionem in foro conscientiæ non tenerem: ratio enim, cui innititur, videtur mihi admodum debilis, immo falsa: Iudex enim, qui aliàs esset iniustè iudicaturus, si accepta pecunia inde iudicat, nempe pro eo, qui iustam habet causam, non potest dici corruptus: Corrumpi enim est à rectitudine deflecti, & non cum ab iniquitate reducitur ad rectitudinem, nempe ab iniusta sententia ad iustam.

5 Tertia. Dans † pecuniam iudici, aut testi, uel scribæ animo corrumpendi, mortaliter peccat, & iudex, qui inique iudicauit, præter damnum, & interesse,

quod debetur parti læsæ in foro conscientiæ, tenetur etiam pecuniam restituere non danti, cum turpiter dederit, sed pauperibus, uel illi, in cuius iniuriam recepit, cap. iubemus, 1. quæst. prima, 17. q. 1. cap. si quis in atrio, iuxta arbitrium Ecclesiæ, 14. quæst. 1. cap. non sanè. Sed quod in foro conscientiæ pecunia pauperibus eroganda sit, fortè magis est consilium, quàm necessitas, ut inquit Sylue. in uerbo, concussio. q. 3. & in verbo iudex. 1. quæst. 12. vers. sextum. vbi inquit, quòd obligatio restituendi pecuniam est in pœnam, & pœna nō debetur, nisi successerit sententia iudicialis, vt est glo. in cap. fraternitatis, 12. q. 2. si vero malum, ob quod data fuit pecunia, non habuit effectū, verbi gratia, quia non iudicauit, uel si iudicauit, non iniquè, sed rectè, tūc danti est restituenda, Nauar. c. 17. nu. 30. versic. 4.

6 Quarta. Officialis, † seu iudex, cui de publico merces exhibetur, si amplius quærit, vel exigit quàm sibi constitutum sit stipendium, vsurpat, & crimen cōmittit concussionis, ut inquit Sylue. in uer. concussio, q. 1. Nec putat Diuus Ant. in eius summula. 7. præcep. cap. 8. versicu. si existens, quòd excuset eum cōsuetudo, sicut nec à rapina, vnde & peccat, & restituere tenetur certis personis, si certæ sunt: nisi eis difficilis esset restitutio: quia modicum, sin minus pauperibus erogare tenetur, Nauar. c. 17. nu. 33.

7 Propterea † enim statuuntur stipendia à publico, ne personæ priuatæ vexentur, quæ quidem conclusio non solum procedit si exigat, uerum etiā si à sponte dantibus aliquid notabile maius debito acceperit, quo etiam casu mortaliter peccat, & restituere tenetur dantibus: & ratio est, quia ad illud tenebatur secundum iustitiæ tramitem necessitate præcepti, cum sit publicè remuneratus. Vnde hac de causa acceptum est omnino restituendum, secundum Couar. in reg. peccatū, par. 2. §. 3. nu. 1. Bald. in auth. sed hodie, C. de episc. & cler.

8 Secundo ampliatur, † ut procedat etiā in ministris iustitiæ, nempe actuariis, scribis, notarijs, qui omnes nequeunt ultra taxatum pretium legitimum à lege, seu pragmatica suscipere, modo sit recepta, nec abnuēte principe abrogata. Nec istorum sunt audienda obtendicula dicentium non posse aliter suum sustētare statum, cum tamen status eorum, & conditio non sit eorum iudicio ęstimanda, qui illas fastosas immoderatas pompas sibi vsurpant: si enim officiales, & scribę victu, & vestitu nobilitatem præseferre cōtendant illustrium statuum, nón debent illorum splendores miserorum sumptibus sustentare, Sotus lib. 5. de iust. & iu. q. 8. artic. 4.

9 Tertio † ampliatur, siue dicti officiales accipiant directè, siue indirectè per aliam viā, id est vxoris, uel filiorum, qui annuentibus oculis verè cognoscunt illas superfluas pompas uxoris, uel filiorū aliunde indirectè prouenire, & tacent: ii enim mortaliter peccant, & tenentur ad restitutionem.

10 Ampliatur, & quarto, † etiā cum ipsi iudici fuerit aliquod debitū remissum, ita Gramma. cons. 35. num. 8. & l. 2. cum seq. ff. de calumni. Extenditur quinto, ut procedat etiam, quando ipsi iudici fuerit aliquid mutuo datum, ita Bald. in l. 1. C. de calumni. & in l. si quis. C. si cert. petat. Gram. qui supra: & ratio est, quia ita mutuo datum nunquàm restituitur; habet siquidem sub re latentem quandam fraudem, nempe ne is mutuans videatur uelle iudicem corrumpere, quæ cautela dolum maiorem arguit. Extenditur sexto etiam, quando iudex datum accipit, nihil ipse promittendo, Gram. in d. cons. 35. num. 5. ex l. 1. ff. ad l. Iul. repetund. Extenditur septimo, etiam quando esculenta, & poculenta essent egregii valoris, Boer. q. 133. nu. 24. 25. Bossi. tit. de official. nu. 2.

11 Tres tamē † casus sunt, in quibus possunt officiales recipere absque peccato, & primus est in comestibilibus, & potabilibus, ex mera liberalitate donatis, id est sine petitione, etiam quòd sint interdicta,

dicta, si talia sint, quæ diebus paucis consumi possint, secundum glo. in cap. statutum, & ibi Franc. in §. insuper, de rescript. lib. 6. l. plebiscito. ff. de offic. præsi. Et hoc boni viri arbitrio iudicabitur, secundum glo. in d. cap. statutum, pensata qualitate dantis, & accipientis, facit tex. in cap. & si quæstiones, de simon. Hæc enim esculenta ab omnibus recipi possunt, quæ in iure vocantur xenia moderata, distinc. 18. cap. de eulogiis, Syluest. in verbo, Iudex, 1. q. 8. versi. secundum. quia non præsumuntur dari ad corruptionem, sed ad liberalitatem, d. capit. & si quæstiones.

12 Secundus † casus est in officialibus præmium nō habentibus: possunt enim hi iustissimè laboris mercedem iustè recipere, facit tex. in cap. charitatem, 12. q. 2. not. in cap. cum non ab omni, de vita, & honest. cler. cap. rescriptum. §. assessorem, de rescript. lib. 6. Couar. qui supra, nu. 2. ergo à contrario sensu si premium habeant, amplius recipere non debent, etiam si illud non sufficiat, & sibi imputent, si in eorū fuerit facultate officium acceptare. Quod tamen secundum Archid. fallit, si mutatæ fuerint rerum conditiones, sic à simili de medico munerato loquitur Syluest. in verbo, Medicus. q. 6. quod tamen non ita simpliciter videtur admittendum, alias daretur scribis, & actuariis, aliisque officialibus ampla fraudibus via hoc prætextu, quòd tépore sanctionum, seu pandectarum taxantium mercedem scripturis, sunt mutatæ rerum conditiones: nam modo res carius emuntur, & omnium sunt aucta pretia rerum, atque aucti labores ob negotiorum multiplicitatem, atque distantiam domorum, cuilibet ex officialibus fere daretur ansa exigendi vltra pretium ab ipsis pragmaticis sanctionibus taxatū. Quapropter dictum Archid. quem sequitur Syluest. intelligerem in eo, qui post susceptum officium viderit mutatas rerum conditiones, aliàs si eo tempore, quo incipit administrare, iam fuerint mutatæ rerum conditiones, tunc sibi imputet, facit tex. in capit. primo, de pact. Igitur possunt officiales, quibus præmiū non datur, recipere laboris mercedem:

13 sic etiam quamuis † testis pro testimonio vero ferendo pecuniam accipere non possit, cum ad id teneatur lege charitatis, tex. singu. in capit. nolite timere, 11. quæstio. 3. bene tamen poterit pro labore, & expensis in itinere factis in ferẽdo testimonio iustam mercedem recipere, & exigere, c. statutū. §. proferendo, de rescr. li. 6. c. si testes. §. liberi testes. ver. venturis, 4. q. 3. l. quoniā liberi. C. de testib. Dec. cons. 189. nu. 11. Quæ quidem expensæ sunt taxandæ à iudice, & consistunt in ueniendo, stando, & recedendo, Franc. in d. §. pro ferendo. nume. 3. potest etiam exigere mercedem operariā dierum, quibus se occupauit in eo, una cum interesse lucri cessantis, & damni emergentis, Nauar. cap. 25. nu. 45. contra Francum in d. §. pro ferendo, qui etiam nume. 4. inquit, quòd debet habere vecturam equi, si qualitas personæ hoc patitur, ut not. in l. idemque. §. idem ab eo. ff. mand.

14 Sic † etiam iudex secularis delegatus Principis, uel ordinarii, aut etiam iudex Ecclesiasticus delegatus à Principe cum extra domicilium proficiscuntur expensas moderatas, & æqualiter à partibus exhibendas possunt expetere, d. cap. statutum. quod intellige, quādo fieret profectio ad instantiam ambarum partium, facit l. 4. §. si agrimensor. ff. fin. regund. uide in l. generaliter. C. de iureiuran. argum. text. in cap. nonnulli, de rescript. Et habebunt expensas non tantum pro victu, sed etiam pro uecturis equorum, & huiusmodi. d. cap. statutum. §. insuper. Nec tenentur deducere eas, quas domi fecissent, cum illa iura expensas indistinctè permittant, ita tenet Panormita. in d. cap. cum ab omni, de vita, & hon. cler. contra gl. & si hac occasione infirmatur equus, aut à latronibus spoliatur familia, uel infirmatur, sicque oportet moram facere lōgiorem, possunt illud plus à partibus expetere, quod non in domo sua ex-

expendissent, cap. cum pro causa, de procura. & ratio est, quia nemo cogitur suis stipendiis militare: & munera, & non sumptus prohibentur, 1. q. 1. cap. iudices, vide in fine huius cap. 10. Rursum possunt etiam officiales munerati aliquid plus recipere ratione laboris, quando ipse labor est circa ea, ad quæ ipsi non tenentur.

15 Tertius casus est, † quando aliquid receperint etiam amplius quàm merentur post latam setentiam, quæ transiuit in rem iudicatam, sine ullo pacto per modum liberalitatis, modo non receperint pro pretio, neque pro causa principali, facit quod inquit Marsi. in l. 1. num 6. ff. de fal. ubi testis licite accipit aliquid ab eo, pro quo testificatur post latum eius testimonium, nisi præcessisset promissio, quamuis in foro exteriori possit præsumi contrarium, facit tex. in cap. 1. de simon. Ancha. cons. 271. de titulis criminum, colum. 4. Fely. in capitu. tua nos, colum. fina. de simon. Hinc ad confirmandos hos casus adduco in medium Archiepisc. Floren. in summu. de restit. capit. 5. vers. insuper de his, & sit postrema decisio.

16 Accipiens † pecuniam ab accusatis, vel in carcere detentis priusquam cõtra eos proferatur sententia, vt intercedant pro eis, tenentur illam pecuniam pauperibus erogare, quando accusati, vel in carcere detenti sunt culpabiles, & condemnandi; & ratio est, quia fuit iniustè datum, & receptũ: est enim regulare, quòd ubi turpitudo est ex parte vtriusque, tũc restitutio debet fieri pauperibus de consilio: si uero sunt innocentes, & ad redimendam suam vexationem pecuniã dederunt, & ad procurandam sui liberationem, si intercessores eorum sunt de publico remunerati, dictam pecuniam ipsis innocentibus restituere tenentur, nisi data fuisset per modum doni, & præcipuè post liberationem, vide Nauar. à simili in capitu. 23. nume. 101. vers. 11. Et similiter si intercessores eorum non sunt remunerati, tunc pro suis laboribus iustè aliquid retinere possunt, Syluest. in ver. restitutio. tertio, quæst. quinta, vers. 11.

17 Rursum, † quid dicam de officialibus deputatis, qui nõ accusant eos, quos deprehendunt lapsos in pęnam? Distingue, aut sumus in officialibus, qui sunt obligati ad accusandum, aut non. Præterea aut in ciuilibus, aut in criminalibus. In primo casu, quando sunt obligati, & sumus in ciuilibus, tunc peccant, & tenentur acceptum restituere fisco, vel ei, cui erat pœna applicanda. Immo tenentur ad complementum pœnæ exigendæ, si accusassent, secundum D. Thom. 2. 2. q. 67. Si vero non tenentur accusare, & tunc de consilio acceptum restituere tenentur. In criminalibus vero vbi infligenda esset pœna corporalis, si desistunt ab accusando per compassionem, & aliquid recipiunt pro non accusando, non tenentur necessario illud restituere, licèt turpiter acciperent, & peccarent, alias secus, Sylu. in uer. pœna, q. 8.

18 Sed quid † si fuerint accusati, & condemnati ad pœnam, an possit sibi iudex pœnam illam applicare, Bald. tenet quod non, in Auth. ut nulli iudi. §. ut autem, in princ. Quin etiam dicit Bal. in l. 2. C. de Episc. audi. quod non debet Episcopus pęnam suæ cameræ applicare, quando de iure eam debet inter pauperes erogare, alias sic, quod bene notent Episcopi, ne perditũ eant animas suas. De iure enim debent omnem pœnam in pios vsus conuertere, & non sibi, vel suæ cameræ applicare, nisi ex causa necessitatis, secundum Ioan. And. in capitu. irrefragabili, & capitu. dilectos, de offic. ordin. Vltimo nota, quòd ubicunque iudex habet arbitrari dietas, uel secundum vulgares, vel legales, semper debét dari aliqui dies ad quiescendum, inspecta qualitate personarum, & temporis, quod est notandum pro ambasiatoribus, & aliis similibus, glo. in cap. cupientes, & ibi Franc. num. 7. de elect. lib. 6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Meretrices quare permittantur: & an meretricii mercedem petere, vel recipere possit, & an restituere teneantur, num. sequen.*

3 *Vir cogi potest à meretrice etiam per iudicē ad mercedem soluendam, etiam conuentione non inita.*

4 *Domum locare meretrici, vel ei, qui peccatum mortale sit commissurus, an liceat sine peccato.*

5 *Lucrum ex meretriciū opera quarere, mortale est.*

6 *Mulieri occultæ veneri operam danti fortius est merces soluenda, quam publicæ.*

7 *Pretium receptum per virum à meretrice ex causa venerea, restitutioni obnoxiū non est.*

8 *Nuptæ sine onere restitutionis pretium recipere pro actu venereo licet.*

9 *Mulier, vel filia, clam marito, vel patre quæsita in suos vsus conuertere potest.*

10 *Meretrices datum ab iis, qui donare non possunt, an restituere teneātur: & quid de maribus ob operam veneream, num. sequen.*

De illicitè dato ex dationis causa, vt quod datur meretrici. Cap. CXXIIII.

1 CVm meretricium † sit peccatum, & à lege prohibitum, tamen Ecclesia sub dissimulatione illud tolerat, ad euitandum maius malum, distinct. 13. cap. nerui. Et ideo lex nō punit meretrices, immo possunt petere mercedē propter illud opus libidinosum, vt Doct. no. in cap. quia plerique, de immun. Eccl. Quare, ut inquit August. hoc facit meretrix in mundo, quod sentina in mari, vel cloaca in palatio, tolle cloacam, & replebis fœtore palatium, sic de sentina. Tolle meretrices de mundo, & replebis ipsum sodomia. Et nec hoc est contrarium dicto Apost. Rom. 3. Vbi non sunt facienda mala, vt eueniant bona, nec occasione liciti debet illicitum committi, l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. Eccl. l. illicitas, § ne tenuis, & ibi glo. in ver. concutiendos. ff. de offi. præsi. quia hoc procedit, dummodo non fiat per modum dissimulationis, vt contingit in meretricibus, ne tota ciuitas libidine repleatur, vt inquit Aug. sed modo ad casuū decisiones descendamus.

2 Prima. Meretrix, † quæ sui corporis copiam facit, potest mercedē recipere pro uoluptate, quam vir de ea capit, Sotus lib. 4. de iustitia, & iure, q. 7. art. 1. ad secundum argum. Vnde quod ex ea causa acquirit, suum facit, ita quod non teneatur ad restitutionem, nec etiam necessarium est ei ad salutem illud erogare pauperibus, ita dicit Conra. de contrac. q. 6. prima conclusio. Vnde de his potest libere testari, eleemosynam facere, & decimas soluere, vt in c. oblationes, 90. distin. glo. not. in c. ex transmissa, de decimis: & ratio est, quia & si meretrix peccat meretricando, non tamen peccat turpiter recipiendo, l. 4. §. sed & quod meretrici. ff. de cond. ob tur. cau.

3 Quinimmo † vir tenetur dare quod promisit, vel solitū est, Caie. 2. 2. q. 62. art. 3. ad secundum. Immo potest mulier cogere virum per iudicē ad mercedem soluēdam, dummodo absit dolus, & fraus, & merces sit moderata, atque promittēs habeat ius dandi, atque promittendi, Cy. in l. 2. C. de cond. ob turp. cau. Bart. in l. affectionis. ff. de donat. Abb. in cap. quia plerique, num. 14. de immun. Eccl. & est communis, vt refert Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 2. num. 2. Quod procedit siue facta sit conuentio de precio, siue non, Couar. num. 4. in fi. Non tamen potest vir à Confessario in foro conscientiæ cogi ad soluendum meretrici promissum, Nauar. cap. 17. num. 4. vers. quinto, & 41.

4 Secunda. Locans † domum, vel rem suam ei, quem credit mortaliter ea abusurum, mortaliter peccat: quia auxiliatur ad peccandum mortaliter, vt si locet ad exercendum vsuras, vel meretricandum,

candum, quod vltimum intellige, si eo fine principali, seu minus principali, vt meretricetur, locauerit, secus si ad viuendum tántum, cum vera displicentia coram Deo artis meretricii, & domus non sit in ea parte ciuitatis, in qua non permittitur habitare, nec illis carius, quã honestis locet, Nauar. c. 17. num. 195.

5 Tertia. Lucrum, † vel tributum ex meretricum opera quærere, inspecto iure communi, peccatum mortale est, & à Nicephoro lib. 16. cap. 40. Histor. Ecclesia dicitur vectigal impurum, detestabile, absurdũ, Deoque inuisum, feris quibusque barbaris indignum, & execrandum piaculum. & laudatur Anastasius Imperator, q. illud omnino sustulit, Nauar. qui supra, versi. 2. ratione tamẽ consuetudinis, quę pro lege habetur, & consentiente Rege in terris suis, & Papa in terris Ecclesię, non est peccatum, ideo est soluendum, & ita viget consuetudo in Regno Neap.

6 Quarta. Fœmina † occultè fornicaria multo iustius, quàm meretrix pretium recipere potest ob fornicationem, quippe quæ propter maiorẽ honestatem pluris est æstimanda, Sotus lib. 4. de iu. & iu. q. 7. art. 1. ad 2. argu.

7 Quinta. Masculus, † qui à fœmina propter opus illud libidinosũ accipit pretium, non tenetur illud restituere, quin vero æquius est ut illud accipiat, cũ plus præbeat, sicut Alexander potuit à duce illa Amazone, quæ illum gratia recipiendæ prolis inuisit, quod & prece, & pretio vt fertur impetrauit. Nam illi fœminarum generi in more erat pretio accersere viros, qui ad illas ingrederẽtur, Sotus, qui supra, Nauar. capit. 17. num. 34. versic. 2. ideo.

8 Sexta. Potest † nupta, quæ semel, aut bis collapsa est, pretium recipere absque nexu restitutionis, & adulter tenetur in iudicio animæ illi soluere: nam licet flagitia ipsa in nupta, vel soluta sint lege prohibita, datio tamen nõ est prohibita, nisi excessus iustæ æstimationis pro ratione personarum immodicus esset, Sotus lib. 4. quæst. 7. art. 1. & Couar. num. 3. in fi. Et nõ obstat quod supra diximus, quòd in conscientia vir nõ potest cogi à Confessario soluere promissũ meretrici; quia illud ideo est, quia potest illud meretrix petere in iudicio, quod nequaquam possunt illæ, quæ non sunt publico loco expositæ. Immo in pęnã criminis priuãtur dicto pretio, & ideo ante condemnationem adulter iure naturæ tenetur.

9 Septima. Nupta † potest clam marito, & filia clam patre acquisita ex tali opere in suos vsus conuertere, & marito, & patri non restituere, nisi amplam supellectilem via illa acquisiuisset, Sotus de iu. & iu. lib. 4. quæst. 7. artic. 1.

10 Octaua. Prędictæ † mulieres si modicam pecuniam pro turpi quæstu accepissent ab his, qui non sunt sui iuris, restituere non tenentur: quia præsumuntur eorum curam habentes habere ratas huiusmodi expensas, Sotus qui supra. Quinimmo, vt inquit Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 2. nu. 2. nec Monialis pecuniã recipiens ob mercedem sui coitus tenetur illam restituere in foro animæ. Hoc tamen fallit quando prędictę mulieres cum dolo, & fraudibus notabiliter aliquid plus extorquerent, videlicet dicendo se esse virgines, cũ non essent, uel nõ cognitas nisi à tali Magnate; quia tunc illud plus esset restituendum, quod idem dic si cessante omni dolo acciperent notabilem quantitatem ab iis, qui non possunt dare, Nauar. capit. 17. num. 31.

11 Nona. Mares, † qui ob fornicariam operam aliquid accipiunt, non tenentur illud de pręcepto restituere, sed tantum de consilio pauperibus, Nauar. qui supra, num. 40. versic. 4.

SVMMARIVM.

1 *Gabellam in genere, & in specie sumi, & de vtroque modo.*

2 *Vectigal, portorium, dohana, pedagium, guidagium, & salinarium, quid sint.*

3 *Tributum, & talea, quid significent, & quomodo*

De

De gabellis, seu vectigalibus. Cap. CXXV.

1 Gabella in iure dupliciter accipitur, in genere, & in specie. In genere sumpta comprehendit vectigal, datium, theloneũ, dohanam, pedagium, portorium, salinarium, tributũ, taleam, collectam, & censum, vt no. Doct. in cap. super quibusdam, de verbor. sig. Ias. in l. placet, C. de sacrosan. Eccle. glo. in l. 1. §. hic titulus, ff. de publi. & vectig. In specie uero est illa, quæ soluitur pro uenditionibus, & emptionibus rerum in ciuitate, diciturque alio nomine datium, & theloneum, de quo Matt. 9. & Luc. 6.

2 Est autem † vectigal gabella, quæ soluitur pro mercimoniis, seu rebus uenalibus, quæ inuehuntur in ciuitatem, uel ex ea extrahuntur. Alioque nomine dicitur portorium, quia in porta soluitur, uel aliter dicitur dohana. Hæc autem uectigalia imponuntur pro refectione pontium, & ędificiorum communium. Pedagium dicitur quod datur à transeuntibus in locis constitutis à Principe, quod idem est, quod guidagium. & dicitur quod soluitur pro mercimoniis, uel personis, quæ transeunt per uias publicas, uel per pontem. Salinariũ dicitur, quod datur pro sale, glo. in d. capitu. super quibusdam.

3 Tributum † sunt publicę exactiones, quæ debentur ordinariè Imperatori, & superiori, l. 2. C. de anno. lib. 10. glo. in l. 1. § hic titulus, ff. de publi. & sunt quæ uulgo dicuntur pagamenta fiscalia, quæ soluuntur regulariter pro fumante, uel foculari, iux doctr. Bart. in l. si se non obtulit, §. actor, num. 3. ff. de re iudic. & alio nomine uocatur census, uide Afflic. in titu. quæ sint regalia. super uer. plaustrorum, col. 3. uers. sed iuxta hoc. Talea est quædam solutio, quæ soluitur Regi ob occurrentem necessitatem præsertim extraordinariam, appellaturque alio nomine præstantia, uel indictum, aut super indictum, C. de indictio. lib. 10. quia ultra ordinarium canonem, qui rebus imponitur, præstatur tributum per singula lustra, ut inquit glo. in l. prima, C. de indicti. lib. 10.

4 Hæc autem † indictio, quæ soluebatur per singula lustra, postea fuit reuersa in munus ordinarium, & ab ista indictione postea tabelliones sumpserunt stilum suum in instrumento, ut glo. declarat in Auth. ut præpon. nomen Imper. in uer. indictionis. Vbi glo. declarat, quid sit indictio, scilicet, cursus 15. annorũ. Nã antiquitus Romani singulis 15. annis recipiebant tributum de toto mundo, & erat in primo quinquennio ferrũm, ut inde fierent arma militibus Romanis; secundo quinquennio argẽtum, ut inde haberent stipendia milites; tertio quinquennio aurum, quod in ærario ponebatur, ut tempore necessitatis pro Republica expenderetur.

5 Talea † autem comprehendit omnia patrimonialia, & indicitur, atque imponitur ciuitatibus, atque ciuibus inter ciues ratione rerum, ita tex. in l. rescripto, §. fin. in uer. Talea, ubi glo. & Bar. ff. de muner. & hon. Hæc alio nomine uocatur collecta, & imponitur pro publica utilitate inter ciues per capitationem, to to titulo, C. de capitatio. ciuium, lib. 10. ad quam sunt obligati à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœminæ usque ad sexagesimumquintum, l. ætatem, ff. de censibus. Soluitur etiam per æs, & libram, idest, habito respectu facultatum, ut declarat Alciat. in l. munus, num. 3. ff. de uerbor. signific. [per doctrinam Bart. & Doct. in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. Tu igitur, qui facis æstimum, debes considerare æstimationem rerum, ad quam considerandam est habenda ratio onerum, quæ præstantur super illa re, & unicuique dandum quod suum est. Est uerum, quod in æstimatione rerum est animaduertendum, ut scias bene æstimare ad utilitatem, & perceptionem fructuum, & ita intellige Imo. in l. apud Iulianum, §. hæres, ff. de leg. 1. Alexan. in l. rescripto.

§. fin.

§.fin.ff.de muner. & hono. qui uolunt, quod collecta potius ponatur habita ratione ad fructus, quam ad ęstimationem rerum. Et ideo si domus sit pretiosa, ex qua tamen nihil, aut parum percipiatur, etiam non multum sit habenda in consideratione, quia dicitur sterilis, vt notat Bal.per illum tex.in l.fin.§.sin autem legata.C.de bonis, quæ liber. Et vide omnino Bal.in l.1. C. de anno. & trib. qui dicit, quod collectā tenetur usufructuarius soluere, qui habetur loco domini, quem sequitur Alex.cons. 4. in 5. volu. colum.2.vide tex.in l.quæro. ff. de usufru.lega.] Eximuntur ab hac collecta forenses, nisi habeāt in ciuitate aliqua bona, quia tunc tenentur soluere bona tenentiam, Abbas in cap.peruenit, de immun. Eccle. ubi late tractat hanc materiam, & inquit, quòd non debet imponi pro communi utilitate, sed pro necessitate ipsius ciuitatis, ibi nu.22. [Sed quid si forēsis patiatur se describi in catastro, an tūc teneatur ad collectas? glo.& Bar. in l.incola iam muneribus. ff. ad municip.Bal.in l.1.§.quod si nemo, colum. 3. vers.super tertio puncto. ff. quod cuius. vniuer.& in l.etiam.C.de exec. rei iud. tenent quod teneatur. Hinc infertur, quod si habet quis priuilegium exemptionis, & scit se descriptum in libro eorum, qui tenentur, & non appellat, amittit immunitatem, l.1.§.si quis tutor, ff.quando appell.sit. Quod intellige, quando citatur vt soluat, & soluit, & ita non solum requiritur scientia descriptionis, sed etiā vt sit citatus, ita Ang.in d.§.si tutor.quē alii cōmuniter sequuntur, vt refert Bossius, tit.de Principe, num. 168. Sic etiam si soluo sine protestatione conseruationis iuris mei, an amittam immunitatem, vide Alex.cons.33.volu.5.& cons. 193. colum.penul.in 4.dubio, 2.vol. & cons. 196.colum.fin. Iās.l.non solum.§. morte, colum.fin.ff.de oper.noui nuncia. An vero concessio immunitatis à collectis extendatur ad futura, & quando conceditur ob immunitatem filiorum, an duret eis mortuis. & dic quod sic, si morerentur uiuo patre, non autem si post mortem patris, Decius in l. in omnibus, de reg. iur. Et quando est concessa euntibus ad mercatum, an habeat locū, dum redeunt, docet Parpal. in l.placet. C. de sacrosan. Eccl. Et an immunitas concessa posteris, se extendat ad fœminas, uel natos ex fœminis, Iason remissiuè in l. 1.in ultima colum.ff.de consti.princ.inquit quod non, ponens illud notabile dictum Bart.in l.quoties.C.de priui.scho. lib.12.]

6 Rursum, regula † firmissima est in iure, quòd gabellæ antiquitus præstari solitæ à principibus locorum statutę, siue constet de causa, siue non, ex quo pręsumitur causa in Principe, clem. unica, de probat. tam de iure diuino, quam canonico, & ciuili pręstari mandantur, ut Matt.cap.22. & Marc.cap. 12. ad Rom. cap.13.& cap.tributum, 23.q.8. cap. super quibusdam, de uerbo.signifi. & toto tit.ff.de publ.& C. de uectig. Vnde non possunt in foro conscientię defraudari, & ita formaliter firmat Abbas in proœ. decre. uer. Rex pacificus, & ante eum Archid.in cap.si quis Romipetas, 14. q. 3. Bald. expresse in rubr.de constit. in fi. Couar.in reg.peccatum, par.2.§.5.num. 4.uers.idcirco. Nauar.c.17.nu.200.

7 Quod † procedit etiam si Princeps in earum institutione causam non expresserit. Immo procedit etiam si qui recipit non faciat id, pro quo pręsumitur esse concessas, dummodo non constet propter illas non fuisse impositas, Syluest.in uer.gabella, 3.q.8.in princip. & ratio est, quia iustè Princeps tributa exigit propter labores, quos pro populo tolerat, cū eius curam gerat, rebusque publicis prospiciat, ac laboret in executione iustitię, ut suum unicuique tribuat, ut nemo alterum lędat, prouinciamque bello, & armis tueatur.

Nec obstat quod lex, quę ea indixit, & si iusta sit, pęnam tamen temporalem non reddenti ob hanc causam imponit, & propterea non debere in foro animę esse condemnandum ad restitutionem uide-

videbatur, ut vult Ang. ver. pedagium, q. 6. cum satis sit transgressorem se obtulisse periculo pœnæ. Nam respondetur, quod cum humana lex siue Ecclesiastica, siue humana quandoque ad mortalem, quandoque ad venialem culpam obliget, ut per D. Tho. & Caiet. 1.2.q.96.art. 4. satis est consonum, cum hæc transgressio sit Reipublicæ perniciosa, uoluisse obligare ad mortalem culpam, Francus in c. perpetuæ, & c. commissæ, de elect. lib. 6. Sotus, lib. 1. de iust. & iu. q. 6. art. 5.

8 Præterea sciendum est, † quod ad iustitiam gabellæ requiritur primo causa efficiens, idest, authoritas Pontificia, aut Regia, vel Concilium generale, aut consuetudo immemorabilis, iuxta tex. & ibi Doct. in c. super quibusdam. ff. de verb. signific. Secundo causa materialis, idest, res, pro qua soluitur gabella, quæ licet de iure non debeat esse de iis rebus, quę inuehuntur in vsus proprios, & familiæ, l. uniuersi. l. omnium. C. de uectig. tamen quotidianus usus in contrarium obseruatur, scilicet, ut soluatur pro pane, uino, carne, panno, & similibus, Nauar. c. 17. num. 202.

9 Tertio requiritur † causa formalis, idest, vt imponatur gabella iuxta rerum valorem, & cuiusque facultatem, alioquin si non seruatur moderata, & æqua exactio, tyrannica est, & iniusta. Quarto debet esse causa finalis, scilicet publica vtilitas, vel urgens necessitas, quamuis in collecta non requiratur publica vtilitas, sed tantum urgens ipsius ciuitatis, vel communitatis, Abb. in cap. peruenit, de immu. eccle. Vnde cessante hac causa finali, cessare debet exactio gabellæ, Fely. in cap. 1. num. 41. de const. Caiet. in ver. vectigalia.

10 Notandum tamen † est circa has causas, quod in dubio quoties constat de causa efficiente alicuius gabellæ, pręsumendum est pro ipsius iustitia, vnde non est à uiatore inquirendum de aliis causis, argum. tex. in cap. quid culpatur, 23. q. 1. Sotus lib. 3. de iusti. & iure, q. 6. art. 7. in fi. & lib. 4. q. 6. art. 4.

Hęc in genere dixisse sufficiat, modo more solito ex his multorũ deducamus dubiorum decisiones.

11 Prima. Qui gabellas † authoritate Põtificia, aut Regia, vel Concilii generalis, aut consuetudine immemorabili impositas non soluit, peccat mortaliter, cum obligatione restituendi, iuxta communem, Nauar. cap. 17. num. 200. Hinc colligitur authoritatem requiri Pontificiam, aut Imperatoriam, aut Concilii, vel consuetudinem immemorabilem ad imponendum gabellas, iuxta tex. in cap. super quibusdam, de verb. signifi.

12 Quare maximè decipiuntur † multi Domini, siue Barones, siue Principes recognoscentes superiorem, qui imponũt subditis suis noua pedagia, vel imposita augent sine debita licentia, & sępe etiam absque legitima causa, quod peius est: ii enim non solum incurrunt in bullam cęnę Domini, sed etiam Confessarii, si contra dictam bullam tales absoluere præsumunt, Car. Neap. lib. 5. c. 3. vers. 4. Sylu. in ver. gabella. 3. nu. 7.

13 Sed nota, † quod requiritur authoritas Imperatoria in terris suis, sicut & Pontificia in terris summi Pontifici subiectis. Ita & Reges in suis Regnis. Reges autem Hispaniæ, & Galliæ cum pręscripserint iura Imperii, & non recognoscant superiorem dempto Papa, vt in vsibus feud. quæ sint regal. optimo iure possunt imponere gabellas. Sed breuiter quæritur, an in Regno Neapolitano, cũ hoc Regnum fuerit Ecclesiæ, vt inquit Gram. in cons. 47. in ciuilibus, & cons. 99. quem refert, & sequitur Vrsil. ad Aflic. decis. 17. num. 8. interuenire debeat assensus Papalis? Resp. quod non, quia sufficit quod pro iure, quod sum. Pontifex habet super hoc Regno, soluatur tributum à Rege Hispaniæ.

14 Item quæritur an loco assensus † Regii eo casu, quo requiritur, sufficiat assensus Proregis? Resp. quod sic: quia is gerit vicem Regis, [& ideo habet eandem potestatem quam Rex, Iason in l. conuentionum, colum. 2. ff. de pact. col. 2. uers. limita

mita tertio. per Mar. in tract. feud. in c. Imperialem, in princ. colum. 2. de prohi. feu. alie. per Feder. & Iacob. de S. Georg. in sua inuest. in glo. in ver. Vicarius perpetuus, vbi vide omnino.]

Sed nota quod tunc assensus Regis, siue Proregis iustificat gabellam, cum fuerit legitimè impetratus: quare aduertant impetrantes, vt vera exponant, alias si subreptitiè fuerit obtentus, non valet, & impetrantes peccant mortaliter, incidũt in bullam cœnæ, & tenentur restituere exacta, Syluest. in ver. gabella, 3. num. 7. Quæ quidẽ restitutio debet fieri iis, qui soluerũt gabellam, vel si difficultas adest, aut incertitudo dominorũ, pauperibus. Et nota quod ea, quę requiruntur in imponendis gabellis, ea etiam requiruntur in mutandis, vel augendis: quia veterem gabellam augere, est nouam imponere, Nauar. c. 27. nu. 61.

15 Principes etiam † non recognoscentes superiorẽ, vt Dux Sabaudiæ, & Dux Florentiæ: Item & Respublicæ, vt Ianuensium, & Venetiarum: item consuetudo antiquissima, & immemorabilis, quamuis non adsit regius assensus, possunt gabellas imponere, ut not. in d. cap. super quibusdam. Ciuitas vero, quæ superiorem recognoscit, licet gabellas imponere, vel augere, aut mutare non possit, secundum glo. in l. 2. & 3. C. noua vectig. tamen potest inter suos ciues exceptis forensibus, & clericis, collectam imponere, ita Barto. in l. prima, C. de superexac. lib. 10. Card. consi. 12. in dubiis præmissis.

16 Secunda. Clerici, † & quælibet personæ Ecclesiasticę in sacris ordinibus constitutę, vel prima tonsura initiatæ, aut in minoribus constitutæ, modo secundum Conc. Trid. clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola sint de licẽtia Episcopi, iuxta tex. in c. nullus, sess. 23. & per Capic. in decis. 161, & habetur in c. Regni, incip. Item statuimus. sunt exemptæ ab omnibus gabellis, datiis, & collectis, aliisq; muneribus personalibus tam quo ad bona Ecclesiastica, quàm patrimonialia. Et qui gabellas imponerent supradictis personis Ecclesiasticis, siue regularibus, vel statuentes, ut Monasteria, aliæque personæ ecclesiasticæ non sint immunes à muneribus personalibus, ac exigentes gabellam impositam, grauiter peccant, teneanturque male ablata restituere, suntque primi excommunicati ipso facto, per clausulam bullę 4. item secundi per clausulam Bullæ 13. quę excommunicat statuentes contra libertatem Ecclesiæ, tertii uero alia excõmunicatione Papali, de qua in capitu. quamquàm, de censi. lib. 6. clem. præsenti, eod. titu. quæ non est reseruata, Sylu. in ver. gabella, 3. num. 10. Nauar. c. 17. num. 202.

17 Ampliatur † vero hęc decisio, ut si Prę latus cogat clericos ad contribuendum datiis, & collectis, est excommunicatus, cap. non minus, de immu. Eccl. immo si clerici sponte nomine capitulari promiserint subire talia onera, non possunt sine assensu Papæ id facere, cap. aduersus, de immu. Eccle.

18 Secundo ampliatur, † vt personæ Ecclesiasticæ sint exemptę etiam quo ad patrimonialia: ratio est, quia res clericorum, & Ecclesiarum quo ad taleas, & collectas, aliasque exactiones clericorum eodem priuilegio gaudent, 12. q. 2. cap. Ecclesiarum seruos, glo. in c. quamquàm, de cens. lib. 6. ad idem glo. in cap. ex litteris, de pignor. & in cap. similiter, 16. q. 1. Sylu. in ver. excommunicatio. 9. nu. 13. quamuis regula sit in oppositum, quod clerici non gaudeant in bonis patrimonialibus priuilegio clericali, Dec. omnino in c. Ecclesia, nu. 65. de constit.

19 Tertio ampliatur, † ut procedat etiam si clerici portarent res Ecclesiasticas de loco ad locum causa negociationis pro vtilitate suę Ecclesiæ, & venderent res suas, vinum, oleum, frumentum, & similia, tam in pondere magno, quam in minuto, ita Cyn. & Bald. in l. 2. C. de Episco. & cler. Abb. in consi. 6. incip. casus, lib. 1.

& tali

& tali casu, vel simili possunt clerici occultare talia bona, de quibus non tenentur soluere gabellas, ne uideantur à publicanis; dummodo semper caueant à mendaciis, & scandalis, argumen.tex.in c.3.de reg. iur. Abb. in c.olim, el primo, de restit. spol.

20 Quarto ampliatur, † ut non teneantur soluere pro equis, & rebus, quibus vterentur ad pompam: quia generaliter sunt exempti à solutionibus gabellarum, vt in c.quamquam,de cens.lib.6.

[Quinto ampliatur etiam in familia Episcopi,quæ gaudet priuilegio Episcopi, non autem famuli clericorum, ita Abb. in c.2.nu.6.de foro compe. late Fel.in d. cap.2. Iason in l. scriniarios, C. de milit. testa. An autem extendatur hoc priuilegium exemptionis ad milites religiosos profitentes vota, & habentes certum modum viuendi, atque dicentes horas iuxta Pontificum constitutiones? dic quod sic, vt no. in clemen.in cap.primo, de relig. domib.]

21 Limitatur † modo prædicta decisio,ut non habeat locum in clericis primæ tonsuræ,vel ordinum minorum non seruantibus uitam clericalem, & non deferentibus habitum, ut habetur in prag. Regni, incip. Ferdinandus.

[Rursum limitatur in clericis coniugatis, qui & si gaudeant tantum priuilegio fori in causis criminalibus, & canonis,modo unicam, & virginem vxorem acceperint, tonsuram, & vestes honestas clericis conuenientes detulerint, iuxta tex.in cap.vnico,de cler.coniug.lib.6.tamen tenẽtur subire gabellas, munera secularia, collectas, aliave quæuis regalia obsequia, censum, & his similia. Nam hæc tenentur subire hi clerici, sicuti subeunt, & præstant omnino laici, ita glo. memorabilis in d. cap. vnico, verbo cæteris, & ibi omnes. Panor. in c.ex parte, de cler. coniug. Guid. Papæ, q.383. Bertachinus in tract. de gabel.7. par.nu.11. quorum opinio communis est, & ab omnibus probatur in d.c.ex parte.]

Secundo si imponatur pro refectione viæ, quam currus, & plaustra destruunt: quia sicut tenentur ad refectionem uiarum,l.ad instructiones, C. de sacrosanc. Eccl.ita etiam ad gabellas,secundũ Bald. ibi,vers. quęro de duobus. Sed an hodie illa lex procedat, uide Dec. in c. Ecclesię Sanctę Marię, num.234. de const. Abb. cons.6.Qui etiam,num.235.addit alium casum, quando clerici vtuntur beneficio statuti laicorum, pro qua gabella imponitur, quia tunc tenentur ad gabellam, Bal.in l.1.circa finem, de contrah. empt. Abb. d. cons.6.

22 Limitatur tertio,† quando sumus tempore vrgentis necessitatis, verbi gratia, belli,famis,aut pestis,vel ęris alieni, quãdo non suppetũt facultates laicorum, & de facili nõ potest haberi recursus ad Papam,argu.glo.16.q.1.§.placet.tunc enim potest ciuitas rogare personas Ecclesiasticas,vt consentiant soluendis gabellis, uel militibus hospitio recipiendi, Syluest. in uer.immunitas, Doct.in d.cap.aduersus. [Imo tempore quo Dux Albę erat Prorex regni Neapolitani, in anno 1557. quando Galli uenerunt tempore Pauli IIII. Pontificis ad inuasionem regni, ingruente necessitate pecunię ob regni defensionem, vidimus accipi omne argẽtum Ecclesiasticum pro conflanda moneta,ut refert Camil.Saler. in proœ.consti. Regni, uer. pręfatis. Et quod immunitas non se extendat ad tempus belli,tenet Dynus in l.si ex toto,ff.de leg.primo, quem sequuntur Imo. Pau. de Cast. & ibi Alexan. Saltem quando necessitas supernieniens esset ualde insolita, ita etiam tenet Iason in l. principalibus, ff. si cert. petat.colum.3.Felyn.in cap.causam,quę. de rescri.& in cap.nonnulli, eod.tit.dicit esse communem, Aegidius Boss. titu.de princ.& priuil. eius, nu.140.]

23 Limitatur quarto, † quando inueherent, aut emerent ad negociandum, ita no.glo. & Doct.in d. clem. pręsenti, & in d. cap.quamquàm, à contrario sensu, quod intellige de rebus patrimonialibus, secus autem de Ecclesiasticis.

24 Negociatio † autẽ tunc dicitur,quando

do emerent res integras, & reuenderēt, nam tunc pro his debent soluere gabellas. Non autem quando emerent materiam, & operarentur in formam, quia tunc esset artificium, & non negotiatio, Gemin. in dicta clem. præsenti, & in d.c. quamquam, Abb. 1. volu. cons. 6. Nec etiam dicimus clericos negociari, qui aliqua emunt pro usu suo à principio, & postea ex aliqua causa mutato proposito uendunt, vel permutant; quia ponderatur principiū: nam non emerunt ut venderent, vel negociarentur de illis, sed tantum pro usu suo, secundum Bar. in l. cætera, §. sed si. ff. de leg. 1. & ibi Alex. Bald. in l. 1. & per illum tex. §. ne autem. ff. de exerc. acti.

25 Quinto † limitatur non solum, quando emerent ad mercaturam exercendā, sed si emerent merces alienas, quas deferunt nomine suo, dicentes esse suas, vel si negociarentur de bonis, quæ sunt communia cum laico, nam pro parte laico cō tingenti debent soluere gabellas. Et ratio est, quia obtemptu priuilegii non debet publica vtilitas uacillari, l. 2. C. de priuil. schol. lib. 12. potest ergo iudex ex officio eos cogere ad diuisionē, vt C. quando, & quibus quarta pars debetur, l. 2. libro 10. Pariter nec exemptus est ab onere gabellarum, quando frater clerici donaret partem suam clerico in fraudem, quæ fraus præsumitur, quando possidet laicus post donationem, sicut & prius, Syluest. in uer. excommunicatio. 9. numero 14.

26 Sexto † limitatur in hoc Regno, vbi summus Pontifex immunitatem clericis debitam abstulit, eamque concessit uariis locis piis.

Septimo limitatur, ut talis immunitas non procedat in Regno Neapolitano, vbi est taxata, & limitata immunitas, iuxta decreta, ac instructiones Regiæ Cameræ Summariæ ad euitandas fraudes.

Octauo fallit, quando laici haberent facultatem à summo Pontifice ad exigēdum illas ab eis, Nauar. capit. 17. num. 201. in fi.

27 Sed modo † quæritur, Quid si uertitur quæstio inter conductorem gabellæ, & clericum, vt quia ille negat illum clericum vel dicit res deferri negociationis causa, & graue esset semper iudicem adiri pro fide huius rei recipienda, tunc in hoc casu videtur committendum iuramento deferentium, vel suorum nunciorum, si personarum qualitas non dissuadeat, vel nisi de contrario fides habeatur in promptu, facit tex. in c. fin. de iureiur. quod met. causa, c. fi. Quo ad personam, videtur sufficere si sit in tonsura, & habitu clericali, vt per cap. si iudex, de sent. excommu. lib. 6. ita glo. not. in clem. præsenti, uer. non negociandi, de censi. Rursum quæritur.

28 An locatores † ad affictum, & agricolæ partiarii prędiorum Ecclesiasticorum sint exempti à solutione gabellæ pro sua parte? Dic, quod non, facit glo. no. in cle. 1. in ver. excolendas, de decim. [ita Fed. de Sen. cons. 111. sequitur Francus in c. quāquam, de cens. li. 6. Abb. in c. ex parte, el primo, de dec. Quod intellige, quando priuilegium datum est personæ, secus si datum esset rebus, Socy. cons. 297. col. 3. Et ideo videnda sunt priuilegia, quia sæpius cōceditur immunitas Religiosis non solum pro eorum prædijs, & bonis, verum etiam eorum colonis, & partiarijs, qui diuidunt fructus.] Item, An emptores redditūum clericorum possint in his gaudere eadem immunitate, qua clerici? resp. quod non. Ioan. And. in dicto capitu. quamquam, glos. in clemen. 3. de cens.

29 Insuper quæritur, † an Ecclesia, vel clerici teneātur soluere præstantias, seu alia onera pro possessionibus eis collatis, vel titulo lucratiuo, vel oneroso? Dic quod aut illa onera habent onus perpetuū annexum, & inuariabile, & tunc transeūnt ad clericos cum oneribus suis, facit cle. 1. & quod ibi not. de censi. Aut onus nō erat tale, vt sunt istæ descriptiones, quæ fiunt hodie, quia ęstimantur bona cuiuscunque, vt soluant plus, vel minus secundum impositionem collectæ, & ad ista

Vu onera

onera non tenetur Ecclesiæ, vel clerici: quia non potest dici, quod hoc sit onus annexum possessionibus, cũ non sit perpetuum, sed variabile, & quandoque imponitur personæ pro rebus. Si ergo perueniunt ad Ecclesiam, debent censeri iure Ecclesiastico, pro hoc bonus text. in capit. vnico, de iure patro. lib. 6. Abb. in capitu. primo, nume. 12. de uita & hone. cleric.

30 Tertia decisio. Non † soluentes, seu fraudentes gabellas iustas, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, iuxta communem in conscientia publicanis damnificatis, vel eorum hæredibus, aut his cessantibus, in pios vsus, Archiepisc. Floren. secunda parte, titũ. primo, capit. 12. §. 9. Rosella in ver. pedagium. §. 6. Fely. in capitu. primo, de constitu. num. 41. Doct. in capitu. innouamus, de cens. Alfon. de Cast. lib. 1. de leg. pœn. cap. 11. Sotus lib. 3. de iustitia, & iure, q. 6. art. 7. Hinc infertur, quod qui simulatione, fraude, atque occultè contractas merces inuehunt in ciuitatem, uel prouinciam, aut illas euehunt, quo publicanos effugiant, ipsosque defraudent, tenentur ad restitutionem, etiam si uectigalia non petantur, & peccãt mortaliter: quia hi, qui merces inuehunt, aut euehunt, tenentur eis per uiam publicam, aut regiam eas transmittere, & non occultare, Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 5. nu. 5. Quod idem dicendum est de his, qui asserunt unum pro alio, vel res esse minoris quantitatis, vt minus soluant, Archiep. Flor. in sum. de restit. cap. 1. Manus fraudatoria, versi. quinto.

31 Quæ quidem † decisio ampliatur, vt non solum teneatur venditor soluere gabellas, sed etiam teneatur sub pœna peccati mortalis ac restitutionis publicano ignoranti denunciare venditionem factam fuisse, & soluere gabellam, Couar. qui supra, num. 5. Hoc autem intellige, quando venditio fuisset facta occultè, nam si abest dolus, & uenditio non fuerit occultè facta, non tenentur uenditores publicanos, quibus soluant, quærere: satis enim est soluere, dum ab illis petuntur, ita Sotus lib. 4. de iustitia, & iure, q. 6. articu. 4. vbi inquit, quod ita se habet consuetudo.

32 Ampliatur † secundo teneri ad vectigalis solutionem etiam transmittẽtes per loca publica, & consueta merces absque vlla fraude, quãuis nullus sit custos ibi, qui vectigal exigat, & si nulla pœna sit puniendus, si absque vectigalis solutione transierit, Couar. qui supra, §. 5. num. 5. Ampliatur tertio, vt etiam si adesset locus certus exactionis gabellæ, teneatur ibidem viator deferre, quia ille locus dicitur exactor, Alfon. de Cast. lib. primo, de lege pœn. cap. 10. Barto. in l. fin. §. diuus, & §. diui. ff. de publi. & vectig. Bal. in l. 3. C. de naut. fœno.

33 Quarto † ampliatur in fraudantibus in capitationibus capita ciuium, seu quæ dicuntur vulgo focularia: quia cum talis capitatio sit quædam gabella, vigesimo anno plus, vel minus cõtingens, qui eam fraudauerit, peccat mortaliter, & tenetur damna fisco illata restituere, Tiraq. in tract. de retract. consangui. in præfat. num. 69. late Menoc. de arbitris iudi. lib. 2. casu. 397.

Quinto ampliatur, vt efferens aurum, frumentum, equos extra regnum cõtra prohibitionem, peccet mortaliter.

34 Sexto ampliatur, † vt ciues mentientes in professione bonorum, seu redditũum, vbi uiuitur per æs, & libram, seu, ut vulgo dicitur, per appretium, peccent mortaliter, atque teneantur ad restitutionem damna illata ciuitati.

Septimo, vbi adest collecta de soluendo denario pro uino, oleo, &c. fraudantes in mensura, uel numero idem peccatum incurrunt, Archiepis. Flor. in summu. Defecerunt, de restit. cap. primo. Manus fraudatoria, vers. 5. Quod idem dicendum de his, qui in urbem non inuehunt uinum, sed vuam, hac tamen mente, vt in ciuitate exprimant vinum de vua, ita Ias. in l. non dubium, num. 45. & 46. C. de legi.

35 Limitatur † vero hæc conclusio, vbi gabella

gabella fuerit iniusta: nam cum eam non teneatur quis in foro conscientiæ soluere, poterit licitè illam defraudare, Fel. in capit. primo, de constit. Barto. in d. l. vectigalia.

Secundo fallit, quando cessat causa finalis, ob quam imposita fuit gabella, vel finitum fuit tempus, Fely. in d.c.1.nu.41. Caiet. in ver. vectigalia, verbi gratia, imposita est gabella pro refectione pontis vsque ad triennium, impleto fine, & tempore, cessat gabella. Vnde si post illud tempus exigitur, cum sit iniusta, defraudari potest.

Tertio, quando non fieret illud, propter quod certum est, & constat eas institutas fore: quia frangenti fidem, fides frangi potest, cap. peruenit, lo secondo, de iureiuran. Host. in sum. de censi. §. ex quibus cau. vers. sed quid si mercatores, Fel. in d.c.1.nu.41.

36 Quarto dicitur † iniusta gabella, & per consequens tyrannica, & iniusta exactio, quando grauantur magis pauperes, quam diuites, nam ad iustitiam gabellæ debet seruari debita proportio, & moderata exactio, ita Alfon. de Cast. libro primo, de lege pœna. capit. quinto, Capic. deci. 148. Quo fit gabellam impositam pro pane, & uino, quod venditur in platea, iniustam esse, cum magis grauentur pauperes, qui quotidianum emunt uictum, quàm diuites, quibus horrea esculentis, & poculentis sunt plena. Verum potest reddi iusta talis gabella, si adessent alia onera imposita ciuibus in eadem ciuitate, ita ut qui in vno grauantur, in alio releuentur, sicut sunt in regno multæ gabellę, scilicet, mercium, & reddituum, in quibus diuites magis, quam pauperes grauantur, cum plus habeant.

37 Quinto, potest † fraudari gabella, quando esset nimis grauis, atque excessiua, ut gabella, quæ pro eodem frumento, aut pisce repetitur ab eadem persona in diuersis locis: hæc enim sapit extorsionem, & excessum, ex quo de vna re ab eadem persona bis, & ter exigitur; non enim quis debet taliter affligi, capit. cum percussio, 7. quæst. prima, & hoc sine necessitate, Syluest. in uerbo, gabella, 3. quæst. nona, & versi. vnde huiusmodi. Excessiuæ autem ex dispositione legis dicuntur, quando gabella excedit tertiam octauæ partis ualoris rei, per tex. in l. prima, C. de vectig. Felyn. in capitu. primo, colum. 13. uersiculo, alius casus est, quando gabella, de constitut. & tunc potest fraudari in odium iniusti exactoris, non solum respectu excessus, sed etiam totius, vt probatur in cap. 1. in fine, & cap. secundo, de censi. libro sexto, & cap. quia plerique, de immun. Eccle. Hodie tamen non potest dari certa regula, nec assignari certus terminus, quando gabella sit excessiua. Ideo totum remittitur arbitrio boni uiri, attenta necessitate, causa, tempore, & loco.

38 Sexto fraudari potest † gabella, quando conductores gabellarum exigerēt duplum, vel vltra eius, quod deberent accipere, Bal. in l. 3. C. de naut. fœno.

Et aduerte, quod prępositus ad gabellam tenetur ex facto familię suę, seu quam sibi adiunxit in illo ministerio, l. prima, §. familiæ, ff. de publica. Abbas in capitu. licet, num. septimo, de restitutio. spolia. quod idem dicit de nauta: & ratio est, quia semper, quod familia deliquit in illo officio, in quo est præpositus dominus, semper tenetur dominus, si illo ministerio utitur opera familię. Liberantur tamen isti exhibendo malefactores, d. §. familiæ.

39 Septimo. Potest † fraudari gabella, quando defraudantes essent iniustè damnificati à dominis, quia possent sibi satisfacere, Sylue. in uerbo, gabella, tertio, quæst. nona, nume. 24. Sed nota quod istud bene procederet, quando damnũ, & utilitas tam extorsionum illicitarum, quam etiam istius gabellæ alias soluendæ spectarent ad eundem dominum loci, quod esset, quando princeps exigeret nomine proprio omnes gabellas per suos procuratore; secus ubi locarēt aliis subditis gabellas alias iustas, & ipsi certam pensionem in quemcunque euen-

tum reportarent, ut communiter fit ferè per totam Italiam: tunc enim non posset fraudari; & ratio est, quia non fit damnum extorsoribus, sed conductoribus gabellarum iustarum, quia nihil illicitum extorquent, quibus nihil est imputandum, ex quo iustas gabellas exigunt, & compensatio nō debet fieri nisi inter easdem personas: nam res inter alios acta aliis præiudicare non debet, capit. penul. de re iudi. & damnum, & pœna suos debet authores tenere, & non alios, capit. quæsiuit, de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.

40 Quarta decisio. Tutores † & curatores, filiifamilias, cellerarii, aliique negociorum gestores fraudantes gabellas nomine alieno pro pupillis, patribus, monasterio, & capitulo, si nihil peruenit ad eos, in conscientia debent restituere de bonis illorum, ad quos peruenit lucrū; si adhuc habent in manibus administrationem, si nolunt ipsi remanere obligati de suo: dūmodo ipsis restituentibus non immineat periculum uitæ, aut famæ, si deprehenderentur, puta quia crederent illos furto subtraxisse illa: sed si non habent amplius administrationem, & neque restituere possunt, quia pauperes, sufficit quod denuncient principalibus se obligatos esse ad restitutionem, qui si non satisfaciunt, habeant propositum ipsi satisfaciendi cum poterunt: non enim tenentur occulte accipere, & satisfacere, cum per hoc non prouidetur saluti eorum, cum remaneant obligati in conscientia, ex quo sciant talia esse facta, nec uolunt satisfacere, & sic non dissoluitur peccatum quo ad æstimationem eorum.

41 Quod si † isti ministri sunt soluendo, nisi habeant remissionem à conductoribus gabellarum, tenentur de suo satisfacere, & postea occultè accipere de bonis eorum, ad quos peruenit lucrum, si alias uia iuridica habere non possunt, ita tamen ut euitetur scandalum, & periculum, & quando sic mediatores satisfacerent, deberent cauto modo declarare, siue per se, siue per alios illis, qui uere sunt obligati, non teneri; quia bona fides non patitur, vt semel exactum bis exigatur, cap. bona fides, de reg. iu. lib. 6. ita Diuus Anton. in sum. Defecerunt, de rest. c. 4. de tutoribus.

42 Quinta. Scienter † exigentes gabellas illicitas, præter peccatum mortale, atque uinculum restituendi incurrunt in censuram, si tales essent personæ singulares, quæ exigerent contra personas Ecclesiasticas, & in interdictum, si esset ciuitas, facit tex. in capit. si ciuitas, de sentent. excommunica. libro sexto, Turrecr. in capit. si quis Romipetas, 24. quæst. tertia. & ratio est, quia præstant ad hoc causam efficacem, & operantur efficaciter ad iniustam exactionem, & spoliationem, quod idem dicendum, si dubitarent illas esse illicitas, & sponte se ingererent emendo, uel aliter, secus tamen si iussu superioris hoc facerent: quia obedientia in dubio excusaret, capitu. quid culpatur, 23. quæst. prima, Sylu. in uer. gabella, 5. q. 7. modo dubium illud ex animo à se pellat.

43 Sexta. Confessarius † si certus est gabellam esse iustam, debet obligare præter peccatum mortale pœnitentem ad restitutionem, si illam defraudauerit. Attamen si est in dubio, ante factum semper prohibeat defraudationem, ne fraudantes exponant se discrimini, post factum uero non debet cogere ad restituendum, quia exponeret se periculo tollendi ab isto, quod suum est; tutum est autem ad hoc hortari, Sylu. qui supra, in fi.

44 Septimo. In dubio † semper gabellæ præsumuntur iustæ, Sotus lib. 4. de iustitia, & iure, quæst. 6. artic. quarto. quare fraudans peccat mortaliter, cum nexu restitutionis, Rosella in uer. pedagium, q. 6. Sed quæritur, an pœna à iure imposita, uel per statuta fraudantibus, debeat à Confessariis imponi pœnitentibus? dic quod non: nisi esset facta condemnatio per iudicem, sed sufficit restitutio gabellarum subtractarum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis materiæ cognitio quam sit necessaria; & in quibus versetur potissimum.*

De restitutione. Cap. CXXVI.

1 CVm multa† sint necessaria Cõfessario ad cognoscendum, illud tamen, quod ad materiam confessionis attinet, est tam necessarium, quàm quod maximè, quandoquidem nullus prope mortalium est, qui possit gloriari se huius oneris esse immunem: quare paulo fusius hanc materiam prosequemur, ut quo maioris momenti res est, eo plus diligentiæ in ea tractanda adhibeatur. Restitutio igitur trifariam diuiditur. Est enim rei ablatæ, vel damni illati, vel honoris deturpati. Quæ autem in restitutione sint obseruanda, his uersibus continentur. Quis, quid, cui, quantum, vbi, quo tempore, quove ordine.

SVMMARIVM.

1 *Actionis cuiusque causam dans restitutioni obligatur, idque quot modis accidat.*

2 *Vsurarii famulus, vel agens, dans, exigensve vsurarias pecunias, an ad restituendum obligentur, & an proxeneta, num. sequen.*

4 *Actionis iniustæ excusatio, quod nisi ipse fecissem, alter fecisset, inepta est.*

5 *Iubens in re vsuraria ad restitutionem tenetur, re effecta.*

6 *Reuocatio mandati, qualis requiratur, ne mandans teneatur de delicto.*

7 *Ratihabitio, an ratificantem re secuta obliget ad restitutionem.*

8 *Consulens ad restitutionem tenetur etiam si filio furtum consuluerit in re patris. amplia etiam, vt hic: limita, vt numero sequen.*

9 *Consulens, si consultor aggressurus per se erat delictum, peccato tantum alligatur, & quo casu etiam restitutioni, num. sequen.*

Consulens leuiter abortum ei, qui per se erat facturus, non incidit in Constitut. Sixti V.

11 *Consulens minus malum, quo maius euitetur, an ad restituendum teneatur.*

12 *Consulentem homicidium, eo secuto, quomodo verum sit ipsum teneri.*

13 *Consensus quando ad restitutionem obliget.*

14 *Consensus in re iniusta præstitus, eo quod maior pars consentiat, ad quid obliget consentientes, & etiam tantum præsentes, & nu. seq. & nu. 17.*

16 *Consiliarii Regii, & si non consentiunt, sententiæ tamen se subscribentes, tenentur ad restitutionem.*

18 *Religiosi humanis respectibus in capitulis voci renunciantes indignè agunt.*

19 *Adulator, detractor, vel irrisor si sint causa læsionis, restituere tenentur.*

20 *Particeps criminis, an, quando, & ad quid teneatur.*

21 *Ferens opem ad furtum, tenetur tum ad restitutionem omnium damnorum, tum ad partem rei surreptæ, & 23.*

22 *Cooperantes furto aliquo modo, vt hic, ad restitutionem insolidum tenentur: idem in pluribus ad deprædandum conuenientibus.*

24 *Damnum magnum plures disiunctim inferentes paulatim minima furando, an mortale commiserint, obligatiq; sint restitutioni, & nu. seq.*

26 *Excommunicatio licita est, non nisi pro peccato.*

27 *Defendere qui debet ex officio, & non defendit, ad quid teneatur.*

28 *Præfecti custodiæ vrbis inuentos post sonum campanæ dimittentes, ad quid teneantur, & an peccent, & quid de custodibus confinium, & segetum, nu. 29. & 30.*

31 *Dominus territorii non impediens rapinam, quam poterat, ciuiliter de rapina tenetur, & paterfamilias ex facto familiæ.*

32 *Familiæ nomen, quid hic importet.*

Qui teneatur restituere. Cap. CXXVII.

1 Vicunque † causa est iniustæ actionis, ad restitutionem tenetur. Hoc autem nouem modis accidere solet, qui his versibus continentur. Iussio, consilium, cõsensus, laus, comes. Qui recipit, mutus, non obstans, non manifestans.

2 Primus † igitur est, qui per se exequitur rem, siue proprio motu, siue alieno imperio, vt ministri, & famuli vsurariorum, qui sunt eorũ agentes, qui eorum contractus, & negotia peragunt; etiam si meri executores illorum fuerint, aut famuli, qui solam pecuniam dederint, & pignora, aut solutionem vsurarum acceperint, quamuis ex eo nulla ipsis vtilitas obueniat: quod tamẽ est restringendum ad famulos, qui sciunt pecuniam, quam ferunt mutuam ad vsuram mitti, & quã recipiunt pro solutione vsuræ recipi, & non extendendum ad alios, qui ignorantes faciunt, quamuis sciant suos principales aliquando vsuræ dare solitos, argu. tex. in c. quid culpatur, 23. q. 5. qui prædicti ministri tenentur ad restitutionem etiam ante excussionem principalium.

3 Idem de eo, † qui est internuntius ex parte vsurarii principaliter, vt illi, & sibi vtilitatem comparet, quales sunt communiter proxenetæ: & ratio est, quia mediator criminis dicitur ipsum delictũ committere, quod inducit Domin. in c. 1. de testib. lib. 6. ad statuta de committentibus delictum, vt includãtur mediatores, facit tex. in cap. 1. de offic. deleg. cap. sicut dignum, de homic. & in specie glo. notab. in l. sciente, ff. de parric. dixit quod proxeneta in contractibus vsurarijs potest dici vsurarius in tãtum, quod ad restitutionem teneatur, quam sequitur Barto. in l. prima, §. incidit, ff. ad Turpil. facit tex. in capit. non liceat Papæ, 12. quæst. secunda, text. not. in cap. sicut non suo, 46. distinc. Hoc autem est restringendum ad eos, qui rogarunt, ut daretur ad vsuram, non autem ad eos, qui simpliciter rogauerunt, ut daretur mutuum, nec ad eos, qui rogatu debitoris operam præstiterunt, argumen. text. in l. si quam, C. de oper. liber. Diuus Antoninus, secunda parte, titulo primo, capitu. 9.

4 In casibus autem, in† quibus dicti ministri, & famuli vsurariorum ad restitutionem tenentur, non excusantur eo prætextu, quòd si dicti ministri pecuniã non dedissent, alij eam dedissent, sicut non excusatur percussor, quòd si ipse nõ percussisset, alij eum percussissent. Exempli gratia: Est aliquis habens plures seruos, qui sibi sunt paratissimi obsequi ad nutum, præcipit dominus cuipiam illorum homicidium, aut furtũ facere, quod

per seipsum paratissimus erat illud perpetrare, vel seruus videns herum iam iã furtum committere paratum, vel scelus adornantem, eum sua sponte præuenit, tunc patrator ille sceleris tenetur ad restitutionem insolidum, licet herus ille per se solus facturus fuisset. Nec etiam ab extremo iudicio per iudicem infligendo excusari potest, quòd si homicidium illud non commisisset, vel furtum, alius iussu domini cõmissurus fuisset, ita Nauar.in Manuali,cap.17.nu.20.

5 Secundus est † iubens. Et hoc secuta actione iniusta ex sua iussione, vel probabiliter credatur subsecuta, secundum commu. Doctores, quia vbi solum esset dubium, non esset obligatio: etenim cæteris paribus potior est conditio possidẽtis, l. si ob turpem, ff. de condic. ob turp. caus. Igitur iubens tenetur ac exequens maleficium. Hinc mandans fieri furtũ, uel homicidium, tenetur insolidum, secuto delicto.

6 Quod si reuocauerit † mãdatum, & mandatarius non obstante reuocatione fecerit furtum, vel homicidium, non mãdans, sed mandatarius tenetur, glos. & Docto.in cap.cum quis, de sent. excommunicat.lib.6. Quod est verum, quãdo reuocatio mandati fuerit facta re integra, & deuenerit ad notitiam mãdatarii; bene tamen mandans peccat mortaliter ratione mali mandati, l. si mandassem, ff. manda Barto. in l. si pecuniam, §. si seruum, ff.de cond. causa da.cau. non seq. Docto.in cap.mulieres, de sent. excommunica. Multo magis mandans ad nullam restitutionem fuisset obligatus, quãdo iussio nõ fuisset sortita effectum suũ, licet peccasset mortaliter. Item quando alter esset certus rem faciendam, & in procinctu esset operis, & impediri non possit: Tunc qui diceret, Abi ergo, & fac, non esset causa efficax, quæ ad restitutionem obligaret, secus si iubendo impelleret. Prudentia enim hoc perpendẽdum est, nam & si nequam seruus certus esset homicidium facere, nihilominus si dominus, qui impedire posset, iuberet, aut quodammodo impelleret, non esset liber dominus restitutione, Sotus lib.4.de iust.& iure, quæstio. 7. artic. 3. colum.3.

7 Sed an † idem dicendum sit in ratihabitione, quòd in mandato? vt quemadmodum mandans secuto effectu teneatur, ita & ratum habens maleficium suo nomine factum, teneatur ad restitutionem? Sylue.in verbo, Restitutio, tertio, vers.6. quæritur, inquit, quòd sic: quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato cõparatur, regula, ratihabitio, de regu. iur. lib. 6. Sed mandans delictum committi, eo secuto tenetur restituere, ergo ita & ratum habens delictum suo nomine factum, teneri debet, perinde ac si mandasset. Contrarium tamen verum est, quia vt aliquis sit obligatus ad restitutionem, oportet, vt sit causa, vel concausa efficax illius acceptionis iniustæ, Doct. in d.capit. cum quis. Sed ratum habens non fuit, nec causa, nec concausa, ergo non tenetur, etsi peccauit mortaliter, Medi. C. de restitu. quæst. 7. versic. Ad quartum.

8 Rursum consulens † efficaciter, idest secuto delicto in quocunque consilio damnificandi proximum scienter, vel ex ignorantia crassa, sine quo talia non fierent, D.Thom.2.2.q.62. artic. 3. Sylue. in verbo, restitutio.3. q.6. vers. & similiter secundo, Caiet.in verbo, restitutio. §.2. Sotus lib.6.de iu.& iure, q.7. art. 3. Vnde consulens alicui, ut faciat furtum, qui non erat facturus, tenetur insolidũ, etsi consulatur furtum filiofamilias in bonis patris: & ratio est, quia filius nullum ius in bonis patris viuentis habet, l. si quis à liberis, §.idem, ff.de libe. agnos. ideo nec ius habet in legitima patre viuente, notat Guido Papæ in decis. 486. Vincent.Franc. decis. 135. par. 1. lit. P. Quod ampliatur etiam si eo non consulente non defuissent alii, qui idem, vel peius consuluissent, quia satis est furtum contigisse causa consilii dati, ita Couar. in regula, peccatum, par.2. §.12. num. 2. Sotus d.art.3.

9 Limitatur tamen, † quando consuleret maleficium alicui aliàs facturo sine illius consilio: nam tunc peccaret mortaliter, sed liber esset à nexu restitutionis; cum iam esset delinquens absque eius consilio facturus furtum. §. ope, in vers. non tenetur, de obligat. quæ ex delic. nasc. Bart. in l. non solum. §. mandato. ff. de iniur. Docto. in cap. sicut dignũ, de homic. & in cap. mulieres, de senten. excommunicat. Felyn. in cap. primo, de offic. delega. nu. 10. Immo etiam si consilium datum alicui fuisset adeò leue, & debile, vt tam cum illo consilio, quàm sine illo, adhuc delinquens esset illud facturus, nec consulens restitutioni esset obnoxius, vel in materia excommunicationis excommunicatus, sed tantum peccasset mortaliter. Hinc non comprehenditur in constitutione Sixti V. contra facientes abortus consulens leuiter nihil addendo abortui, quando sine illo consilio iam patratus esset abortus, Nauar. cap. 27. num. 51. 52. in fi.

10 Sed quid † si ille, cui datum esset consilium, erat facturus delictum, sed consulens addidit animum ad maius delictum committendum, v. g. quis erat furaturus centum, tamen ob alicuius consilium furto abstulit 400. Respon. quod tunc tenetur ad illud plus, Couar. regu. peccatum. 2. par. §. 12. nume. 3. de regul. iur. libro 6.

11 Sed vtrum † qui ad euitãdum maius malum consuleret minus malum, teneatur ad restitutionem? Respond. quòd non, v. g. iuuenis iniuria affectus petiit consilium à Francisco, quid facto opus esset, vt honorem recuperaret: cui respõdit inimicum occidendum. Deinde petiit à duobus aliis, qui dixerunt satis esse vulnerare. Secuto vulnere non tenentur ad ullum damnum, nec peccauerunt mortaliter, si nullo modo poterat ille iuuenis ab homicidio cohiberi, & erat certum, quod sine hoc consilio erat facturus homicidium: quia intentio horum duorum erat ad maius malum vitandum, & ita potius ad bonum inferendum. Sic etiam qui ad euitandum maius furtum consuleret minus furtum, ad nullam tenetur restitutionem: quod intellige, quando res tam minoris, quam maioris essent eiusdem domini, v. g. vides latronem pretiosum equum furantem, quem nullatenus cohibere vales, consulis, ut alio minoris pretii sit contentus, tunc censeo ad nullam prorsus restitutionem consulentem teneri: secus vero si res esset diuersorum dominorum, puta ad euitandum damnum, quod Petro datur, consulis ut Paulo minus detur, nam tunc Paulo ad restitutionem teneris. Sotus libro 4. quæstio. 7. articulo 3.

12 Verum † quod diximus consulẽtem homicidium eo secuto teneri, intelligitur si consuluerit in facti specie occurrenti, secus si in communi, Abb. in cap. 1. de furt. & cap. ex litteris. in fi. de exces. prælat. & nos supra in quinto præcepto, vbi multa in hac materia.

13 Præterea † consentiens consensu cooperationis, sine cuius consensu non sequeretur actus, ad restitutionem tenetur. At si actus, vel eo non consentiente, sequeretur, peccaret quidem mortaliter consentiẽdo, non tamen restituẽdi laqueo innodaretur, D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. Caiet. in ver. restitutio. cap. 1. Sotus lib. 1. de iusti. & iu. q. 7. art. 3. Hinc inferuntur multa, & primum.

14 Si agatur in ciuitate (puta Mediolanensi) de faciendo donatiuo iniusto Domino Regi, vbi plurima vota vincunt, l. quod maior. ff. ad municip. & dum dãtur vota aperta, aliqui ex nouissimis videntes vota præcedentium vicisse, & ꝙ eorum votum non prodesset, consentiũt tamen aliis iniusto facinori ad humanũ respectum, peccant mortaliter, sed non tenentur ad restitutionem, Caiet. in verbo, restitutio. cap. primo, Nauar. capit. 17. num. 20. vers. 4.

15 Secundo infertur. Agitur † in capitulo Ecclesiæ cathedralis, uel Religiosorum, vel in plateis sedilium de aliqua actione iniusta cõmittenda, & Canonicorum,

corum, vel Religiosorum, vel nobilium platearum sedilium habentium suffragia consultiua, & decisiua, quidam ibi se cõ ueniunt, quidam dedita opera se absentant. Illorum autem, qui sunt præsentes, aliqui puta duo, uel tres tacent nihil dicentes, reliqui vero omnes consentiunt, s. qui sunt præsentes, & dant vota affirmatiua actioni iniustè. Quidam verò nouissimo loco sedentes expresse consentiunt, quia maior pars consenserat. Ad hoc dicitur, ꝙ omnes Canonici, vel Religiosi, aut nobiles platearũ sedilium, qui expresse consentiunt actioni iniustę pręter peccatum mortale tenentur insolidũ ad restitutionẽ: nouissimi vero, qui ideo consenserunt facinori, ex eo, quia videbant vota præcedẽtium uicisse, & quòd eorum uota nihil prodessent, tantum peccauerunt mortaliter, nisi probabile esset per uota posteriorum prolata, mutanda esse uota priorum, ut sæpe euenire solet. Vel nisi nouissimi subscripserint se actioni iniustæ.

16 Quod nota † pro dominis Regiis cõsiliariis, quia & si non consentiant, si tamen se subscripserint sentẽtiæ, tenentur ad restitutionem, cum etiam nomine eorum fiat executio, Sotus lib. 4. de iusti. & iure, q. 7. art. 3. Nauar. cap. 17. num. 21. si uero maior pars certo non mutaret sua uota, uel ipsis nouissimis contradicentibus adesset probabilis timor maioris mali, puta bonorum, uel corporis, tunc non tenentur contradicere sub pęna obligationis ad restitutionem.

17 Alii uero † de capitulo, uel de sedili tacentes peccauerunt mortaliter, & tenẽtur insolidum restituere, quando ex officio ad id tenebantur: nam tunc pro cõsentientibus habentur. Alii uero absentes, cum sint de corpore capituli, uel de sedili, & teneantur adesse, & contradicere, si non sunt pręsentes, peccant mortaliter, sed non tenentur ad restitutioné, Innocen. in cap. 1. de his, quæ fi. à mai. par. cap. Abb. in cap. 2. de his, quæ fiunt à pręl. facit tex. in l. de ętate. §. qui tacuit. de interrog. act.

18 Hinc † tertio infertur, quòd male faciunt Religiosi habẽtes uocem in capitulo, si humano respectu renuntient uoci suę, quod est tacere, vel se à capitulo absentare, quando uident, quòd authoritas prouidendi per hoc remanet apud eos, qui zelo carent, ut inquit Syluest. in uerbo, consensus. quæstio. 3. in fine, & nec excusantur, si ideo consentiunt; quia non habent tempus congruum ad deliberandum, ut etiam inquit à simili, Sylu. in uerbo, consilium, q. 5.

19 Insuper † adulator, quando ex illa adulatione sequeretur effectus, quod extende ad detractorem, & irrisorem, si sunt causa læsionis, sine qua non, uerbi gratia, si quis irridet aliquem de verberibus receptis, ob quod offensus mouetur ad vindictam, secundum Pet. de Palude.

20 Rursum, particeps † in crimine, qui ex mente D. Thom. 2. 2. quęst. 62. art. 7. & communi, aliquando tenetur ad restitutionem totius damni per fauentem illati, puta cum fuisset causa, sine qua nihil damni fuisset illatum. Aliquando uero non, nisi ad restitutionem partis eius, scilicet, cuius est causa, sine qua nõ fuisset illa pars damni illata, licet reliquũ sic. Et aliquando non tenetur nisi ad restituendum illud, quod ad illum peruenit, & factus est ditior: ut si in præda bona fide participaret. Hinc inuitatus bona fide de alieno uitulo comedens, si propter cõuiuium sumptibus suis pepercit, quos fecisset in cœna propria, tenetur ad restitutionem, aliàs secus. sic qui alieno pallio pretioso usus est, quem titulo emptionis, aut donationis retinebat, superueniente scientia non tenetur ad integrum pallii ualorem, sed ad id tantum, in quo est factus locupletior, idest, ad id, ꝙ de proprio patrimonio impendisset, Couar. in reg. peccatum, in 3. par. in princ. Sylue. in uerbo, furtum. q. 20. Caiet. in uerbo, Restitutio, 1. uers. Tertio. Et aliquando ad nihil tenetur, quando sine illius ope totum damnum inferretur, & nihil ad eum perueniret.

Hinc

21 Hinc † infertur, quod is, sine cuius ope furtum factum non fuisset, tenetur ad restitutionem omnium damnorum, sed si factum fuisset, non tenetur nisi ad id, quod ad se peruenisset, vel eius partis, quæ sine ipso non fuisset illata, & ad nihil, si nihil ad eum peruenisset, Nauar. capit. 17. nume. 20. vers. 2. & 3. contra Caiet. & Sotum.

22 Infertur etiam, † quòd associantes furem ad maleficium committẽdum, item exploratores, & ministrantes scalam, vel arma, aut claues adulterinas furi, vel latroni, vel auxiliantes furem ad exportandas res furtiuas secuto effectu, quando sine ipsis non esset secutum delictum, tenentur insolidum restituere, l. si pignore. §. qui ferramenta, l. in furti. §. ope, & §. opem ferre, ff. de furt. §. ope. Institut. de obliga. quæ ex deli. nasc. l. vulgaris. ff. de furt.

Item si plures communicato consilio conueniunt sub vno duce ad deprędandum, ita vt unus sine alio non iuisset, vel non fuisset ausus furari, secuta præda omnes tenẽtur insolidum, Couar. lib. 1. variar. resol. cap. 3. nu. 12. Nauar. cap. 17. nu. 20. 21. & 130.

23 Rursum † infertur, quòd si quis obuiam veniens latronibus euntibus ad furandum, addidit se socium, secuto furto non tenetur nisi pro rata, quia sine eo secutum fuisset furtum; & si nihil ad eũ peruenit, ad nihil tenetur, quamuis peccauit mortaliter: quia fecit contra charitatem. Sic qui nocte ambulans, & fures inueniens in actu furantes manum admouit scalæ, is inquam non tenetur nisi ad partem, si quam recipit: quia sine eo fuisset delictum secutum.

24 Sed dubium † est, quando non simul, vt una causa, sed disiunctim magnum dãnum dederunt, an culpæ labem, restitutionisque obligationem contrahant, si adeo minutim furati sunt, vt nulla eorũ actio sit peccatum mortale. Exempli gratia, An teneatur ad restitutionem is, qui è uinea, aut horto alieno rem minimam acceperit, verbi gratia, duos, aut tres racemos vuæ, & tandem plures paulatim rem illam minimam ab eadem uinea, vel horto ita abstulerunt, ut ex omnium furto magnum, aut notabile saltem dãnum domino vineæ illatum fuerit, qua in re dicendum est huiusmodi furatiuncula non fuisse peccatum mortale, & per consequens quemlibet eorum veniale crimen commisisse, si ipse modicum illud damnum intulit ignarus damni ab aliis illati, & neque teneri ad illius dãni tam minimi restitutionem, ita Nauar. c. 17. num. 130. Contr. Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 3. nume. 12. præsumitur enim paruam illam rem non auferri contra domini voluntatem propter paruum nocumentum, D. Thom. & Caiet. 2. 2. quęst. 59. art. 4. & propterea ad restitutionem non teneri.

25 Quod † si quilibet dãnũm intulisset, certus de damno per alios illato, ex eo, quod plures simul fuissent vineam ingressi, eo casu mortale crimen quilibet commisisset, licèt non teneatur ad totius damni restitutionem; damni, inquam, per alios illati, nisi fuisset causa totius dãni consilio, vel auxilio, Nauar. cap. 17. num. 130. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 3. num. 12. Verum in primo casu, quando ignorans damni ab aliis illati damnum commisisset, tunc si postea enormis nocumenti restitutio sub pœna excommunicationis præciperetur, quicunque sub pœna peccati mortalis teneretur, vel respondere, vel soluere id tantum, quod accepit; quare qui partem suam soluerit, non teneretur se prodere, quod nota.

26 Quod † si arguas excommunicationis comminationem non esse licitam, nisi pro peccato mortali? Respondetur id esse per se verum ratione culpæ, secus autem ratione emergentis damni, quando sit graue, Sotus lib. 4. quæst. 7. art. 3. Immo etiam si non fuerit cõminata excommunicatio, teneretur restituere, Nauar. c. 17. nu. 130.

27 Rursum mutus, potens, † scilicet, & debens ex officio impedire ex iustitia. Huiusmodi sunt, qui ex assumpto offi-

cio alios defendere tenentur, nam hi satisfacere tenentur de dānis venientibus si ex notabili negligentia eos non defendant, vt domini, qui ob hoc habent redditus; iudices, qui ob id stipendia ferūt, vt iustitiam seruari faciant; patres, tutores, & curatores, Nauar. cap. 17. nu. 21. vers. 4. & ratio est, quia tenentur non solum ex charitate, sed ex iustitia: si enim tantum charitas eos obligaret, & tacerēt, peccarent solū mortaliter. Exempli gratia, Gubernator nauis dum illam seruare potest, quæ sub eius cura est, si causa est illius submersionis, tenetur ad restitutionem: quia ex iustitia tenebatur illam seruare. Attamen si altera, quæ sibi commissa non est, submergatur, licèt ei potuisset succurrere, ad restitutionem non tenetur: quia in primo casu ad id iustitia tenebatur, in secundo præcepto charitatis, quod quidem ad restitutionem non obligat. Item publicani permittentes annuentibus oculis euehi res prohibitas, tenentur ad restitutionem, at euehens non. Sed si euehens pecunia corrumperet publicanum, ambo ad restitutionem tenerentur, sed si tertia persona reciperet pecuniam, ut euehentem non detegeret, vel publicanum, peccaret quidem, sed non teneretur ad restitutionem, Sotus lib. 4. quæst. 7. art. 3.

28 Item † tenentur custodes, vel præfecti custodię vibis iurati deferre quos inuenerint post sonum campanæ, & non deferentes peccant contra iustum iuramentum, sine tamen obligatione restituēdi pœnas, quas accusati incurrissent, neque quod ipsi receperunt, saltē de præcepto, quamuis contrarium teneat Sylu. in verbo, pœna, quęstio. 28. Vbi inquit, quòd si acceperunt ne accusarent, quando erant obligati, tenentur illud restitue re fisco, vel ei, cui erat pœna applicanda, immo tenentur vsque ad complementū pœnæ exigendæ, si accusassent, secundū D. Thom. 2. 2. q. 67. Quod tamen Sylue. limitat, nisi hoc fiat in criminalibus, vbi infligenda esset pœna corporalis, quia si desisterent non per concussionem, sed per compassionem aliquid acciperēt pro non accusando, nō tenerentur illud necessariò restituere, licèt turpiter acciperent, & peccarent; Nauar. tamen c. 25. nume. 34. inquit, quòd id, quod accipitur, ne accusarent, non tenentur necessariò ad restituendum, sed bene tenentur ad damnum, quod ipsi uident fieri ab illis, nec indicauerunt damnum passo contra iuramentum, aut promissionem factam ratione sui officii, Sylu. & Nauar. qui supra, & Sylu. in verbo, restitutio. 3. q. 5. vers. 7.

29 Eadem † ratione videtur dici posse de custodibus positis in confinibus Regnorum, & prouinciarum, & ciuitatum in portandis, & exportandis mercibus vetitis, qui peccant mortaliter, & sunt periuri, & tenentur ad restitutionem vectigalium, quæ illi tenebantur, qui merces deferebant, Nauar. c. 25. nu. 34.

30 Item custodes † syluarum, segetum, piscationis, venationis, pascuorum iurati, aut sola fide à veris dominis astricti fideliter ea custodire, non prohibentes quos inueniunt, contrafacientes peccāt mortaliter, cum obligatione restituendi damna, nisi sciant, & non dubitent illos necessitate, quæ à peccato excuset adductos, id facere, aut cognatione, vel amicitia ita domino coniunctos, vt probabiliter credant id illi placiturum, quamuis sine eius licentia id faciant, secus si credant molestè laturos, quod sine illa id præsumant, licèt si petiissent, eam concessissent, restituere tamen quod ij receperunt custodes non necessario tenentur, Nauar. c. 25. nu. 34.

31 Præterea † ex eodem capite dominus territorii tenetur de rapina in territorio facta ciuiliter tamen, non criminaliter, si sciuit, & potuit prohibere, & non prohibuit, ita est communis opinio secundum Barto. in l. ne quid, ff. de incen. rui. secus si non potuit prohibere, l. prima, ff. si famil. fur. fe. dic. Sylu. in uerbo, Rapina. q. 2. & idem dic de domino, qui tenetur ciuiliter ex facto suæ familiæ, non solum si familia deliquit in ministerio, in

in quo dominus ipse est præpositus, & ipse utitur opera dictæ familiæ: quia sibi imputatur talem eligenti, cum honestam eligere potuisset, l. 1. §. familiæ, ff. de public. sed etiam si non deliquerit in officio domini, nam tenetur in conscientia damnificatis, si est in culpa non corrigendi eam: quia tenetur uerbo, & exemplo eam corrigere, Sylu. in verbo, dominium, q. 6. qui etiam extendit ad nautas, caupones, & huiusmodi, qui tenentur ex facto, & delicto suę familiæ, ut in verbo, nauta.

32 Sed aduertendum, † quòd & si istud nomen familiæ, diuersimode in iure recipiatur, secundum diuersitatem materiæ, tamen hic non propriè sumitur pro constitutis in Dominica, uel patria potestate, nec pro astrictis aliquo vinculo cognationis seruitutis, sed pro liberis personis deputatis ad aliquod honestum seruitium alicuius domini, qui mercenarijs ęquantur, quia seruiunt pro mercede saltem victus, ut est tex. in cap. fin. de verbor. signific. lib. 6. Et contrahitur talis familia communi consensu recepti, & recipientis, & alterius renunciatione dissoluitur, sicut societas, vt Insti. de socie. §. manet.

33 Domini † etiam temporales, qui suos officiales male officiis utentes non corrigunt, & officiis non priuant, tenentur de omni damno inde sequente prætextu officii, Syluest. in ver. restitutio. 3. q. 5. versi. quintum, & septimum. Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 3. num. 5. nisi illis immineat probabile periculum suæ vitę, vel status, vel rerum: quia sicut se, ita & sua plus diligere licet, quàm aliena, Syluest. qui supra, q. 6. ver. & octauo. nam cum tali periculo non tenentur seruare personam, aut statum alterius particularis, quãuis teneantur seruare Rempublicam, quando ratio postularet, Nau. c. 17. nu. 21. versi. 4. sic etiam Episcopus, vel alius Prælatus tenetur ex delicto vicarii, uel officialis delinquentis in officio sibi commisso, ita Rota in decis. 278. quæ incipit, Item si vicarius.

[Quod non sic est in Prelato regulari, 34 nam regularis furans, vel inuadens † aliquid, vel lædens aliquem iniustè, non obligat suum Monasterium ad rei subtractæ, vel inuasæ, vel lęsionis restitutionem; nisi quatenus ad illud ob id peruenirет, iux. glo. vlt. & solemnem in l. si quis in tantam, C. vnde vi. nisi communicato cum Prælato & conuentu consilio id fecerit, vel nisi haberet peculium; nam tunc Monasterium de dolo Monachi tenetur, quatenus esset in eius peculio. Vnde nòn immeritò de damno dato per Monachos habentes peculium coguntur ipsi, vel Monasteria eorum resarcire illud, quatenus peculia sufficiunt, quę res quotidiana est, pręsertim in eis, qui de licentia Papæ extra Monasterium habitant, cum facultate conuertendi in sui sustentationem res quęsitas. ita Nau. de reg. comment. 2. nu. 62.

35 Sed quid si † nouitius deliquit infra annum professionis, quis cognoscet, iudex Ecclesiasticus, an secularis? dic, quod Ecclesiasticus. uide tex. in l. statu liber. ff. de quęst. ubi statu liber sperandę libertatis pręrogatiua ob ambiguum conditionis, non ut seruus, sed ut liber puniendus est, & tex. in c. Religioso, §. quamuis, de sent. excom. inquit, quòd licet infra annum religiosus non censeatur, tractatur tamen ut religiosus, uide Ang. in l. 1. ff. de pœnis.]

36 Pariter † famulus, qui custos est domus, vel ex qua domo latro exiit ad furandũ, vel quam adit, si consentiat unus, vt exeat, alter, ut intret, tenetur ad restitutionem, quia iustitia tenetur resistere, sed si non potest obstare, vel de iustitia non esset obstrictus, secus esset: verbi gratia, vicini domum à latronibus impeti uides, aut à furibus perforari, licet non obsistas dum possis, peccas quidem grauiter contra charitatem, nulli tamen secundum conscientiam subiugaris restitutionis iugo, etiam si facias prauo animo; quia vicinum odio habes, Nauar. cap. 17. nu. 16.

37 Immo † etiam si latro deprehensus in

delicto pecuniam vicino, qui de iustitia non tenetur clamare, traderet vt taceret, non fieret ille secundum conscientiam restitutionis reus, si non pecuniam furto sublatam, sed aliud pretium reciperet; licet in foro exteriori propter præsumptionem condemnaretur: & ratio est, quia iste non contra iustitiam, sed contra charitatem facit, Sotus lib. 4. q.7. art. 3. col.pen. Nauar.cap.17. nu.21. ver.4. Sic etiam qui odio alicuius efficit vt herus eius dimittat eum, qui non potest inuenire alium dominum, vel eum, qui mercedis tantum ei soluat, quantum dimittens, non tenetur ei soluere, nisi efficeret vt herus contra iustitiæ legem ante lapsum temporis conuenti eum dimitteret, Nauar. capit. 17. nu. 70.

38 Prçterea. Non manifestans. † Nam qui obsistere possunt manifestando rem furatam, & non manifestant, tenentur ad restitutionem; quod intellige, si ex officio obligentur, Caiet. in verb. Restitutio, §. non manifestans, Cagn. in l.culpa caret, de reg. iur. Huiusmodi sunt Principes, & Rectores, qui ex officio tenentur conseruare iustitiã, aliàs si ex officio non tenentur, peccant quidem mortaliter, cum faciant contra charitatem, non tamen tenentur ad restitutionem. Hinc multa inferuntur.

39 Et primo, quod † si scio Titium surripuisse bona Caii, vel apud se detinere, vel à Titio interfectum fuisse Caiũ, si producor in testem secundũ ordinem iuris, & dico me nescire, vtique teneor ad restitutionem, vel ad damnũ: & ratio est, quia qui in iudicio requisitus non vult fateri veritatem, quam scit, secundum Bal. in l.presbyteri, C.de Episc. & cler. efficitur testis falsus, & tenetur ad restitutioné; quia ex officio tenebatur respondere veritati: Quod limita, nisi sciret in confessione, c.dilectus, de excess. prælat. vel nisi immineret periculum status, vel propriæ personæ, vel rerum, quia non tenetur de restitutione, sed de peccato tantum, argu. tex. in c. quisquis. 11. quçst. tertia, cap. qui cum fure, de furt. Sylu. in ver. Restitutio. 3. quæstio. 6. versicu. & octauo. uel si ideo iudici non reuelat, quia probare non potest, quia non tenetur quis deferre crimen, quod probare non potest.

40 Quare † officiales occidentes homines, eo quod non reuelant secretũ haud probabile, sunt homicidæ, & consequenter restitutioni obnoxii, & idem, si sine indiciis ponunt ad torturam, & inde ex confessione sua aliquem suspendunt, Sylue. qui supra, vers. Tertium, quod autem diximus de teste iuridice interrogato, qui ex officio tenetur respondere, idem dic, quando sub monitoriis excommunicationis tenetur quis manifestare, nã non manifestando præter excommunicationem, quam incurrit, est restitutioni obnoxius: si uero qui furem scit, dicit se nescire, & hoc ideo, quia non fuit iuridice interrogatus, vel tantum interrogatus à parte, peccat quidem contra charitatem, & ideo mortaliter, sed non tenetur ad restitutionem, quia non ex officio manifestare tenebatur, Nauar. cap. 25. num. 44.

Secundo infertur quod, Tabelliones
41 non † manifestantes legata pia, uel alia debita, tenentur restituere quantum ex officio eis incumbebat reuelare, Alexan. Iason, & alij in l. argentarius, §. vltimo, ff. de eden. Sylue. in uer. Restitutio 3. Tertio, custodes, vulgo dicti Guardiani passuum, uel uectigalium inuenientes in flagrãti delicto extrahentes bona, pro quibus debebant soluere uectigalia, uel bona prohibita, ut equos, uel frumenta extra regnum exportari, non manifestantes tenentur restituere damna illata, ut supra diximus. Sed modo dubium est, An teneantur ad pœnam, siue commissum, in quod inciderant dicti uiatores? Nauar. cap. 25. nume. 34. & 51. & cap. 23. num. 66. inquit, quòd non. Communis uero est in contrariũ, ut asserit Sotus libro sexto, de iustitia, & iure, q.6. art.6. Medi. C. de restit. q. 15. in fin. Sylu. in uer. restitutio. 3. At Menoc. lib.2. de arbit. iudic. mediam opinionem tenet,

tenet, scilicet custodes teneri non ad integram pœnam, sed ad qualem qualem, quemadmodum fit restitutio fructuum immaturorum, qui sunt restituendi arbitrio boni viri, exceptis expensis, & quãto magis fructus sunt vicini perceptioni, siue, vt vulgo dicitur, alla raccolta, tanto magis est æstimandum damnum. Sic quia præcedere debebat sententia cõdemnatoria pœnæ, & post condemnationem tenebantur ad pœnam: ideo fructus, idest pœna, sunt immaturi: cum non sit lata sententia, propterea boni viri arbitrio tenentur. Vnde si certissimum erat eos condemnandos esse ad totam pęnam, quasi ad integram tenebuntur: si vero dubium erat, ad qualem qualem. Et hæc opinio mihi magis placet, vt rationi consona.

42 [Tertio, quid de † ministris Principũ, qui in domibus Principum sunt habentes officia diuersa, euenit, quòd præpositus cellæ vinariæ vinum secretè furatur, uidẽte eo, qui præfectus est custodiæ vestium, ac cubiculario, & quia ad istos cura cellæ uinariæ non spectat, non curant hoc indicare ei, qui possent occurrere, asserentes, Nobis sufficit furto, nec consilium, nec auxilium dare, de cætero nolumus nos parare maleuolos in domo. Hi tales nisi excuset paruitas damni, vel periculum salutis, aut honoris, uel rei pecuniariæ, peccant mortaliter, non tamen tenentur ad restitutionem: quia nõn cõtra iustitiam peccant, sed contra charitatem. Ita Nauar. lib. 5. de furt. cons. 4.]

43 Receptator rursum † ad restitutionẽ tenetur, quando aliquos receptaret scienter, præbendo eis securitatem, ut furentur, etiam si alii essent à furibus inuenti, qui eos receptarent. At si quis hospitio recipiens fures illos non hortatur, aut impellit ad furandum, sed dehortatur potius, nec quippiã furti participat, & sunt circum multa diuersoria paratissima illos recipere, non est in animæ iudicio cõdemnandus. Quando autem ij ad restitutionem obligantur, intelligitur secuto damnó, & si alij partem restituerint, tenentur ad residuum. Quod si non restituerint, tenentur hæredes, in quantum se extendit hęreditas, sicut & ad alia onera, cap. Michael, de vsur. & eadem ratione hęres hęredis in infinitum. Et si hęredes dubitant de publica fama, aut scripturis, vel fideli relatu, tenentur diligenter inquirere; aliàs esset ignorãtia crassa, quę non excusat; quod intellige de dubitatione probabili, & verisimili, & non de leui, & scrupulosa. Hinc dicit Archi. quòd si defunctus licitam artem exercebat, uel patrimonialia tantũ habebat, nec apparet ex fama, vel ex scriptura de illicitis contractibus, seu de alieno, debet pręsumi iustè acquisiuisse; quia nemo iudicandus est immemor suę salutis, 1. q. 7. sancimus, Syluest. in verbo, restitutio. 6. quęstio. 2.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio rei alienæ, quæ erat apud tertiũ, cui facienda, & an vero domino, numero seq. 3. & 4.*

2 *Restitutio est actus commutatiuæ iustitiæ.*

5 *Restituens rem alienam domino, quæ erat apud furem, & dominus, & ipse fur debet admoneri.*

6 *Res sublata filio, vel pupillo, patri, vel tutori restituenda.*

7 *Casus duo, in quibus res non domino, sed alteri est facienda, nu. seq.*

9 *Domino restitutio fieri non debet, cum inde ipsi exitium existere potest, & eo magis in damnum Reip. nu. seq.*

11 *Restitutio pecuniæ, an ei negari possit, qui eam simoniacè sit erogaturus.*

12 *Restitutio pauperibus fieri debet de re, cuius dominus ignoratur; idem de eo, quem adire difficile est.*

13 *In dignitatibus Ecclesiasticis Episcopi, vel clerici forensibus præferuntur.*

14 *Casus septem, quibus restitutio, quæ regulariter fit de consilio, est de necessitate facienda; & quomodo intelligenda regula, nu. seq.*

16 *Paupertatis multa priuilegia.*

Cui

Cui debeat fieri restitutio. Cap. CXXVIII.

1 SI restitutio † fit ex sola re aliena, quæ apud aliquem reperitur, facienda est ei, à quo res sublata est, cap. reintegranda, 3. quæst. 1. siue dominus rei sit laicus, siue Ecclesiasticus, modo sit dispensator, & non dissipator, siue etiam dominus non sit, sed sua intersit ex causa honesta rem nõ esse sublatam, v. g. quia habebat in ea ius pignoris, uel usum, uel aliquid huiusmodi, l. is cuius, ff. de furt. Sylue. in verbo, restitutio. 4. §. primo. huius autẽ
2 dicti hæc est ratio, quia cũ restitutio † sit actus commutatiuę iustitię, per quam ęqualitas cõstituitur inter personas, quę inęqualia habent, hęc autem rerum adęquatio legitimè constitui nõ potest, nisi eidem id reddatur, quod fuerat ei ablatum: verum est tamen, quòd in foro cõscientię veris dominis restitui potest, argum. tex. in l. bona fides. ff. depos. habita necessaria cautione ne prędicti, qui ius pignoris in re habebant, vel usum, vel aliquid huiusmodi, quales sunt creditor, depositarius, vestis fingendę sartor, & rei commodatę commodatarius, & vestimenti lauandi fullo damno denuo restituendi afficiantur, aut alia molestia, ne ue incurrat in iacturam existimationis, fidelitatis, diligentię, aut probitatis, & dummodo illud sine scandalo, & al-
3 terius iactura fiat. Maximè † autem hoc fieri potest, quando aliquis prędictorum habetur suspectus, quòd non restiturus sit domino, aut non sine magna difficultate, aut damno, ut quia est fur, aut versutus, vel prodigus, aut alia simili qualitate affectus, iuxta omnium sentẽtiam, Medi. C. de restit. q. 10. Couar. in regul. peccatum. 3. par. num. 5. Sotus lib. 4. de iust. & iu. quæst. 7. art. 1. & quæstio. 6. art. 2. quia tunc veris dominis restitutio fieri debet, cautè tamen, ne furis persona prodatur.
4 Attamen † si timeretur aliquod damnum personale, honoris, rerum, aut aliqua molestia, tunc furi posset fieri restitutio, iuxta Sotum lib. 4. q. 7. artic. 1. & Nauar. cap. 17. num. 28. Quod idem dicendum, quando probabile esset furem restituturum esse rem vero domino, hoc enim casu licebit rẽ restituere furi: quia rem in pristinum statum reposuit, & ita potest hoc fœdere distinctionis concordari opinio, quæ communis est, scilicet rem debere restitui vero domino. Et altera Nauar. cap. 17. nume. 28. volentis posse restitui rẽ furi. Habes ergo casum, vbi restitutio fieri potest alteri, quàm domino, idest, quando probabile est furem restituturum domino vero rei. Vel quã do latronem times, aut filiumfamilias, à quibus nisi eis reddas vapulabis, aut aliquod graue damnum accipies, nam tunc non teneris cum tuo incommodo red-
5 dere, nisi eis: quando † tamen restituis vero domino, teneris tam latronem admonere, quàm verum dominum, quod talis non tenetur satisfacere pro tali re, ne cõtingat bis fieri restitutionem, si fur forte venerit ad pęnitentiam, & damnificari pœnitentem, vel ne dominus alia via procuret illud habere, Caieta. ad D. Tho. 2. 2. q. 62. artic. 5. Sotus lib. 4. q. 7. art. 1. colum. 2.
6 Præterea est † alius casus, vbi nõ ei, à quo res sublata est, sed alteri restitutio facienda est, v. g. Si rem filiofamilias ademisti: nam tunc patri restitutio fieri debet, l. fi. ff. de aleat. Vel si Monacho, quia Prælato, vel si dominus esset sub tutela, uel cura, nam tunc tutori, vel curatori, si tamen dicta restitutio de facto fieret filiofamilias, vel aliis non habentibus liberam bonorum administrationem, restitutio valida esset in conscientia: ratio est, quia satis est, quòd rem reponat in pristino statu, Archie. Flor. secunda par. sum. tit. secundo, capitu. 5. §. secundo.
7 [Sic etiam † si sit procurator, aut thesaurarius, frumentarius, aliusve officialis, cui res aliquæ commissæ sunt conseruandæ, dispensandæ, aut recuperandæ, aut aliter distrahendæ, quibus ratione

officii incumbit de huiusmodi rebus rationem reddere, & illis si aliquid subtrahatur eisdem, non dominis earum est facienda restitutio.

8 Sic etiam † datur alius casus, vbi restitutio alteri, quàm domino facienda est, vt quando prædo, qui de facto erat in possessione alicuius rei, ad quem spectat de seipso rationem reddere, & ita interim quod non constat ad quem res ipsa pertineat, si prædo restitui petat, & non simul rei verus dominus eandem petat, in foro contentioso restituendus uenit, quamuis non in consciētia, si certum sit rem illam non nisi per rapinam obtinuisse, & ita procedit tex. in cap. in litteris, de resti. spoliat. scilicet, quòd prędo secundum iura est restituendus, idest de prędone occulto, quia si esset notorius non restituendus, sed suspendendus esset, Medi. C. de restitut. quæstio. 2. vers. de eo.]

9 Rursum, † si restitutio vergeret in nocumentũ ipsius domini, vel alterius. Vt si gladium à me insanus petat, ut se, vel aliũ interficiat, tunc illi reddere non debeo, facit text. in cap. ne quis arbitretur, vers. illud, 22. q. 2. Vbi ob euitandum scādalum non est alicui propria res restituenda, nempe gladius, si illum habens suspicetur dominum malum aliquod cōmissurum, text. ad idem in l. bona fides. ff. depos. Et hoc si sine meo incommodo possum: Non enim teneor subire periculum, quod ille mihi affert, si non reddo. [Pari ratione liceret artifici, si à Turcis, seu infidelibus esset coactus, triremes fabricare, si non fabricādo sibi immineret mors præsens: modo tantum impendat operis in illis fabricandis, quantum suæ vitæ conseruatio requirit, facit glossa sing. recepta in cap. de cætero, de homic. quæ affirmat, quod qui remotam causam prębet homicidio, non est irregularis. Quare cum prædictus faber fingendo triremes, causam ualde remotam pugnandi contra Christianos videatur præbere, fit ut non peccet: modo non fingat illas ea mēte, immo nolit eas contra eos dirigi. Hanc opinionem, & in fortioribus terminis tenet Innoc. Ioan. And. Hosti. Anch. in cap. significauit, de Iudę. qui omnes admittunt, quòd si aliter non possum redimere captiuos, possum eos redimere, transmittendo Saracenis arma, quibus possunt Christianos impugnare, ergo multo magis huic captiuo licebit prædictum opus indifferens præstare dominis suis ad redimendam vitam propriam, & hoc ut ibi inquit Anchar. citra culpam. Sed vt ad rem redeamus, furioso non esset reddendus gladius, quando se, uel alium occideret.]

10 Immo & eadem † ratione, immo maiori denegare debeo, quando in præiudicium Reipublicæ id petit. Vt qui amplam pecuniam deberet Tyranno, quam ipse ut exercitum in internitionem Reipublicę armet, petit, tenetur ei tunc temporis denegare. Si uero dominus pecuniam suam petit ad scortandum, vel illicitè ludendum, tunc de iustitia reddere teneor, quandoquidem reddendo nullius sum iniuriæ causa, sed ex charitate debeo rei proximi consulere, atque si possum restitutionem differre vsque ad aliud tempus.

11 An † autem denegare possim, ut non restituam Titio pecuniam, quia ille vult simoniacè emere Cardinalatum, uel liceat mihi ad hoc illi mutuo dare, Caiet. tenet in vtroque casu, quòd nō licet reddere pecuniam, attamen Sotus in re deposita tenet, quod reddere debeo, quæ opinio est magis probabilis ob rationes ab eo adductas.

12 Si autem † scitur dominus, sed difficilis est ad eum accessus, vel non, sine periculo, & scandalo fieri restitutio potest, Christo, idest, pauperibus est erogandũ, & his magis, qui sunt in loco, vbi res sublata est, quàm alienigenis, Barto. tradit in l. 2. C. de anno. ciuil. lib. 11. facit glo. in cap. si pater, in verbo pauperes, de testamen. lib. 6. tex. in §. si quis autem pro redemptione, in Authen. de Ecclesia. tit.

13 [Facit † glo. in cap. si proponente, de rescript.

script. & text. in cap. nullus, & cap. obitum, distin. 61. vbi Episcopus debet eligi de eadem ciuitate, si reperitur idoneus. Sic etiam in beneficiis conferendis: nam clerici, qui sunt in patria (si idonei sunt) debét forensibus præferri, ut notat Abb. in cap. ad decorem, in fi. de institut. cap. bonæ, el secondo, de postul. prælator. in 13. not. & in capit. ne pro defectu, in glo. fin. de elect.] Hoc autem, quòd restitutio fieri debeat pauperibus, qui sunt in loco, vbi res sublata est, saltem tenendum est de honestate. Sed tunc in prædictis casibus pauperibus restitutio facienda est, postquàm expectatum est tan tum temporis, quantum satis est, ut dominus rediturus speretur, & interim res apud se custodiri debet, vel apud iudicé deponi. Sic etiam pauperibus facienda restitutio est, quando nescitur dominus, & esset ignotus, Sotus lib. 2. de iustit. & iure, q. 7. artic. 1. & in his casibus dicta restitutio, quæ facienda est pauperibus, est de præcepto, quamuis illa regulariter sit de consilio, ut refert Nauar. cap. 17. num. 30. ver. 3.

14 Immo † prẹter hos casus sunt plures alii, quorum primus est, quando esset hoc à iure particulariter expressum, ut in simonia reali, nam tunc regulariter facienda esset restitutio Ecclesiæ, in cuius iniuriam acceptum est: secus tamen de simonia mentali: siue sit mentalis tantum contra omnem conuentionem, siue peruenerit ad dationem, citra omnem conuentionem: nam non obligat ad restitutionem, Nauar. cap. 23. num. 102. vers. 3. contra Sotum.

Secundus casus, vbi restitutio de necessitate facienda est pauperibus, est in rebus inuentis restitutioni obnoxiis. Nam si facta prius debita, & morali diligentia inueniendi dominum, nempe affigendo schedulas in plateis, uel in parochia, aut aliter, non inuenitur dominus, debet fieri Christo, idest eius pauperibus: Christus enim est loco hæredis. ita Abb. in c. cum tu, de vsur. D. Thom. 2.2. quæst. 62. artic. 5. ad tertium, Sotus lib. 4. quæstio. 7. artic. 1. nisi inuentor sit multum pauper, quia tunc de licentia sui Confessarii illud sibi retinere potest, Syl. in uerbo, inuentum. quæst. 1. vers. primo. Immo nec requiritur aliqua licentia, dúmodo vere pauper sit, Abb. in c. primo, in fine, de cohab. cler. vel mulier. Bald. in l. id quod pauperibus. quæstio. 22. C. de Episco. & cler. Cardin. in clemen. prima, de testamen. Nisi restituens non esset timoratæ conscientiæ, quia tunc debet fieri restitutio arbitrio Confessarii. Non tamen necessaria est licentia Episcopi, quamuis sibi reseruet restitutiones incertas, quia illa reseruatio intelligitur de absolutione peccati commissi ob illarum non restitutionem, vt infra suo loco dicemus.

Tertius est, vbi restitutio de præcepto fieri debet, quando de hoc esset facta iudicialis condemnatio.

Quartus, quando aliquid pauperibus relictum, vel donatum fuerit.

Quintus in vsura, quando domini, vel hæredes, quibus restituendum esset, non inuenirentur, hæc colliguntur ex dictis Archiep. Flor. in 2. par. suæ summæ, præsertim tit. 1. c. 23. §. 4. §. 8. & 10. ac 14. & tit. 2. cap. 1. Sylu. in uer. eleemosyna. q. 4. ver. Aduertendum, & in ver. Restitutio, 2. §. 2. Nauar. c. 17. nu. 3. vers. 3.

15 Habes † ergo mi lector, casus septem, in quibus restitutio facienda est de necessitate, quamuis regulariter sit de cõsilio. quæ regula, ut facilius intelligatur, intelligenda est tunc faciendam esse de consilio, scilicet, in his, quæ fuerunt turpiter data, quæ verè dominum non habent cognitum, uel incognitum, sed neque unquàm habuerunt post instans, quo fuerunt acquisita, verum in aliis, quæ post tale instans habuerunt dominum, licet fortè non habeant modo, ut quia obiit, & non habet hæredem, dicta regula non procedit; quia D. Tho. 2.2. quæstio. 32. artic. septimo, intendit necessario restitutionem faciendam eo modo, quo potest, idest dando in eleemosynas pro eius anima, quando dominus est ignotus,

pauperibus, Sylu.in ver. restitutio.8.q.2. cum multa ob paupertatem sint concessa priuilegia.

16 [Et primum ratione † paupertatis differtur solutio, & præstatur absolutio, d.c. Odoardus. Item propter paupertatē excusatur testis à testimonio, qui aliàs non excusatur, extra de testibus, cap. si qui testium. Item propter penuriam excusatur quis à restitutione vsurarum, extra de vsur.c.cum tu, §.penult. Item excommunicatus propter paupertatem non cogitur ire ad Sedem Apostolicam pro absolutione, extra de sent.excommun. cap. quod de his. Item excusatur quis propter eam ab appellando, & prosecutione appellationis, extra de procur.cap.penul. ff.mand.l.procuratorem, §.si ignorantes. Item propter eam dantur alimenta, quæ aliàs non pręstarentur, ff.de inoffic.testa. l.si instituta, §.de inofficioso. Et multa super cibariis, & alimentis in fauorem pauperum sunt introducta, de quibus legitur, ff.de alim. præst. l.1. & quasi per totum. Item remittitur pœna pecuniaria alicui pauperi, quæ aliàs non remitteretur, si pauper non esset, ff.de offi.præsid. l.illicitas, §. pen. Item propter eam remittitur satisdatio, quæ aliàs non remitteretur, ff. si cui plusquam per leg. Falcid. l.si non Falcidiæ. Item propter eā remittuntur expensæ, quæ alias non remitterentur, ff.de rei vendi.l.in fundo. Item facit valere legatum, quod aliàs non valeret, C.de Episc.& cler.l.id quod pauperibus. Item benigna interpretatione datur pauperiori loco, vel Ecclesiæ, de quo nō fuit cogitatum, C.de Episc. & cler. l. si quis ad declinandam. Item absoluitur quis à uoto adimplendo propter paupertatem, quod aliàs non fieret, extra de uoto, c. super his, & c.ex multa. Item propter eam fuit cessionis beneficium introductum, C.de cess.bonorum, l.1. Item pœna confiscanda pauperibus erogatur, quæ aliàs non erogaretur. Item bona clericorum pauperum sunt, C. de Episco. & cler.l.2. Vnde gloria Episcopi est pauperū necessitatibus prouidere. sacrilegium est accipere quod pauperibus ærogatur, 12.q.2. c.gloria Episcopi. Item propter eam non cogitur restituere quis illud, quod non potest, extra de restitu.spolia.cap.olim.2. Et tandem de paupertate & eius priuil. habetis per Archid.in cap.pauper.11.q.3. & in cap. statutum, §.insuper, de rescri. in sexto, & in nostris Sermonibus, in Dom. 5. post Pentec. ser.2.de paupertate. Item per Archid.in c.hæc autem.dist.31. nu. 3. 4. & 5. vbi etiam addit priuilegia diuitiarum.]

SVMMARIVM.

1 *Restitutio rei illicita acquisita præter proximi voluntatem damnificato facienda, & quid de illicita, sed cum dominī voluntate.*

2 *Rei elargitio illicita ex parte recipientis, an recipientem ad restitutionem obliget.*

3 *Iudex, tabellio, vel testis plus accipientes ratione officii, illud plus tenentur restituere.*

4 *Cui sit restitutio ex datione illicita ex parte vtriusque.*

5 *Restitutio ratione rei simoniacæ, Ecclesiæ facienda est, fallit in casu, nu. seq.*

7 *Pignus, vel furtum, an rectè per tertium restituatur domino.*

8 *Diligentia præmissa, & non inuento hærede domini rei, si tandem hæres compareat re elargita in pios vsus, an res sit restituē da, distingue vt hic.*

9 *Creditor ignotus quis, & quando dicatur.*

10 *Res casu inuenta domino ignoto, & indagatione præmissa, cui restituenda.*

11 *Creditor si longe absit, cuius expensis facienda sit restitutio, & nu.12. & quid si tantundem esset expendendum, quanti res valet, vel esset parui momenti, nume. 13. & 15.*

14 *Mutuum propriis expensis debitoris ad creditorem mittendum est.*

16 *Res proprio motu à debitore creditori missa, cui pereat.*

De

De restitutione ex iniusta acceptione. Cap. CXXIX.

1 SI restitutio † fit ex iniusta acceptione, & tūc aut quis obligatur restituere ratione illicitę acquisitionis, quę si fit cum iniuria, & contra proximi voluntatem, vt in furto, rapina, & fraude, & huiusmodi, tenetur quis indistinctè damnificato, cap. si quis, lo secondo, de iniur. Si vero sit illicita cum proximi uoluntate, & tūc aut est illicita acceptio respectu causę, aut personæ. Si respectu causæ, vt quando datur meretricibus, aut maribus, de consilio dandum est pauperibus, si tamen non restituit, sed tenet sibi, non est mortale, Sylu. in ver. restitutio. 4. nu. 1. colum. 2. Quod intellige, nisi esset aliquid extortū per fraudem, aut dolum, nam tunc tene-
2 tur amasiis reddere. Aut datio † est illicita ex parte recipientis, verbi gratia: Datum est aliquid Sempronio, vt faciat id, ad quod tenetur, puta ut restituat inuentum, & tunc accipiens tenetur restituere danti, l. 1. & 2. ff. de cond. ob turp. cau.

[Si vero data est pecunia alicui, ne peccatum committat, quod est alteri perniciosum, & iniuriosum, puta ne homicidium, aut furtum faciat, & tūc nisi dans repetat, potest illam pecuniam tuta conscientia retinere: & ratio est, quia lex nō prohibet translationem dominii rei datæ, ne maleficium fiat, sed tantum concedit repetitionem, vt in ludo diximus. Idque in odium illius criminis, ne homines iniurias, quas in alios meditātur, pretio uenderent. Vnde quoties alicui datur repetitio, nec repetit, videtur renunciare iuri suo, gratisq; omnino donare, & qui accipit, potest illud tuta conscientia retinere ex quodam dantis cōsensu, ita Sotus de iusti. & iure, lib. 4. q. 7. art. 1. Nauar. c. 17. nu. 34. per tex. in l. ut puta, ff. de cond. ob turp. cau.]

3 Potest † etiam esse causa illicita ex parte recipientis, quando iudex, scriba, tabellio, & testis, atque alii, quis plus ratione sui muneris publici suis mercedibus recipiunt, verbi gratia, quia accipit, vt rectè iudicet, aut rectè testificetur, aut suū vero domino reddat, tunc illud plus restituendum est danti, siue damnificato, cap. non sane, 14. q. 5. Nauar. c. 17. num. 33. Et si iudex non restitueret, & tunc tenetur dominus, qui posuit, attamen si communi existimatione omnium bonū elegit officialē, sed in officio corruptus fuit inscio domino, tunc dominus non tenetur, ita Ioan. Fab. in §. fin. Instit. de soc. glo. in c. cūm apostolica, in ver. præfuturum, de his, quæ fiunt à præla. Alex. in l. Barbarius. ff. de offi. præto.

4 Aut datio † est illicita ex parte vtriusque, exempli gratia, quia datur ad corrūpendum iudicem, & tunc non tenetur restituere danti, quia in pari causā turpitudinis, potior est conditio possidentis, l. si ob turpem. §. porro. ff. de cond. ob turp. cau. Sed in foro pœnitentiali erogare debet pauperibus, 14. q. 5. c. non sane, quæ quidem restitutio non est de pręcepto, sed de consilio, vt pulchrè contra cōmunem tenet Nauar. c. 17. nu. 30. vsque 33.

[Et hoc intellige causa subsecuta, si tamen causa turpis non est subsequuta, tunc eidem danti est restituēdum, quod ob illam causam fuerit acceptum. Ratio primi est, quia qui ob illam causam donauit, causa subsequuta uisus est à se omnino dominiū rei datæ abdicare, igitur non est sibi reddenda. Ratio secundi est, quia non donauit, nisi ob causam illam, igitur illa causa non subsistente non est uisus à se rem sic donatam abdicare, ergo sibi est in conscientia reddenda. Et quamuis homo ob turpitudinē suam dignus sit, qui re sua priuetur, non tamen ideo priuatus est: cum aliud sit hominem dignum esse priuari, aliud vero ipso facto priuatum esse, cum secundum Aug. peccator non sit dignus pane, quo vescitur, ita Medi. C. de restitu. q. 2. §. de eo. vers. si ob causam turpem.]

5 Aut † datio est illicita ex parte utriusque, non quia actio, quæ emitur sit iniuriosa, sed quia non est æstimabilis pecunia,

nia, quemadmodum datio simoniaca, & tunc, vt diximus supra, c. præcedenti, debet de necessitate fieri ecclesię restitutio, in cuius iniuriam data est pecunia, [de si
6 mon. c. de hoc autem. † Quamquam aliquando est restituenda ei, qui dedit, c. ueniens, eo. titu. quod accidit, quando quis cupit Deo in monasterio seruire, & fratres eum seducentes aliquid ab eodē extorquent, quasi aliquando de consuetudine debitum, cum debitum non sit, tūc uenit ille restituendus, talis uidetur fuisse casus in c. veniens, contentus.] Si vero ex sola acceptione iniusta restitutio fieri contingat, vt in vsura, tunc fieri debet damnificato, quod procedit etiam, si quod extorsit, prorsus perierit, nihilque vtilitatis ex eo habuerit, secundum D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 6. duobus scilicet concurrentibus, vt sit iniusta acceptio, & dānum sequatur ex illa. Vnde † qui pignus
7 furatur à mercatore, posset in foro consciētiæ domino pignoris restituere; dummodo mercator damnum non patiatur. Similiter qui furto rem subtractam furetur, si domino restituat, exemptus est ab onere restituendi, duntamen fur intelligat se amplius nō teneri ad restitutionē. Si persona, cui fieri debet restitutio esset mortua, tunc hæredi fiat, glo. in c. cū tu, de usur. quia ipse defuncti personam gerit, & quod ei cōfertur, datur defuncto.

8 Sed † dubium est, qui inuestigatis hęredibus, nulloque inuēto, restitutionem in pios vsus conferat, an postea reperto hærede, qui inuentus non fuerat, ei nihilominus debeat restituere? Resp. quod si restitutio est alicuius ponderis, hæresq; non inuenitur, facta debita diligentia res deponi debet corā publica potestate, quæ si eius authoritate in pios vsus expendatur, tunc restituens tutus erit in consciētia, atque in foro exteriori. In rebus autem leuioris momenti non est tam diligens indagatio necessaria, Sotus lib. 4. de iusti. & iu. q. 7. art. 1. ver. solutio tertij argumenti, secutus Sylu. in ver. restitutio. 8. q. 4. Franc. in c. quamquam, de vsu. lib. 6. nu. 6. Vbi ponit quæstionem, Quid si facta erogatione, & restitutione de rebus usurarii pauperibus, apparēt illi, quibus fieri debet restitutio, & de hoc fidē faciunt, an debeant audiri. Et inquit, φ sic, etiam post lapsum termini, si res est integra, & sic si Episcopus nondum restituit, debet illis restitui, à quibus fuit extortū. Sed si executio, & distributio erat iam facta ipsis pauperibus, & tūc Episcopus non tenebitur de suo satisfacere, ex quo bona fide erogatio est facta pauperibus, nec etiam vsurarius tenebitur illa ulterius restituere. Posset tamen ille, cui debebat fieri restitutio per cōdictionem sine causa repetere à dictis pauperibus, argum. l. fin. in fi. ff. quod met. cau. & quod no. Innoc. in c. grauis, depositi. & glo. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mand. vide Lapum in sua alleg. 74.

Si autem creditor est ignotus, & nescitur, tunc pauperibus de necessitate facienda est, vt diximus supra, c. præced.

9 Ignotus † vero creditor non dicitur is, cuius debitor nullam habet notitiam, vel memoriā, sed is, qui facta diligenti inquisitione, qualis fieri debet ab homine diligenti, inueniri non potest. Quapropter qui absque inquisitione rē alterius pauperibus dedisset, non satisfaceret, & teneretur inuento domino rem restituere, & sibi ipsi imputet qui imprudenter dedit alienum, glo. in reg. peccatum. ver. restituatur, de reg. iur. lib. 6. Sylu. in ver. restitutio. 8. Caiet. 2. 2. quęst. 62. art. 5. in resp. ad tertium. Quinimmo qui per iniuriam restituere tenetur, suis propriis sumptibus diligētiam facere tenetur, Panor. in capitu. cum tu, de vsur. Sotus lib. 4. quæst. 7. artic. primo. Hoc vero pertinet ad coemptores, negociatores, falsamentarios, qui minutim quoslibet defraudant & expilant, atque ad eos, qui urbem iniusto bello in prædam dederunt. Nec creditor ille omnino ignotus censeri debet, quādo compertū est isti, aut illi certo deberi, verbi gratia, duo ad cauponam tuā accesserunt, & certus es alterutrum defraudasse: Vel fraude lucratus es ludens, si forte scire nequeas, vtri eorum tenearis

tis restituere, tunc debes restituere vtrique, quod si res nõ patiatur diuisionem, puta, si diuisa nihil prodesset, & unita aliquando releuaret, tunc forte restituenda esset, vt aliquis accipiat, Sotus lib.4. de iustitia, & iure, quæst.7. artic.1. ad tertium argumen.

10 Hinc etiam † patet, quid faciendum est de casu inuentis, nam facta diligenti inquisitione si dominus nõ inuenitur, debet dari pauperibus, vel si ipse est pauper, potest sibi in parte, aut in toto retinere illa saltem de consilio Episcopi, aut confessoris, ac etiam propria authoritate sine onere orandi, aut pia faciendi pro anima eius, cuius erant, Nauar.c. 17.nu.170. & seq. & nu. 93.

11 Si vero † creditor, cui facienda est restitutio, longe abesset à loco, vbi debitor habitat, & domicilium habet, glo. in cap. cum tu, de vsur. expressim tenet restitutionem faciendam esse expensis creditoris absentis, quo in loco Panor. & Doct. communiter hoc verum esse opinantur, quando creditor abest à loco, vbi damnũ illatum fuit, vel in quo debitor iniquè rem ab eo extorsit; cum ipse debitor non mutauerit domicilium: tũc enim expensis creditoris faciẽda est restitutio. Quod si debitor ipse à loco, vbi rem extorsit, vel damnum dedit, ibi manente creditore discessit, tenebitur propriis expensis restitutionẽ ipsam ad executionẽ deducere.

12 Et † tamen quoties restitutio expensis creditoris absentis fieri debet, omitti profectò poterit, atque suspendi, vel differri, si plus, vel tantundem expendendum est in restitutione facienda, quantũ res ipsa principalis iustè valet, & æstimari potest, glo. in d. cap. cum tu, quam Doctores communiter probant. Cæterum hæc distinctio locum habet in eo, qui iustè, & voluntate domini debitor est, & ideo qui iniquè rem alienam habet, & ratione acceptionis iniustè ad restitutionem tenetur, subiturus est onus expensarum, & omne damnum, quod ex restitutione processerit, cum absque ulla distinctione obligetur dominum possessorem facere rei propriæ, idcirco parui refert, quod creditor post furtum, aliamve iniquam acceptionem à loco, vbi damnum illatum est, discesserit, secundum Caiet. 2.2.q.62. art. 5.

13 Sed † prætermittendum non est, quod cum perfecta restitutionis executio in hoc tendat, quod creditori nullum damnum sequatur ex iniqua acceptione alterius; hoc enim verè est restituere, nec tamen eidem debetur lucrũ aliquod: hinc si creditor nullas facturus esset expensas in exportandis rebus, quibus spoliatus fuerit, vel quia absque illis expensis eas secũ tulisset, vel ante discessum, nisi damnum ei illatum per iniuriam foret, eas vendituris esset, tunc quidem debitor tenebitur ad expensas, quæcunque illæ necessariæ sunt ad restitutionem. At ubi creditor ipse in exportandis rebus etiam si eis priuatus non fuisset, expensas nihilominus facturus esset, ad has certe tenebitur ipse creditor, & non ad maiores, Couar. in reg. peccatum, par. 1. nu.7.

14 [Hinc sequitur idẽ dici in debito † ex contractu mutui, quod si mercator mihi Capuæ aliquid mutuauit, & Romam abijt forte non rediturus, tunc demum teneor Romam mutuatum meis propriis expensis mittere, si mercator erat rem, quam mutuauit, secum Romam cũ expensis portaturus, alias Capuæ, vbi mutuum acceperam, reddam, seu deponam. Secus tamen est in deposito reddendo, nam in omni euentu illud non oportet ad dominum, qui à loco recessit expensis depositarij mittere. Immo nec tenetur depositarius mittere, sed satisfacit, si paratus sit domino petenti illud reddere. Domino tamen incũbit pro re sua apud alium deposita mittere: alioquin depositarius iniustè grauaretur, qui potius mercede, quam grauamine dignus est, Medi. C. de resti. q. 2. §. ad id. ver. itaque.]

15 Creditor † etiam si distat, & faciliter, atque fideliter res, quæ restituenda est, transmitti ad eum non posset, atque esset parui valoris, vel quid modicum respectu eius, cui debetur, vel si sumptus

excedunt summam rei, vel æquarent, immo si parum deficerent, adeo quod residuum esset modicum respectu eius, cui debetur, posset dari eius propinquis pauperibus, vel paruo cœnobio, cum pacto, immo sine, vt veniente domino ei restituatur, si res seruari posset, D.Tho. 2.2. q.62.art.5.ad tertium, Sotus lib.4. de iustitia, & iure, q.7.art.1.Sylu.in ver. restitutio.4.q.4. qui etiam inquit quod quan
16 do † debitor suo proprio motu rem domino mittit, & perit, tenetur domino satisfacere. [quod intellige de re debita, & per debitorem missa per nuncium infidelem, & sic non est contra tex. in cap. significante, de pignor. Hinc Anton. de Butr. & Panor. pro concordia illius tex. ita distinguendum putant de re debita, & per debitorem missa, an res in specie erat, an non. Si primum, iterum est videndum, an nuntius, per quem debitor rem illam mittebat erat in communi hominum opinione fidelis, cui tuto res huiusmodi committi poterat, vel non. Si primum, tutus manet, & liber in cõscientia, qui rem alienã suo domino per nuntium fidelem misit, de quo suspitio instè haberi non poterat: Ratio, quia cum res aliena esset eius, scilicet cui mittebatur, & non mittentis, si perit, non mittenti, sed domino, cui mittebatur, debet perire: cum ipse mittens in culpa non fuerit. nã nuntii malitia mittenti nocere non debet, vt in eodem capitulo communiter dicunt Doctores. Si autem nuntius talis erat, de cuius fidelitate meritò poterat suspicari, tunc ob culpam mittentis ipsi, & nõ domino, cui mittebatur, interitus est imputandus: quemadmodum res commodata, aut deposita, aut locata sine culpa commodatarii, aut depositarii pereat, non ipsi, sed domino, cui res erat, perit, cap. vnico, commo. Si autem debitum alterius generis erat, vt pecunia, aut res alia, quæ functionem admittit, tunc siue nuntius fidelis sit, uel non, si infideliter se habeat, nõ manet debitor ab obligatione, qua creditori tenebatur, immunis: ratio est, quia res huiusmodi, vel pecunia ad creditorem missa nondum ad dominium creditoris, sed debitoris pertinebat, ideo non creditori, sed debitori perire debet. & procedunt hæc, quando debitor rem debitam per aliquem nuntium mittit, qui à creditore is determinatus non erat, secus si ab ipso determinatus erat, quia tunc si pereat, qualiscunque sit, creditori perit, ita Medi. C.de restit. quæst.2.§.ad id, quod tertio, vers.occurrit tamen.]

SVMMARIVM.

1 *Res, si extat, ipsa in specie restitui debet, fallit tamen, vt hic.*
2 *Restitutio rei per Confessarium fieri debet secreto, persona non expressa, & si non fit, restituens an liberetur.*
3 *Restituere cum periculo famæ, an quis teneatur.*
4 *Emens bona fide rem alienam, ad quid teneatur re bona fide alienata, & ad quid donatarius.*
5 *Emptionis, vel donationis titulo rem acquirens, dubitans an sit aliena, an eam vendere possit.*
6 *Emens mala fide rem alienam, ipsam, vel æquiualens restituere tenetur, & quid si sit inops restitutioni obligatus, numero sequen.*

Quid reddendum. Cap. CXXX.

1 Reddendæ † sunt res, & damna. Si res extat, in specie ipsa restituatur, c. si res aliena, 14.q.6. quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest, l.2. §. mutui datio, ff.si cer.pet.l.manifesti, & l.eum qui, iuncta l. cum à quo, C. de solut. Quę quidem conclusio duas habet declarationes: prima, ut non procedat, quando res perierit, vel sit deteriorata, quo casu tenetur ad æquiualens: secunda, nisi periculum immineat scandali, vel maioris mali; nam tunc non est restituendum idem in specie, quamuis res extet, sed bene tenetur satisfacere per æquiualentem valorem,

lorem, Caiet. in ver. restitutio. c. 7. circa fin. Sylu. in ver. restitutio. 3. Sotus lib. 4. de iusti. & iure, q. 6. art. 3. Nauar. cap. 17.
2 num. 14. vel si rei, † quæ extat sit restitutio, debet per Confessarium secreto, & cum effectu fieri, dummodo in notitiam non ueniat persona, quæ restitutionẽ facere debet, quia tunc Confessarius (vt dixi) debet secreto restituere æquiualentẽ valorem. Veruntamen animaduertendũ est, quod si Confessarius, vel alia quęlibet persona non restitueret, non liberaretur debitor ab obligatione, ut exprimit Archiep. Flor. secunda par. tit. 2. c. 4. §. 1. Vnde consultum fuit, syngrapham Confessarium à creditore accipere, in qua cõfiteatur se accepisse tãtam summam pro N. pro solutione eius, quod sibi debebat sine nominis expressione, & eam pœnitenti tradere. Immo in hoc casu restitutio differri potest, quousque inueniatur persona talis, per quam fideliter, & secreto fieri posset, Nauar. c. 17. nu. 78.

3 Si autem † per Confessarium uel aliã tertiam personam restitutio fieri non potest, quia periculum est famæ, tunc Caie. 2. 2. q. 62. art. 6. in responsione ad secundum inquit, quod cũ pecunia sit res inferioris ordinis, fama autem superioris, non tenetur restituere pecuniam, sed nacta oportunitate cõgrui mediatoris restituat, uel ęquiualens boni uiri arbitrio, quamuis nõnunquàm quis etiam cum periculo famæ pecuniam restituere teneatur, secundum Sotum lib. 4. de iustitia, & iure, q. 6. art. 3. colum. 8. uerbi gratia, furto abstulisti amplam pecuniã, adhibita omni diligentia restituere occultè non potes, etiam cum periculo famę restituere debes, si denudari illa pecunia graue damnum esset creditoris. Hæc autem res aliena debet restitui uero domino, siue quis illam bona fide habuerit, siue non.

4 Quod † si bona fide, uerbi gratia, emit equum, credens illum esse uendẽtis, qui non erat, si equus fuit alienatus eo tempore, quo bonam fidem habuit, non tenetur ad rei ęstimationem, sed tantum ad id, quod ex equo ad eum peruenit, ita ut factus sit locupletior, l. nam & hoc natura. ff. de condic. indeb. Vnde si rem ipsam alienauerit pro eodem pretio, quod ipse furi dederat, in nihilum tenetur; etenim pretium istud furtiuum non est, l. qui uas, in fi. ff. de furt. Sed si donationis titulo rem furtiuam habuerit, & alteri donasset, in nihilum tenetur, at si eam vendiderit, pretiũ acceptum tenetur domino restituere, l. si & rẽ. ff. de peti. hær.

5 Qui † vero dubitat rem esse furtiuam, poterit eã accipere titulo emptionis, aut donationis: modo animum habeat restituendi eam uero domino, quoties eam esse alienam compertum fuerit, quam etiam præmissa diligenti inquisitione, an res furtiua sit, poterit is alteri uendere, aut donare, dummodo emptorem, aut donatorem admoneat huius dubii, quod ipse habet, alioquin si non admonuerit, tenebitur ad damnum, quod ex hac emptione donatori, uel emptori uenerit; cũ fraude uideatur uitium rei tacuisse, sed qui dubitat an licite possit emere rẽ absque peccati culpa, quam dubitat esse furtiuam, si emeret agens contra hoc dubium, & non deponens, peccaret: quia faceret contra conscientiam, hæc Couar. in reg. peccatum, parte secunda, §. 12. nu. 3. & 4. Si uero nec uendidit, nec donauit rem furtiuam, sed illam apud se habet, tenetur domino restituere etiam nõ habito pretio à domino ipsius rei, l. inciuilem. C. de fur. Sylu. in uer. restitutio. 3. q. 7. habet tamen actionem contra uenditorem rei alienæ.

6 Quod † si mala fide emit rem alienam cupiditate lucri, tenetur illam restituere, si habet, etiã si esset deteriorata, vel non extaret æquiualẽs, uerbi gratia, furto abstulisti à me pallium, quod hodie minoris ualet, teneris quanti tunc æstimatum fuisset, ac etiam lucrum, quod ex eo acquisiuisti, l. eos. C. de furt. capitu. qui furem. eod. titu. & licet ab eo furtiuè res subripiatur, non liberatur à restitutione. Sed quid si accepit mala, aut bona fide rẽ alterius, & distulit restituere, ac inter-

dum res illa est deteriorata, vel periit, si certum est eam fore deterioratam, vel peremptam in manu domini, est opinio multum probabilis, quòd non teneatur ad restitutionem, aliàs si in manu domini vendi res potuisset, vel res non esset deteriorata, secus esset. Exemplum in equo. Ex hoc aliqui inferunt quod si in alicuius fundo essent aliqua lignicula, quibus proculdubio dominus nõ uteretur, si aliquis furto ea subripuisset, non teneretur ad restitutionem. Si vero accipit rem alienam scienter non gratia lucri, sed fideliter agens negotium domini, ne res pereat, potest à domino repetere quicquid expendit.

7 Sed † iterum quæritur, quid si is, qui rem alienam accepit, & non potuit illam restituere ob inopiam, atque cesserit bonis, teneatur, si peruenerit ad meliorem fortunam? Respondet Nauar. capit. 17. num. 86. quòd sic, & quòd in conscientia non excusatur à restitutione de bonis postea acquisitis, nisi quatenus eum necessitas excusaret absque cessione, hoc est, quòd ei instrumenta suæ artis, & ad victum tantum necessaria relinquantur arbitrio boni viri, quam quidem opinionem libenter etiam amplector in eo qui cedit bonis cum actibus quibusdam iuxta loci consuetudiné ignominiosis, quamuis Couar. lib. 2. var. resolutio. capit. 1. nume. 6. videatur facere distinctionem, vt is, qui absque actibus quibusdam ignominiosis cesserit bonis teneatur, qui uero cum illis, non teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Impediens aliquem à consecutione alicuius boni, an ad aliquid teneatur.*

2 *Animum alicuius qui abalienauit à donatione, quam constituerat facere, ad restitutionem non tenetur, secus si per vim, vel fraudem, nu. seq.*

4 *Rem habere virtute, quam actu, minus esse, vide per exempla, & de pessundantibus sata.*

5 *Clericis, an venari liceat.*

6 *Impediens venantem, aut piscantem, cum iuste non possit, peccat, & restituere damnum tenetur.*

7 *Venantes contra prohibitionem, an peccent mortaliter.*

8 *Impedientes creditorem modo illicito, ne consequatur debitum, & occultantes officiales, ad quid teneantur.*

9 *Impedientes, ne aduehatur frumentum, vt ipsi carius vendant, ad quid teneantur.*

10 *Damnificantes per bruta, & animalia aliena in suo inuenta occidentes, ad quid teneantur.*

11 *Restitutio in bonis vel animæ, vel corporis, vel famæ, vel fortunæ, quomodo fiat, remissiuè.*

Qualiter restituere teneantur impedientes alterius bonum. Cap. CXXXI.

Diuus Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 2. versic. ad 4. dat fundamentum respondendi in hac materia, vbi ex eius, atque aliorum Doctorum dictis eliciuntur aliquę propositiones, & prima. Impediens aliquem † à consecutione cuiuscunque boni siue temporalis, vel Ecclesiastici, vt beneficii, aut præbendæ licitè, & iustè, ad nihil tenetur. Licitè vero tunc dicitur, quando intendens honorem Dei, & Ecclesiæ vtilitatem procurat, vt detur digniori præbenda, aut beneficium. Vel quando quis sibi, vel alteri aliquid procurans, fit alteri obstaculo ne bonum obtineat, idque facit non vt alteri noceat, sed vt sibi, vel amico prosit, l. 1. §. denique. ff. de aq. plu. arc. At si impediẽdo aliquem à consecutione alicuius boni, concurreret alterius odiũ, vel propria, vel amici vtilitas, inspiciendũ est quid sit principalius in intentione, & secũdum illud iudicãdum est. Et in dubio standum est utilitati, cum maior sit amor sui, quàm odium proximi, Sylu. in ver. Restitutio. 3. quæst. 12.

Secun-

2 Secunda. Qui † firmiter in animo suo constituit rem alteri dare, si ego mutaui illius voluntatem, atque intentionẽ, non teneor ad aliquã restitutionem, v. g. Testator firmiter in animo suo decreuerat legare Titio centum, ego mutaui animũ testatoris, ut mihi, vel meo amico relinqueret, non teneor ad restitutionem, l. fi., C. si quis aliq. test. prohib. & ratio est, quia nullam illi irrogo iniuriam, nec facio iniustitiam, quia non aufero illi ius suum; cum nihil illi erat debitum, secus autem si vi, aut fraude mutassem animũ testatoris, v. g. mendacio, aut dolo, & minis, ita Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 7. nume. 8. vers. secunda conclusio, & quinta. Nauar. cap. 17. num. 69. cum aliquot sequentibus, & nu. 97.

3 Tertia. Qui † alteri fit obstaculo ne bonum obtineat, vt alteri noceat, & impedimento fuit alicui in re, quæ parum aberat, vt ipse haberet, ut quia firmatus erat animus electoris dare præbendam, & ipse per vim, aut fraudẽ mutauit animum collatoris, in tali casu tenetur restituere damnum non ex æquo, sed iudicio boni viri: quia minus est habere rẽ virtute, quàm actu, & poterat animus collatoris mutari, D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. per text. in l. 2. §. idem Labeo ait. ff. de aqua plu. arcen.

4 Et quod † minus sit rem habere virtute, quàm actu, accipe exemplum. Est vinea, aut sunt sata, quorum fructus iam iam maturescent, si medius transiens venator illa casu pessundaret, tunc non tenetur restituere totum damnũ in actu, sed in potentia: Deducendæ enim prius sunt expensæ, quas facturus erat dominus, quandoquidem illæ ei non sunt sublatæ, sed penes ipsum manent, deinde pericula pensanda, si quæ sunt ad arbitrium prudentum, qui bona fide id iudicent, Sylu. in verbo, Restitutio, 3. quęst. 12. vers. quartum. At vero quando venator consulto illa sata pessundedit, domino renuente, multo est auctior illa æstimatio facienda, & maximè, quando peccatum est graue, vt si latissimum campum destrueret, Sotus lib. 4. de iu. & iu. q. 6. artic. 5. Immo si in tali casu, quando sata sunt, quorum fructus iamiam maturescent, tenetur ad totũ damnum: quia damnum dedit in fructu, qui parum aberat, ut esset, Sotus, qui supra, artic. 3. colum. penult. Quod etiam extende ad canes venatorum, qui occidunt gallinas, & animalia pauperum, & aliorum: nam tenentur ad restitutionẽ, Astens. in verbo, Venatio, ubi etiam Syluestr. ibi circa finem.

5 Sed † hic obiter notandum est, quòd etiam clerici, atque Prælati causa necessitatis, puta ad excitandum appetitum, uel necessariæ recreationis cum retibus, & canibus, & laqueis uenari possunt, dummodo sit raro, cum silẽtio, & modestia, secundum Panormita. in cap. primo, de cler. uenat. nisi tempore, quo debent uisitare, aut prædicare, de censi. cum Apostolus, §. Archidiaconi. Et sic intellige illud, Ne clerici, uel monachi, & iura in contrarium, distinc. 34. capitu. primo. nam secundum Hostiensem intelliguntur de iis, qui talibus mentem nimis implicant.

6 Quarta, impediens † uenantem, aut piscantem, cum iustè non possit, peccat mortaliter, cum obligatione emolumẽti, quod uerisimiliter impediuit, argu. text. in l. in laqueum. ff. de acquir. re. domin.

Iuste autem impedire non potest, nisi qui id faciet authoritate Regia, uel ex cõsensu populi libero à metu. Aut præscriptione canonica, sine ui, & metu introducta. Item ꝙ ob occisionem ferarum extra loca prohibita non puniat eos, qui non procurant dolis eas ex loco prohibito extrahi, ut extra illũ eas capiant, alias enim punire posset. Item ut prohibeat in suis propriis prædiis, aut etiam aliorũ, si sua sponte domini in id consenserint. Item ut restituat omne damnum, quod illæ ferę alienis prędiis faciunt, quorum domini in damnum eorum non consentiunt, quamuis in aliorum damnum cõsentiant: hęc enim omnia concurrere debent, ut quis iustè, possit prohibere, uel

impe-

.impedire, Nauar. in cap. 17. nume. 121. Syluest. in verbo, Restitutio, 3. quæst. 2. §. quarto.

7 [An autem sit † mortale peccatū contra prohibitionem venari. dic quòd sic, si ad alterius dominium id, quod venatione capitur, pertineat; cum sit furtum, quod de se mortale peccatum est: quamuis id, quod taliter capitur, posset tā parui valoris esse, vt mortale non sit. quæ tamen paruitas excuset à mortali, diximus supra, cap. 93. nu. 20. Sed esto, quòd res sic capta ad nullius dominium pertineat, an huiusmodi venatio mortalis sit, si sub graui pœna prohibeatur? vide supra, cap. 57. nu. 4.]

8 Quinta. Impedientes † etiam modo illicito creditorem, ne possit exigere à suo debitore, maximè data opera, vt liberādo eum à carcere, tenētur si damnum est certum, ad omne debitum, si incertum, arbitrio boni viri, Sylue. in verbo, Restitutio, 3. quæstio. 12. vers. sextum. Pariter occultantes, aut fugere facientes officiales tempore syndicatus, tenentur ad restitutionem damni, quod illi debebant, si fuissent syndicati.

9 Quinta. Impedientes † aduētum frumenti, vel aliarum mercium ad aliquam terram, vt ipsi carius vendant, tenentur de illo pluri iis, qui carius emerunt, & de damno illis, qui erant allaturi: quia iniustè impediuerunt vtilitatem priuatam, & propriam publicæ, & communi præponentes, & idem de iis, qui concordant in emptione omnium mercium, vt uendant ad libitum: quia tenentur ad omne damnum, l. 2. ff. ad l. Iul. de anno. & in glo. l. annona. ff. de var. & extraordin. cri. Sylue. in verbo, Restitutio, 3. q. 12. ver. octauum.

10 Damnificantes † vero per bruta, aut tenentes columbarias, an, & quando teneantur ad restitutionem, vide Sylue. in verbo, Restitutio, 3. q. 4.

Damnificantia vero animalia domestica aliena in suo inueniens, & occidēs, aut grauiter percutiens, mortaliter peccat: nisi consuetudo, priuilegium, vel aliquod statutum cōtra disponat: solum enim potest ea expellere, aut includere, donec de damno dato sibi satisfiat à domino, §. cęterum, Inst. ad l. Aquil. l. Quintus Mutius. ff. eod. glo. iuncto tex. in c. si læserit, de iniur. & damn. infe. Nauar. cap. 17. num. 120.

11 In damno † vero, quod inferri potest proximo; siue in bonis animæ, ut inducendo proximum ad peccandum; siue in bonis corporis, vt occidendo, uel mutilando; siue in bonis famæ, vt detrahendo, & murmurando; siue in bonis fortunæ, vt furando, & surripiendo: restitutio qualiter fieri debeat, nos supra diximus in quinto præcepto, & in sexto de stupro, & in septimo de restitutione rei furtiuæ, & infra de contumelia, & de detractione.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio statim facienda est, & statim fieri, quomodo intelligatur.*

2 *Restitutionem quoties quis proponit non facere, toties peccat.*

3 *Absolui, restitutioni obnoxius, quibus rationibus minimè debeat.*

4 *Restitutionem, quibus casibus differre liceat, num. seq.*
Vera necessitas, quæ dicatur.

5 *Restitutioni obnoxius, an instrumenta artis suæ vendere debeat, vt satisfaciat.*

6 *Restitutio, quæ fieret cum graui iactura conditionis, & dignitatis restituentis, an differri possit.*

7 *Detrimentum triplex, & quod nam solutionis dilationem præstet restitutioni.*

8 *Prorogatio restitutionis, vt sit iusta, pluribus vestienda circunstantiis.*

9 *Dilatio restitutionis, nisi magnum dānum afferat creditori, conceditur, vel etiam quando nullum. nu. 46.*

10 *Bona qui habet, sed non in sua potestate si non restituit, absolui potest, qui etiam quo casu, & quomodo restituere debeant.*

11 *Filiusfamilias restitutione non implicatur, si pa-*

De tempore restitutionis. Cap. CXXXII.

1 Restitutio statim † facienda est, sub reatu peccati mortalis, facit tex. in cap. sæpè, de restitut. spolia. nam sicut rem alienam surripere peccatum est contra iustitiam, ita etiam inuito domino detinere, D. Tho. 2.2. q. 62. art. fin. Sed hoc aliter intelligendum est de actu mentis interno, aliterque de externo opere arbitrandũ, etenim quantum ad internum propositum cum primum in mẽtem uenerit in debito esse rei alienæ, deliberato animo quis constituere debet, quòd restitutio fiat. Necessarium namque est, ut statim abstineat à prauo animo rem alienã detinendi: quoniam, si dicente Augustino, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, absque tali proposito nulla esse

esse potest vera pœnitentia. In actu vero exteriori id, quod est statim, non est iudicandum quasi in puncto indiuisibili, sed moraliter, atque ciuiliter. Dũ enim tibi in lecto iacenti, aut ad mensam recumbenti occurrit te aliquid debere, nõ iure astringeris statim surgere, sed expectare potes absque fraude opportunitatem, qua transacta incipies esse in mora, ac subinde in culpa, Caiet. 2. 2. quæst. 62. artic. fin. Vnde transacta illa restituendi opportunitate statim debes restituere, si uis à priori peccato exire non restituendo: quia inuito domino rem alienam de-
2 tines, immo † quoties proponis non restituere, nouum committis peccatum, uel etiam dum creditorem uides graui necessitate premi, quod procedit etiam si debitor, qui debet, & statim restituere potest, nollet restituere, nisi certam pecuniam in singulos mẽses, uel annos, quousque finierit solutionem: quia hic talis non est absoluendus: nam est in peccato mortali, cum possit totum commodè restituere, quod procedit non solum in debito ex delicto, & furto, sed etiam ex cõtractu, ut ex mutuo, Nauar. cap. 17. nu-
3 me. 66. & rationes † quare absolui minimè debeat non restituens, sunt multæ. Prima enim est propter cõtinuationem, quia nullus absolui potest, quãdiu est in continuatione peccati mortalis: talis est is, qui rem alienam possidet, donec rem restituerit, si reddi potest, ergo. Secunda ratio est propter obdurationem, quia qui potest, & non uult, non est reipsa contritus, sed quodãmodo induratus: nam uerè contritus recedit à mortali culpa, nullus autem absolui potest, qui non est uerè contritus, ergo. Tertia, propter ligationem, quia ligatus ad restituendum semper ligatus manet secundum iudiciũ Dei quousque restituat, ita S. Bernar. in tract. de restitut. male ablatorum, ser. 38. colum. 2.
4 Plures † tamen sunt casus, in quibus licitum est debitori restitutionem differre, & in iis casibus potest à Confessario absolui, quorum primus est, in quo non restituens potest absolui, quando inops est, & nihil habet, alienisque rebus indiget ad propria ipsius alimenta, facit optimus tex. in cap. breui, cap. querelam, de iureiuran. si quidem ad subleuandã propriam necessitatem posset rem alienam inuito domino capere, cap. si quis propter necessitatem, de furt. Et profecto hæc conclusio uera est, data ipsius debitoris uera necessitate: uera autem necessitas dicitur ea, sine qua uita corporalis sustentari non potest, quod procedit etiã in creditore in eadem extrema necessitate constituto: & ratio est, quia tempore extremæ necessitatis omnia sunt communia, unde considerando res in statu, in quo omnia sunt communia, manifestum est, quòd melior est conditio occupantis, siue possidentis, Caiet. 2. 2. q. 62. articu. 5. uers. in responsione ad quartum argumen. tex. in cap. si non licet, 23. q. 5. Nauar. capit. 17. numero 60. Immo uero parente debitoris, uel eius uxore, & filio in eadem extrema necessitate constitutis tenetur debitor ipsis personis potius subuenire, quàm creditori, sed ad fratres minimè licet, Sotus de iu. & iu. lib. 4. q. 7. art. 1. colum. pen. Iniungat igitur Confessarius tali casu debitori, ut restituat quando poterit, cap. si res, 14. q. 6. capit. Odoardus, de solut. cap. cum tu, de usu. uel si aliquid restituere potest, restituat paulatim, quod potest, incipiendo prius à debitis certis, quàm incertis, & secundum ordinem, quem ponit Bald. in l. pro debito, C. de bon. auth. iud. possid. & sequitur Arch. Floren. 2. par. sum. tit. 2. cap. 7. §. 3.
5 Secundus casus † est, in quo non restituens potest absolui, quando restitutio redundaret in paruum commodum creditoris, & in magnum damnum restituentis, v.g. quando haberet aliqua bona, quibus uenditis non posset alienum ex illis restitui, qualia essent uendere instrumenta suæ artis, & officii, quibus ipse, & sua familia uiuunt, & alia non habent. Exemplum in libris, & uestibus procuratorum, & aduocatorum, item

in

in Instrumẽtis fabrorum, nam ex distractione talium bonorũ destrueretur ars, & officium, & vita restituentis, & familiæ suæ. Sed est illi iniungendum, vt ex illis viuant, & deductis necessariis sibi, & familiæ suæ, non autem superfluis, de residuo paulatim restituat, Richardus in 4 sent. Arch. Flor. extensè in 2. par. tit. 2. ante fin. Angel. in verbo, Restitutio. 3. §. 3. & 4. Sylue. in verbo, Restitutio. 5. q. 3. vers. quarto, qui limitat hoc dictum, quando dominus æquale, vel quasi inæquale incommodum ex absentia suæ rei sentiret: nam tunc tenetur etiam vendere instrumenta, quibus viuit; quia non licet alicui in re aliena incommodare domino, vt sibi ipsi commodet: & quia prima charitas incipit à seipso, cap. nõ satis. dist. 86. Quæ tamen limitatio mihi non satisfacit, quia cum iste dicatur esse in extrema necessitate quando habet tantum ea, quibus vita corporalis substentari potest, & cum tempore necessitatis extremæ omnia sint communia, ideo eo casu melior est conditio possidentis, & per consequens data etiam extrema necessitate creditoris, potest debitor absque peccato vti instrumentis, quibus vita sustentari potest.

6 Tertius casus, † in quo potest absolui debitor, & differre restitutionem, est eius, qui citra extremam necessitatem, sed habita ratione status, & dignitatis suæ grauissimam pateretur ex restitutione rei alienæ iacturam, dummodo leue detrimentum ex ea dilatione immineat creditori, Couar. in regula, peccatum, in prima par. in princip. & ipse non ita lautè, ac splendidè viuat, ac pomposè vestiat, ac filias magnis dotibus nuptui tradat, ac si non esset obligatus ad restitutionem, sed debet parce viuere, & paruas dotes tradere, & si non potest filias tradere nobili, vel mercatori, artifici, vel plebeio tradat, & alia superflua resecet, Syl. in ver. restitutio. 5. q. 4. Sed prudẽter quidem hoc graue, & ingens detrimentum debitoris considerandum est, quod illud

7 Caietanus † triplex dixit. si enim detrimentum id appellaueris, eo quod sint magnæ res restituendæ, nihil hic prorsus iuuat, vt proroganda sit restitutio, alias melior esset conditio eorum, qui æs alienum grande per iniuriam contraxerunt, quam qui minora debent. Secundum detrimenti genus lucrum est, quod debitori cessabit, si rem soluat, & re vera neque hoc excusat, quo minus illicò sit facienda restitutio, nam nemo ius habet lucrandi aliena inuito domino: nisi (vt supra diximus) oporteret restituere, uel distrahere instrumenta artis, quibus victum sibi parat, ut etiã inquit Nauar. cap. 17. nume. 56. At tertium detrimentum est damnum emergens, nempe si quis centum debet restituere, quæ restituere non potest, quin plurimum insuper dispendium faciat: quia merces uilissimo pretio intempestiuè distrahit; aut domum, fundumve vendit vnde viuit, idque cum maiori iactura, quam sit æs alienum, quod alteri debet, & tũc licitum est differre solutionem: & ratio est, quia debitor pro illo temporis articulo non est soluendo simpliciter; quia moraliter, quod fieri nisi cum tanto detrimento non potest, non reputatur possibile.

8 Quin † tunc ut prorogatio sit iusta, pluribus est uestienda circumstantiis. Animaduertenda namque in primis est acceptio fuerit ne iniqua, an iusta. nam si per latrocinium, aut usuras, aliasue iniurias debitor ille est in ære alieno profecto qualecunque citra extremam necessitatem patiatur detrimentum, tenetur statim restituere, etiã si oporteat spoliari statu: hoc enim non est de statu suo cadere, immo in suum ab illo discedere, qui non erat suus. Si autem per acceptionem iustam debita contraxit, tunc etiam æstimandum est, qua uia in pauperiem incidit: nam si citra culpam suam aliqua eũ aduersa fortuna suis nudauit bonis, facilius illi indulgenda est restitutionis prorogatio, atque id demum librandum est, an creditor ferre dilationem possit, an vero etiam ipse inopia laboret; nam citra

citra extremam necessitatem melior est conditio creditoris, quàm debitoris, Sotus, libro 4. de iustitia & iu. quæst. 7.
9 articulo quarto. Veritas † tamen est, quod nisi ex dilatione magnum quoque damnum creditori non inferatur, excusatur à statim restituendo debitor, qui ad hoc ut restituat, necesse habet uendere domum suam, aut aliquod prædium multo minoris, quam ualeat, & hoc nõ solum, cum debitum ex contractu, aut vltima voluntate nascitur, sed etiã cum ex furto, aut alio delicto, ita Diuus Ant. 2. par. titu. 2. c. 8. à col. 4. prosequitur contra Caiet. in ver. restitutio. cap. 6. cum D. Antonino etiam tenet Nauar. cap. 17. num. 16.

10 Quartus casus † est, quando habet bona mobilia, vel immobilia, sed illa non sunt in sua libera potestate, & administratione, vt sunt filiifamilias, cellerarii, negotiorum gestores, aut famuli eorum, quia isti, nisi bona castrẽsia, idest ea, quę sunt acquisita ex officio iudicandi, vel patrocinandi habeant, vel fructus beneficiorum, non tenentur, nec possunt de alieno restituere, nisi illud, per quod filii, aut negotiorum gestores tenentur restituere, esset conuersum in vtilitatem parentum, vel dominorum suorum, vel esset expensum, & distributum in his, in quibus pater, vel dominus probabiliter expendisset, aut nisi pater fuisset author, vel particeps illius criminis, vel actus, propter quem restitutio fieri debet, vel quia filiusfamilias expendisset in his, in quibus pater fuisset de suo expensurus, tunc filiusfamilias deberet occultè sine scandalo de bonis patris satisfacere, vt habetur in l. 3. & 4. ff. de in rem ver. per canon. in c. 1. depos. sic etiam si id, quod ablatum, vel expensum esset per filios, vel negotiorum gestores, esset adhuc nõ consumptum in bonis parentum, uel dominorum, siue etiam uenditum, & pretium in aliud non consumptum, vel permutatum: quía id uel substitutum extans esset restituendum, Ang. in ver. furtum. §. 47. Arch. Flor. 2. par. sum. cap. 15. §. 1. ad fi. & ti. 2. c. 4. ad fi. in eadem parte. Præter tamen istos casus satis est iniungere prædictis personis, vt restituant quando de suo poterunt.

11 Quintus † casus in quo potest absolui non restituens est, quando filiusfamilias patri, aut matri, aut aliis parentibus suis, quibus probabiliter futurus sit hæres vniuersalis furaretur: quia tũc etiam cessat actio furti, Insti. de oblig. quæ ex deli. nasc. §. hi qui. secus autem ubi talis probabiliter non sit futurus hæres in totum, vel sit verisimiliter habiturus cohæredes: tunc enim deberet à Confessario iniũgi, ut imputaret illud pro parte sua, facto de hoc instrumento, vel chirographo, si est quid notabile, uel tãtundem occultè restituat in bonis illorum parentum, Arch. Flor. 2. par. sum. titu. 1. c. 15. §. 1.

12 Sextus est, † quando res ablata esset modica, attẽta qualitate personę arbitrio boni uiri, vtpote quia damnificatus de tali damno verisimiliter non curaret, sed facile donaret, quo casu nec furtum est mortale, si intẽtio non est de pluri, secundum D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 6. Angel. in ver. cõmodatum, & in ver. furtum. §. 37.

13 Septimus † casus, vbi abstulisset aliquid sine scãdalo ab illo, qui esset sibi debitor in tantundem, secundum Innoc. in cap. olim, el primo, de restitu. spolia. Quod procedit, etiam si illud debitum non esset liquidum, idest, non constaret per euidentem probationem, quando illud non liquidum, esset nihilominus certum, non autem si sit dubium, vnde iniungi debet restitutio ei, qui surripuit decem Titio, qui dubitat, aut leuiter credit Titium sibi surripuisse tantundem, Syluc. in ver. Bellum, quæst. 9. Plures tamen circunstantiæ ad id requiruntur, ut supra eodem præcep. diximus.

14 Octauus, † si creditor, qui donare potest, & liberam bonorum suorum administrationem habet, scienter, & sponte prorogauerit restitutionis tẽpus, ut not. in c. cum tu. de vsur. & in c. statutũ, circa fin. de rescr. lib. 6. secus si creditor ui, aut

dolo,

dolo, aut fraude aliqua debitoris coactus dicentis se minus posse quam possit, vel debitum minus esse, quã sit, fecerit hæc. Immo creditor debitori non solum pro tempore aliquo inducias restituendi concedere potest, sed etiam in perpetuum libere debitum donare: quia satisfactum intelligitur qualitercunque debitor satisfaciat, glo. in dicta reg. peccatum, in ver. restituitur, Syluest. in uer. restitutio. 7. quæst. 1. & 2.

15 Quod † intellige, nisi iudex Ecclesiasticus delegatus aliquid acceperit, vt causam expediret: nam talis non liberatur facta remissione à dante, nisi restituat, & si restitueret in fraudem, vt sibi postea cõdonaretur, non valeret dicta restitutio, secundum glo. in c. statutum, §. insuper, de rescrip. lib. 6. Secus si restitueret sine fraude, & ille liberaliter redonaret, secũdum dictam glo. Quod intelligẽdum est finito iudicio, Sylu. in ver. iudex. 1. q. 8. ver. 2. in fi. & ratio est, quia quando aliquis recipit aliquid contra iuris prohibitionem, tunc non liberatur per remissionem gratuitam, vide Francum in d. cap. statutum, secunda, & tertia limit. Turrecre. in c. si res, 14. q. 6. nu. 2. ver. 2. Ex his igitur inferuntur multa.

16 Et primo, † quod non prodest illa quotidiana satisfactio, qua creditor sit contentus parte debita propter diffidentiam recuperandi debitum natam ex eo, quod ei debitor minatur, vt si centum, quę debet, nolit esse contentus quinquaginta pro integra solutione, nihil unquam habiturus sit, secundum Sylu. in ver. restitutio. 7. q. 1. & 2. quia deest ei secunda conditio: Nam non scienter, & sponte creditor remisit debitum, secus tamen est de diffidentia recuperandi, quam concepit ob alias causas, ut Sylu. insinuauit.

17 Secundo infertur, † quod non excusatur debitor à peccato, eo quod creditor non petat ab eo debitum ob timorem reuerentialem, aut ob ignorantiam debiti, si iudicio boni uiri, idest, Confessarii soluendo erat: quia eo casu creditor sciens sponte non remittit, aut dat dilationem, quamuis excusetur, si creditor sciat sibi deberi, & nõ petat sine aliquo metu, aut sine aliquo respectu, qui eum inuoluntarium faciat: quia probabiliter debitor credere potest sibi à creditore dilationẽ dari, facit tex. in l. in omnibus obligationibus, ff. de reg. iu. Sylu. in uer. mora. q. 1. in fi. Nauar. c. 17. nu. 79.

18 Tertio infertur, † quod nõ excusatur mercator, qui fallit, & occultat multa de bonis suis, ut nõ perueniant ad creditores, & postea quærit compositionem ab eis de minori quantitate, quam debebat, cum tamen posset totum dare: quia non sponte, sed coacte, Archiep. Flor. in sum. Defecerunt, c. 4. de restit.

19 Quarto infertur † non esse opus tertia conditione, scilicet, vt sit parata solutio, nec ut pecunia realiter ponatur coram creditore, sed neque ut verbis offeratur: quia satis est, ut creditor scienter, & sponte id faciat, ut sentit glo. in d. reg. peccatum. Et Feder. de Sen. cons. 18. Immo ut bene insinuauit Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6. quando restitutioni obnoxius est pauper, & creditor ita diues, ut remissio, uel dilatio debiti foret opus misericordię, consulendum illi est, ut antequam pecunia realiter, uel uerbaliter præsentetur, remissio petatur, Nauar. c. 17. nu. 75. Quod quidem intellige, vbi lex nõ prohiberet receptionem, nam tunc liberaretur quis à restitutione per remissionem gratuitam, quod facit ad not. in cap. cum tu, de usur. & per glo. in reg. peccatum, & facit quod no. glo. in d. capitu. statu-

20 tum, §. notarium. † alias quando aliquid reciperetur contra iuris prohibitionem, tunc eo casu non sufficit gratuita remissio. glo. in extrau. commun. 1. in uer. remissionem, de censi.

[Hinc sequitur spontaneam partis remissionem à restitutione non liberare ui stantem munera extorquentem, c. exigit, de censi. lib. 6. quod idem dic de Inquisitore similiter extorquente, cle. nolentes, de hæret. sed dubium occurrit, an sit necessarium debitori esse parati animi ad restituendum, vt à debito restituendi

libe-

liberetur? Resp. quod non, quamuis tutus sit à peccato, si præfatam animi præparationem habet: quia ut sit immunis à restitutione, non ad animi præparationẽ debitoris, sed ad uoluntatem creditoris remittentis recurrendum est; quia si constat, quod voluntariè fiat remissio, aut saltem de hoc rationabilis habetur præsumptio, ex tunc non est rei alienæ iniustus detentor, aliàs secus, Medi. C. de restitu. quæst. 3. §. secunda. vers. sequitur, lo secondo.]

21 Nonus casus † est ignorantia probabilis, qua credit id, quod restituendum erat suum esse: quia forte hęreditate obuenerat, aut illud non debere, quia erat debitum à patre contractum: quia in iis casibus liberatur ab obligatione restituendi; quinimmo etiã ignorantia iuris obscuri excusat, pręsertim quando uiri scientia, & conscientia pręditi consulunt ei, quod ad restitutionem non teneatur, argum. glo. sing. & receptę in cap. capellanus, de fer. secus tamen esset de eo, qui consulit eos, quos credit sibi placentia responsuros, & nisi hoc crederet, eos non consuleret. Et minus excusantur, qui consulunt multos, qui dicunt illis ipsos ad restituendum teneri, & ab aliis consulendis non desistunt, donec reperiant qui contra respondeant non teneri, & huic potius quam illis fidem adhibent, Nauar. qui supra, nu. 83.

22 At † non excusaret ignorantia crassa, & supina, qualis esset illa, qua quis emeret à milite Missale, aut calicem, aut à famulo salinum argenteum, vel à iuuene pannoso sericum, quem credere, aut certe dubitare debebat habuisse illũ per furtum, aut rapinam, aut bellum iniustum, non adhibita diligentia ad veritatẽ sciendam. Nec etiam excusaret ignorantia iuris clari, qualis esset ea, qua ignorat rem furto sublatam iniustum esse emere, & posse retinere, arg. tex. in cap. ignorantia, de reg. iur. lib. 6.

23 Decimus casus † est, qui excusat à restitutione illico facienda, quando restitutio esset in damnum corporis, uel animę domini, si statim fieret. Hinc nec furioso, nec irato ensis depositus, quo creditur se, aut alium percussurum reddendus est, c. ne quis, 22. q. 2. Neque eadem ratione volenti facere bellum, aut iniustè litigare, sua pecunia restituenda est, qua id faciat, & fortiori ratione, si ea damnum Reipublicę obueniret, siquidem eius bono priuato pręponitur, cap. licet. de regul. & consequenter nemo debet con-
24 demnare Reges, aliosve Principes, † qui aliqua aliena retinent, probabiliter credentes ex eorum restitutione sua regna passuros magna incommoda, & bella iniusta, argu. l. si quis fumo, ff. ad leg. Aquil. Quæ tamen non procederent, quando æqualia, & multo maiora probabiliter crederent euentura ex retentione, quam ex restitutione. Et idem dicendum uidetur, quando probabiliter creditur, quod ex restitutione statim facta sequerentur fornicationes, adulteria, aut alia peccata mortifera: quia, ut inquit Archiep. Flor. in secunda par. titu. 21. cap. 8. hæc mala sine comparatione sunt maiora, quàm damnum, quod creditor ex dilatione sui debiti patiatur, ita Nauar. cap. 17. num. 63. in his igitur casibus iniungendum est à Confessario, ut restitutio fiat quando cessabunt dicta pericula, secundum Hosti. in summa de pœnit. & remiss. & Archiep. Floren. in secunda parte, tit. secundo, & Doctores in cap. officii, de pœnit. & remiss.

25 Vndecimus casus est, † si probabiliter futura esset restitutio in damnum famæ, vel vitæ, vel animæ ipsius pœnitentis, ut quia immineret ex restitutione periculum furti, uel prostitutionis mulierum, & huiusmodi: & ratio est, quia ordine charitatis anima, corpus, & fama debent rebus temporalibus anteferri, argumen. tex. in cap. officii, de pœniten. & remiss. Caiet. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. Vbi inquit, quod nemo rem inferioris ordinis debet restituere cum detrimento superioris ordinis, ut pecuniam cum detrimento famæ, nec famam, seu honorem cum detrimento uitæ, sed rem cuiuscunque ordinis

ordinis cum detrimento rei eiusdem ordinis.

26 Hinc certissimum esse debet, adulteram nō teneri nec cum periculo mortis, nec cum discrimine famæ seipsam prodere; etiam si certo sciat futuram vtilem ipsius criminis proditionem ad reparationem dãni illati, ne filius spurius inique patrimonium mariti habeat, Docto. commun. in capit. officii, per illum tex. de pœnitent. & remissio. Couar. in regu. peccatum, prima par. §. 6. versi. 10. & ratio est, quia restitutio fieri non potest absque manifesta iactura famæ, & mortis periculo, maiusque damnum sequeretur restituenti, quàm commodum ipsi, cui facienda est restitutio: qua ratione creditor, cui hæreditas debetur secundum ordinatam charitatem, magis obligatur velle ipse carere hæreditate, quàm vt tanto cum damno famæ, aut periculo vitæ ea sibi restituatur, Couar. qui supra, nu. 2. versi. 2.

27 Potest † autem constitui species quędam, in qua remoto vitæ periculo teneatur adultera crimen detegere etiam cum famæ iactura, si sciat vtilem hanc reuelationem, & ei creditum iri. Nempe cum tam ingens est patrimonium mariti, quod à legitimo successore inique aufertur adulterio vxoris, & spurio filio traditur, vt rectitudine pensata arbitrio prudentissimi viri maius sit eius dispendium, quàm famæ ipsius adulteræ, Sotus libro 4. de iust. & iure, quæstio. 7. articu. 2. Sequitur Couar. in regula, peccatum, prima parte, nume. 6. versic. 4.

28 Vnde regula † Caietani, rem inferioris ordinis non esse restituendam cum detrimento superioris ordinis, non potest secundum Sotum non esse fallax. Nam & si fama genere suo præstantior est, quàm pecunia: tamen tantum potest ęris accumulari, ut cumulus ille multo pretiosior sit quàm fama. Est quidem aurum argento pretiosius, sed tamen tantum potest esse argenti pondus, vt multo æstimetur pluris, quàm minus auri. Vnde non negamus quin debeat respectus famæ haberi, & pecuniæ, tamen nemo debet cum iniuria, & detrimento alterius suam famam protegere, verbi gratia, furatus es amplam pecuniã, haud dubium quin debeas omnem adhibere diligentiam, ut secreto restituas: si autem neutiquàm sine famæ, & honoris periculo potes, non ideo debet alter sua nudari substantia, cum damnum illius graue est.

29 Immo † singularis posset euentus contingere, quo quis cum periculo propriæ vitæ teneatur restituere non solum famam, & honorem, verum etiam fortè rem pecuniariã. Exempli gratia, si quis illustrem familiam de hæresi, aut de crimine læsæ Maiestatis mendaciter diffamasset, ita ut nisi mendacium retractet, ea prosapia perpetuo illa labe maneat infecta, debet quidem omnem adhibere diligentiam, vt uita propria in tuto constituta se retractet: at si non posset sine periculo vitę, credit Sotus eum teneri. Veruntamen prudenter discernendum est delictum ne, & damnum iam transierit, an vero sit semper dependens. Occidisti hominem, quem iam in lucem restituere non potes, non teneris, ut pecuniam pro illo restituas, in discrimine uitę te exponere. Neque si famam denigrasti, quam infamatus recuperare non potest. Sed tantum de casu illo loquitur Sotus, quando ex te fama actu dependeat, vt recuperari possit. Idem censendum de vita, ut si ob tuum falsum testimonium victus quispiã est, qui morti addicitur, profecto teneris etiam cum periculo vitæ tuæ illum à morte eripere, in quam tu illum adigis, secus si tu crimen commisisti, ob quod ille falso condemnatur: enimuero si tu illi nihil imposuisti, nihil tua refert, ob idque nulla lex te ipsum prodere cogit. hęc Sotus lib. 4. de iust. & iure, quęst. 6. artic. 3. vers. 4. modus iniustè diffamandi. verum cum bona vitæ, famæ, & libertatis ęstimari pecunia non possint, argumen. tex. in l. in seruorum. §. fi. de pęnis, & restitutio,

30 quæ † est actus iustitię commutatiuæ, ad ęqualitatem partes reducens, nō obligat ad dāna bonorū altioris ordinis, & inęstimabilia pro bonis fortunę, quę inferioris sunt ordinis, ideo dicimus, ꝙ nemo tenetur cum eorum iactura restituere bona pecuniaria, vel quę pecunia ęstimari possunt, uel cum periculo vitę famam. Licet id posset, (si uellet) cum laude, & merito, Nauar. cap. 16. nu. 44. & 45. & cap. 17. nu. 89. vsque 92.

31 Sed vt † ad propositam quæstionem de adultera redeamus, perpendendum est semper, an adultera possit reuelare sine periculo vitæ, vel discrimine famæ; nam cum hisce periculis non tenetur se ipsam prodere, quòd si hæc pericula cessant, tunc addenda est hęc secunda conclusio. Si mulier illa erat de adulterio diffamata, si credit probabiliter absque periculo famæ, & corporis posse id reuelare, & sibi adhiberi fidem tam à patre, quàm à filio, & tunc tenetur, Nauar. cap. 16. num. 45.

32 Tertia si credit † adultera, quòd reuelando casum filio suo spurio secretè, ille crederet, & totam hæreditatem aliis legitimis relinqueret, tenetur ei reuelare, Nauar. qui supra, versic. 4. Sed quando crederet spurium non crediturum sibi, nam ad hoc non tenetur, iux. glo. in cap. officii, de pœnit. & remis. etiam si sciret matrem adulterium commisisse, quod omnes fatentur in cap. per tuas, de prob. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. cum nō sequatur conceptū de adulterio, eo ꝙ mater aliquando fuerit adulterata, etiam si probaretur, quòd tempore conceptionis adulterabatur cum adultero, dummodo vir eius habitabat cum ea, tex. elegans in l. miles. §. defuncto, ff. de adulter. & tunc filio reuelare non tenetur, Couar. in regu. peccatum. 1. par. nume. 6. §. 2.

33 Posset † tamen tali casu vti cautela illa, qua vsa fuit quędam vidua, cum in extremis ageret, & iam animā efflare vellet. Accersiuit enim ad se tres, quos filios habebat, & dixit: Filii mei, ne mortua animæ meæ detrimentum patiar, antequàm ex humanis excedam, sum hoc vobis dictura, nempe vestrum vnū non ex legitimo complexu, sed ex adulterino à me progenitum, atque ita illum mariti mei, aliorumque patris bona iniustè possidere, quem sum declaratura, nisi vos inuicem pacto conuento ius omne uestrum remittatis. Vnde cum unus de altero dubitaret, libenter voluntati maternæ omnes acquieuerunt, & ita pacti sunt, & sic mater non declarauit, ita Alciatus refert in tract. de præsumpt. 37.

34 Verum cautela † hęc minimè probabilis est apud filios, quoniam nemo eorum timere debuit matris declarationē ex iam relatis. Nec quòd in extremis ageret, eius assertioni fides aliqua addi poterat, cum non omnis moriens credatur iustus, vt inquit Bald. in titu. de pace Const. in verbo, Vassalli. Gram. decis. 42. nume. 9. & decis. 56. num. 16. Nec pactum inter fratres, si quando veritas rei detecta fuisset, filiis legitimis detrimento esse poterat, qui metu potius, quàm spontè pacti sunt: timebat enim unusquisque, ne mater sua eum illegitimum declararet, ita hanc cautelam improperauit Didacus in reg. peccatum, par. 2. §. 1. uers. Nec mihi placet, de reg. iur. lib. 6.

35 Quarta, in casibus, † in quibus adultera reuelare non tenetur, Confessarius ei suadere debet, ut satagat inducere filium illum ad Religionem, uel ut beneficium aliquod obtineat, quo contentus hæreditatem aliis renuntiet, quod si suadere ei non potest, tunc cōsulat damno mariti, & eius hęredum, ut resarciat quātum poterit de paraphernalibus, uel de ea parte dotis, de qua liberè potest disponere, aut saltem ex suis laboribus industria, & parsimonia patrimonium mariti, uel filiorum augere, aliàs sufficit ei contritio, & propositum satisfaciendi, quando poterit, Nauar. cap. 16. num. 45. uers. 4.

36 Quinta. Adulter † si credit aut credere debet eiusmodi filium esse suum, tenetur

tenetur etiam ad restitutionem impensarum, & aliorum bonorum, quę ex substantia patris putatiui ad illum perueniunt, siue ipsi patri putatiuo, aut eius hæredibus, siue hospitali, si ad illud infans expositus fuerit, ita communis opinio, Archi. Flor. in 2. par. tit. 2. cap. 7. in fi. & ratio est, quia illius damni causam dedit, ideo & ipse causam dedisse videtur, l. qui occidit, ff. ad l. Aquil. contra Sotum, lib. 4. q. 7. art. 2.

Credere autem adulter non tenetur filium esse suum, siue quia mater est leuis, & solita cum aliis adulterari, siue ꝙ ipsa quoque dubitat, an sit ex uiro suo, siue quòd credit eam mentiri ad eũ obligandum, argum. tex. in cap. Dominus, de secundis nupt. Nauar. cap. 16. nu. 48. vers. 7. & 49.

37 Circa † quantitatem autem restituendorum habenda est ratio periculi, siue dubii hæreditatis nondum acquisitæ filiis veris, puta, quia eorum pater adhuc viuit, & dubitatur, an putatiuus filius uicturus sit eo tempore, quo diuidenda esset hæreditas, ac etiam quam, & quantam mercedem meruerit filius putatiuus à suo patre putatiuo, ut tanto minus restituat persona illa, quæ restituere debet, ibidem Nauar. nu. 50.

38 Duodecimus casus, † qui excusat à statim restituendo est, quando quis aliquid debet furto sublatum, vel aliàs occultè acceptum, & non inuenit personam, per quam fideliter, & secreto restituat, differri enim potest quousque talem inueniat, & hoc propter famæ conseruationem, quę ex bonis altioris ordinis est, Nauar. cap. 17. nu. 68.

39 Decimustertius † excusat à restitutione præscriptio canonica, uel iuris ciuilis, quæ canonibus consentiat, & ideo nulla, quæ inchoata fuit, & continuata mala fide, seu à sciente rem esse alienam, excusat, nec etiam quæ cępta bona fide, si postea antequam finiretur, mala successit, c. vigilanti, c. fi. de præscrip. c. possessor, de reg. iu. lib. 6.

Præscriptio vero, aut vsucapio est quidam modus acquirendi dominium utile, aut directum alicuius rei, aut exceptionem ad retinendum eam, quæ competit ex eo, quod eam legitimo tempore, bona fide possederit, uide glo. 16. q. 3. in sum.

40 Hinc infertur, † quod si scientia rei alienæ superuenerit hęredibus, postquã fundata fuerit usucapio in suam personam, & pręscripserint rem legitimè cum bona fide, quod non tenentur rem domino restituere, glo. in cap. si res, 24. q. 6. capitu. si virgo. 24. quęstio. secunda, & in cap. fin. de pręscript. in glo. fin. & in cap. primo, de conceff. pręben. Ioan. Andr. in cap. possessor, de regu. iu. lib. 6. Et ratio est, quia pręscriptio habet uim solutionis, sed solutio liberasset debitorem, ergo. Ita Franc. de Aret. in capitu. si diligenti, de pręscript.

41 Vnum † etiam circa restitutionis materiam silendum non arbitror, quod si creditor non vult restitutionem expectare, & debitor induci non potest ad restituendum statim, tunc sacerdos non debet absoluere, cautionem capiendo, ut certo post tempore soluat, contra Sylue. in verbo, Restitutio 5. §. 5. Sacerdos nãque non est inter creditorem, & debitorem procurator, sed nomine Dei conscientiarum expurgator, & ideo in hoc tantum debet esse intentus, an debitor sit soluendo, necne. Nam si soluendo est, nullatenus inuito creditore est absoluendus, nisi restituat, Sotus lib. 4. de iust. & iu. q. 7. art. 4.

42 Nisi † concurrat aliqua circunstantiarum, quę ab statim restituendo excusaret, quibus annumerarem casum, in quo videret Confessarius debitorem nolle statuere, ut totum debitum soluat ob aliquod emolumentum inde sibi proueniens, & creditorem nolle sibi concedere dilationem parum sibi nociuam, & nunquam, aut non tam cito, nec tam vtiliter, atque dilationem concedendo suum recuperaturum, & ea concessa debitor suam fidem obstringit se ad certum tempus soluturum. his enim con-

currentibus Cõfessarius absolutionem, & dilationem concedere posset, iux.mẽtem Angeli in verbo, Restitutio, vlt.q.5. quia tunc Confessarius verisimiliter credere potest, quòd illo creditor contẽtus foret, si sciret, ut ipse secretum intimum conscientiæ debitoris, Nauar.cap.17.nume.65.[Annumerarem etiam casum, vt si debitor necessarius sit Reipublicæ, ꝙ si omnia restituat, Respublica notabile damnum substineret, Medi. C.de restit. q.5.§.est iam. ver. Dixi notanter.]

43 Qui autem restituere † est obligatus, & confessione præterita promisit eidem Confessori, vel alii id facere, & non fecit, absolui non debet: etiam si dicat se firmam habere voluntatem restituendi. Nam respondere debet Confessarius se illi credere, quare vrgeat, vt ipse prius iter arripiat ad satisfaciendum, qua facta affirmet se illum absoluturum. Sint igitur prompti & constantes, atque audaces Confessarii ad denegandam tali personæ absolutionem, posset tamen tam efficaciter spondere signa suæ voluntatis, quod velit restituere is, qui pluries eam promisit, & non perfecit, vt etiam possit absolui, Syluest. in verbo, Restitutio, 6. nu.1.circa fin.

44 Et † nota, quòd non solum debet restituere debitum, aut male ablatum, sed etiam dãna, & interesse, ut aiunt Theol. in 4.senten.distinct.15.& sequitur Cat. Neap.lib.1. cap.25. nu.22. Quod tamen non est ita simpliciter intelligendum, sed procedit solum, quando debitor pateretur detrimentum eiusdem ordinis, v. g. Tenetur restituere pecuniam, non restituit; quia consequitur detrimentum in bonis suis, tunc hoc casu tenetur Confessarius in conscientia condemnare nõ solum ad restitutionem, sed etiam ad interesse: & ratio est, quia ita in huiusmodi bonis debitor indemnis seruari debet, vt magis indemnis in eiusdẽ ordinis bonis seruetur creditor. Verum impotentia absoluta, vel damnum altioris omnino excusat à solutione interesse in foro conscientię; nam debitor omnino pauper cum peruenerit ad pinguiorem fortunã, non tenetur ratione moræ ad interesse: etenim in mora non fuit, quia non habuit. Quod idem dicendum de eo, qui ratione suæ infamiæ vitandę differt restitutionem; cum fama sit superioris ordinis, quàm pecunia, Caiet. 2.2.quæst.62. art.8. in fi.

45 Ex his † ergo facilè colligas in quàm aperto versentur periculo, & in quã manifesto iaceant peccato, qui restitutionẽ vsque ad mortem procrastinant. In primis enim hoc certum est, ꝙ quicunque pro comperto habet se grauari ære alieno, & non habet propositum restituendi vsque ad mortem, licèt firmiter illud tũc habeat restituendi, aut restitutionẽ tunc in testamento præcipiendi, perdurat in peccato mortali, neque est beneficio absolutionis donandus, nisi etiam tunc ex corde pœniteat illius præteritæ voluntatis peruersæ, & habeat voluntatem statim restituendi, si uiueret: & rõ est, quia habita opportunitate per nullum tempus licet rem retinere inuito domino, quare si subita fuerit morte correptus, in statu decedit damnationis; nisi quandò ideo restitutionem distulit, quia probabiliter credebat, quòd suus hæres melius præstabit, & nisi hoc persuasum haberet, statim ipse per se restitueret, Angel. in uerbo, Restitutio, 3. §.2. Nauar.cap.17.nume.68. vers.12.

46 Sic † etiã excusatur à statim restituendo si creditor haberet voluntatem inordinatam, ut quia ipse potest ad tempus re sua carere sine damno, & incommodo, & debitor sine his dare non potest, Sylue. in verbo, Restitutio, 5.q.3. Nam tunc absque peccato potest testamento mandare hæredibus, ut restituant, Sylu. qui supra. §.7. Quo casu etiam, quod differatur restitutio per hæredes, nullum defunctus patitur detrimentum in purgatorio, Sylue. in uerbo, Testamentum. 2.quæstio. nona. quamuis patiatur detrimentum ex dilatione eleemosynarum, quas ipse in testamento mandauit dari, non quidem, ut pro huiusmodi tarditate punia-

puniatur, sed quia remedium ei non adhibetur, dum suffragia differuntur, ex quibus plurimũ iuuatur, D. Tho. quodlib. 6. art. 13.

47 Hæredes † vero, qui alienum non restituunt, etiam si per mille manus res aliena transeat, sunt in statu damnationis, si scienter illud retinent: quoniam nunquàm purgatur vitium rei, quousq; res aliena restituatur, argum. l. sed vbi. ff. de minor. & l. si ego. §. siue autem. ff. de petit. hæred. cap. si beneficia, de præben. lib. 6. Sed quid dicendum de iis, qui ambigentes, an id, quod habent, alteri debeant, nolunt superstite illis vita in iudicio decernere, sed satis ducunt si proponunt in testamento hæredi suo demandare? hi profectò si subitanea fuerint morte correpti, etiam in infernum descendunt, Sylue. in verbo, Restitutio, 5. Sotus lib. 4. de iust. & iu. quæst. 7. art. 4. colum. 2. in fi.

48 Sed quæritur, an † peccet mortaliter, qui non paret Confessario præcipienti, ut statim restituat? Respon. quòd sic, si ex præcepto Dei tenetur ad statim, aliàs non: quia nõ potest sacerdos cogere me rem meam exhibere eo casu, quo de iure non teneor. Immò nec ad omnem pœnitentiam, vt inquit Sylu. in verbo, confessio. 1. §. 25. & 26. Vnde secundũ Petr. de Palu. Sacerdos tripliciter aliquid pœnitenti imponit. Primo exhortando, vt quod frequenter oret. Secundo imponẽdo per modũ specialis satisfactionis pro commissis. Tertio declarando communem obligationem, vt quòd singulis annis confiteatur, & communicet. Ad primum non tenetur. Tenetur vero ad secundum, quod intellige si est impositum pro mortalibus, & acceptauit; & pariter ad tertium, Sylue. in verbo, Restitutio. 5. quæstio. 6.

SVMMARIVM.

1 *Restituere cum pluribus oportet, an vllus ordo seruandus, distingue, vt hic, & vide num. seq.*

2 *Soluendum prius est venditori, si res vendita extat, deinde cæteris creditoribus, si pretium superfuerit.*

3 *Statuta regionis in ordine restituendi seruanda, si nulla extant, ius commune.*

4 *Hypothecam in re habentibus, quarto loco soluendum esset, & post hos depositariis.*

5 *Priuilegium personale habentibus, quinto loco, & deinde cæteris creditoribus satisfaciendum.*

6 *Ordo supradictus seruandus in soluendis debitis certis, si prætermittatur, minus conscientiæ satisfit.*

7 *Pecunia mutuo accepta pro restauranda domo, vel naui, præfertur hypothecæ.*

8 *Vsurarius, quem ordinem sequi debeat in restituendo tum certa, tum incerta debita, nu. seq.*

10 *Episcopus quatuor in casibus in restitutionibus vsurariorum se interponere potest, & quibus.*

11 *Pauperum appellatione, qui veniant, & an pauperibus restituenda possint per Episcopum conferri in reparandas Ecclesias.*

12 *Compositio in rebus incertis, quæ requirantur, vt sit iusta.*

13 *Furtum, quare dicatur graue, & quare inprimis ab eo abstinendum.*

14 *Vsura, vel maximè execranda, & quibus rationibus.*

Fœnerator peior diabolo.

De ordine & modo restituendi. Cap. CXXXIII.

1 IN restitutione † nullus ordo seruari debet, quando suppetit vnde omnibus soluat ut; cũ iure diuino, & humano is sit verus ordo, scilicet soluere omnibus, ꝙ debetur. Attamen si restituens non habet vnde omnibus soluat, tunc prius debet soluere debita certa, quorum creditores sciuntur, quam incerta, quorum ignorantur. Quod limitatur, nisi incertum huiusmodi esset, vt certum sit nun-

quam fuisse certorum creditorum, vt calix. Huiusmodi enim sine iniuria creditorum pauperculæ Ecclesiæ erogandus esset, Nauar. cap. 17. nu. 48.

In debitis vero certis restituendum est primo suo domino, quod adhuc in sua specie, & forma reperitur, vt cōmodatum, depositum, furto subtractū, aut raptum: quia hoc cum in debitoris dominium nunquam translatum sit, immo semper penes eum, cuius erat, remanserit, in bonis eius non numeratur.

2 Secundo loco † soluendum est pretium venditori eius rei, quam emptori vendidit, si res empta adhuc penes eum est in sua forma, & specie: quia sic semper remanet solutione obligata, sicut idem est de omni eo, quod titulo oneroso datum fuit, & si res empta pluris valeat, quam pretium pro ea solutum, eo soluto residuum cedet aliis debitis soluendis, in pecunia vero habita ex noua eius rei venditione, nec in eo, quod ex eius permutatione habitum est, currit hoc priuilegium.

3 Tertio loco † seruāda sunt statuta regionis, si qua sunt specialia super ordine restituendi, sin minus ius commune. Primo quod ii, quibus bona fuerint expressè obligata, aliis præferantur, & postea in sua dote vxor, & fiscus aliis creditoribus, quibus non sunt bona expresse hypothecata, quamuis tacitè sint, l. assiduis. C. qui potio. in pign.

4 Quarto loco † sequuntur ii, quibus sunt tacitè hypothecata suo ordine, postea depositarii, nisi quādo deposita fuit pecunia ad negotiandum, vel ad soluendum vsuras, aut interesse; quod intellige de pecunia deposita non extante, aliàs secus, vt diximus in versi. In debitis vero certis.

5 Quinto loco † sequuntur hi, qui habent priuilegium personale. Vltimo loco alii creditores; qui nihil supradictorū habent, sine consideratione quis eorum sit prior, aut posterior, ita vt quod prædictis satisfactis superefit, pro rata diuidatur, deductis tamen impensis necessariis ante hæc omnia, non autem superfluis, scilicet funeris, exequiarum mortui debitoris, & publicationis, & copiæ testamenti, & aliis ad aditionem hæreditatis necessariis.

6 Iste † igitur est modus, qui seruari debet, ab eo, qui certa restituere tenetur. Aliàs non seruādo prædictum ordinem, non satisfacit suæ conscientiæ, nisi excusetur ignorantia iuris, aut facti. Aut aliquis creditor in petendis suis creditis in iudicio, aut extra fuit aliis diligentior; quia tunc potest, immo debet illi restituere prius quàm aliis; modo alii non sint priuilegiati, aliàs secus, & ipse creditor, qui diligentior aliis creditoribus magis priuilegiatis petit debitum, & facit sibi solui, antequàm illis satisfiat à debitore, cuius bona non sufficiunt, peccat cōtra iustitiam, & per consequens mortaliter, & tenetur ad restitutionem, Nauar. cap. 17. num. 82.

7 Aduertendum † tamen est, quòd qui alteri mutuum dedit pro reficienda domo, naui, aut alia re simili, præfertur omnibus habentibus hypothecam bonorum domini illius in solutione ex pretio eius consequenda.

8 Sed vsurarius † si non habet vnde soluat, prius debet soluere, quod debet per contractus licitos, vt sunt emptionis, & mutui, quàm vsuras etiam ante inique extortas, si duæ tamen conditiones adsint, vt pulcrè explicat Caieta. in verbo, restitutio. cap. 8. Prima, si res vsurariæ non extant in propria specie. Secunda si per huiusmodi contractus non est factus pauperior ad reddenda priora usurarum debita, ut contingit in gratuitis, videlicet in dote promissa, quia tūc prius vsuræ soluendæ sunt.

9 Si vero † bona sunt incerta, secūdum consilium Confessarii sunt restituenda pauperibus. Tunc autem bona dicuntur incerta, quando bona debentur alicui, quorum quantitas ignoratur etiam post debitam inquisitionem factam, cōmu. est opinio, Nauar. capit. 17. nu. 92. quorum restitutio fieri potest pauperibus

bus etiam sine iussu Episcopi, uel Confessarii: nec potest Episcopus eam sibi reseruare, quacunque consuetudine nō obstante, ita Archi. in cap. secundo, §. sanè, de testamen. libro 6. nisi quo ad peccatum, quo ad non factam restitutionem, aut quo ad ordinem, & distributionem per Confessarios faciendam sine eius consilio: non tamen potest sibi reseruare dispensationem, & distributionem, cum talis consuetudo tollat iura alterius.

10 Potest † tamen Episcopus se interponere in hoc in quatuor casibus. Primus, cum restitutioni obnoxius moritur sine hærede, & executore, ita Arch. qui supra, & ibi Franc. Secundus, cum non uult restituere, & contra ipsum in iudicio proceditur. Tertius, cum non rectè distribuitur. Quartus, cum talia bona possidentur ab eo, qui est, aut fuit manifestus usurarius, uel esset in persona, quæ debet restituere, uel in executore suspicio. & ita procedat tex. in cap. cum tu, de iudic. Loquitur enim de Iudæo, qui erat suspectus. Ita Franc. in d. cap. 2. §. sanè, Nauar. c. 17. nu. 92.

11 Per † pauperes uero intelligimus non solum personas pauperes, sed Monasteria, Xenodochia, Ecclesiæ ornamentis, luminaribus, ædificiis indigentes, facit text. in l. si quis ad declinandam, C. de Episco. & cler. in l. sunt personæ, ff. de relig. facit etiam text. in capitu. final. 16. quæst. prima.

Hinc quęrit Ioan. And. an possit Episcopus talia incerta, quæ ueniunt distribuenda pauperibus, conuertere in reparationem Ecclesiæ parochialis. & refert fuisse conclusum, quòd sic, si indigeat Ecclesia reparatione, & facultates Ecclesiæ non sufficiunt. Ita D. Anto. de But. in c. cum sit, de Iudæ.

12 Vltimo nota, † quòd compositio super incertis facta tunc est iusta in conscientia, quando bona illa sunt uerè incerta, & modo nō sit indiscreta, ut quia 100. remittuntur pro 10. aut 20. Nauar. cap. 17. num. 93. in fi. & modo non fiat ante solutionem certorū ab his, qui non habent unde certa, & incerta soluant, cum per eam defraudentur certi creditores, ibidem Nauar.

Hortatio.

13 NOn ex † eo tantum dignosci potest furtum, quàm sit graue, quia species homicidii est: vnde Eccl. Qui defraudat pauperem, vir sanguinis est: sed etiam quia cum absque satisfactione, & pœnitentia peccatum non dimittatur de furto difficilior est, quàm de aliis, restitutio. Quare Abacuch dicit, Veh qui multiplicat non sua, vsque quo aggrauat contra se densum lutum. Densum lutum dicit, quia ab eo nō de facili homo egreditur. Quare abstinere debemus, tum etiam, quia illicitè acquisita inutilia sunt non solum temporaliter, quia parum durant, sed etiam spiritualiter: hinc in Prouerb. dicitur, Nihil prosunt thesauri iniquitatis, nec sibi, nec filiis, cum sub peccato mortali restituere teneantur, tex. & glo. in cap. Michael, de vsur.

14 Vsura vero † quàm sit detestanda, ex eo patet, quia omnia appetit, & opponitur charitati, quæ non quærit quæ sua sunt. Deinde aduersatur misericordiæ, & interficit eam, quia fœnerator illam non habet. Est enim sodomia naturæ: nā facit, ut frumentum non seminatum crescat, non mortificatum reuiuiscat, dando duos modios pro tribus, contra illud Domini, Nisi granum &c. Aduersatur etiā præcepto Domini, In sudore vultus tui. cum fœneratores non comedant nisi in sudore alieno. Est contraria iuri diuino, Luc. 6. Date, & dabitur vobis. Iuri uniuersali. Nam quælibet creatura cogitur seipsam tradere. Item iuri naturali, Matth. 7. Omnia, quę uultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Vltimo fœnerator illas personas persequitur, quę sunt Deo magis familiares, pupillos scilicet, & uiduas, de quibus Dominus in Psal. pupillum, & uiduam suscipiet.

Et si dicere licet, inferno, & diabolo peior est. Nam Domino descendente ad inferos, infernus, & diabolus reddiderunt ei, quæ iniustè detinebant. Sed usurarius etiam si sit à domino monitus, nō uult restituere. Præterea nunquàm dormit, sicut diabolus.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium triplex, perniciosum, officiosum, & iocosum.*

2 *Personæ tres in iudicio peccant contra octauum præceptum, & quæ.*

3 *Detractores, & ipsis aures accommodantes, susurratores, adulatores, & murmuratores contra hoc præceptum incurrunt.*

De octauo præcepto, Non falsum testimonium dices. Cap. CXXXIIII.

HOc præcepto prohibetur omne genus mendacii. Cuius
1 cum † tria sint genera, perniciosum, scilicet, quod obest, officiosum, quod prodest, iocosum, quod delectat, illud est omnium grauissimū, quod perniciem affert proximo, contra aliquem falsum testimonium dicendo, uel in iudicio, uel extra.

2 Sed † in iudicio tribus modis peccari potest, quemadmodum tres personæ sunt, quæ peccant contra hoc præceptum. Prima est persona accusantis falsum, Vnde scriptura apud Leuit. capit. quinto, inquit: Non eris criminator, aut susurro. Secunda est testis falsus, Vnde in Prouerb. capit. 19. habetur: Testis falsus non erit impunitus. Tertia est denique persona male iudicans, ut iudex.

3 Extra vero iudicium † impingunt in hunc scrupulum, detractores Deo odibiles. Item ij, qui detrahentibus aurem accommodant, quos monet scriptura, dicens Eccles. 28. Sæpi aurem tuam spinis, & linguam nequam noli audire, nec non susurratores, qui recitant quicquid audiunt, de quibus dicitur: Susurro, & bilinguis maledictus. Insuper adulatores laudantes peccatores in desiderijs animę suæ, & dicentes bonum malum, & malum bonum, denique & murmuratores, de quibus omnibus in præsenti pręcepto dicendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Offensionis veritatis species sex, & falsitatis definitio.*

2 *Falsum quatuor modis committitur, & quibus.*

3 *Falsum etiam in mutatione nominis committitur: & an liceat vnquam mutare, num. seq.*

Nomina cur in summo Pontifice, & religiosis commutentur.

5 *Pulcra nomina filiis imponi debent, & quare.*

6 *Notarius nomen contractus falso vnum pro altero apponens peccat, & restituere tenetur.*

7 *Notarius instrumentū falsum conficiens, vel verum occultans, delens, aut comburens, tenetur ad interesse.*

8 *Notarius ignorantia, vel studiosè clausulas necessarias omittens in damnum alterius, tenetur ad interesse.*

9 *Notarius, vel aduocatus scripturas alteri parti ostendentes, vel falsam scripturam conficientes, tenentur crimine falsi.*

10 *Nomina absentium in instrumento apponens, vel sigillum surripiens, falsificansque, falsarius est.*

11 *Falsarius est, qui in impetrādis litteris, vel priuilegiis veritatem tacuit, aut mendacium circa ætatem dixit.*

12 *Dictum Syluest. de robore instrumentorum à tabellione tabellionatu priuato vi legis, confectorum, quando procedat.*

13 *Contractus per notarium stante communi errore, an sint validi.*

14 *Testis pecuniam accipiens pro veritate dicenda,*

cenda, qua pœna puniendus, & qua pro falso.

15 *Testis quo à testificando abstineat pecuniam accipiens, an committat falsum.*

16 *Testis iuratus, vel iniuratus asserens falsum, vel veritatem tacens in iudicio, vel dubium pro vero affirmans peccat, & restitutioni obligatur.*

17 *Testis falsus, quem constituit in discrimine vitæ, debet etiam amissione propriæ vitæ, morti eripere.*

18 *Testis affirmans falsum pro vero, diligentia ad dignoscendum præmissa, an peccet, & quid agat, re cognita.*

19 *Incontinenti fieri, quando quid dicatur.*

20 *Testis quando variare, contradicere, vel vacillare dicatur.*

21 *Testificans falsum, fretus assertione partis, an peccet.*

22 *Testis verum deponens, quod tamen falsum esse existimat, peccat.*

23 *Testis, qui in præiudicium fisci falsum dixit, ne bona publicentur, non tenetur ad restitutionem.*

24 *Falsum deponens sine vllo damno partiũ, restituere non tenetur.*

25 *Testium dicta, vt aliter scribantur, quam enunciantur, procurans, falsum committit.*

26 *Nummos falsificantes, vel eis vtentes, & peccant, & restituere debent, & cui facienda restitutio, nu. seq. & an idem de cudentibus.*

28 *Nummos circuncidentes, aut aquis attenuantes, ad quid teneantur.*

29 *Monetam falsificans qua pœna puniatur in foro exteriori.*

30 *Falsificantes scripturam, vel ea vtentes, vel litteras Papæ, vel subscriptiones, vel sigilla, quas pœnas incurrant.*

31 *Pœna falsum nomen asserentis quæ.*

32 *Litteras alienas reserans, occultans, vel lacerans, quando mortaliter, quando venialiter peccet, & nu. seq.*

34 *Reserans litteras, quo casu, ne venialiter quidem peccet.*

De falsitate. Cap. CXXXV.

[1 PRo intelligentia † eorum, quæ dicenda sunt, præmittẽdæ sunt sex species offensionis veritatis. Hæ sunt falsitas, varietas, contradictio, vacillatio, duplicitas, & mendacium, quæ specificè differunt. Nã secundum Philosophum in lib. Metaphisices, falsum dicitur ex eo, quod uidetur esse aliquid, quod non est, vel non esse quod est. Secundum vero iura ciuilia falsum est, quod caret primordio veritatis, ut ff. de leg. 2. l. cum filius, §. hæres. Item falsitas est dolosa mutatio veritatis, in Auth. de fide instrum. in princ. colla. 6. ff. de verbor. signifi. l. Paulus, ff. ad leg. Cornel. de fals. l. quid sit falsum, C. eod. nec exemplum, Bald. cons. 53. volu. 1. Capic. deci. 30. num. 4. Mutatio autem ueritatis fit tripliciter, scilicet, addendo, ac minuendo, ff. de testa. l. hæredes palam, §. si quid post, in secunda glo. & de leg. 1. l. si mihi, & tibi, §. fin. ff. de fal. l. lege Cornelia, in princ. Item in totum nouam formam dãdo, ut no. in dicto §. si quid post, in glo. magna, circa fin. Sylu. vero in ver. falsitas, in princ. addit tertium, ut dicatur falsitas mutatio ueritatis cum dolo, & iactura. Vnde uno ex his deficiente, non dicitur propriè falsus. Item falsum est tacere ueritatem in casu, quo tenetur exprimere, de crim. fal. cap. 1. C. si contra ius, uel util. publ. l. 2. C. de Episc. & cler. l. presbyteri, quando autem dicatur testis uariare, contradicere, & uacillare, uide infra, nu. 17.]

2 Rursum † sciendum est secundũ Azonem in sum. C. ad leg. Corn. de fal. quod falsum quatuor modis committitur, scripto, dicto, facto, & usu. Scripto, ut in tabellione scribente falsum instrumẽtum, cap. cum Ioannes, cap. inter dilectos, de fide instrum. Dicto, ut in falso teste, ut in l. 1. §. sed & si quis, ff. de fal. Facto, ut in eo, qui falsam monetam cudit, l. 1. & l. qui falsam, ff. ad leg. Cornel. de fal. & in eo, qui falso mensuratur, l. quicunque,

&

& l. penultima, ff. eodem. Vsu, vt in eo, qui falsis probationibus utitur, l. si falsas, C. de fal.

3 Committitur † etiam falsum in nominis, vel cognominis mutatione, ut in l. falsi nominis, ff. de falsis. glo. in l. 1. C. de mutat. nomi. Sed quia hæc nominis mutatio quandoque licitè fieri potest, & quandoque non: Ideo conclude, quod si hęc nominis mutatio fit per superiorẽ inferiori, licitè fieri potest, exemplum de mutatione nominis facta per Christum Petro: nam cum primo vocaretur Simon, 21. distin. in nouo, mutatum fuit sibi nomen, & vocatus fuit Petrus; sicut in creatione Rom. Pontificis mutatur nomen, ut ostendatur ad mutationem nominis factam mutationem hominis: cum enim prius esset purus homo, nunc uicem ueri Dei gerit in terris, cap. ut nostrum, vt Eccle. benef.

Sic & religiosis à superiore mutatur nomen, & cognomen. Vocabar prius ante vocationem ad Christum Petrus de Graffiis: nunc autem à Christo vocatus, Donnus Iacobus à Capua. & hoc ideo, vt inde ostendatur me cum nominis vocatione etiam mores mutare.

4 Aliquando † vero nominis mutatio fit à seipso, & tunc in nominibus appellatiuis non licet: quare si quis cum vellet equum legare, mulum adscripsit, equus non debetur, l. si quis in fundi, ff. de leg. 1. & ratio est, quia nomina appellatiua sunt immutabilia, d. l. si quis. In propriis vero nominibus si mutatio nominis fit à seruis cum domini volũtate, licet, alias sine illa, secus, quia præsumitur facta in fraudem, d. l. 1. C. de muta. nom. si vero mutatio nominis, vel cognominis fieret sine aliqua fraudę, tunc licita est, d. l. 1. maxime subsistente causa, puta si haberet turpe nomen, cum intersit nostra habere bonum nomen, ut in l. facta, §. si in danda, ff. ad Trebel. & ibi per glo. Barto. in l. 1. q. 2. C. de hær. instit. & in rubrica, C. de fide instru. col. 6.

5 [Vnde dixit † Domina Milantia, secundum Ioan. And. de præben. cum secundum, quod pulchra nomina etiam si cariori foro emi deberent, filiis deberent imponi, ita Anton. Butr. in procœ. decre. num. 13. Ingeritur enim quædam præsumptio boni ex nomine bono. hinc in procœ. sexti dicitur Bonifacius, idest, bona faciens; & econtra quædam dubitatio ex nomine non bono, ut inquit glo. in l. aut facta, §. si in danda, ff. ad Trebel. Si uero mutatio nominis fieret in fraudẽ, secus esset. Hinc Ioan. Anan. post Petr. de Ancha. in cap. accedens, de crim. fal. & Bald. in l. 1. C. quæ res uen. non pos. dicunt, quod artifex mutans signum proprium cum alieno, vel vsurpans sibi alienum in fraudem, punitur pœna falsi, sic Bald. in rubr. C. de fide instrum. vers. venio ad secundum, inquit, quod qui mentitur nomen suum in contrahendo, vel instrumento, punitur de falso, per l. Paulus, ff. de solut. Et idem est de usurpantibus sibi nomen falsum, puta in mentiente se militem, uel Doctorem, per l. eos, ff. de fal. Ludo. sing. 833. incip. quæ uertitur.]

Sed ex eis modo deducamus aliquas quæstionum decisiones, & primo circa falsitatem, quæ scripto committitur.

6 Prima. Notarius † faciens instrumentum simulatum, idest, formaliter licitũ, & realiter usurarium, ut cum res pignoretur, scribit quòd uenditur, uel pro centum, & decem mutuo datis scripsit centum uiginti, falsitatem committit; ideo peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, nisi principalis non restituat, nisi hoc faciat in fauorem eius, qui mutuum accepit: quia indigebat, & usurarius gratis mutuare nolebat, neque cum scriptura apertè continente usuram, quo casu esset excommunicatus, ubi excommunicantur tales contractus facientes simulatos, Nauar. c. 17. nu. 275.

7 Secunda. Peccat † mortaliter conficiens instrumentum falsum, aut uerum utile, & parti necessarium occultans, aut delens, uel rumpens, Nauar. cap. 25. nu. 52. uel comburens, quia præter pœnam falsi tenetur ad restitutionem totius interesse,

tereſſe, Syluest. in ver. falsitas, quæstio. 3.

8 Tertia. Eiuſdem † peccati ſub nexu reſtitutionis reus eſt notarius, qui per malitiam, aut ignorãtiam notabilem male aliquod inſtrumentum, aut teſtamentum conficit, addendo aliquas clauſulas obſcuras, aut neceſſarias omittendo, propter quas aliquis ſuum legatum, aut debitum perdit, Nauar. c. 25. nu. 52.

9 Quarta Tenetur † etiam crimine falſi notarius, vel aduocatus, qui inſtrumẽta vnius partis alteri oſtendit, ita tex. in l. 1. §. is qui depoſita. ff. de fal. vel qui aliam ſcripturam falſam faceret rogatu partis, Nauar. c. 17. nu. 169.

10 Quinta. Falſarius † etiam eſt, qui abſentium nomina in inſtrumento ponit, vel qui furtiuè ſigillum ſurripit, c. quanto, de his quæ fiunt à præla. vel qui ſigillum, vel ſubſcriptionem falſificat, Nauar. qui ſupra.

11 Sexta. Qui † in litteris, quas impetrauit, tacuit veritatem, quam ſi expreſſiſſet, illas non obtinuiſſet, falſarius eſt, Spe. de reſcrip. præſent. §. 7. Hinc iudices ad contractus, & notarij, qui in priuilegiis exprimunt mendacium circa ætatẽ, ſunt falſarii, & ſuſpenſi ab officio tam prius, quam poſt legitimam ætatem: ratio eſt, quia ætas eſt ipſis de eſſentia; quemadmodũ videtur ſentire pragmatica in Regno Neapolitano, quæ in cancellaria adeſt regiſtrata, facit optimus tex. in cap. ſi eo tempore, de reſcrip. lib. 6. Abb. in cap. ſuper litteris, de reſcrip. quare hi non debent abſolui, niſi ab officio firmiter ſtatuant deſiſtere.

12 Et nec obſtat † dictum Syluest. in ver. hæreſis, 1. q. 14. in fi. qui vult, quod ſi tabellio per ſententiam legis eſt tabellionatu priuatus, & non fit declaratio per ſententiam hominis, quod ſemper valebunt eius inſtrumenta, donec declaretur, ita glo. no. in §. penul. in Auth. de tabel. quia cum hæc ſit pœna, illa non debetur, niſi poſt ſententiam, quamuis imponatur, quòd ipſo facto ſit priuatus per tex. in c. cum ſecundum, de hęret. lib. 6. Nam reſpondetur, dictum Sylu. procedere in eo, qui legitimè promotus fuit ad officium tabellionatus, non autem in eo, qui nunquam ad tale officium fuit iuridice promotus. Etenim cum lex ab initio impediuerit officium tabellionatus, fit ut nulla requiratur hominis executio quo ad pœnam, ut ſupra late diximus in primo prçcep. cap. 11.

13 Sed an † facta per eum ſtante communi errore, & titulo ſint valida? dic quod ſic, l. Barbarius, ff. de offi. prętor. [Quod intellige verum in eo, qui verè creatus eſt tabellio, licèt aliquo ex vitio fuerit is titulus nullus, non autem in eo, qui nuſquam fuit tabellio: nam huius inſtrumẽtis non datur fides, etiam ſi cõmuni hominum opinione cenſeatur tabellio, ita Pau. & Imo. in l. ad teſtium, §. 1. ff. de teſtam. colum. 1. ſentit Barto. in l. Herennius, ff. de decur. optimè Fel. in cap. fraternitatis, col. 2. de hęret. Alex. conſ. 80. colum. 2. lib. 2.]

Septima. Circa falſitatem, quæ cõmit-
14 titur ſcripto, pretio induci † non debet teſtis ad teſtificandum, concordantia iura ſunt in glo. in c. 1. de teſtib. Vnde talis quamuis verum teſtificetur, ſecundum Bar. in l. 1. in princ. ff. de fal. & ibi Marſi. nu. 5. pœna falſi punitur. Idem affirmat Abb. in c. 1. de crim. fal. & ibi Fely. Didacus in cap. quamuis pactum, par. prima, §. 7. num. 5. de pact. lib. 6. aſſerit eſſe communem. Attamen maxime dubia redditur hęc concluſio, vt admonuit Dec. in cap. 1. num. 2. de teſti. Nam falſum tunc committitur, cum rei veritas immutatur: ſed qui pecuniam hanc accipit, non immutat ueritatem, ergo falſi pœna plecti non poteſt, quamobrem reſpondendo contrariis rationibus Doctorum, cõcludit hunc teſtem non debere puniri pęna falſi, ſed aliter, puta arbitrio iudicis, quod intellige in foro exteriori, in interiori autem tantum peccat mortaliter. At qui pecuniam accepit, ut falſum dicat, tenetur pœna falſi, text. in l. 1. ff. de fal. modo hòc fecerit iuratus, & examinatus, Sylu. in ver. teſtis, q. 8. verſ. quintum, & q. 9.

Sed

15 Sed an committat † falsum testis pecuniam recipiendo, ne testimonium dicat? Resp. breuiter cum Bal. in cap. peruenit, el primo, de testi. cogen. quod non: quia & si is, qui in iudicio testimonium dicit, tacendo veritatem falsarius sit, & puniatur pœna falsi, cap. 1. de crim. fal. non tamen idem est cum sese occultando, ac ad iudicium non ueniendo, veritatem non aperit: quia solum probationes parti subtrahere dicitur, non tamen iudicis tribunal, ac religionem iuramenti uiolat, solum ergo ut probationum occultator pœna extraordinaria iudicis arbitrio puniri debet, ita etiam sensit Bal. in l. presbyteri, num. 11. cum seq. C. de Episcop. & cler. Alex. in l. argentariis. §. cum autem. ff. de eden. Abb. & Fely. in cap. accepimus, de fide instrum.

16 Septima. Testis † iuratus, vel non iuratus asserens in iudicio falsum, vel dubium pro vero, aut tacens verum in notabile damnum alterius, peccat mortaliter, c. 1. de crim. fal. cum obligatione restituendi, iuxta mentem D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 4. Panor. vero in d. cap. 1. inquit, quod tunc testis tacendo veritatem falsus est, quãdo interrogatus super aliquo articulo dicit se nihil scire, cap. quisquis, & ibi glo. 11. q. 3. vel quando iurauit dicere meram & puram veritatem, & multa subticuit, & ita intelligitur tex. in cap. cum dilecti filii, de accusat. Aliàs si iuraret respondere ad interrogata, tunc si testis ultra non responderet, & per consequens taceret, non esset falsus, ita Dom. Anton. de But. in cap. super litteris, num. 9. de rescrip.

17 Octaua. Testis, † qui ob falsum testimonium suum ponit aliquem in discrimine vitæ, debet suum testimonium ante punitionem rei reuocare, atque omnem suam diligentiam adhibere, vt illũ à morte eripiat, etiam si oporteret ob hoc ipsum perdere vitam. Quod secus dicendum, quando reuocatio non prodesset, ut quia reus vitam amisit, & ipse periculo se subiiceret, Archiep. Flor. in summ. Defec. in 8. præcep. c. 1.

18 Nona. Testis, † qui post prudentem vigilantiam pro certo aliquid habet, ac perinde asserit, quod falsum est, non peccat mortaliter, Sylu. in ver. testis, q. 8. vers. sextum, & ad nullam tenetur restitutionem, Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. Tenetur tamen incontinenti dictum suum retractare, si illa via prodesse possit, & de vita, aut fama alterius agitur, non autem ex interuallo.

19 Incontinenti † vero tunc dicitur, quã do in eadem instantia se corrigit antequam cũ partibus loquatur, aliàs subornatus præsumitur, ita glo. in cap. praeterea, de testib. cogen. Vel secundo dicitur incontinenti, antequam cum aliqua persona loquatur. Vel secundum Hosti. est arbitrarium, quando aliquid dicatur incontinenti, vel ex interuallo, vnde iudex considerata qualitate personæ, & quantitate interualli, colloquio partium, & reliquis circunstantiis hoc poterit decernere, & ita admittere, vel non admittere correctionem testis. Si tamen iudex ex interuallo illam admiserit, secunda non valet, sed statur primo, d. c. sicut, de testib. quamuis minor fides erit adhibẽda, quia per secũdum dictum debilitatur primũ, nisi testis esset tam bonæ existimationis, vt stimulo conscientiæ coactus veniret etiam post temporis interuallũ ad se corrigendum, nam tunc non primo, sed secundo dicto esset standum, Nauar. cap. 25. num. 40.

Sed quid si testis non se corrigit, sed addit? Dic quod hoc licite facit, antequã exeat conspectum iudicis. Si vero hoc faceret postquam potuit loqui cum partibus, audiendus est, sed minor fides adhibetur, vt in Auth. de testi. §. quia vero.

20 Attamen quando dicatur † testis uariare, cõtradicere, & vacillare? Dic quod varius dicitur, qui primo dicit unum, & postea dicit aliud, nullam variationis causam assignans. Contradicens, qui primo dixit duo incompatibilia, verbi gratia, se interfuisse in contractu tali die, & loco, & postea inquit se illo die alibi fuisse. Vacillans, qui dubitando, & tremendo loquitur,

quitur, ff. de fal. l. eos, de testi. l. qui falso. & horum testimonium non valet, immo puniuntur, C. de testi. l. nullum, D. Ant. de But. in d. c. pręterea, nu. 13.

21 Decima. Testificans † falsum, credens verum ob solum dictum partis affirmantis esse verum, licèt grauiter peccet, non tamẽ tenetur restituere parti læsæ, si pars affirmans esset tantæ probitatis, vt merito credi posset, alias secus, & nisi contrarium resciuerit, antequam testimonium ferat, Nauar. c. 18. nu. 1.

22 Vndecima. Testificari † verum, quod ipse credit falsum, peccatum mortale est, non tamen obnoxium restitutioni: quia & si nocere uelit, non tamen nocet, ita Nauar. in c. inter uerba, nu. 700. 11. q. 3. Quod idem dicendum de eo, qui falsum deposuit, quamuis proximo non noceat, c. quam graui, eo. tit. fecit enim, quod potuit, l. damus, C. de fal.

23 Duodecima. Restituere † non tenetur testis, qui falsum dixit in præiudiciũ fisci, qui per dicta ab illo in fauorem rei criminis non confiscat bona illius, verbi gratia, quia testis interrogatus super crimine hæresis, ob quod bona veniunt publicanda, negat veritatem, quod probat multis rationibus, Nauar. in capitu. 25. num. 51.

24 Nec etiam restituere † tenetur deponens falsum, quando ob eius dictum nulli parti læsit, alias secus, ita Sylu. in ver. testis, q. 10. scilicet, si aliqua partium causam amisisset, nam tunc de sua substantia parti læsæ restituere tenetur. Quod idem intellige, quando ob eius depositionẽ desisteret à lite, quam ante inchoauerat.

25 Tertiadecima. Falsitatem † committit, qui dolo procurat, vt aliter scribantur dicta testium, quam dixerunt, tex. est in l. 1. & ibi glo. ff. de fal.

26 Quartadecima. Circa † falsitatem, quę committitur facto, falsificare nummos in substantia, pondere, aut forma, uel eis scienter uti, mor. cum obligatione restituendi, iuxta mentem omnium in cap. quanto, de iureiu. Quod contingit, quando falsitas fit circa substantiam, scilicet, substituendo, aut permiscendo vnũ metallum pro alio, l. Paulus, ff. de solut. aut circa pondus, minorem pro maiori cudendo, l. 1. ff. de contrah. empt. Non autem ita contingit damnum in sola falsitate formæ cudẽdo sine facultate, aut imprimendo characterem, & formam alienam absque licentia eius, cuius erat, l. sine nomine, & l. qui nomine, ff. ad leg. Corn. de fal. quia primis duobus modis proximus damnificatur, non tertio.

27 Restitutio † autem fiet damnum passo, si scitur, sin autem pauperibus. Neque excusatur, quod talem ab alio accepit etiam ignoranter, aut per errorẽ, quia eius error alteri nocere non debet, nisi donec duret ignorantia, qua excussa, restituat damnificato, & non cui dedit, si ille pro vero impenderit, & damnum erat notabile, alias secus, Syl. in uer. falsarius, q. 6. Nauar. cap. 27. num. 167.

28 Idem † dic de illo, qui authoritate priuata forficibus, aut aliis instrumentis circumcidit, aut aquis acribus attenuat nũmos, iuxta glo. in d. cap. quanto, secus si publica eius, qui eos cudi iussit, aut eos ad iustam ęqualitatem aliorum reducat; quia illud plus, quod corrasit, aut attenuauit tenetur restituere ei, qui illos cudi iussit, aut ei, qui eos cudit, si illud plus perit ipsi cudenti, Nauar. qui supra, numero 168.

29 In foro tamen exteriori † falsificans monetam, graue admodum crimen committit, quare pœna mortis olim puniebatur, l. qui falsam, ff. de fals. Quod etiam extenditur ad cudentem propria authoritate monetam, idest veri, ac iusti ponderis, ac valoris, ita sentit glo. in l. secunda, vers. obnoxia, C. de fals. mone. & in l. sacrilegii, ff. ad l. Iul. pecu. extenditur etiã ad eum, qui pecunias mutilat, & tondet, l. quicunque, ff. ad legẽ Corne. de fals. nisi totonderit, & mutilauerit monetam excedentem iustum pondus, ut eam ad iustum pondus redigeret, ita Marsi. in l. qui falsam, nu. 100. ff. de fals.

30 Quintadecima circa falsitatem, quæ vsu committitur, falsificare, † vel procurare

curare quamlibet scripturam falsificari, vel ea scienter vti, aut malitiose abscondere, mor. cum obligatione restituendi omne damnum inde sequens, toto tit. C. ad l. Corn. de fal. Et si sunt litteræ Papę, sunt excommunicati, c. ad falsariorum, extra de cri. fals. Idem quo ad peccatum, & restitutionem dic de falsante subscriptionem, aut inscriptionem, aut sigillum Prælati, aut aliorum, Nauar. c. 17. num. 169.

Sextadecima, falsare pondera, vel stateras, aut mensuras, vel illis uti, mor. cũ obligatione restituendi, c. 1. de empt. & vend. Idem dic de eo, qui vtitur falsis reliquiis, si causa turpis quæstus fiat, idest eo fine aliquid accipiendi pro ostensione earum, ibidem Nauar. nu. 169.

31 Decimaseptima. Circa † falsum nomen. Inquit tex. in l. falsi nominis, ff. de fals. quòd falsi nominis, vel cognominis asseueratio, pœna falsi coercetur, quod glo. intelligit, in seruo, in quo fraus præsumitur, vt C. de muta. nomi. l. 1.

32 Decimaoctaua. Referans † litteras obseratas, vel scripturas alienas, quæ in secreto obseruabantur, quandoque peccat mortaliter, estque falsarius, atque fur. quandoque nec mortaliter, neque venialiter. Mortaliter peccat, qui animo lædendi occultat, vel lacerat, aut comburit litteras alicuius, ne appareant, & tenetur ad interesse, Barto. in l. Paulus, ff. de fals. & in l. qui tabulas, ff. de fur. Est etiã falsarius, secundum glo. approbatam, in c. olim, lo secondo, de offi. delega. est fur, quia utitur re aliena inuito domino, l. 1. ff. de fur. & hic obnoxius est secreti seruandi, Sotus, de rat. teg. memb. 1. q. 1. secunda concl. uer. atque adeo.

33 Venialiter † uero peccat, qui sine consensu aperit imprudenter, putans eas ad se missas, aut ob curiositatem sine ulla intentione nocendi notabiliter, sed tantum sciendi noua, vel captandi risum ex barbara compositione, aut voluptatem ex eleganti.

34 Sed nec † venialiter, quando id faceret ex consensu expresso, vel præsumpto mittentis, vel eius, cui mittuntur, vel qui litteras amici, vel socii in hoc aperit, ne negotia iacturam patiantur, vel qui authoritate publica id facit, quod bellorum tempore in bellorum confiniis, vel pestis, id factitari uidemus, vel maritus, aut pater, qui litteras vxoris, vel filiorum sibi subditorum aperiunt, vel Prelatus, aut Prelata, quę litteras aperiũt, quę suis subditis mittuntur, Sylu. in ver. falsarius, §. 1. Nauar. cap. 18. nu. 53. & in cap. sacerdos, nu. 16. vsque 21. de pœn. dist. 6. Item nec peccat, qui inimici mittentis litteras, vel eius, cui mittitur referat, si per illas aliquod damnum sibi parari iuste timet. Idem si probabiliter per eas timetur aliquod damnum alteri, & ut illud impediat referat, Nauar. c. 18. nu. 53.

SVMMARIVM.

1 *Testis in iudicio sub pœna mortali tenetur verum dicere, & quid de teste se occultante.*

2 *Testis an licitè possit se occultare, vel subticere veritatem, cum imminet periculum vita.*

3 *Testis, quibus casibus non teneatur testificari, & si delictum vidit.*

4 *Testis rem sciens ex auditu, interrogatus, an sciat, potest respondere se nescire.*

5 *Testis quo casu se offerre ad testificandum teneatur, & nu. seq.*

7 *Testificari contra reum, etiam si immineat vita periculum accusatori, non nisi iustitia adductus quis debet.*

8 *Priuilegiati, testibus deficientibus, coguntur ad testificandum.*

9 *In teste, vt legitimus sit, qua considerãda.*

10 *Testis domesticus regulariter non admittitur, fallit in multis casibus.*

De testibus. Cap. CXXXVI.

1 QVicunque à legitimo † iudice in testem adsciscitur secũdum iuris formam, tenetur testimonium ferre sub pœna peccati mortalis, puta in manifestis, & de quibus

bus præcessit infamia, uel semiplena probatio, Sylu. in uer. testis, q. 8. & quicunque se dolo, & fraude subduceret, ne à iudice uocaretur in testem: profectò si ita esset proximo suum testimonium necessariū, vt ibi tota periclitaretur causa, verbi gratia, quia non possent alii inueniri testes, tunc præter mortale de restitutione teneretur: quia eiusmodi homo contra iustitiam alteri dedisset damnum, Sotus de iustitia, & iure, lib. 5. q. 7. articu. 1. prima conclu. & de rati. tegen. secundo membro, q. 7. tertia conclu. vers. veruntamen. si uero non est uocatus in testem, an teneatur se offerre, infra in subsequentibus decisionibus manifestum erit.

2 Prima. Testis † interrogatus à iudice de homicidio, quod forte sine ipso probari non potest, haud quidem tenetur testificari cum periculo proprii capitis, verbi gratia, quia hoc faciendo certus est se necatum iri ab amicis rei, quare eo casu potest se abscondere, & vocatus fugere, atque interrogatus occultare veritaté, modo non mentiatur, Sotus de rati. tegen. secundo membro, q. 7. conclu. 3. vers. sed nunquid.

3 Secunda. Testis † uidens fieri homicidium, nō tenetur testificari, si solus sciat, quod intellige dūmodo procedatur via accusationis: interrogari autem non potest absque uno teste præuio, iurato, atque idoneo.

Tertia. Interrogatus testis per viā inquisitionis non tenetur respondere, quāuis uiderit fieri homicidium cum aliis testibus, si nec infamia, vel indicia præcesserint, alias secus, capitu. inquisitionis, de accusat.

4 Quarta. Iudex † quærendo à te, an scias aliquid, & tu tantum audisti, respondere potes, nescio, quia quod audis, nescire diceris, l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. & ibi glo.

5 Quinta. Offerre † se in testem tenetur quis si scit id esse necessarium ad impediendum damnum notabile publicum, aut priuatum, aut aliquem esse in extrema necessitate sui testimonii, & hoc ex charitate, & non iustitia, & ideo de restitutione nō tenetur, quamuis peccet mortaliter, D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. argu. tex. in cap. 1. de crim. fal. Sylu. in ver. testis, q. 8. Quod si interrogatus noluit testificari, tunc tenetur de omni damno, quia de iustitia tenetur, Sotus de ratio. tegen. q. 7. conclu. 3. ver. sed maius dubium.

6 Sexta. Testificari † etiam non iussus teneor pro liberando ab iniusta morte, pœna, vel infamia reum, aut saltem facere, quod in me est per denunciationem ueritatis ei, qui potest prodesse, D. Tho. qui supra, nisi per confessionem id sciam, Nauar. c. 15. nu. 16.

7 Septima. Pro † condemnando reo nō teneor testificari, nisi iuridice cōstrictus: etiam si accusatori inde periculum uitæ immineat, nisi accusauerit eo, quod tenebatur in conscientia; quia tunc etiā sponte me offerre debeo in testem cōtra reū, ne accusator patiatur, Sotus qui sup. Nauar. c. 15. nu. 16. & 17.

8 [Octaua. Priuilegiati, † & qui aliàs non sunt idonei, compelli possunt, & debent ad testificandum, & in subsidium reputantur idonei, quando aliæ personæ haberi non possunt, probat tex. in cap. ueniens, el secondo, de testib. & in cap. fin. quem ibi not. Abb. in secundo not. de testib. cogen. facit tex. in l. non omnes. §. à Barbaris, ff. de re milit. probat glo. in cap. cum dilecti, in uer. & si tres, de electio. Quod intellige, quando ex natura illius actus, qui uenit probandus, alii testes nō possunt haberi habitu, nec actu, vt in coniuratione, vel in conspiratione, vel in hæresi, & similibus, quorum delictorum est mos, vt semper soleant in abscondito, & clam perpetrari. Hinc Nauar. inquit c. 25. num. 50. teneri filium ad testificandum contra patrem de hæresi inquisitū, nisi sciat eum iam pęnituisse. Sed quando potentia potuissent plures testes interuenire, vt in homicidio, violentia, iniuria, & similibus, licèt actu non interuenerunt nisi tales minus idonei, tunc non sunt idonei, ita singulariter Anton. limitat in cap. 3. de probat. quam doctrinam

dicit

dicit sing. Fely. in capitu. de cætero, 1. de testib. pro quo est melior tex. de iure, secundum eum. in cap. in litteris, de testib. Hip. sing. 73. incip. plures sunt.

9 Quæ autem sint † consideranda in teste, vt legitimè possit testificari, vide Ant. in c. 2. nu. 12. de testi. & attest. vbi etiam Abbas clarius, nu. 6.

10 Nono. Licèt testis † domesticus regulariter non admittatur, tex. in cap. in litteris, de testi. & in l. etiam. C. eod. & l. 1. §. ad quæstionem. ff. de consti. tamen limita primo, nisi sit pars præsens, contra quā producitur, & taceat, quia tunc purgatur tale vitium domesticitatis; cum talis inhabilitas in teste sit eius fauore introducta, ita no. Bal. dicens hoc menti tenendum in l. si quis testibus, colum. fin. vers. dubitatur. C. de testi. Fely. in d. cap. in litteris. Secundo limita in famulo non habente salarium, ita Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. sed quid de mercenario. Hipp. sing. 5. in ordine, incip. Regula est. Vel in famulo, qui licentiatus recessit à domino, & sic tempore, quo testificatur non est domesticus: refert Fely. in d. c. in litteris, 4. col. vers. fallit quinto. Vide etiam Ioan. Lup. in rep. ru. de donat. inter uirum & vxor. fol. 15. Tertio limita, si agatur de probatione rerum, quæ melius quam per alios solent per domesticus verisimiliter sciri, ita Fely. qui supra, colum. 3. vers. fallit tertio. Hinc Paris de Put. in tract. de sindi. in fol. 93. incip. Testis, an familia, concludit, quod familiares iudicis, vel Potestatis possunt esse testes ad probandum ea, quæ sunt gesta in officio & quæ per alios probari non possunt, vt quia sunt gesta in palatio Potestatis, vel de nocte. Hinc Aret. cons. 13. colum. 9. inquit, quod matrimoniū clandestinum contractum in domo potest per domesticos probari. Quarto limita in fratre, glo. in cap. insinuante, de offi. deleg. & in c. cum R. eod. tit. in glo. 2. & in l. parentes, C. de testib. Quod intellige, quando sunt separati, & uiuunt seorsum, alias secus, vide Fely. in d. c. in litteris. Quinto fallit in probatione defensionis innocentiæ alicuius, ita Ioan. de Anan. cons. 59. Visa inquisitione. Vnde Paris de Puteo, in tract. de sindic. fol. 9. colum. 3. incip. Testis, an familia tenet per hoc, quod ad probandam innocentiam iudicis, qui impetitur per fiscum de crimine, admittūtur eius familiares. Sexto, quando agitur de delicto committendo obuiando, Hippo. in l. de minore, §. tormenta, colum. 4. de quæstio. Septimo, quando domesticus non producitur in fauorem domestici, sed tertii, c. super prudentia, 14. quęst. 2. Octauo in domesticis Episcoporum, Bertach. in tract. de Episc. in cap. fallentia. vbi in secunda fallentia limitat in crimine læsæ maiestatis, & in quarta in probatione supellectilium, & in quinta in probatione infirmitatis, & in sexta in factis antiquis, deficientibus aliis probationibus, & in 13. cum canonici accusant Prælatum, allegat glo. notab. in summa, 14. q. 2. quæ allegat tex. in c. lator, 2. q. 7. Et in 18. fall. quando accusatur matrimoniū propter consanguinitatem.]

SVMMARIVM.

1 *Contumelia, & conuicium vnde dicta, item improperium, & in quibus hæc consistant.*

2 *Conuicium fit modo cum mortali, modo cū veniali peccato.*

3 *Contumeliam inferenti quonam modo venia petenda sit, & quibus casibus venia nulla petitur.*

4 *Familiaritatis quibus signis actio iniuriarum tollatur.*

5 *Latronem quis alterū iniuriosè appellans, idq; cum veritate, vel in iudicio obiiciens delictum, vel etiam extra, an, & quando peccet, & nu. seq.*

7 *Conuicium etiam si intersit Reip. in iudicio, vel extra dictum animo iniuriandi, peccatum est.*

8 *Vitium occultum proximi, licet id peccatū non sit, detegens, actione iniuriarum tenetur.*

9 *Infringens fores, verberans, ad inferendā tantum iniuriam, contumeliosus dicitur.*

De

De cõtumelia. Cap. CXXXVII.

1 Contumelia † secundum Vlpianum in l.1. ff.de iniur. dicitur à contemnenda, sed apud Theologos est significatio alicuius mali facta præsenti, ut appellando eum furem, hæreticum, aut latronem. Conuicium uero secũdum Iurisconsultum in l.apud Labeonem,ff.eodem,dicitur quasi conuocium,quasi plurium coeuntes uoces ad maledicta in unum iactanda. Et est propriè significatio alicuius mali,siue culpæ, siue pœnæ, siue defectus naturæ,ut appellando cęcum, aut gibbosum. Improperium vero aliam peculiariter speciem conuicii significat,nẽpe cum quis alteri beneficium obiicit,ꝙ à se receperat,ut illud Ecclef.Exigua dabit,& multa improperabit. Igitur contumelia consistit in uerbis cõtumeliosis significantibus defectus culpæ, ut quod sit fur. Conuicium in uerbis significantibus defectus culpæ, & pœnæ, ut quia est latro, uel cæcus. Improperium uero est significatio beneficii tempore necessitatis ei collati, quamquàm hęc sæpe confundantur,ex mente D.Tho.2. 2. quęst. 72. artic. 2. Quæ tria sunt peccata mortalia,quandò quis per ea intendit proximi honorem notabiliter lædere, uel lædit, aut causam lædendi dat, & si id faciat animo non lędendi, dummodo sint talia uerba, quæ grauiter dehonorent, & contristent, D. Thom. qui supra. Sed modo ad casuum decisiones descendamus.

2 Prima. Qui † animo conuiciandi aliquid dicit, quod est contra honorem alicuius,uocando, v.g. proditorem, vel inhonestam personam, dicitur contumeliam inferre, & peccat mortaliter: quia facit contra charitatem. Verum qui non tali animo proferret causa correctionis debito modo, & honesto, vt Magister discipulis, Dominus, uel Prælatus sibi subditis non peccarent, vel venialiter: nisi talia essent verba,quę nimium notabiliter læderent honorem alicuius, Sylu. in verbo,contumelia.q.3.Arch. Flor. in sum.in 2.par.inter.de pręcep. iræ. cap.2. de cõtumelia,quo etiam casu si modum excesserint, debent veniam petere, glos. in cap.quando,dist.86.

3 Secunda. Contumeliam † inferens proximo si secreto infert, priuatim per se, uel per interpositam personam veniã petere tenetur, si publica est, & tunc publicè, si hoc iniuriatus requirit: quinimmo si aliquod criminale falsi expressit, tenetur coram illis, qui hoc audierunt exprimere se falsum dixisse. Excipitur Prælatus,nisi modum excesserit in correctione,d.cap.quoniam. Excipitur plebeius,qui non debet à viro illustri tantã humiliationem exigere, quare non sunt à Confessariis ad illas cogendi, sed aliter fieri potest restitutio. Excipitur etiam si tanta sit contumelia,vt venia non sufficiat,sed alia sit necessaria compensatio. Excipitur rursum si contumelia lacessitus domesticè, & familiariter conuersatur cum iniuriãte, cum eo ridendo, & huiusmodi,Syl.in ver.contumelia. q. 4. Immo huiusmodi signo familiaritatis tol-
4 litur † etiam actio iniuriarũ, nisi à principio prouocasset aduersarium, faciendo eum citare,nam tunc per familiarem cõuersationem non tollitur, Sylue. in ver. iniuria,q.8.ver.3.vbi etiam infert, quòd nec credit, quòd tollatur dicta actio, si homo exhibet signa,quæ necessario inimico exhibere tenetur: quia per illa nõ dicitur quis recõciliatus,facit quod not. Barto.in l.si tibi decem, de pac. Vbi infirmus dicendo sacerdoti se remittere sibi illatam iniuriam, intelligitur se remisisse odium, & non satisfactionem iniuriæ: nec etiam per familiarem conuersationem videtur remittere famam, quam abstulit, sicut nec creditor per conuersationem remittit debitum, Nauar. cap.18.nume.46.

5 Sed quæritur, an teneatur † de iniuria is,qui cum veritate alicui dicit latro, homicida,vel adulter? Hosti. dicit quòd non,si facit animo accusandi, vel denũciandi

ciandi delictum,& probauerit, l. cũ qui nocentem.ff.de iniur.l. si quidem. §. fin. C.de iniur.idem si hoc faciat excipiendo, ut repellat eum ab ordine, vel testimonio, de testi.l.ex parte. C. de accus. l.super his. Cum enim hoc concedatur à iure, non videtur iniuriam facere, capitu.super,de elect.sed aduertendum, quòd si quis in iudicio exprobauerit aduersario verum crimen, quod nihil ad proprii iuris comprobationem, uel defensionem attinet, tunc actione iniuriarum tenetur: quia ipsius prauus deprehenditur animus, l. quisquis. C. de postul. Immo etiam si veri criminis exprobatio ad ipsius causę decisioné pertineat,peccatum est mortale, atque puniẽdus est per iudicem, si collegerit præcessisse ex animo iniuriandi.

6 Sed iterum quæritur, an † iniuriarum actione teneatur is, qui alteri verum crimen extra iudicium conuitio obiecerit? Respondeo cum distinctione,quod si conuitium illud manifestum fieri non intersit Reipublicæ, tunc tenetur, quod secus est, si Reipublicæ intersit. Prioris membri exépla hæc sunt, si quis alteri subiecerit cornutum esse, filium meretricis,furis,aut lenonis; posterioris vero, si dixit alterum hæreticum, sodomitam, falsarium, aut latronem, ita Cyn. in l. si non conuitii, quęstio. 8. C. de iniur. quæ quidem distinctio procedit, siue in iudicio, siue extra id contigerit, ex glos. in l. cum qui nocentem, C. de iniur. Verum animaduertendum est,secundum Couar. lib. 1. variar. resolut. §. 11. nume. 6. Conui-

7 tium † etiam verum in iudicio, siue extra iudicium quamuis Reipublicę intersit dictum animo iniurandi, peccatum esse mortale, ex tex. in capit. cum minister.& capitu.relegentes, 23. quæstio. 5. Quod quidem tunc præsumitur prauo animo esse dictum, quando absque vlla causa necessitatis, vel vtilitate ipsius negotii, quod tractatur in iudicio, siue extra iudicium contigerit. Quod secus est si eadem obiectio facta fuerit ex causa iusta, ita Dom. Ant.de Butr. & Abb. in capitu. fina. de iniur. Abb. in capitu. cum T. A. B. de re iudic. Sylu. in verbo rixa, vers. 4.

8 Tertia iniuriarium † actione tenetur, qui aliquod vitium occultum alicui detegit, quod peccatum non est, v.g.appellando sordidè natum, claudum, aut bastardũ,Abb.in d.cap.cum T.A.B. quamuis non sit tanta iniuria,quanta illa, quę cum vitio habet mixtum peccatum, Sotus lib. 5.de iust.& iure,q. 10.art. 1.

9 Quarta. Contumeliosus † dicitur, qui fores infringit non vt furetur, sed ut domino contumeliam inferat: significat enim re illum dominum floccipendere, idem de eo, qui fuste aliquem cædit,non vt dolorem incutiat, sed vt honorem auferat, vel vxorem vicini ad libidinem sollicitat,vt honori mariti officiat,Sotus,qui supra,col. 1.

Quinta. Vt plurimum peccatum solet esse veniale, vbi nonnullus esset cautelæ defectus,quemadmodum sæpè inter mulierculas cõtingit,& homines infimæ classis,qui inuicem se conuitiis cõspergunt, vt in os veniunt, quibus perparum solet adhiberi fides, Sotus lib. 5. de iust.& iu.q. 9.art. 2.

SVMMARIVM.

1 *Detractio quid sit, & quot in species diuidatur.*

2 *Detractio,quando mortalis, vel venialis, num.seq.*

4 *Famæ obligatio, vt oriatur,tres conditiones requiri.*

5 *Restitutio famæ falso ablatæ qualis, & quomodo fieri debeat.*

6 *Famæ denigratio, quæ iam olim fieri contigit, si tempus effecerit, vt perinde habeatur,ac si nunquam secuta sit, nulla debetur obligatio.*

7 *Crimen alicuius detegens, ordine iuris non seruato,famam qualiter restituet.*

8 *Detractio propria famæ regulariter venialis est, mortalis in tribus casibus, num. seq. 10. & 12.*

Famæ

De detractione. C. CXXXVIII.

1 Detractio † est occulta denigratio famæ alterius. [Fama uero est illęsę dignitatis status legibus, & moribus comprobatus, l. cognitionum, ff. de uari. & extraordi. cogni. Et nota, quòd fama, opinio, & existimatio, idem significāt, ut ff. de uari. & extr. cognit. l. pen. §. existimatio. glo. in l. 1. C. ex quib. caus. infam. irrog. Hęc autem famę denigratio iuxta] D. Tho. 2.2. quęst. 73. artic. 1. ad tertium, diuiditur in septem species, quarum quatuor sunt directę, & tres indirectę. Directę, Prima, quando falsum imponitur. Secunda, quando peccatum uerbis augetur. Tertia, quando occultum reuelatur. Quarta, quando id, quod est bonum, dicitur mala intētione factum. Indirectę uero Prima, negando bonum alterius. Secunda, malitiosè illud reticendo. Tertia, minuendo illud. Item detractio secundum Nauar. c. 18. nu. 21. diuiditur in formalem tantum, materialem tantū, & formalem, & materialem simul. Prima significatur bonum putatum à detrahente malum. Secunda malum putatum bonum. Tertia malum putatum malum. Hęc suo genere est peccatum mortale: quia contra charitatem: cum in re magni momenti proximus lædatur, scilicet in famæ obscuratione, & obnubilatione, quę merito maiori habetur pretio, quàm exteriora bona, iux. illud Eccl. 41. Curā habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri boni, & pretiosi, Sotus lib. 1. de iu. & iu. q. 10. art. 2.

2 Est autem mortale quando † fit animo famam proximi, notabiliter lędendi, aduertendo, uel debendo aduertere probabiliter ex suo dicto, aut facto famam alterius obscurari. Et dicitur quis

ex intentione facere, non solum quando directe id animo proponit, uerum etiam quando animaduertit quod dicit, & sine legitima causa nihilominus uerba dissеminat, alias si iniqua intentio non adsit, sed bono animo, & zelo, & ubi oportet, quis circumspectè loquitur de aliquo, quamuis uerba sint famæ detractoria, peccatum non est, immo virtus: peccatũ
3 vero † est veniale, si parua sit læsio, vel intentio parum lędendi, uel ex animi leuitate, loquẽdi ve libidine, vel ob aliquã causam non necessariam oblocutio fiat, nisi forte uerbum sit adeo graue, ut sua ipsius ratione secum afferat mortalem culpam, nisi excuset subitus motus, & maxime hoc procedit in his, quæ pertinent ad honestatẽ vitæ, vt si quis alium de hæresi, vel de quouis alio crimine notet præcipuè carnis: quæ licet sint (vt inquit Gregorius) minoris culpę, sunt tamen maioris infamiæ, Sot. lib. 5. de iu. & iu. quæst. 10. artic. 2.

4 Rursum, ut † obligatio famæ oriatur, tres conditiones exiguntur, scilicet ut auferas famam, & contra iustitiam, & quam alter non in integrũ iterum reparauit, Sot. lib. 4. de iu. & iu. quæst. 6. art. 3. col. 6. Sed modo ad decisiones deueniamus.

5 Prima. Falso † famam alterius denigrans tenetur per se, si audet, vel per aliũ ueniam petere ab infamato, si ille sciuerit detractorem, Arch. Flor. in sum. de rest. cap. 2. Si uero ignorauerit detractorem, tunc restituere tenetur famam coram illis, quibus detrahit, dicẽdo se fuisse mentitum, & si opus fuerit, addendo etiam iuramentum, quo eis dissuadeat quibus cõtrarium persuasit, immo adducendo etiam testes, secũdum Sotum lib. 4. q. 6. ar. 3. de iu. & iu. quamuis inde sua sequatur infamatio, & erubescẽtia: quia qui aliter non potest restituere, tenetur ad hoc, Scot. dis. 15. q. 4. artic. 1. Caie. 2. 2. quæst. 72. art. 6. ad 3. Nauar. c. 18. nume. 44. & 12. c. Quis aliquando. vers. Non tibi dico, de pœnit. dist. 1.

6 Secunda. Denigrans † famam alterius siue in re, quæ uera est, sed contra iuris ordinem; siue in imponendo falsum, ad restitutionem non tenetur, si tanta esset obliuio infamationis, vt perinde sit ac si nunquàm fuisset dictum; uerum si aliqua eius memoria esset, restituere teneretur: verbi gratia, adolescens, qui falso apud æquales se iactauit cum hac, uel illa puella rem habuisse, & postea iam senex illius iam peccati, & damni, quod proximo intulit, recordatus est, apud eosdem mẽdacium reuocare tenetur: quia difficile est se pro certo apud eosdem id in perpetuam obliuionem uenisse; cum quod quis uno die non meminit, altero die recordetur, ita Caieta. 2. 2. quæst. 62. artic. secundo, ad secundum, qui sensit hoc locum habere in detectore ueri secreti, quia impositor falsi tenetur ad restitutionem non obstante obliuione, Nauar. tamen in cap. 18. num. 37. in fi. dicit id sibi durum uideri, sed sufficere deberet saltem quærere ab eo, apud quẽ id imposuit, num alicuius delicti, quod de tali dixisset meminisset, & si id respõderet negatiuè, eum rogaret, ne ob aliud suum dictum eum in mala opinione haberet, testans sine aliqua expressione se falsum dixisse.

7 Si vero detraxit † detegendo aliquod occultum crimen, iuris ordine non seruato, siue in iudicio, siue extra, faciat restitutionem, non quidem asserendo se falsum dixisse, sed male locutum fuisse, iux. D. Tho. commu. receptum, 2. 2. quæst. 62. artic. 2. & in 4. distin. 15. q. 2. artic. 5. ad secundum. uel melius non debet talis detractor coram eisdem de re illa fari, sed bonam ubique eiusdem hominis opinionem dispergere, uidelicet quantum citra mẽdacium ualet, uerum si causa illius iniuriæ aliquam iacturam suorum bonorum infamatus passus fuit tenetur quidem de damno, non tamen in integrum, ac si per mendacium eum diffamasset, sed ad arbitrium prudentum uirorum, Sotus lib. 4. quæstio. 6. artic. 3. col. 7. de iust. & iure, Nauar. capit. 18. nume. 45.

Tertia

8 Tertia, famæ † propriæ detrahere, uel infamare seipsum de peccato uero, & secreto, uel de falso, suo genere, & regulariter, non est nisi ueniale, licet notabiliter per illud eius fama lædatur, aut omnino amittatur: quia prodigalitas famæ, sicut nec aliorum temporalium non est regulariter mortalis; nisi quãdo per hoc alteri notabiliter lædatur, aut sibi in his, quæ iure renuntiare non potest. Alteri quidem, quando ipse pro iusto habitus, hæreses, aut alia sua turpissima, & nefandissima crimina detegit, ex quo probabiliter causam prębeat ruinæ aliorum. uel qui Religiosus se infamat peccatis, quæ ipsius ordini, aut Monasterio notabilem infamiam inferunt. Vel is, cuius opera ad sui gubernationem Respublica indiget, ob talem infamiam se facit ad id ineptum.

9 Sibi † uero, scilicet, quando per hoc animę, aut uitæ propriæ notabile damnum infert, puta, si quis in quęstione iuratus, & interrogatus contra ius de crimine uero, sed occultissimo, uel falso, ut se ab eculei pressura eriperet, infamando seipsum illud perpetrasse reuelauerit. uel si metu tormentorum falsum ratificauerit extra tormenta, ob quam confessionem ipse fuit damnatus, & alius damnificatus, nam tunc præter peccatum mortale tenetur retractare dicta de alio, atque de se saltẽ publicè in extremo, quod tormentorum metu falso confessus est, aliàs esset in periculoso statu, Panor. c. ex parte, lo secondo, de sepult. per illum tex. per cap. non licet, 23. q. 5. Fely. in c. 1. de testi. cog. Sylu. in uer. Detractio, q. 3.

10 Item mortale est ob dignitatem † personę. Hinc Episcopis, aut aliis Prælatis, atque personis publicis ad aliorum saluti prouidendum constitutis mortale est se ipsos infamare, uel famam propriam negligere, aut infamantibus se notabiliter non resistere, aut modestè restitutionem famę non petere: Licet alii religiosi, quibus sola proprię salutis cura est iustè possunt ferre patienter, quatenus eos tãgit: nisi charitas Dei, aut proximi cõtrarium requirat; possunt tamen licitè eam tueri. Sed si quis eorum degit inter personas ad se imitandum paratas, secus faciendo grauiter peccaret, & à fortiori si seipsum infamaret, ita glo. in cap. semel Christus, de consecrat. dist. 2. Sylu. in uerbo, fama, in fi. Nauar. cap. 18. nu. 61. In his igitur casibus peccatum est mortale infamare

11 seipsum, quibus adde alium, † idest, si id faciant in confessione facta non presbytero, quamuis tempore necessitatis, nisi id bona fide, & simplici credentes (licet per ignorantiam iuris) licitum esse, Nauar. cap. 21. nu. 41.

12 Regulariter † vero est ueniale, & nec huic sententiæ obstat text. in cap. si non licet, 23. q. 5. per quẽ text. inquit Panor. in c. 1. de testib. cogen. quòd peccat mortaliter, qui metu tormẽtorum fatetur crimen falsum, notat etiam Archid. in cap. non est, 23. q. 5. Syl. in verbo, Detractio. Caieta. in sum. eod. verbo. & 2. 2. q. 73. art. 2. & ratio est, quia sicut peccatũ mortale est impingere peccatum mortale alteri, ita & sibi. Et infamare seipsum mortale est, sicut & proximum, quemadmodum & occidere seipsum est ita graue peccatum, sicut & proximum, d. cap. si non licet. Nam hoc procedit in casibus, de quibus supra.

13 Quarta, Iniustè † diffamatus si cum iuramento negauerit occultum suũ crimen, quod alter iniustè detegit: Vt dum occultus concubinarius ait infamãtem fuisse mentitũ, quamuis peccat mortaliter, nullatenus tamen tenetur denunciãti, vel accusanti famam restituere; etiam si negãdo suum crimen colligeretur aliũ fuisse vel mentitum, aut falso locutum, Nauar. c. 18. nu. 28. Si vero citra iuramẽtum negauerit, peccaret tantum uenialiter: quia non perniciose mentitus est, cũ habeat ius cęlandi, Sotus lib. 4. q. 6. art. 3. col. 7. uers. Tertius modus.

14 Quinta. Infamans † proximum, non excusatur à peccato, uel restitutione saltem quando mentiendo infamauit, eo ꝙ in aliis duplo, uel triplo magis eiusdẽ famam augeat, Nauar. cap. 18. num. 43.

15 Sexta. Præsumentes † proferre in lucem libellos famosos lingua vulgari, vel alia, aut componẽtes, vel in vulgus emittentes versus, aut cantilenas in infamiã, & detractionem status ordinis Prędicatorum, uel Minorum, sunt excommunicati absoluendi à Papa, secus si id faciant in ignominiam ipsorum Religiosorum, Caiet. in verbo, excommunicatio, casu 81. Nauar. cap. 27. nume. 109. versic. 1. vide tex. in cap. quidam maligni, 5. q. 1. vbi etiam Gemin.

16 Septima. Libello famoso † alterius honorem lędens, manifestando illius vera crimina, secundum iura ciuilia capitali sententia est puniendus, l. vni. C. de famo. libell. Quod quidem procedit etiam si quis dictum libellum ignarus inuenerit, & non statim lacerauerit, vel occultauerit, sed dolo manifestauerit, quia tũc quasi author huius delicti capitali sententia subiugatur per iura ciuilia, in d. l. vni. vt refertur per canones in capitu. si qui inuenti. 5. quæst. 1. Qui etiam dicit, quòd huiusmodi libellus illius opinionem contra quem profertur non lędit.

17 Secundum verò † ius ciuile, si agitur ciuiliter, tenetur actione iniuriarum de omni damno ad arbitrium boni uiri, idest, iudicis, Institu. de iniur. §. pœna. Secundum vero forum pœnitentiale tenetur Confessarius iniungere pœnitenti, ut imponat contrarias scripturas, vel si esset res nota, ut subscribat se esse mentitum, salua tamen persona sua, Syluest. in verbo, Libellus in fi. Nauar. in capitu. 18. num. 35.

18 Sed † aduertendum est, quòd non solum is dicitur proferre libellum, qui ad infamiam alicuius famosum carmen, aut historiam conscribit, l. lex Cornelia. §. si quis verborum. ff. de iniur. sed etiam si aliquid dolo malo fecit, vt aliquid horũ fieret, v. g. dimisit scripturam cadere in platea, argumen. tex. in l. latę. ff. de verb. signific». Nec distinguitur vtrũ nomine suo, vel alterius ediderit, vel vtrum nomen eius expresserit, quem intendebat infamare, nec ne: modo per circunstantias agnosci possit. Eodem modo tenetur, si sine scriptura notã, vel signum aliquod istorũ prodiderit (puta) quia cornua posuit in valuis, & huiusmodi, ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ait prętor. Syl. in verbo, iniuria. q. 1.

19 Octaua. Peccat † mortaliter, quamuis à restitutione excusetur, qui aliquem infamat contra charitatem in iudicio de vero crimine, non violãdo iustitiam, puta quia detulit criminosum in iudicium, qui re vera dignus erat supplicio, & testibus conuinci poterat, tamen hoc fecit iniquo animo; Facit tex. in c. cum minister, & in cap. relegentes. 23. q. 5. Sotus lib. 4. de iu. & iu. q 6. art. 3. Idem dic de infamante aliquem iniustè, quia alia via suam famam recuperauit, v. g. Fuit quis diffamatus de concubinatu, qui adeo se purgauit, vt nulla illi adhibeatur fides, Sotus, qui supra, art. 3. col. 6. quamuis teneatur ad restitutionem damni, quod infamatus accepit, quandiu sic mansit, ita Nauar. cap. 18. nu. 43.

20 Idem dic de eo, qui lædit famam notabiliter per detectionẽ vnius peccati eius qui habet alia notoria peccata, Sylue. in verbo, Detractio, q. 1. circa finem. Idem dic de eo, qui mortalia dicit de aliquo, quæ notoria sunt ei, cui dicũtur, vel probabile est, quòd veniat in cognitionem, Nauar. cap. 18. nu. 26. in fi. Idem de eo, qui detegit peccatum alterius notorium facti, uel iuris, vel famosum mala intentione nocendi, quamuis illi, quibus detegitur illud ignorent, nec in regione, ubi detegitur sciretur. Nauar. cap. 18. nu. 26. Si tamen detectio fuit facta criminis, de quo aliquis alibi fuit accusatus, & absolutus, tũc peccatum est mortale cum nexu restitutionis illud diuulgare in loco, vbi quis bonæ habetur existimationis, F. Barth. à Medi. lib. 1. cap. 4. §. 34.

21 Peccatum † etiam est mortale, cum quis diuulgat scriptum, in quo erãt peccata confitentis ad memoriam suæ confessionis, nisi essent talia peccata, quorum euulgatio parum famæ noceret. Immo esset etiam mortale ea legere, etiã

si non

si non diuulget, si ex tali scripto intelligere posset, vel debeat eius authorem nolle ea ab alio legi: Puta si in principio scriptum erat, Memoria meorum peccatorum: quia licet fortè non inueniat notabiliter lædentia, dat tamen iustam læden di causam, Nauar. cap. 18. nu. 34.

22 Excusatur † vero à restitutione famæ, & à peccato mortali. Primo, qui aliquem infamauit, cum secundum suam existimationem illa non esset infamia. Exemplum: Mentitus es meretricem tali nocte admisisse lenonem, quem non admiserat, eo casu non restituere famam, non est peccatum mortale, quia persona iam erat publicè infamis, & nullam inde maculam illa contraxit, Caie. 2. 2. q. 73. ar. 2. vers. sunt nonnulli.

23 Secundo, † qui aliquem infamat, quod esset negligens in studio, non obligatur ad restitutionem, quia infamia est de re leuissima, Sotus lib. 4. q. 6. art. 3. col. 6.

Tertio, quoties non dedit iustam causam credendi, vel non fuit ei adhibita fides, ut quia non est fide dignus, uel ioco dixit.

Quarto. Nec qui non ex odio, aut loquacitate, sed ex charitate, aut iustitia, vel necessitate aliquod crimen occultum fratris detegit suo Prælato, vel patri, vel tali personæ, quæ non oberit, & fortè proderit, quod is est is, cui dicere perinde est ac nulli dicere, ut contingit in colloquiis inter virum, & vxorem de criminibus filiorum, qualis etiam Confessarius, cui pęnitens imprudenter confidit personã, cum qua peccauit: & ratio est, quia non læditur fama proximi, cum scientes magis illa peccata tegere quærant, quàm ut etiam quis suspicetur, Caieta. 2. 2. q. 72. artic. 2.

24 Quinto. Nec † qui per fraternam correctionem aliquem infamauit, & ad maiorem emendam plures accersiuit prudenter testes, quibus proximi delictum patefieret.

Sexto. Nec qui bono amici cõsulens, qui criminosum, & male fidum seruum recipere in suam familiã decreuerat, ne id faceret admonuit: quia nullus istorũ casuum iugo restitutionis hominẽ subdit, Sotus lib. 4. q. 6. art. 3.

25 Septimo. Detectio † criminis occulti facta apud vnum fidum, atque grauissimum virum, apud quem ita cęlatur, ac si muro esset dictum, ita Caiet. 2. 2. quęst. 73. articu. 2. quamuis Sotus contrarium afferat ea ratione, quia mallet forsan sic diffamatus crimen suum notum esse tribus, aut quatuor personis, quàm vni grauissimo uiro, nam & si ex una parte maius periculum immineat ab illis euulgatum iri, quàm ab isto, tamen ex altera pluris æstimat diffamatus in bona esse existimatione apud illum grauissimum, quàm apud plures minoris authoritatis, ita Sotus libro 5. quæstio. 10. art. 2. conclusio secunda.

26 Octauo, nec † iustus timor mortis, & salutis animæ, & corporis, quæ sunt bona altioris ordinis, licet possit esse peccatum mortale, & teneatur resarcire dãnum famæ alia uia. Nono, nec qui ex loquacitate profert ea, quæ pro mortali, vel veniali accipi possunt. Vt est magnus superbus, auarus, & iracundus, quæ verba cum accipi possint pro naturali inclinatione, & motu proprio, ideo audientes debent in meliorem partem interpretari, & non scandalizari, c. estote, de reg iur. Sylu. in uerbo, Detractio, q. 1. circa finem.

27 Nono delicta † aliena à se audita otiosè absque tamen affirmatione solum referens, Caiet. 2. 2. quæst. 78. art. 3. inquit, quòd non tenetur ad restitutionẽ famæ, cũ ex natura rei non auferat illam, quãuis secundum Sotum lib. 4. q. 6. articu. 3. colum. 7. teneatur non tantum dicere se leuiter esse locutum, sed & operam dare ut opinionem sinistram, quam alii conceperunt illis adimat, nisi fortè res sit tã publica, ut alia via irrepserit. Verum si referens existimet, aut existimare debeat, quòd audientes ita credant, ac si affirmaret, tenetur ad restitutionem, Nauar. cap. 18. nu. 48. idem dic ratione scandali, Caiet. qui supra.

28 Decimo. Quoties † aliqua verba proferuntur ex animi leuitate, per quæ diminuitur fama alterius, sed non hoc animo dicta, peccatum esset veniale: nisi forte verba essent, quæ pertinerent ad honestatem vitæ, & de illis personis dicerentur, quæ ex quibuslibet inhonestis infames redderentur: Vt sunt Moniales, puellæ nobiles, nuptæ, Religiosi: nam tunc peccatum esset mortale, & ita accipienda sunt verba D. Tho. 2.2.q.73. art.2. si vero sunt personæ, quarum famam simplex fornicatio in nullo lædit, ut iuuenes seculares, qui tanti faciunt, quod dicitur de eis hoc, quantum quod cęnauerũt, quod simile est de adulterio apud multos: tunc nulla eorum videtur ex alienis verbis infamia sequi, cum proprio ore hoc se patrasse libere dicant, vel quod peius est, se iactent, Caiet. ad D. Tho. qui supra, q. 73. art.2.

29 Nono audiens † mortaliter detrahentem, si incitando, aut aliter causam ad id præbendo id facit, peccat mortaliter, magis quàm ille. Si uero tantummodo assentit, peccat æquè ac ille. Sed si audit sine assensu, & delectatione, sed solum præ verecundia, aut alia non parua ratione humana non contradicit, verbi gratia, quia detrahens nobilis esset, audiens vero famulus, aut alia persona abiecta, non peccat mortaliter, nisi in tribus casibus. Primus, si esset superior, idest iudex, parens, magister, vel alius, qui munere publico fungitur, ut Prælatus, & tunc procul omni dubio tenetur ex iustitia subditos à detractione remouere sub peccato mortali, si res sit alicuius momenti. Secundus, si aduertit ex ea notabile damnum vltra infamiam dicentis, vel alteri euenturum, quod contradicendo euitare poterat. Tertius est, si fama eius, cui detrahitur, læditur. Adde tu ex timore mundano tali, quod sit mortalis, puta procedens ex auaritia omittat obuiare detractioni, cum possit, Sylue. in uer. detractio, q.2. Sotus lib.5.q.10. ar.4. D. Tho. & Caiet. à Nauar. citati in cap. 18.nume.37.

SVMMARIVM.

1 *Laudare se, vel alium de re mala, mortale, de veniali, veniale peccatum est.*

2 *Adulatio, quibus casibus mortalis sit.*

De adulatione. Cap. CXXXIX.

1 LAudare † se, vel alium de aliqua re notabiliter mala, sicut de peccato mortali, vel vt alicui noceat spiritualiter, vel corporaliter, peccatum est mortale. Veniale vero, quando laudat de peccatis venialibus, vel de virtutibus sola complacendi intentione absque ruina, vel etiam ob aliquam vtilitatem consequendam, D.Th. 2.2.quæst.115. art.secundo, Caietan.in ver. adulatio.

2 De hac † adulatione loquitur tex. in capit. sunt nonnulli, distinct. 46.capitu. sunt plurimi, 6. quæstio. 1. capit. nemo peritorum, 11.quæst.3. Peccat etiam mortaliter ex intentione laudans aliquem, ob quod ille factus est peior, vel audacior ad malum perpetrandum, cap. vę qui dicitis, 11.quæstio.3. qui etiam false laudatus sciens, & aduertens inde notabile damnum consecuturum, si non obuiat illi, si potest, mortaliter peccat, secus si non notabile. Immo virtus est consentire laudi, siue se false laudanti de virtute tamen suo statui necessaria, exemplum de vxore occultè adultera, quæ de fidelitate laudatur, nō eo intuitu vt laudetur, sed ut per bonam opinionem, quam alii habent, scandalum euitetur, Nauar. capit.23.nu.13.

SVMMARIVM.

1 *Susurratio quid, & in quo differat à contumelia.*

2 *Susurrans, quo casu mortale admittat, nec sit absoluendus, & quo veniale.*

De susurratione. Cap. CXL.

1 SVsurratio † est significatio inordinata mali, culpę alienæ pœnæ, vel defectus naturæ alteri facta, per quam seritur discordia, vel causa discordandi inter eos. Et differt à cõtumelia, vel detractione, quia illa lædit animam, altera honorem, altera famam D. Thom. 2.2.q.74.art.1. Nauar. cap.18.nu.13.

2 Et est † peccatum mortale, quando susurratio fit, vt inter amicos discordia generetur, vel vt ex amicis fiant inimici. Et hi non sunt absoluendi, donec illos firmiter inter se conciliare proponant, si possent: si minus satisfaciãt damnis inde secutis arbitrio boni uiri, Nauar. qui sup. Veniale vero esse potest eo fine susurrare, vt amoueatur assidua familiaritas: nullum vero si fit ad dirimendam perniciosam amicitiam, dummodo citra infamationem fiat, Sotus lib. 5. de iustitia, & iu. q.11.art.1.

SVMMARIVM.

1 *Murmuratio quid sit, in quo proprie cadat, & est tum venialis, tum mortalis.*

De murmuratione. Cap. CXLI.

1 MVrmuratio † est querela cum impatientia in iis, quæ debet homo patienter ferre, & proprie pertinet ad subditos, sicut religiosus dicitur murmurare quando aliquod iniustum patitur, sed tamen Prælato non exponit rationem suam. Et dicitur murmuratio locutio abscondita, & non in faciem facta, quæ si de leuibus fit, est peccatum veniale; mortale vero, si ex ea causa aliquid fieret contra præceptum superioris, vel esset scandalum. Pœna autem murmurantium ponitur in c. alienos, dist. 50.

SVMMARIVM.

1 *Irrisionis definitio, & quibus casibus peccatum mortale pariat; & quibus veniale, nu. seq.*

De derisione. Cap. CXLII.

1 DErisio † est significatio inordinata mali, culpæ, pœnæ, vel defectus naturæ ad iniiciendam erubescentiam. Irrisio vero est sub ludi forma vitiorum detectio: Vt si deformem vitum, pulchrum appellet, & hæc irrisio mortalis est, si sit notabilis, & tanto maior, quanto maior est, qui irridetur, & minus debet irrideri. Quare maxima est Dei, sanctorũ, atque rerum sacrarum. Proxima huic est parentum, & huic proxima bonorum, & iustorum. Vnde mortalis est, quando per eã notabilis erubescentia, aut animi perturbatio iniicitur alicui, aut iniicere intenditur, aut datur causa eiusmodi perturbationis, cum derisor id aduertit, aut aduertere debet.

2 Est autem venialis, † cum parum exceditur modus, & est ordinata, ut puta iocosa de aliquo exiguo malo alterius, vt paruo rubore suffundatur, nisi facta fuisset uiro honestissimo, & religioso: quia tunc mortale, verbi gratia, qui in faciem religiosi diceret illũ absque arbitris puellæ fuisse locutum, mortaliter peccaret, quia faceret contra charitatem, Sotus li. 5. quæst. 2. artic. 2. colum. 2. Sylu. in uer. derisio. Nauar. cap. 18. num. 15. & seq. qui etiam inquit, quod ordinata, & iocosa de aliquo exiguo est actus eutrapelię, idest, iucunditatis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium temerarium, quid, & vt sit mortale, tria requiruntur, nu. seq.*
3 *Dubitans, an, & quando venialiter peccet.*
4 *Iudicans sine manifestis indiciis aliquem de mortali, mortale admittit, secus si cũ manifestis, nu. 5.*

De iudicio temerario. Cap. CXLIII.

1 Temerarium † iudicium est ex leuibus coniecturis pro certo credere plena deliberatione, & consensu graue malum proximi, verbi gratia, cum quis per leuia, & minus idonea indicia, aut signa in iudicio, uel extra illud firmiter iudicat dè proximo aliquid mali in eius dãnum notabile, vel quod peccat mortaliter, aut est in peccato mortali: quia est mendacium pernitiosum mentale, contra illud ad Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare, qualis est, qui damnat aliquem mortalis peccati, aliquem bonę existimationis, aut incognitum eo solo, quod videt eum cum muliere secreto loquentem, aut non ieiunantem, cum causam locutionis, vel ieiunii ignoret, ita colligitur ex D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 3.

2 Quod ut † sit mortale, tria requiruntur. Primum, vt iudicium sit certum. Secundum, ut colligatur ex leuibus coniecturis. Tertium, vt sit de re graui, Sotus lib. 3. de iustitia, & iu. q. 60. art. 3. Hinc multa deducuntur, & primo.

3 Qui dubitat, † an suus proximus aliquo sordescat crimine, & nullum affert consensum affirmatiuum, vel negatiuũ, non est peccatum.

Secundo, qui ita suspicatur assentiendo vni parti, ut non sit omnino firmus, sed circa aliam vacillet, peccat uenialiter, Sotus, qui supra, art. 3.

4 Tertio, qui † firmiter iudicat quemquàm de peccato mortali, nõ habens manifesta indicia, mortaliter peccat: At qui per subreptionem, & indeliberationem firmiter iudicaret, & facta postea reflexione non affirmaret sententiam iudicii temerarii, non peccaret mortaliter, quinimmo si nollet consentire in temerario iudicio, quantumcunque uehemens sit confusio intellectus, nullo modo peccaret, sed mereretur.

5 Quarto, † qui per manifesta indicia aliquem iudicat, non peccat, verbi gratia, vidi noctu schalam afferentem conscendere fenestras, vel iuuenem, & puellam secreto, obscuroque loco petulanter se amplexantes, non pecco, si sinistrum de illis fero iudicium: quia iudicium hoc non ex leuibus colligitur coniecturis, Sotus, qui supra.

SVMMARIVM.

1 *Mendacii definitio qua, & de triplici ipsius diuisione.*

2 *Mendacium non solum in dictis, sed & in factis dicitur.*

3 *Famam virtutibus adulterinis comparare tentans in perniciem Reip. peccat.*

4 *Hypocrisis mala cum sit, bonum præsefert, & mortale quando sit peccatum.*

5 *Mendacium circa doctrinam fidei mortatale est.*

6 *Mendacium ratione finis intenti, & ratione damni notabilis in proximum, fit mortale.*

7 *Mendacium ratione scandali, iuramenti, vel iudiciale, & etiam extraiudiciale de re graui est mortale.*

8 *Mendacium iocosum; vel officiosum iuramento firmatum, mortale peccatum affert.*

De mendacio. Cap. CXLIIII.

1 Mendacium † dicitur à mendæ actione. Menda enim idẽ est, quod vitiũ, inde Mendo, das. idest, vitiosè agere: ideo emendare est extra uitium ponere, ut C. de emend. seru. & C. de emend. propinq. Quandoque menda, idest, dãnum, inde emenda pro satisfactione damni. Diffinitur autem sic. Mendacium est significatio falsi, vel putati falsi pro vero, Aug. in c. homines, 22. q. 2. Animus vero fallendi non est necessarius ad essentiam mendacii, sed ad maiorem eius grauitatem. Secundum omnes. Diuiditur autem mendacium in plures species, secũdũ Aug. in c. primum, 22. quęst. 2. qui ponit octo men-

mendacii ſpecies. Verum ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1. diuiditur in materiale, formale, & mixtum: Materiale, quo ſignificatur falſum putatum verum: Formale, quo verum putatur falſum: Mixtũ, quo falſum putatur falſum. Diuiditur etiam in iocoſum, quo tantum delectatio quæritur, officioſum, quod nemini nocet, & alteri prodeſt. quæ duo regulariter ſunt uenialia, & pernitioſum, quod alicui in rebus ſpiritualibus, corporalibus, aut temporariis nocet, cap. ne quis arbitretur, 22. q. 2.

2 Item † mendacium non ſolum dicitur eſſe in dictis, ſed etiam in factis. Vt eſt ſimulatio, qua ſignificamus eſſe id, quod non eſt. Hinc qui facto mentitur, ſimulans ſe eſſe mendicum cauſa defraudandi proximum, peccat mortaliter, immo poteſt puniri ad inſtar falſarii, ut inquit Franc. in c. ut Apoſtolicæ, num. 4. de priuil. lib. 6. atque ad reſtitutionem tenetur non illis, à quibus accepit, qui iam apud Deum mercedem cõſecuti ſunt, ſed pauperibus, quod procedit, quando hac ſimulatione eleemoſynã ab illis obtinuit, qui patefacta veritate non dediſſent, ita ut ſimulatio ſit cauſa finalis, non impulſiua, Sotus lib. 4. q. 6. art. 3. de iuſti. & iu.

3 Rurſum † qui famam falſis commentitiis virtutibus comparat, ſi Reipublicæ perniciem affert, verbi gratia, quia optimum medicum ſe eſſe mentitur, tenetur illam fallaciam detegere, verum ſecus eſſet, ſi nullam perniciem afferret. Vt ſunt quædam mulierculæ, quæ foris ſanctitatem præſeferunt, vt eleemoſynis victitare poſſint, licet occulto crimine ſint infectæ, Sotus, qui ſupra, col. 7.

4 Eſt etiam † mendaciũ hypocriſis, quo ſignificatur bonus, qui non eſt talis. Et eſt peccatum mortale, quãdo quis factis ſuam opinionem, vel rem aliquã falſam pro vera in damnum notabile alterius ſignificat, vt qui vult apparere bonus, aut facit, quo appareat talis, nolens eſſe talis. Et hoc eo fine malo, ut aliquas hæreſes doceat, aut aliquam dignitatem Eccleſiaſticam, aut temporariam, qua indignus eſt conſequatur, aut niſi in tali ſimulatione ſuum ultimum finem conſtituat, iuxta Caiet. 2. 2. q. 3. & Nauar. c. 18. num. 8. Si uero quis facit opera bona, ut bonus appareat ſine notabili dãno alterius, peccat uenialiter, & ſi id faciat ſine intentione oſtendendi ſe bonum, ſed id refert ad ædificationem proximi; quia non ſunt facienda mala, ut inde bona eueniãt, Rom. c. 3. c. neque, c. denique, 14. q. 5.

5 Rurſum † mendacium eſt peccatum mortale in iis caſibus.

Primus, ſi ſit circa doctrinam fidei, & omnium pertinentiũ ad ſacram Scripturam. Hinc prædicare ſcienter mendaciũ in pertinẽtibus ad doctrinam, uel in his, quę ſunt de neceſſitate facienda, uel non facienda, peccatum eſt mortale: ſecus autem ſi dicat aliqua iocoſa, uel ſi unum capitulum pro alio allegaret, uel prophetiã ex lapſu linguæ, uel obliuione, D. Tho. in opuſc. 4. octaui præcep. Sylu. in uer. mendacium, q. 4.

6 Secundus ratione † finis intenti, tertius ſi ſit mendacium pernitioſum dictũ in damnum proximi notabile ſiue dicto, ſiue facto. Hinc patet reſponſio ad quæſtionem, quæ fuit de facto. Mercator nõ habens unde ſolueret creditoribus, fugã arrepturus reliquit mille aureos uxori dicens, ut teneret eos, & ſi excommunicationis ſententia fulminaretur cõtra non reuelantes bona ſua, ex tunc ei donabat. Quæritur utrum uxor, uel alius ſic habens aliquid, teneatur reuelare, ſi imminet excõmunicatoria? dic quod ſic, quia illa donatio non eſt uera, ſed ficta in fraudem creditorum, & ideo accipiens tenetur ad reſtitutionem, l. qui autem. §. ſimili modo, & l. ait prætor, ſecundo reſp. ff. quæ in frau. cred. Sylu. in uer. reſtitutio. 3. q. 10. verſ. quartum.

7 Quartus ratione † ſcandali, dum quis nõ ueretur ratione ſcandali publice mentiri. Quintus, ſi adſit circumſtantia iuramenti, ſiue mendacium ſit iocoſum, aut officioſum. Sextus, ſi adſit circumſtantia iudicii: Quod intellige ſi mendacium, & dictum in iudicio interiori, & exteriori

eſſet

esset de re graui, nã si de re leui non erit mortale, nisi ut dixi, notabiliter sit damnosum, vel iuratum, & sic nullum mortale erit in iudicio, quod extra illud non esset tale. Hinc si in secreto interrogatus falso mentitur in re leuissima, peccat tantum venialiter, licet grauius sit, quod si extra iudicium, Sylu. in ver. confessio. 1. q. 8. Sotus de rat. tegen. q. 7. secunda conclu. & in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 4. tertia conclu. contra D. Tho. & Caiet. Esset uero mortale, qui credens verum dicere in confessione, mentitur in re graui, & postea aduertens ex verecundia nõ vult se retractare, D. Tho. opusc. 4. oct. præcep.

8 Septimus, † si sit mendaciũ iocosum, aut officiosum iuramento firmatum, aut cum magno scandalo dictum, aut animo non abstinendi ab eis, quãuis essent mortalia, aut consciẽtia dictaret illa esse mortalia, Nauar. c. 18. nu. 2. Licet regulariter hæc mẽdacia sint venialia: nunquam tamen licet illis vti etiã fine liberãdi hominẽ à morte, c. ne quis arbitretur, 22. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Mendax filius diaboli appellatur, & homicida sui ipsius.*

2 *Testimonia falsa, & diuina, & humana lege damnata.*

3 *Detractores quot quantisq; in vitiis & malis volutentur.*

Detractores homicidæ dicuntur.

4 *Murmuratio aduersus superiores, grauissimum crimen est, & detestabile, vide rationes & exempla.*

5 *Lingua, qua ratione à Deo homini data, & quod eius officium.*

6 *Lingua sapientiam, vel insipientiã loquentis demonstrat.*

Hortatio ad cauenda dicta crimina. Cap. CXLV.

1 QVam sit † mendacii crimen graue, ex eo colligitur, ꝙ mendax efficitur filius diaboli. Quod quidem probatur tali medio. Ex loquela quis cognoscitur, ex qua regione est: Inde Petrus in domo Caiphæ à ministris habitus est pro Galilęo, vnde dixerunt ei: Galileus es tu, nam & loquela tua manifestum te fecit, c. 6. apud Mar. & iuxta uetus adagium, ex cantu dignoscitur auis. Hinc patet, quod qui loquitur mendacium, filius est diaboli: quia ipse mendax est, & pater mendacii. Qui vero veritatem loquitur, filius Dei efficitur, quia Deus veritas est. Item est homicida sui ipsius: quia os, quod mentitur, occidit animam suam, c. nec artificio so. 22. q. 2. Quare mendax subitanea morte meretur puniri, sicut dicitur de Anania, & Saphira, c. dilectissimis, 12. q. 1. Negligit insuper famam suam, quia mendaci nec verum creditur.

2 Falsa † vero testimonia, diuina, atque humana lege damnata, quantũ detrimentum Reipublicæ afferant, experiẽtia nos satis, semperque docuit. Testis enim falsus, secũdum Aug. sententiã, tribus obligatus est. Primo Deo, cuius præsentia nihil facit. Secundo iudici, quem mendacio fallit. Tertio innocenti, quem falso testimonio offendit. Quippe in eius est facultate innocentes bona fama, uita, nedum facultatibus orbare.

3 Detractores † vero mille malis, incõmodis, & pestibus scatent; obtenebrant enim virtutum gloriam, cum insidiis pugnant, ob idque difficillimè cauentur. In facie mulcent, sed in dorso latẽter commordent. Canibus comparantur in macello commorantibus, qui sanguini insidiantur, ut in aliorum aures euomant. Similes sunt porcis, qui in pomeriũ ingredientes neglectis floribus ad stercora currunt, ea in ore uoluentes: sic & isti Deo odibiles neglectis iis, quæ proximo sunt ædificationis, tanquam floribus, ad reprehensibilia, tanquam ad stercora currunt, qui non tantum suas animas perimunt, uerum etiam cunctis, apud quos nacta occasione sua seminãt scommata, eandem spiritualem inferunt mortem, quatenus illis odium eis ingenerant, cui detrahunt, unde eos Clemens in c. homicidium, de pęn. dist. 1. homicidas uocat.

Sed

4 Sed murmur, † quod fit aduerſus ſuperiores,eſſe grauiſſimum crimen eo no ſcitur,quia fit contra Deũ. Vnde ſcript. Exo.15.inquit: Nec contra nos es murmur ueſtrum,ſed contra Deum . ob hoc Maria ſoror Moſi lepram incurrit, quare uix eſt ut murmurantes proficere poſſint uirtutibus . Murmuratio unica filia eſt dæmonis infernalis . O maledictum peccatum,o odibilis beſtia, inquit Henricus Alfius : Tu prænuntia es æternæ damnationis: Tu fomentum es ignis infernalis: Tu,animam nõ deiformem,ſed dæmoniformem facis. Ob tuam obibilitatem Datan,& Abiron cum ſua progenie uiuentes deſcendere in infernũ cum corporibus , & animabus oportuit . Sic etiam & Chore cum ducentis quinquaginta uiris. Quapropter cuſtodiamus linguam,quã ideo Dominus ſub labiis, & dentibus incluſit,quemadmodum indomita animalia ſub duabus ſeris includuntur,ne noceant .

5 Lingua† membrum eſt nobile,in quo homo ſpecialiter à Deo eſt honoratus , quod electum eſt ad diuinum officium, ad laudandum Deum, orandum, gratias agendum,peccata confitendum , proximum erudiendũ:quare magnopere Deo ingratus exiſtit, qui eo Deum offendit. Qui cuſtodit (ut inquit ſcriptura) linguã ſuam, cuſtodit animam ſuam . Et alibi , Perfectus eſt uir .

6 Item† in lingua tam ſapiens,quàm inſipiens dignoſcitur. Vnde uerſus. Impurus ſermo,nõ puri pectoris index. Qualis enim quiſque eſt,talia dicit,agit . Caueamus etiã ne iniuſtè iudicemus . Sed iuxta tex.in c.2.de reg.iur.lib. 6. ſemper accipiamus in bonam,quæ in malam, & in bonam partẽ accipi poſſunt. Qui enim iudicat,non Principi,non Regi,ſed Deo furtum facit. Dominus (inquit Apoſtolus) eſt qui iudicat . Et Saluator prohibens iudicia ait: Nolite iudicare, & non iudicabimini .

SVMMARIVM.

1 *Cupiditas omnis irrationabilis prohibetur per nonum præceptum, & irrationabilis dicitur tripliciter .*

2 *Appetere ſuperfluo deſiderio, quando peccatum eſt mortale .*

3 *Appetitus rerum alienarum merito prohibitus .*

4 *Hominum genus,qui deſiderio habendi laborant .*

5 *Concupiſcentia,quæ regnat in corde , nono præcepto prohibetur, quæ ex conditionibus perſonarum diuerſum nomen ſortitur .*

6 *Cogitationum numerus explicandus , & continua cogitatio,non plura,ſed vnum eſt peccatum .*

De nono, & decimo præcepto Decal. Cap. CXLVI.

1 NOno pręcepto† prohibetur omnis cupiditas rerum alienarũ: quæ ſi irrationabilis eſt, mortalis culpa dicitur. Irrationabilis vero tripliciter dicitur. Et primo,quãdo quis animo deliberato appetit aliquid notabile alienum modo illicito , puta nõ dato pretio, vel re non petita , vel appetit aliquod illicitum quærendi, vt beneficiũ Eccleſiaſticum,cum ſit indignus , quod quando ſit peccatum mortale , diximus ſupra 7.præcep.

2 Vel peccatum† eſſet mortale,etiam appetere ſuperfluo deſiderio,quod eſt quãdo quis deliberaret potius admittere aliquod mortale,quàm non conſequi diuitias . Vel quando ex iſto appetitu fit aliqua actualis tranſgreſſio,vt quia deierat, aut blaſphemat,vel percutit iniuſtè, Syl. in uer.auaritia. q.1. ſi uero cupiditas eſt rationabilis,eſt venialis . Vetatur etiam hoc præcepto alienæ glorię appetitio. Vnde qui deſiderat domum, aut dignitates, contra hoc pręceptum facit. Quinimmo non ſolum magna,ſed nec etiam parua , ſiue animata,ſiue inanimata concupiſcere licet,vt pulchrè hic per Cathe. Rom.

3 & meritò horum † concupiſcentia prohibetur, tum quia nullum terminum habet,

bet, sicut in Eccl. dicitur, Auarus nunquam implebitur pecunia. Tum etiam, quia aufert quietem, quæ multum desiderabilis est, sicut habetur in Eccl. Saturitas diuitis nō sinit eos dormire. & Dominus diuitias spinis comparauit. Tum quia gignit in diuitibus inutilitatem, quare in Eccl. c. 14. habetur: Viro tenaci, & cupido sine ratione est substantia: non enim sunt vtiles sibi, vel aliis, sed tantum eis vtuntur conseruando. Tollit etiam iustitiæ ęquitatem. Hinc Exo. 23. Ne accipias munera, quæ etiam excęcant prudentes, & subuertūt. Necat pręterea charitatem Dei, & proximi, quia secundum Aug. vbi cupiditas, ibi nulla charitas.

4 Hoc † autem vitio plerique homines laborant, vt sunt negociatores, qui emūt vili, quo carius vendere possint; milites, qui bellum expetunt, ut furari eis liceat; medici, qui morbos desiderant; Iureconsulti, qui litium copiam concupiscunt; artifices quæstus auidi, qui alienæ laudis sunt cupidi non sine alterius famæ obtenebratione.

5 Sed decimo † præcepto prohibetur cōcupiscentia illa, quæ in corde regnat per consensum, quæ nomen sortitur à qualitate personæ, quæ concupiscitur, ut in peccatis carnalibus, si concupiscitur nupta, dicitur adulterium; si soluta, fornicatio, & sic de singulis: quæ quidem circumstantiæ confitendæ sunt, ut supra in sexto præcepto diximus.

6 Est etiam † explicandus numerus cogitationum, quoties uidelicet peccator habuerit huiusmodi cogitationes ad aliquam, quia toties peccauit mortaliter, si per interualla temporum hoc fecerit, uidelicet si consensu rationis desiderat fornicari cum aliqua, postea uero in aliquo negotio se occupat, puta in regimine domus, & exinde iterum deliberat fornicari, peccat denuo mortaliter. Sed si continuo uersatur in tali cogitatione, unū tantum peccatū est, sed tanto grauius, quanto diutius perseuerat in cogitando, Archiep. Flor. in sum. in 9. præcep. de luxuria mentali. Et hæc breuiter circa decem præcepta legis dicta sufficiant.

Finis Secundi Libri.



DECISIONES AVREÆ
Caſuum Conſcientiæ,
D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA,
Monacho Caſſinenſi, Monaſterij S. Seuerini de Neapoli profeſſo, Authore.

LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitenti ſolertia Confeſſoris, vt ſuccurrat interrogationibus, neceſſe eſt.*
2 *Domini temporales de ſuarum rerum dominio, & de vectigalibus primum in confeſſionibus interrogandi.*
3 *Collecta, an nimis grauia, iniuſtaq; imponant; officia, an rectè conferant; vniuerſitatis bona, an vſurpent, interrogandi.*
4 *Seruitia perſonalia indebita, an exigant, interrogandi. Et ſingulares interrogationes ad dominos temporales ſpectantes ad numerum 31. aſcendentes, vide vſque ad fin. cap.*
5 *Donatiua dominis temporalibus, quibus caſibus liceat ſubditis imponere, & exigere.*
6 *Donatiuum, an debeatur pro maritanda ſorore, cuius dos fuit à patre legata, vel pro ſecunda.*
7 *Donatiua in caſibus permiſſis, ita ſunt exigenda, ſi ſit Reipublicæ vtile, nec domino facultates ſuppetant.*
8 *Domini temporales cogentes ſubditos filias ſuas tradere nuptui, & peccant, & ſunt excommunicati.*
9 *Domini temporales propter iniquam ſententiam ad reſtitutionem tenentur, præter peccatum.*

De Dominis temporalibus. Cap. I.

1 QVONIAM † ſępè, vt pœnitens, pudore ſuffuſus, timore uictus, aut ignorantiæ caligine hebetatus, aut tandem malitiæ fraudibus deceptus, nonnulla, quæ ad internoſcendum peccatorum diſcrimen faciunt, prætermittat, aut reticeat, ideo neceſſe eſt, ut huic malo

malo subueniat, ac prospiciat solertia Cōfessarii, qui oportunis quibusdam interrogationibus studere debet ex ore pœnitentis elicere ea, quæ ad integritatem, & summam totius veræque confessionis pertinent. Meminisse vero debet, vnicuique statui suas interrogationes conuenire, ne forte interroget militem de his, quæ mercatoris sunt. Et ut à dominis temporalibus incipiamus, sic enim decere videtur.

2 Primo, † interroget de dominio iustè, ne, an iniustè adeptus sit.

Secundo, si exigūt collectas, vel vectigalia indebita, vel instituta ob aliquod, quod non sit, vt propter securitatem viarum, quæ non sunt securę: tunc enim tenentur illud male extortum restituere, & hoc possunt uti remedio, vt remittant suis subditis aliquam seruitutem perpetuam, vel dent aliquam immunitatem, vel faciant aliquod hospitale, vel dent aliquam eleemosynam de consensu creditorum, Syluest. in ver. restitutio. 3. num. 5. vers. 12.

3 Tertio, † si in collectis subditi sint nimis grauati: nam si contra iustitiam subditis imposuerunt, mor. p. & tenentur ad restitutionem.

Quarto, si dant officia iis, de quibus præsumitur fuisse inutiles, vel iniustos, vide supra c. 8. in 2. par. 7. præcep.

Quinto, si uendunt publica officia cū grauamine subditorum.

Sexto, si sciunt maleficia, & possunt prohibere, & non prohibent, vide supra in secunda par.

Septimo, si vsurpant quæ sunt uniuersitatis, nam tenentur vna cum fructibus restituere etiam ea, quæ sunt particularium.

4 Octauo, † si seruitia personalia indebita exigunt.

Nono, si dant subditis minus ea iusta mercede, quam quidem dedissent aliis non subditis, cum eundem laborem subeant subditi, quem alii, qui nō sunt subditi, non obstante constitutione, vbi fuit facta taxatio, anno scilicet 1483. eo enim tempore ualebat granis octo modius frumenti, & hordei quinque, & vinum septem cū dimidio, vnde sunt cogendi Domini, seu Barones ad restituendum, aliàs non absoluendi. Quod si difficilis esset restitutio, quia forte tot exegit Dominus, suique prædecessores, quod si uenderet quod habet, ad restitutionem non sufficeret, vtatur remedio, de quo supra nume. 2.

Decimo, si à suis subditis uolunt aliquid sibi dari, quod iure sibi non competit, aut si litem habeant cum subditis de aliqua re recuperanda, verbi gratia, de gabella, passu, aut nemore, & ob id procurant aliquod damnum illis, vt à Regia curia mittantur milites hospitio, nam tunc tam ipsi, quam consultores tenentur de omnibus damnis.

Vndecimo, si à suis subditis uoluerint aliquod donatiuum, nempè, pro fascia sui infantis, vel pro matrimonio contracto,
5 quia † adiutorium Dominis licet tantum petere in his casibus, videlicet in redimēda persona Domini, si forte seruus factus fuerit pro faciendo filio milite, quod hodie commutatum est in faciēdo filio Doctore, pro collocanda filia, vel sorore, ita glo. in l. placet, vers. canonicum. C. de sacrosan. eccle. quam glo. Boer. quęst. 126. nu. 2. in fi. extendit etiam posse peti pro filia, quæ religionem ingreditur.

6 [Sed an † dictum adiutorium debeatur, quando dos illius fuisset à patre legata? dic quod non, sed dos legata tantum sufficere debet, pro vt disponitur per prouisiones Regis Roberti expeditas in anno 1335. die 2. Iulij, anno regni sui 27. & ita fuit decisum referente Domino de alto mari. Vtrum vero extendatur adiutorium pro secunda filia maritanda, uide Guid. Pap. decis. 57. ubi quod sic, & ita fuit decisum per Reg. maiest. in causa Cęsaris Buzuti pro maritagio Prudentię eius sororis, ita C. Salernus, in rubr. consuet. Regni Neap. de iure doti.] Vel pro emendā terra, una tantum uice, pro seruitio Regis, uel exercitus eius, moderatè tamen secūdum qualitatem, & quantitatem

titatem bonorum, quæ tenentur subditi à dominis, facit tex. 10.q.3. cap. unio, circa medi. de censi. cap. cum Apostolus. §. prohibemus. Et ita habetur in constitu. Regni, Quam plurimum, de adiutor. exig. ab homin.

7 Omnia † tamen intelligo sub hac regula, quando domino occurrit aliquod Reipub. necessarium, vel utile, ad quod propriæ facultates non suppetunt, tunc exigere potest à subditis, ita Sylu. in ver. dominium, q. 5.

Duodecimo si cogunt subditos, ut gratis colant suos agros, vel si permittunt mala, ut vsuras.

Decimotertio, si parte ius petente condonant offensam.

Decimoquarto, si subditos uolentes domicilium transferre bonis spoliant.

8 Decimoquinto, † si filias suorum subditorum cogunt alteri nuptui tradere: nam præter mor. sunt excommunicati, ab Episcopo absoluendi, ita Cath. Neap. lib. 3. c. 11. ver. 80.

Decimosexto, si venando segetes, & alia agrorum semina conculcant.

Decimoseptimo, si homicidia atque incarcerationes ex ira, aut odio faciunt, vel fieri permittunt.

Decimooctauo, si nimis duri ad parcendum in quibus potuerunt, quia aliquando peccatum est.

Decimonono, si neglexerunt facere iustitiam.

9 Vigesimo, si † iniustè iudicauerunt, quia præter mor. tenentur ad restitutionem.

Vigesimoprimo, si circa honores nimis ambitiosi fuerũt, & ob cõsequendos honores si fuerunt parati facere malum.

Vigesimosecundo, si suis officialibus suas mercedes non soluerunt: quia vltra mortale tenentur satisfacere.

Vigesimotertio, si propter hoc faciliores fuerunt ad delinquendum.

Vigesimoquarto, si miserabiles personas noluerunt audire.

Vigesimoquinto, si ancillas, vel subditas deflorauerunt.

Vigesimosexto, si corrupti pecunia aliquem indebitè condemnauerunt.

Vigesimoseptimo, si sua bona inutiliter impenderunt.

Vigesimooctauo, si dicunt suis officialibus, quod vulgo dicitur, Che se procaccia, nam ultra mor. de male acquisitis tenentur ipsi successiuè ad restitutionem.

Vigesimonono, si malos homines in officiales posuerunt.

Trigesimo, si in distribuendis officiis ab officialibus aliquid mutuo acceperũt, quia vsura est.

Trigesimoprimo, si indebitas operas à suis subditis exegerunt, maximè in diebus festis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Græcè, Latinè, speculator dicitur, & Episcopi dignitates, nu. seq.*

3 *Episcopus, aliq; Ecclesiastici aliorum speculum in moribus esse debent.*

4 *Episcopis peculiares interrogationes faciendas per Confessarium. nu. 32. vide vsque ad finem cap.*

5 *Deserere gregem, quando possit prælatus, vide distinctionem.*

6 *Episcopi, quæ possint alteri committere, & quæ non.*

7 *Episcopus extra territoriũ suum insigniis vti ex priuilegio tantum licet, & verba priuilegii quomodo intelligenda.*

8 *Episcopus, vel Archiepiscopus cessante priuilegio non possunt vti insigniis designantibus officium, seu administrationem, possunt tamen nonnulla agere, vt numero sequen.*

10 *Annulum Episcopi debent in quarto digito habere.*

11 *Archiepiscopus in locis exemptis suæ prouinciæ quinque facere potest, & quæ.*

12 *Legitimatio per subsequens matrimonium per omnia ius legitimorum restituit.*

13 *Regulares ad supplicationes, quando cogi per superiores possint, vel ad synodum.*

14 *Domicilium habere quis potest in pluribus locis, & vbi Religiosi domicilium habeant.*

15 Ordinis collatio clericis alienis non fit ſine licentia Epiſcopi loci ſuæ originis.
16 Litteræ commēdatitia, & dimiſſoria, quæ.
17 Epiſcopus non debet quenquam ad ſacros ordines admittere, niſi is habeat vel beneficium, vel patrimonium.
18 Patrimonium an ordinato oporteat eſſe aſſignatum in titulum, & an, & quando illud vendi poſſit, nu. ſeq.
20 Epiſcopus titulum in ſpe habentem, ordinare non poteſt.
21 Subdiaconus ad titulum patrimonii eo renunciato, presbyter factus, non eſt ſuſpenſus.
22 Ordinatus ad titulum patrimonii, quod mentitus eſt habere, an ſit ſuſpenſus.
23 Ordinatus ad titulum ſibi promiſſum cum pacto de non petendo, an ſit ſubreptitiè ordinatus.
24 Ordines, vel beneficia illiteratis conferre non poſſunt Epiſcopi, ſecus de parum ſcientibus.
25 In ſacris ordinibus tria requiruntur, & quare dicuntur ſacri.
26 Eccleſiaſticis non patris, non generis, ſed morum nobilitas neceſſaria.
27 Scientia laicis intolerabilis, ſed Eccleſiaſticis nulla digna eſt excuſatione.
28 Epiſcopi non poſſunt niſi ſtatuto tempore ordinare, & iuxta ætatis tempus in ordinando requiſitum.
29 Conſecrare non virgines pro virginibus minime poſſunt, & qualis intelligatur hæc virginitas, & quid de violatis per vim.
30 Quibus verbis uti debet Epiſcopus in conſecratione virginis occultè corruptæ.
31 Epiſcopus qualem presbyteris, & qualem laicis ſe in verbis, & actibus præſtare debeat.
32 Papa quando modo fratrem, modo filium Cardinalem appellare debeat.
33 Monachus factus Epiſcopus à quibus obligationibus abſoluatur.
34 Mulctam, quæ ex ſtatuto imponitur, poteſt Epiſcopus ſibi applicare, ſecus ſi per ſententiam: tutius tamen erogare pauperibus.
35 Epiſcopus quo tempore fructus, & quo Epiſcopatum amittat, niſi ſit conſecratus.
36 Epiſcopi non reſidentes ſine cauſa legitima, quas pœnas incurrunt.
37 Cauſa legitima non reſidendi, quæ.
38 Epiſcopo quibus cauſis dandus ſit coadiutor, & eius officium.
39 Charitatiua ſubſidia non niſi ex cauſa rationabili poſſunt Epiſcopi petere.
40 Subſidia charitatiua poſſunt Principes ex cauſa imponere, & id quibus caſibus liceat.
41 Cauſæ ſeptem, ex quibus charitatiua ſubſidia imponi poſſunt.
42 Cauſa imponendi ſubſidia ita demum admittendæ, cum Prælato non ſuppetunt facultates, & qualiter petenda, nu. ſeq.
44 Subſidii charitatiui quantitas arbitrio iudicis remittitur.

De Epiſcopis. Cap. II.

1 EPiſcopatus † vocabulum inde ductum eſt, quod ille, qui efficitur Epiſcopus, ſuperintendat curam gerēs ſubditorum. Epiſcopi autem Græcè, Latinè ſpeculatores interpretantur: Nam ſpeculator eſt præpoſitus in Eccleſia, dictus ab eo, quod ſpeculetur, & perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores, & vitam, cap. cleros, diſtin. 21. Sic Athenienſes, quos ſpeculatum mittebant quid in vnaquaque Ciuitatum ſubditarum boni, vel mali ageretur, Epiſcopos, hoc eſt ſpeculatores vocabant. A Iureconſultis etiam eodē hoc ſenſu nomen hoc accipitur, in l. munerum, 2. §. idem Epiſcopi, ff. de muner. & honor. Hi propter dignitatis perſonam
2 appellantur † legati Dei, 7. q. 1. cap. ſicut, in fi. 21. diſt. in nouo. 11. q. 7. cap. accuſatio. in fi. Alibi dicuntur pupilla oculi Dei. Item dicuntur quandoque columnæ Eccleſiæ ſanctæ Dei, ut inquit Domi. in cap. ſtatutis, 11, q. 7. Item aliquando ſummi ſacerdotes, de conſecr. diſt. 5. cap. de his. Item dicuntur Vicarii Chriſti, 23. q. 5. cap. mulier. Ideo ſunt plus cæteris honorandi ob reuerentiam ſacri officii, quod exercent, de offic. deleg. capit. quia

quia Pontificali, in princ. Hinc Episcopatus dicitur culmen, distin. 60. quis, in fi. de præb. in 6. c. venerabilis. Aliquando talis dignitas fastigium, hoc est magnitudo, vel altitudo uocatur, dist. 61. c. miramur. 1. resp. Hi scientia, & sanctitate subditos præcellere debent, 1. q. 1. c. vilissimus. Non enim sufficit, quod Episcopus cum subditis æqualem vitam ducat, 8. q. 1. cap. fin. sed debet esse speculum aliorum
3 † in moribus. Vita namque pastoris debet esse exemplar subditis, 2. quęst. 7. cum pastoris. & non solum Episcopi, sed etiam omnes Ecclesiastici præuidere debent vt totum populum sermone, & conuersatione, & operibus præcedant: quia vehemēter Ecclesia Dei destruitur si meliores fuerint laici, quàm clerici, 8. q. 1. qualis. Nāque vitia Pręlatorum facile transeūt in exemplum subditorum, & scandalum generatur in mentibus laicorum dicentium, vbi est Deus clericorum, vt legitur in c. magnæ, de voto. Et scire debēt Prælati, quod si peruersa perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos exempla perditionis transmittunt, 11. q. 3. c. præcipuè.]

4 Sunt ergo interrogandi primo, † si recusant Prælaturam iniunctam à superiore per præceptum, nec requiritur ut sciāt se sufficientes esse, sed ut ipsis non constet de opposito: possunt enim petere absolutionem ab officio, si vident animas sibi subiectas non proficere suo, vel subditorum defectu, vel per alium melius regi posse.

Secundo. Si gregem deserunt personaliter, videntes, quod subditorum salus, præsertim pastoris præsentiam exigit, & non resident, præterquam in casibus, & tempore, in Conc. Trid. concessis.

[Verum quando possit Prælatus per-
5 sonaliter deserere suū gregem, † vide Innoc. in cap. nisi cum pridem, num. 5. de renunc. vbi sic inquit, quod persecutio, vel est extrinseca, aut intrinseca. Extrinseca consistit in manifestis, & præcisis inimicis Ecclesię, qui nos persequuntur. Intrinseca in subditis, qui adhuc nō sunt præcisi, nec corrigi uolūt. Circa primam persecutionem sic distinguitur, an solus Prælatus quęritur, an totus clerus, aut tota Ecclesia. Si solus Pręlatus, aut eo recedente tuta est salus Ecclesiæ, & tunc fugiet; aut non, & tunc ponat animā suam pro ouibus suis. Si totus clerus quæritur, si alias potest consuli Ecclesiæ, totus clerus fugiat cum Pręlato; si non potest consuli, remanere debent cum Pręlato, vel omnes, vel quidam ex eis: quod si inter eos est altercatio de remansuris, forte res dirimatur, 26. q. 2. sors. Si autem tota Ecclesia quęritur, & fides impugnatur, tunc non debet fugere, sed omnes ex aduerso consurgere pro domo Israel, 43. distin. sit rector. Circa intrinsecam autem distinguitur: nam aut omnes sunt mali, aut quidam, aut omnes boni, aut quidā boni: si boni sunt admixti malis, eos deserere non debet, 23. q. 4. cum bonis. si mali omnes sunt, aut spes est de correctione, aut non. Si est spes, non sunt deserendi; si non est spes, & tunc sunt deserendi, cap. fin. de renunc. sic Beatissimus noster pater Benedictus deseruit fratres, quos semel susceperit, qui inito consilio uenenum uino in uase miscuerunt, quia omnes erant mali, & nullus fructus in eis sperabatur, ut inquit Greg. ad Petrum lib. 2. Dial. Nam ubi omnimodo fructus de bonis adest, fit aliquando de malis labor superuacuus, maxime si e uicino causę suppetant, quę fructum Deo ualeant ferre meliorem.]

Tertio. Si non quęrunt defectus subditorum, ut corrigantur, quādo fama, uel merito quid aliud mouere eos debet.

Quarto. Quando dant authoritatem
6 non † Episcopis in his, quæ propriè pertinent ad officium Episcoporum, ut ordinare chrismare, Ecclesias consecrare, & similia, nam talia non possunt competere inferiori etiam ex consuetudine, ut in cap. quanto, de consue. quia in eis deficit ordo episcopalis. Possunt tamen concedere, & committere inferiori ea, quæ pertinent ad dignitatem Episcopalem, ut cognoscere de causa matrimoniali, glo. &

Dom. Anton. & Abb. in cap. litteras, de restit. spolia. Item dare indulgentiam, & alia, de quibus in c. accedentibus, de excess. Præla. Item possunt comittere ea, quę sunt iurisdictionis, vt cognoscere de causis clericorum, 16. q. 2. visis. Abb. in d. cap. accedentibus, iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta recipere à vasallis, inuestire, beneficia conferre. ita glo. sing. in c. aqua, de consecr. alta. & in c. transmissam, de elect.

7 Quinto. Qui insigniis† denotantibus superioritatem vterentur in loco extra suum territoriū: nam non possunt; Cum hoc tendat in præiudicium aliorum, ne videantur plures Prælati in eodem loco, nisi ex priuilegio, quo casu tenor Priuilegii est inspiciendus, & seruandus, quia in tantum extēditur priuilegium in quātum in eo reperitur expressum, & non vltra, cap. ut Apostolicæ, de priuileg. lib. 6. Et si in priuilegio dicitur quod Prælati utantur insignibus extra suum territoriū, & in omni loco, intelligi debet, dummodo illis non vtantur præsentibus eorum Prælatis, ita glo. in uer. dignitatem, in cap. vt Apostolicæ, de priuileg. lib. 6. quam opinionem tāquam ueram approbat Archid. & Ioan. Mon. & Phil. Fran. in d. cap. vt Apostolicæ: priuilegia enim tanquam odiosa, & præiudicatiua iurisdictioni ordinariæ debent restringi, & potestas ordinaria tanquam fauorabilis ampliari.

8 Hinc infertur, †cessante priuilegio nō posse Episcopum, vel Archiepiscopū vti insignis, quæ designant officium, seu administrationem, sicut est pallium in Archiepiscopo, vel mitra, & baculus in Episcopo sine speciali licentia Papæ, de usu pall. ex tuarum. nec posse uti aliis Episcopalibus exercendo aliquid de re, aut chrismate, vel absoluere ab excommunicatiōne sine licentia illius diœcesani, 9. quęst. 2. per totum.

[Quid autem sit pallium? dic quod est insigne ornamentum Archiepiscopi, vel Episcopi de corpore Beati Petri sumptum. Dixi Episcopi, quia licet regulariter pallium competat Archiepiscopis, & superioribus, facit cap. cleros, dist. 21. tamen ex priuilegio speciali potest etiā Episcopo competere, vt patet in c. cum in iuuentute, de præsump. Quomodo autem debeat esse forma pallij, & quid significent quatuor cruces, vide Doct. in rubr. de auth. & vsu pall. Et nota, quod Episcopi exercentis pontificalia in aliena diœcesi, pœna est suspensio, cap. 5. sess. 6. Conc. Triden.]

9 Potest† tamen sine exercitio officii iurisdictionis cantare missam, prædicare, vel quid simile, pro hoc, quod no. 6. q. 3. c. scriptum, & de vsu pall. c. fin. Zabar. in cle. unica, nu. 11. de foro comp. [Dixi si-
10 ne exercitio officij iurisdictionis, † quia ut inquit Abb. in c. 1. col. 2. vt lite pend. & in cap. antiqua, de priuil. potest Episcopus solum celebrare, non autē celebrando sacros ordines etiam subditis conferre absque diœcesani licentia, Anton. & Panor. in c. ex tuarum, nu. 11. & in cap. ultimo, de auth. & usu pall. quamuis possit in aliena diœcesi primam tonsuram conferre, Couar. lib. 3. varia. resolu. c. 20. nu. 8. Potest etiam uti insignibus denotantibus dignitatem, vel perfectionē in persona insignita, vt est delatio annuli, quem debent portare in quarto digito, vt sciat se Ecclesiæ seruientem corde, & animo: fertur enim in ipso digito uenam esse, quæ à corde procedit, 30. q. 5. cap. fœminæ.]

Item celebratio in pontificalibus, vt etiam est deportatio caudæ, quæ non denotat superioritatem, sed grauitatem, vt inquit Syluest. in ver. Patriarcha. versi. tertium.

11 Archiepiscopus † vero in locis exemptis suæ prouinciæ quinque facere potest, vt inquit text. in clem. fin. de priuil. Primum, potest ante se crucem deferre. Secundum, benedicere solemniter populum, dicens, sit nomen Domini, &c. Tertium, Diuina officia priuatim, vel publicè audire. Quartum, celebrare etiam in Pontificalibus cum pallio. Quintum, facere in sua pręsentia sine pōtificalibus cele-

celebrare. Sed notandum, quod id, quod diximus, quod delatio crucis non sit cõtentiosę iurisdictionis, est tamen insigne sapiens superioritatem. Hinc fit, quòd non possit vti Archiepiscopus in loco exempto cessante priuilegio, quod tamẽ conceditur ex priuilegio huius clementinæ: ibi, Duximus concedendum.

12 [Item si fuit † electus ad Episcopatũ, cum sit natus de illegitimo matrimonio, iux. tex. in cap. cum in cunctis, de electi. nisi legitimatus sit per subsequens matrimonium, hoc enim sufficit, ita gl. ad quã Abb. se remittit, de elect. in ca. innotuit, & cap. tanta, qui filii sint legit. & est cõmunis: & ratio est, quia vbi fit legitimatio per subsequens matrimonium, verè ius legitimorum restituit, & ab initio cẽsetur fuisse legitimus, Angel. in Auth. quom. natur. effic. sui. in §. quoniam, in princip. & ideo appellatione legitimè nati, comprehẽditur legitimatus per subsequens matrimonium, Anto. de Butr. in d. cap. innotuit, col. 2. vers. nota ergo. Hinc licèt legitimatus per rescriptũ non comprehendatur in emphyteusi Ecclesiastica, vt notat Bal. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. tamen legitimatus per subsequẽs matrimonium includitur, secundum Ioan. de Imola in l. quod dicitur, de verb. signific. & Petr. de Anch. cons. 242. Sic etiam licèt legitimati non succedat in bonis feudalibus, cap. naturale, si de feudo fue. contro. secus tamen in legitimato per subsequens matrimonium, secundum Bald. post antiquos in d. c. naturales. Et idem notat Hosti. Ioan. And. Ant. de Butr. in capitu. lator, qui fil. sint legit. & ita communiter tenetur. Sic etiam statutum, quod excludit fœminas propter masculos, habet locum in legitimato per subsequens matrimonium, licet secus esset in legitimato per priuilegium, ita Paul. Castr. cons. 211. super eo. col. fin. Deci. cons. 52.

13 Rursum † si Episcopus compellit Religiosos exemptos, vel non exemptos ad processiones ex leui causa; quia non semper tenentur ire ad illas cum Episcopo, & clero, & hoc ut quietius intendant diuinis, sed tantum ex graui causa, argum. text. in cap. nimis, el secondo, de excess. prælat. Imminens causa videtur esse pestis imminens, vel aliquod flagellum, vel bonum pacis, vel aliquod, quod respicit bonum vniuersale, secundum Constit. Pii V. Et ita intelligo Concilium Trid. sess. 25. cap. 13. vbi vult, quòd quicũque Regulares etiã monachi ad publicas processiones vocati accedere compellũtur, his tãtum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò degunt, facit text. 16. q. 1. reuertimini, de consecra. distin. 3. rogationes. nam quod omnibus imminet, ab omnibus debet explicari, de offi. Archid. ad hæc, in cap. 2. de elect. ita Abb. in d. cap. nimis, nu. 3. Rursum si Episcopi vellent compellere Abbates, vt accedant ad Synodum: cum non teneantur, cap. Episcopus, dist. 18. Quod intellige primo de Concilio prouinciali, cap. fin. ead. dist. quamuis expediat eis, vt ueniant propter statuta, quæ ibi fiunt, quandoque in eorum prędicium, vnde si pręsentes fuissent potuissent impedire ne fiant. 31. dist. cap. Nicena. Secundo intellige de fratribus Mendicantibus, uel secundum alium intellectũ de Abbatibus, vel Prioribus, qui hoc haberent ex priuilegio, c. nimis, de excess. prælat. Tertio intellige in exemptis, glo. in cap. quod super his, de maior. & obed. & ratio est, quia illi nõ sunt astricti statutis synodalibus, iux. not. per Docto. in cap. 2. de constit. in 6. Nisi exempti haberent populum, vel capellas sibi subiectas, quia tunc tenentur ire, ut patet de priuil. cap. ex ore. Quarto intellige etiam in Abbatibus non exemptis, quos quidem Episcopus non debet compellere nisi necessitas subsit, & ita procedit tex. in d. cap. Episcopus. Quinto intellige in Monachis claustralibus, glo. 1. q. 4. cap. conuenientibus. Quod secus esset si Monachi essẽt promoti ad Ecclesias, quia vt rectores parochialium Ecclesiarum tenentur ire, d. capit. quod super his, de maior. & obe. ita monachi trãslati ad parochiales Ecclesias: cum astrin-

gantur regulis, & statutis ipsarum parochialium Ecclesiarum, ut patet ex no. 16. q. 1. cap. de Monachis, ita Gemin. in d. c. Episcopus, dist. 18.]

Sextum. Si ordines confert clericis alienis sine licẽtia sui superioris, quamuis conferendo character imprimatur, Sylu. in verbo, Ordo, 3. q. 3. Superior autem in hoc casu intelligitur Episcopus, de cuius diœcesi est oriundus is, qui ad ordines promoueri desiderat, seu in cuius diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum, seu habet, licet alibi natus sit, cap. cum nullus, de tempo. ord. lib. 6.

14 Domicilium † autem potest quis habere in plurimis locis, ff. ad municip. l. assumptio, §. iuris prudentibus, cap. ex parte, de foro compet. notat glo. de rescript. cap. dilectus filius, de iudic. cap. dilecti, cap. cum nulli, de temp. ordin. lib. 6. ff. ad municip. l. filii, ff. de Senat. l. Senatores. quod verum est, si in vtroque se æqualiter collocauit, de sepult. cap. 2. Aliàs ibi dicetur habere domicilium, vbi maiorẽ partem rerum suarum habet, ff. ad municip. l. eius, §. fin. glos. in cap. cum nullus, de tempo. ordin. Religiosi vero dicuntur habere domicilium, vbi moram trahunt etiã si inde non sint oriundi, quo ad potestatem recipiendi ordines etiam sacros, & dicuntur ciues ciuitatis, vbi est Monasterium, ut tenuit Bar. in l. 1. ff. ad munic. Franc. in cap. cum nullus, de tempo. ord. lib. 6. nisi sint exempti, quia sufficit licentia sui Prælati, Sylue. in verbo, Ordo, 3.

15 quæst. 2. in fi. Igitur † ad conferendos ordines clericis alienis requiritur licẽtia Episcopi, de cuius diœcesi est oriundus is, qui ad ordines promoueri desiderat, seu vicarii generalis Episcopi, vel capituli sede vacante, d. cap. nullus, de tempor. ordin. lib. 6. quæ quidem licentiæ debent dari in scriptis, quæ alio nomine vocan-

16 tur litteræ dimissoriæ. [Quæ † autẽ sint litteræ dimissoriæ, & quæ commendatitiæ, vide Innoc. in rubr. de cler. peregr. vbi litteræ commendatitiæ dicuntur, per quas quis cõmendatur de vita, & moribus, vbi etiã exprimuntur ordines, quos habet, arg. cap. pen. & fi. dist. 72. Litteræ autem dimissoriæ dicuntur, per quas dimittitur à iurisdictione Prælati, dist. 72. An uero licentia facta ab Episcopo, uel Vicario, vt possit ubicunque ordinari, expiret per mortẽ Episcopi, vel per amotionem ab officio, vide quæ diximus infra lib. 4. cap. 2. nume. 27. vsque 30. Sed nunquid litteris ipsius Episcopi, vel vicarii sit credendum, dic quòd sic, glo. in c. placuit, 2. q. 6. & 11. q. 3. c. curæ. vbi idem dicit Archid. de litteris aliorum Prælatorum, ext. de dolo, & contuma. cap. veritatis. Idem de litteris Conuentus, ext. de probat. cap. tertio. Item Capituli, ext. de appellat. cap. significauit. Item vniuersitatis, ext. de procur. cap. quia in causis. Item corporis, vel collegii, ext. de excess. prælat. c. dilecta.]

17 Septimo † si quempiam ad sacros ordines admittunt, nisi beneficium habeat, vel patrimonium, quo sustentari possit, iuxta tex. in cap. si Episcopus, de præben. lib. 6. & habetur in concil. Triden. ac per Sotum in 4. senten. dist. 25. q. 1. art. fin. colum. fina. & alibi inquit idem Sotus. Nulli ordinari deberent, nisi qui suis fructibus viuere possent, & qui Ecclesiis seruire sufficerent: nam admittere ad sacerdotiũ illos, qui non nisi mendicatis eleemosynis victitare possunt, nefas est. Sed quærit Ioan. And. in d. cap. si Episcopus.

18 An sufficiat, † vt ordinatus habeat tantum patrimonium, vel requiratur, ut illud sit sibi assignatum in titulum, idest, vt sit expresse promotus ad titulum sui patrimonii. Et respondet, ꝙ debet sibi expressè assignari in titulum, quia tunc transit in rem Ecclesiasticam, & vendi non potest. Quod secus esset, quando non fuisset sibi assignatum in titulum, quia tunc vendere posset sine Episcopo. Ita voluit Io. And. ibi, secundum Domi. in d. c. si Episcopus.

19 Sed quid † si ordinatus ad titulum patrimonii cõsequatur postea beneficium, an licitè poterit disponere de patrimonio, prout vult. & resp. Imo. quòd sic, in cap. tuis, de præben. quia tunc cessat ratio.

ratio. Immo voluit ibi glo. not. in ver. sustentari, quòd si ordinatus ad titulum patrimonii non potest ex illo integraliter necessaria vitæ percipere, quòd Episco-
20 pus supplere debeat, quod nota. Item † quęritur, an liceat Episcopo ordinare habentem titulum non in re, sed in spe. puta si habeat literas expectatiuas ad beneficiū? Respondeo, quòd non. Secus si iam fuisset adeptus beneficium, licet fructus alteri debeantur: quia talis de illo sustentari debet, vt not. in cap. si tibi concesso, de pręben. Et idem sequitur Lapus in d. cap. si Episcopus, dicens, quòd talis debet habere medietatem redditutum, de quo in extrauag. suscepti, Ioan. 22. Ita Philip. Franc. in d. capitu. si Episcopus, de præben. lib. 6.

21 [Item quæritur, an † ordinatus sine beneficio ad titulum patrimonii ad gradum subdiaconatus, qui illud renunciauit in fauorem parentum, & postea fecit se ad superiores ordines ordinari ab ordinario, cui facta fuit fides de titulo patrimonii, cum ordinaretur ad subdiaconatum, qui ignorabat prædictam renunciationem, & postea celebrauit, incidat in illas censuras, & irregularitatem? Dic quod non, quia non præstat impedimentum, quod iure non sortitur effectū, reg. non præstat, de reg. iur. lib. 6. At renunciatio præfata nō valuit, per Conc. Trid. cap. 2. de reform. sess. 21. quatenus habet titulum huiusmodi sine licētia Episcopi nullatenus excusari possę, & uerbū nullatenus, inducit nullitatem actus ipso iure, iuxta glo. solemnem in clem. 1. verbo, nullatenus, de sequestr. possess. & propriet. & in clem. 2. in uer. nullo modo, de ætate & qualit. ergo. ita Nauar. de tempor. ordin. lib. 1. consi. 16. & consi. 42.

22 Rursum † an iustè sit ordinatus ad titulum patrimonii, qui illum dixit se habere sufficiētem ad honestè uiuendum, si notabiliter ille erat insufficiens? Dic quod non, vnde incurrit suspensionem
23 latam per Pium II. Et † quid de eo, qui ordinatus fuit cum titulo promisso, vel dato ab aliquo facto clam pacto de non petendo illo, an iudicetur male ordinatus? dic quod sic, ita probat tex. in c. per tuas, el terzo, de simon. uide Nauar. de tempo. ordi. lib. 1. consi. 18.]

Octauo. Si ordines, uel beneficia Ecclesiastica conferunt absque ullo præuio examine, & delectu, uel conferunt indignis. Sotus qui supra, verbi gratia, illiteratis, secundum Innoc. in c. cum in cunctis, de elect.

24 Illiterati † enim ordinari nō possunt, cap. præcipimus, distin. 34. cap. illiteratos, 36. dist. c. fin. de tempo. ordi. lib. 6. Poterunt tamen promoueri parum scientes, si spes est, quod possint proficere, ut si sunt iuuenes, de quibus spes est, ut studeant, & doctiores fiant, d. c. fi. de temp. ordi. lib. 6. Nisi sint Monachi, quia contemplatione magis indigent quam scientia, facit quod legitur, 16. quæst. 1. ubi dicit Ioan. quòd sufficit Monacho, si sit bonus, licet sit illiteratus, Sylu. in uer. clericus, 1 1. nū. 1. uers. 1.

[Quæ tamen necessaria sint in sacris ordinibus suscipiendis, notat Alexan. in Conc. Lateran. in c. cum in cunctis, de
25 elect. qui uult, quod † in sacris ordinibus maturitas ætatis requiritur, & morum grauitas, & litterarum scientia. Primo enim requiritur ætatis maturitas, secundum Conc. Trid. sess. 23. cap. 12. Ideo pueri ad sacros ordines nullatenus admittuntur, ut Gregorius dicit, 1. q. 1. cap. pueri, & dicuntur ordines sacri propriè illi, in quibus retrocedere non licet: quia impediunt matrimonium, pro ut est ordo subdiaconatus, & alij superiores, cap. à multis, de ætate & qualit. cap. ex eo, de elect. lib. 6.

Secundo requiritur morum grauitas,
26 nam † Ecclesiastici morum nobilitate, & non generis, uel patris claritate innotescere debent, ut dicitur 40. distinc. nos qui. Et uita, & mores tantum faciunt sacerdotem, c. 1. distin. 40. Vnde laborandum est, ut clericorum mores reformentur, cap. ut clericorum, de uita, & hone. cleri. & morum grauitas etiam commendat Monachos, 16. q. 1. Monachos. & ab

Ecclesiasticis vitia morum magis quam verborum vitari debent, c. sedulo, distin. 28. Et boni mores scientiæ præferuntur, vt probatur in d. cap. cum in cunctis, ex ordine litterę.

27 Tertio scientia † requiritur, quæ si in laicis vix tolerabilis videtur, in Ecclesiasticis non est digna excusatione, atque venia, dist. 38. cap. si in laicis. nam ignorantia est mater vitiorum cunctorũ, & maximè sacerdotibus vitãda est, 38. dist. ignorantia. Ecclesia enim viris litteratis maximè indiget, cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. & multum illis fauet, vt cum eis dispensari possit, c. de multa, in fi. de præb. Vnde si personæ promouentur, quæ nõ habent qualitates prædictas, Ecclesia grauia detrimẽta patitur, vt dicit tex. in cle. 1. de ætate & qualit.]

28 Nono. Si ordines † conferunt non statutis à iure temporibus, secundũ Conc. Trid. sess. 23. c. 8. vel ordinem subdiaconatus ante 22. & diaconatus ante 23. & presbyteratus ante 25. ætatis suę annum, ead. sess. c. nullus.

29 Decimo. Si † consecrant nõ uirgines, vt virgines. Per virginitatem hic intelligẽ, carnis integritatẽ, ne putet quis puellas integras carne, mente autem, & negligentia, seu complacentia pollutionum delectabilium corruptas à consecratione repellendas esse, eo prætextu, quod irreparabiliter amisissent virginitatis virtutem: possunt enim consecrari, quia sunt verè virgines secundum statum, licet nõ secundum virtutem, Caiet. in ver. Virginum consecratio. Sed an possit violenter corruptas consecrare? Dic quod non: licet virginitatem, vel aureolam nõ perdant: quia difficile est tunc voluntatem ita reniti, vt aliquem consensum non eliciant, vnde cum plenè de eius voluntate constare nõ possit Ecclesię, statutum est vt humiliter à consecratione abstineant, 32. quæst. 5. cap. illæ autem, 16. quæst. 1. si quis iratus, Sylu. in ver. consecratio virginum, q. 1. [possunt tamen tales violenter corruptę habere uelum professionis, glo. in c. 1. de iis, quæ ui. non autem uelum consecrationis, quod uirginibus tãtum imponitur, 20. q. 1. deuotis.

30 Quibus † tamen uerbis utatur Episcopus in cõsecrando uirginem occultè corruptam? Dic quod potest pronunciare uerba ipsa consecrationis, quæ uirginem & uirginitatem sonant, accipiendo illa intra mentem pro uerbis castam, & castitatem significantibus, per quod excusaretur mendacium simul, & scandalum, ita Nauar. de regul. conf. 4. num. 6.]

31 Vndecimo. Si † Episcopus, non honorat canonicos, uel presbyterum, quod debet facere. Hinc non debet sedẽs Episcopus pati presbyterum stare, 95. distin. Episcopus in quolibet. Item debet eum in domo habere collegam, sed in Ecclesia debet sedere sublimior: In itinere uero debet præcedere, & presbyter sequi, ead. distinc. non oportet. Sicque debent se inuicẽ honorare, ead. dist. esto subiectus, quod nota contra Episcopos elatos. Debet etiã Episcopus honorare laicum, unde loquens, aut scribens debet eum appellare fratrem, & non filium, secundum glo. in d. c. esto subiectus. Ipse autem Episcopus debet à laico appellari pater, aut dominus, non frater, cap. cum clerici, de uerbo. signific. cap. graue, de exces. præla.

32 Papa † autem debet appellare Cardinalem fratrem, si mixtim loquatur: sed si separatim, debet appellare filium, nisi sit Episcopus Cardinalis, qui semper est appellandus frater, cap. 1. & ibi glo. de offi. leg. lib. 6.

33 Duodecimo. Si † Monachus factus Episcopus non recitat officiũ clericale, nã absoluitur ab officio Monachali, secundum glo. in clem. 2. de celebr. miss. nisi ex uoto ad illud teneretur: Hinc si uoueret singulis diebus recitare officium Beatissimæ Virginis ultra id, ad quod tenetur ratione sui ordinis, tunc ab hoc non absolueretur, ita Card. Zabar. in clem. 2. de celebr. miss. Absoluitur etiam ab ipsa regula quo ad ieiunia ab ipsa inducta, nõ autem quo ad ieiunia inducta ab Ecclesia, uel in uigiliis, ita glo. 16. q. 1. de Monachis. Absoluitur etiam ut possit comedere

dere carnes, vt ibi voluit glo. niſi poſſit abſtinere à carnibus ſine ſcãdalo, de cõſecra. diſt. 5. glo. in cap. carnem. Abſoluitur etiã à primo Monaſterio in hoc, quia illud, quod ſibi quęrebat, quęrit nunc Eccleſiæ, ad quam eſt translatus, 18. quæſt. 1. ſtatutum. Non autem abſoluitur ab eſſentialibus regulæ, vt diximus ſupra, in quarto præcep.

Decimotertio. Si non uiſitent, & in viſitatione non inquirunt, & prouiderunt, vt debent.

34 [Rurſum † ſi ſtatuto, vel ſentẽtia quędam delicta pecuniaria mulcta puniuntur; quod conſtat eos facere poſſe, vt probatur in c. dilectus, de offic. ord. c. ſi vos, 23. q. 5. Abb. in c. 3. de pęnis. ſi illa magis timetur, arg. c. de cauſis, de offi. deleg. & in l. vnica, ff. ſi quis iud. non obtemp. Io. And. poſt Hoſt. in cap. 1. de homic. lib. 6. quam tamen mulctam pro criminibus inflictas in pios uſus, potius, quã in propriam vtilitatem erogare curent, ſi euitare cupiunt ſuſpitionẽ cupiditatis, vt notat Io. Andr. in d. ca. 1. eſt enim res mali exempli pœnam in proprios vſus expendere: & maximè, ſi pro quolibet delicto mulcta inferatur, tunc enim nullam ſubditus pertimeſceret culpam, cum ſperaret eã nummis redimere, vt dicit tex. in cap. pauper. 11. q. 3. vnde ad infamiam euitandam tutius eſt illam in pios uſus erogare; vbi ſententia iudicis pœna pecuniaria infertur. Verum ſi eadem pœna ſtatuto, aut conſtitutione fuerit ſancita, tunc poteſt iudex illam retinere ſibi. & ita poteſt intelligi c. dilectus, de offic. ordi. c. 2. de delict. puer. Abb. in d. cap. 3. nu. 9. & ratio eſt, quia tunc ſuſpitio auaritiæ abeſt ab ipſo iudice, cum per ſtatutum ea pœna Epiſcopo, aut iudici adiicitur, ita Hoſt. Abb. & Feli. in c. irrefragabili. §. cæterum, de offic. ordi. Io. Lupi in tract. de dona. inter vir. & vxo. §. 39. col. pen. qui idẽ faciendũ probant, vbi Epiſcopus indigeret, ac eſſet inops. poteſt enim tũc licitè per ſententiã delinquentes pęna pecuniaria mulctare, & eam in proprium victum expendere, ita Couar. in lib. 2. var. reſolu. capit. 9. nume. 9.]

35 Decimoquarto. Si † non ſit conſecratus intra tres mẽſes, quia perdit fructus ipſo iure, & niſi intra alios tres conſecretur, perdit etiam ipſo iure Epiſcopatum, iux. Conc. Trid. cap. 2. ſeſſ. 23. de reform. ratio eſt, quia non dicitur Epiſcopus ante conſecrationem, Abb. poſt Io. Andr. in c. eam te, de reſcr. ubi etiam Felinus, tex. in c. tam litteris, de teſtam. ſi tamen fuerit legitimè impeditus, tunc illi non fugit tale tempus, c. quoniam, diſt. 75. c. de ſyracuſanæ, diſt. 28. c. ne pro defectu, de elect.

Decimoquinto. Si nõ inſtituũt Prędicatores in Eccleſia, vel inhabiles ſtatuũt.

Decimoſexto. Si non prouident de idoneis miniſtris.

Decimoſeptimo. Si negligunt executionem legatorum ad ſe deuolutorum.

36 Decimooctauo. Si non † reſident in ſuo Epiſcopatu, quia ad id tenentur de iure diuino, ex Conc. Trid. cap. 1. ſeſſ. 26. de reform. Vnde contrauenientes ultra peccatum mortale, & pœnas per canones ſtatutas, pro rata temporis abſentiæ non percipiunt fructus ſuos, & eos perceptos non poſſunt tuta conſcientia retinere, immo tenentur Eccleſiæ fabricæ, uel pauperibus erogare, Ita Conc. Triden. ut ſupra.

37 Cauſa uero legitima † non reſidendi ex eodem Concilio eſſe poteſt, cum id Chriſtiana charitas, urgens neceſſitas, debita obediẽtia, ac euidens Eccleſiæ ſeu Reipublicæ utilitas poſtulat, quæ tamen approbanda eſt à Summo Pontifice, aut metropolitano, uel eo abſente, ab antiquiori ſuffraganeo reſidente, ut ibi per Concil. Trid. Illud tamen ſemper obſeruandum, ut tempore, quo quis excuſatur à reſidentia, beneficium debito non fraudetur obſequio, & ſubditi bene gubernentur, Nauar. c. 25. nu. 121.

38 [Sed quid ſi † reſidet, ſed tamen ob infirmitatem non poteſt ſuum exercere officium, an debeat dari coadiutor. Dic ꝙ ſic: quia in cap. 1. de offic. Archid. dicitur oculus Epiſcopi. & eſt coadiutor is, qui

datur

datur ex causa, iure, vel iudicis authoritate ad coadiuuādum officium præsidentis, & dicitur à coadiuuando, sicut tutor à tuendo, ff. de tute. l. 1. & à procurando procurator, qui in spiritualibus debet esse talis, vt scientiam habeat, per quam sciat populum regere, 7. q. 1. quamuis, & c. petisti. & debet esse illius ętatis, quę requiritur in administratione illius officii, cui coadiutor datur, extra de elect. c. cum in cunctis, cap. nemo. de cler. ægro. lib. 6. qui dari solet non solum impedito exercere suum officiū ob infirmitatem, sed etiam suspecto de dilapidatione, de offic. delega. cap. venerabilis, & leproso, cap. tua, de præben. & debet habere perpetuum impedimentum, cap. 1. de cleri. ægrot. lib. 6. & dicitur perpetuum, licet possit tolli per diuinum miraculum, cap. fraternitatis, ext. de frigi. Et datur Episcopis, & superioribus à solo Papa, d. cap. 1. eo. tit. lib. 6. Qui si simpliciter datur, omnia potest, quæ potest ille, cui datur. præterquam de alienatione immobilium, d. cap. 1. Immo si est Episcopus, etiam exercere potest ea, quæ sunt ordinis, cuius officium expirat mortuo eo, cui datur, ita Dom. Anto. de Butr. & Abb. in c. fin. de cler. ægrot. vbi etiam quærit, an possit conferre beneficia.]

Decimonono. Si non faciunt Chrisma singulis annis.

Vigesimo. Si non dispensant redditus suos pauperibus, & Ecclesiæ, vt debent: cum sint patrimonium Iesu Christi, cap. cum secundum, de pręb.

Vigesimoprimo. Si negligunt, vt magistri instituantur, iux. Conc. Trid.

Vigesimosecundo. Si permittunt notarios petere salarium ab ordinatis. De potestate uero Episcopi circa absolutionem, vel dispensationem vide supra in 1. lib. de potestate Confess. cap. 13.

39 Vigesimotertio. Si † sine rationabili causą peterent charitatiuum subsidium, quod est munus extraordinarium, & debet peti ex manifesta, & rationabili causa cū charitate, cap. cum Apostolus. §. prohibemus, de censi. Alias multum longe à paterna pietate videretur, si prępositi subditis suis graues existerēt, quos in cunctis necessitatibus pastoris debēt more fouere, vt inquit glo. not. in extr. com. 1. ver. charitatiuum, de censi. Hoc autem Summus Pontifex, & alii Prælati inferiores possunt à subditis petere, cap. conquerente, in fi. de offic. ordin. d. cap. cum Apostolus. §. prohibemus, & ibi no. per omnes.

40 Possunt † etiam Christianissimi Principes ex causa imponere ista charitatiua subsidia, Bal. in l. neminem. C. de sacrosanct. Eccl. D. Tho. in epistola, quam scripsit ad Ducissam Brandatiæ, vbi aliqui casus enumerātur, in quibus possunt peti, verbi gratia, tempore necessitatis, vt quādo vellent tradere filiam nuptui, vel religioni, vt supra diximus, cap. præcedenti. Quando tamen imponit subsidiū charitatiuum Sum. Pontifex, ad illud tenentur etiam Cardinales pro beneficiis, quæ tenent, vt administratores. Et quædam alia circa subsidium Papæ, vide per Ludou. cons. 498.

41 Causa † autem, quibus Episcopi, & superiores, non autem cęteri Prælati inferiores possunt illud petere, sunt in arbitrio iudicis, ita glo. in d. §. prohibemus, quam glo. secutus est Gramma. decis. 88. num. 3. Card. in clem. 1. §. 1. vers. 3. quęro, de excess. pręlat. Qui quidem iudex tūc eam iustā causam, & rationabilē esse arbitrabitur, quādo Episcopus, vel Archiepiscopus consecrandus esset, ita post Isern. Gramma. in d. decis. 88. Secunda causa est, cum agitur de recuperandis Ecclesiæ bonis, vt respondit Gemin. cons. 74. quē secutus est Boerius, q. 134. nu. 2. Tertia causa est, vt cum pro Ecclesię summa vtilitate, & necessitate esset emendum aliquod castrum, vel oppidum ad expellendos, vel procul arcendos inimicos, ita respondet Oldradus consil. 104. quem secutus est etiā Boerius, d. q. 134. nu. 2. & Marinus Freccia, de feu. lib. 2. pag. 172. nu. 24. Quarta, cum Prælatus ad Cōcilium generale à Summo Pontifice vocatur, Innoc. in c. 1. de sta. mona.

nor.

not.10.quæst.3. vnio. Boer. d.q.num.3. Quinta, cum Prælatus à Rege vocatur pro seruitio exercitus Regis, glo. in d.c. vnio, vers. pro Regiis. Card. in clem.1. §.1. colum.2.de excess.præla. Sed isti potius loquuntur, quando causa est Ecclesiæ,non autem exercitus, Abb.in d.cap. cum Apostolus, nume.5. Sexta,quando Rex hospitatum venit in domo Episcopi,vel Prælati, ita Archid. in d.cap. vnio, Apostilla ad Abb. in d.cap. cum Apostolus. Septima causa est, quando lis magna mouetur Ecclesiæ, nam tunc subsidium potest petere Prælatus,ita Card.in d. cle. 1.§.1.colum.2.versicu.quarto, de excess. prælat. Aliæ autem causæ ponuntur per Oldradum,cons.205. quod incipit, Cir-
42 ca † propositam quęstionem. Declarantur autem dictę causæ, quando Prælatus non pōt ex suo proprio ferre onus,quoniam impotens reperitur absque sua culpa ad faciendas illas expensas, ita Cardi. in d.clemen.1. §.1.vers.3. oppono. Hinc Boer.q.134.nu.9.decidit tunc demũ concedi exactionem subsidii pro aduentu Prelati, & solutionis bullarum, aliorum onerum, cum fructus unius anni suæ prælaturæ non sufficiunt.

43 [Et appellatur charitatiuum † subsidium, quia quod cum charitate petitur, non violenter extorqueri debet, de cēsi. ex parte, nec à pauperibus, & oppressis, de censi. licet. & quando Prælatus vult exigere, debet congregare Clerum, & exprimere causam suæ egentiæ, & hortari, ꝙ cum cuilibet proximo in necessitate sit subueniendũ,fortius sibi, subueniēdum est; narrando, quia sponsus est totius Ecclesiæ,& absurdum esse,ꝙ sponsa videret laborantem egestate sponsum,ipsa existente diuite, sicut in simili, ff.de re iudi.non tantum. ita Dom.Anto.in cap. conquerente, in fi.de offic. ordin.]

44 Verũ, † quantum istud charitatiuum subsidium sit exigendum, iudicis erit arbitrium, argum. 10.quęst.3.cap. quia cognouimus, & 11. quęstio. 1. si clericus. Cardin.in d.clem.1.§.1.colum.2. Socin. iun. cons.16. nume.3. lib.3. qui quidem iudex illud constituere potest iuxta qualitatem loci, annui redditus, expensarum ab Episcopo faciendarum, similibusque adhibitis circumstantiis, iux. tex.in l. in fundo, ff.de rei vendic.

SVMMARIVM.

1 *Clerici,qui sint,qui habitum, & tonsuram deferre teneantur.*
2 *Clerici,an sufficiat,si alterum tantum deferant.*
Tonsura, quid, & qualis sit, vide remissiuè.
3 *Vestis talaris presbytero deferenda qualis, & quid de pallio.*
4 *Clericis ex causa rationabili licet intrinsecus,& extrinsecus sericas vestes ferre.*
5 *Beneficiarii etiam simplices, habitum, & tonsuram deferre debent.*
6 *Beneficia simplicia, possidentes si sint coniugati,an teneantur habitum, & tonsuram deferre,an etiam pensionarii,si sint exempti,& num.10.& 16. quid de militibus pensionariis.*
7 *Milites D. Benedicti Hierosolimitani, an teneantur ad tonsuram, & habitum,& quid stante priuilegio.*
8 *Clausula derogatoria apposita per conditionem legis operatur effectum in qualibet lege contraria,fallit tamen vt hic.*
9 *Beneficia simplicia tenuia habentes ad habitum,& tonsuram ferendam sunt obligati.*
11 *Canonicus nec sacris initiatus, nec beneficiarius,an teneatur ad habitum, & tonsuram.*
12 *Supranumerarii ad canonicos in sacris cōstituti,an teneantur ab habitum.*
13 *Clericus fructus beneficii non percipiēs,an, & quando excusetur ad habitu.*
14 *Papæ familiares actu seruientes,an teneantur ad habitum ferendum.*
15 *Constitutio Sixti V. quo ad deferendum habitum, an obliget ad peccatum à die scientiæ,& nu.seq.*
17 *Legem Dei obligare à tempore scientiæ, quomodo intelligatur.*
18 *Habitum non deferentes post publicationem*

nem constitutionis, idq; ex ignorantia, an incidant in pœnas.

19 *Clericus in terris infidelium metu habitum deponens, eorumq; signum assumens, peccat.*

20 *Habitus an iugiter omniq; temporis momento sit deferendus.*

21 *Absolui, an qui incidit in pœnas constitutionis, possit à Confessario antequam beneficium resignauerit, & num seq. & an alienare, vel fructibus vti, num. 23. & an liber sit à recitandis horis canonicis, num. 24.*

25 *Milites Romanæ curiæ charactere clericali insigniti, an teneantur ad habitum deferendum, ex constitut. Sixti V.*

26 *Constitutio Sixti V. an extendatur ad clericos pensionarios, qui tempore reseruationis nondum habitum susceperant.*

27 *Clerici peregrinantes à deferendis vestibus talaribus excusantur.*

De Sacerdotibus, & clericis non deferentibus habitum, & tonsuram. Cap. III.

QVia peccatum est clericis non deferre habitum, & tõsuram, iuxta glo. in c. si quis, dist. 23. & c. prohibere. ideo operę pretium esse duxi interpretari per nonnullorum dubiorum quæstiones constitutionem S. D. N. Sixti V. 1588. quinto Idus Ianuarii, de habitu, & tonsura per clericos, seu milites beneficia, vel etiam pensiones obtinentes deferendis.

Primum igitur dubium est, nunquid
1 clerici † omnes habitum, & tonsuram deferre teneantur? Respon. quod non. Sed tantum beneficiarii, quamuis non sint in sacris, sed tantum habeant minores ordines, vel tonsuram, vel qui sunt in sacris ordinibus constituti, ita colligitur ex verbis ipsius constitutionis: ibi, præcipimus, Sylu. etiam notat in uer. clericus, 2. num. 2. vers. 1. Nauar. c. 25. num. 100. vers. 33.

2 Secundum, an † sufficiat clericis deferre habitum tantum, vel tonsuram tantum, vt euadant pœnas huius constitutionis? Resp. quod vtrunque debent deferre, ita probatur per uerba bullæ: Deferant omnino tonsuram, & habitũ clericalem. & ratio est, quia cum hæc copula, &, ponatur inter diuersa, ad uerificationem copulæ requiritur concursus utriusquè, l. si hæredi plures. ff. de condit. instit. glo. in clem. in plerisque, de elect. in sexto, in uer. populo, tex. in cap. 1. de cler. coniug. lib. 6. qui inquit, quod ut clericus gaudeat priuilegio clericali, debet deferre tonsuram, & uestes. Quid autem sit tonsura, & qualiter esse debeat, uide glo. ordinariam, in clem. 2. de uita, & honest. cleric. ubi inquit, quod est illa, quæ uulgo dicitur, la Chierica. Et hanc tonsuram, quam dicimus clericam, inquit ibi glo. quod altiorem, & maiorem, atque rotundiorem debet habere Monachus quàm clericus. Et qui hanc nõ portant in capite ad modum sphæræ, dicitur nutrire chomam, ita not. in cap. prohibete, distin. 23.

3 Tertio quęritur. Defert † clericus togam talarem, quæ uulgo dicitur la Suttana, non autem pallium, an incidat in hãc bullam? Et uidetur quod sic, dum ibi dicitur uestes talares, in numero plurali. Ego tamen non ita stricte intelligerem: tum quia modicum semper excusat à mortali, & per consequens si toga talaris non pertingeret usque ad talos, non incidit: tum quia intentio summi Pontificis uidetur fuisse, ut ex habitu distinguantur personæ Ecclesiasticæ à laicis, quod fit per habitum: uerum an sit usque ad talos, hoc parũ refert: Tum quia ita uidetur esse in usu, quod toga sit usque ad tibias prope talos. Et ideo meo iudicio hoc sufficit de toga. Pallium uero ut genua cooperiat, eo magis, quia canones tantum de una ueste talari loquuntur, c. non liceat, 23. dist. ita etiam tenet Caiet. in uer. clericorum peccata.

4 Quartum. Num † sufficiat uestem extrinsecus deferre clericalem, & alias intus uirgatas, idest sericis texturis uariatas,

tas,

tas, vel partitas, hoc eſt ex diuerſis coloribus? dic quod omnes debent eſſe clericales, facit tex. in cap. ſi iudex, de ſent. excommu. lib. 6. facit tex. in c. 1. 21. q. 4. in fi. poſſunt tamen illam etiam extrinſecam abſque peccato deferre ex cauſa rationabili, puta timoris, cap. clerici, de uita & hone. cleric. vel ſcandali, eod. titu. Deus qui. vel niſi occultè tali veſte uteretur, puta in cubiculo, vel in prandio, uel quia alia caret, uel in domo, quia domus rem ſecretam, & non publicam denotat, 6. quæſt. 1. ex merito. ſic etiam veſtes rubeæ, & virides ſunt prohibitę, glo. in cle. 2. verſ. partita, de uita & hone. cle. quod intellige, quando publicè, non autem quando occultè deferantur.

5 Quintum. An † omnes beneficiarij etiam habentes beneficia ſimplicia, ideſt, non habentia curam animarum, ſi tales non ſunt in ſacris, teneãtur habitum, & tonſuram deferre? Dic quod ſic, per uerba conſtitutionis, ibi, etiam ſimplicia.

6 Sextum. Sed † quid ſi beneficia ſimplicia poſſidentes ſint coniugati? Reſpon. de iure tenebantur deferre; dummodo contraxiſſent cum vnica, & uirgine, ſi uolebant uti priuilegiis clericalibus, ideſt, priuilegio fori, & canonis, ſi quis ſuadente. tex. eſt in cap. unico, de cler. coniug. Hodie vero habitum, & tonſuram deferre tenentur, & ſi uti nolint dictis priuilegijs per verba bullæ; præſertim ſi uti uelint.

Septimum. An extendatur dicta conſtitutio ad omnes clericos coniugatos beneficiarios, vel pẽſionarios, quãuis ſint exempti, & immunes per aliqua priuilegia, vt non incedãt clericaliter? Dic quod ſic, ut patet in dicta conſtitutione.

7 Octauum. Vtrum † milites D. Benedicti Hieroſolimitani, aut S. Iacobi teneantur deferre habitum, & tonſuram clericalem, ſi beneficium Eccleſiaſticum ſimplex poſſident, non ut milites, ſed vt clerici? Dic quod ſic, ibi, cęterum milites tenentur etiam recitare horas.

Nonum. Sed quid ſi talibus militibus ex priuilegio apoſtolico fuerit indultũ, vt non deferãt habitum clericalem? Dic quod eo non obſtante tenẽtur: quia per hanc conſtitutionem derogatum eſt omnibus priuilegijs, vt in fine habetur.

8 Decimum. Sed an † clauſula derogatoria appoſita per conditorem legis operetur effectum in qualibet lege contraria: Puta, Papa hic comprehendit omnes clericos beneficiarios, vel in ſacris, atque etiam milites Hieroſolimitanos beneficia poſſidentes, vt clericos, derogãdo omnibus priuilegijs contrarium continentibus? Reſp. quod ſic. ita Franc. in cap. 1. de conſtitu. lib. 6. num. 12. Quod tamen fallit, ſecundum Fulg. in conſ. 227. quod incipit, caſus talis eſt. Quando in primo priuilegio eſſent uerba, Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, de quibus oporteret fieri expreſſam, & ſpecialem mentionem, quia tunc per ultimam conſtitutionem non eſſet prima derogata, niſi fieret mentio de uerbo ad uerbũ, Dyn. in cap. quod ſemel, de reg. iur. lib. 6. Fran. in d. cap. 1.

9 Vndecimum. An † comprehendantur habentes beneficia ſimplicia tenuia? Dic quod ſic, cum etiam teneantur recitare horas, glo. in cap. clericus uictum, diſtin. 91. niſi ob impotentiam non potuerint de habitu clericali prouidere, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio. Sic nec quis in excommunicationem incidit ſi obedire nequit, Nauar. c. 27. num. 14. Et nos infra, de ſent. excommu.

10 Duodecima. An † teneantur deferre habitum penſionarij, quibus fuerunt aſſignati fructus, vel prędia Eccleſiaſtica loco penſionum, vel qui reſeruauerũt ſibi penſionem ſuper quibuſuis fructibus, ſeu prouentibus beneficiorum, vel ſuper diſtributionibus quotidianis, ac emolumentis: & quid ſi eſſent ij clerici coniugati, uel milites penſionarij? Reſpon. omnes iſtos præter ultimum teneri ad deferendum habitum, & tonſuram: dummodo duo concurrant, primum, ut penſiones obtineant, vt clerici: nam ſi ut benemeriti, ſecus eſſet, quia tunc nec tenentur recitare officium Beatę Virginis, ut

supra diximus in secunda par. tertio præcepto, de hor. canon. secundum, vt pensio excedat summam aureorum sexaginta de Camera, vt habetur in declaratorio huius constitutionis per eundē summum Pontificem. pensionarii vero milites alicuius regulæ approbatæ tenētur deferre habitum suæ militiæ congruentem, per quem intelliguntur insignia crucis, vel numismata suæ militiæ propria.

11 Tertiumdecimum. Est † canonicus, nec beneficiarius, nec sacris initiatus, habet tamen stallum in choro, & vocem in capitulo expectans prębēdam, vtrum comprehendatur in bulla? dic quod sic: dum dicit, vel ad habentes ius ad ea. Huiusmodi est canonicus: Etenim eo ipso, quòd quis est canonicus, habet ius ad præbendam vacantem, vel prope vacaturam, capit. si postquàm, de pręben. lib. 6. cap. fina. de concess. præben. eodem lib. ubi Francus etiam notat, quod appellatione beneficii Ecclesiastici venit canonicatus.

12 Quartumdecimum. An † supranumerarii ad canonicos in minoribus ordinibus constituti teneātur habitum deferre. Dic quòd sic: cum habeant quoddam ius præparatorium ad canoniam obtinendam, ita Abb. in cap. cum M. Ferrarien. num. 31. de constit. Item dic de eo, qui post mortem Episcopi, vel Abbatis obtinuit à Papa Episcopatū, vel Abbatiam, vel de coadiutore Episcopi, vel Abbatis, qui Episcopo, vel Abbate mortuis illa beneficia obtinuit, per eadem verba, ius ad ea. hodie tamen dicti regressus, & coadiutoriæ cū futura successione sunt prohibiti per Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 7. [ne videantur beneficia Ecclesiastica dari iure hęreditatio, cap. ex transmissa, cap. conquerente, de fili. presbyt. vnde hac ratione cautum fuit in c. inter cæteras, de rescrip. & in cap. ad extirpandas, de fili. presbyt. vt filius etiam legitimus repellatur à beneficio, quod pater eius immediatè habuit.]

13 Quintumdecimum. Sed † quid si nihil emolumenti percipit clericus ex beneficio, uel quia non ipse, sed pater, uel amicus fructus beneficii percipit, vel neque ipse, vel alius capit, neque in futurū capere potest, uel quia omnes fructus beneficii in pensionem alteri dat, vt beneficio renuntiet. Respon. ꝙ in primo, & tertio casu nō excusatur, cum etiā ad horas teneatur, ut diximus supra in 3. præcepto. Verum in secundo sic, modo nō sit negligens in percipiendo fructus, ita Nauar. cap. 25. num. 103. & nos supra. sic etiam habetur in declaratorio huius constitutionis, quòd pensionarii non tenentur deferre habitum, quamuis excedat summam aureorum 60. si cum effectu non perceperint, facit text. in capitu. perpetuo, de elect. lib. 6. nisi per eos steterit quin minus percipiant, vel exigant.

14 Sextumdecimum. An † extendatur dicta constitutio ad familiares in palatio Papæ actu seruiētes? Respondeo, quòd non, ut habetur in bulla, atque in ipsius bullæ declaratione.

15 Decimumseptimum. Num † hęc cōstitutio obliget, quò ad peccatum in foro conscientiæ à die scientiæ, licet sit adhuc infra tempus ad non gestandum habitum quo ad pœnas, per verba bullæ, lapso huiusmodi tēpore? Dic quòd sic, si potuerit clericus voluntatem Summi Pontificis executionis mandare: cum etiam de iure beneficiarius, vel in sacris constitutus teneatur habitum deferre, Syluestr. in uerbo, Clericus, lo secondo, nume. 1. vers. secundo, Nauar. cap. 25. num. 100.

16 Verum aliter sentirem, † si nō esset de iure peccatum, v.g. Est quidam, qui obtinet beneficium simplex Ecclesiasticū, & incedit in habitu, & tonsura, deinde efficitur miles Hierosolimitanus, obtinet à Papa dispensationem, vt retento beneficio Ecclesiastico possit incedere in habitu militari, postea fuit promulgata præsens constitutio, tales obligans ad gestandum habitum clericalem, non obstantibus quibuscunque indultis Apostolicis, tunc iste non tenętur à die scien-

tiæ,

tiæ, si nondum est elapsum tempus præfixum à dicta Constitutione, Syluest. in verbo, lex. q. 6. Et non obstat, quòd in fo
17 ro Dei lex obligat † à tempore scientiæ, iux. glo. no. in cap. 1. de rebus eccle. non alien. lib. 6. quia illud procedit, quando simpliciter promulgatur cõstitutio Sum. Pontificis absque stato tempore, vt obliget; nam tunc in foro fori post duos mẽses, & à tempore scientiæ, vt in casu nostro. Quare concludendo, dico, quòd nisi de iure esset peccatum mortale, non obligaret in scientes ante elapsum tempus positum à sum. Pontifice.
18 Decimumoctauum. Quod † si post tempus elapsum ignorauerint constitutionem, an non obstante, quòd fuerit publicata, & ad valuas basilicarum posita, incurrant in pœnas habitum non deferentes? Respondeo, quòd non, quo ad peccatum mortale, tum ex verbis bullæ in fine, dùm dicit, præsumpserint. Quod verbum notat dolum, & temeritatem, non autem obliuionem, & ignorantiam, facit tex. in cap. 1. cap. monasteria, de vita & honest. cler. & nos in primo libro, cap. 13. Tum etiam per glo. in cap. 1. de rebus eccl. non alien. lib. 6. Vbi qui citra culpam diutius post tempus elapsum ignorassent, excusantur. Quo uero ad pœnas exteriores, & in foro exteriori secus crederem.
19 Decimumnonum. An incidant † clerici in hanc constitutionem, si habitum non deferant ex iusta causa? Vide supra in vers. 4.

Sed an peccet clericus, qui transeundo per terras infidelium non solum deposuit vestes clericales, sed etiam infidelium signum assumpsit, ut illorum furorem declinaret? dic quòd sic, Syluest. in uerbo, Apostasia, quæst. 1. & in verbo, infidelitas, Caieta. in verbo, habitus omissio.
20 Vigesimum. Ad incurrendas † has pœnas quot dies sufficiant ad non deferendũ habitum. Respondeo, quòd semper tenetur deferre. in publico, per illa verba, Iugiter deferant. verbũ enim iugiter, idest continuò, intelligitur sine temporis interuallo, ut inquit Abb. in cap. cæterum, de rescript. facit tex. in cap. stipulatus sum Damam, ff. de verb. obligat. cum similib. semper tamẽ modicum excusat à peccato, & per consequens à pœnis huius constitutionis. hoc tamẽ quando sit, determinabitur arbitrio boni viri, idest Confessarii, facit quæ dicit Nauar. capitu. 27. nume. 89. & nos in primo libro, cap. 13.
21 Vigesimumprimum, post † incursas pœnas, an per Confessarium possit absolui à peccato, antequàm beneficium vacare denunciauerit eis, ad quos spectat? Respondeo, regulariter nõ esse absoluendum, nisi primum denunciauerit, & resignauerit in manu eius, qui resignationem potest accipere, vel alicuius nomine eius, si esset in mortis articulo tenetur restituere fructus perceptos, de renunc. c. post translationem, §. rursus. Poterit tamen secundum Innoc. retinere uitæ necessaria strictè, de consilio Cõfessoris, ita ut solum non egeat, & alios fructus restituere, cap. dilecto, de preb. Aliter absolui non potest, nisi obtineat dispensationem, ita Sylu. in uerbo, beneficium, 3. q. 20.
22 Crederem † tamen posse absolui, quãdo esset necessitas Ecclesiastici precepti, puta communicandi die Paschatis, & nõ posset tunc renunciare, ut quia esset extra domicilium, uel alia rationabilis causa, ut quia esset grauis persona, & omnino promitteret, uel ad euitandum scandalum, aut spes certa obtinendi dispensationem, quòd si reuelaret, illo careret, argumen. eorum, quæ diximus in 1. lib. cap. 12. nu. 41.
23 Vigesimumsecundum. An † post incursas pœnas possit alienare, uel uti fructibus beneficii ab hinc in antea perceptis? Dic quòd non, nisi ut supra, in dub. 20. diximus: & ratio est, quia iam priuatus est beneficiis, & pensionibus absque ulla sententia declaratoria subsecuta, ut clare patet per dictam constitutionem: ibi, absque vlla monitione, &c.

24 Vigeſimumtertium. An † ſit liber à recitatione horarũ poſt incurſas pœnas. Dic quòd ſic: cum beneficiũ detur propter officium, ideo ceſſante cauſa ceſſare debet effectus, niſi eſſet in ſacris. Vide à ſimili quę dicit Couar. lib. 3. var. reſolu. cap. 13. num. 12.

25 Vigeſimumquartum. An † comprehendat hęc conſtitutio milites, vel officiales Romanę Curię charactere clericali inſignitos, qui etiam in minoribus ordinibus inſigniuntur, qui milites, vel officiales non ut clerici, ſed ut milites obtinent beneficia ſuę militiæ, quę dicuntur commendæ, uel penſiones, & ſuper quibus uis fructibus Eccleſiaſticis, aut fructus ſibi reſeruauerunt percipiendos, aut in futurum obtinebunt. Reſpondeo, quòd ſic: tenentur enim deferre habitum militarem, licet non clericalem, ita habetur ibi, Cæterum milites. & ratio eſt, quia iſti non percipiunt beneficia, ſeu penſiones, ut clerici, ſed ut benemeriti, ideo non tenentur deferre habitum clericalem, neque recitare horas, ut diximus in 3. par.

26 Vigeſimumquintum. An † extendatur ad clericos penſionarios, qui tempore reſeruationis penſionũ, ſeu fructuum nondum regularem habitũ ſuſceperunt, vel officiis Romanę Curię aſcripti fuerunt, ſed poſt factas unicuique eorum reſeruationes militiam ſuſceperunt, vel officiis Romanæ Curię aſcripti fuerunt. Reſpondeo, quòd ſufficiat eis, ut deferãt habitum militiæ, ideſt, inſignia crucis. Sic enim explicat Sum. Pontifex, ut patet in dicta conſtit.

27 Vigeſimumſextum. An † excuſentur à pœnis in bulla contentis clerici, qui nõ deferunt ueſtes talares, ex eo, quia ſunt in longa peregrinatione. Dic quòd ſic, quia tunc licet habere breuiores, & expeditiores, Syłueſt. in uerbo, clericus, 2. nume. 1. uerſ. ſecundo. & hæc circa explicationem ſupradictæ conſtitutionis dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Interrogationes peculiares clericorum, quæ ſint, vide vſque in finem.*
2 *Officia ſecularia, arteſq; à clericis exerceri non poſſunt.*
Clerici poſtulare tantum poſſunt pro perſonis miſerabilibus, & cognatis.
3 *Prohibitus aduocare, an ſit prohibitus conſulere.*
4 *Clerici nolentes addiſcere, quæ ſcire debent, non abſoluendi.*
5 *Clerici quinam peccatum, vel irregularitatem incurrant, cum interſunt deformationi hominis.*
6 *Clericus omittens horas canonicas, ad fructuum reſtitutionem tenetur.*
7 *Clerici in plures, quàm in tres annos locantes fructus ſuorum beneficiorum, peccant, & ſunt excommunicati.*
8 *Clericis cohabitatio mulierum, quo caſu vitio tribuatur in foro fori, vel foro conſcientiæ.*
9 *Clericus concubinarius, adulterium, ſacrilegium, & inceſtum dicitur committere.*
Donatio ſine traditione rei facta concubinæ per clericum, non tenet, ſecus re tradita.
10 *Concubinarius, an dicatur ex vnico actu, vel ex pluribus in aliena domo.*

De Sacerdotibus, & Clericis. Cap. IIII.

1 PRimo ſi cenſura † excommunicationis, aut interdicti, uel ſuſpẽſionis irretiti, uel in mortali peccato ordinem ſuſceperunt, uel executi fuerunt.

2 Secundo. Si officia † ſecularia omnia, ſiue artes, præſertim chirurgiam, & medicam ſaltem cum aduſtione, & inciſione exercuerunt, uel mercaturam uilius emendo, ut carius uendant, niſi id, quod ſupereſt de emptis ad ſuam, ſuorumque ſuſtentationem. Item poſtulare, niſi pro miſerabilibus perſonis, & cognatis: nam

talia

talia exercentes si sunt in sacris, uel beneficiarii, peccant, vide Nauar. cap. 17. nume. 110. versic. 34. [Si tamen contra Ecclesias, à quibus beneficia obtinent, aduocati, vel procuratores extiterint, beneficiis priuari debent. cap. fi. de postul. in fine. nisi cogat illos necessitas officii, vt quia tutor est, vel Prælatus, Innoc. ibi.

3 An † autem clericus in casu, quo prohibetur procurare contra Ecclesiam, si in camera consulit contra eam, incurrat pœnam? videtur dicendum, quòd non, si sequimur doctrinam Bart. in l. 1. §. postulare, ff. de postul. vbi etiam in l. Paulus. §. 1. ff. de leg. vbi inquit, ꝙ Doctores, qui non possunt esse aduocati, non dicuntur aduocare, si mittunt vnam cedulā iudici, vel si ei loquūtur, sequitur Præposi. in cap. solicitudinem, de appellat. colum. 10. qui etiam allegat Angelum dicentem, quòd prohibitus postulare, nō prohibetur allegare in camera, vel in scriptis, Sed si nos consideramus tex. in d. cap. fina. qui fundatur in ingratitudine, quæ ita consistit in postulando, ac si in scribendo in camera, vel cōsulendo, quæ paritas rationis non sic procedit in doctrinis doctorum supra relatis, operatur, vt contrariam opinionem veriorem teneamus.]

Tertio. Si ludis, vel choreis interfuerunt, vide supra in 2. lib. 7. præcep. cap. his igitur; dist. 23.

4 Quarto. Si † ea non discunt, quæ necessario scire tenentur ratione beneficii, vel officii, quod tenent, nec volunt illud renunciare, licet aliàs sint idonei ad alia beneficia, vel officia, & si nolunt discere quo fiant ad illud idonei, non debent absolui, Nauar. cap. 25. nu. 133. vers. 19. [Nam ignorātiam, cunctorum errorum tamquam matrem, in sacerdotibus esse omnino vitandam dixit tex. in cap. ignorantia, 38. dist. Ignorantia, inquit, cunctorum errorū mater, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui regendi, docendique officium in populo Dei susceperunt, tradunt Innoc. Butr. & Panor. in c. cum in cūctis. §. inferiora, de elect.]

Quinto. Si officium ordinis sine debitis ornamentis exercuerunt. vide supra, in 3. præcepto, in 2. par. de vestibus sacerdotis.

5 Sexto. Si † adsunt deformationi hominis, quæ per iudicis sententiam fit sine iusta causa, puta consolandi, vel confitendi condemnatum. nam peccant, & si intersunt authoritatem, vel auxilium præbendo, aut aliquid dicendo, vel faciendo, quo deformatio fiat vel anticipetur, incurrūt irregularitatem, Nauar. cap. 27. nume. 114. Quò vero ad peccatum incurrendum, Nauar. restringit ad clericum beneficiarium, vel sacrorum ordinum, sed quò ad irregularitatē idem iuris est de clericis, quod de laicis.

6 Septimo. Si † omiserunt dicere horas canonicas, vel dicentes exercuerunt opera manualia, aut voluntariè vagati sunt, uel non integrè pronunciauerunt: nam tunc præter peccatum mort. si sunt beneficiarii, tenentur ad fructuum restitutionem, vt diximus in 3. præcep.

Octauo. Si clericus ordinis sacri, vt beneficiarius accusat etiā iustè sine protestatione veraciter ex animo facta, ꝙ nolit accusato irrogari pœnam sanguinis, item si detinet furem ad recuperandum sua, quò ad iudex veniat, aut eidem tradat, vel si vociferat, Latro, latro: si hæc facit animo, vt talem pœnam subeat, peccat, & est irregularis irregularitate proueniente ex delicto, si ille ex hoc pœnam sanguinis subeat, Nauar. cap. 27. num. 225. & sequen. & nos late in 5. præcep.

7 Nono. Si † fructus sui beneficii in plures, quàm in tres annos locant, peccant, & sunt excommunicati in terris, vbi est acceptata extrauagās Pauli II. Nauar. c. 25. nu. 130.

Decimo. Interrogandi sunt de simonia in sacramento, & in beneficiis.

Vndecimo. Si omiserunt debitam materiam, vel formam, vel ritum, & in specie interrogentur rudiores, an sciant formam Baptismi, vel Eucharistiæ.

Duodecimo. Si non confessi de mor-

tali celebrauerunt, capit. de homine, de celebrat. miss.

Decimotertio. Si non dictis matutinis, vel non ieiuni, iux. tex. in cap. nihil, 7. quæst. 1.

Decimoquarto. Si tenent calices immundos, vel corporalia, quia mortale.

Decimoquinto. Si in celebratione nõ fuerunt attenti: Si aliquid ex particulis cecidit in terram: Si post pollutionem ex causa mortali celebrauerunt, vel ad maleficia: Vel non celebrauerunt saltem in magnis solemnitatibus: Vel plures Missas eodem die dixerunt, præterquam in die natiuitatis Domini: nam glo. in cap. consuluisti, de celebrat. miss. abrogata est.

Decimosexto. Si confessionem reuelauerunt, vel nimis festini in illis audiendis, vel quem non potuerunt absoluerunt, uel in dubiis non consuluerunt peritiores, vel non fecerunt debitas interrogationes.

Decimoseptimo. Si mendacium, aut curiosa, vel iocosa, aut indulgentias indiscretas prędicauerunt.

8 Decimooctauo. Si † cohabitant mulieri coniunctæ, ac etiam turpi, & seni, mortaliter peccant, si credunt, vel credere debent se voluntate, aut opere, vel vtroque modo peccaturos cum ea, & hoc in foro conscientiæ: quia in foro fori licet clerico, qui est bonæ famæ habitare cum personis coniunctis, vel etiã extraneis, quando non sunt aliter suspectæ, nec habent famulas iuuenes, Nauar. cap. 25. nu. 109. Syluest. in verbo, Clericus.

Decimonono. Si ingreditur solus in domum mulieris suspectæ de fornicatione, aut ita sibi periculosæ, ut credere debeat se in consensum fornicationis mentalis, aut operis inductum iri, etiam si sit religiosa, uel commater: nam mortaliter peccat, Nauar. cap. 25. num. 109.

9 Vigesimo. Si est † cõcubinarius, quia committit adulterium spirituale, & sacrilegium, glos. in capitu. uirginibus, 27. quęst. 1. Abb. in cap. ut clericorum, prope finem, de uita & honesta. clericorum. committit etiam incestum, glo. no. in l. secunda, uersic. filii. C. de Episco. & cleri. & tali casu donatio facta concubinæ non tenet, Abbas in capit. primo, de cler. ęgrot. quod intellige, quando non fuit peruentum ad traditionem: quia non datur actio super his, quæ turpiter sunt promissa, l. secunda, C. de condictio. ob turpem causam. si uero fuerit peruentum ad traditionem, tunc non potest clericus illam reuocare: quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. Fiscus tamen Ecclesiæ bene poterit res donatas auferre, argum. l. secundæ, C. de condict. ob turp. caus. glo in cap. quia diuersitatem, de concess. præben.

10 [Concubinarius † uero, an dicatur clericus ex unico actu? dic quod non. & an ille dicatur, qui in aliena domo solet cum muliere carnaliter cõmisceri? dic quòd sic. ita Hispa. in sua praxi, uer. concubinarii. cap. 73.]

SVMMARIVM.

quandoque irreprehensibilis.

De Regularibus. Cap. V.

1 VT Religionis naturam cognoscere † valeamus, huius nominis originem inquiramus. Nomẽ igitur Religionis secundũ Tull. dicitur à relegando, idest recolligendo, vel retractando omnia, quæ ad cultũ Dei pertinent. vnde idẽ Tull. de Repub. totos dies precabãtur, vt sibi sui liberi superstites essent: qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinent retractarent, & tanquàm relegarent, hi sunt dicti religiosi. Vel secundum Aug. de vera religione, Religio dicta est à religando. Illud autem propriè ligari dicitur, quòd ita uni astringitur, quod ei ad alia diuertendi libertas tollitur. Sed religatio iteratam ligationem importans ostendit ad illud aliquem ligari, cui primo cõiunctus fuerat, & ab eo distare incœpit. Et quia omnis creatura prius in Deo extitit, quã in seipsa, & à Deo processit, quodammodo ab eo distare incipiens, secundum essentiam per creationem: Ideo rationalis creatura ad ipsum Deum debet religari, cui primo coniuncta fuerat antequam esset. Vt sic ad locum, vnde exeunt flumina reuertantur, Eccl. 1. Ideo gl. Rom. cap. 11. super illo, Ex ipso, & per ipsum, inquit: Religet nos religio vni omnipotenti Domino. prima autem ligatio, qua homo Deo ligatur, est per fidem: quia ut dicitur Heb. 11. Accedentem ad Deũ oportèt credere, quia est. Huius fidei protestatio latria est, quæ cultũ Deo exhibet, quasi recognoscens Deum esse principium, & originem, in quo viuimus, mouemur, & sumus, Immo ex quo, & per quem omnia quæcunque bona subsistunt. Vnde Religio primo, & prin-
2 cipaliter latriam † significat, quæ Deo cultum exhibet in veræ fidei protestatione, & sic quilibet fit particeps Christianæ Religionis in Baptismo, abrenuntians Sathanæ, & omnibus pompis eius, & ita omnis Christianus dicitur religiosus, unde in plurimis locis dicitur Reli-

gio Christiana, cap. gaudemus, de diuor. cap. pro humani, de homic. lib. 6. cap. 1. 1. quæstio. 1. Secundo sumitur pro cultu diuino, non solum per fidem, sed etiam per bona opera, & ita comprehēdit omnes honeste uiuentes, siue clericos, siue laicos, siue coniugatos, cap. iusta. 16. q. 1. cap. quod Deo, 23. quæstio. 5. cap. fin. de rebus Eccle. non alien. Et ita intelligitur illud Iacob. 1. Religio munda, &c. hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum. Tertio sumitur pro statu clericali, quia sunt magis dediti diuino cultui, cap. Saluator, 1. quæst. 3. cap. fi. 12. quæst. 1. glo. in capit. in nomine Domini, dist. 23. & sunt de sorte Domini, cap. cui portio, capitu. duo sunt, 12. q. 1. Quarto dicitur religio officium iudicandi, glo. in l. si iudex, ff. de var. & extra. cognit. Item iuramentum, cap. si uero, cap. quemadmodum, de iureiur. l. 1. & seq. ff.
3 eodem. Quinto, & vltimo † sumitur religio pro statu illo, in quo quis per emissionem professionis regulæ approbatæ Prælati imperio totum se dedicat Deo, & diuino seruitio, quasi in holocaustū. de quo Gregor. super Ezech. Sunt quidam qui nihil sibi seruant, sed sensum, linguam, vitam, atque substantiā, quam perceperant, Deo immolant. Et hæc religio est status pœnitentiæ, exercitium & schola perfectionis, D. Thom. 2. 2. q. 186. artic. 1. quartum. & significatur per Sicomorum, idest, ficum vacuam, quam ascendit Zacheus, vt Iesum videret, D. Thom. quodlib. 4. q. 12. art. 1. Præfertur eleemosynis, & virginitati secularium: quia viuentes in Monasteriis ad hoc, q inhæreant Deo, postponunt propriam voluntatem, & omnia, quæ possunt habere. Sed uirgines ad hoc postponunt venereas voluptates, D. Tho. 1. 2. q. 98. art. 5.
4 secundum. quare religio † nominat statum perfectionis, non quidem sufficientiæ, & necessitatis, quæ consistit in obseruantia præceptorum, sed superabundantiæ, & supererogationis, quæ consistit in obseruantia præceptorum, & consiliorum, qui si talia obseruant, & student in Monasteriis proficere, sunt optimi, sic si deficiunt, cæteris hominibus sunt deteriores, c. quantumlibet, dist. 47. quod nota, quia faciunt contra Apostatas egredientes religionem propriam, ij ergo ad confessionem accedentes sic possunt interrogari.

Primò, si sint superiores: An diligen-
5 ter examinauerint ingredientes † religionē super causam qua moti fuerint ad illā ingrediendum: Nam vt diximus de Circuncisione Domini, in ser. vnico, & in prima Dominica Quadragesimæ, fer. 1. Alii ducuntur à spiritu Plutonico, ut qui claustrum aliquod intrant, ut uentrem impleant: nam phiton ventriloquus dicitur, de quo Esa. Et erit vox Phitonis. Alii à spiritu Baal, qui ideo intrant, ut maiores fiant, vel propter inanem gloriam: Baal enim superior interpretatur. Alii claustrum intrant, ut diuites, idest præputiati fiant, quorum figuram gessit Sichem, qui se circuncidit, ut liberius frueretur amplexibus Dinæ, quæ interpretatur causa hæc. Contra hos claustrales clamat Apostolus, Circuncisus aliquis vocatus est non adducat præputium. 1. Corinth. 7. Alii ducuntur in religionem à Spiritu sancto, qui quosdam impellit, vt qui propter infirmitates, & necessitates temporales cogūtur intrare, de quibus Ber. fœlix necessitas, quæ ad meliora compellit. Et Euang. Matth. cap. 22. inquit, quòd compelluntur quidam intrare ad nuptias. Aliquos ducit Spiritus sanctus, qui solo amore intrant, ut fruantur amplexibus sponsi, de quibus Salomon, In odorem unguentorum tuorum
6 currimus. Etenim per ingressum † fiunt nuptiæ inter Christum, & religiosum. Vnde de talibus dicit Aposto. 2. Cor. 10. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. De istis nuptiis diximus in sermo. 1. post Epiphaniam Domini, in Dominica, vbi nuptiæ factæ fuerunt tertia die. sic in religioso tres dies, sunt tria uota, de quibus Iosue cap. secundo, Ad Montana conscendite, idest ad eminentiam religionis, ne fortè

occur-

occurrant nobis reuertentes,ibique latitate tribus diebus. Item Exod. 5. Deus Hebræorum vocauit nos, ut eamus viã trium dierum in solitudine, idest, in religionem, & sacrificemus domino Deo nostro. Istæ nuptiæ initiantur in mundi abrenuntiatione, ratificantur in habitus assumptione, consumantur in professione. Nam ibi sponsus inebriat sponsam, introducendo illam in cellã vinariam, de qua Salomon, Cant. 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam. Hæc est
7 claustralis † conuersatio, quæ multa vina continet, vinum compunctionis in lugentibus peccata, deuotionis in recolentibus Dei beneficia, uinum exultationis in spe gaudentibus, vinum aromaticum in suauiter contemplantibus, uinum floratum in nouitiis, uinum ferratum in tribulatis, uinũ rosatum in perfectis, qui cum Apostolo dissolui cupiũt, & esse cum Christo. Examinent ergo primo Superiores causam, quæ si recta non fuit, poterit rectificari. Interim tamen licèt suam intentionem non consequatur, quia forte non est effectus Prælatus, est tamen religiosus, text. & glos. in cap. ut clerici, de regula. optimus tex. cum glos. in capitu. quod interrogasti, distinct. 27.

Secundo interrogandi sunt super conditione generis, idest, An sint ex legitimo matrimonio nati, uel non. quia licet
8 de iure illegitimi † possint fieri religiosi; ac secuta professione posint absque alia dispensatione promoueri ad ordines sacros, ut uult glos. in uerbo, maiores, in capitu. 1. de fili. presbyt. in 6. cum religionis ingressus cum effectu tollat omnẽ irregularitatem quo ad ordines, cap. 1. de fili. presbyt. & Monachatus omnem maculam abstergat, ut in Auth. de mona. in princip. col. 1. Immo etiam ascendere ad prioratum, & officia, atque administrationes simplices, quæ possunt ad nutum moueri, modo curam non habeant animarum, cap. proposuit, de fili. presbyter. Anto. de Butr. cap. 1. eod. tit. quia prælaturas, ut dignitates, personatus, seu beneficia curam animarum habentia, uel abbatias non possunt sine dispensatione Papę habere, 16. q. 1. cap. legi. cap. 1. ext. de fil. presby. Franc. in d. cap. 1. Henric. in cap. nimis, de filii presbyt. cum appellatione prælatorum ueniant Abbates, ut colligitur ex cap. decernimus, uer. alii, de iudic. cap. pręsenti cum simil. de offi. ordin. lib. 6. Tamen quando pręducti illegitimi petunt ingressum, non facilis debet dari aditus: quia licet ex illegitimitate non imprimatur nota delicti, ut not. in d. capit. 1. de fili. presbyt. in 6. tamen solent esse imitatores criminis paterni. 16. quęst. 1. capit. si quis cum militibus. Et ut plurimum, secundum Richar. solent esse male morigerati, eo quòd à parentibus non ita sollicitè, atque legitimi educantur, glos. in c. si is cum quo, uersi. defectu, de fili. presbyt. in 6.

9 Tertio, examinandi † sunt de ante acta uita, an sint aliquo facinore infecti. Hinc Sixtus Quintus anno 1587. per quandam Extrau. quę incipit, Cum in omnibus, statuit contra criminosos, ut non posint admitti ad religionem, facit tota distin. 49.

10 Quarto, sunt † inquirendi de litterarum scientia, argum. tex. in cap. cum in cunctis, ext. de elect. quia licèt glos. in cap. legi, uerbo instructio, 16. quęst. 1. dicat, quòd non sit necessaria in Monacho scientia, sed tantum bonitas uitę: tamen illa glossa intelligitur de Monachis non clericis, sed laicis, ut notatur in cap. generaliter, 16. quęstio. 1. uerum hodie secus est, cum communiter omnes Monachi sint clerici, ita Abb. in capit. cum illorum, super glos. 1. de sentent. excommunicatio. Debent ergo habere tantam scientiam saltem in habitu, ut posint explere munus suum, & in sacris ordinibus promoueri: nam ignorantia mater cunctorum errorum est, capitu. primo, distinct. 38. Vnde si in laicis uidetur intolarabilis inscitia, quanto magis in uiris Ecclesiasticis, nec est excusatione digna, nec uenia, facit text. in cap. si in laicis, distinct. 38.

11 Quinto, an sint bigami, † vel ab adolescentia sordidati, vel corpore uitiati, vel seruilis conditionis, vel curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicati, vel publica pœnitentia notati, vel nulla congruentis temporis expectatione discussi, cap. priscis, distin. 55. cap. si quis, dist. 77. c. omnis, 12. q. 1. vide constit. Sixti V. de qua supra, num. 9.

12 Sexto inquirendi sunt, † an habuerint ingressum per simoniam: non enim licet pecuniam exigere, sed potest recipi uoluntariè oblata, cap. placuit, c. quam pio, c. nullus, 2. q. 1. Immo simoniace dantes, & accipientes aliquid ob ingressum monasterii sunt excommunicati, à Papa absoluendi, extrau. 1. de simo. Vide quæ supra diximus, lib. 2. c. 96. vers. quarto per modum. Insuper potest ingressus per simoniam cogi per Prælatum ad ingressum alterius religionis strictioris, sed de hoc infra, num. 152.

13 Septimo, si † nouitii sunt, sunt inducendi ad obseruanda præcepta regulæ, ad probandum, & assuefaciendum, licèt aliquid indulgendū sit, ne retrocedant, non tamen tenentur, Syl. in ver. religio. 5. q. 6. An vero teneantur ad horas canonicas, diximus supra, lib. 2. c. 50. nu. 7.

Sed an debeant interesse in capitulo cum professis? Dic quod non, cap. ex eo, de elect. lib. 6. in fi. cum Monachi nō censeantur, eo. lib. de sent. excommu. cap. religioso. Cum possint ad seculum redire infra annum, cap. statuimus, de regular. De gratia tamen possent in capitulo admitti, secundum Archid. in d. cap. ex eo. Quod intellige si nouitij sint constituti in ordine sacro, vt in clem. ut hi, qui. de ætate, & quali. Franc. in d. c. ex eo. Immo Hosti. in cap. ea, quæ. in fi. de statu mona. tenet ex consuetudine, seu priuilegio, aut pacto in fundatione apposito etiam clericos seculares posse habere vocem in capitulo regulari, & in electione Abbatis. De conuersis autem licèt appellatione regularium ueniant, quia ipsi & regulam profitentur, tamen non ueniunt appellatione Monachorum, c. non est, de regul. vbi Abb. num. 2. & propterea nec possunt interesse in capitulo cum professis, tex. est in d. cap. ex eo. Panor. in cap. & si Christus, de iureiu. quamuis sint expresse professi, cum non sint in clericos tonsurati, ita Archid. & Franc. in d. c. ex eo.

14 Octauo. Circa professionem, An illam † emiserit ante annum completum à tempore quo est ingressus, licèt de iure communi ualeat, si fiat ante annum cum consensu nouitii, & toto conuentu, c. ad apostolicam, de regul. Immo profiteri posset nouitius etiam in ipso ingressu, habitu non suscepto, Sylu. in ver. religio. 5. q. 3. sed hodie nullius esset momenti facta ante annum completum, vt habetur per Conc. Trid. sess. 25. cap. 15. in hæc verba, In quacunque religione tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante sextumdecimum annum expletum, nec qui minori tempore quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionē admittatur: Professio autem antea facta sit nulla, nullāque inducat obligationē ad alicuius regulæ vel religionis, vel ordinis obseruationem, vel alios quoscunque effectus, ex cuius constitutione, & contextu verborum clarissime elicitur, quod sicut requiritur de essentia professionis solemnis ætas annorum 16. expletorum, sic annus continuus expletus, quod demon-

15 strat præpositio illa per, † iuxta doctrinā Canonistarum, & præsertim Archid. in cap. cum contumacia, ibi, per annum, de hæret. in 6. per tex. in cap. præsentium, 7. q. 1. dicētis, præpositionem per, de sui natura demonstrare cōtinuitatem temporis. Quare concludimus nouitium, qui interpellatē, & non cōtinuē per annum integrum, sed non continuum, habitum nouitiorum detulit, & emisit professionem, illam nullam esse, & nouitium esse in pristino statu nouitiatus quo ad omnia constituēdum, ac si nunquam talem professionem emisisset, iuxta reg. iuris, non firmatur, de reg. iur. in 6. & c. quæ contra, eo. tit. & ita consului.

16 Sed quid si Prælatus † alia legitima causa mo-

ſa mouetur, vt nouitius expleto anno nō emittat profeſſionem, an illi obſtent verba Concilii, ſeſſ. 25. cap. 15. vbi habetur, nec qui minori tempore, quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, profeſſio autem facta ſit nulla, & pariter in uerbis ſubſequentis capituli 16. Finito tempore nouitiatus ſuperiores nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum admittant? Reſpon. quod hoc dubium inueni deciſum ab Illuſtriſsimis Dominis Cardinalibus in ſacra cōgregatione in hæc verba, Concilium noluit quempiam minori tempore, quam per annum ſtare in probatione, idque expreſſim diſpoſuit. Ne autem hoc tempus longius extendi poſſit, non prohibuit, ideoque arbitrio ſuperiorum extendi, & prorogari poterit. vbi per hæc verba habetis deciſionem, & rationem deciſionis.

17 Rurſum quæritur, à quo die † incipiat annus probationis, an à die, quo lauantur pedes, apponitur nomen nouum, induitur tunica à ſuperiore, vel à die ſequēti, quo in Miſſa ſolemni induitur ſcapulari? Reſpondi interrogatus, à die, quo induitur ſcapulare, quia tunc datur habitus, vt infra uidebimus. & ita eſt in uſu.

18 Sed † an nouitiatus de licentia ſuperioris poſſit extra Monaſterium agi, & compleri, ita vt poſſit nouitius deferre habitum extra Monaſterium cum licentia ſui ſuperioris? Dic quod ſic, ſecundū Abbatem antiquum in c. cum illorum, de ſent. excommun. ſequitur Archid. & Panor. in cap. ex reſcripto, num. 5. de iureiur. dicentes, quod religioſus manens extra Monaſterium ſub obedientia ſuperioris, & cum eius licentia videtur reſidere intra illud. Hinc infertur, quod nouitii, qui infra annum exeunt Monaſteria ſuorum ſuperiorum, in quibus ceperunt habitum, vt peregrinarentur in ſtationes, vel alia loca pia, uel uiſerent ſuos parentes, aut cognatos ægrotantes, uel ut mendicarentur, teſtificarentur, recreentur, uel alia iuſta de cauſa, compleant annos ſui nouitiatus, ut probatur per tex. in capit. inſinuante, qui cleric. uel uouen. ſic milites Hieroſolimitani, † qui ut armatam militiam exerceant, ſuſcipiunt habitū ſuæ religionis legitimè intra Monaſteriū, & poſtea, quod ſæpe fit, de mandato magiſtrorum deferunt eum extra Monaſterium bellando, uel alia negotia faciendo, poſſunt finire annum probationis extra Monaſterium: quia Monachus ubicunque maneat ſub ſuperioris obedientia, cenſetur manere in clauſtro, ita prædicti Abbates dixerunt, quos ſequitur Nauar. extra de regul. lib. 3. conſil. 42. Quod intellige, niſi forte † ſuperior concederet licentiam deferendi habitum ſui ordinis cauſa deuotionis, uel honoris, ea mente tantum, quod geſtatio illius non prodeſſet ei ad profeſſionem tacitam, uel expreſſam: quia tunc cum actus agentium non operentur ultra intentionem agentium, l. non omnis. ff. ſi cer. peta. cap. fin. de præb. tunc non cenſetur profiteri, nec annum nouitiatus implere, Nauar. qui ſupra, eod. titu. conſ. 41. qui inquit, quod ſæpe ſolitum fieri accepit à Magiſtro Hieroſolimitano, ſiue S. Ioannis.

19

20

21 Præterea quæritur, an † profeſſio ante 16. annum emiſſa, uel annum nouitiatus continuum, ſit nulla quo ad omnes effectus, iuxta Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. uel obliget ad intrandum aliam religionem in genere, iuxta tex. in cap. non ſolum, de regula. in 6. Reſp. quod nullum inducit effectum, neque ullam obligationem, ut per prædictum Conc. ita quod tuta conſcientia poteſt ducere uxorem, ſecundum Nauar. lib. 1. de his, quæ ui, conſ. 5. num. 11. niſi aliquod canonicum impedimentum obſtaret, ut quia ſe uoto ad profitendum aſtrinxiſſet ad aliquam religionem, nam tunc teneretur petere diſpenſationem à Summo Pontifice ad effectum contrahendi matrimonium, ratione ſimplicis uoti, ut uxorem ducere poſſit.

22 Sed an efficiatur ualida hæc profeſſio ex eo, † quia uidetur approbaſſe ſuam religionem perſiſtendo tanto tēpore per multos

multos annos in præfata religione? Respon. quod non: quia oportet ut professio nulla ratificetur, quod professus sciat illam esse nullam, & animo approbandi, & ratificãdi persistat, ut singulariter declarauit Caiet. super 2.2.q.189.art.5. Nauar. in Manua. cap. 12.nu.31. & de his, quæ ui.conf.5.num.8.

23 Sed † an possit aliquo casu professio nulla ratificari contra Concilium? Resp. quod sic per Summum Pontificem: posset enim Papa de consensu utriusque partis recipientium, & receptorum annum nouitiatus habere pro completo legitimè contra Conc. Trid. & etiam eorum professiones haberi pro ratis, adhoc ut ipsi post hac gaudeant honoribus, & præeminentiis, quibus gaudere deberent à tempore, quo fuerunt prius professi; tũ quia scienti, & consentienti non fit dolus, neque iniuria; tum quia hoc etiam sanctè facere posset ad tollendum scandalum, & ingratitudinem, quæ oriuntur ex magna mutatione, Nauar. extra de regul. lib.3. conf.5.nu.20.

24 Insuper † quæritur, cum professio ante ætatem, vel annum sit nulla, an talis nulliter professus si iterum vult emittere professionem, indigeat noua receptione? Dic quod non, sed sufficit, quod receptio prima continuetur per totum annum absque interruptione, ita quod sine licentia prælati non exeat, neque maneat extra Monasterium, & perfecto anno faciat professionem ualidam, Nauar. eo.tit.conf.35.nu.3.

25 Quid autẽ sit professio, † & qualis, & per quæ verba fiat, vide Lapum in sua alleg. 128. Et an in ea requiratur scriptura? Dic, quod non. gl. in c. uidua. 20.q. 1. & si deberet fieri in scriptis, ut scriptura propria obuiet in futurum sibi asserẽti in contrarium, c. omnes. 26.q.1.c. saluberrimũ. 1.q.7. Quis autem possit recipere ad professionem, vide tex. in c. ad apostolicam, de regul. vbi prælatus, vel alius de mandato ipsius. & an solus prælatus sine consensu capituli, vide Docto. in c. porrectum, de regular.

26 Sed quæritur, cum Conc. Trid. † non tollat tacitam professionem, quæ requirantur, vt professio tacita fiat per habitus delationem? Respond. quòd tria. Primum, quòd sit indistinctus ab habitu professorũ, c.1.§. qui verò, de reg. li. 6. Secundum, quod deferat eum in Monasterio, d. §. qui uero. ibi, degentes cũ eis, & cle. eos, iũcta gl. ver. in aliqua, de reg. Tertium, quòd deferat illum intra Monasterium per annum continuum, c. 1. de regu. lib. 6. ibi, per totum annum. nisi illum deferret extra de licentia superioris, Abb. in c. ex rescripto, n. 5. de iureiu.

27 Sed num † tacite professus possit cõpelli per superiorem, vt faciat professionem expressam? Dic quod sic: nam ex tacita professione obligatur Monasterio, merito potest compelli, vt faciat illud, quod iure, & regula disponitur. quibus cauetur religiosum debere facere professionem expressam. Similiter econtra tacitè professus potest instare vt Monasterium compellatur eum recipere ad professionem expressam: nam utrique ex professione tacita orta est obligatio: quia ipse est obligatus Monasterio, & Monasterium sibi: acquirit enim per professionem tacitam ius monachatus, & collegii, vnde non potest amplius sine causa expelli, facit c. fin. de regu. Item interest sua, ut expressè profiteatur, cũ aliàs non possit ad Prælaturam promoueri, c. nullus, de elect. c. indemnitatibus, eod. titu. lib.6. facit c. cum singula, de præb. lib.6. Abb in c. cum causam, nu. 7. & 8. eod. titu.

28 Sed quid † si quis nõ intendebat fieri professus, quando professionem emisit, videtur quòd non sit religiosus, cũ in professis potius debeat attendi veritas, quàm ipsum factum, c.1. quod met. causa. Item ille, qui profitetur intendit se obligare Deo, vt in c. non dicatis, 12. q.1. sed Deus inspicit ueritatem, & cor hominis, si ergo iste in corde non intendebat esse Monachus, nõ debet obligari. Hæc tamẽ possunt procedere in foro pœnitentiali, cum ille forus inspiciat veritatem,

tem, capitu. tuæ, cum simi. de sponsalib.
29 Non autem † in foro contentioso, quia in foro contentioso, quando de animo constare non potest, recurritur ad actiones extrinsecas, & secundum illas ius præsumit de intrinsecis. verbi gratia, si assumit habitum professorum, vocando parentes, in altari cum solemnitatibus, quibus solet dari profitentibus ab Abbate. tunc ius præsumit habitum assumpsisse cum deliberata voluntate faciendi professionem. Nec creditur sibi post factum, ne turbet Ecclesiasticam regulam, c. quod interrogasti, distin. 27. 16. q. 7. cap. per laicos monachalem. Nisi prius præcedat protestatio: quia illa protesta-
30 tio † iuuat, quia per illam apparet quo animo quis gerat actum. vnde illa voluntas semel posita semper præsumitur durare, patet de baptis. c. maiores. Vnde ex hoc infert Archid. in d.c. quod si quis expresse fuerit protestatus ante matrimonium, quod non contrahit animo obligandi, quãuis postea contrahat, nullum est matrimonium, quia præsumitur in sua prima intentione persistere: Quod intellige, quando post protestationem statim contraheret, secus si interponeret interuallum inter protestationem, & cõtractum, quia ex quo interuallum interposuit, videtur mutasse voluntatem, ita Gemin. in d. cap. quod interrogasti, vide tex. in c. 1. dist. 27. vbi Arch. latè.
31 Insuper quæritur, † an professio facta ab eo in religione laxiori, qui habet uotum ingrediendi strictiorem, sit valida? Resp. quod sic, quamuis non habeat dispensationem; licet pro uoto non completo sit pœnitentia imponenda, cap. qui post, de regu. lib. 6. Quod secus esset, si faceret se oblatum: & ratio est, quia oblatio non est tantæ uirtutis, nec facit quẽ religiosum, iuxta tex. in cap. ut priuilegia, & ibi per glo. de priuileg. vbi Docto. Naua. extra de voto, lib. quinto, cons. 12. nume. 3.
32 An uero † per ingressum Monasterii cum effectu transeant omnia bona ipsius ingressi, uidelicet iura, & actiones, quæ competerent illi, qui ingressus est Monasterium, idest, feudum, emphyteusis, vsusfructus, & bona ea lege collata ingredienti, ut alienari non possint, uide Innoc. Dom. Ant. Abb. & alios in cap. in præsentia, de proba. Vbi circa primum nota, quod ingressus Monasterii intelligitur cum effectu: quia si ingrediens moritur infra annum probationis, tunc in dubio secundum ueriorem opinionem ipsius bona spectant ad proximiores, cũ talis non potuit cum effectu dici religiosus, cap. religioso, de sent. excomm. lib. 6. nisi expresse sua bona Monasterio contulerit, notat Abb. in d. c. in præsentia, nume. 68. Nauar. extra de voto, lib. 3. consil. 1. Hoc sic præiacto fundamento, quæritur an per talem ingressum transeat in Monasterium feudum? Et quamuis Innoc. in d. c. in pręsentia, cum qua transeunt Dom. Anto. & Abbas, & Cynus in auth. ingressi, C. de sacrosan. Eccle. dicant, quod transeat feudum, si talia debent seruitia, quę Monasteriũ possit honestè exhibere per se, vel per alium, argu. tex. in l. quisquis, & l. ad similitudinem, C. de Episc. & cler. alias redit ad dominum, l. 1. §. ne autem, C. de caduc. tollen. l. inter. ff. solu. matrim. tamen moderni tenent indistinctè, quod feudum non transit in Monasteriũ, quia per hoc fieret deterior conditio domini, cum feudum nunquam possit redire ad dominũ per mortem uasalli; cum Ecclesia nunquam moriatur, ita Archid. in cap. si qua mulier, 19. q. 2. Bal. in l. qui se patris, C. unde liber. & in cap. de eo, qui arma belli. depos. in vsib. feud. vide Franc. de Are. cons. 14. Sed quid de emphyteusi, Ioan. Andr. & Innoc. tenent quod transit ad monasterium, argum. tex. in l. pero Luci Titi. §. 1. ff. de lega. 2. quamuis sit argumẽtum contra in Auth. de alien. & emphyt. §. 1. Bar. uero in auth. ingressi, C. de sacrosan. Eccle. dicit, quod de tali quæstione est tex. in d. Auth. de alien. & emphy. §. 1. ubi dicit, quod transit in Ecclesiam, nisi dominus reuocet: sed si dominus vult, potest secundum eum reuocare.

Alii vero dicunt, quod debent ponderari pacta de non alienando in Ecclesias, milites, & potentes: quia tunc durior efficeretur conditio domini, si transit in Ecclesiam, quia non sic de facili cadit in cõmissum. Sed quid si, qui ingreditur habet rem in emphyteusim pro se, & suis filiis, an superstitibus filiis in Monasteriũ transeat? & quamuis videbatur quòd sic, cum Monasterium habeatur loco filii, vt in Auth. de sanc. epis. §. sed hoc præsenti. tamen puto, quod non transeat in Monasterium: cum tunc Monasterium non sit verus filius, & verba contrahentium strictè intelliguntur, l. quicquid astringendæ, ff. de verb. oblig. ita Do. Ant. quem sequitur Abb. in d. c. in præsentia. Sed quid de vsufructu? Dic quod transit, & durat in vita ingredientis, Institu. de acquis. per arrog. §. usus etenim, & §. seq. & de vsufru. §. finitur. 19. quæst. 2. §. si qua. etiam si ingrediens sit pater, & vsusfructus pertineat ad eum in bonis aduentitiis ipsius filii ratione patriæ potestatis, secundum glo. in auth. idem est, C. de bonis quæ liber. quæ opinio communior est, secundum Decium in d. cap. in præsentia. Bona etiam ea lege collata, vt alienari nequeant, etiam transeunt, argum. ff. de fun. dot. l. 1. ff. de leg. 3. l. pater. Cynus in d. auth. ingressi. & ratio est, quia hæc est alienatio legis, & accessoria ad personã ingredientis, facit quod notatur in l. si ita, §. si ea lege, ff. de verbo. obligatio.

33 Vltimo nota, † quod ingressio operatur multos effectus. & Primo facit spurium legitimum, vnde abstergit maculam irregularitatis ex natalium defectu prouenientis, cap. 1. de fil. presbyt. quod intellige ad effectum suscipiendi ordines sacros, non tamen ad effectum habendi prælationem, nam ut praxis vbique se habet ut illegitimus, vel illegitima quæque professa fieri possit prælatus, vel prælata, indiget dispensatione Apostolica, sed de hoc supra diximus, num. 8. Secundo uotum resoluit, vide glo. in cap. admonere, 33. q. 2. cap. scripturæ, de uoto, quemadmodum diximus supra in 2. lib. cap. 30. num. 3. Tertio omnis causa ingratitudinis tollitur vndecunque processerit per ingressum religionis, per tex. 19. quæst. fin. cap. non liceat. vbi simpliciter fauore religionis disponitur sine aliqua distinctione, vt tollatur vitium ingratitudinis, ad idem tex. in Auth. de monac. in prin. vbi dicitur, quod ingressus religionis omnem humanam maculam detergit. licet glo. ibi sentiat, quod non per hoc tollat filii ingratitudinem. sed mihi primũ plus placet fauore religionis, argum. l. sunt personæ, ff de relig. & sump. fun. & quod ingratitudo tollatur per ingressum religionis, est glo. etiam de iure ciuili per textum nouellarum, vt in Auth. de sanc. episco. d. §. nullam vero. Parnor. cons. 27. 2. vol. Rom. singu. 37. vtrum nobilis, videlicet quod ingratus filius desinit ingratus reputari. Hinc infertur, vt non liceat parentibus filios Monachos factos ab hęreditate sua repellere, quamuis dum fuerint in seculo, in causam ingratitudinis inciderint, vt refert Cynus in l. Deo nobis, C. de episco. & cler. Quarto consequitur plenariam indulgentiam ingrediens, cum effectu, si contrito corde fiat, D. Tho. in 2. 2. q. antepenult. & vltima, nu. 3. vide latè Pau. de Cast. in auth. ingressi, C. de sacrosan. Eccl. Quinto diminuitur pœnitentia quantumcunque grauis, per religionis ingressum, cap. admonere, 33. quæst. 2. not. in cap. scripturæ, de voto. Sexto per eam si ante erat laicus, mutatur regulariter forum, vt fiat iurisdictioni Ecclesiasticę subiectus etiã post delictum commissum, vt diximus infra in cap. 1. Bullæ Cœnæ. ibi, pro cessando. nu. 141. nisi fiat Monachus post præuentam causam à laico, ut inquit Nauar. de regul. comment. 2. num. 60. in fi. Septimo præiudicat matrimonio ante copulam carnalem, extra de conuer. coniug. ex publico. Item excommunicatio licèt non aboleatur per ingressum; potest tamen absolui ab Abbate, vel Priore, cap. cum illorum, de sent. excommu. not. per Arch. in c. religioso, de sent. excom. lib. 6.

34 Octauo quamuis† Monachus habeatur pro mortuo, vt in Auth. de nup. §. distrahuntur, coll. 4. tamen possunt ad utilitatem Monasterii singuli de religione suis parentibus, & agnatis, ab intestato, quemadmodum & alii existentes in seculo, succedere. Quinimmo nō licet eorum parentibus eos à portione legitima repellere, ut probatur in l. Deo nobis, C. de Episc. & cler. in c. unico, 18. q. 1. & c. non liceat parentibus, 19. q. 1. & hoc indubitanter est tenendum de religione, quæ licet singulis de religione proprietatem deneget, eis tamen in communi concedit, ut in regula nostra, & Chartusiensium. Et non obstat, quod eorum agnatio non in terris, sed in cœlis debet esse, vt in Auth. de monac. §. non ingredientur, coll. 1. quia illud intelligitur, ut Monachi nō habeant agnationem in terra, scilicet, ut ea occasione exeant Monasteria ad colloquendum cognatis, sed cognationem naturalem retinent, vt ibi no. glo. & allegat C. de codic. l. fin. ff. de reg. iur. l. iura. Item non obstat, quod Monachus habeatur pro mortuo, quia illud quò ad matrimonium, & sic quantum ad carnalia mundi habetur pro mortuo, 16. q. 1. placuit. Renunciauit enim seculo quo ad carnalia, d. l. Deo nobis. §. 2. vers. nā & si maritus. Item quò ad conuersationem secularem, ut eadem lege in princ. alias non habetur pro mortuo, cum possit esse testis, ut in Auth. de nuptiis, §. distrahuntur. habetis ergo, quod non nocet mutatio status ad succedendum, ff. vnde lib. l. fin. Sed an etiam hoc procedat, quando ex propria regula interdicitur dominiū, & proprietas alicuius rei singularis in communi, ut est religio Beati Francisci, clemen. exiui, §. prouide, de verbor. signific. communis est opinio, ut inquit Panorm. in cons. 27. in secundo volu. quod non admittantur religiosi, sed veniunt alii succedentes ab intestato, ac si ipsi essent mortui, argu. ff. de his, qui pro nō scrip. hab. l. in metallum, & C. de hære. instit. l. 1. Hodie vero per quoddam priuilegiū Papæ Nicolai, quod priuilegium dicitur Mare magnum; ordines Minorum, Prædicatorum, Eremitarum, & Carmelitarum statuitur quod licet non possint habere bona immobilia, possunt tamen habere fructū bonorū stabiliū, ut inquit Napod. in cōsue. Neap. si quis, vel si qua, in ver. proximiores. Nono per ingressum Monasterii liberatur à patria potestate, notatur in c. Deo nobis, de Episc. & cler. glo. sing. in l. si ex causa. §. Pomponius, ff. de minor. quam sequitur ibi Bar. & Bald. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. Eccle. vbi Iason nume. 17. Non tamen perdit iura suitatis, quatenus sibi sunt commoda, Bart. in l. item in potestate, in fi. C. de Episc. & cler. ut supra. Sed nunquid filius à patria potestate exemptus per Monachatum patri noceat, vt excusari nequeat à muneribus realibus, vt sunt gabellæ, & per consequens non computetur in numero 12. filiorum, iuxta tex. in l. si quis decurio. la seconda, C. de decur. lib. 10. Dic quod non nocet patri: nam filii defuncti in bello prosunt ad excusationē à muneribus, vt est tex. in l. fi. ff. de vacat. mune. Instit. de excusat. tut. §. 1. Eodem modo debent prodesse filii monachi, qui sunt defuncti quo ad mundum, & militant in seruitio Dei, ita expresse tenet Ang. de Aret. Insti tu. de excus. tuto. in princ. per ea, quæ notantur in l. miles, ff. de re iud.

35 Nono interrogandus est, si tacuit† infirmitates, vel alia impedimenta, ut quia obligatus erat ad ratiocinia Reipublicæ: nam nisi prius se expediat, ingredi non debet. Si vero sunt priuatorū, honestum est, ut prius se expediat, ut consuluit tex. in cap. commissum, de spons. §. fin. 2. q. 4. sed non necessarium, vnde si de facto debitor iste religionem ingreditur, tenet professio: & ratio est, quia propter pecuniam persona liberi hominis non obligatur: quia libere potest de sua persona facere quicquid vult, tenetur tamen (si potest) curare, ut creditoribus satisfaciat artem aliquam exercendo intra Monasterium, vt scribendo, & pingendo, ut inde aliquid lucretur, officio tamen suo non neglecto,

neglecto, cap. clericus, distin. 91. & salua regulæ obseruantia, idque ex consensu Prælati sui, qui illi tenetur ad id licentiã mãdare, vel pro eo debita suis creditoribus soluere: non tamen sunt demendæ expensæ eius ex illo lucro, si seruit quãtum regula præcipit: quia qui altari seruit, de altari viuere tenetur, c. cũ secundum, de præb. c. ex his, 12. q. 1. Quod si intra Monasterium quicquam lucrari non potest, quod posset extra Monasteriũ idest quęrere vnde satisfaciat, illud faciat de licentia sui Prælati, cauendum tamen est illi ne talia exerceat, vnde scandalum generet, aut religio derisioni exponatur: Etenim his inconuenientibus existentibus cessat obligatio præfata. Sixtus tamen V.
36 in sua extr. 73. † contra illegitimos statuit ære alieno super vires facultatũ suarum grauatos ad religionem non admittendos, admissos tamen ad illam perpetuo inhabiles declarat, professionem inde secutam ex nunc pro ut ex tunc irritando, & annullando, quare habitu spoliari, & expelli potest. Superiores vero, qui dictas personas temerè receperint, voce actiua, & passiua, nec non officiis, gradibus, honoribus, & dignitatibus per eam obtemptis, & in perpetuũ obtinendis priuat. quam etiam constitutionem extendit ad criminosos, uel suspectos, ut ibi habetur. Ratio autem quare moueri potuit Romanus Pontifex, potuit esse, ne Monasteriũ infametur ex hoc quod accipit personas cum detrimento aliorum. Hinc hac ratione motus vult text. in c. 1. de oblig. ad ratioci. quod obligati ratiociniis repellãtur ab ordinatione per l. officiales, C. de Episc. & cler. distin. 51. per totum. Ex qua constitutione colligitur, quod debitor nõ ultra vires suarum facultatum potest ingredi religionem. Verum ingrediendo quandoque peccat, vt pote qui potest soluere debita, differendo aliquanto tempore religionis ingressum, & incitatur ad ingrediendum statim fraudato suo creditore: quod procedit etiam in eo, qui vouit ingredi intra certum tempus, quia votum posterius non tollit obligationem anteriorem: nec potest esse vinculum iniquitatis, argum. tex. in cap. quanto, de iureiur. cap. in malis, 22. quęst. 4.

37 Decimo, si ingressus est religionẽ parentibus in extrema necessitate constitutis, eiusq; auxilio, & ope indigentibus, quia peccat mortaliter. Immo etiã si necessitas non sit extrema, est tamen talis, quæ filium obligat ex præcepto ad eorũ inopiam subleuandam, vt est, quia oportet parentes mendicare, vel aliis seruire cum notabili, seu magna indecentia, tũc ingrediendo religionem peccat mortaliter, quod intellige, dummodo absque periculo peccati posset in seculo permanere. Professus tamen, cum mundo mortuus sit, deobligatur à cura impendenda parentibus, Syluest. in ver. religio. 2. q. 7. debet tamen quantum potest salua ordinis obedientia curare, ut per se, vel alium eis subueniatur. Nauar. uero in primo casu inquit, quod ingressus, & professus tenetur exire, quando uerisimiliter egrediendo posset subuenire, & nõ egrediendo non posset, aliàs secus. In secundo casu debet pro viribus in suo statu perseuerando eis subuenire, uel si sic non potest, tunc tenetur exire, si huiusmodi debitum, idest, eorum necessitas præcessit religionis ingressum, hæc in capitu. 14. num. 14.

38 Vndecimo. An † fuerit transgressor votorum, idest, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, nã obligant sub peccato mortali: quia per tria hæc vota abrenuntiatur omnibus his, quibus animus humanus maximè occupari consueuit, & à diuinis obsequiis impediri, quorum primum est, & principale coniugium, 1. Corin. 7. vbi inquit, qui cum uxore est, sollicitus est quomodo placeat uxori. secundum est possessio terrenorum. Vnde gl. super illud Luc. 8. Quod autem in spinis cecidit, inquit: Diuitiæ & si delectare uideantur, suis tamen possessoribus sunt spinæ, cum aculeis curarum mentes eorum confodiunt, quæ audè quæruntur, & sollicitè seruantur. Talis spina mul-

multipliciter pungit in acquiſitione, conſeruatione, diminutione, nam cum labore acquiruntur, cum timore poſſidētur, cum dolore dimittuntur, vel amittuntur. Tertium, eſt propria voluntas, quia qui ſuæ uoluntatis eſt arbiter, ſollicitudinem habet de ſuæ vitæ gubernatione, & ideo nobis conſulitur, vt noſtri ſtatus depoſitionem diuinæ committamus voluntati, iuxta illud Pet. c. 5. Omnem ſollicitudinem veſtram proiicientes in eo, quoniam ipſi cura eſt de uobis. Et inde eſt, quod perfecta religio triplici uoto cōſecratur; voto paupertatis, per quod renuntiatur diuitiis; voto caſtitatis, per quod renunciatur coniugio; & obedientię, per quod renunciatur uoluntati propriæ. De his tribus dicit Dominus, Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. ecce propriæ voluntatis abnegatio, tollat crucem ſuam, ſcilicet per carnis mortificationē. ecce uotum caſtitatis. & ſequatur me, ideſt, per altiſſimam paupertatem. Per hęc tria uota homo of-
39 fert ſacrificium † de omnibus bonis, per uotum caſtitatis offert corpus ſuum, iuxta illud, Rom. 12. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, &c. per uotum paupertatis propria bona, per uotū obedientiæ propriam voluntatem. Nec ſolum ſacrificium per hæc tria uota Deo offertur, ſed holocauſtū, quod erat Deo acceptiſſimum. Vnde Greg. hom. 8. ſuper Ezech. inquit: Cum quis aliquid ſuū Deo offert, & aliquid non uouet ſacrificium eſt: cum vero omne, quod habet, omne, quod uiuit, omnipotenti Deo uouerit, holocauſtum eſt. In his tribus clauſtralis religio uitam Angelicam repręſentat, quia per hæc tria de mundo exitur.

40 XII. Si profitetur cum hac † conditione, vt velit ſibi reſeruare bona ſua, vt propria, non tunc vitiatur actus, & frangitur conditio, vt turpis, & contra ſubſtantiam, & remanet Monachus, de condi. appoſ. l. quicunque. ff. ſi vſusfru. pet. l. 1. §. 1. ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita quis hæres. glo. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccl. & ratio eſt, quia cum eſt alterius iuris, non poteſt aliquid habere, vt ff. de acquir. rer. domin. l. homo liber. in fi. ff. de reg. iur. l. qui in ſeruitute. Dicit tamen Bar. in d. auth. ingreſſi, quod ſi quis profitetur ea conditione, vt poſſit retinere bona ſua, debet intelligi quò ad vſumfructum, vt ſic res intelligatur ſecundum ſubiectam materiam, text. in ſimili in l. ſi uno. ff. locati.

41 Sed quid ſi religioſo † aliquid donetur, vel relinquatur à conſanguineo, vel amico, ita tamen quod non relinquatur Monaſterio, nunquid valeat relictum? Bart. in auth. excipitur. C. de bonis, quæ libe. inquit, quod vt relictum ualeat, debent illa verba intelligi, vt nihil acquiratur Monaſterio reſpectu vtilitatis, non autem reſpectu iuris, & eſt ſenſus vt Monaſterium permittat conniuentibus oculis illum habere adminiſtrationem relicti, ſicut & ſeruus dicitur habere proprium, vt in l. 3. ff. de manum. Quod quidem dictum intelligitur ſecundum Abb. in cap. 2. de ſtatu mona. vt tantum poſſit procedere, quādo religioſus haberet adminiſtrationem in caſu licito, puta vt diſpenſaret ad pios vſus, quod eſt licitum etiam religioſo, c. 2. de teſta. lib. 6. vel ut conuertat ad vſum veſtimentorum, vel librorum, quia tunc indirectè aliqua utilitas Monaſterio reſultaret, cum releuetur ab iis oneribus; non tamen intelligitur, vt religioſus ad libitum poſſit illa bona diſtribuere; quia ſic eſſet proprietarius. Sed quid ſi teſtator relinquat tale quid Monacho, ita tamen quod Abbas non faciat ei moleſtiam, alias relinquit Titio extraneo? dicit Archid. in cap. ingredientibus, 16. q. 3. quod Titio competat repetitio, ſi Abbas Monachum moleſtet ſuper relicto, arg. eius quod legitur, & not. in l. Lucius. ff. ad Trebell. vide D. Anto. in c. clerici, de iudi.

42 Sed an poſſit † Prælatus tuta conſcientia religioſo illud concedere, & nullam ei moleſtiam facere ſuper relicto? Reſp. quod non: Non enim poteſt ullus inferior Papa neque directè, neque indirectè facere ſuum Monachum proprietarium,

rium, cap. cum ad monasterium. §. tali, & §.fin.vbi Abb.num.9.de statu Mona. Dixi quod nullus inferior Papa quia Papa posset præfatam licentiam concedere, ita quod nullus prælatus inferior alius à se, vel eius successor possit illam tollere, vel diminuere, argumento generali, cap. cuncta per mundum, 9.q.3.c.proposuit, de conc.præben.ita, ut illud in honestos usus, & pios possit expendere, & quod nemo possit ei illum vsum impedire. Et ita solita est sancta sedes Apostolica concedere aliquibus religiosis pensiones super fructibus aliquorum beneficiorum, ea lege, vt ipsi soli impendant, ita Nauar. extra de regul.lib.3.cons.47.

43 Sed aduerte,† quod discrimen est inter religiosum habentem aliquod peculium, vel beneficium: nam primus non potest impendere nisi circa ea, quæ pertinet ad bonam administrationem eius, & ad honestum usum eius, & ita intelligo summum Pontificem posse dispensare, secundum Abb.in cap.2.de statu monac. Sed religiosus beneficiarius potest de fructibus sui beneficii disponere, perinde ac clericus secularis de fructibus sui beneficii secularis, ita Cardinalis in clem.2.de vita, & honest.cler. Hinc posset per viam donationis, vel alius contractus inter viuos irreuocabiliter facti disponere, non autem per ultimam uoluntatem: cum nullus religionem professus possit quicquam disponere sine facultate testandi, vt inquit Nauar. cons. 70.& 71.lib.3.de regul.

44 An autem possit † Abbas in professione reseruandi quędam bona ad vsum dare facultatem religioso? Dic quod sic, de elect.c.cum inter.quamuis possit postea superior ea amouere, licet non debeat, nisi ex iusta causa, Doct. in c. insinuante, qui clerici, uel uou. Sylu. in uer. religio.3.q.8. Quinimmo Panor.in c.Monachus, & in cap.cum ad Monasterium, de statu mona. inquit ualere professionem factam cum pacto, ut uiuat extra Monasterium cum bonis, quæ ante professionem erant sua, sustentando se de illis, facit tex.in d.c.insinuante, ubi cum ex illo tex. habetur, quod ualeat professio facta à Moniali, manendo in domo, consequens est ut habeat aliquod peculium propriũ, quo se substentet, sequitur Bar. in auth.ingressi, C.de sacrosan.Eccl.

45 Sed quid de Monacho,† qui est in probatione, & habebat beneficia, an expectabitur tempus anni, antequam sua beneficia conferantur? Dic quod sic, interim tamẽ poterit facere seruire per aliũ, cui prouidebit de bonis Ecclesię, argu. de appel. peruenit, & hoc fauore religionis: quia summa est ratio, &c. ut ff.de relig.& sump.fune.l.sunt personæ.& hæc opinio est æqua, per cap.beneficium, de reg.iur.lib.6.

46 An uero † tempore nouitiatus ualeat renunciatio facta cum iuramento suorum bonorum? Dic quod non, etiam si fiat in fauorem cuiuscunque causæ piæ; nisi cum licentia Episcopi, aut eius uicarii fiat, intra duos menses proximos ante professionem, & tunc non aliàs intelligitur suum effectum sortiri, nisi secuta professione. Aliter facta etiam cum huius fauoris expressa renunciatione, iurata, est irrita, & nullius effectus, ut testatur Conc.Trid.sess.25.c.16.

47 XIII. Si † non uult reformari: nam debet religiosus deformatus, uel Monasterium primò reformari per fratres eiusdem Monasterii, si potest, uel secũdo per fratres eiusdem ordinis. Tertio per fratres cuiuscunque religionis. Vel quando aliud fieri non potest, etiam per clericos seculares, cap.inter quatuor, de cler. non resid.ita Henric.in cap.relatum, ne cler.uel mona. num. 3. Sed an religiosis post factam professionem strictior uita possit indici? Circa hanc breuiter dico, quod licet sit opinio glo.in cap.quia omnes, de reg.iur.lib.6.tenentis, quod possit indici, quæ communiter approbatur ab Abbate, & modernis in cap. ad nostram, de appell. tamen contraria opinio communior uidetur, ita glo.per illũ tex. in cap.gesta, dist. 64. idem glo. per illum tex.in cap.integritas, 32.quæst. 1. in uer. ultimo.

ultimo. Oldr. conſ. 96. Nunquid Monachum. Vbi concludit, quod Papa ſtatuere non poſſit, vt Monachus recludatur, & ibi ad hoc rationem efficacem adducit, quia ab initio datur annus probationis ingreſſo, vt aſperitatē ordinis experiatur, cap. ad apoſtolicam, de regul. Vnde non uidetur contra eius uoluntatem ad duriorem uitam aſtringi poſſe, niſi alius annus concedatur. Hæc autem concluſio procedere uidetur quando durior uita de nouo indicitur in totum, ſecus ſi alteratio uitæ facta fuiſſet in aliquo accidenti ex parte, de quo uerisimiliter ingreſſus cogitare potuiſſet, vel quando talis auſteritas aliàs fuiſſet in regula, & relaxatio eius fuiſſet noua, & à tempore cuius initii eſt memoria, quia tunc ſecundum ſtatum antiquum regula poterit reformari, quia de hoc ingreſſus ſtatim recogitare potuit ſecundum naturam religionis, Hoſti. in ſum. de uoto. §. utrum. verſ. quid ſi ſcholaris, vide Dec. in cap. ad noſtram, 4. not. de appell. Nauar. extra de regul. lib. 3. conſ. 9. num. 2.

XIIII. Interrogandus eſt circa pau-
48 pertatem: † nam quamdiu quis eſt proprietarius, eſt in ſtatu damnationis, vt habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. & 14. Vnde uideat ſi habet proprium, quod quantum ad religioſos, dicitur quicquid tenetur contra uoluntatem Abbatis, vel celatur Abbati ſuo, ita Ioan. And. in cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu monac. Verum ſi Prælatus concedat uſum alicuius rei ad libitum, non videtur propriū, quando in qualitate, & in quantitate nihil celatur Prælato, nec ſine eius licentia aliquid recipitur, vel expenditur, & paratus eſt ad iuſſum Abbatis totum reddere, Sylu. in ver. religio. 6. q. 7.

Sed quid ſi ſuperior alicui religioſo facultatem conceſſerit retinendi aliquam rem, quam ille occultat, ne ſequens ſuperior videat, & auferat? dic talem facere contra uotum paupertatis, & eſſe proprietarium, Dom. Antoninus, 3. par. tit. 16. cap. 11. §. 2. Sylu. qui ſupra. Et nota, quod ſi proprietarius inuenitur in morte cum peculio, ſi non pœnituerit, in ſterquilinio cum pecunia in ſignum perditionis ſepeliendus eſt, de ſtatu mona. c. cum ad Monaſterium, & ſi cum aliis fratribus ſepultus ſit, exhumandus eſt, ſi oſſa diſcerni poſſunt, eo. tit. ſuper quodam.

49 Sed an ſit † in ſtatu damnationis religioſus ille, qui ſibi appropriaret denariū vnum, uel plures non facientes notabilem quantitatem? Dic quod non, tum, quia licet omnis tranſgreſſio præcepti obligantis ſub pœna peccati mortiferi ſit mortifera regulariter: tamen fallit, quoties unum de tribus concurrit, ſcilicet rei paruitas, ſubreptio, vel defectus iudicii ad id ſufficientis, vt poſt S. Thomam diuerſis in locis diximus, & præcipuè lib. primo, cap. 14. num. 5. & ſeq. Tum quia lex Monachorum de nihil appropriando ſibi non eſt fortior, quam lex Dei de nihil furando, nec adeo fortis, quia hæc lex eſt lex naturalis, & diuina ſine ullo facto humano mediante obligans: illa vero eſt humana, aut certe diuina mediante facto humano, ſcilicet uoto obligans, vt palam eſt. At tranſgreſſio legis de non furando excuſatur à culpa mortali propter rei exiguitatem, iuxta Sanctum Tho. ab omnibus receptum, 1. 2. quæſt. 88. articu. quinto, & ſexto, & 2. 2. quæſt. 59. artic. quarto. Quanta autem quantitas requiratur, ut monachus peccet mortaliter? Dic quod quanta requiritur in furto, ita Nauar. de regul. libro tertio, conſi. 75. Quæ autem ſit notabilis quantitas, vel parua, vide quæ ſupra diximus, libro ſecundo, capitu. 93. num. 20.

50 Sed † quid dicendum de Monacho, qui orphanus eſt parentibus, & omni temporali auxilio deſtitutus, nec forſan à Monaſterio ei ſuccurritur de ueſtibus, quia in pluribus Monaſteriis male ſeruatur prouiſio veſtiarii, an poſſit habere aliquid proprii. dicit Laud. quod non debet habere aliquid proprium hoc non obſtante, ita refert Zabar. in clem. 1. §. præmiſſa, nu. 2. de ſtatu mona.

51 Sed quæritur † iterum, quid si paulatim accipit aliquod minimum, verbi gratia, octo vncias panis, parum uini, &c. quasi singulis diebus, ita ut taliter accepta ad notabilem quãtitatem accrescãt, an peccet mortaliter? respon. quòd non, Nauar. in Manua. capitu. 17. num. 140. nisi habeat uoluntatem deliberatam furandi magna, capitu. vulgaris, capitu. si cui, capitu. propterea, de pœniten. distin. prima, vel nisi contraueniat præcepto superioris expresse prohibentis ne etiã minimũ religiosus possit donare, vide quæ nos supra diximus lib. 2. in 4. præcep. tit. qualiter honorandi sunt Pastores, c. 57.

52 Iterum quæritur, an † Monachus sit proprietarius si nõ resignet in manu Abbatis id, quod à Papa dono habuit, sicut diximus, quæst. 12. Respon. quod non, quod quidem dictum ita intelligo, non quidem vt Monachus proprium faciat, sed vt à Papa loco Abbatis teneat ad nutum eius irreuocabile, vt notat Innoc. in dicto capit. cum inter, Dominus Antonius in capitu. cum ad Monasterium, num. 11. & 12. de statu mona.

53 Rursum, an † possit Prælatus post Conc. Triden. sess. 25. capitu. secundo, cum suo conuentu iusta de causa magnę vtilitatis, vel necessitatis Monasterii, & ordinis concedere administrationem aliquorum bonorum stabilium ad nutum amouibilem? Respon. quod sic, quia c. secundum Conc. Trid. non inducit ius nouum, sed tantum renouat, & reuocat ad memoriam antiquum ius, capit. non dicatis, 12. quæst. prima, & capit. cum ad Monasterium, de statu monac. Prælatis regularium ne sine iusta causa propter importunitatem, vel singularem utilitatem aliquorum regulariũ variis modis id procurantium concedatur, præcipit.

54 Insuper † an in iis casibus, quibus necessaria est licentia Prælati, vt regularis possit habere, vel facere aliqua, quæ sine illa non licerent, debeat esse expressa, & specialis, an sufficiat tacita, & generalis? Respon. quod sufficiat tacita, & generalis in foro conscientiæ, quam D. Tho. 2. 2. quæst. 33. artic. 8. appellat præsumptam: & ratio est, quia eadem est virtus taciti, & expressi, l. cum quid. ff. de rebus credi. capit. 2. de rescrip. per quæ respondet Nauar. extra de regul. lib. 3. cons. 2. nume. 20. cuidam monachæ, non fuisse obligatam ad reddenda quædam munera à quodam uiro accepta, quorum accipiendorum licentia iustè, & liberaliter concessisset Abbatissa, si illam ab ea petiisset, argu. tex. in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. Quatenus habet non committere furtum, eum, qui clam capit alienum, quod scitum Domino placeret, & nos supra diximus, lib. 2. de furto, c. 93. nu. 15. Immo nec peccauit, si probabiliter credebat, quod non displicuisset Abbatissæ acceptio illa clandestina. Secus si credebat, quod displicuisset illa, quamuis licentiam petitam non denegasset, sicut filius, & famulus accipiens clam sibi aliquid, quod petitum parens, vel dominus libenter concederet, peccat quidem uenialiter capiendo tali modo, sed non mortaliter, eo quod placet illi, vt habeat, licèt modus ei displiceat, Nauar. qui supra.

55 Sed † an aliquid taxari possit Mõnachis pro indumentis, vel eis assignari ad id certæ possessiones? Dic quod sic, & ita Curia Romana tolerat, quod regularibus taxetur aliquid pro indumẽtis, vel dentur aliquæ possessiones. Idem dic de Monialibus, quę à Monasterio habent solum victum, & à parentibus, vel de suo lucro habent indumenta, ita Anto. Bur. in capit. cum ad monasterium, num. 20. de statu mona. Dec. in cap. edoceri, num. 17. de rescrip. vbi inquit, quod Abbas potest cum conuentu diuisionem facere, & pręcipere, quod Monachis dentur decem pro indumẽtis, vel quod Moniales possint earũ lucra in proprios usus conuertere, ita Abb. in d. cap. cum ad Monasterium. Et talis diuisio facta per Abbatem, & conuentum reuocari potest ad nutum Abbatis, ita Dec. in c. super litteris, num. 18. de rescrip. Vitanda tamen est hæc taxatio in Monasteriis ad euitandum uitiũ proprii, quod est cõtra unum

de

de substantialibus regulæ, d. cap.cum ad Monasterium. Vnde versus. Nihil proprium sit vitium, communia quæque, sic loquimur, sed non fruimur communibus æquè.

56 Sed † vtrum possit summus Pontifex dispensare in voto paupertatis, & castitatis. Concludit Couar. cap. 2. num. 10. & 11. de testam. quod si id uiderit expedire Reipublicæ, aut animarum saluti, poterit voti obligationem remittere quò ad continentiam, ergo & quò ad pauper-
57 tatem. Hinc † potest Papa licentiam testandi concedere religiosis, argum. text. in l. si quando, in princ. C. de inoffic. testam. Franc. in rubr. de testamen. lib. 6. colum. pen. subsistente uera, & legitima causa. Immo solet hanc licentiam in modico testandi cōcedere accedente ad hoc Prælati monachorum consensu. Et non obstat tex. in cap. cum ad Monasterinm, in fine, de statu monacho. & glo. in cap. sunt quidam, 25. q. 1. Vbi summus Pontifex dispensare non potest super voto paupertatis. & ratio est, quia votum est iuris diuini: nam dupliciter respondetur per Couar. & primo, quia illa verba cap. cum ad Monasterium, procedunt manēte ipso voto: Non enim potest Papa indulgere, ut existens Monachus uxorem ducat, potest tamen eximere à uoto, & religione, & ita exemptus uxorem ducere, & proprium patrimonium habere potest. Secundo intelligenda sunt ex modestia summi Pontificis ad conuincendū illum Abbatem, ne existimaret ipsum licentiam Monacho concedere posse aduersum votum paupertatis.

Quod vero dicitur uotum esse diuini iuris, atque ideo tolli non posse per Papam, non procedit, quia hæc obligatio prouenit ex voluntate humana, licet ex iure diuino sit executioni tradēda, actus uero humani principibus subiiciuntur. Hinc fit vt votum filii parentis iudicio subiiciatur, ut possit is eius voluntatem remittere, si id uidebitur Reipublicæ expedire, Francus in c. semel Deo, de reg. iur. lib. 6. Couar. qui supra.

58 Vtrum † vero intelligatur religiosus testari, si facit schedam, uel memoriale significantem suam voluntatem de suis rebus suo vsui deputatis, sic, vel sic distribuendis? Resp. quod sic, nisi expresè protestetur, uel tacitè nolle illam voluntatem suam esse testamentum, uel codicillum, aut donationem causa mortis, sed solum rogat suum Prælatum, vel conuentum, ut pro sua libera voluntate illud, aut illud pietatis opus, aut misericordię illi, aut illi faciant, ita Nauar. c. 27. nume. 270. ver. 3.

59 Concluditur † ergo religiosum nullo modo posse testari, ex quo caret proprio, vt in auth. ingressi, C. de sacrosan. eccl. c. 2. de testam. Hinc est, quod etiam vestis, qua utitur Monachus, non dicitur sua, nec potest dici, quod sua sit; secundum glo. in d. c. non dicatis, 12. q. 2. quia qui ab alio possidetur, ipse nihil possidet, ut ff. de adult. l. sic eueniet. Immò nec valeret consuetudo in oppositum, ut posset testari, ut in d. c. 2. de testa. Bal. in d. auth. ingressi, nisi solum de licentia Papæ, ut superius diximus, non autem de licentia sui superioris, quia nec ipse, si est uere regularis testari potest sine licentia Papæ: nam eodem modo quo uoto paupertatis ligantur subditi, ligantur & superiores, ut tradit Perus. in rubr. de test. nu. 65.

60 Rursum, nec clerici † seculares de bonis acquisitis post clericatum occasione clericatus possunt testari, si sunt beneficiarii, & administrationem habent, glo. in cap. præsenti, de offic. ord. lib. 6. Secus dicendū de bonis acquisitis ante, vel post clericatum, & non occasione clericatus, cap. quia nos, de testam. uel postea quæsitis pro missis, & orationibus dicendis, Franc. in capitu. præsenti, num. decimo, de offic. ordin. lib. 6. Eremitæ autem testari possunt, 19. q. 3. cap. perlatum, §. 1. vbi Paulus primus eremita in testamento Colobium suum Alexandrino Episcopo reliquit, tunicam uero Beato Antonio. & ratio est, quia eremitæ possunt habere proprium, cap. cum Ioannes, de fide instrum. glo. in c. 1. de excess. prælat.

Bal. in auth. si qua mulier, in princ. C. de sacrosan. Eccle. nisi essent professi aliquā regulam approbatam.

61 Præterea, † an dicatur Monachus proprietarius, si de licentia Prælati habet in cella multa superflua? Dic quod non, modo sit paratus omnia resignare in manu eius, Sylu. in ver. relig. 6. q. 7.

62 An etiam sit dominus illius † portionis religiosus in mensa, quæ est ante se posita, verbi gratia: De sua portione vult sibi aliqua subtrahere, vt det pauperibus, vide Nauar. in Apol. de redit. quæst. 1. monit. 14. Et an fragmenta, quæ de mensis ipsorum religiosorum supersunt, possit ianitor, vel alius religiosus erogare pauperibus? videtur quod sic, gl. in cle. 2. ver. fragmenta, de censib.

63 X V. Interrogandus † est, an religiosus fecerit eleemosynam: cum nec voluntatem, nec proprium habeat, 12. q. 1. cap. nolo, & cap. non dicatis. Et hoc verum est de puro claustrali, nullam administrationem, nullum officium habente, nisi hoc faceret de licentia Abbatis de rebus communibus, argu. 16. q. 1. placuit, & cap. monachi, de consecrat. distinct. 5. non oportet. vel nisi uideat hominem ad mortem esurientem: tunc enim hoc potest facere de licentia sui Abbatis, capit. pasce, cap. non satis, distinct. 86. quia tali casu sunt omnia communia, 47. dist. sicut hi. non obstante etiam contradictione Abbatis inferioris, 11. q. 3. qui resistit, 8. distinct. quæ contra mores. Si vero administrationem habet, tunc non solum potest, sed debet quicquid superest, pauperibus erogare, secundum Ray. 12. q. 1. quia tua. in fine, cap. aurum, 86. dist. non satis, distin. 47. sicut hi, 16. q. 1. quoniam quicquid. Sic si religiosus accedit ad scholas, vel alias uadit ad peregrinationem de licentia Abbatis, potest moderatè facere eleemosynam, l. item si filius, §. quod dicitur, ff. ad sena. cons. Maced. vtendo moribus illorum inter quos viuit, id est, dando tantum, quantum suæ qualitatis seculares dare solent, 12. dist. illa, 41. dist. c. 1. & 4. glo. notab. in cle. 2. vers. conuertendum, de uita, & honest. cler. glo. in c. alia causa, 16. q. 1. Doct. in cap. ex parte, de accusa. & ratio est, quia eo ipso quod ipsum licentiauit, videtur ei concessisse, quod faciat omnia bona, quæ honesti scholares, & peregrini facere cōsueuerunt, argum. tex. in l. ad rem mobilem, ff. de procur. l. 2. ff. de iureiur. l. si longius, ff. de iudi. c. præterea, de offic. deleg. Pariter potest eleemosynā facere de eo, quod per parsimoniam relinquat de his, quæ sibi dantur in impensas quotidianas menstruas, vel annuas pro itinere faciendo, vel negotio aliquo agendo ea lege, ut nihil amplius teneatur monasterium ei dare, nec ipse rationē reddere, sed quod suo commodo, vel damno id impendat, Nauar. de regul. nu. 8.

X V I. Attinet etiam ad uitium pro-
64 prietatis dare, uel † recipere litteras ab alio sine superioris consensu, cap. non dicatis, 12. quæst. 1. Quod intellige in litteris, quæ dantur, vel accipiuntur contra vtilitatem, vel honestatem Monasterii, vel corporalem singulorum regularium, vel in litteris, quæ continent inutilia, vel impertinentia prædictis, non autem de litteris pro utilitate Monasterii, uel litteris necessariis, uel utilibus, quas iustè secundum iura possunt ipsi sine superioris voluntate dare, uel recipere, qualium numero sunt illæ, quibus regularis constituit procuratorem contra prælatum, vel denuntiat eius delicta, uel si acciperet litteras impetratas à Papa, vel alio superiore super huiusmodi rebus, iux. tex. in l. cum I. & A. extra de re iudic. & ita ibi notat Innoc. nume. 4. Archid. in d. cap. non dicatis.

X V I I. Circa castitatis votum, an il-
65 lud fregerit, † quia castitatem seruare præcipuè decet claustrales, quam duplici sunt obligatione professi; Altera, quando Monasticæ religionis indumentum solēniter induerunt; Altera uero, quando sacros ordines susceperunt. Etenim valde indignum est eos, qui ad ministerium altaris accedere debent, cubilibus, & immunditiis deseruire, qui templum, &

vasa

vasa Domini esse debent, & dici, cap. 2. dist. 28. Hæc enim est, quæ de hoste domesticum,& de homine Angelum facit, quæ Deo grata est, 32.q.5. cap. 1. quæ legi amica est, & per legem laudatur in corpore Auth.de non alien. aut permut. rebus, §.optimum itaque. collat. 1. & quæ cum fiducia potest Deo animas hominũ præsentare, in corpore Auth. de lenonibus,§.sancimus, collat. 3. & quæ priuilegium legis meretur, nam non luxuriantibus, sed pudicis legis priuilegiũ datur, in corpore Auth.quib.mod. natur. effic. sui.§.si quis autem defectus, coll.7. Hoc vero votum violatur non tantum cum quis actu fornicatur, sed etiam si corpore castus mente fornicetur, vel adulteretur,32.q.5.cap.sicut enim, & cap.si Paulus. Sed remedia essent adhibenda ad illam conseruandam. verum ne vltra protrahatur capitulũ istud, quàm oporteat, remitto me ad ea, quæ diximus in serm. vnico de Castitate, Dominica 14. post Pentecost. Ibi enim habentur castitatis comites, commendatio, & remedia. sed quia corporis maceratio, quę in ieiuniis, & indumentis, atque oratione consistit sunt optima remedia: ideo subnectamus quæstiones circa hæc tria, in quibus monachus possit peccare.

66 XVIII. Si monachus † comederit carnes: nam teste Fructuoso Episcopo, carnem cuiquam Monacho nec sumendi, nec gustandi est concessa licentia, non ꝙ creaturam Dei iudicemus indignam, sed quod carnis abstinentia utilis, & apta Monachis æstimetur. Quod si quis Monachus violauerit,& contra sanctionem regulæ, vsumq́ue veterum vesci carnibus præsumpserit, sex mensium spatio retrusioni,& pœnitentiæ subiacebit. Ita tex. in cap. carnem, de consecrat. dist. 5. Ex quo textu habetur ex uerbo præsumpserit, & ex pęna carceris apposita, quòd tunc carnes comedere erit peccatũ mortale, quando quis comederit contra præceptum scienter, & dolosè, vel per contemptum, ita D. Tho. & Sylue. Verum

67 Monachis ęgrotis † comedere carnes licitum est, vt ibi per tex. Pariter licitum esset secundum glo. ibi longe proficiscentibus, vel in longo itinere destinatis. Pariter si à Principe, vel Episcopo inuitentur, pro benedictione, & obedientia degustare non metuant, seruantes apud se continentiam consuetam. ita glo. in ver.

68 seruato. Sed quid dicendum † in hoc casu. Regula nostra c. 39. concedit esum carnium infirmis, & debilibus. Esto ergo quòd Abbas credat suum subditum esse debilem, & ideo piè motus præcipiat ei, quòd comedat carnes. Iste autem scit, vel firmiter credit se non esse debilẽ, vel ægrum, an debeat comedere, si comedendo facit contra conscientiam? Resp. Astens. lib.6. de regul. art.3.q.3. quòd si sit præsumptio probabilis de eius infirmitate, vel debitate, quia contingit aliquando quòd illi, qui vident extrinsecum hominem, magis perpendunt eius debilitatem, & attenuationem, quàm ipse. Vel etiam ipse ob nimium feruorem, vel sui laboris inexperientiam non æque bene cognoscit debilitatem suam, sicut alii bene experti, tunc potest,& debet deponendo conscientiam suam erroneam his rationibus Prælato obedire. Si autem cognoscat se debilem non esse, nec Abbatẽ hoc ex aliqua probabili præsumptione credere, non tenetur, nec debet ei in tali casu obedire: nam secundũ D.Bernar.licet Prælatus præsit subditis, semper tamen regula præest Prælato, ita vt ipse nunquàm possit, aut debeat præcipere cõtrarium regulæ, & si præcipiat, non est ei obediendum. Hęc Astens. si vero est in dubio, tunc tenetur obedire, argum.tex. in cap. quid culpatur, 24. q. 3. Sed quid si Abbas Monacho multum laboranti, & quia vidit multum laborare, ex quadam discretione pręcipit, ut comedat carnem, an possit, & teneatur subditus obedire? Respondet idem ex Alex. de Ales quæst. 7. quòd seruata lege charitatis, & institutione regulæ, & cognita necessitate personæ hoc ei pręcipere potest, aliter non, quia & si Abbas subditis pręsit, ipse tamen subditus est regulę.

vnde quamuis in regula dicatur, Omnia in dispositione Abbatis fiant, debet intelligi de illis, de quibus regula expresse nō prohibet, vel præcipit.

69 XIX. Si lineis † vtitur, contra tex. in cap. cum ad Monasterium, de sta. monac. nam secundum Sylu. in verbo, Relig. 7. est peccatum veniale.

70 Sed nota, quòd religiosus † tam in vestibus, quàm in cibis debet seruare mores eorum, cum quibus uiuit, cap. quisquis, cap. fin. distinct. 41. Debet tamen uti in diebus festiuis honorabilioribus vestibus, ita not. Gemin. in cap. cleros, distinct. 21.

71 XX. Si dimisit habitum † suæ professionis: quod vt facilius intelligatur, sciēdum est, quòd habitus religiosi debet esse, secundum regulæ suæ statuta, ita vt conueniat religioni, & pœnitentiæ, 20. q. 1. vidua. sed quo ad Monachos nigros dicitur cuculla, vel loco eius scapulare, quod quidem debet esse nigri coloris, clem. ne in agro, de sta. mona. nam color niger, quia inter cæteros est vilior, & magis fuscus, ideo electus fuit in illa religione, ad denotandum mortificationem carnis, & tristem vitam, quam debent in se habere huius militiæ professores, argum. 26. quæst. 3. cap. quicunque, 16. q. 1. cap. placuit, & cap. si cupis. Verum scapulare, ut colligitur ex dicta rubr. intelligitur illud, quod non solum scapulas tegit, & pectus, sed etiam debet continere caputium: nam dum clem. ibi vult, quòd uti possit scapulari loco cucullæ, esset valde indecens illo vti absque caputio. Tum etiam, quia cum argumentum ab experientia valeat, glo. 3. in cap. quam sit, de elect. lib. 6. clem. exiui, §. rursus, & ibi Card. de verbor. signific. & experientia, quæ est rerum magistra, d. cap. quam sit, nos doceat, quòd petentes scapulare intelligunt cum caputio. ergo. Tum etiam, quia sic se habet communis vsus loquendi, quod quidem argumentum à communi sermone valet, l. apud Iulianum, §. scio, de legat. 1. glo. & Barto. in l. ubi adhuc, 7. col. C. de iure doti. Tum etiam, quia exceptio firmat regulam in non exceptuatis, capit. dominus, 32. quæstio. 7. not. in cap. 2. de coniug. lepros. Sed in declaratorio regulæ, cap. 55. ibi de mensura, num. 6. dicitur, De caputiis autem ordinamus, quòd in quolibet Monasterio habeatur forma à Capitulo constituta, quam sequantur. Sed caputia scapulariū sunt aliquanto minora caputiis cucullarum, sine quibus casu grauissimæ necessitatis cum hasta tantum, siue patientia credimus absque periculo excommunicationis posse fratres nostros stare. cum ergo declaratorium tantum excipiat hūc casum, ergo firmat regulam, ut in omnibus aliis utatur scapulari. ubi etiam nota, quòd constituit differentiam inter scapulare, & hastam, siue patientiam.

72 Rursum notandum est, quòd † habitus à religioso debet deferri desuper, cle. 2. ac habetur per Conc. Trid. sess. 25. cap. 19. vnde qui coopertum portaret, habetur, ac si non deferret, & sic ac si dimitteret. Ita Dom. Ant. & Imo. in c. Deus, qui. de vita & honest. cler. Quare sequitur, quòd si haberet animum semper sic deferendi occultè, incideret in excommunicationem, cap. 2. ne cler. vel mona. lib. 6. aliàs secus. Et nota, quòd adeo verum est, quòd religiosus debeat gestare habitum, ut procedat primo, etiā si esset destructum Monasterium, in quo ipse professionem emisit, vel si superior nollet suum Monachum recipere. Secundo amplia, ut nec possit habitum dimittere authoritate sui superioris inferioris tamen à Papa. Tertio, vt nec excusetur si religiosus deferat alium habitum, per quem dignoscatur religiosus: quia oportet, ut sit suæ religionis, & patēs, Nauar. lib. 3. tom. 2. de regul. cons. vlt. Quarto, vt etiam si ex obedientia, vel licentia, uel mandato superioris extra Monasterium degeret, ut no. in cap. 2. ne cler. vel mon. lib. 6. Abb. Antiquus in cap. cum illorum, de senten. excommun. Quinto, ut etiam si fiat cubicularius alicuius Episcopi, iux. glossam, iuncto tex. in cap. cum pastoris, 2. quæst. 7. Roma. singu. 506. &

sing.

fing. 278. Quod intellige de licentia superioris habitu retento, Nauar.eod. tit. consi.31.num.3. Sexto, ut nec ob ęgritudinem superuenientem possit Monachus habere licentiam à suo Generali di mittendi habitum, sic Nauar. eod. titu. consi.53.

73 Limitatur † tamen hoc notabile dictum in Papa, qui potest dare facultatem manendi extra claustra sine habitu, secũdum omnes, per cap.2.ne cler. uel mon. lib.6.& cap.clerici, de vita & hone.cler. Nauar.de regul.consi. 31. num. 3. Item in eiecto iustè, quia in habitu clericali viuere, uel aliam religionẽ ingredi potest. Nauar.ext.de regul. lib.3. cons. 51. Insuper considerandum est, quod temere dimittens habitum, est excommunicatus: vbi aduertẽdum, quòd habet locum pœna constitutionis in d.cap.2. Etiam si quis temere, vel negligentia, vel fatuitate, vel leuitate fecerit: secus autem si ex rationabili causa habitum dimitteret, vt diximus infra de censur.cap.21.num. 8. His sic præiactis plures constituo conclusiones. &

74 Prima. Qui non defert † habitum specialem suæ religionis, peccat mortaliter, & est excommunicatus: habetur enim ac si non deferret, vt supra diximus.

75 Secunda. Qui in † cella dimittit habitum suum, vel dum iacet in lecto gestat hastam, siue patientiam, licet pœna excommunicationis non ligetur, peccat tamen mortaliter, ita Francus in d.c.2. ne cler.uel mon. num.5. Quamuis fortè si quis bona fide crederet nõ peccare mortaliter, excusaretur: quia transgrediens ius humanum bona fide per errorẽ eius non bene intellecti non peccat mortiferè, ita Bald.in l.ab eo.C.quomo. & quãdo iudex, Fely.in cap.1. fall. 7. de re iud. D.Tho.& expresè Caie.2.2.q.47.ar.3. Et non obstat, quòd vulgo dicitur, habitum non facere monachum, vt in Auth. de mona.§.1. & in clem. 1. & ibi Card. de sta.mona. quia intelligitur, dũtaxat. Habitus enim non facit monachum dũtaxat, sed professio, Hinc est, ꝙ si quis deferret habitum religionis multo tempore causa deuotionis, non censeretur professus, pro hoc bonus tex.in cap. vnico, de uoto, lib.6. & Abb. in cap. sicut, de regular. quod amplia, etiam si licentiam superior concederet deferendi habitum sui ordinis, vel causa deuotionis, aut honoris, ea tamen mente, quòd eius gestatio non inducat professionem, ità Nauar.lib.3.de regul.cons.41.

76 Tertia. Religiosus † semper debet esse cum habitu etiam in lecto causa infirmitatis, cap. sanctimonialis, 23. distinct. Qui tamen ad modicum tempus dimittit, dicitur etiam continuè deferre: quia aliquid dicitur continuè fieri, etiam si aliquod interuallum habeat, ita notatur in cap. præsenti, de præben. lib. 6. Verum hoc modicum tempus Doctores intelligunt ad horam. Hinc qui proprium suũ habitum dimitteret ad horam nõ dolosè, sed uoluptuosè nullo alio sumpto: uel sumpto alio non ad vsum, sed ad solatium ex iocosa familiaritate, & huiusmodi, vt si in honesta recreatione frater minor induat habitum religiosum alium, quàm suum, non peccaret mortaliter. Ita Sylu.in ver. Habitus, nu. 3.

77 Quarta. Religiosus † dimittendo habitum, uel occultando propter ludũ laruarum etiam intra Monasterium, peccat mortaliter: vt si veste fœminea vtatur, uel alia, quæ causa est lasciuiæ. Hinc Rabanus inquit, quòd contra naturam est virũ muliebria facere. Tum etiam, quia larua uestis diaboli est, facit text. in cap. fucare, de consecr.dist. 5. & talem usum fuisse inuentum à diabolo testatur Candelabrum aureum in sua Aurea appendice, cap. 18.nu.1. Tum etiam ob multa inconuenientia, atque mortalia, quæ euenire solent auxiliantibus ad induendum tali fœminea ueste, ac dum à mulieribus mutuo accipiuntur, & ex inspectione ludorum, atque ex verbis scurrilibus prouocantibus ad leuitatem, nec non ex memoria pręteritorum: unde cũ se exponat periculo probabili cogitationis, oris, atque operis incidendi in pec-

catum mortale, mortaliter peccat. Hinc Eccl. 3. Qui amat periculum, peribit in illo. Et qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. Ita D. Tho. 2. 2. quæst. 88. ar. 4. ad secundum, Nauar. capitu. 14. nume. 26. Tum etiam, propter scandalum euitandum, quod & si talis ludus exerceatur in Monasterio, tamẽ semper adsunt & laici, qui scandalizãtur, dicentes, Vbi est Deus clericorum, vt legitur ext. de voto, cap. magnæ. Vehementer enim Ecclesiã Dei destruit, meliores esse laicos, quàm clericos. 8. q. 1. qualis. & quamuis desint laici, semper tamen sunt viri religiosi timentes Deum, qui scandalizantur. Quare ad tollendum hoc scandalum debet omne, quod potest dimitti, exceptis tribus veritatibus, vitæ, iustitię, & doctrinę, de quibus per gl. in Auth. de fide instr. §. si vero moriatur, in fi. coll. 6. Tum etiam ob habitus occultationẽ per multas horas, & si quo ad hoc respõderi possit, vt procedat quando publicè ab aliis laruatus non cognosceretur religiosus, argum. de iudę. cap. nonnullis. quia talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur. Secus in casu, quãdo laruæ fiunt à religiosis in Monasterio. tunc enim scitur illos esse religiosos. Hinc si inde nullum scãdalum, vel damnum notabile spirituale, vel corporale probabiliter esset sequendum, vt in casu suprapo sito, quando adolescens religiosus veste fœminea vteretur, vel nisi esset dimissio habitus per longum tempus, quia ad modicum, idest ad horam posset dimitti, ut concludũt omnes: non iudicarem mortale, quando non malo animo, sed per ludibrium fiant. At cum ab omni specie mali debeant religiosi abstinere, curent (obsecro) eorũ superiores, vt ab illis abstineant: Cum saltem sit peccatum veniale, quod neque ad euitãdam mortem quis debet committere, Abb. in cap. sacris, de his quæ vi.

78 XXI. Si Abbas non recepit † fugitiuos, vel reuerti uolentes, quia tenetur: Immo cogendus est recipere, cap. ne religiosi, ext. dè reg. Immo illos debet requirere, & ad Monasterium reducere inuocando Pręlatos superiores, & per excommunicationem potest facere denuntiare excommunicatum, de regu. cap. fi. Immo fugitiui in quolibet Capitulo sunt inuestigandi, de statu mona. in singulis. quòd si post talium receptionem nollent deferre habitum, & illum resumere, debent sub graui custodia carcerari, ext. de aposta. à nobis. Si vero essent scandalosi, & aliis periculosi, & aptè non possint capi, corrigi, & detineri, possent Prælati ab illorum inquisitione desistere, Sylue. in verbo, Apostasia, quæst. 6.

79 Verum hic se offert † tempus inuestigandi discrimen, & differentiam inter fugitiuum, eiectum, & apostatam. Vnde sciendum est, quòd fugitiuus est is, qui per se exit, & stetit extra Monasterium, ut se Abbati celet, licet postea pœnitẽtia ductus ad Abbatẽ redeat, ff. de ędil. edi. l. quis sit fugitiuus. Eiectus vero dicitur dupliciter: Iniustè, & iustè, vt per Panor. in cap. fi. de regul. & dicitur eiectus, ille, qui ab alio eiicitur: Apostata vero à religione ille, qui recedit à Monasterio cum intentione non redeundi, & non est sub obedientia Prælati. de hac apostasia cum aliis loquitur glo. in cap. 1. de apost. qui quidẽ apostata omni vituperio dignus, & omni indignus debet esse auxilio, tañ quàm retrahens manum missam ad aratrum. Diximus animo non redeundi: quia nõ omnis retrocessio est apostasia. Quid enim si quis deserat habitum religionis. Profectò est retrocessio mortifera annexam habens excommunicationem, cap. 2. ne cler. uel mon. lib. 6. Non tamen est apostasia omnis illa: quia non ea, quæ fit animo cito resumẽdi sine animo religionem deserendi, etiam si dimissio habitus fiat ad liberius fornicandum, cum animo tamen statim resumendi eũ, vt infra de censuris dicemus. Sic neque exitus à Monasterio causa vagandi, & sine intentione aliam ingrediendi, modo non habeat intentionem deserendi suã, dicitur apostasia: sed bene fugitiuus, & vagus. Nec retrocessio ab obediẽtia Prę-

lati

lati aliquid iustè præcipiẽtis dicitur apostasia: quia apostasia consistit in retrocessione à religione, vnde qui retrocessioni à religione nunquàm consentit, nũquàm apostasiam incurrit, quamuis incurrat peccatum inobedientiæ, & rebellionis, ita Caiet. 2. 2. quęstio, 12. artic. 1. Nauar. ext. de apost. consi. 1. lib. 5. Quibus sic præiactis, statuo has conclusiones. quarum

80 Prima. Fugitiuos † reuerti volentes tenetur Prælatus recipere vsque ad tertiam vicem, secundum regulam sanctissimi Patris nostri Benedicti. Dicuntur vero uelle reuerti ad pœnitentiam, quando sunt parati recipere disciplinam. Quę secundum eiusdem regulam consistit in septem gradibus. Primus est, secreta monitio. Secundus, publica correctio. Tertius, minor, seu simplex excommunicatio. Quartus, leuis afflictio. Quintus, flagelli uapulatio. Sextus, ad Deum oratio. Septimus, de Monasterio expulsio. ita colligitur ex cap. 8. de excomm. culp. & cap. 28. de his, qui sæpi. corrig. emenda. Hodie vero semper sunt recipiendi, d. c. fin. de reg. pro vt ponderat Panor.

81 Secunda. † Eiectus iniustè dum est in fuga, quicquid acquirit, illud acquirit primo Monasterio, sicut seruus primo domino, ff. de acquir. poss. l. 1. §. per seruum. & ratio est, quia per eiusmodi eiectionem non est præcisus à Monasterio, nec delictum Prælati potuit ei nocere, c. si Episcopum. 16. q. 6. c. delictum, de reg. iu. lib. 6. Vnde Monasteriũ cogi potest ad illum recipiendum, quo nolente potest cogi ad restituendum bona, quæ dedit illi Monachus, cum quibus in alio Monasterio reponatur, Card. in clem. 1. §. quia uero, q. 3. de sta. mona. Si uero iniustè eiectus fuit, dum est in fuga promotus ad aliquam Ecclesiam secularem, & tunc ea, quæ acquisiuit intuitu personæ, sunt primi Monasterii: si uero intuitu Ecclesiæ, & tunc cedunt Ecclesiæ, ut in c. cum in officiis, c. relatum, de testa. Aut dubitatur, utrum acquisiuerit intuitu personæ, uel Ecclesiæ, & tunc recurrendum est ad cõiecturas, utrum habuerit à propinquo, uel extraneo, ut in c. requisiuisti, de testa. Et hæc intellige de acquisitis intuitu personæ, quia acquiruntur primo Monasterio, quia non fuit legitimè promotus, aliàs si fuisset legitimè promotus, tunc nullam haberet cum Ecclesia communionem, 16. q. 1. c. ne pro cuiuslibet, Dom. Ant. & Abb. in c. fin. de regular.

82 Si uero est † iustè eiectus, & exauthoratus habitu per sententiam, propter delictum potest, & debet uti habitu clericali ordini suo conuenienti absque ullius licentia, quia religionis suæ habitu contra sententiam uti nequit, nec alterius, nisi ad eam transiret, quamuis nullo iure cogatur, arg. c. gesta, distin. 74. & quicquid acquirit, non quærit sibi: cum sit incapax ratione voti solemnis, à quo non absoluitur per suam culpam, & sententiam contra eum latam, ut tenet Car. in d. clem. 1. §. quia uero. tum ne de sua iniquitate commodum reportet, contra l. itaque fullo. ff. de furt. ideo dicimus quod quærit uerum dominium Ecclesiæ seculari, uel regulari, si ad eam legitimè translatus est, iux. tex. in c. si quis iam translatus. 21. q. 2. & c. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. alioquin Episcopo originis, ita Panor. in c. fin. de regu. Sylue. in uer. apostasia, q. 9. & ratio est, quia sub eius obedientia uiuendum est illi, quare huiusmodi regulares eiecti legitimè à suis superioribus se Episcopo præsentare tenentur, in cuius obedientia uiuere debent, & dicere se esse eiectos, & teneri ab obediendum ei, & petere ab eo, quid se uellet facere, secundum regulam clericalem, secundum quam ei tenebantur obedientiæ uoto solemni, & dignaretur prouidere de uictu, uel saltem faceret facultatem conuertendi in suos honestos usus, quæ lucrifaceret. Quod aũt diximus eiectos quærere Episcopo originis, fallit in eiectis, & exauthoratis, & ad triremes damnatis: nam si quid quęrant in aliquo prælio nauali, uel inde fuga, uel pretio redempti, tunc eisdẽ Episco-

pis

pis subiecti sunt, quibus triremes ipsæ, & alii eis addicti subierunt, donec in eis manserint. Postea uero finito tempore ibi remanendi, vel redempti debent redire ad Episcopatus suarũ originum, & illis Episcopis subesse, vel impetrata ab eis facultate transire ad alios. Fallit etiam in iis, qui non solum eiiciuntur, sed etiã relegantur à prouinciis suarum originũ: nam cum teneantur subire pœnam à iudice latam etiam in foro cõscientiæ, iux. D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 3. dicimus eos subiectos esse soli Papę, & quicquid acquirit, illi acquirit. Hæc Nauar. lib. 3. de regul. consi. 51. & 64. & 50. & de statu mon. c. 3. lib. 3.

83 Tertia, Apostata † excommunicatus iux. c. vt periculosa, extra ne cler. uel mona. si in illa apostasia, & excommunicatione per annum animo indurato persisteret, quia redire ad religionem nollet, nec ad aliam se transmittere, de hæresi est suspectus, iux. c. grauem, de pœnis. vnde de fide responsurus citandus est, & posset cõtra talem procedi per Episcopum, & inquisitorem coniunctim, vel diuisim, ut inquit Eymericus, 2. par. direct. q. 49.

84 Verum intelligo, quòd † sanctum Tribunal Romanæ, & generalis Inquisitionis non consueuit procedere contra tales à regulari traditione apostatãtes, nisi relicta religione, quam professi sunt, ad matrimonium transirent, siue post annum, siue ante, vt inquit Io. Ananias in c. ad abolendam, num. 27. de hæret. Calder. cons. 5. titu. de hæret. quæ quidem sententia etiam procedit in clericis, qui sacris ordinibus sunt initiati, qui si matrimonium contrahunt, in fide suspecti sunt, & in eos possunt Inquisitores animaduertere, Palacius Rubius in cap. per vestras, de donat. inter uir. & uxo. §. 18. num. 26. Diaz in praxi crimin. Canon. c. 74. uers. redditur.

85 An vero † procedat etiam in conuersis & oblatis. Resp. breuiter, quòd sic in conuersis. Profitentur enim ipsi, quemadmodum Monachi, tria uota substãtialia in religione aliqua à sancta Sede approbata in manibus superioris ad id potestatem habentis, iux. text. in c. ad Apostolicam, & c. cũ ad Monasterium, de regu. quamuis in hoc differant, quia Monachus profitetur, vt seruiat in choro: conuersus vero suscipit habitum, & profitetur regulam, vt seruiat extra chorum. quod satis exprimit Panorm. in c. non est, de regul. in c. tuis, de testibus. & nos supra, lib. 2. in 3. præcep. c. 48. de explic. canonis, si quis suadente.

86 At si essent † aliqui conuersi qui tantum ad stabilitatem reciperentur promittentes castitatem, paupertatem, & obedientiam, quandiu in Monasterio perseuerauerint, vt sunt nostri commissi: tunc isti dubio procul relicta religione possunt ad matrimonium transire, cum tandiu gratiis, indulgentiis, & immunitatibus sicut cæteri Monachi gaudeant, quã diu in congregatione sub obedientia uixerint, prout in priuilegio Eugenii IIII. nobis cõcesso habetur, quod postea fuit ratificatum apud Illustrissimos Dominos Cardinales, qui regularium causis cognoscendis præfecti sunt Romæ vi. Non. Maii 1586. in hæc verba. Vt cõmissi, qui professionem facere postulauerint manentes in uocatione, qua uocati sunt, in eademmet vitæ ratione, quam à principio iuxta ordinis uestri regulam instituerãt, deinceps quoque perseuerẽt. Consulant tamen suis conscientiis commissi, qui à Monasterio discedẽtes ad matrimonium transeunt, an fecerint uotũ perpetuo manendi in religione obseruãdo tria uota, quod facit nõ propositum etiam diu continuatum, c. litteraturam, de uoto, nec deliberatio quamuis firma, sed animus obligandi se Deo, vt notant Docto. in d. c. Nauar. lib. 3. de uoto, c. 8. quia eo casu cum ligentur voto simplici, non prius debent contrahere, quòd petant dispẽsationem à Sum. Pontifice. At si absque illa contraxerint, matrimonium tenet, & possunt petere, & exigere debitum, ut nos contra communem affirmauimus supra lib. 2. in secundo prę

cep.

cep. cap. 24. de voto religio. & castit.

87 Oblatos vero qui † se, & sua donant, sed non profitentur, credimus posse absque vitio apostasiæ cõtrahere matrimonium, illudq; esse ualidum, ita glo. communiter recepta in c. ut lex continentię, 27. q. 1. & ratio est, quia oblatus, & donatus non sunt Monachi, casus expressus in clem. 1. de deci. Panor. in c. in præsentia, in 4. not. de probat. cap. ex eo, §. 1. de elect. lib. 6.

88 Quinimmo † nec qui in manibus Abbatis S. Benedicti se donauit, & obtulit Monasterio in hęc uerba. N. me dono, & offero in oblatum monasterio S. Benedicti, uouendo castitatem, paupertatem, & obedientiam tibi eius Abbati. Non autem profiteor regulam ordinis, nec me obligo ad cerimonias, & obseruantias eius, est Monachus. Cũ talis nõ habuit animum profitendi regulam, & per consequens illius actus non operatur ultra suam intentionem, l. nõ omnis, ff. si cert. pet. quæ fuit ut dicendo illa uerba, magis Deo placeret strictè uiuendo, Nauar. extra de regul. lib. 3. consi. 7. Concluditur ergo illos tantum esse de hęresi suspectos Monachos apostatas à religione ad matrimonium transeuntes, siue ante, siue post annum, uel clericos sacris ordinibus constitutos.

89 XXII. Si professi etiam in sacris nõ constituti, horas non recitauerint: quia & si non teneantur ad illas ex ui professionis: cum de essentia religionis sint tãtum tria uota, obligantur tamen ex statuto regulæ illius religionis, quam ipsi profitentur, uel ex consuetudine, si talis est, ut omnes professi, ac si ordinati essent ad ordines sacros, teneantur, ac si per regulam esset statutum, Ioan. Medi. C. de orat. q. 7. Hinc fit, quod professi Societatis Iesu cũ nec per regulam, nec per consuetudinem obligentur, illas recitare non teneantur, nisi sacros ordines susceperint, Nauar. extra de hor. canon. lib. 3. cons. 18. Milites quoque Hierosolimitani tenentur sub peccato mortali recitare eorum officium, sed nõ Romanum, Nauar. de horis canon. c. 27. nu. 21. 22. 23. & de celebr. miss. lib. 3. cons. 18. Verum qualiter sint dicendę horę canonicę, & quomodo, & qui excusentur, diximus supra c. 52. 53. & 54. lib. 2.

XXIII. Circa uotum obedientię,

90 interrogandi † sunt, si suo Pręlato in his, quę spectãt ad regulam obedierint, quia etiam in dubiis semper est obediendum, 23. q. 1. cap. quid culpatur, ante finem. Cum per illam in præsenti mereamur gratiam Dei, 93. dist. nulla, & cap. seq. & futuram salutem, 93. dist. c. si inimicus, 2. quæst. 3. quid ergo. & sine illa incurrimus æternam reprobationem, 93. dist. cap. nulla, & c. seq. Hinc tex. in d. c. quid ergo, dicit, quod propter obedientiam est bonum omittendum, sed nunquam malum mortalis culpę committendum. Vnde cum præcipitur aliquid contra Deũ, Prælato non est obediendum, 11. q. 3. c. non semper. Sic nec esset obediendum, quando id, quod præcipitur esset contrarium præceptis Romanæ Ecclesiæ, uel Papę, 2. q. 3. cap. si is, 8. dist. cap. quæ contra. Item nec esset obediendum, si ad id, quod præcipitur iubentis potestas non se extendit, ut sunt actus omnino interiores, quibus non est opus pręceptis exterioribus explendis, ut etiam actus spirituales respectu superioris secularis, ut actus gubernandi ciuitatem respectu ducis exercitus. Item peccati omnino occulti. iteratio confessionis legitimę respectu omnium. Item impertinentia, ut sublatio paleę à terra, intuitio uolatus auium diu continuatus, Nauar. cap. 23. nu. 38. Qualiter uero sit obediendum? Dic quod debemus obedire libenter, unde Moses Exo. 35. Iste est sermo, quem pręcepit Dominus, Omnis uoluntarius, & prono animo offerat primitias Deo. Item simpliciter. Hinc Dominus in Ps. In auditu aurium obaudiuit mihi. Item hilariter: quia hilarem datorem diligit Dominus. Item uelociter. 93. dist. cap. si inimicus. Item uiriliter, quia semitam obedientię, nec pro ignominiosa morte uoluit Christus relinquere, Phil. cap. 2.

Item

Item humiliter, & perseueranter, vnde Bern. Quid currere prodest, & ante metam cursus deficere? sic currite ut comprehendatis.

91 XXIIII. Si transgressi fuerint regulam, quamuis non semper transgrediendo regulam, peccatum sit mortale. In regulis enim sanctorum Patrum continetur aliquid per modũ inhibitionis, & præcepti, & aliqua per modum statuti rationabilis, & aliqua per modum admonitionis. Religiosi ergo transgredientes ea, quæ habentur per modum pręcepti, & inhibitionis, peccant mortaliter, sed transgrediendo ea, quę habentur alio modo, non peccant mortaliter: nisi ratione contemptus. Et dicitur contẽptus, quando uoluntas eius renuit subiici ordinationi legis, vel regulę, & ad hoc procedit facere contra legem, vel regulam. Quando vero ob aliam causam particularem, puta propter cõcupiscentiam, vel iram inducuntur ad aliquid faciendum contra statuta legis, vel regulę, non peccant ex contemptu, sed ex aliqua causa, etiam si frequenter ex eadem causa, vel alia simili peccatum iterarent. quare ex his nota, quod qui profitetur regulam, non vouet obseruare omnia, quę sunt in regula, sed vouet regularem uitam, quę consistit essentialiter in tribus uotis: ad alia uero obseruanda tenetur, sed non omnia ęqualiter, sed pręcepta, ut præcepta, statuta, ut statuta, monita, ut monita. Hoc enim intendit qui regulam concedit, hoc qui regulam uouet. Hæc Asten. lib. 6. de regu. art. 2. q. 5. Henr. in c. fin. de statu mona. nu. 18.

XXV. Interrogandi sunt de fractio-
92 ne silentii, † at quando taciturnitas sit peccatum, uide Henr. in d. capitu. fin. de statu monac. num. 1. de murmure, quod quid sit, & quando sit peccatum mor. diximus supra, lib. 2. c. 141. Item de susurratione, de qua habetur, ubi supra, c. 140. Item de dissolutione, impatientia, negligentia in orando pro aliis, ac se præparando ad sacramenta, & præcipue ad sacrificandum. Etenim quam imprudenter agat quo ad alios, & stultè quo ad se, qui laudabiliter potest celebrare, & non celebrat, diximus supra lib. 2. capitu. 39. & tandem de inordinata affectione temporalium personarum, atque consanguineorum.

93 XXVI. Si in incessu † non sint ornati, debent namque religiosi, & personæ Ecclesiasticæ incedere graui, & modesto gradu, & non furibundo, ut ex his appareat mentis compunctio, ut not. in cap. his igitur, dist. 23. & ut grauitate itineris mentis grauitatem ostendant, c. fi. dist. 41. ad hoc de immu. eccle. c. decet, lib. 6. cap. cum in cunctis, de ęta. & qual.

XXVII. Interrogandi sunt de jactan-
94 tia † nobilitatis, cum debeant studere humilitati, glo. not. in c. fin. de statu monac. nam per ingressum Monasterii perditur nobilitas, & titulus domus; quia Monachus desinit esse nobilis, idem voluit glo. in cap. 1. de purg. canon. immo dicebat glo. in cap. scripsit, 27. q. 2. quod si Rex, uel Imperator, immo etiã si Episcopus, uel Papa fieret Monachus, perdit dignitatem, & desinit esse Rex, uel Imperator, Episcopus, uel Papa. & ratio est, quia Monachus habetur pro mortuo, 16. q. 1. c. placuit. Et cum nobilitas sit quędam qualitas illata per habentem Principatum, per quam debet distingui inter alios plebeos. Ideo ex quo nobilis intrat religionem, quia debet una cũ aliis ęqualiter uiuere, facit tex. in cap. quisquis, & c. fin. distm. 41. & sine delectu personarum sunt omnes æqualiter tractandi inter superiores, glo. in d. c. fin. tam respectu pœnarum, quam respectu bonorum Monasterii: nisi essent delicati, & male complexionati, c. cum ad Monasterium, de statu monac. hinc dicitur amittere nobilitatem. Ideo debet studere Monachus peruenire ad summam nobilitatem, quæ in eo consistit, vt clarus sit uirtutibus, 40. distin. cap. non loca, cap. ante omnia, cap. penult. de præb. cap. nasci, dist. 56. Si quis tamen uellet uidere in quibus nobilitatis ratio sit habenda, uideat optimã glossam in extrauag. Ioan. Execrabilis, in

uerbo

uerbo generis. Henri.in cap.si quem, de sent. excommunicat.& in c.venerabilis, de præben.

95 XXVIII. Circa denigrationem † suę famæ, vel si famam propriam neglexerit. quod quando sit peccatum mortale, supra diximus, lib.2.cap.138. à num.8. usque 12. studeat tamen religiosus duo habere, nitorem conscientiæ quo ad Dominum, & odorem famæ quo ad proximum. Hæc enim sunt necessaria in ministris Ecclesiæ,cap.vnico, §.ad exhibendum, de sac. unct. vnde in odore bonæ famæ potius, quàm in fama delectādum est, de accus. cap. licet. Econtra vero infamia multa mala pręstat,de accu.c.inquisitionis, c.qualiter. & qui hanc negligit, & in se oriri permittit, crudelis est, 12. q.3.cap. non sunt audiendi.

96 XXIX. Si uiolauerit† clausurã,quia ueniale est, modo non fiat ex cõtemptu, uel non sit contra præceptum superioris, ita D.Tho.2.2.q.186.art.9. Nauar. de regul.comment. 4. nu.35.

97 XXX. Interrogandus est † de vagatione, quæ nocet non solum animæ, sed etiã corpori, & crumenę, iuxta vulgare, quod dicitur,quòd petra mutabilis nunquàm accipiet muscum.Potissimè tamen periculosa religiosis existit, cap.ut periculosa, ext.ne cler.uel mona. cap. cum singula,de præben.in 6. quia ex debito tenetur esse in claustro saltem administrationem non habens,cap.qui verè, c.placuit, el secondo, 16.q.1. ibique morari debet, figuraturque sine illo uiuere non posse, sicut piscis sine aqua, vnde debet morari in solitudine contemplationis, 16. q. 1. cap. si cupis. Hinc ne detur materia vagandi, præcipitur in nostra regula de aliquibus prouideri, per quarũ manus eorum negotia procurentur,cap.1.versicu. nec tamen iustum, ne cler. uel mon. Sed secundum Gregor. Melius est, quòd alii committantur etiam dato salario, quia expedit paruo incommodo seruos Dei esse quietos. Hinc vt vnusquisque in ea vocatione,in qua vocatus est, permaneat, & quia multi ex temeritate, vel leuitate in iacturam sui ordinis, & iniuriam sub prætextu maioris religionis ad aliam religionem transuolare prę sumũt, ideo fuit statutum, ut non possit religiosus zelo sanctioris vitę ad religionẽ transire strictiorem, nisi petita prius licentia prælati sui, cap.licet,ext.de regul. Verum quia possunt considerari multi casus circa hunc † transitum, ideo illos nõ omittendos esse iudicaui. Quorum primus est, quando transit ad aliam religionem, vel alium locum,ut ibi sit Abbas, Prælatus,vel Rector,& tunc requiritur licentia sui Prælati,qui vice Dei supra eius caput positus est, cap.si religiosus, de elect. lib.6. cap.1. 16.q.1.cap. cum olim, el secondo, de priuile. Immo dixit glo.singu. 18.q.2.cap.quam sit,quòd etiam ad prælaturam transire non posset sine licentia Abbatis. Secundus casus est, quando fit transitus ad candẽ religionem, ad diuersum tamen locum, ut quia sub diuerso Abbate sunt diuersa loca, vt sit ibi religiosus, & potest transire de licentia Abbatis,ut est casus secundum vnum intellectum in c.significatum,in glo.fi.de reg. Tertius est, quando quis ingreditur ad aliam religionem absque aliqua licentia, & tunc indistinctè concludẽdum est, huiusmodi transitum nullius esse momẽti, ex quo talis transitus prohibitus est,iux. Conc.Trid. sess. 25. cap.19. cum in primo Monasterio, in quo quis professus est, remanere debeat, cap.non est nobis, cap.sanè,vbi Ioan.Andr. de regul. Lapus alleg.113.ubi etiam ampliat, quamuis ad strictiorem regulam fieret transitus,quare reuocari potest per Prælatum prioris monasterii, iux. glo. in cap. mandamus, verbo Lapsus,19.q.3. & in cap.intelleximus, de æta.& qual.Panorm.in c.licet, num.10. de regul. & ibi Cardin. q.2. & est communis opinio, Nauar. lib. 3. de regul.cons.59. Verum talis, qui se ad laxiorem, seu strictiorem regulam transferret, & ibidem habitum assumeret, & deferret, nõ esset excommunicatus, nec apostata, cap.fin.de aposta. docet Innoc. in cap. intelleximus, de ætate, & qualit.

98

Lapus

Lapus alleg. 34. Quartus casus est, quando fit transitus ad aliam religionem petita licentia, sed non obtenta, & tunc si fit ad strictiorem, validus erit, cap. Monachum, 20. q. 4. cap. duæ, in fine, 19. q. 2. cap. licet, ubi glo. in verbo, Licentiam, de regul. glo. in cap. cum singula, §. prohibemus, de præben. lib. 6. Lapus qui supra, num. 2. Soc. conf. 222. præsens consultatio, col. 2. licet Innoc. in cap. fin. de renunt. dixerit, quòd tunc tutius erit, si interueniat consensus Capituli, tamen nō est necesse de iure: quia solius Prælati licentia sufficit. Quod si ad laxiorem religionem quis vult transire, tunc non sufficit licentia Abbatis etiam obtenta, glo. in cap. cum singula, §. fi. de præben. lib. 6. Sed requiritur facultas generalis ordinis alicuius, ut post Innoc. Host. & Panormit. in cap. non est, num. 6. & cap. significatum, num. 6. de regul. scripsit Nauar. eod. tit. in cap. statuimus. Et hoc intellige subsistente legitima causa. Nam neque Papa quò ad forum interius, & quò ad Deum potest dispensare absque iusta causa subsistente, vt uoluit in simili glo. in cap. non est, ext. de voto. vbi dixit, quòd nō est securus quò ad Deum, cum quo Papa dispensat, nisi subsit causa dispensandi. pro quo etiam glo. not. in cap. Monachi vagantes, 16. q. 1. Ioan. Andr. & Dom. Anto. in cap. sanè, de regu. quāuis illa absque causa prosit in foro iudiciali, Nauar. de regul. lib. 3. consil. 56. Dicens præterea, quòd quando Genera-
99 lis † cum aliquo dispensat, ut transeat ad leuiorem religionem, debet dispensatus, ut defendatur in foro exteriori à fratribus ordinis sui repetentibus eum post mortem Generalis habere scripturā authenticam de facultate sibi concessa: quoniam superiori etiam non recognoscenti superiorem, dicenti se facere aliquid ex iusta causa non creditur; nisi constet de illa, si id non potest facere sine illa, Nau. qui supra, num. 2. Sed an Conc. Triden. sess. 25. cap. 19. impediat transitum ad laxiorem religionem existente iusta causa? Nauar. ibi. & in consf. 63. num. 1. inquit
100 quòd non. Sed quid si † recederet, & habitaret extra Monasterium suum absque licentia sui Prælati, an sit apostata, & excommunicatus? Dic quòd sic, si hoc 10
facit animo non redeundi; licet gestet habitum. Dixi sine licentia, quia cum iusta
101 causa posset Prælatus † dare facultatem manendi extra Monasterium, cap. Monachi, 16. q. 1. ut pro vtilitate Monasterii etiam indirecta, vt sit procurator patroni Ecclesiæ, vel alicuius amici, vel Episcopi, qui Monasterio profuit, prodest, vel speratur prodesse, iux. Inno. commu. recep. in cap. cum I. & A. de senten. & re iudic. vel causa studii, vel alias causas iustas prudentum arbitrio determinandas, arg. l. 1. ff. de iure delib. cap. de causis, de offic. deleg. ut puta causa subueniendi necessitati parentum, vel extremæ, vel quòd sit talis, quæ quamuis non sit extrema, est tamen adeo grauis, & vrgens, quòd obligaret filium, si adhuc esset in seculo de præcepto ad subueniendum ei: quia si talis necessitas subsequatur, siue præcedat professionem, requirit dispensationem à sūmo Pontifice, vel à Prælato inferiori, vt est Generalis, vel Prouincialis manendi extra claustra cum habitu regulari, D. Tho. 2. 2. q. 101. art. 4. probatur in cap. 2. ne cler. vel mona. lib. 6. in cap. sanctimonialis, dist. 23. in cap. clerici, el secondo, de uita, & honest. cler. quatenus habet religiosum etiam factum Episcopum debere sui ordinis habitum gestare, quod intellige desuper, ut per Conci. Trid. sess. 25. cap. 29. Quod si Generalis, vel Prouincialis facultatem fecerit religioso iusta de causa manendi extra Monasterium absque habitu, peccauit, cum fecerit contra Conc. Triden. sess. 14. cap. 11. Cum solus Papa hoc possit facere, ut per Nauar. ext. de regu. conf. 54. lib. 3. Qui etiam ibi loquitur de sacra Congregatione Concilii Trid. an talem potestatem habeat.
102 An vero conuersi, & oblati † possint transire ad aliam religionem? Dic quod non: quamuis licentiam petant à suo superiore, & religio sit strictior: & ratio est, quia efficiuntur quasi serui Monaste-

rii, & astringuntur Monasterio, magis quàm Monachi, Abb. in cap. non est, nu. 3. de regul. Quintus est, quando petit licentiam, & obtinet ab aliquo, dubitatur tamen, an illam potuerit concedere, quo casu ualida erit, si à suo Prælato probabitur fuisse concessam, alias non, Abb. in cap. licet, de regul. post num. 2. in 4. not. quia nô sufficeret licentia Prioris, ut docet Rom. sing. 452. per text. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccl. Sextus casus est, quando obtenta fuit ab Abbate licentia transeundi ad parem religionem, & subsistente iusta causa, & tunc hæc licentia sufficit, glos. in cap. non est, ubi Abb. nume. 6. de regul. Dom. Anton. eod. titu. cap. significatum. Socinus consil. 270.

103 Legitima autem † causa est, si in illo Monasterio stare non posset propter austeritatem regulæ, uel propter declinationem, quia laxiori modo uiuitur, uel infirmitatem superuenietem, uel senectuté, aut aliam similem causam, ut notat Franciscus in capit. cum singula, §. prohibemus, de præb. in 6. Verum in his casibus, quãdo licitum est Abbati dare licentiam, tũc ita demum concedere debet, quando religiosus inuenerit aliam religionem, quã paratus sit ingredi statim, & oportet, quod constet de uoluntate Abbatis, & Conuentus secũdæ religionis, alioquin posset religiosus fugere, & apostatare, Imola, & alii in cap. fi. de renunt. quo etiam casu, quando religiosus esset legitimè ingressus, tenetur in illa profiteri, cap. cum singula, de præben. lib. 6. Nauar. ext. de regul. lib. 3. consi. 49. & habebit locum non secundum tempus primæ professionis, sed secundum tempus, quo fuit professus in secunda, Nauar. eod. tit. cõs. 60.

104 Sed quid erit de bonis acquisitis † per religiosum post licentiam obtentam, ante tamen transitum, cuius erunt? Dic quòd prioris Monasterii, Zabar. in cle. fin. q. 14. de elect. Item quid si religioso

105 fuerit relictum † sub conditione aliquid, & ante conditionis euentum fit Episcopus, cui acquiritur legatum? Dic quòd Episcopatui: & ratio est, quia in institutionibus, fideicommissis, & legatis attenditur tempus conditionis aduenientis, ff de reg. iur. l. quæ legata, l. si legati, de pigno. l. si uxor. C. de condit. insert. Quod secus esset, si aliquid fuerit donatum Monasterio sub conditione: quia spectatur tempus promissionis, l. si filiusfamilias, ff. de uerbo. obligat. & ratio differentiæ inter ultimas uoluntates, & contractus est, quia in contractibus conditio retrotrahitur ad diem contractus initi, ff. qui pot. in pign. hab. l. potior, §. uideamus, & l. qui balneũ, ff. de peric. & commo. rei uendi. Sed in ultimis uoluntatibus non retrotrahitur, l. 1. §. 1. ff. ad Syllan.

106 XXXI. Si non † confitentur, uel cõmunicent tam in Monasteriis, quàm extra in prima Dominica mensis cuiuslibet, nisi ex causa fortè, quam Abbati, Priori, aut pœnitentiariis Monasteriorũ intimauerint, eorum iudicio abstineant, cap. ne in agro, §. sanè, de sta. Monah. nã cõtrafacientes peccarent mortaliter, quẽadmodum uidetur innuere glo. in d. §. sanè, uerbo, Mensibus, ubi inquit, arctantur ergo Monachi singulis mensibus, ad quod fideles arctantur singulis annis, de pœnit. & remiss. cap. omnis, sed ut fideles ibi arctantur sub peccato mortali, ut probauimus lib. primo, c. 9. ergo sic Monachi singulis mensibus.

107 XXXII. Si religiosi cōfiterẽtur † sacerdoti alterius ordinis sine licentia. Nõ enim possunt sacerdotibus alterius ordinis confiteri, etiam si sint Confessores secularium constituti, definita est expresſè in ext. inter cunctas, facit tex. in cap. omnis, de pœnit. & remiss. non enim debẽt confiteri nisi suo Prelato, uel alteri religioso de licentia Prælati, d. capit. omnis. quamuis alter religiosus ille nondũ esset institutus Confessor secularium: Nam quando Conc. Trid. præcipit ne religiosus audiat confessiones sacerdotum, nisi prius ab Episcopis idoneus iudicetur, intelligẽdum esse de sacerdotibus subditis Episcopis uidetur. Religiosi uero non sunt

sunt Episcopo subditi, ideo eorum approbatio non desideratur.

108 In septem tamen casibus possent† religiosi à seculari Sacerdote absolui. Primo à venialibus, Caiet. in verbo, absolutio. cap. 2. Sotus, in 4. sent. distin. 18. q. 4. ar. 2. uers. at vero. Secundo à peccatis mortalibus aliàs rite cõfessis, Nauar. c. 4. nu. 5. Tertio in articulo mortis, vt colligitur ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. Quarto, quando essent itinerantes, quia tunc data licentia peregrinandi, consequenter datur facultas eligendi sibi confessorem de approbatis ab ordinario, Caieta. Sotus, & Nauar. capitu. 4. num. 7. Quintus, quando in iubileis daretur facultas religiosis eligẽdi sibi presbyteros approbatos, siue regulares, siue seculares, vt infra, lib. 4. capitu. 15. nume. 13. Sextus, quando haberent hanc facultatem virtute alicuius confraternitatis, vt diximus, lib. 1. c. 13. Verum si Prælati alicuius congregationis ex priuilegio haberent, vt sui subditi non possint sibi eligere Confessarium suo arbitratu absque licentia suorum superiorum, & tunc tenor priuilegii esset inspiciendus, & secũdum illum religiosi essent regulandi. Septimus, in Abbatibus exemptis, qui possunt sibi eligere prouidum, & idoneũ confessorem, c. ne pro dilatione, extra de pœnit. & remiss.

XXXIII. Si regularis ab Episcopo in
109 sua † diœcesi approbatus confessiones secularium audierit in altera absque approbatione alterius Episcopi, cum nullo modo possit, facit Concil. Trid. sess. 23. c. 15. nam dum dicit, quod regulares approbari debeãt ab Episcopis, intelligit ab vnoquoque Episcopo illius diœcesis, in qua habitat. Nauar. cap. 27. nume. 268. Verum posset Episcopus si uellet, remittere hanc obligationem præsentandi, argum. tex. in c. quod ob gratiam, de regu. iu. in 6. sentit prædictum Cõcilium ibi, si eis videbitur necessarium. Multa etiã de religiosis diximus, supra c. 13. lib. 1.

110 XXXIIII. Si fuerint ante† ætatẽ ad sacros ordines promoti, cũ ætas in illis suscipiendis necessaria sit, cap. cum in cunctis, de elect. quo casu an ipso iure sint suspensi, & ministrando irregulares, & dispensari possint per eorum superiores, diximus lib. 1. c. 8. & lib. 4. c. 26.

111 XXXV. Si susceperit officiũ † executoris testamenti absque licentia petita, & obtenta, cap. religiosus, de testam. in 6. quæ debet peti in specie, facit quod notabiliter dicit Archid. & Ioan. Andr. in cap. si Abbatem, de elect. lib. 6. dicentes, quod vbi in aliquo actu requiritur licentia alicuius, non requiritur tacitus consensus. Mendicantes tamen iux. cle. exiui, §. proinde, & §. verum etiam, de verb. signific. non possunt esse executores, quamuis consiliarii sic, in modo distribuendi, vt est tex. in d. §. verum. Vnde poterit facere testator, quod executor debeat exequi de consilio cuiusdam fratris minoris, secundum Bal. in auth. ingressi, C. de sacrosan. eccl. Sed quid si testator dixit, quod executor exequi debeat cum cõsilio fratris minoris, & eius consensu, alias executionem annullat? dic quod nõ ualet executio facta absque eius consensu: quia in officiis, quæ non sumunt formam à lege, sed ab homine, debet seruari dispositio in propria forma, vt in l. si quis mihi bona, circa finem, ff. de acquir. hæred. Bal. in d. auth. ingressi, & in l. id quod pauperibus, C. de Epis. & cler. Sed notandum, quod quando aliquis est executor testamentarius, nõ potest suum officium alteri cõmittere, no. Bart. in l. nulli licere, C. de Episc. & cler. colum. 4. Ioan. And. in nouella, cap. fin. de testam. in 6. Limita in executore legato, vt est iudex, vel Episcopus, Bal. in d. l. nulli, Alex. in l. 1. col. 3. ff. de leg. 3.

XXXVI. Si tutelas testamentarias
112 † vel datiuas receperint, quod tam regularibus, quam canonicis est prohibitum, cap. fin. dist. 88. cap. generaliter, 16. q. 1. c. Cyprianus, 12. q. 3. licet de licentia suorum superiorum possint illas miserabilium personarum, vel etiam datiuas sũscipere, 16. q. 1. c. monachi.

Nec etiam potest Monachus esse arbiter,

ter, vel arbitrator, Abbas in cap. Quintauallis,num. 13.de iureiur. Quod intellige sine utilitate monasterii sui, & sine Abbatis imperio,argum.tex.in cap.2. de postul.& cap.monachi,16. q. 1. nam his duobus concurrentibus posset esse arbiter, licèt arbitrator possit esse ex sola licẽtia Abbatis, vt ibi vult Panor. in d. cap. Quintauallis. Item nec potest esse testis sine licentia Abbatis,Abb.in c.cum contingat,de foro compe.num.23.Item nec potest tabellionatus officium exercere, nisi in causa hæresis etiam sine licentia superioris,& hoc si in seculo tale officiũ exercuerit, cap.ut officium,§.ad conscribendas, de hæret. in 6. Et sic per ingressum religionis, vel promotionem ad ordines sacros non perditur officium tabellionatus, de quo per Doct.in c.sicut, ne cler.vel mona. Quo ad alia vero Monachus non potest exercere officium tabellionatus,licèt possit complere vetera instrumenta,sed noua assumere nõ debet, ff.fam.ercisc.l.alienationes,de postul.l.1. §.casum, de Iudæis, cap. Iudæi, 1. dixit Bald.in l.2.C.de senten. & interloc. circa fin.sequitur Franc.in dicto §. ad conscribendas.

XXXVII. An alium accusauerint,
113 quia † non possunt nisi de licentia Abbatis, & intersit Monasterii, c. ex parte, iuncta glo.de accusat. cum mortui sint mundo, cap. placuit. 16. q. 1. nisi sint in scholis de licentia Abbatis: nam tunc si ipsorum intersit, possunt: quia eo ipso, quod Monachus est in scholis de licentia Abbatis,intelliguntur ei omnia concessa, sine quibus commode non posset uiuere,argu.cap.præterea, de offi. deleg. glo.in d.c.ex parte.

Abbatem vero si Monasterii intersit, vt quia in malos usus cõuertit bona Monasterii, vel negligens est in illis recuperandis, vel etiam si suo prauo exemplo Monachos potius destrueret, quam ædificaret,tunc Monachus potest accusare, Doct.in d. c. ex parte, vbi Dom. Anto. de But. vel si Abbas simoniacè esset promotus, ita Dom.Anto. in c.si dominus, num. 2. de simo. etiam sine licentia Abbatis, glo.in d. c. ex parte. Innoc. in cap. cum P.eo.tit.cum in re, vel in causa sua nemo possit authoritatem præstare, Instit.de auth.tut.§.fin.ff.eo.titu.l.pupillus obligari, quibus causis debent de bonis Monasterii expensæ necessariæ ministrari non solum victus, sed etiam litis usque ad finem causæ: cum proprium non habeant,c.olim, & d.c.ex parte. Verum an Monachus accusator semper habeat dictas expensas, vide ibi Abb. num.9. Et hac quidem accusatio. iudici præsentata tenetur iudex illam admittere, alias accusator poterit protestari de sibi denegata iustitia, & appellare, Innocent. in capitu.significantibus, de noui oper. nunciat.

114 XXXVIII. Si sint † procuratores absque licẽtia sui superioris immediati, idest,Abbatis,aliàs non possent procuratores esse nec sui, vel alterius Monasterii,aut laici,no.Innoc. in c.cum I. & A. de re iudi. vbi ponit casus,in quibus Monachus potest esse procurator. quæ quidem licentia debet peti,& obtineri, c. si religiosus,de elect. lib.6. clem.religiosus, de procur.& quod sit utilitas Monasterii,cap.qui vere,16.quæstio.1. quæ qualiter constabit, vide Zabar. in dicta clement. an vero possit conuentus in iudicio seculari renunciare suo foro, diximus, lib. 4. capit. 15. in explic. Bullæ Cœnæ.

115 XXXIX. Si balnea † ingressi sunt, quia non nisi in causa necessitatis licet, cap. omnis qui. 24. quæstio. 1. & intelligo necessitatem, non solum infirmitatem,sed etiam quamlibet licitam corporis refocillationem, c.peruenit, de consecra.dist.3.

XL. Interrogandus est de mala ele-
116 ctione Prælati.† Nam iure cautum est ne quis eligat indignum sub pœna priuationis uocis, & suspẽsionis triennalis, ut habetur in c.cum in cunctis, de elect. Sed quid si ego suadebam prius electoribus, ut eligerent Petrum in Prælatum, quem censebam esse dignissimum, qui

postmodum confessus est mihi, & omnibus compertum est mihi esse cõfessum. vnde si muto sententiam dissuadendo electionem illius, omnes conicient me in confessione audiuisse indignitatem illius: An hoc casu possim eligere non solum minus dignum, sed etiam indignũ. Ad eundem modum eligitur officialis ab Abbate de consilio superiorum; Ego, qui sæpius approbaui aliquem ad tale officium, qui postea mihi confessus est, & video omnino indignum, an possim ego negare meum suffragium. Sic Magister Nouitiorum possit ne negare illi suffragium ad professionem, quem per confessionẽ esse cognoscit contagiosum, & Monasterio pernitiosum. Pariter an possit Abbas priuare suũ subditũ officio, quod habet, sciens ex confessione sibi facta illum eo indignum. Exemplum, Abbas ex confessione Monachi, cui aliqua cura, vel officiũ cõmissum est, scit quòd eo in tali officio permanente vergat in pernitiem Religionis, num possit Abbas ipsum ab officio semouere, vel saltem per notitiam, quam habuit in confessione sacramentali adduci possit, & moueri ad faciendam inquisitionem de iis criminibus.

117 Respondeo, primum, quòd † cũ confessio sit de necessitate celanda secũdum omnium sententiam iure naturæ, positiuo, atque diuino, ut inquit Ioan. Medi. C. de Confes. tract. 2. q. 45. Sotus dis. 18. q. 4. artic. 5. & de ratione tegen. ideo ob nullum euentum debet illa reuelari, etiã si reuelando impediret damnum spirituale, vel temporale publicum: cum nemo teneatur bonum publicum procurare, vel damnum publicum impedire per media illicita. Tale enim esset reuelare confessionem: retraherentur enim homines à confessionibus. Vnde circa primũ dico, quòd si datur casus, in quo non possit quis refragari indignum, nisi quodammodo reuelãdo confessionem, debet eligere non solum dignum, sed etiã indignum. Nam quando sunt duo præcepta, semper minus debet cedere maiori, argum. cap. Iulianus, & cap. si Dominus, 11. q. 3. Sed maius est vinculum seruandi secretum, cum sit de iure diuino, quàm præceptum eligendi indignum. ergo. Si tamen ex alia causa posset huic electioni obuiare, non reuelando confessionem, utique deberet, alias incurreret pœnam tex. in d. cap. cum in cunctis. Quo ad secundum dico, quòd si ego possem citra omnem suspitionem aliqua arte impedire illum ad tale officiũ, exaggerando alios defectus, quos scio extra cõfessionem, recte facio. alias si posit prælato, vel aliis venire in suspicionẽ, quòd nego illi meum suffragium, propter aliquod peccatum habitum in cõfessione,

118 secus esset dicendum. Verum † circa Magistrum Nouitiorum, cum ille præferatur nouitiis, non solum, vt eos instruat, sed ut iudicium morum sumat etiam per confessionem, tunc potest illi suffragium ad professionẽ denegare. Fateor tamen summã illi adhibendam esse cautelam, vt citra suspicionem Prælato denuntiet non esse aptum ad Religionẽ, exaggerãdo alios defectus naturales, absit tamen, ut in particulari aliquod peccatum insinuet; esset enim grauissimum sacrilegium, & potius esset permittẽdum, ut mundus periret, Sotus de ratio. tegen. memb. 3. quæst. 4. conclus. 5. verum circa aliam quęstionem, potest quidem Abbas sacerdoti, quem scit indignum officio, atque pernitiosum, illi suadere, vt dignitatem resignet, aut si est alia causa, aut occasio, potest eum amouere, non tamen propter peccatũ illud auditum. Hęc D. Tho. quodlib. 5. artic. 1. Sotus vero in 4. sent. dist. 18. q. 4. artic. 5. colum. pen. inquit, quòd hic non agitur, an debeat pęnitẽtem publicè, aut secretè punire: quia quod scitur in foro pęnitentiali, perinde habetur, ac si nullo modo sciret, & peccatum, quod non est à iudice cognitum, nõ potest ab eo puniri. Sed tantum iniunge re pœnitentiam in confessione. De his

119 autem † subditorum officiis distinctione opus est, quia si est amouibile ad nutum solius Prælati, ut Sacrista, Procurator,

tor, &c. & tunc si Prælatus scit eos esse indignos per sacramentalem eorum confessionem, ut fures, uel inhonestos, & tunc potest illos amouere, dummodo caueatur ne confessio reueletur, quod secundum Io. Medinam esset, quando dicta officia amouibilia tollerentur per solam culpam officialis, & non aliam; quia si per aliam causam solent dicti officiales amoueri, tunc posset Prælatus, puta quia aliis suis subditis vellet satisfacere, uel allegare, quòd non satisfaciant, uel quòd sint fessi. sed si non sunt amouibilia, secus esset. Sed vtrum posset saltē † Prælatus per uiam inquisitionis procedere. dic quòd non, quamuis possit dum uisitat tempore solito attentior esse ad hoc, maximè si est crimen vergens in damnū publicum. potest etiam attentius vigilare super gregem suum: quia nihil vetat quo minus homo per audientiam confessionum prudentior fiat, Sotus dist. 18. quæst. 4. art. 5.
120

XLI. Interrogandi sunt Prælati qualiter ingressi sunt† in suas prçlationes: nam alii intrant per carnem, & sanguinem, idest per preces carnales, vel carnale obsequium. Tales significantur per Petrum, Ioan. 18. quem introduxit ancilla ostiaria in atrium Pontificis, idest in prælationem, & hi nesciunt generare nisi similes in Ecclesia Dei, vnde Ioan. c. 3. Quod natum est ex carne, caro est: quia nepotes suos inducunt in Ecclesiam, contra tales minatur Mich. Proph. cap. 3. Vç qui ædificatis Syon in sanguinibus. Alii ingrediuntur in prælationes per potestatem, ut Alchimus per Bachidem constitutus est in sacerdotium. 1. Machab. 7. Quidam per seruitium corporale, uel pecuniale, sicut Iason, 2. Mach. 4. Qui ambiebat summum sacerdotium, & adito rege promisit ei talenta argenti trecenta sexaginta. Alii intrāt per simulationem, sicut hypocritæ, qui simulant religionem habitu, & conuersatione, ut promouerantur. Qua habita, se ad carnem, & sanguinem conuertunt, idest ad nepotes. Contra quos dicitur, Galat. 3. Sic stulti estis, vt cùm spiritu cçperitis, nunc carne consumamini. Hi tales quales ante fuerunt se ostendunt. Vnde vt ait script. Eccl. 14. In nouissimis manifestant malitiā suam, similes quibusdam monstris marinis faciem humanam prætendentibus, sed in pisces desinunt. Similes simiæ, quæ habent faciem similem homini, sed non posteriora. Alii per alios intrant, quasi per litteras commēdatitias, de quibus Apost. 2. Cor. 3. Nunquid indigemus litteris cō mendatitiis, sicut quidam. Item alii eligū tur propter pulcritudinem suç personæ. Cōtra tales inquit Dominus ad Samuelem, 1. Reg. 16. Ne respicias vultū eius, neque altitudinem staturæ eius, quoniā abieci, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. & postea sequitur, adhuc reliquus est, & paruulus, & pascit oues. Item alii, quia largi sunt in donis, & in conuiuiis, vnde script. Deut. 16. inquit: Non accipias personam, neque munera; quia munera excçcant oculos sapientiū, & mutant verba iustorum. & Ps. 25. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Huius figura est in Gen. 20. dum inquit: Ecce mille argēteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in uelamen oculorum tuorum. sic Sedechias filius Iosiæ Regis, 4. Reg. 25. dicitur orbatus in Reblatha, quæ interpretatur multa, & significat diuitias. Alii intrant in prælationes propter alios comprimendos. Vt filii Israel elegerunt Hieroboam, ut conculcaret Roboam, 3. Regum 17. Alii uero intrant pro ut debent, idest per ostium, qui est Christus, iux. illud, Ego sum ostium.
121

XLII. An sequantur communem regulam. † debet enim Abbas esse communis cum aliis in Monasterio, in refectorio, & dormitorio, & tandem debet esse omnibus communis, argu. eorum, quæ notat in clem. ad nostram, de censi. ver. si voluerint, & cap. magnç, de uoto. quia quod agitur à Prçlatis, cito trahitur à subditis in exēplum. & Cant. 7. Oculi tui sicut piscinç in Esebon. ubi nota, q̄ Prçlatus † dicitur oculus propter quatuor.
122
123

tuor. nam dicitur prælatus oculus propter discretionem. Piscinæ per compassionem. In Esebon per charitatis feruorem. In portis filiæ Syon, quia debet esse omnibus communis, & ad omnes paratus.

XLIII. Si oues præcedit, uel subsequitur, quia officiũ est pastoris oues præcel-
124 lere: sic prælatus debet uita, & † doctrina præcellere subditos, sicut dignitate. Hinc bonus Prælatus comparatur stellæ matutinæ. Nam ut stella præuia est ante Solem, sic ipse debet alios prẹire in bonis operibus, uita, doctrina, & subsidio, ut ad eius aspectum alii minores informentur, & concipiant fœtus similes. Sicut ad virgam Iacob concipiebantur oues, Gen. 30. Hinc Dominus ter dicit Petro, Pasce oues meas. Hinc comparatur Prælatus militi propter subsidium, agricolæ propter uerbum, pastori propter officium pascendi bonis operibus. Similiter quòd Prælatus debeat præcellere suos subditos, dicitur in figura de Saule, 1. Reg. 9. quod stetit Saul in medio populi, & altior fuit uniuerso populo ab humero, & sursum. Quare optima doctrina quam Prælatus debet ostendere suis subditis hæc est, ut uitæ uiam subditis bene uiuendo denunciet: aliàs prælatione dignus non est, qui nescit homines bene uiuendo præire.

125 XLIIII. Interrogandus est, si † fuerit prudens, vigil, & circũspectus in suis subditis, quia debet habere mille oculos, & acute uidere subditorum infra se positorum mores, & uitam, & sicut ducem exercitus die, ac nocte circumire. Vnde Salom. Prou. 16. Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitent palpebræ tuæ. & in Apoc. 4. dicitur, quòd animalia erant plena oculis ante, & retro. Debet etiam uti maxima prudentia, ut palmites superfluos, idest malos mores resecet. Hinc Prælatus Vinitor appellatur. Non tamen illi simul, & in ictu oculi sunt exterminandi: sic enim potius frangeretur, quàm flecteretur arcus, sed ad hoc multum prudentia præstat.

Vtatur etiam prudentia, ut non nimis sit austerus in corrigendo subditos: quia misericorditer sunt corrigendi, non mo-
126 re latronum in carcerem † detrudendi, cap. ea, quæ. de sta. monac. Hinc dicebat Bald. in c. ad nostram, de appel. quòd Abbate nimis seuiente in Monachos, licitũ est illis fugere de Monasterio, nec per hoc dicuntur apostatare, allegat in argu. bonum text. in l. 2. §. dominorum, ff. de his qui sunt sui, uel alien. iur. ubi etiam Bal. dixit, quòd correctio debet esse moderata, alias ad superiorem recurri potest per modum querelẹ. vnde notat Card. in clem. 1. §. prẹfatẹ, de statu mona. quòd quãdo Abbas est nimis seuerus, & odio habet Monachum, & illum grauaret, ꝙ possit Monachus arma assumere ad suã defensionem; quare Prælati erga subditos non debent se gerere, ut Domini, quia scriptum est, neque ut dominantes in clero, 10. q. 3. c. 1. in fi. sed debent esse prẹsidentes subditis, ut pater filiis, tex. est in c. quorundam, dist. 73. ubi dicitur, quòd tales debent esse Prẹlati erga subditos, quales ipsi uellent habere Prẹlatos, si subditi essent. Hinc glo. in l. nos reddentes, C. de summa Trin. Archimandritas vocat; ab archos, quod est Princeps, & mandros, quod est ouis. unde Archimandrita, idest Abbas, qui præest ouibus. Quare concludendum uidetur, quòd in
127 corrigendo † debet superior seueritatem disciplinẹ cum misericordia temperare, 45. distin. disciplina. nam in correctione leuitas, ac mansuetudo summopere laudatur, ac requiritur. Castigati namque ait tex. in c. cum beatus, dist. 45. reuerentiam exhibent castiganti: seueritatis autem nimia increpatio, nec correctionem recipit, nec salutem. Item Leo Papa inquit, odio habeantur peccata, nõ homines; corripiantur tumidi, tolerentur infirmi, & quod seuerius castigare necesse est, non sẹuientis plectatur animo, sed medentis, cap. odio. distin. 86. Item Conc. Trid. inquit; Plus erga corrigendos agere debeat beneuolentia, quã

seue-

seueritas,plus cohortatio,quàm commotio,plus charitas,quàm potestas: Hæc potissimum iis prædicanda sunt, qui cum obscuris orti sint parentibus,nec admodum ingenuè educati, magistratus quandoque gerunt, ac imperium seuerè nimis, atque superbè exercent, ita refert Marſ. Archiep. Saler. de redit. orig. par. 2.c.12.nume.8.

128 XLV. Si† de facili Religiosos carceri mancipauerint, quia non nisi ex delictis grauibus carcerari debent, Abb. in c. vt famæ,de sent.excommun. vt saltem veniat imponenda pœna corporis afflictiua,l.ictus fustium.ff.de his,qui no.infam.quod si de facili carceri mancipauerint, non propter hoc efficiuntur infames;cũ de carcere,& cathenis quis quãdoque egrediatur ad regnum, sicut patet de Ioseph iniustè carcerato,& de Petro,Actuum 5. & quia carcer non ad pęnam, sed ad custodiam datus est, l. aut damnum.§.solent,& l.credibile.ff.de pęnis,ideo carcer debet esse huiusmodi, vt custodiantur carcerati, & non pereant. Hinc Constantinus Imperator humanissimus sua lege constituit carceres tales esse debere, vt præter fidam custodiã nihil habeant,l.1.C.de custod.reo. Quocirca Zabar.in clem.1.q.7. de pœnit. & remiss. concludit Prælatos irregulares, & homicidas, si tetro carcere claudant deliquentem secuta morte; an tamen ex iusto carcere quis efficiatur infamis, dic quod sic,Sylu.in ver.infamia,q.2.

129 X L V I. Interrogandi,† si subditos deposuerunt, vel suspenderunt ab officijs ob crimen contumaciæ, vel inobedientiæ, non præcedente citatione peccant: quamuis non peccent, si sequatur depositio ob aliquod crimen, Panor. in c.cum speciali,& c.quia,de appell. modo ita se habeat consuetudo,& regula: quia in religionibus non est seruandus ordo iuris vsque ad unguem, ut inquit glo. in extrau.c.1.de censi.vers. Abbates.

130 X L V I I. Si nimis † celeres sint in dandis sententiis, vel in innouando uetera: quia talis celeritas reprobatur, gl. in c.fin.de elect. lib. 6. quæ ponit multos casus,in quibus celeritas reprobatur, licet quandoque ibi laudetur.

XLVIII. Si fuerit negligens in corrigendo, vnde est maxime reprehensibilis

131 taciturnitas † in Prælatis,quibus ex officio incũbit instruere,& corrigere subditos. Quare inquit B.Greg. in c. sit rector.dist.43. quòd sicut indiscreta locutio in errorem protrahit, ita indiscretũ silentium eos, qui erudiri poterunt, in errorem derelinquit. Idem in Moral. Discreta vicissitudine pensanda sunt tẽpora, ne aut cum restringi debet lingua, per uerba se inutiliter soluat: aut cum loqui vtiliter potest, semetipsam per pigritiam restringat.& idem in d.c.sit rector. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libera recte pertimescunt,& iuxta veritatis vocem nequaquam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt. Hinc namque eos per Esa.Dominus increpat, cap. 56. canes muti non valentes latrare. Numquam igitur per timorem debent Prælati ab increpatione cessare: quia increpatio culpam detegit,quã sæpè nescit etiam ipse, qui perpetrauit. Est etiam multum reprehensibilis taciturnitas in Religiosis in diuinis horis persoluendis. Vnde Trithemius inquit in Homilia 8. Videant quomodo satisfaciant mãdato Ecclesię qui orationes septem canonicas verborum prolatione non exprimunt, sed ore clauso seriem precum sola cogitatione oculis ministrantibus percurrunt. vnde Proph. Esa.c. 62. inquit, Vos qui reminiscimini Domini,ne taceatis, & ne detis silentium illi.

XLIX. Si fuerit negligẽs in puniẽ-

132 do delinquentes: † quia talis negligentia est mortalis, cum sanguis eorum de manibus Prælati requiratur,c.irrefragabili,de offi.ordin.& eo ipso,quod tacet, uidetur consentire,43.dist.sit rector. & punitur de negligentia,ac si faceret, cap. quid enim,c.consentire,distin. 83. vnde sess.23.c.14. ob negligentiã superiorum

 posset

possset Episcopus punire delinquentem fratrem scandalosè extra Monasterium, sed de hoc diximus, lib. 2. c. 49. circa fin.

133 L. Si Prælatus † donauit bona Monasterii, nam id facere non potest, quamuis liberam habeat potestatem, Cyn. & Bald. in l. prima, C. de procurator. Hinc fit, quòd recipiens à Prælato religioso sine causa rationabili, sed ex parentela, uel turpitudine, tenetur ad restitutionem Monasterio, Arch. Flor. in sum. Defecerunt, de restit. cap. 2. Hinc etiam fit quòd Prælatus non possit remittere debitum liquidũ, cum illud sit donare, l. si quis delegauerit, ff. de nouat. nec remittere, l. quod dicitur. §. si compromisero, ff. de euict. potest tamen remittere debitũ, quando non est liquidum, glo. in l. contra iuris, §. si filius, ff. de pact. Idem si est liquidum, sed in debito consequendo fierent maiores expensę, quàm esset debitum principale, per l. mediterraneę. C. de anno. & tribu. lib. 10. Idem si debitor est pauper, l. fin. ff. de donat. inter virum, & vxorem.

134 Præter † tamen hos casus nõ solum non tenetur remittere, sed etiam illud repetere potest in iudicio. videlicet, quãdo oritur contentio in re spirituali. Vnde Act. 15. Cum esset orta contentio de obseruatione legalium, hoc Paulus detulit ad iudicium Apostolorum. Item, quando contentio oritur de eo, quod potest vergere in detrimentum rei spiritualis, quãuis sit temporale. vnde Act. 25. Paulus appellauit Cęsarem pro liberatione sua, quia per eius mortem, vel incarcerationem impediebatur fructus prædicationis, ipse tamen quantum in se erat, cupiebat dissolui, & esse cum Christo, ut dicitur Phil. 1. Rursum, quando contentio est de aliquo, quod vergit in temporale damnum alterius, maximè pauperũ. Reus enim est quodãmodo rapinæ, qui sua negligentia alios damnum incurrere permittit, & præcipuè in his, quæ sunt eius curæ commissa. Insuper quando cõtentio est de eo, quod vergit in spirituale damnum illius, qui iniustè detinet rem alterius temporalem, vnde Greg. lib. 31. Moral. super illud Iob. cap. 8. Frustra laborauit. dicit, Quidam dum res temporales rapiunt, sunt tolerandi, Quidam vero seruata charitate prohibendi, non tantum sola cura, ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdãt. Præterea, quando vergit in corruptionẽ multorum per exemplum rapiẽdi, vnde Eccl. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filii hominum perpetrant mala.

135 LI. Si intersunt † venationibus. Venatio enim alia est oppressiua, quædam arenaria, quædam saltuosa. De oppressiua dist. 6. §. vlt. & illa est illicita. De arenaria, ff. de postu. l. 1. §. idem Senatus, distin. 86. qui venatoribus, cum duob. seq. De saltuosa, quæ fit in siluis, & saltibus, dicit Matth. quòd illicita est ex tempore, ut in Quadragesima, & tempore ieiuniorum, nisi in necessitate, 23. q. 8. si nulla. distin. 86. an putatis. Est etiam illicita ex personis, vt si sint Religiosi, vel clerici, clem. ne in agro. §. porro, de sta. monach. dist. 33. quorundam. Laicis vero licita est ob necessitatem viuendi, non ob voluptatem. Ponere autem laqueos, & retia sine strepitu, & clamore, & canibus licet clericis, non autem Religiosis, dicto §. porro.

136 LII. Si sit † patrinus, & leuauerit aliquem de fonte, contra tex. in cap. non liceat, de consecra. dist. 4. quod etiam ad canonicos Regulares extenditur, Naua. de statu mona. lib. 3. cons. 5.

LIII. Interrogetur etiam, an ua-
137 cet humilitati, † iuxta illud Eccle. 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis, quasi unus ex illis. Quare non debet Prælatus sedens pati presbyterum stare, 95. dist. cap. Episcopus in quolibet. quamuis in itinere debeat præcedere, & subditus sequi, ead. dist. non oportet. Sic etiam cum Abbatia sit in priori dignitatis gradu post Episcopatum, c. si quis deinceps, 16. q. 7. Hinc fit, quod Abbas præ-
138 fertur clericis, † glo. in c. subdiacono, dis. 97. immo aliis dignitatibus inferioribus

bus

bus ab Episcopo, ita Gemin. in cap. fin. in princ. per illum tex. de offic. deleg. lib. 6. vbi etiam inquit, quod canonicis cathedralis Ecclesiæ præponitur, Bal. in c. pastoralis, in uers. extra quæro, de offic. deleg. quod intellige, modo non procedant collegialiter, quia tunc repræsentant cathedralem Ecclesiam, quæ plus aliis honorari debet, Domin. notat in c. quamuis, el primo, in §. quamquam, 3. not. de præb. lib. 6. præfertur etiam Archidiacono cathedralis Ecclesiæ, Abb. in cap. ex ore, 4. not. de priuileg. faciunt etiam iura plura, in quibus Abbas prius, quam Archidiaconus vocatur, ut in c. fin. de dilat. cap. dilectus, de offic. deleg. c. fin. de confirm. vti. vel inuti. cap. cum oportet, de accusat. Et Archidiaconus dignitatis nomen est, cap. decernimus, de iud. ibi Abbates, Archidiaconi. Et quod dictum est de Abbate, idem dic de præposito, qui fit loco Abbatis, not. Abb. in cap. cum illorum, per glo. ibi in ver. Abbatem, de sent. excommun. Sacerdotes uero seculares præferuntur Monachis, D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 8. Ioan. And. in reg. delictum, de reg. iur. in 6. per cap. legi alia, 16. q. 1. Et hęc nota, quia faciunt, quãdo Regulares teneantur ire ad publicas supplicationes, iuxta Conc. Trid. sess. 25. c. 13. Nam tunc canonici Ecclesiæ cathedralis debent à cæteris honorari, ita Gemin. inducit tex. in cap. quamuis, §. quamquam, de præb.
139 libro 6. sic etiam quando habent † dignitates eiusdẽ ordinis, & nominis, tunc ille alteri debet præferri in honoribus, qui prior ad eam est assumptus, l. 1. C. de consul. lib. 12. l. 1. ff. de albo scrib.

Rursum inter dignitates eiusdem nominis, & ordinis illa censenda est maior aliis, quæ decorata est insignibus Episcopalibus, ut baculo, mitra, & annulo, ita probat tex. in c. ut Apostolicæ, de priuil. in 6. ubi ex maioritate ornatus quo quis utitur, cognoscitur maioritas dignitatis. Quod inducit Gemin. ut magis debeat honorari, qui potest uti talibus pontificalibus, quam qui non potest. Et dicit esse notandum pro ordinandis Abbatibus in sessionibus, processionibus, & aliis. Hinc etiã colligitur, quod Abbas exemptus debeat præferri in ordine Abbati nõ exempto, ex quo exemptus maiori ornatu decoratur, & priuilegiatur, Franc. in d. c. ut Apostolicæ, Nauar. de maior. & obed. lib. 1. cons. 1. nu. 2. & 10.

Et inter regulares illi pręferũtur, quorum regula existit primitus approbata. Hinc infertur, quod Monachi debent præferri canonicis regularibus, quia Beatissimus Benedictus composuit regulam Monachorum, quæ est approbata, c. super eo. de regula. Et fuit approbata ante regulam Canonicorum Regularium. Et nec obstat c. auaritię, de præben. quia ut ibi notat Io. Andr. post Hosti. pręeunt in uitio auaritiæ, non autem in merito religionis, ita refert Gem. in c. Episcopos, dist. 18. ubi latè de materia.

140 LIIII. Si † Prælatus præcipua explet absque consilio Monachorum, non tamen tenetur illud sequi, sed sufficit requirere, & expectare responsum, tex. est in c. ad Apostolicam, de regul. l. 1. §. generaliter, ff. de leg. pręst. glo. in cap. ne pro defectu, extra de elect. ubi quærit ad quid petitur consilium, si illud sequi non est necesse, & dicit tale consilium esse utile, quia inde moueri pręlatus ad aliquid potest, quod per se forsitan non fecisset: quia quod à pluribus quęritur, facilius inuenitur, 20. dist. c. de quibus, & ut habito consilio deliberet an illud sequi expediat, Ioan. And. in c. non est, de constit. lib. 6. Hinc inquit Franc. in c. 3. num. 7. de constit. lib. 6. quod vt statutum Episcopi dicatur rationabile, requiritur consilium capituli, ut in c. quanto, de his, quæ fiunt à præla. Si tamen sine causa illi de capitulo contradicerent, non noceret, & haberentur pro consentientibus, ut per glo. fin. 65. dist. cap. 1. & licet requiratur consilium, non tamen requiritur consensus, ut per Ioan. Andr. in c. 2. de constitu. lib. 6. Quæ tamen sint præcipua, quæ prælatus debet explere cum consilio Monachorum, inquit Lapus alleg. 48. de mente Innoc. in c. querelam,

de procur. quod debent considerari arbitrio boni viri. Dicitur enim aliquid magnum, uel paruum respectiuè, vnde inter certas personas causa decē aureorum dicitur magna, ut quia pauperes, & inter certas causa unius castri erit parua, ut inter duos Reges, ut notari solet de iureiu. c. fin. Ex iis igitur colligitur quod regulariter, quando quis petere debet consiliū, non tenetur illud sequi, vt in c. cū olim, de arbit. & c. cum in ueteri, de elect. Ideo officialis tenetur requirere cōsilium assessorum, & peritorum, non tamen tenetur illud sequi, c. ad nostrā, de consuet. Et si mandaui procuratori, ut mea negocia gerat cum consilio alicuius, non excusatur procurator, si executus est consilium, & male administrauit, ut l. idemque, ff. manda. de quo tamen uide plenè per Bar. in l. 1. §. si plures, ff. de exer. & ibi Bal. ubi multa ponit circa materiā consilii. Quæ quidem regula, ꝙ quis non teneatur sequi consiliū alterius, ampliatur ēt si dicatur, vt aliquid fiat de cōsilio, uel ex consilio, Io. And. in reg. nullus ex consilio, de reg. iur. lib. 6. arg. tex. in c. 1. de renun. lib. 6.

Sed modo limitatur & primo, quando aliquid esset faciendum secundum consilium, uel iuxta consilium, ut per tex. in cap. Abbatem, de verb. sig. quia tunc illud esset sequendum, Lapus in d. reg. nullus. Quod facit ad quæstionem: Si testator dicat in testamento, quod fiat executio iuxta, vel secundum consiliū talis, secundum Dom. de quo plenius in d. c. nullus.

Limitatur secundo, quando in actu requiritur consilium illius, à cuius potestate dependet actum fieri, vel nō fieri principaliter, & tunc debet consilium peti, & sequi, vt est glo. in c. 1. de foro comp.

Tertio limitatur, quando requiritur consilium alterius, & per alia iura apparet illum esse sequendū, pone exemplum de his quæ notantur in c. 2. de corp. viti.

Limitatur quarto, quando requiritur consilium à participe officii super illa re, quia tunc debet peti, & sequi iuxta Innoc. in c. venerabili, de offic. deleg.

Limitatur quinto, quando requiritur consilium ab habente ius in re, quia tūc esset sequendum, vt voluit Io. And. in c. dilectus, de offic. leg. & in c. 1. de sta. mona. Vt si mandatur alicui prouideri de Ecclesia, requisito consilio patroni.

Limitatur sexto, quando subiecta materia se habet, quod debeat sequi, quia sequendum est. Exemplum in c. ad aures, de ætate, & qual. sicut etiam esset quando adiectio consilii esset facta illi, qui nō habet intellectū, quia tunc accipitur pro consensu, l. impuberibus, ff. de susp. tuto.

L V. Si visitatores non procurauerint † modis omnibus, vt eorum regularia instituta illorum Monasteriorū superiores, debitamq; uiuendi rationem non obseruent, & obseruari faciant, iuxta Conc. Trid. sess. 21. c. 8. Sitque eorum præcipuus scopus sanam, orthodoxamq; doctrinā expulsis hęresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, Religiosos cohortationibus, & admonitionibus ad pacē, Religionē, veramq; paupertatē, &c. prout locus, tēpus, & occasio fertur ex visitantiū prudentia ad Religiosorū fructum cōstituere, ut habetur in c. 1. §. sanè, de cens. li. 6. Paterna charitate oēs amplectantur, sint modesto equitatu, famulatuq; contenti, & studeant quā celerrimè debita tamen cū diligentia uisitationem ipsam absoluere. Ipsorū uita sit irreprehensibilis, & opere curent adimplere quæ docēt. Prouideāt ēt vt Ecclesiæ, quæ reparatione indigent, reparētur, & tandē studeāt, ut in Monasteriis vigeat regularis obseruantia, alias possent Episcopi in Monasteriis regularibus cōmendatis, in quibus cōgregatio nō habet nisi mēsam, & nō viget regularis obseruātia, supplere negligentiā superiorū, non tamen immediatè illa visitando, sed præmissa monitione cum termino sex mensiū, ut habetur in Conc. Trid. ses. 21. c. 8. Regulares etiā si in visitatione facta à Prælatis, nō reuelant dicenda, peccant: nam si scirent aliquod peccatum vergens in damnum publicum aliorum, siue spirituale, siue temporale, ut si occultè quis alios auerteret à fide, etiam non obstāte correctione fraterna

141

terna

terna possent illud denuntiare visitatoribus: raro enim quis credere posset hæresim sola monitione omnino cessaturam, Nauar.c.18.nu.56.vbi dat modũ, qualis debeat fieri ista denuntiatio,& nos supra diximus lib.2.c.69. Et si non præcedunt inditia,vel testes,denuntiet secreto, vt ex illa denunciatione possint postea uisitatores procedere ad inquirendũ, Sylu. in ver.correctio, & in ver. excommunicatio. 2. dubio octauo. Quod si ignoratur eum de tali crimine reum, sed suspectũ, & tunc non reuelent tanquã hæreticũ, sed de huiusmodi delicto suspectum, ita nos in multis aliis criminibus explicauimus,li.4.c.8. Casus tamen,quos quis manifestare tenetur sup.posuimus li.2.c.69.

142 LVI. Interrogandus est, an † fecerit Abbas litteras dimissorias aliis intra fines alicuius diœcesis existentibus,qui regulares sibi subditi non sint, vel eis minores ordines, vel primã tonsuram contulerit cõtra Conc.Trid. ses.23. c.10.nisi fuerint validata suorũ priuilegia, si quę habebant cũ derogatione prædicti Conc.Tridentini. Et nota,ꝙ concedens litteras dimissorias contra prædictũ Concilium si celebrauerit,est suspensus per annum, ut ibi, quare si durante illo anno suspensionis non abstinuerit à diuinis, fuit factus irregularis, per c.1. de re iud. li.6. & c.1. de sent.excom.eo.li.Et si est Abbas secularis tenetur ad restitutionem fructuum vnius anni saltẽ illorum, qui nõ fuerunt sibi necessarij ad vitam sustentandam,per ea, quæ gl. Panor. & cęteri asserunt in c. pastoralis, §. verum, de appel.

143 LVII. Si† non habens iura Episcopalia absoluerit ab excõicationibus inflictis à iure,quia non posset, ita firmat Panor.in c.monachi, de sent. excõ. per cle. 1.de priui.& in c.religioso, de sent.excõ. li.6. Verum si religiosus esset excõicatus ex cõstitutionibus ipsius regulæ, tũc per Abb. absolui posset, Fel.in d.c.Monachi.

144 LVIII. Si † astrinxerit suũ subditũ, vt ad aliam Religionẽ transeat,quia utrũ possit cogi,uel non, dantur tres casus. Et primus,quãdo absque culpa sua Pręlatus astringere vellet suũ subditũ, ut strictiorẽ regulã obseruet:etenim tunc cogi non põt, glo.in c.integritas,32.q.1. c.præsens, 20.q.3.c.gesta,dist.64.ubi ad nouũ ascensum ad Religionẽ, ad quã non est professus quis cogi non põt: sic nec ad castitatẽ,& virginitatẽ, quam non vouit,seruãdã, d.c.integritas. Secundus casus est,qñ Prælatus suum subditũ priuauit propter

145 delicta,† & incorrigibilitatẽ habitu. Verũ vtrũ hoc possit facere, Nauar.in cons. suo 50.ext.de reg.li.3.respondet affirmatiuẽ,prout etiã scripsit in c.nõ dicatis,12. q.1.nu.36. & in c.nullã,nu.36.18.q.2.& ita erat de praxi in regula B. Patris nostri Benedicti, ubi ter fugiens non erat amplius recipiẽdus. Ego aũt crederẽ, ꝙ non possit de iure hodie Prælatus suũ subditũ uolentẽ reuerti non recipere,uel propter delicta,ẽt incorrigibilitatẽ, seruatis seruãdis ferre sententiã diffinitiuã priuationis habitus,& expulsionis ab ordine,ẽt si sit Generalis,per tex.in c.fin.ext.de reg.ubi vult tex.ꝙ Generalis,seu patres Abbates fugitiuos suos, & eiectos de ordine suo requirant sollicitè annuatim, & ꝙ cogi possint Monasteria ad illos recipiendos salua ordinis disciplina. Et aliter faciẽdo credit Pan.in d.c.fi.n.3. Abbates peccare nisi eos reuocẽt. Quinimo Car.in cle.1. de vi.& hon.cle. inquit,ꝙ si Prælati sunt

146 negligentes super eo,† ꝙ disponitur, ꝙ peccẽt mortaliter,c.denique,di.4.gl.in c. ea,quę.de off.arch. cũ negligentia puniatur in Prælatis, ac dolus, ut no.81.di.c.dictũ,& c.nemo,2.de statu mon.Et nõ obstat dictũ Nauar.in cons.51. eo.lib.nu.3. quatenus intelligit tex. in d.c.fi.de fugitiuis,& eiectis iniustè,uel iustè, sed nõ seruatis seruandis: Non aũt de iustè & ordinatè eiectis,nisi spõte vellẽt ad Monasteria redire:nã respondeo, ꝙ cũ mens legislatoris,quę cõsiderãda est in primis,iux. tex.in l.in conditionibus, ff. de cond. & demon.c.fi.de reg. iu. lib.6. colligatur ex proœmio legis,c.quia propter,de elec.l.fi. ff.de hær.insti.sequitur, ꝙ cum proœmiũ illius tex. in c.fin.de regul. Ne Religiosi viri vagãdi occasionem habentes, salutis

propriæ

propriæ detrimentum incurrant,&c. ita possit procedere in eiecto iniustè, quam iustè. Immo fortius in hoc secundo casu, quia cum sit criminosus, eo magis præsumitur vagus, fit vt Prælatus non possit subditum priuare. Tum etiam quia verba in dubio sunt accipienda in potiori significatu, l. non aliter, ff. de leg. 3. c. pen. de sent. excommu. Vnde cum ibi tex. dicat, & eiectos, ergo de iustè eiectis. Nec etiam obstat praxis sanctissimi Patris nostri Benedicti, quæ non admittebat amplius ter fugientes: quia fuit reuocata per tex. in d. c. fin. ibi, authoritate nostra, quę verba inquit Panor. nu. 4. fuerunt adiecta solum in eo casu, quo fugitiui, & eiecti non poterant recipi secundum prouisionem regulæ, vnde fuit opus, quod authoritas Papæ intercederet. Tum etiam quia possunt ibi redire, & in carceribus Monasterii detineri, 27. q. 1. cap. impudicas, & cap. si quis sacro, & d. c. fin. de regul. Quare Card. in clem. ne in agro, §. quia vero, concludit, quod pro quocunque crimine non debet Monachus de iure, (quia secus si ex priuilegio) eiici de Monasterio, sed debet ibi in carceribus pœnitentiam peragere. Sed an eiectus

147 possit tuta conscientia remanere † in seculo sub obedientia sui ordinarii, uel possit eiiciens illi iubere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut aliã Religionem ingrediatur strictiorem infra sex menses? Primam quæstioné proponit Nauar. extra de regul. cons. 64. & concludit, num. 1. quod sic. Secundam uero idem cons. 50. proponit, & respondet, quod non potest iubere: cum per eiectionem sit extra suam iurisdictionem, verum crederem quo ad primam quæstionem, quod eiectus siue iustè, uel iniustè, nisi adeat, siue per se, siue per aliũ, summum Pontificem, ut iuxta tex. in d. c. fin. cogat superiorem ad recipiendum, in conscientia non sit tutus, quamuis difficultates patiatur Romanum Pontificem adeundi. Non enim quis à voto deobligatur, quia difficultatem in adimplendo patitur, sed quando id fit illi impossibile, iuxta D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 4. & ibi Caie. Hinc succedit regula iuris, quod impossibilium tantum, non autem difficilium, nulla est obligatio. Hinc excommunicatio lata pro re, qua quis obedire non potest, nulla est, Abb. in c. P. & G. nu. 11. de offic. & potest. iud. deleg. Sylue. in uer. pœna, q. 18. Quod si forte ob aliquam rationabilem causam haberet repulsam, & tunc cum sit eiectus, & per consequens extincta obligatio, unde cũ sit extincta, non potest amplius reuiuiscere, l. cum ex causa, C. de remiss. pigno. cap. quidam, & cap. placet, de con-

148 uer. coniug. potest tuta † conscientia remanere in seculo à voto paupertatis, & obedientiæ liber, sed voto continentiæ astrictus, atque horas canonicas recitare obligatus; etiam si nullum unquam ordinem suscepisset, ita Sotus de iustitia, & iure, lib. 7. quæst. 2. art. 1. colum. pen. vers. superest hic. facit tex. in cap. cum dilecti, de dolo, & contum. **Vbi præceptum** Ecclesiæ licet in totum **seruari non** possit, est tamen seruandum pro ea parte qua seruari potest. Et hæc quò ad primam quæstionem. At circa secundam, cum Regularis nullo modo sit eiiciẽdus extra Monasterium, uel fugitiuus non recipiendus, iuxta doctrinam Card. qui

149 supra, & tex. in d. c. fi. dicerem, † quod non potest imponi præceptum aliam strictiorem religionem ingrediendi: cum nemo teneatur crescere, cap. gesta, dis. 64. Nec ẽt si esset iustè eiectus, per ea quæ dixit Nauar. ext. de regul. cons. 50. lib. 3. Rursum, an eiectus iniustè absque sen-

150 tentia † diffinitiua, uel debitis solemnitatibus possit recipi, ut oblatus ab aliquo Prælato eiusdem ordinis: Crederem, ꝙ non, cum oblatus non sit propriè religiosus, glo. in cap. ut priuilegia, & quæ ibi notat Panor. de priuil. clem. 1. de decim. Hinc fit, quòd non potest Prælatus aliquem de Monacho facere non Monachum, cum hoc solius sit Summi Pontificis, licet fieri conueniat raro, & quãdo euidens Reipublicæ Christianę postulet utilitas, ut diximus lib. 2. in nostris Decis.

cis.in noua edit.num. 19. & 22. cap. 31. Si vero Summus Pontifex eximeret illum ex aliqua grauissima causa à voto, & Religione, vt diximus nu.23.& tunc, ut potest manere in seculo, vel ad aliam transire Religionem: ita etiam poterit re
151 cipi in suam, ut oblatus. In vno † tamẽ casu fortè Prælatus, vel conuentus non tenetur reducere fugitiuum, aut eiectũ in Monasterio, quando aliquis esset scandalosus, & periculosus aliis, & aptè non posset capi, corrigi, & detineri. Ita Sylu. in verbo, Apostasia. q.6. qui hoc dicit de mente Archid. vel ex priuilegio. Tertius casus, quando quis cogi potest per excõ
152 municationis † sententiam, quod quidem Prælatus facere potest, d.cap.fin. est quãdo in ingrediendo Religionem deliquerit. nam tunc ad arctionem Religionem per excommunicationem cogi potest ad se transferendum, c.de regularibus, cap. quoniam, de simo. ad hoc, ut pro delicto commisso pœnitẽtiam agat, Abb. in cap. dilectus, num. 4. de simo. Quod si arctiorem regulam non inuenerit, est cogendus, vt transeat ad ęqualem, argu. tex. in cap. valet, dist. 81. Innoc. in cap. dilectus, 1. Abb. in d.cap. dilectus, 2. Quod si nullam inuenerit, & tunc dispensatiuè potest redire ad suam, glo. in d.c. quoniam. Sed si denegatus esset regressus, credo, quòd posset tuta conscientia permanere in seculo, modo adimpleat in seculo vota, quę potest, cum nec Monachũ factum Episcopum diximus liberũ esse ab habitus delatione, & à tribus votis solemnibus, pro ut habetur supra lib. 2. c. 58. nume. 10.

Igitur in hoc tantum casu crederẽ posse Prælatum astringere subditum ad ingrediendum strictiorem Religionem: & ratio est, quia cum habuerit ingressum vitiosum: quia simoniace, ideo in eius odiũ debet nullus ingressus decerni, cũ spiritualia, quę iure diuino gratis sunt data, debeãt gratis dari, 1.q.1.c. gratia, cum sint inuẽdibilia, & inæstimabilia. Ideo ut in eo, quod deliquit puniatur, fit vt cum remaneat obligatus in genere per votũ solemne, quod emisit, quia in sua permanere nequit, debeat ad aliam strictiorem ingredi, d.cap. de regularibus. At qui in Religione deliquerit, nõ est eiiciendus: immo si fugitiuus est, requirendus, & puniendus, iux. Panor. in d. cap. fin. Quare ex his omnibus mea quidem sententia concludendum uidetur aduersum Nau. consil. 27. de regul. non dari casum, ubi possit cogi Religiosus ad ingrediendum strictiorem Religionem, nisi simoniace fuerit ingressus.

153 LIX. Si † Abbas administrauit sacramentum confirmationis, cum hoc competat solis Episcopis, cap. peruenit. di. 95. de consecra. dis. 4. cap. presbiteri paruulos, & de consec. dist. 5. c. de his, & cap. manus, & cap. nouissimè, Abb. in c. quãto, de consuet. de priuileg. cap. accedentibus, distin. 68. quamuis, & habetur in Conc. Trid. sess. 7. cap. vltimo. an autem ex dispensatione, vel commissione, aut priuilegio Summi Pontificis possit Abbas, uel simplex sacerdos illud administrare? Dic quòd sic, ita Gregorius lib. 3. Epistolarum, epist. 26. Ambro. cap. 4. ad Ephes. D. Tho. 3. par. q. 72. artic. 11. ad primum, Canonistæ dist. 95. c. peruenit, Turrecrem. in cap. manus, de consecrat. dist. 5. qui dicit commu. probat tandem hoc latissime Couar. lib. 1. variar. resolu. cap. 10. num. 9. & sequentibus. Sed aduertendum, quòd quando aliqui habent tale priuilegium, illud esset inspiciẽdum, qualiter loquatur. Solitus .n. fuit Sum. Pontifex nonnunquã concedere aliquibus priuilegium administrãdi hoc sacramentũ propter inopiã Episcoporum. Nã tunc vbi adesset copia Episcoporum, tale priuilegium cessaret. Sic dicitur declarasse uiuæ uocis oraculo Gregorius XIII. quia ex quo cessat causa priuilegii, cessaret etiam priuilegium.

154 Cæterum, an † cum Papa huiusmodi Sacramenti administrationem simplici committat sacerdoti, videatur etiam simul materiæ consecrationem concedere. dico quod nunquam legi talem simplici sacerdoti commisisse facultatem, at-

que

que adeo huius sacramenti confirmatio nis collatio quãdoque quidem fuit simplici sacerdoti commissa, sed chrismate per Episcopum confecto, vt in sacris canonibus præallegatis licet videre. An ve-
155 ro † ex commissione Episcopi possit simplex sacerdos hoc sacramentum administrare? dic quòd non, Innocen. in cap. quanto, ext. de consuet. ubi inquit, quòd in hoc concordant omnes Doctores. Sic neque hoc administrari potest ex vi alicuius consuetudinis, vel ex aliqua immemorabili præscriptione. Ita Innoc. Panor. & glos. in d.c. quanto, latè Couar. ubi supra, nu. 14.

156 LX. Si Abbas † contulit ordines maiores, idest sacros, qui ad Euchariſtiam proximè referuntur. Quinimmo nec illos conferre posset ex delegatione Sũmi Pontificis, ita contra glos. in cap. manus, de consecr. dist. 5. & Panor. in c. quãto, de consuetu. probat Sotus in 4. dist. 7. q. vnica, art. 11. versi. ad quartum. & dist. 25. q. 1. art. 1. Couar. lib. 1. varia. resolut. cap. 10. nume. 10. Minores vero potest conferre, dist. 19. cap. quoniam, de æta. & qualit. cap. cum contingat, not. in c. Abbates, de priuil. lib. 6. Abb. in cap. quãto, nu. 9. in fi. de consuet. vbi inquit, quòd hoc habent ex priuilegio. Potest ergo illos conferre Monachis suis, vel iis, qui ad Monasteria cõuolauerint, ut fiãt Monachi, & in quos Ecclesiasticã, & quasi Episcopalem iurisdictionem habet, iux. tex. in d.c. Abbates, D. Anto. in cap. cum inter, nu. 14. de sent. & re iudic. vide ad hoc Conc. Trid. sess. 23. cap. 10.

157 Sexto. Si † habens vsum mitræ, annulorum, & baculi ex priuilegio vsus fuerit illis extra Monasterium; nam tũc tenor priuilegii est inspiciendus, c. ut apostolicæ, de priuil. lib. 6. Quod si ex priuilegio solum competat infra septa Monasterii, non potest extra vti, Ioan. Andr. in cap. cum contingat, de æta. & qualit. & si habet ius Pontificalium in suo Monasterio, inuitatus ad aliud Monasterium exemptum, potest illis vti, aliàs secus.

158 Potest etiam benedictionem † Pontificalem Christi fidelibus intra suam Ecclesiam existentibus elargiri post diuina officia, idest post Missarum solemnia, & vespertinas, ac matutinas laudes ex priuilegio Papæ, iux. tex. in cap. Abbates, de priuileg. in 6. Quod intellige, nisi Episcopus sit præsens; quia eo præsente, & contradicente non debet facere, c. minister, 26. quæst. 6. alias sic, cap. ecce, distin. 95. Sed quid si Romanus Pontifex concederet priuilegiũ simpliciter benedicendi populum? Dic quòd restringitur tantũ ad Ecclesias sibi subiectas, facit quod notatur in c. de Monachis, de excess. prę lat. lib. 6. glo. in d.c. Abbates.

159 Postremo si Abbas benedixit † uestes sacerdotales, calices, patenas, & cruces: Cum hęc nullo modo eis de iure communi concedantur; nisi ex priuilegio Pontificio, vel consuetudine, vt not. Docto. & Card. in clem. 2. §. statuimus, de statu Monach. Multa alia ad hanc materiam attinentia diximus dispersa diuersis in locis in nostris Decisionibus, ut in lib. 1. cap. 10. & 12. & 13. cap. 20. & 23. & lib. 2. cap. 24. vbi de voto religionis, & cap. 27. de votis à Religioso emissis, & cap. 31. & cap. 35. & cap. 37. de ieiunio. & cap. seq. de sacra Communione, & cap. 39. cum multis seq. circa sacrificium Missæ, & cap. 49. de explica. cano. Si quis suadente, & de horis canonicis, cap. 50. cum multis seq. & cap. 58. circa obedientiam, & cap. 68. de scandalo, & 69. de correctione, & cap. 77. & 78. de ornatu, & delectatione morosa, & de pollutione nocturna, cap. 87. & cap. 96. & seq. de simonia, & cap. 121. de ludo, & cap. 125. de gabellis, & capit. 137. & seq. de detractione, vsque ad 144. Item lib. 4. agitur de censuris, & irregularitate, quæ omnia pertinere possunt ad Religiosos, & præcipuè cap. 20.]

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis si clericum bonis priuat, latro, si occidit, homicida est.*

2 *Subditum esse alicui, & personam alteri pra-*

praeesse contingere potest pluribus modis.

3 *Iuris ignarus, an iudicandi munus suscipere possit, & quando à restitutione excusetur*

4 *Iudex cum grauibus peccatis iudicans, an, & quando peccet mortaliter.*

5 *Iudex secundum allegata, & probata iudicare debet.*

6 *Iudex sola scientia priuata de delicto, negatis defensionibus, aliquem de medio tollens, tenetur de omni interesse, & peccant etiam executores sententiæ.*

7 *Iudex quando interrogando reum de complicibus peccet, & quibus casibus, & quomodo interrogare debeat.*

8 *Iudex reum accusatum de vno delicto, non potest de alio occulto interrogare, nisi in duobus casibus.*

9 *Ad punitionem, seu inquisitionem delicti, quod iudex per iniuriam extorsit, procedi non potest. limita multis modis, vt num. seq.*

11 *Iudex, an possit pœnam remittere, commutare, vel augere. amplia duobus casibus, num. seq.*

13 *Iudex ob sententiam iniquam, ad quæ teneatur; etiam accepta pecunia.*

14 *Iudex prohibens subditos, ne emant, vel vendant ecclesiasticis, est excommunicatus.*

15 *Iudex si omisit condemnationem expensarum in sententia, tenetur de suo.*

16 *Lata sententia diffinitiua iudici non licet aliquid reuocare. limita in interlocutoria.*

17 *Acceptio personarum in indicio, an fieri possit.*

De Iudicibus. Cap. VI.

PRimum, si nullam habens authoritatem, vel alienam vsurpans eum iudicat, qui sibi subditus non est.

1 Vt si † iudex secularis in causas clericorum se ingerat, quia etiam si à iure excõmunicatus non esset, ipso facto lethali macula commacularetur, & si clericum bonis priuat, est latro. Si occidit, homicida, Sotus, de iust. & iu. lib. 3. quæst. 4. artic. secundo.

2 Subditum † vero vnum esse alteri quatuor modis contingit. Primo ordinariè, veluti illi, qui per se potestatem habet, sicuti omnes Christiani subduntur Papæ, & in secularibus totum regnum Regi. Secundo modo per potestatem legatam, sicut prouincia Proconsuli subiicitur, & ciuitas Prætori. Tertio per spontaneam alterius iudicio submissionem, vt illius, qui arbitrum eligit, & qui iudiciũ, quod retractare posset, subire maluit. Quarto si aliquis in alieno territorio, & districtu delinquat, vel alia via alienam iurisdictionem subierit, Sotus de iust. & iu. lib. 5. quæstio. 4. art. 1. vltima conclusio. [Rursum persona dicitur personæ præesse quinque modis. Primo modo. s. officio, dist. 20. in nouo. Secundo modo vitæ merito, 11. q. 7. capit. Beati. Tertio modo ordine, 93. dist. cap. à subdiacono. Quarto modo administratione, vt Archipresbyter Archidiacono, de offic. Archipresbyt. cap. 1. Quinto modo consecratione, vt Episcopus omnibus. 21. dist. cap. 1. Et hæc prælatio consistit in tribus. In iudiciis, 21. dist. cap. inferior. In præceptis, eadem dist. cap. omnes. In sacramentis, eadem dist. c. denique.]

3 Secundum. Si ignarus † iuris, vel aliàs indignus, & insufficiens procurat, vel suscipit officium iudicandi: quia mortaliter peccat, nisi fine bono, & animo utendi consilio peritorum in casibus necessariis; & probabiliter credit id se posse facere, Nauar. capitu. 25. num. 12. & 23. nume. 15. [Quod si iudex per imprudentiam assessoris male iudicauerit, erit iudex excusatus, si simplex erat, & habuit bonam conscientiam, nec fuerit in culpa eligendo assessorem, qui bonus, & sufficiens cõmuniter putabatur: nam tunc in culpa erit assessor, qui præcipuè eligitur propter scientiam, vnde ipse, & non iudex ad restitutionẽ tenetur, l. 2. ff. quod quis iuris. Ad idem Instit. de oblig. quę ex quasi delicto nasc. in princip. & glos. in d. l. 2. Assessor autem is dicitur, quem

quem ille, qui potestatem iudicandi habet, sibi associat, ut sibi in causa assistat, & ut eum ad causam rectè decidendam instruat, C.de assess. l.1.notat Archidia. in capit. statutum, §. assessorem, de rescrip. in 6.]

4 Tertium, si iudicat † existens in grauibus peccatis, nam tunc si prælatus est spiritualis,& peccatum est mortale manifestum, peccat mortaliter, ratione scandali in cordibus aliorum: aliàs secus si est in peccatis mortalibus occultis, & ex humilitate utitur officio suo in iis, quæ non ordinis,sed iurisdictionis sunt, ita D.Thom.2.2.quæstio.60. articu.2.ad secundum.

5 Quartum. Si secundum † suam conscientiam per priuatam scientiam iudicaret, & absolueret quem scit certo innocentem iuris ordine non seruato, nam peccat, verbi gratia, si absolueret quem certo scit innocentem, qui tamen secundum allegata, & probata esset morti adiudicandus: & ratio est, quia debet sententiam pronunciare, secundum allegata, & probata, D.Tho.2.2.q.67.art.2.ad primum, & quartum,& est communis. Sotus lib.5.q.4.art.2. Debet tamen facere, quod potuit pro veritate indaganda, & ne de illo casu iudicaret, diuersis vtendo subterfugiis, quibus non iuuantibus debet innocentem condemnare,ut etiam inquit Nauar.c.25. nu.9.

6 Quintum. Si sola † scientia priuata de delicto commisso ab aliquo non concessa illi defendendi facultate, veneno, aut alio genere mortis interfici iubet, vel beneficiis, officiis, honoribus, aut aliis bonis ad nutum non amouibilibus priuat; quia peccat mortaliter, & tenetur de omni interesse, Nauar.qui supra.

Sextum. Si executores sunt aliqui talium mandatorum, peccant mortaliter, quando manifestam iniustitiam contineret sententia, aliàs si dubiam,excusantur propter obedientiæ bonum,23.q.1. quid culpatur. quia iudicis sententiam discutere non debent,Sylue.in verbo, iudex, 2. §. sexto.

7 Septimum. Si † reum, qui proprium delictum fassus est, interrogat de complicibus, nam non potest, cap.cum Monasterium,de confess. cap.ueniens,de testibus, cap.nemini, 15.q.3. nisi essent in crimine læsæ maiestatis rei, uel hæresis, dicto cap.cum Monasterium,& l.repeti, ff. de quæsti. vel publici latrones, & falsam monetam cudentes, Bart. in d.l.repeti. & tunc non nominatim sunt interrogandi, an sint illi, uel illi, sed generatim. Et quando omittit interrogare,cum debet, peccat mortaliter, quia præiudicat notabiliter Reipublicæ, cuius interest delicta puniri, l.ita vulneratus, ff.ad leg. Aquil. tunc autem debet interrogare, quando aliqua fama, vel indicium, vel legitima præsumptio dictat reum habuisse socios,Sylu.in verbo, indicium, Nauar. cap.18.nu.59.

8 Octauum. Si reum † diffamatum de vno delicto interrogauerit de aliis occultis: quia non potest, cap.inquisitionis,de accusat. nisi in duobus casibus. Primus, quando vnum est sufficiens indicium, aut infamia alterius, vt si quis infamatus esset, & conuictus de adulterio, & postea inuenitur necatus illius mulieris maritus in cubiculo eius, iure tunc posset adulter interrogari de homicidio. Secundus,quando iure cognosci vnum crimen sine cognitione alterius tanquàm circunstantiæ prioris non potest. Vt cum quis conuictus est de consuetudine cum puella, iure interrogari potest, an ipsam deflorauerit, & conuictus de furto Ecclesiastico, an fregerit fores Ecclesiæ, Sotus,de rat.tegen.q.6. prima conclu. quintum dubium.

9 [Sed quid † si iudex iniuria extorqueat à subdito delictũ occultum, verbi gratia, graui metu, vel tormẽtis,an possit procedere ad punitionem,vel inquisitionem? Respon. Sotus, de rat.teg. memb. 3.q.1. conclu.5. quòd non, quamquam reus manifestet testes, per quos posset cõuinci: & ratio est, quia quicquid ex iniuria iudicis manat, iniustum est, vnde cũ cognitio criminis fuerit iniusta,quicquid

quid

quid inde procedit, eſt iniuſtum, atque ideo caſſandum,& irritandum. Fallit in
10 duobus caſibus. † Primo, ſi iudex leuiter minaretur tormenta ſubdito,niſi crimen proderet: quia ſi tunc ſubditus crimen proderet,tunc non tam cenſetur iudex extorſiſſe, quam reus liberè propalaſſe. Secundo,ad euitandum graue ſcandalum: vt ſi iudex per grauiſsima tormēta extorſiſſet à reo crimen occultum, ut pote fędiſsimum, vt grauiſsimum inceſtum,aut peccatum contra naturā, quod per confeſsionē ipſius rei eſſet iam publicum,& certiſsimum omni populo: quia in his duobus caſibus ſub dubio reſpondet Sotus,qui ſupra, poſſe iudicem procedere ad punitionem,ad ſedandum ſcādalum. Verum ſi non iudex,ſed ălia perſona per iniuriam extorſerit crimen: Exemplum, Petrus ſecretò occidit hominem, & filius occiſi ſuſpicatus Petrū fuiſſe occiſorem,tormentis,& minis extorſit ab eo confeſsionem, & teſtes,quibus poſſet conuinci, & tandem eum defert ad iudicium, tunc poteſt iudex procedere: quia nihil ſua intereſt, quomodo alter extorſerit confeſsionem. Sotus, qui ſupra.]

11 Nonum. Si fecerit † iniuſtam pœnæ remiſsionem, quod graue peccatum eſſe ſolet,licèt in pecuniariam commutetur. An autem poſsit pœnam augere? dic ꝙ ſic ad aliorum terrorem, ut quia aliquis pronus eſt ad delinquendum:nam ut ait text.in l.aut facta.§.fin.multis graſſantibus opus eſt exemplo, Sylu.in verbo,Iudex.1.q.11. verſic. 3. Vbi etiam quærit, An poſsit iudex relaxare pœnam. & cōcludit,ꝙ ſi eſt iudex ſupremus, vt princeps,quòd ſic. Stantibus duobus, ut expediat bono publico illam relaxare, & offenſus aſſentiat. Sed inferior nullo modo poteſt. Si vero pœna exigitur pro bono priuato, tūc vterque iudex ſuperior, & inferior poſſunt reo conſentiente. [Rurſum cum crimina ſint ſecundū proportionis menſuram punienda,quod cōtingere poteſt ratione loci,temporis,perſonæ,& quantitatis:hinc quem admodū iudex poteſt proprio iudicio legis pœnā augere,ſic & minuere,l.quid ergo.§.pœna grauior, ff.de his, qui not.infa.c. vlt. de tranſactio. Abb.in capit.3. de pœnis.
12 Etiam † ſi lex certam pœnam appoſuerit,ſtatutis dictionibus,pręcisè, omnino, & ſimilibus.Hoſt.& Io. And. & Doct. in cap.qualiter, el ſecondo, de accuſat. vbi Aret. eam ſequitur dicens hanc opinionem communem eſſe, etiam ſi iudex ſit eius conditionis, qui ſuper eo crimine diſpenſare non valeat, quos præfati Docto.ſentiunt,quibus non obſtat gloſ. in cap.3.de pœnis,quæ aſſeuerat iudicē, qui non poteſt ſuper eo crimine diſpēſare minimę poſſe pœnam diminuere à lege ſtatutam. Quia id verum eſt, poſtquam fuerit ſecuta ſententia condemnationis, ſecundum Abb. in d. cap. 3. non autem ante,l.1.ff.ad Turpil. Aliud enim eſt diſpenſare ſuper eius crimine,& eius pœna,aliud rigorem legis pœnalis ex aliqua cauſa minuere,ut ſenſit Innocen.in cap.dilectus, de tempor. ordin. Cauſas vero,quibus iudex perſuaderi poteſt ad pęne legalis diminutionem, aut commutationem tradit elegāter Luc.de Pęn. in l.1,C.de collo.illyric.lib.11.]

13 Decimum. Si ſciens, † aut ſcire debēs iniuſtam ſententiam fert,aut iuſtam ferre negligit odio,precibus,metu, vel alia de cauſa:quia peccat mortaliter,& tenetur ad reſtitutionem nō ſolum principalis, ſed etiam impenſarum,damni, & intereſſe, Nauar.cap.25.nu.12.

Vndecimum. Si pecuniam accipit, vt bene,vel male iudicet,aut iudicare omittat, mort. peccat cum obligatione reſtituendi,vt ſupra, & etiam id, quod accipit, ſi pro bene iudicando acceperit.

Decimumſecundum. Si per negligentiam ſtudendi aliquis amiſerit cauſam ſuam,ſatisfacere tenetur.

Decimumtertium. Si negligens eſt in iudicando notabiliter pupillos, peregrinos, viduas, vel alias miſerabiles perſonas.

14 Decimumquartum. Si ſubiectis† prohibeat ne emant, aut vendant ab Eccleſiaſti-

siasticis personis, peccat mortaliter, & est excommunicatus, Nauar. capitu. 25. nume. 16.

Decimumquintum. Si publicè remuneratus aliquid à partibus exigit, mortale. Idem de delegato à partibus: quia non nisi moderatas expensas in causa sibi commissa, secundum Doctor. accipere potest.

Decimumsextum. Si aliquam partem contra ius grauauerit. Si appellationes
15 legitimas non admiserit, uel † omiserit facere condemnationem expẽsarum, de suo dare tenetur. [à condemnatione tamen expensarum excusatur uictus, quãdo habet iustam causam litigandi, no. gl. & Doct. in cap. finem litibus, de dolo, & contumac. per Barto. in l. si quis infitiatus, ff. depos. per Iaso. in l. qui solidum. §. etiam, ff. de legat. 2. vbi melius, quàm Lanfrancus in tract. de expens. col. 1. & 2. ponit multa exempla, quando quis dicatur habere iustam causam litigandi. In multis tamen casibus potest fieri expensarum cõdemnatio absque iusta causa. Primus, quando inter partes esset cõuentum, ut uictus in causa solueret expensas, Iason in l. properandum. §. fin autem alterutra, col. 2. C. de iudic. Secundus, quando in loco, in quo viget statutum, quòd uictus uictori condemnetur in expensis, Iason qui supra, 3. colum. Tertius, in causa appellationis, quia succumbens in ea, semper debet cõdemnari in expensis. præsumitur enim non habere iustam causam, cum contra se habuerit primam causam, Hipp. in l. patre, uel marito, ff. de quęst. col. 4. Quartus, in expensis, quæ debentur ratione contumaciæ, quia in eis non defendit iusta causa, Iason ubi supra, col. 4. Quintus, quando quis succũbit in aliqua interlocutoria, quia tunc indistinctè condemnatur in expensis, Iason d. col. 4. Sextus, in sportulis, quia ad illas tenetur aduersarius, licèt iustam causam habuerit, Iason post Barto. in l. fin. col. ult. C. de fruct. & lit. expens. Hippol. qui supra, colum. 8. 9. & 13.]

Decimumseptimum. Si sine legitimis indiciis, uel modis indebitis, uel nimis crudeliter aliquem fecerit torqueri, mortaliter peccauit.

Decimumoctauum. Si carceratos nõ uisitat, debet enim uisitare, & curare, ut necessaria habeant. l. tertia, C. de Epis. audi. & quem uidet ad nullius instantiã, uel sine debita causa retentum, potest ex mero officio liberare, ita Barto. in l. si quis uxori. §. fugitiuum, de furt. Sylu. in uerbo, carcer. §. 7.

Decimumnonum. Si prouinciam malis hominibus non purgauit cum posset, mortaliter peccat.

16 [Vigesimum. Si † in sentẽtiis diffinitiuis aliquid iudex reuocauerit, nam nõ licet: semel enim est functus officio suo, de offic. delega. in litteris. l. Paulus, & l. iudex. ff. de re iudic. quod secus esset in interlocutoriis, ff. de re iudi. quod iussit. nisi sit sententia Papæ, quæ si esset per obreptionem obtenta, per ipsum mutari potest, 35. quæst. 8. cap. siue ante. Similiter cõstitutiones mutare potest, ff. de leg. non est nouum, Inno. in cap. nosti, nu. 2. ext. de elect. uide Ripam in l. quod iussit, colum. 10. cum duabus seq. ff. de re iudic. ubi ampliat iudicem non posse reuocare sentẽtiam diffinitiuam octo modis, & limitat nouem modis.

17 Vigesimumprimum. Si in † iudiciis facit acceptionem personarum, extra de regu. iur. c. cum in iudiciis, & c. 1. Deut. Nulla erit distantia personarum, quod intellige de exhibitione iustitiæ, ut C. de fruct. & lit. expe. l. fi. & C. ubi Senat. uel clar. l. 1. in fin. secus de exhibitione honoris, quia tunc in iudiciis plus honoratur unus secundum dignitatem, quàm alius. C. vbi Senat. l. 3. §. sedendi, & C. vt dignit. serue. lib. 10.]

SVMMARIVM.

1 *Carceratus iniustè potest in foro conscientiæ, etiam fractis carceribus fugere, & quid de iustè incarcerato, nume. seq. & nu. 3. & nu. 10.*

Con-

4 *Consanguinei carcerati possunt ei consulere, vt fugiat, porrigere instrumenta ad id non possunt.*
5 *Damnatus iustè ad mortem, non peccat, si cum possit, non fugiat, & quare.*
6 *Cooperantes fugienti, vt liberetur, ne capiatur à ministris iustitia, non peccant, secus author fuga ei, qui est in carcere; num. seq.*
8 *Fugere licitè potest, qui quaritur, vt capiatur.*
9 *Fuga non probat delictum, fallit in multis casibus.*
11 *Reus carceratus socios, quos perseueraturos in delictis credit, denuntiare tenetur.*
12 *Reus nec infamia, nec indiciis laborans si interrogetur de lesa maiestate, vel de heresi, non tenetur se ipsum prodere, & quare, nu. seq.*
14 *Reus non potest cogi à iudice crimen fateri, quando an interrogetur iure probabiliter dubitat, nu. seq.*
16 *Reus pracedenti infamia, indiciis, vel semiprobatione, an teneatur se ipsum prodere, interrogatus iuris ordine seruato.*
17 *Confessarius, nisi reum manifestissimum sit cogi à lege ad fatendum delictum, non debet ad id reum cogere, & qua obseruanda hac in re.*
18 *Reus inique interrogatus, an crimen suum fateri teneatur, & an ei liceat mentiri.*
19 *Iudex tribus concurrentibus iuridice interrogat reum.*
20 *Iudex, qui reo non notificauit indicia, an sine peccato interrogare valeat de crimine.*
21 *Iudex de crimine habito per viam accusationis, an possit reo facere generales interrogationes.*
22 *Promissio liberationis reo facta si fatetur delictum, an obseruanda, vel confessio sit irrita.*
23 *Iudex, qui iniuria à reo extorsit crimen, an possit procedere ad punitionem, vel inquisitionem.*
24 *Reus ex sua negatione si sequatur infamia accusatori, an teneatur se retractare.*
25 *Reus negata veritate post quastionem absolutus in foro anima non tenetur ad pœnam.*
26 *Reus appellans à iusta sententia mortaliter peccat.*

De reis in carcere detentis. Cap. VII.

1 PRimo. Communiter † receptum est iniustè captum posse absque vlla peccati labe à carceribus fugere, data sibi fugiendi opportunitate, quod notatur in l. uis eius, C. de probat. Quinimmo potest vi fores carceris, vel parietes infringere, & fugere impunè, ita Paris de Put. in trac. syndic. in §. carcerem, quem est secutus Ripa in l. admonendi, num. 171. de iureiur. Immo hoc potest facere in foro conscientiæ, etiam si inde custodi detrimentum aliquod contingat. Et si mortem aliter euadere nequiret, custodes tutè interficere poterit, ita latè multorum authoritatibus firmauit Didacus, lib. 1. variar. resolut. cap. secundo, nume. 12. Boer. q. 215. num. 32. Grammat. conf. 51. num. 5. 6.

2 Quod si † iustè captus sit damnatus ad mortem, vel aliam corporis pœnam, tunc etiam fugam arripere poterit, ita D. Thom. Caiet. 2. 2. quæst. 10. 69. artic. 4. ad secundum, Archid. in capit. cum homo, 23. quæst. 5. Sylu. in uerbo, fugere, nam nulla lege tenetur in carcere manere, nec agere quicquàm, ex quo sequatur mors, sed tantum à iudice illatam mortem pati, & inferenti non resistere, facit text. in l. 1. ff. de bon. eor. qui sibi mor. consci. Hinc non potest iniicere manus in iudicem, uel ministrum, aut litigare, vel os obstruere ne clamaret: quia hoc esset resistere, potest tamen cōpedes rumpere, ac infringere seras, & perforare murum, qua se uia eripiat: cui enim fugere licet, iustum subinde fit & se ab impedimentis citra uim expedire, Caiet. 2. 2. q. 69. artic. 8. Sotus lib. 5. q. 6.

3 art. 4. de iust. & iure, qui asserit, ꝙ † tantum tenetur in conscientia de damno dato, quod in effractione carceris, & vinculorum consistit, & insuper ad restitutionem damni, quod Reipublicæ, vel priuatis fuit illatum pro dicta effractione; cum alii pro criminibus, vel ære capti alieno, & carcere fugerent, Couar. lib. 1. variar. resolu. cap. 2. in fi. Et hæc conclusio procedit etiam si sciret infringendo feras, &c. occlusos alios secum exituros: nam ipse suo utitur iure, cui cura non incumbit custodiendi alios, Sot. lib. 5. q. 3. artic. 4.

4 Vbi etiam † quærit, an possint consanguinei, uel amici damnati porrigere limam, vel aliud instrumentum. & dicit quòd non, licet possint illi consulere, ut fugam arripiat.

5 Sed an iustè † captus in carceribus pro crimine digno pœna mortis, vel ad eam pœnam æquissimè damnatus, possit absque peccato, & data fugiendi opportunitate in carcere manere. respond. ꝙ sic: & ratio est, quia quidam sunt actus directè, & immediatè tendentes ad mortem, & quidam indirectè, & mediatè, & ex accidenti ad mortem sunt opportuni, & proximi. Primi quidem actus sunt se ipsum gladio, uel haustu veneni, uel inedia, vel fame occidere, & hi nulla ex causa possunt esse liciti, sed semper illiciti, mortale crimen inducentes, ex cap. si nō licet, 23. q. 5. D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 5. Secundi vero actus, cum immediatè nō vergant in crimen, possunt sanè ex aliquo bono fine esse liciti, huiusmodi est manere in carcere, & non fugere etiam data fugiendi opportunitate, quando sit captus pro crimine digno mortis: nam hic actus licet sit periculosus, idest, non fugere, & ex eo verisimiliter mors expectetur, poterit nihilominus fieri ex ea causa, ut Reipublicæ fiat delicti satisfactio, eiusq; punitio sit in aliorum exemplum, vt à similibus abstineant sceleribus, ita Couar. libro primo, varia. resol. capit. secundo, nume. 8. circa finem, & num. 9. vers. 6.

6 His etiam † adde tria: & primo, quòd cooperantes fugienti, ut antequam capiatur à iustitiæ ministris liberetur, non peccant, quoniam nec ex obligatione sui officii, nec ex mandato Regis, nec alterius superioris; nec ex qualitate debiti prohibetur, & creditur, quòd sine iudicio, sine carcere, & sine pœna temporali resipiscet à peccato, Couar. qui supra, Nauar. c. 17. nu. 103.

7 Secundo, † quòd qui fugæ author est, soluendo, aut solui faciendo aliquem debitè coniectum in carcerem ob delicta, peccat mortaliter, cum obligatione restituendi debita creditori, etiam si misericordia motus id faciat, nisi debitor sit adeo pauper, ut neque per se, neque per alium probabiliter soluere possit: quia quemadmodum ipse soluendo, & fugiendo non peccat, ita nec alius, qui fugæ author est. Quinimmo nec tenetur ad compensandum damnum, quod inde custodi carceris eueniet, Caieta. 2. 2. quæst. 69. articu. 4. cum illud damnum patiatur ex culpa sua, & negligentia in custodiendo oscitanter carcerem, Nauar. qui supra, num. 101.

8 Tertio, † quòd licitè fugere potest, qui quæritur, ut capiatur iustè, siue iniustè, cum voluntate satisfaciendi tantum quantum conscientia recta dictat.

9 [An vero fuga † probet delictum. dic quòd non, probat tex. in l. lex Cornelia, ff. ad Syllan. l. 1. §. sin autem, C. de rapt. virgin. & §. suscepto, in Auth. de exhib. reis, colla. 5. & in l. raptores, C. de Epis. & cler. Quam regulam limita multis modis, ut per Felyn. in cap. nullus, de præsumpt. per Hippol. in repeti. rubr. C. de proba. colum. 4. Et primo in officiali notato de barataria fugiente pendente causa; quia tales habentur pro confesso, per tex. quem plures Docto. commendant, ut inquit Hippol. in l. consiliarios, C. de assess. qui tamen tex. rectè considerāti non facit ad rem, ut inquit Iason in l. admonendi, col. 17. ff. de iureiur. Secundo fallit, quando famulus fugit, & reperiuntur amissæ res domini: quia ex hoc uidetur

detur quòd famulus illas subtraxerit, ita glo. no. à Iasone cõmendata vbi supra, in Auth. de exhib. reis. §. si vero. in verbo, factum. Tertio fallit, quando quis aufugit fractis carceribus, quod secus esset si carcere aperto, vel de palatio prætoris, quãuis ibi fuisset vna camera assignata. Ita Iason in d. l. admonẽdi, vbi refert Bal. Alber. & Ludou. sic tenere. Vel si post fugam quis denuo esset incarceratus, licet inuitus, quia tunc fuga prior non sufficit ad condemnationem, Iason, qui supra, allegat Bart. in d. l. raptores. Sed bene facit inditium ad torturam, quod intellige, ut faciat inditiũ ad torturam, nisi fugiat postquàm est accusatus, vel inquisitus, vel post talem inquisitionẽ stat occultus, quia tunc non facit contra eũ inditium, ut per Hippol. in sua pract. crim. §. diligenter, col. 8.]

Rursum sciendũ est ex eodem Caiet. art. 4. q. 69. vers. Ad secundam dubitatio
10 nem. nequaquam † iustè capto licere à carceribus fugere, et si quid agere possit absque effractione, vbi iudex eum condemnauerit ad ipsius carceris pęnam tẽporalem, vel ad vitam. Hæc enim pœna habet eam conditionẽm, ut damnatus illam subire teneatur, etiam in animæ iudicio, sicut idem est de pœna exilij, vel relegationis, Couar. lib. 1. variar. resolu. cap. 2. nume. 4.

11 Secundo reus † in carcere detentus, qui et non interrogatus contra se cõfessus est, debet declarare suos socios, quos iustè credit preteritorum non pœnitere, immò paratos esse ad noua scelera committẽda, quinimmo Cõfessarii eiusmodi reos monere debent, vt tales socios denũtient, quod si non fecerint vtpote impœnitentes, non sunt absoluendi, Sotus de rati. tegen. q. 6. vlt. dub. quarta conclus. vers. immo. Nauar. c. 18. nu. 58.

12 Tertio. Reus † occultus, qui non laborat nec infamia, nec indiciis, si fortè interrogatur de crimine lęsæ Maiestatis, aut hæresis, vbi non tanta requiritur solemnitas ad inquirendum, quia, v. g. notum est crimen hæresis, aut læsæ Maiestatis, & interrogantur ciues, & fortè ipse sceleris patrator, an teneatur confiteri, cum nulla laboret infamia. Respondetur quantumcunque sint crimina aduersus Rempublicam, non tenetur reus prodere seipsum, si non laborat aliquibus indiciis, vel infamia, aut coniecturis, quæ ipsum propriè insinuent, licet forsan nõ requirantur tam manifesta, quàm in criminibus priuatis, conclusio est D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 2. & ratio est, quia iugum Domini suaue est. res tamen esset grauissima obligare quempiam, vt absque infamia, vel indiciis seipsum prodat. Et ita intelligitur illud Chrysostomi: Non tibi dico, vt te in publicum prodas, c. quis aliquando, de pœnit. di. 1. immo id videtur contra ius naturæ, nam id perinde esset obligare aliquem, ut seipsum occideret, Sotus de rati. tegen. q. 7. memb. 2. secunda concl. vers. sed oriuntur.

13 Quod quidem † dictum multo magis procedit, quando in edicto publico iubetur, absque eo, quod perueniatur ad interogationem rei, immò etiam si delictum esset manifestum, delicti autem patrator sit occultus. s. notum est incendium loci sacri, ignoratur autem author, tunc non potest pęna excommunicationis compelli ad se manifestãdum, sed bene tenetur ad debitam restitutionem faciendam, Sylu. in uerbo, correctio. q. 8. in fine. & q. 9. Nauar. c. 17. nu. 100. ubi inquit Sylue. ꝙ non tenetur reus prodere seipsum, nisi sit infamatus, uel semiconuictus, & ita intelligitur tex. in cap. quidam. 5. quæst. 1.

14 [Quarto. Testis, siue reus † quotiescũque probabiliter dubitat iuris ordine seruato interrogetur, an iniuria, in delictis priuatis, non peccat non respondẽdo iudici. Exemplum, inquirit iudex aduersus homicidam, uel furem, uel in quẽuis alium reum priuati criminis, & dubium est probabile pro utraque parte, sit ne infamia, aut inditia, quibus legitimè possit inquirere, ita ut interrogatus habeat animum suspensum, adeo ꝙ in neutrã partẽ pendeat: Cuius ratio est, quia est regula

omnium receptissima, ꝙ in dubio sequẽda est pars tuta, ꝙ si neutra fuerit tuta, illa potius eligi debet, quæ minus est periculosa. Ad propositum non obedire iudici, casu, quo inquirit ad vindicandum priuatum homicidiũ, aut furtum, est peccatum mortale, sed grauius est hominẽ iniustè occidere: ergo cũ neutra pars sit tuta, est eligendũ id, ꝙ minus habet periculi, iux. tex. in c. duo sunt, dist. 13. scilicet nõ obedire, quàm hominem ob sui testimonium iniustè occidere. Quod si examinatus ignorans hoc, ꝙ non esset respondendum: quales sunt ferè omnes plebei, tunc cum ignorantia sit inuincibilis, excusatur. Quod secus esset, si vincibilis esset.

15 Rursum si † examinatur reus, vel testis de crimine, ꝙ publicam cõcernit vtilitatem, ut de crimine hæresis, &c. & tũc cum minus periculum sit in re dubia, ut priuata persona occidatur, q̃ si Reipublicæ dãnum detur: tali casu tenetur in dubio respõdere. Ita tenet Sotus lib. de rati. teg. q. 2. memb. 3. Verum quando testis, vel reus nõ tenetur respondere, potest se defendere, aut appellando, aut tacendo, ostẽdendo in promptu per iniuriam interrogari, vt colligitur ex S. Th. 2. 2. q. 69. art. 1. Si modo id facere possit absque eo, quod generet vehementem suspicionem criminis, aliàs obseruet, quod diximus supra, c. 7. & infra num. 18.]

16 Quinto. Reus † vbi primum sibi notum fuerit iuris ordine interrogari, idest à legitimo iudice, & secundum formam idoneam iuris, tenetur sub reatu lethalis culpæ crimen suum patefacere, etiam si merito ob eãdem confessionem esset in mortem recipiendus, & si negat, nullatenus est in foro animæ absoluendus, v. g. Homicida, aut latro est in vinculis, & flagrat infamia, aut sunt indicia manifesta, aut semiprobatio, si proceditur via accusationis, idest, sit vnus testis omni exceptione maior, & petitur ab illo confessio, nõ potest absolui, antequàm veritatem palam cõfiteatur: & ratio est, quia perseuerãs in peccato nullatenus est absoluendus, sed legitimè interrogatus nõ respondens secundum formam interrogationis est in peccato, quia implicat contradictionem, quòd quis sciat se iuridicè interrogari, & tamen quòd non teneatur respondere, ergo huiusmodi homo non est absoluendus.

17 Hoc † tamen consilio debet Confessarii considerata maturitate vti, & ideò nisi meridie clarius lex illos cogat, non sunt miseri à Confessario cogendi ad veritatem aperiendam, maximè in causa capitis, honoris, aut famæ, dum ex altera parte non agitur de tãto periculo alterius tertiæ personæ, sed prius debet rimari, an iudex legitimus sit, an reus aliquo sit priuilegio exẽptus, vt quia clericus, an denique plene cõstet cuncta legis merita sint seruata, Sotus de inst. & iure, lib. 5. q. 6. artic. 2. colum. 5. nam si iudex sit legitimus, cunctaq; legis merita sint seruata, idest, quòd delictum sit notoriũ, famosum, aut semiplenè probatũ, quod contingit, quando vnus est testis omni exceptione maior, aut vnum indicium, aut plura illi æquipollentia, item quòd probatio sit posita in processu, denique ꝙ sit reo manifestata, quo videat se ad obediendum mandato iudicis teneri, tunc nullo modo est à Confessario absoluendus, nisi illud proponat confiteri, Nauar. cap. 21. nu. 35. vsque 37.

18 Sexto. Licet † iniquè interrogatus iuris ordine non seruato, vel à iudice non suo, qui ius interrogandi non habet, non teneatur crimen suum fateri, etiam si esset iuratus; & si coactus responderit, iustè, & sine vitio valeat ipsum iudicem verbis ex communi significatione ambiguis fallere, idest, dicendo aliquod falsum apud sensum iudicis, & apud suum verum, mentiri autem nullo pacto debet, alioquin peccato subditur, sicut docetur eleganter in capit. si quis, & capit. primum, 22. quæstio. 2. D. Thom. 2. 2. quęst. 69. artic. 1. quod tamen peccatum non erit mortale, cum non sit contra iustitiam, nec in iudicio vero, Syluestr. in verbo, Accusatio, q. 13. & in verbo, Cõfessio.

fessio. 1.q.1.in fi. Sotus lib. 5.q.6. artic.2. 7.conclusio

19 Septimo. Iudex† in tribus casib. reum iuridice interrogare potest, & ille tenetur respondere, primo si infamia præcesserit super aliquo crimine, quod est, quã do rumor est dilatatus per maiorem partem uiciniæ, collegii, aut uniuersitatis, glo.in cap.inquisitionis, de accusa. Non autem sufficeret qualis qualis infamia, nec frequens uox discolorum, sed requiritur, quòd aliqua apparuerint expresse indicia, aut probatio semiplena, D. Tho. 2.2.q.69.art.2. vel vnus testis omni exceptione maior. Secundo oportet quod iudex interrogans sit competens. Tertio, quòd reo sit notificata huiusmodi probatio, vt sciat in quo statu reperiatur, Nauar.c.18.nu.57.

20 [Octauo de iudice, qui reo † non notificauit indicia, quæ contra ipsum sunt, an illum possit interrogare absque peccato, dico multa. Et primum. Constat processum esse validum, si reo non sint tradita capitula, si non fuerit per ipsum opposita exceptio, cum videatur renunciare iuri suo, l. Pomponius, §.rati. ff. de procur. ita tex. in c.1.& 2.de accusat.in 6.

Secundum, dico quod tex. in d.cap.1. loquitur de cõfessionibus sponte factis super criminibus, non autem cruciatu extortis. Nam talis confessio (licet non fuerint data indicia reo) ualet contra eũ, 13.q.2. in princ.quia postquam sic confessus fuit, factum est crimen notorium, c.quæsitum, de cohabit.cler. vel mulie. Rursum licet communis sit opinio, vt danda sit copia inditiorum reo ante torturam, iuxta doctrinam Bart. in l. fin. q. penul.ff.de quæst.ob rationes, quas tradit Alex.cons.65.volu.1. col. 2. per tex. in l.unius, §. cogniturum. ff. de quæst. Si tamẽ iudex omisisset dare copiam indiciorum sine dolo, & bona fide, non credens se malæ facere, tenet Nauar. lib. 5.de accusat.cons.4.quod non peccauerit mortaliter, per doctrinam Inno. in c. per tuas, el secondo, de simon. vbi iudex, qui transgreditur legem humanam subobscuram, non peccat mortaliter. Sed dicta l. vnius, quæ videtur omnium probatissima, obscure id facit: immo in sensu directo solum probat id esse faciendum postulante reo: significans à contrario sensu non esse necessarium id facere, eo non petente, ergo. Immo inquit Nauar. ibi, quod licet iudex mereatur pœnam in foro exteriori, si fecerit torqueri reũ sufficienter indiciatum, non dando quæ contra ipsum sunt indicia, id tamen falleret quo ad forum conscientiæ, quando indicia vere coram Deo essent sufficientia, ad Hebr.c.4.c. Deus omnipotens, 2. q.1.& hæc intellige reo non petente.

Tertium. Iudex compellendo miserum reum metu tormentorum, aut dolosis promissionibus ad confitendũ, peccat, tum quando nulla erant inditia, tum quando erant, sed reus de illis non fuit certior factus, & probabiliter dubitabat iure, vel iniuria interrogaretur. Est enim contra ius naturæ, velle tali casu compellere, cum sic possit amittere, vel vitam, famam, aut bona, quæ omnia conseruare est de iure naturæ. Est etiam contra iura, & authoritates Sanctorum. vnde Crysostomus: Non dico tibi, inquit, vt te prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses, vt inquit tex. in cap. quis aliquando.§.1.de pœnit.distin.1. & in c. si omnia, 6.q.1.

Quartum. Potest iudex compellere reum crimen confiteri, antequã illi constet debeat ne respondere, vel non, quod intellige in leuioribus delictis: cum debeat subditus in illis iudici fidem adhibere, illi prorsus, quem nouit prudentem, & scientia præditum, Caiet. 2. 2. quæst. 69.art.1.vers.tertium. Sotus lib. 5. q. 6. art.2.col.5.

Quintum, in criminibus publicis, ut in crimine hæresis, capitula tradẽda sunt reo à iudice, si de hoc fuerit opposita exceptio. licet in hoc sit speciale, quod nomina testium non teneantur Inquisitores manifestare hęreticis, quando illis immineret periculum ab hæreticis, vel eorum consanguineis, verbi gratia mors

filiorum detruncatio, vel suorum parentum, vel deuastatio substantiæ ipsorum, aut his similia, c. fi. de hæret. in 6.

Sextum dico, quod si ex publicatione inditiorum immineret idem periculum, tunc in crimine hæresis nec debent reo ostendi capita, quæ contra ipsum sunt, argum. tex. in d. c. fi. Quem quidem textum amplio, vt procedat etiam in criminibus priuatis, si eadem ratio, quæ allegatur in d. c. fin. militaret in illis. Tum quia semper recurrendum est ad intentionem legislatoris, c. super litteris, sub fi. de rescrip. c. fin. de præb. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstrat. Sed intentio legislatoris, vt non ostendantur nomina testium in d. c. fin. fuit ad impediendа mala futura, ergo cum eadem ratio sit in aliis, idem ius statuendum est, l. illud, ff. ad leg. Aquil. Scilicet vt dum eadem ratio militare possit, procedat ille tex. Quare cum periculum possit imminere etiam in ostensione capitulorũ in criminibus priuatis, ergo dictum capitulum ad crimina priuata extendi debet, cum lex per similitudinem rationis extendatur ab uno ad aliud, l. non possunt, ff. de legib. c. dudum, 2. de elect. Et forte ob hãc causam mouentur iudices ad nõ ostendendũ reis inditia, qñ examinãtur, ad impediẽda multa mala, quæ cõtingere possent, quãuis dari soleãt ante torturã, secundũ communem consuetudinem.

Septimum, iudex, qui absque inditiis, vel semiplena probatione, aut infamia, iuxta tex. in cap. qualiter, 2. & cap. cum oporteat, & cap. inquisitionis, in fi. de accusat. interrogaret reum, vel cum inditiis, & iuris ordine seruato, sed ex prauo affectu, ira, atque odio reum interrogaret, peccaret mortaliter: nam nihil faciendum est ex odio, & ira, 3. q. 7. c. iudices. quia sæpè fit quod non licet, 5. q. 2. cap. relatum, in fi. & q. 5. c. qui ambulat, & fit illicitum, quod est licitum, c. illa. 11. q. 3. c. 1. de sent. excommu. lib. 6.

21 An uero † possit iudex super aliquo speciali delicto habito per uiam accusationis, vel denunciationis facere generales interrogationes reo. Dic quod sic, modo duo concurrant, quod delictum sit probatum modo, vt habetur in d. cap. qualiter. Secundo, vt fiant interrogationes ad finem inueniendi veritatem, arg. text. in cap. iudicantem, 30. q. 5. l. 1. ff. de interrog. actio. Card. in clem. sæpe. §. & quia, de verbo. signific. Item argum. tex. in c. si sacerdos, de offic. ordin. Hosti. in sum. vers. super quibus, de testi. Et hoc præcipuè, quando qui interrogatur, vt testis, esset suspectus, glo. in l. testium, vers. præsto. C. de testibus. Ad quod facit dictum Bal. in l. fin. in fi. C. de testib. vbi inquit, quod iudex debet conari capere in uerbis, suspectos, vt etiam notanter, & latè de insidiosis interrogationibus tradit Alex. cons. 91. colum. penul. & fi. volum. 4. Immo Bar. in l. de minore. ff. de quæsti. inquit, quod potest iudex fingere se facere quod non vult, vt videat quem actum faciat examinandus, & qualiter se gerat, c. afferte, de præsump. vt latè diximus in quodam nostro consilio.

22 Octauum. Iudex, † qui reo promittit liberationem, si fatetur delictum, si hoc facit nomine Principis habita licentia à Principe ita promittendi, vel Princeps est, qui promittit, tenetur promissum in utroque foro seruare, per tex. in l. relegati. ff. de pœnis. l. epistola inter claras, C. de sum. Trini. vbi dicit tex. quod nihil est, quod magis præfulgeat in Principe, quam recta fides, facit tex. in l. conuentionum, ff. de pact. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo, cap. decet. de reg. iur. in 6. In iudice vero fateor promissionem non tenere: quia nec etiam potest promittere, licet sit persona publica, cũ talis promissio sit contra ius publicum, facit tex. in l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. cap. vt famæ, de sent. excommu. Fely. in cap. afferte, de præsump. in cap. accedens, 2. ut lite non contest. Dec. in l. ea est natura. ff. de reg. iur. Et quod dixi de reo, idem dic de testibus, per ea, quæ tradit Bart. in l. 1. in princ. ff. de sicar. in l. 1. ff. de fal.

Sed an saltem confessio nulla reddatur, an uero teneat? Dic quod si fuit omnino

nino

nino extorta dolo malo, verbi gratia, si dictum fuisset reo, vt confiteretur, quia fieret sibi gratia: & quod aliter non erat modus liberandi eum. Et tunc talis confessio nulla est, licèt perseueret in confessione, ita probat tex. in l. 1. §. qui quæstionem, ff. de quæst. Imo. cons. 109. Si uero iudex diceret, ut si diceret veritatem, nullum malum pateretur, iuxta tex. in l. de minore, §. plurimũ, ff. de quæst. vbi Bart. & Doct. vel promitteret, ut liberabitur, vltra dolosè non agendo, tunc confessio valeret, Dec. in d. l. ea est natura.

23 Nonum. Iudex, † qui tormentis, aut falsis promissionibus dolo malo extorserit crimen à reo, de quo nulla erant indicia, non potest procedere ad punitionem, uel inquisitionem: nisi leuiter minaretur tormenta subdito, atque adeo subditus ex leuitate animi illud manifestauit, & detegit testes, atque inditia. Sotus de rat. teg. memb. 2. q... Quinta conclusio in hanc partem inclinat, vel quando generaliter interrogando ad finem, vt haberi possit cognitio illius criminis, de quo sunt inditia, testis, uel reus aliud exprimeret crimen, vide quæ diximus supra lib. 3. c. 6. nu. 10.]

24 Nono, ex † licita negatione rei facta in iudicio, ut quia negat crimen verum, sed occultum, & improbabile, non tenetur se reus retractare, si sequatur indirecte infamia accusatori, qui de mendacio pernitioso, aut de calumnia inde notatur, secundum Sco. & Archi. Flo. in summula, c. 2. de restit. sed tenetur famam restituere per uerba sobria, dicendo, quòd forte habuit bonam intentionem, Sylu. vero in ver. restitutio. 3. q. 3. inquit, quod in nullo tenetur: quia iniustè non læsit, sed accusator imputet suæ malitiæ, si scienter; vel suę stultitię, si errans sic imprudenter processit cum periculo alterius.

25 Decimo. Reus, † qui legitimè interrogatus, atque tortus negat ueritatem, absolutus non tenetur in iudicio animæ ad pœnam, ad quã iuridice debebat damnari: quia pęna non debetur nisi post sententiam, per tex. in c. susceptis, de causa possess. & proprie. Sotus lib. 1. q. 6. art. 6. col. 3. & 4. de iust. & iu.

26 Vndecimo. Reus, † qui dubitat de æquitate sententię, iure appellare potest: at qui certissimus est recte se esse ad mortem condemnatum, per appellationem iudicium eludendo, peccat mortaliter; nam sæpissime illis appellationibus iudices, vel ministri, vel lassantur, vel corrũpuntur, & restant scelera impunita, Sotus lib. 5. de iustitia, & iure, q. 6. art. 3. prima, & secunda conclu.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus causam iniustam suscipiens peccat, & ad restitutionem tenetur.*

2 *Aduocatus causam ancipitem licite defendere potest, & quid si pars admonita id voluerit, vide hic.*

3 *Aduocatus, causæ iniquitate detecta, eam relinquere, vel partes ad concordiam deducere debet.*

4 *Aduocatus si ex negligentia, vel ignorantia notabili causam amisit, vel inducit clientem ad affirmandum falsum, mortaliter peccat.*

5 *Grauis litigandi necessitas, & aduocati possibilitas patrocinari obligantur.*

6 *Aduocatus quo casu tempore valetudinis mercedem petere possit.*

7 *Ministris Ecclesiæ infirmis deberi quotidianas distributiones: at famulo ægrotanti cibaria tantum, & de ratione diuersitatis, num. seq.*

9 *Aduocatus ob instrumenta falsa producta, obligatur ad restitutionem damni & interesse.*

10 *Aduocatus si cauillando bonam causam parti aduersæ abstulit, ad restitutionem tenetur.*

11 *Aduocato an liceat patrocinari vtrique parti, vel in principali, vel in causa appellationis, & eidem pacisci, an liceat cum cliente, num. seq.*

13 *Mercedem aduocatus, an petat si in quibusdam vicit, & in quibusdam amisit.*

14 *Aduocatus aduersario secreta momenti*

palam faciens, peccato & restitutioni se astringit.

15 *Modestia in aduocato necessaria, & pœna impii aduocati.*

De Aduocatis, & Procuratoribus. Cap. VIII.

1 PRimo. Si † causam, quam nouit iniustam, assumpsit defendendam, mortaliter peccat, licet caput aliquod iustum prosecutus sit, tenetur insuper ad restitutionem parti aduersæ, & etiam suæ, si eam non admonuit, argu.tex.in l.non est cognitum, C. de admini. tut. Sylu. in uer. aduocatus, q. 10. in fi.

2 At causam, † quæ suo iudicio est anceps ob varietatem opinionũ, vel ob diuersos intellectus legis, per quam est decidenda, potest defendere vsque ad finē, si dubitatio pendeat in æquilibrio, sed qui intelligeret aduersam partem maiorem habere energiam, in causa defensionis vitæ, honoris, & maioris partis bonorum, nisi reus pernitiosissimus haberetur, posset defendere, etiam si eius causa minus esset probabilis, dummodo nulla fraus fiat. Sed an in leuibus causis hoc etiam procedat, vide Sotum lib. 5. de iustitia, & iure, q.8.art.1. Vbi etiam in foro conscientiæ non uidetur condemnari aduocatus, si pars sua id admonita uoluerit, Nauar. c.25.nu.28.in fi.

3 Secundo. Si † prosecutus est causam, quam in ipsa tractatione aduertit esse iniustam, licèt à principio putauerit iustã, mortaliter peccat: quia tunc debet à patrocinio desistere, & inducere partem suam ad concordiam honestam, l.rē non nouam, C.de iudic. sed non debet id indicare aduersario, neque secreto detegere, Nauar. qui supra.

4 Tertio. Si noluit † scrutari merita causæ. Negligentia etiam, vel ignorantia notabilis aduocati, vel procuratoris, ob quã causa perditur, mortalis est, si pro docto se gerat, & pars eius ignorantiam ignorat, aliàs secus, nisi sit in dolo, vel lata culpa, Nauar.c.25.nu.29.

Quarto, si instruxit clientem, vel eum induxit ut falsum diceret. Si recusauit aduocatus, vel procurator pauperem defendere in extrema necessitate constitutum: quia tenentur, quando ex defensione illius causæ vita ipsius, aut suorum periclitaretur, alias secus Nauar. secutus Caiet. ita declarantem D. Thom. 2.2.q. 71.art.1. contra Hosti. & Sylue. in c.25. num.29.in fi. Hoc idem sentit Couar. in

5 lib. 1. uaria. resolu. cap.4. nu.4. qui † addit, quod debet Respublica pauperibus litigantibus aduocatos constituere publicis expensis, secundum glo. in l. 1. §. ait prætor, in prin.ff.de postul. [Nicol. Boer. decis. 325. Si uero deficit aduocatus publico stipendio pauperi suffragaturus cogendus à iudice erit aliquis gratis pauperi patrocinari, glo. Host. Abb. in c. 1. de offic.iudic. Bald. in l.si furiosi, C.de nup. glo. quę in tabellione loquitur, in l.tam dementis, C.de Episc.audi. Guido Papę, quęst.61.tex.opti.in l.nulli, §.post vnius vero, C.de Epis.audi. Quod si nollet aduocatus mandato iudicis pauperi gratis patrocinari, poterit iudex ad tempus arbitrarium interdicere officium patrocinandi, l. prouidendum, C. de postul. ubi Bald. Rom.sing.259. Abb.in c. 1. de offi. iudic.tex.opti.in l. 1. §.cura carnis, ff. de offi.præfe. vrb. Quod idem de iurisconsulto. At si diues peteret consiliũ, quamuis iurisconsultus non indigeat pro tunc satis reuoluere libros pro tali responsione, potest tamen suum competens salarium exigere: cum per prius laborauerit, exulem se constituerit, magnas expensas fecerit, in studio sępius insudauerit, & nonnumquam algoribus contremuerit, & vitam suam omnibus periculis exposuerit, iuxta notata in auth. habita, C. ne filius pro patre.]

6 Quinto, † si exigit plusquàm oportet, quam quidem mercedem aduocatus petere potest etiam pro tempore infirmitatis, quando salarium esset ex publico constitutum; secus si esset merces promissa à

parte,

parte, quia non debetur, nisi pro rata temporis, prçterquàm si esset consuetudo, ut debeatur etiam tempore infirmitatis, Syluest. in verbo, familia, quęst. 2. circa finem.

7 Sic etiam † quotidianæ distributiones ministris Ecclesiæ, qui morbo impediti personaliter ministrare non valent, debentur, ut inquit Francus in cap. vnico, §. quia vero, in princ. de cler. non resid. modo, inquit ipse, sit consuetudo. Et intelligit appellatione infirmitatis omne iustum impedimentum, cap. hi qui, de consecrat. dist. 4. Verum Conar. lib. 3. varia. resolu. cap. 13. num. 8. asserit illas deberi non tantum de consuetudine, verum etiam de iure, quod tamen contrarium est de famulo infirmo, quia & si dominus teneatur famulo ægrotanti cibaria exhibere, & modicas expensas, non tamen mercedem, ut inquit Bart. in l. si cũ dotem, §. sin autem, ff. solu. matrim. Abb. in c. 1. de cler. ægrot.

8 Cuius † quidem diuersitatis ratio est de ministris Ecclesiæ, aduocatis, & famulis infirmis: nam ideo distributiones personales dantur ministris ægrotantibus, d. cap. vnico, de cler. non resid. quia illæ non solum dantur propter laborem personalem, sed etiam propter officium, & dignitatem; sic in aduocatis illud obtentum est propter excellentiam officii, & ingeniosam professionẽ, l. 1. §. diuus, ff. de uari. cognit. Quod secus est de famulo, cui solum debetur merces propter laborem personalem.

9 [Sexto, si † orando non seruauit veritatem, ut quia mentitur, uel falsa iura, vel falsa instrumenta, aut falsos testes, uel falsas rationes, & probationes induxerit, quia mortale, cum obligatione restituendi, Nauar. cap. 25. num. 29. Licet tamen aduocato defendenti iustam causam prudenter occultare ea, quibus impediri posset processus eius, nõ tamen licet ei uti aliqua falsitate, ut dicit D. Th. 2.2. q. 71. art. 3. Vtens enim falsis pro veris, falsi crimen incurrit, c. dura, cap. seq. de crim. falsi.]

Septimo, si in dispendium partis aduersę non necessarias dilationes quęsiuit, & terminos, ut petendo testes à patria. An autem scriba, qui iussu aduocati scribit allegãdo falso absentiam alicuius peccet, & teneatur de damno, vide Sylu. à simili, in verbo, Iudex. 2. nu. 6.

Octauo, si non inquisiuit à cliẽte merita causę, nam tenetur ad interesse partis læsæ, & clientis, si aliter non litigasset: si vero ignorantia illa prouenit ex qualitate negotii, vel informatione clientis falsa, aut mala, excusatur, sed tamen cognita iniustitia causę, eã dimittere tenetur, l. rem non nouam, §. patroni. C. de iudic. Sylu. in uerbo, Aduocatus. q. 11.

10 [Nono, si † per suam cauillationẽ abstulit aduersario bonam causam, uel eum in aliquo grauauit, petendo dilationẽ superfluam, uel allegando falsa contra conscientiam, uel faciendo positionem duplicem, uel cauillosam, uel per instructionẽ falsi testis, uel quia induxit clientulum suum ad negandum veritatem. nam in his omnibus tenetur ad verũ interesse, secundum Host. sicut de iudice dicitur, per not. in l. fi. C. de pœn. iudi. qui malè iud. & 11. q. 3. cap. quatuor, quicunque & unicuique.]

Decimo, si cum multo litigantium dãno immoderatam mercedem quęsiuit, prçter mortale tenetur ad restitutionem: non enim potest mercedẽ patrocinii maiorẽ iusto, ac debito exigere, considerata magnitudine causæ, laboris, scientiæ, ac etiam consuetudine regionis, ext. de prę ben. cap. de multa, uersic. sublimes, cap. miramur, distinct. 61. Syluest. in verbo, Aduocatus, quęstio. 16. qui etiam inquit, quòd à principio causę ea nondum incępta potest petere, ut libet, nisi ubi alius bonus non inueniretur, quia tunc non potest petere nisi moderatam, argu. eorum, quę dicuntur in l. 1. C. de episc. audien.

11 Vndecimo † si aduocatus meus in causa principali fuerit aduocatus contra me in causa appellationis: nam licèt hoc fieri possit, non tamen est honestum, ita

tenet

tenet Specul. in titu. de aduocato, §. nunc tractemus, in fine, & idem not. in l. fi. ff. de testibus. Item si fuerit aduocatus in causa principali ambarum partium, quod intellige, dummodo non sit in diuersis litibus; vt in l. 2. C. de aduoca. fisci. Vbi potest quis esse aduocatus fisci in vna causa, & in alia contra fiscum.

12 Duodecimo, † si cum suo cliente de quota litis pactũ fecit, puta dimidia, aut tertia, l. sumptus, ff. de pact. ne praebeatur occasio, vt velit per fas, & nefas vincere: idem si paciscatur, vt victa causa tantum sibi soluatur, glo. in dicta l. sumptus, quamuis sine peccato conuenire potest, vt sibi certa quantitas iusta pro suo labore soluatur, siue vincat, siue non, iuxta communem. Immo etiã de certo aliquo dando praeter meritam mercedem, si vicerit, modo sit moderata, iuxta magnitudinem causae, & laboris, & scientiae, & consuetudinis regionis, gl. in cap. non licet. 11. quaest. 3. quod quidem dicitur palmarium, Nauar. cap. 25. nume. 30. in fi. Hodie tamen, 1586. vt à fide dignis accepi, prudenter fuit cautum à Rege Philippo, ne quis sub poena trium annorum exilij palmarium accipere possit, & recte quidem, vt per Sotum, lib. 5. de iust. & iu. q. 9. articu. 4. An autem aduocato, vel procuratori debeatur nouum salarium in causa appellationis, vide glo. in l. ita demum, C. de procurat. ubi videtur tenere, quòd sic, si appellatur à diffinitiua, secus si ab interlocutoria, vide Bald. in l. fi. ff. de postul.

[Item vide glo. in l. 1. ver. petere, ff. de

13 suffra. vbi etiam habetur quod si † causa contineat plura capitula, & in aliquibus amisit, & in aliquibus vicit, quòd tunc petere potest aduocatus, quod conuentum est nomine palmarii, idest victoriae: quia verum est uicisse. Et quid de eo, qui non vicit, sed transegit, & putat ibi gl. posse, quasi uicerit, uel per eũ non steterit quo minus uicerit, pro hoc ff. mand. l. fin.]

14 Tertiodecimo † si indicauit aduersario secreta notabilis momenti; nam peccat mortaliter, cum obligatione restituendi. [& dicitur falsarius, extra de offic. deleg. c. cum olim, ff. de fals. l. quae deposita. vnde talis condemnatur ad interesse. 12. q. 2. si quis de clericis. uel tenetur actione iniuriarum, ff. depos. l. 1. §. si quis tabulas, ff. ad leg. Aquil. l. si quis testamentum, §. si quis tabulas. & talis etiã proditor dici potest, 46. dist. c. clericus.]

Quartodecimo, si mercedem habens de publico aliquid acceperit à partibus litigantibus, Panorm. in c. 1. de postu. Syl. in ver. aduocatus, q. 23.

Quintodecimo, si reum instruxit, ut simpliciter neget positionem, qua interrogatus, an centum debeat actori, cum uere debeat quinquaginta, dicendo se non debere, mortaliter peccat; quamuis non sit periurus, vel ut respondeat se nihil debere, nam tunc etiam periurus esset. Quod secus esset si interrogatus, an debeat centum, quia tunc non peccaret, Sylu. in ver. Confessio, alias commissio, num. 4. Couar. late, lib. 1. var. resolu. c. 2. num. 5. vers. 2. afferam.

15 [Si seruauit † modestiam, ut non procaciter, nec conuiciando, vel vociferando proponat, vel aduocet, quia per hoc impeditur honestus iustitiae processus. Vnde Esa. 31. Et erit opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium. Et Bern. de Consid. ad Eugen. lib. 1. c. 9. Miror namque quomodo Religiosae aures tuę audire sustinẽt huiusmodi disputationes aduocatorum, & pugnas verborum, quę magis ad subuersionem, quàm ad inuentionem proficiunt veritatis. Hę clamorosę allegationes assimilantur ranis, quę inani, & inflata modulatione velut ranarum sonis, & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt. Tales enim procaces aduocati, qui non ratione, sed probris putant esse certandum redduntur infames, 3. q. 7. si quis adeo. & 5. q. 4. c. in loco benedictionis. & quia in linguam peccant, in lingua etiam uiuentes sępissime puniuntur, ut dicit glossula Instit. quibus non est permiss. fac. test. §. sępe. vbi tex. inquit, quod sępe litterati loque-

loquelam amittunt. dicit glo. maximè impii aduocati.]

SVMMARIVM.

1 *Nominibus quot appelletur tabellio.*
2 *Sex tabellio debet iurare, de quibus interrogandus est, si non contrauenerit.*
3 *Tabellio recipiens iuramētum ab eo, quem scit falso iuraturum, sine causa rationabili, peccat.*
4 *Notarius in instrumentis apponens clausulas ignotas contrahentibus, si damnum sequatur, ad restituendum tenetur.*
5 *Notarius si nolit dare instrumentum parti, & si partem, quæ renunciatura est, non doceat, peccat.*
6 *Notarius si eius testamenta scribit, qui vel iudicio, vel ratione caret, peccat cum onere restituendi.*
7 *Notarius si non scripserit in protocollo instrumentum peccat, & vide quid sit protocollum.*

De Tabellionibus. Cap. IX.

[DIuersa † nomina habet Tabel-
1 lio, vt no. C. de tabul. lib. 10. Dicitur enim Tabellio, & Tabularius à tabula. Tabulæ autem idem sunt quòd instrumenta, vt ff. de tabu. exhi. l. 1. de Tabellione loquitur tex. in c. pen. de fide instru. Dicitur etiā Notarius publicus, quia publicum gerit officium. Hinc dicitur seruus publicus, l. 2. in fi. ff. tempu. salu. fore. Item conditionalis, quia notabat conditiones, & pacta contrahentium, qui postea uocati sunt Tabularii, quia faciendis publicis instrumentis publicè præsunt, C. qui pot. in pigno. habe. l. scripturas, de his loquitur tex. in l. hac cōsultissima. §. si qui. C. qui test. fac. pos. C. de Tabul. l. 1. li. 10. Dicuntur etiam Tabularii, qui cum susceptoribus destinantur ad recolligendū pecuniam fiscalem, & ad eos pertinet se ingerere in odium debitorum, & reliquorum, nō autem computare, vt no. C. de iure fis. l. 1. lib. 10. qui vulgo dicuntur Notarii cameræ, ita Napod. in cōsue. Neap. instrumenta. ver. Tabularii. Dicitur etiam Scriba. Hic etiam dicitur habere publicam manum, & non refert, an in prima, vel secunda, vel tertia persona loquatur, c. dudum, de conuers. coniug. de iure patr. c. quod autem. A quo vero constituatur, & qualiter, & circa quod eius versetur officium, habetur in c. antepen. ne cler. vel mona. ergo interroga.

2 Primò si venit contra † ea, quæ consueuit iurare, quæ secundum Hostien. sunt sex. Primo de his, quæ videbit, & audiet, & requisitus fuerit, sine diminutione veritatis, & commistione falsitatis conficiet instrumentum, & si non fecerit, erit periurus. & hanc requisitionem quilibet facere potest. Hinc dicitur seruus publicus, & persona publica. Secundo, quòd secreta sibi iniuncta celabit. Tertio, quòd super vsurario contractu, vel in fraudem vsurarum inito scienter nullum instrumentum conficiet. Quarto, quòd de omnibus instrumentis, qui reddet, protocolla retinebit. Quinto, ꝙ fidelis erit illi, à quo constituitur, & si sciret tractari damnum suum, per se, vel per nuntium reuelabit. Sexto, quod illud officium, quod sibi iniūctū fuerit, cupiditate, amore, & odio reiectis, per omnia secundum ueram conscientiam fideliter exequetur. hæc no. per Do. Ant. in capitu. sicut te, ne cler. uel Monachi.]

Secundo interroga de periuriis. Si
3 scit † Tabellio quem falsum iuraturum, si est paratus iurare, & accipit iuramentum ex aliqua rationabili causa, non peccat mortaliter, alias secus, Sylu. in uer. iuramentum. 2. q. 3.

Tertio. Interroga de falsis instrumentis illicitis, ut usurarum, ut per Sylue. in uer. Tabellio, quæst. 8. Item de occultatis, & laceratis.

4 Quarto. Si † conficit instrumenta renunciationum, apponens clausulas, quarum uim ignorant contrahentes: nam tenetur ad restitutionem, si inde sequatur damnum, ibi Sylu.

Quinto. Si solemnitates necessarias

dolo,

dolo, aut lata culpa omittit, puta suum nomen, signum, testes, diem, mensem, & annum.

5 Sexto. Si interrogatus † non uult dare instrumentum, quod dare tenetur, ne aduersario, aut eius amicis displiceat.

Septimo. Si nõ informat partem ignorantem, quæ renunciatura est alicui iuri, quale non scit illud.

Octauo. Si in die festo absque necessitate ob auaritiam instrumenta conficit; cum in alium diem commodè differre posset.

6 Nono. Si conficit † testamenta carentis iudicio, aut ratione non vtentis, cum obligatione restitueudi ei, qui ab intestato successurus erat.

Decimo. Si stipẽdiũ notabiliter maius quàm par est accipit etiam sponte datũ, si publicũ stipendium ei constitutũ erat.

7 Vndecimo. Si instrumẽta † in protocollo non posuerit ex negligẽtia. De hoc protocollo fit mentio in capit. quoniam contra, de proba. vbi Panorm. tex. etiam est in cap. penult. de fide instrum. Et hoc protocollum vocatur registrum, & est scriptura illa, quæ primum à tabellione est confecta, & scripta, & quæ penes ipsum manere debet, vnde tenetur notarius protocollũ penes se ipsum seruare, ac retinere, quemadmodum constat ex capitulo, quoniam contra. Quod si non confecerit, prẹter peccatum debet puniri arbitrio iudicis, [&, dicitur protocollum à Protos, quod est primum, quasi prima pars, vel prima materia instrumenti, uel chartę, uel sic dicitur, quòd in collis pellinis scribebatur. Dom. Ant. in cap. cum P. Tabellio, de fide instrum. Quæ autem sint necessaria in instrumento publico, vt valeat, vide Dec. in c. 1. nu. 15. eo. tit.] Si legata ad pias causas nõ manifestauit. Si in excommunicationem incidit secũdum aliqua statuta synodalia.

SVMMARIVM.

1 *Coniugati, quo sine actu matrimonii vtantur, vel si tempore menstrui, aut muliere prægnante, cum periculo abortus, & de aliis interrogationibus vsque ad finem capit.*

2 *Matrimonium si fuerit clandestinum, vel tempore interdicto nuptias fecerunt, coniugati.*

3 *Maritus si vxorem coegit non seruare aliquod præceptum, peccauit, vel si vxor marito non est obediens, & rixosa.*

4 *Maritus si vxore vtitur tanquam alia, vel non modo debito, peccat.*

5 *Tactus impudici inter coniugatos, quando peccatum afferant.*

6 *Vxor sine licentia mariti non potest eleemosinam dare.*

Filios corrigere, & vt famuli Missas audiant, procurare debet maritus.

De coniugatis. Cap. X.

1 PRimo. Si † fine tantum voluptatis actum matrimonialem consumauit, & modo non cõuenienti ad generationem, & præcipuè si extra vas.

Secundo. Si in dispositione mẽstruorum, uel cum vxore prægnãte, maximè si cum abortus periculo, & grauis damni vxorem cognouit.

Tertio. Si debitum negauit, nisi adesset periculum vitę, vel ægritudinis notabilis.

Quarto. Si debitum petiit in loco sacro, vel publico.

Quinto. Si coniugem cognouit ante benedictionem factam ab Ecclesia.

Sexto. Si petens debitum habet simplex votum castitatis.

Septimo. Si vir miscet se cum alia, quàm cum vxore.

2 Si matrimonium † sit clandestinum. Si nuptiæ factæ fuerint tempore interdicti, quò ad benedictionem, & adductionem sponsæ, & celebritatem conuiuii, vel cum superflua uanitate.

Octauo. Si excommunicatus, vel in mortali existens contraxit matrimoniũ, si cum personis coniunctis sanguine, vel affini-

affinitate in gradibus prohibitis, vel alio casu prohibito.

Nono, si de necessariis non prouidet familiæ.

Decimo, si verbis exacerbauit, aut factis coniugem, aut nimis zelotypus, aut remissus in cura fuit.

3 Vndecimo, si prohibuit † vxorem seruare, vel coegit uiolare aliquod præceptum diuinum, vel Ecclesiasticum obligans ad mortale: quia mortaliter peccat, Nauar. c. 14. nu. 19. in prin.

Duodecimo, si vxor notabiliter fuit inobediens marito in his, quæ ad regimen domus, aut familiæ, bonosque mores pertinent, mortaliter peccat, quando ex contemptu, Nauar. ibidem in fi.

Decimotertio, si non sequitur maritũ aliò migrantem, nam mortaliter peccat, nisi in casibus de quibus supra, in 2. lib. 4. præcep. c. 60.

Decimoquarto, si iracundè, & litigiosè prouocat maritum ad blasphemandũ, & si id sciens, aut scire debens iracundiã non reprimit, mortaliter peccat.

4 Decimoquinto, si actum † coniugalem exercet cum uxore cum intentione actuali, vel deliberata habendi rem cum alia, siue etiam cum ipsa vxore, quamuis non esset sua vxor, aut econtra.

Decimosexto, si vxorem cognouit intra uas naturale, sed ita vt non possit suscipere semen, aut retinere: quia mor. alias secus, quamuis fœdo modo coeant, quo tamen casu est graue peccatum ueniale, & ualde detestandum.

5 Decimoseptimo, interroga de † tactibus impudicis, nam si tales sint, quod ex eis resultet pollutio, vel fiunt cum probabili periculo subiiciendi se, aut cum intẽtione polluendi, mortaliter peccant.

Decimoctauo, si potionem coniugi dedit, uel accepit ad impediendum prolis conceptum, quamuis fine etiam bono fiat, mor. & si effectus est secutus, incidit in bullam Sixti V.

6 Decimonono, si eleemosynam † dedit de bonis mariti, mortaliter peccat, & ad restitutionẽ tenetur. Si hoc fecit absque eius facultate: nisi in casibus, ut diximus in 4. præcep. 2. lib. c. 60.

7 Vigesimo, si coram filiis, † taxillis, uel chartis lusit, uel illos, aut familiam otiosè uiuere permisit, grauiter pec. si in corrigendo illos nimis tepidus fuit.

Vigesimoprimo, si famulos diebus festis absque Missæ auditione transmisit, quia mortale, cessãte magna necessitate.

SVMMARIVM.

1 *Doctor ex sua electione discipulos aduertens errare, & non monens, mortaliter peccat.*

2 *Doctor si approbat indignum, vel reprobat dignum laureola, peccat cum onere restituendi.*

3 *Doctor auertens scholares à scholis aliorũ, quo casu etiam teneatur restituere.*

4 *Doctor crudeliter castigans scholares, peccat, & excommunicatus est, si in clericos id admiserit.*

5 *Doctor an legere possit diebus festis, & an habens salarium possit adhuc aliquid exigere.*

De Doctoribus. Cap. XI.

1 PRimo. Si Doctor † aduertit discipulos, & auditores ex prę lectione sua aliquem errorem capere in fide, & eos non monet ueritatem catholicam, mortaliter peccat.

Secundo, si prælegit sacram scripturã in scholis peccato mortali notorio infectus, quia mor.

2 Tertio, si † non seruat statuta à se iurata, uel approbat indignum laurea, uel reprobat dignum, aut alio modo illicito impedit quempiam, cum obligatione restituendi, Nauar. c. 25. nu. 57. §. 3.

Quarto, si docet scienter falsa in alicuius notabile damnum spirituale, uel temporale, aut subtilia magis, quàm utilia cũ notabili damno audientium, aut malo fine mortali, uel ponẽdo ultimum finem in docendo, mor. ibidem, §. 4.

Quinto.

Quinto. Interroga etiam de iactantia,
3 detractione, & inuidia. Si † practicas fecit, auertẽdo ſcholares ab alterius doctoris audientia, cum notabili damno profectus illorũ, aut honoris Doctoris, quia mor. cum obligatione reſtituendi.

4 Sexto, ſi † crudeliter caſtigat ſcholares, peccat mortaliter; & ſi caſtigatus eſt clericus, eſt excommunicatus, Nauar. c. 25. num. 58. §. 7.

5 Septimo, ſi † legit diebus feſtis etiam ob lucrum, non eſt illicitum, Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. niſi illis horis, & tamdiu, vt credat probabiliter auditores ob id non omiſſuros Miſſam, Nauar. cap. 13. num. 12. in fine.

Octauo, ſi ſtipendium habens de publico exigit ab auditoribus, aut habẽs beneficium in id ſibi collatum cũ tali onere tali beneficio uacanti impoſito, & nõ cũ pacto: quia eſſet ſimonia & peccaret mortaliter. Aliàs ſi non habet publicum, nec beneficium, vt ſupra, poteſt exigere, etiam à pauperibus non egentibus extremè, Nauar. c. 25. nu. 58. §. 6.

SVMMARIVM.

1 *Scholaſticus ſi ſcientiis prohibitis ſtudet, peccat, vel ſi negligat ſtudere, cum id fiat alienis expenſis.*

2 *Scholaſticus non ſoluens ſalarium, vel auertens diſcipulos ab aliis ſcholis, peccat.*

3 *Scholaris turbans alium à ſtudio, præter peccatum mortale, poteſt compelli, vt deſiſtat.*

De ſcholaſticis. Cap. XII.

1 PRimo, ſi ſtudet † ob finem malum, vel ſcientias uetitas, & ſuperſtitioſas, quia mor.

Secundo, ſi negligit ſtudere, quia ſi de alieno, vel beneficio ſuſtentatur, peccat mor. & multo magis ſi male impendit, cum obligatione reſtituendi.

Tertio, ſi contendit contra ueritatem in his, quæ ſunt fidei.

2 Quarto, ſi non ſoluit cum † poſſit debitum ſalarium præceptori.

Quinto, ſi ſuffragatur indigno, vel minus digno, ſi iurauit ſuffragari digniori.

Sexto, ſi fecit practicas, vt adimat diſcipulos, vel adiiciat alicui lectori in damnum notabile alterius.

Septimo, interroga de rixa, de ieiuniis, & Miſſa, atque Sacramentis: ſi mulieres domi tenet: ſi luſit, &c.

[Octauo ſi eadem domo, vel cubiculo
3 turbat † aliũ, ut ſtudere non poſſit; quia forte perſtrepit aliis, vel forte etiam ſibi: & ſic alta voce, vt quidam faciant, quod alius ſtudere non poſſit, nam præter peccatum compelli poteſt utili actione pro ſocio, vt deſiſtat: quia hæc actio eſt bonæ fidei, vnde in ea veniunt, de quibus non eſt actum, nec cogitatum, dummodo bona fides contractus hoc impetret, de cauſa poſſeſſ. cum etiam. de except. cum uenerabilis, ita refert Dom. Anton. in c. inter dilectos, de fide inſtrum.]

SVMMARIVM.

1 *Mercator ſi ob anticipatam ſolutionem minoris emit, vel ob dilationem pluris vendidit, peccauit.*

2 *Mercator ſi ad infideles arma detulit, excommunicatus eſt, ſi defraudauit gabellas, reſtituere tenetur, idem ſi ſocietatem fraudauit.*

3 *Mercator an diebus feſtis negotiari poſſit.*

4 *Ars, quæ ſine peccato exerceri non poteſt, relinquenda, ſecus de indifferenti.*

5 *Mercator emens ab ignorante, ſi rem minoris emit, tenetur reſtituere.*

De mercatoribus, & artificibus. Cap. XIII.

PRimo, interroga de cambiis iniuſtis, vide ſupra in ſecundo lib. præcep. ſeptimo, cap. 110. Item de uariis modis vſuræ
1 palliatæ, eo. præcep. Vt ſi minoris † emit ob anticipationem ſolutionis; vel plus ven-

vendidit ob eius dilationem, vel agrum emit cum pacto de retrouendendo minoris medietate iusti pretii.

2 Secundo, si ad infideles † arma detulit, quia excommunicatus.

Tertio, de monopoliis.

Quarto, si mutuauit inde lucrum expectans, quia vsurarius.

Quinto, si fraudat gabellas iustas, uel dubias, quia tenetur ad restitutionem.

Sexto, si sciẽter dedit falsas monetas, vel diminutas pro bonis, vide præcept. 8. in secundo lib. titu. de falsitate, cap. 135. Si in societate nõ se fidelem habuit cum aliis, occulta lucra sibi retinendo. mor. cum obligatione restituendi, nisi certus esset quod idem socius fecisset. Si utitur periuriis, & mendaciis.

3 Septimo, si diebus † festis absque necessitate negotiatur, nisi ad modicũ tempus. Si emit res furtiuas. Si mediator est malorum contractuum.

4 Octauo, si † artem exercet, quæ fieri non potest absque peccato, vt idola fabricare, alias exercens artem, cuius vsus bonus, & malus esse potest, quamuis maior hominum pars eis male etiam mortaliter, non solum venialiter, vtatur, absolui potest, licet non proponat illam relinquere, admonendus tamen esset à Confessario, ut id faciat, Nauar. cap. 14. num. fin. sub littera R.

Nono, si dolo vsus est in mensuris, quia mort. Si negotiatur ob lucrum, intendens lucrari per fas, & nefas, quia mor. Si plus iusto pretio vendidit.

5 Si ab ignorante † pretium rei minus iusto pretio emit, quia mor. si scienter, & tenetur ad restitutionem.

Decimo, si pecunia artifici dedit ea lege, ut sors sit salua, & aliquam partem lucri habeat, est usurarius. Si cum aliquo pactum fecit æstimando sua multo magis, quàm si essent alterius, mortaliter peccat. Item interroga, Si humectauit merces, ut ponderosiores essent, vel aliorum merces diffamauit, ut suas venderet. quia morta.

SVMMARIVM.

1 *Medicus artis ignarus, vel præcepta non sequens, peccat.*

Morbos curare ex diuturna experientia licet, & vide interrogationes vsque ad fin. cap.

2 *Medicus dubitans an medicina sit perniciosa, si præbeat ægrotanti, peccat.*

3 *Medicus si relinquat ægrotum ante tempus, qua ratione peccet.*

Medicus consulens rem veneream, vel abortum ægrotanti, peccat.

4 *Medici in dispensatione ieiunii facile errant.*

5 *Medici salarium quale esse debeat, & quo casu teneatur mederi pauperi gratis, vide hic.*

6 *Medicus, vt medicinis optimis, & quatenus opus est, vtatur ægrotus, curare debet.*

7 *Medicus de confitendo ægrotum admonere, an & quando teneatur.*

Medicus non debet ægrotum relinquere, quamuis confiteri recuset.

De Medicis. Cap. XIIII.

1 PRimo, si † curat sine sufficienti scientia, quamuis sit laurea donatus: vel si cum scientia, sed præcepta artis non sequitur. Si uero per diuturnam experientiã didicit curare aliquos morbos, quamuis regulas medicinæ ignoret, uel non sequatur, non peccat: nisi cum aliquo incantamento, aut fascinio id faciat, uel superueniente febre non adhibet peritum, uel tentet quod ignoret, Nauar. cap. 25. nume. 60.

Secundo, si ante cognitam ægritudinem temere curat, uel dum tentat, & explorat morbum, adhibet remedia.

2 Tertio, si † dubitans de medicamento an esset notabiliter noxium, necne, præbet illud, ut experiatur, vel lucretur, uel ut non habeatur ignarus, quamuis ex misericordia, & ut placeat ægroto, præbeat.

Quarto,

Quarto, si post cognitum morbum temerè curat negligens studere, aut infirmum visitare, vel capere consilium.

3 Quinto, si † ægrotum derelinquit antequam debebat, ob quod mors, aut prolongatio morbi sequitur, cum obligatione restituendi damnum, peccat.

Sexto, si pro salute corporali contra animæ salutem consulat, uidelicet, ut illicitè coeat, aut se inebriet, aut abortiat, quamuis ignoranter id faciat, vel si dicat, Non tibi consulo, sed si hoc faceres, sanareris.

Septimo, si aliquid prægnanti dederit, vt abortiat, quamuis vt à morte prægnantem liberet. Vide quæ supra diximus, in quinto præcep. 2. lib. cap. 63.

Octauo, si absque iusta causa concedit facultatem frangendi ieiunium, aut vescendi carnibus diebus vetitis, & si affirmat ieiunia corpora destruere, cũ obligatione persuadendi contrarium, si potest, Nauar. c. 25. nu. 62.

4 [Nono. Si † indistinctè dispensat super ieiunio. Sæpe enim medicos non carere culpa in hac re fit, cum id solum debeant infirmis in die ieiuniorum concedere quod infirmitas postulauerit, & nõ indistinctè eis indulgere, maximè cum multæ sint infirmitates, quibus abstinentia non solum non nocet, sed notabiliter etiam auxiliatur, ut de se satis constat, & habetur ad hoc propositum de consecra. distinct. 5. cap. legimus. In dispensatione enim causæ exigentia est attendenda, ut si infirmitas sit talis, quæ exigat infirmũ bis, aut ter comedere, non tamen causa illa exigat, vt carnes comedat: tunc dispensatio debet fieri in comestione, non autem in carnibus. At si infirmitas carnium usum, & non plures refectiones exigit, & tunc quo ad carnes tantum dispenset, ita Medi. tract. quarto, de ieiun. quæst. 9.]

5 Decimo, si † petit stipendium notabiliter nimium carens publico, vel accipit mediocrè illud habens, cum pacto nihil accipiendi etiam vltro datũ cum obligatione restituendi: quia habens mercedem de publico non potest illam recipere nisi à sanis, ut probatur in l. antepen. C. de profess. & med. lib. decimo, Anto. de But. in capit. ad aures, in fine, de ætate, & qualit. 23. quæstio. prima, glo. in cap. militare.

Vndecimo, si non vult mederi gratis pauperi ægroto, quod restringendum est secundum Nauar. si credit illum probabiliter moriturum, nisi ei medeatur, & non est alius, qui id faciat, nec qui soluat salarium, & non vult mederi salario credito.

6 Duodecimo, si † facit ut infirmus plura medicamenta quã opus est emat propter conuentionem cum pharmacopola, vel aliam causam iniustam, cum obligatione restituendi. Vel si permisit medicinam conficere de rebus uetustioribus, quę uirtute carebant, vel ponere species nõ sufficientes, uel expertus est medicinam incertam in periculum uitæ maximè uiris religiosis, Sylue. in uer. homicidium, 1. nu. 5.

Tertiodecimo, si multos suscepit sub cura, ita ut omnibus (vt decebat) nequiret subuenire.

Quartodecimo, si ob lucrum iudici dixit falsum de qualitate vulnerũ, mor.

7 Quintodecimo, si ad ęgrotum † adductus eum non monet, ut confiteatur: quia ualde præposterum est neglecta nobiliori animæ cura momentaneo pulueri curando tantopere inuigilare, capitu. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. qui tex. ita receptus est, quando constat morbum esse mortiferum, & periculosum. Immò si tunc medicus moneret parochum, vel eos, qui de infirmo curam habent, ut illi sacramenta præbeant, & ipse omitteret dicere per se, non quia non uult id facere, sed quia putat infirmo nociturum, non peccaret, & quamuis infirmus confiteri nolit, non ideo à medico relinquendus est, secundum omnes, Nauar. capitu. 25. num. 61. uersic. tertio.

SVMMARIVM.

1 *Pharmacopola circa qualitatem, & quantitatem mercium interrogandus.*

2 *Pharmacopola pecuniam mutuo dans, vt adducat homines ad suam officinam, vsurarius dicitur.*

Pharmacopola vendens aliquid ad abortum, peccat; vel venena iis, quos credit abusuros.

De Pharmacopolis, siue Aromatariis. Cap. XV.

1 PRimo, si † res vetustas pro nouis, malas pro bonis, mixtas pro puris, vel viles pro pretiosis vendit. mor. & tenetur de damno.

Secundo, si scienter in compositione nō apponit medicinis, quæ medicus pręcipit, vel aliquid apponit marte suo. mor.

Tertio, si piper pro cinnamomo, vel aquam puram pro stillata vendit, præter mor. tenetūr ad restitutionem. Si uendendo excessit pretiū, si est quid nimis, tenetur satisfacere. Immo etiam si quid minimum, si continuatis diebus, pauperibus. Si diminuit mensuram, si periuriis, & mendaciis utitur.

2 Quarto, si mutuat pecuniam † ea lege, vt res in sua apotheca emat, est usurarius, & tenetur dissoluere contractū.

Quinto, si falsam monetam inaduertenter receptam pro bona expendit.

Sexto, si aliquid ad abortum faciendū dedit, si vendit uenena iis, quos abusuros credebat. mortaliter.

Septimo, si in diebus festis indifferenter uendit, aut uendere iussit: quia non licet nisi in casu magnę necessitatis.

SVMMARIVM.

1 *Pueris interrogationes facienda, vide per totum cap.*

2 *Pueri de carnalibus à longè sunt interrogandi.*

Puer clericum percutiens, quo casu sit excommunicatus.

De Pueris. Cap. XVI.

1 PRimo. Interroga † de mendacijs, periuriis, votis non adimpletis, itē de Missæ omissione, confessionis, & cōmunionis, de irreuerentia parentum, vel magistri, de furtis, de verbis turpibus, & an in Ecclesia, de contumeliis, contentionibus,

2 rixis, de † carnalibus, sed à longe, ne discat qui uirgo est, maxime puella.

Secundo, si clericum percussit, quia si est doli capax, est exconmmunicatus, etiā si percussio esset leuis, sed potest absolui per Episcopum, nisi ipse primum esset à clerico percussus: quia non est excommunicatus, nisi excesserit.

Tertio, si ingreditur septa Monasterij Monialium, sciens adesse excommunicationem, illam incurrit, per Conc. Tri. sess. 25. c. 5.

Quarto, si reportator malorum fuit, dure reprehendendus. Si ludit. Si puellam amat, & quanto tempore, & si cum scandalo. Si litteras misit, vel nuncios. Si fecit cantilenas, si utitur incātationibus, vel auguriis. Si sit negligens ad addiscendum. Si mortem optat parentibus.

SVMMARIVM.

1 *Aurifex aurum vel argentum alchimicum pro vero vendens, vel calices sacratos emens non conflatos, peccat.*

2 *Pretiosa emens vilius ab ignorantibus, peccat, & tenetur restituere.*

De Aurificibus, ac Ferrarijs. Cap. XVII.

1 PRimo, si vendit † aurum, vel argentum alchimicum pro uero, vltra mor. tenetur satisfacere, secundū Arch. Flor. ꝙ intellige, nisi expendi posset absque falsitate.

Secundo, si emit calices sacratos non conflatos, peccat. Vel emit aliquid furto sublatum.

Tertió, si vendit lapides annulorũ fal-
2 sos pro veris, vel emit preciosos pro † vilibus ab iis, qui illos ignorabant, satisfacere tenetur.

Quarto, si emit uasa argentea, vt ea immutata reuendat, non peccat, modo reuendat pretio moderato.

Quinto, si in zonis, & aliis rebus inhonesta sculpsit.

Sexto, si opera artificum coram aliis uilipendit, sua extollens.

Septimo, si fecit claues adulterinas scienter uolentibus furari.

SVMMARIVM.

1 *Caupones si gabellas in vino consignando fraudant, peccant, & tenentur restituere.*

2 *Caupo si meretrices detinet in caupona, aleatores, & similes, peccat.*

De cauponibus, & hospitibus. Cap. XVIII.

1 PRimo, si † unam uini speciem pro alia vendit, vel uinum miscet cum aqua, vel aliquid noxium, vel uendit nouum pro ueteri, vel cum mensuris diminutis.

Secundo, si totum uinum non consignat gabellis, vltra mortale tenetur ad restitutionem.

Tertio, si carnem vnius speciei dicit esse alterius, mor.

Quarto, si hordeum, fœnum furtim equus solutus nocte subtrahit, mor. & satisfacere tenetur.

2 Quinto, si ob lucrum † tenet meretrices, aleas, vel taxillos, omnium malorum particeps efficitur.

Sexto, si uiatores ab hospitiis aliorum deuiat, vel aliena hospitia diffamat, mor.

Septimo, si latenter collocat meretrices in lectis hospitum, mortaliter.

Octauo, si hospites aliquid furto subtrahunt, vel defraudant caupones.

SVMMARIVM.

1 *Sutor furando peccat mortaliter, nisi sit res modica, aut illud loco mercedis capiat.*

2 *Sutor si famulos nõ fideliter docet, vel mercedem non soluit, peccat.*

De sutoribus. Cap. XIX.

1 PRimo. Si † ob lucrum multa facere promittit quæ non potest, male facit, & grauiter peccat.

Secundo, si aliquid furatur, mort. & tenetur satisfacere: nisi quid modicum, vel fecisset pro satisfactione suæ mercedis.

Tertio, si in festis, vel eorum vigiliis vsque ad medietatem noctis laborat, nõ excusatur à mortali, nisi esset maxima necessitas.

Quarto, si in induendo mulieres male, & inhonestè se habuit.

Quinto, si nouas adinuentiones minus honestas adinuenit.

2 Sexto, si † famulos mercede conductos nõ fideliter docet, aut male tractat, vel mercedem nõ soluit: quia ultra mor. tenetur satisfacere.

Septimo, si aliorũ vestes pignori dedit, vel commodauit cum aliqua mercede; quia restituere lucrum perceptum tenetur.

Octauo, si nimis impatiens in blasphemando, si pueros, quos conduxit grauiter percussit, atque illis inhonesta dixit.

SVMMARIVM.

1 *Publicanus ab Ecclesiasticis exigẽs est excommmunicatus, à laicis plus iusto, restituere tenetur.*

De

De publicanis. Cap. XX.

1 PRimo, si † gabellas à personis Ecclesiasticis exigit, est excommunicatus, si à laicis plusquam debet, mortaliter, & satisfacere tenetur.

Secundo, si contra aliquem cauillosas adinuentiones adinuenit.

Tertio, si gabellas fraudat, si socios, quia, ultra mortale, tenetur ad restitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Agricolis interragationes facienda per Confessarium, vsque ad fin. cap.*

De agricolis. Cap. XXI.

1 PRimo, si † singulis annis confitetur percipiens sacram communionem.

Secundo, si perfecit pęnitentias à Confessario iniunctas.

Tertio, si in diebus festis Missam audit, vel laborat.

Quarto, si Sacrum Chrisma percepit.

Quinto, si de agris vicinorum suorum aliquid furatus est, mor. toties quoties; nisi quid esset minimum, & dominis inutile.

Sexto, si sua animalia in alienis pratis ad pascendum misit, uel sine custodia cũ magno damno proximi; quia ultra mor. tenetur ad restitutionem.

Septimo, si boues dominorum suorum non bene tractat nimis vexando, tenetur satisfacere. Si arbores ex possessione non sua succidit.

Octauo, si de animalibus, quæ tenet ad soccidam non bene domino respondet de lana, caseo, &c.

Nono, si de tempestatibus nimis impatiens fuit, vnde de Deo turpia dixit; quia si deliberate, mortale.

Decimo, si falsum in iudicio deposuit, non est absoluendus, nisi satisfaciat, si potest.

Vndecimo, si falsas superstitiones habet, non est absoluendus, nisi eas deponat; si conductus ad diurnos labores non fideliter, ac diligenter laborat. Si frequenter pausam, ac longas comessationes fecit. Item de rixis, contentionibus, maledictionibus, ebrietatibus, luxuriis, choreis, periuriis, ac mendaciis interrogandus est.

SVMMARIVM.

1 *Confessarii exemplo medicorum procurare debent, vt pœnitentes, vitiis liberentur, & postea vt sani conseruentur.*

2 *Remedia contra superbiam, & contra cætera vitia capitalia vide, vsque ad numerum 3.*

3 *Remedia vniuersalia contra peccatum, frequens oratio, confessio, sumptio Eucharistiæ, & cætera, vt hic.*

4 *Renouatio frequens non incidendi, & oratio matutina in memoriã orationis Christi, optimum remedium.*

De remediis contra peccata, & primo contra superbiam. Cap. XXII.

1 SIcut † medici corporales non cõtenti remediis, quæ ad pellendos e corporibus morbos vtilia, & idonea esse nouerũt, adhibent etiam & medicamenta, quæ ad tuendam sanitatem conferant, ne morbi frequentius redeuntes tandem mortem afferant. Sic spirituales medici contenti non esse debent sola confessione peccatorum, nisi doceant etiam suos pœnitentes, & remedia, quæ apta sint ad eos retinendos, ne recidant.

2 Primum igitur remedium † est contra superbiam, consideratio propriæ uilitatis, & fragilitatis, atque defectuum uitæ humanæ.

Secundum est memoria improperiorum, atque irrisionum Christi Domini nostri, magistri humilitatis, dicentis, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Tertiũ, humilitatis consideratio, quanta sit pulchritudo, & exaltatio, cum filii Dei sint. Et superbiæ, quanta sit uilitas, cum efficiantur dęmonis abiecta mancipia, Deo abominabiles, Angelis, atque Deo odibiles.

Quartum conuersari cũ humilibus, & in vestitu, atque in omnibus operationibus externis se conformem fieri, quantum suus status fert.

Contra Vanamgloriam.

SVa bona abscondere, ad defectus proprios reflectere, honorem, & laudem oblatam statim Deo omnium authori referre.

Contra Auaritiam.

PRimum omnium sufficientissimum remedium est omnia dimittere.

Secundum, secum voluere, & meditari magnis opibus, nunquam animum satiari, immo magis accendi.

Tertium, considerare omnia breui esse relinquenda.

Quartum, cogitare Christi paupertatem, & eius imitatores.

Quintum, confidere in Deo, qui passerculos nutrit.

Sextum, recedere à societate auarorum, & oculos dirigere ad veras diuitias cęlestes.

Contra Luxuriam.

ANimaduertere mala, quę ex illa procedunt, nam tollit sensus, homines bestiales reddit, diuitias consumit, sanitatem aufert, famam, & honorem. Item fugere conspectum, & familiaritatẽ earum, quæ ad libidinem inflammant, itẽ fugere ocium, honestis exercitiis vacare. Non nutrire delicate corpus, abstinere à vinis fortioribus, & cibis delicatioribus. Item statim repellere malas cogitationes, sensus custodire. Nouissimè dolorem aliquem assumere, prȩsertim vrgente carnis tentatione.

Contra Iram propriam.

COnuertere se ad aliquid quippiam agendum mentem diuertens ab iniuria, item manus, & linguam comprimere, & accensam iram in pectore extinguere, denique irasci de propriis peccatis.

Contra Iram alterius.

PRimo mollis sermo iram frangit, durus furorem excitat. Item tacere & deflectere ab irati conspectu.

Contra Inuidiam.

NOn amare terrena, cogitare quàm sit inutilis, quæ tantum confert ad peccandum, & pensare inuidi cruciatũ. Item quàm sit inhonesta, cum vel sanguinem teneamur effundere pro proximis, si res postulauerit. Itẽ cogitare quicquid accendit fraternam charitatem.

Contra Odium proximi.

COgitare Dei vindictam, quæ non dimittit, nisi dimiserimus. Item qui alterum odit, plus sibi quàm alteri nocet, cum sit in peccato mortali.

Contra Odium alterius.

PRimum benefacere. Secundum, se illi submittere.

Contra Gastimargiam.

REmouere, quæ illam possunt irritare, qualis est ciborum suauitas, varietas, & condimenta. Considerare

hanc

hanc beſtiarum eſſe uoluptatem, potiuſquam hominum, quæ intellectum offuſcat, bona deſideria extinguit, vitam reddit breuiorem. Præcedens etiam cogitatio multum prodeſt, & confert.

Contra Accidiam.

PRimum ſit crebra beneficiorum Dei recordatio, quæ amorem excitat, atque nutrit, vt ligna ignem.

Item uicinam mortem, quæ tempus adimit in memoriam reducere. Inſuper præmiorum, & pœnarum cogitatio, poſtremò ocioſos fugere, ſectari uigilantes.

Remedia vniuerſalia.

3 SVmmum, † & uniuerſale remedium ad uitia expellenda, & uirtutes inſerendas eſt frequens oratio. Item frequẽs confeſſio, quæ ſtatim cũ in aliquod peccatum lapſum fuerit, fieri debet: Item frequens ſumptio Euchariſtiæ. Item fuga improborum, & ſequela bonorum. Item lectio piorum authorum. Meditatio Paſſionis Domini. Conſideratio uitæ Sanctorum. Deinde præſentia Diuinæ Maieſtatis ubique, & ſemper præſentis, & Angelorum. Mortis æternæ meditatio. Item diuinæ iuſtitię per exempla illorum, quos puniuit. Inſuper pœnarum inferni, & damnatorum, gloriæque, & gaudii cœleſtis beatorum meditatio.

4 Rurſum † frequenter renouare propoſitum non incidendi in aliquod peccatum, ad quod eſt aliquis inclinatus, & ſi forte inciderit, aſſumere aliquam pęnitentiam uoluntariam.

Oratio denique matutina cum ſui ipſius oblatione, in memoriam illius, quã Ieſus Chriſtus fecit pro nobis, petendo gratiam non offendendi, cum proteſtatione potius moriendi, quàm aſſenſum aliquem præbere ad tentationes. Item mane, meridie, & veſperi examen conſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Peccatores ſi aliter nequeunt punctione cordis, & lacrymis pœnitere oportet.*

2 *Reſurgere nolle à peccatis grauius eſt, quã in ipſa peccata incidere.*

3 *Peccatorem pœnitere, non autem deſperare debere per exempla probatur.*

4 *Pelagus menſuram recipit, Dei miſericordia nequaquam.*

Quædam breues meditationes ad iuuandum pœnitentem ad aſſequendam contritionem, & gratiæ augmentum.

De pœnitentia agenda. Cap. XXIII.

1 POenitentes, † pœnitentes, pœnitentes, ſi tamen eſtis pœnitentes, & non irridentes, facite fructus dignos pœnitentiæ. Reminiſcamini, quòd poſt regnum, diuitias, & omnia peracta, concluſit Salomon dicens, Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Si eleemoſynis peccata redimere non ualetis, compungimini. Si cum Niniuitis ieiunare non poteſtis, cũ meretrice lauate ueſtra peccata.

2 Non † de vobiſmetipſis deſperetis, ſi cecidiſtis: nam non ita graue eſt cadere, ſed poſt lapſum non reſurgere, hoc proculdubio Satanicũ eſt, & pernitioſum. In mentem uobis ueniat uerbum illud ſermone prouerbium. Humanum eſt peccare, diabolicum perſeuerare, Angelicum emendare. Si corpus patitur, medicum vocatis, ut curemini, † cur animam uitiis laborantem negligitis? ſi morientibus compatimini, cur nõ animam morientem ploratis? Si ſolliciti eſtis pro corpore, cur non multo magis pro anima? quia & ſi multa ſunt uulnera, ideſt, peccata, tamen ſunt curabilia. Exemplũ uobis ſunt Maria Magdalena, Raab meretrix, Latro homicida in cruce, diſcipulus factus. Blaſphemus Saulus,

Apostolus Paulus. Publicanus Euangelista. Non enim sic amore insaniens dilectam amat, ut Deus animam suã. Ideo ne desperetis, sed continuo de peccatis pœnitentiam agite. Si enim domibus vestris putrefactis putrida subtrahitis, & supponitis noua, & à continua cura nunquam desinitis, quanto magis si fueritis antiquati peccato, per pœnitentiam uos renouare debetis?

Et si multum peccastis, & uos non potestis saluare, saluabit vos Dominus, qui ita delet peccatum, ut in eo non remaneat uestigium: nam scintilla si in mare ceciderit, non potest apparere, multo minus malitia ad Dei misericordiam appa-
4 rebit: quia † pelagus mensuram recipit, Dei misericordia nequaquam. Nam Dominus noster ob hoc in mundum venit, ut saluet filius ille prodigus, & si paterna deuorauerat, & longo tempore ab aspectu patris absfuerat, rediens omnia recepit, atque iram, & damnationem omnem extinxit. Mercatores ad inopiam redacti diuites rursum quandoque efficiuntur.

Et naufragium passi iterum post naufragium quandoque ad ampliores opes redeunt negociando. Nunquid nobis Deus ignem parauit? non, sed diabolo. Ideo conuertamur, quia benignus est, atque misericors Dominus.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum quàm graue malum, & quanta attulerit, afferatq; exitia, demonstratur.*

De peccato. Cap. XXIIII.

1 QVam sit † graue malum peccatum, collige ex casu Angeli, & Adam, nec non ex medicina ad sumendum necessaria, quæ fuit Christi passio. Per peccatum perditur Dei gratia, & regnum cœleste, & bona, quæ peccator agit, ei non prosunt ad uitam æternam. Fit ex Dei filio seruus diaboli. Cogita etiam Dei benignitatẽ, qui te tamdiu in peccatis sustinuit. Quot enim pro uno mortali hodie in inferis pœnas patiuntur. Quot pro minimis, quibus tu es obnoxius. cogita quòd te, cõtemptis tot sanctis inspirationibus, perseuerantem in peccato Dei misericordia, atque benignitas sustinuit, ut tuam redimas animam per pœnitentiam. Quapropter si multum peccasti, desiste quęso, gratias age ei, qui te in tantis malis non rapuit.

SVMMARIVM.

1 *Finem, exemplo nautæ meditari debemus: & memoria mortis declinationem affert à peccatis.*

2 *Mortis cogitatio neque fortitudine, neque generis nobilitate, neque diuitiis quemquam gloriari permittit.*

De memoria mortis. Cap. XXV.

MEmorare (inquit scriptura) nouissima tua, & in æternũ non
1 peccabis. Hinc nauta † dirigere cupiens nauim ad littus, ponit se in puppi, hoc est, in posteriori parte nauis, instruens nos, ut si dirigere cupimus gressus nostros ad uiam salutis æternæ, cogitemus finem, sic si cupimus declinare à malo, & ab illo nos protegere, morituros non esse non ignoremus. Nam sicut equus cauda se defendit à muscis; sic nos consideratio mortis à peccatis. Hinc Hieronym. Memento mortis tuæ, & in æternum non peccabis. Qui se moriturum cogitat, secundum Cyprianum, contemnit præsentia & ad futura festinat. Si cupimus humiles fieri, memores simus, quia puluis sumus, & in puluerem reuertemur.

2 Hanc † si pensamus, de fortitudine non gloriabimur: quia post modicum per infirmitatem illam amittimus. Non de

de generis nobilitate, quia ficut una nascendi conditio, fic moriendi vna conclufio. vnde quidam,

Cum fex, cũ fimus, cum res turpiſſima fimus,
Vnde ſuperbimus? neſcimus quãdo perimus.
Regia maieſtas, omnis terrena poteſtas
Trãſiet abſq; mora, cũ mortis venerit hora.
& D. Bernardus.
Vnde ſuperbis homo? cuius conceptio culpa,
Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori.

Nec de diuitiis; nã nullus à regula mortis diues excipitur: ergo dum tempus habemus, euigilemus operantes bonum: quia tempus breue eſt, & incertum.

SVMMARIVM.

1 *Terribilia quanta circundabunt peccatores in die iudicii, & quam miſera conditio peccatoris ſit futura.*

De tremendo Dei iudicio. Cap. XXVI.

1 VBi omnium † rerum hic geſtarum, ſiue quæ in occulto, ſiue quæ ignorantia, vel obliuione fiunt, reddituri ſumus rationem. Et non tantum actiones, ſed & verba, & cogitationes, & omnia, quæ hic latent iudicabuntur. O quàm, inquit Gregorius, anguſtæ ibi erunt viæ peccatoribus. Superius ibi erit iudex iratus, inferius horrendum chaos, à dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia ad ſupplicium pertrahentia, intus cõſcientia urens, foris mundus ardens, latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. Inſuper nec reſiſtendi virtus, nec pœnitentiæ locus, nec ſatisfaciendi tempus tunc erit, quia poteſtas tunc erit ineffabilis. Ineffabilis inquam, ſecundum Aug. ſuper illud Ioan. Abierunt retrorſum. Item erit inflexibilis iuſtitia, quia ut inquit Bernar. plus ibi valebunt pura corda, quàm aſtuta uerba, plus pura conſcientia, quàm marſupia plena: quando iudex ille, nec falletur uerbis, nec flectetur donis, quia nec frater fratrem, nec amicus amicum iuuare poterit: non enim ibi valet linguæ facultas, nec aduocatorum eloquentia.

SVMMARIVM.

1 *Mercatoris, & agricolæ exemplo rectè operandum eſſe demonſtratur.*

Qualiter excitanda anima ad rectè operandum. Cap. XXVII.

1 REſpice finem. Mercator † non deficit, ſed ſuſtinet labores, & vndas, ut pecunias cumulet. Decertãs athleta generoſe fert vulnera, ut aſſequatur coronam. Agricola non colligit manipulos, niſi prius per ſudores proprios ſemina mittat. Sic bonorum ſpe roborati nihili tribulationes æſtimant in cęlum aſpicientes, cogitantes, quòd non debent ſub capite ſpinoſo membra habere delicata, ſi gloriari cupimus compatiamur. Si cum Chriſto ſedere deſideramus, ad montem Crucis aſcendere nos oportet: quia difficile eſt de delitiis tranſire ad delitias.

SVMMARIVM.

1 *Paſſionis Domini cogitatio directa per opus, modum, & cauſam ipſius paſſionis.*

De Paſſione Domini. Cap. XXVIII.

1 COgita † opus, modum, & cauſam paſſionis, inquit Bernar. opus quo ad inexpreſſibilem acerbitatem doloris, attende ad quinque myſteria doloroſa, ut compatiendo glorificeris, & hoc quo ad incipientes, & actiuos. Modum, ideſt, qua humilitate abyſſali, patientia, manſuetu-

dine, deſiderio ſit paſſus, quas ad imitandum conſiderare debes, ut aſſimileris, & hoc quo ad proficientes. Cauſam vero quo ad intenſiuam charitatem ad redamandum, ut uniaris, quod pertinet ad perfectos. Breuia ſunt verba, ſed multum ampla, ſi cum vehementi charitatis deſiderio conſideres, quanta pro te ſuſtinuit uulnera, qui in verbis habuit contradictores, in factis obſeruatores, in morte illuſores. Hanc propone ſpeculandam cuilibet fideli.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ æternæ grauitas, quanta ſit.*

De Pœnis æternis. Cap. XXIX.

1 Ibi tormenta † ſine fine, ſine interuallo, ſine temperamento; ibi tortores horribiles, qui nunquàm laxantur. Timor conturbat reũ, conſcientia confundit, cõſcientia increpat, fugere non licet, ligatis manibus proiiciuntur in tenebras exteriores, ibi tandem erit cataclyſmus, ideſt, diluuium omnium pœnarum, hæc Anſelmus.

SVMMARIVM.

1 *Bona cœleſtis patriæ quam eximia, quam ſingulare ſint demonſtratur.*

De gloria cœleſti. Cap. XXX.

1 Ibi facilius † inuenitur, quod ibi non ſit, quam quod ibi ſit. Non ibi laxare, nec dormire, nec eſurire, & ſitire; non quieſcere, & ſeneſcere, & creſcere. Ibi uita ſine morte, iuuentus ſine ſenectute, lux ſine tenebris, gaudium ſine triſtitia, pax ſine diſcordia, uoluntas ſine iniuria, Regnum ſine diſiunctione, vbi nihil erit extra quod appetatur, nihil intra quod faſtidium generet. Hæc Auguſtinus.

Finis Tertij Libri.

DECISIONES AVREÆ
Casuum Conscientiæ,

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, Monacho Cassinensi, Monasterij S. Seuerini de Neapoli professo, Authore.

LIBER QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Excōicatio, quibus nominibus appelletur.*
2 *Excommunicatio propriè non dicitur, nec sententia diffinitiua, nec interlocutoria, sed magis sapit naturam interlocutoria.*
3 *Excommunicatio, vnde ortum habuit, & diffinitio.*
4 *Sentētia excōicationis, suspēsionis, & interdicti, in multis æquiparātur, & differūt.*
5 *Censura appellatione, an veniat depositio, & degradatio, vel seueritas canonica, aut animaduersio.*
6 *Censura significatio, & quid in materia excommunicationis.*
7 *Excommunicatio, quòd sit separatio ab Ecclesia communione, quomodo probetur.*
8 *Communio quid sit, & est triplex in Ecclesia catholica.*
9 *Homo per baptismū recipitur ad Ecclesia gremium, & communionem fidelium.*
10 *Meritum vnius alteri prodesse, qualiter intelligatur.*
11 *Homo in mortali membrum Ecclesia, sed mortuum dicitur.*
12 *Communione prima non excommunicatio, sed peccatum mortale spoliat.*
13 *Communione charitatis iniustè excommunicatus, vel iustè, sed contritus, an sit priuatus.*
14 *Excommunicatio priuat communione extrinseca in spiritualibus, & corporalib.*
15 *Excommunicatio ob inobedientiam introducta.*
16 *Potestas Ecclesia attributa, qualis sit super excommunicatione.*
17 *Ecclesiastica suffragia non ita extra charitatē existentibus, ut iustis utilia sunt, multum tamen vtilitatis afferunt.*
18 *Excommunicatio maior, quid commune habeat cum culpa mort. & excommunicatione minori.*
19 *Excommunicatio minor, in quo differat à peccato mortali.*
20 *Dæmon maiorem potestatem habet in excommunicato, quàm in peccatore.*

Glo.

21 *Glo. in cap. quodcunque, 24. q. 1. de excommunicatione maiori, & opiniouem Gabrielis 18. q. 2. falsam esse.*
22 *Excommunicatio cur medicinalis dicatur num. seq.*
23 *Contemptus in excõmunicatione, qui multiplex dicitur, facit excõmunicationem mortalem.*
24 *Pœnæ in Republica statutæ, sunt medicinales.*
25 *Iudex aduertens excõicationem non fore medicinalem, debet supersedere, nu. 27.*
26 *Legatus ob excõmunicationem indictam militibus pugnaturis reprahensus.*
28 *Correctio quãdo omitti possit, & an pater filios incorrigibiles expellere teneatur.*
29 *Iudex cum aliud remedium desit, excommunicet.*
30 *Excommunicatio grauissima pœnarum: & damna quæ affert.*
31 *Pœna dicitur altera maior diuersimodè.*
32 *Excommunicatio, an in causis ciuilibus fieri debeat.*
33 *Vsus deferendi iuramentum excommunicato damnosus.*
34 *Ecclesia, an pro excommunicatis orare possit, nu. seq.*
36 *Sacerdos in missa collectis potest orare pro excommunicato, nu. seq.*
37 *Excommunicatio, quare anathema dicatur, & anathema duo significat, & vnde dicatur, nu. seq.*
39 *Excõicatio in dubio de maiori intelligitur.*
40 *Verba intelliguntur prolata secundum consuetudinem.*

De definitione excommunicationis. Cap. I.

[DE excommunicatione acturus, priusquam ad eius definitionem accedamus, videbimus quibus nominibus illa vocetur, vnde dicatur, & quando traxit originem. Excõmunicatio igi-
1 tur apud canones si perspectè † attendas dicitur mucro Episcopi, quia specialiter ab Episcopo ferri debet, cap. visis, in fine, 16. q. 2. 24. q. 3. corripiantur, qui alio modo dicitur gladius spiritualis, & ideo, quia non occidit, sed viuificat, 33. q. 2. inter hæc, d. cap. visis. in fine. Et hoc gladio Ecclesia criminosos feriri iubet, c. interfectores, §. in hoc, 33. q. 2. Iste viuificat, quia excommunicandi potestas tradita est nõ ad animarum destructionem, sed ad medicinam, Iason in l. quod iussit, nu. 42. de re iudic. Dicitur item vinculum, quo excommunicatus prohibitus est, & ligatus ne aliorum communioni se immisceat, & vinculum quo ad alios, quo & ipsi prohibiti sunt communicare & illi, c. excommunicatos, & seq. 11. q. 3. de hoc vinculo loquitur tex. in c. nemo contemnat, cum duobus seq. 11. q. 3. Dicitur etiam pœna, c. sacro, de sent. excommu. qua nulla pęna maior reperitur in Ecclesia Dei, 24 q. 3. cap. corripiantur. 11. q. 3. absit. Quæ si imponitur ab Episcopo, dicitur mucro, d. cap. visis. qui quidem tũc propriè dicitur, quando fertur cum solemnitate illa, de qua in cap. debent, 11. quæst. 3. Est autem hæc solemnitas, ut in excommunicatione astent 12. sacerdotes circunstantes Episcopum, & candelas ardentes in manibus habentes, quas in conclusione Anathematis proiicere debent in terram, & conculcare pedibus. Et hæc propriè excommunicatio dicitur Anathema, de qua circa finem huius capituli: quæ alio nomine à Iustiniano in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. vocatur Acrimonia. Rursum appellatur excommunicatio medicina, cap. 1. de sent. excommunic. lib. 6. cap. audi. 11. q. 3. c. corripiantur, 24. q. 3. ut infra, nu. 22. Eadẽ ratione dicitur disciplina, & non eradicatio, cap. notandum, 24. q. 3. Si non cõtemnitur, quæ non est contemnẽda, quia non homo ligat, sed Christus, 11. q. 3. nemo contemnat. cum duobus capitu. seq. Nominatur etiam censura, quia respicit animam, ut etiam est interdictum, & suspensio. cap. quęrenti, de verbo. signific.
2 Est etiam excommunicatio † sententia, vt

ut habetur in rubr. de sent. excommun. & notatur per glos. in sum. 11.q.3. Propriè tamen non dicitur nec sententia diffinitiua, neque interlocutoria. Diffinitiua non, quia non diffinit causam, immo petenti absolutionem nunquam denegatur audientia, cap. ex parte, el primo, de verb. signific. Nec etiam interlocutoria, quia interlocatoria dicitur illa, quæ profertur inter principium, & finem causæ à iudice, ut not. in clem. 1. de seq. poss. & fruct. Sed excommunicatio quãdoque profertur extra iudicium, vt in cap. dilecto, eod. tit. lib. 6. trahit tamen naturam magis interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ. Nam diffinitiuam iudex reuocare non potest, interlocutoriam sic, vt plenè not. in cap. cum cessante, de appellat. & in l. quod iussit, de re iudic. Panormi. in cap. sacro, de sent. excommunic. vide Franc. in capitu. secundo, §. 1. de constitu. in 6.

3 Hæc † originem traxit ab Apostolo Paulo, qui Chorintium Satanæ tradidit, cap. omnis. & c. audi. 11.q.3. c. Apostolicæ, 24. quæstio. 3. quæ sic definiri potest.] Excommunicatio est Ecclesiastica censura, qua, idest propter quã homo Christianus ab Ecclesiæ communione, quo ad sacramẽtorum, suffragiorumque communium fructum, & ab externo fidelium contubernio separatur. Dicitur censura, loco generis, cum appellatione censuræ veniat excommunicatio, suspensio, & interdictum, optimus tex. in c. quærenti, de verb. signific.

4 [Quæ quidẽ † in multis conueniunt, & in multis differunt. Et primo conueniunt, quia in istis tribus appellatio tuetur appellantem si præcedit, capit. ad hoc quoniam, cap. dilectus, cap. præterea, de appell. secus si subsequatur, cap. pastoralis, 2. respon. eod. titu. cap. si cui, de sent. excommunic. in 6. in aliis vero sententiis non, dictis iuribus. Secundo, forma tex. in cap. 1. §. superior, ut sententia non seruata forma, idest non seruato ordine iuris teneat, procedit tantum in his tribus censuris, non autem in aliis. Tertio, quia in omnibus istis prohibetur celebratio diuinorum, de cler. excommun. mini. cap. 2. & 3. cap. postulastis. Quarto, quia in omnibus debet præcedere monitio, & seruari forma cap. reprehẽsibilis, de appellat. cap. 1. de sent. excomm. in 6. Quinto, quia in his debet præcedere iuramentum, cum absoluuntur, & potest fieri absolutio ad cautelam, cap. venerabili, de sent. excommunic. cap. solent, eo. tit. lib. 6. Sexto, quia durante sententia quis eligere, uel eligi, vel testificari non potest, cap. cum dilectus, ext. de consuet. & cap. cum inter. cap. veniens, 2. in fi. de elect. Septimo, quia quælibet sententia à superioribus est seruanda, cap. cum Ecclesiarum; de offic. ordin. Octauo, quia recepti in speciales filios Sedis Apostolicæ nulla istarum trium sentẽtiarum ab inferiore possunt ligari, cap. 1. de verbo. signific. in 6. Nono, quia censura omnia ista comprehendit, cap. quærenti, de verbo. signific. Decimo, quia vtrobique sententiam violãdo quis irregularitatem incurrit, glo. pen. in cap. 1. §. caueant, de sent. excommunica. in 6. quia sicut cõtemptus requiritur in excommunicato, ut irregularitatem incurrat celebrans, sic in istis. Et ignorantia probabilis, & non crassa vtrobique excusatos reddit. ibi Francus. Sed nunc de eorum differẽtia. Et primo differũt in participatione, quia solum cum excommunicato, & non cũ aliis est prohibita participatio, ff. de pœn. l. more, de priuil. lib. 6. cap. Episcoporum, cap. cum excommunicato, 11.q.3. capit. sacris, quod met. causa. Secundo, quia proprie loquendo homo dicitur suspendi, vel excommunicari, non autem interdici, nisi impropriè, de relig. domi. cap. cum dilectus. Loca vero propriè interdicuntur, capit. non est, ext. de sponsal. Tertio, effectus excommunicationis latæ non potest suspendi, cap. pastoralis, §. 1. de appellat. sed aliarum sic. De quo plenè in cap. ad hæc quoniam, de appell. Quarto, quia Episcopi nõ incurrunt suspensionem, nisi specialis mentio fiat, c. quia periculosum, de sen. excomm. in 6. Quod secus est in excommunicatione,

c. nulli,

c.nulli,de sent. excommunica. Quinto, quia interdictum generale loci non potest relaxari ad cautelam,cap.præsenti,de sent.excommunic.lib.6. Sed à suspensione, vel excommunicatione benè fit absolutio ad cautelam. Sexto, quia excommunicatio non fertur pro aliena culpa, 24.q.3.cap.si habes. Sed interdictum, & suspensio sic,cap.si sententia,§.fi.eod.tit. in 6. Septimo,quia excõmunicatio non potest proferri in vniuersitatem, uel collegium,cap.Romana,§.fin.eod.titu.in 6. sed interdictum sic, d. capit.si sententia. Octauo, interdictum generale non potest in locum fieri pro pecuniaria causa sine licentia Papæ. Quod secus est in excommunicatione, cap. præterea requisiuisti, de appellat. Hæc Raymundus in sum. tract.12. de excommunic. sequitur Franc.in cap.1.§.superior, eod. tit.in 6.] Dicitur Ecclesiastica,ad differentiam eorum, quæ non ueniunt nomine censuræ, de quibus per glo.in cap. ad reprimendam,ver.in canonibus, de offic. iudic.ordin.

5 [Huiusmodi † est depositio, & degradatio. Hinc si in litteris delegatoriis in fine apponeretur ista clausula, compescendo contumaces per censuram Ecclesiasticam, iudex delegatus non posset vigore huius clausulæ contumacem deponere, uel degradare; sed suspendere, excõmunicare,& interdicere, Franc.in cap.1.de homic. in 6.& ratio est, quia primæ pœnæ sunt multum odiosæ, quia perpetuæ, cap.si Episcopus,dist.50.Sed posteriores sunt fauorabiles, & in animarum medicinam inductæ,quia ad tempus:quia statim, quòd quis vult satisfacere, obtinet absolutionem, cap.multi, 2. q.1. & ideo in primis facienda est stricta interpretatio,ut appellatione censuræ illa non comprehendantur. Ita Panormit. per illum text. in d.cap.quærenti. Nec etiam censuræ nomine venit irregularitas: vnde valdè aberrant, qui dum legunt in Iubileis plenariis, possint absolui ab omnib. censuris, intelligunt etiam ab irregularitate: Cum irregularitas non censura,sed pœna sit canonica, vt dicetur infra, nec absoluitur, sed dispensatur.] Dicitur etiam cẽsura Ecclesiastica ad differentiam seueritatis canonicæ, & animaduersionis Ecclesiasticæ.

Nam censura Ecclesiastica cõsistit circa spirituale pœnam,d.c.quærenti. Seueritas autem canonica circa pœnam temporalem,de pœnis, capit. in quibusdam. [Vnde appellatione seueritatis Ecclesiasticæ,propriè venit pœna aliàs à iure pro illo delicto imposita, & si non inuenitur expressa, venit imponenda arbitrio iudicis, secundum delicti qualitatem, ut in capit. de causis, de offic. delega. Abb. in cap.cum clerici, num. 4. de pact. Et hæc seueritas Ecclesiastica alio nomine vocatur districtio, de qua fit mentio in c.nuncius,de decimis.] Sed animaduersio Ecclesiastica cõsistit circa degradationem, & curiæ secularis traditionem, de verb. significat. nouimus.licet quandoque sumantur hæc promiscuè vnum pro alio. ita Card.in clem.1.de testibus,nu.6.

6 [Censura † vero duo significat. Primo quãdam dignitatem Romanorum: nam censor puniebat Ciues Romanos de delictis. Secundo significat correctionem, & pęnam, vnde in proposito censura est correctio Ecclesiastica, quatenus per eã corriguntur quædam peccata. Et dicitur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, ut habetur in Conc. Triden. sess.25.cap.3. nam quemadmodũ vires hominis consistunt in neruis,ita vires Ecclesiæ consistunt in sententia censuræ. vnde alibi dicit text. quòd in Ecclesia Dei non reperitur pœna maior,24.q.3.cap.corripiantur. Item potest dici neruus; quia sicut neruus flectitur,sed non rumpitur, ita & sententia censuræ, Abb.in cap. cum inter, 2. not. de consuetud.] Dicitur homo. Hæc est causa materialis excommnnicationis,scilicet,Homo masculus,siue fęmina. Hinc est, quòd creaturæ irrationales excommunicari non possunt. nulla enim creatura excommunicationis est capax, nisi homo, Nauar. capitu. 27. numc.13. Dicitur Christianus, nam hæc censura infideli-

fidelibus haud cōpetit, cum ij foris sint. [Vnde à communione Ecclesiæ priuari non possunt, qui ad eam numquam admissi fuerunt, c. ad dissoluendum, de despons. impub. cap. sicut ex tuarum, de homicid. l. bouem, §. vlt. ff. de ędil. edic. cap. gaudemus, de diuortiis. vbi constitutionibus canonicis infideles non ligantur, idest his, quæ animam respiciunt, ut in censuris Ecclesiasticis, & pęnis spiritualibus, & ita intelligitur illud Aposto. 1. Cor. 5. Quid enim mihi, inquit, cū his, qui foris sunt iudicare? secus est in pęnis corporalibus, & pecuniariis, Abb. in d. cap. gaudemus. Decius in c. 1. colum. 6. in prima lect. de constit. cap. postulasti, de iudæis.]

7 Quod vero † excommunicatio sit separatio ab Ecclesię communione, ex multis constat quibus id manifestum fit.

Primum, quod à domino Iesu dictum est Petro, Matth. 18.

Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, [idest non solum ab externo consortio Christianorum semotus, verum & communibus orationibus, & suffragiis, ac sacramentis: nam Ecclesia hæc non impartitur, nisi fratribus, qui sunt sui gremii: vnde de ethnico ait August. Noli eum reputare in numero fratrum tuorum.] Et Paulus. 1. Thess. 3. inquit: Si quis non obedierit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo vt confundatur. Præterea hoc palàm manifestum fit ex ipsa vocis origine.

8 Communicare † enim, idem est, quod aliquem participem vel rerum, aut consiliorum, aut sermonis iure communionis facere. Dicit enim communio rationem conferendi, & suscipiendi aliquid inter plures. Hinc excōmunicatio significat à communione priuationem.

Verum, vt sciamus qua communione priuet excommunicatio, illud omnino præmittendum est, triplicem esse in Ecclesia catholica communionem fidelium, præter illas, quæ notantur in c. ad mensam, §. euidenter, 11. quæstio. 3. Prima est communio interior, siue intrinseca bonorum spiritualium, nempe per charitatem unientem per fidem formatam Christi membra capiti Christo, & reliquis eius membris. De hac loquitur Paulus ad Rom. 12. qui ita inquit: Multi unum corpus sumus in Christo. & Psal. 18. Particeps ego sum omnium timentium te. & tex. in c. loquitur, 24. q. 1. optimus tex. in cap. 1. §. firmiter, de summā Trinit.

9 Ad quam quidem † communionem homo admittitur per Baptismum: [Cū sit ianua omnium sacramentorū, c. cum itaque, de consecr. dist. 4. cap. veniens, de presby. non baptiz. tunc enim ex quo fit noua creatura, cum per illum fiat plena remissio peccatorum, c. tres sunt, de pœniten. dist. 1. cap. non ex quo, de consecr. dist. 4. & per Conc. Trid. sess. 6. cap. 14. fit Ecclesiæ uiuum membrum, & ponitur in ipsius Ecclesiæ gremium, & in communionem fidelium: & sicut omnia mēbra recipiunt influentiam à capite, ut inquit D. Thom. 3. p. q. 8. ar. 6. & 7. ita ille, qui est in corpore Ecclesiæ, recipit influētiam gratiarum, & donorum à Christo capite, de quo dicitur, Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Et sicut membra corporis mutuo influxu communicant, & mutuo gaudent de suis bonis, teste Apost. Rom. 12. 1. Corin. 12. ad Ephe. 4. ita & ille uinculo charitatis unitus particeps fit omnium bonorum, quæ fiunt in Ecclesia, & eorum, quæ fecerunt Sancti. Nam ob id, quòd eiusdē

10 sumus corporis membra, meritū † unius alteri prodest. Non quidem, quod essentiale prēmiū, quod merito Petri respondet, detur alteri, quàm illi, sed neque illa solum ratione, quòd unus orat, aut meretur, aut satisfacit pro alio, immo ob id etiam, quòd Deus ob meritum unius membri gratius audit orationes alterius, atque ad eius aspicit opera, eique suffragatur, iux. illud Psal. de quo supra. Particeps ego sum, &c. sicuti regi ob gratiam unius ciuis, gratiores etiam sunt alii eiusdem ciuitatis. Vnde Genes. 18. Deus

Abrahæ

Abrahæ dicebat, quòd si essent in Sodomis quinquaginta, aut triginta, aut certe decem viri iusti, toti vrbi pepercisset. Et hæc communio explicatur in Symbolo, secundum aliquos. Vbi credimus Sanctorum Communionem.] Et hæc vera, si tamen is, qui membrum sit Ecclesiæ, membrum sit viuum, & vnitum charitate.

11 At si sit † membrum mortuum, nimirum homo sceleribus obstrictus, & à Dei gratia alienatus, hoc quidem bono non priuatur, ut huius corporis membrum esse desinat: sed cum sit mortuũ, fructum spiritualem, qui ad iustos, & pios homines peruenit, non percipit: tametsi cum in Ecclesia tanquam in corpore coniunctum sit, licèt sit aridum, nonnullo fruetur corporis calore, vt eleganter explicat D. Thom. 3. par. quæst. 8. articu. 3. ad secundum. Vnde ad amissam gratiam, vitamque recuperandam ab his adiuuatur, qui spiritu viuunt, Cathe. Roman. super Symbolum, Sanctorum Communionem.

12 Et hac † communione excommunicatio maior non priuat excommunicatum, sed peccatum mortale, c. resuscitatus, cum duobus seq. de pœnit. distin. 1. licèt excommunicatio maior, quæ tantùm pro peccato mortali infligenda est, c. nemo Episcoporum, c. nullus. & seq. 11. q. 3. priuationem huius communionis, & charitatis præmittat, & saltem eo tempore, quo quis excommunicatur iusta excommunicatione, cum per culpam mortalem iam quis à charitate diuisus sit, etiam si non excommunicetur, D. Thom. in 4. sent. dist. 18. quæst. 2. ad secundum. Vnde constat iniustè excom-

13 municatum † minimè hac communione priuari: cum iniusta excommunicatio minimè tollat charitatem, 11. q. 3. c. temerarium, cap. per tuas, de restit. spoliato. qua manente manet unionis uinculum, & communio. [Quamuis debeat patienter sufferre, ne propter contemptum efficiatur iusta, vt infra c. 3. dicetur, nu. 18. Item nec iustè excommunicatum, si pœnituit, & contritus procurat quantũ potest faciendo quod in se est, ut absoluatur; quia tunc valent pro se suffragia, & orationes in Ecclesia factæ: quia cõmunicat in charitate, debet tamen ab aliis abstinere, donec absoluatur, Nau. in Man. c. 27. nu. 18.] Item nec excommunicanicatum excommunicatione minori, cũ ea non inferatur pro peccato mortali, quod hac communione priuat.

14 Alia † est communio extrinseca in spiritualibus, quæ consistit in orationibus, & suffragiis communibus, ac demum in sacramentorum perceptionem, quibus Ecclesia adiuuat suos filios. Rursum, alia consistit in corporalibus actibus externis legitimis, quæ his uersibus continentur. Os, Orare, Vale, Communio, Mensa negatur, vt decretis Calixti, & Isidori, 11. q. tertia, cautum est, [c. excommunicatos, c. ad mensam, c. 2. de except. c. nuper, de sent. excommun. De hac triplici communione loquitur D. Thomas, & alii in 4. sent. dist. 18. q. 2. Floren. 3. par. tit. 24. in princ. & Cardin. à Turrecrem. in cap. si inimicus, 11. q. 3. Sylue. in verbo, Excommunicatio. 1. in princip. Caiet. 2. tomo Opusc. in quæsti. de effectu excommunic. & Canonistæ in rubr. de sentent. excommunicatio.] Ecclesia igitur expoliat excommunicatum non prima communione, ut supra admonuimus, sed benè secunda, & tertia, & hoc facit per quamcumque excõ-

15 municationem maiorem. Nam † cum omnes Christiani sint Ecclesiæ, eiusque Prælatis subditi, & quodcunque delictũ mortale sit obex gratiæ, quæ per sacramenta confertur, iure optimo propter peccatum inobediẽtiæ, quod genere suo est mortale, potest inobedientem ab eorum sacramentorum susceptione prohibere, Sotus in 4. senten. dist. 22. q. 1. art. 1. col. 6. Hanc authoritatem tribuit Christus, Matth. 18. dicens Petro, eiusque successoribus: Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, idest ab externo consortio separatus. Et ne tantum ab externo commercio separatio

ratio illa, verum etiã quantum ad orationes, & sacramenta, per quæ Deus suffragatur hominibus, intelligeretur, sub-
16 iunxit: Quæcunque † solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlo; & quæcũque ligaueritis, erunt ligata. vbi excõmunicatus non solũ ab externo illo consortio per verbum illud ethnicũ, debet esse semotus, verum etiam communibus orationibus, suffragiis, & sacramentis. Nam Ecclesia minimè vult communia suffragia applicare, nec orare pro iis, qui extra eam sunt, sicut docet Aug. in cap. omnis Christianus, & cap. nihil, 11.q.3. Sed tãtum pro membris eius ab ea nõdum abscissis, & segregatis, etiam si peccatores
17 sint, † mortalis criminis rei, nam illi sub Ecclesiæ generalibus suffragiis comprehẽduntur, tametsi hæc Ecclesiæ suffragia non ita vtilia sint existentibus extra charitatem, sicut iis, qui charitatem habent. Nihilominus adhuc plurimum vtilitatis hæc suffragiorum communio affert peccatoribus, videlicet, ad defendẽdum eos à tentatione Dęmonis, & ad protectionem Dei, qua diuina maiestas speciali cura filios Ecclesiæ custodit, & ad impetrãdam à Deo illustrationem cordis, vt citius, ac facilius à peccatis abstineant, & ad bona temporalia, quibus quidem bonis, & vtilitatibus excommunicatus excommunicatione maiori omnino priuatur, authoritate D. Thomę in 4. senten. distinct. 18. quæstiõ. 2. articu. primo, ad secundum.

Sed modo ex hac diffinitione multa adnotemus, quæ ad illius veram cognitionem conducunt.

Et primum ex eo colligo definitionis perfectionem, cum constat ex genere, & differẽtiis. Nam præter ea, quæ superius in princip. capituli diximus, loco generis affirmauimus excommunicationem ma-
18 iorem † esse separationem Christiani à communione Ecclesiæ, quæ commune quid habet cum excommunicatione minori, & culpa mortali, cum per vtrãque quis fiat participatione sacramentorum indignus, capitu. multi, capit. ipsi sacerdotes, & seq. 1.q.1. cap. si quem, de sent. excommunicat.

19 Licet hęc † sit differentia inter peccatum mortale, & excommunicationem minorem, quod per peccatum mortale quis fit indignus Eucharistia, & reliquis sacramentis percipiendis: quia à Dei gratia excidit. Sed excommunicatio minor non sonat tantum indignitatem accedẽdi ad sacramenta, sed etiam illam, quæ per Ecclesiasticam fit censuram, Sotus in 4. sentent. dist. 22. q. 1. art. 1. colum. 3. [Quare licet resipiscat, nihilominus quousque ab excommunicatione absoluatur, nequit sacramentorum particeps fieri. Hinc etiam colligitur cautè legẽdum esse Gabrielem, 18.q. 2. qui affirmat hominem per quodcunque peccatum mortale esse excommunicatum minori excõmunicatione, ita vt excommunicatio minor quantum ad hoc à peccato mortali non differat, quod est falsum. Quia excommunicatio minor tollitur per absolutionem sacramentalem, & non indiget contritione, cum etiam inuitus quis possit absolui, quamuis à vinculo tunc absoluatur, & non à peccato, Abbas remissiuè in cap. transmissam, in princ. de elect. At vero ad remissionem peccati vtrunque desideratur.] Cætera vero, quæ definitioni apposita sunt ad differẽtias pertinent, quæ verè consistunt inter maiorem, & minorem excommunicationem, & peccatum mortale, sicut statim apertissimè tradetur.

20 Secundum † colligo, quòd & si peccatum mortale Christianum priuet illa communione interiori, & charitate qua coniungitur Ecclesiæ, & aliis fidelibus in Christo Iesu, & vnum corpus efficitur, & constituat peccatorem sub potestate Dęmonis, vt eius seruus: tamẽ quia corpori Ecclesiæ adhæret per fidem, licèt informem, quamuis sit membrum eius aridum, non tamen in illo Dęmon habet illam potestatem, quam haberet in excõmunicato excõmunicatione maiori, quia ille est omnino segregatus ab Ecclesia, ut membrum à corpore abscissum,

sum, text. elegans in c. quemadmodum. 23. q. 7. capit. ipsa pietas, 23. q. 4. hoc sane probatur authoritate Pauli, Cor. 1. cap. 5. Nam certum est Corinthium illum, qui nouerca abutebatur, in potestatem Sathanæ venisse per peccatum mortale; nihilominus Paulus inquiens, Iudicaui eũ, qui sic operatus est, in nomine Domini Iesu Christi tradere huiusmodi hominẽ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi, duplex traditionis genus designat, [ut S. Thomas, & Doctores exponunt. Nam veluti Christus, ut Matth. 10. legitur, potestatem Apostolis tradidit eiiciendi dęmonia, ita econuerso tradendi homines dęmonibus, à quibus torquerẽtur, quãdo essent Ecclesię inobedientes, vt metu illo resipiscerent. Quo circa quia spiritualia in primitiua Ecclesia ad confirmandam fidem sensibilibus oculis obiiciebantur, veluti super baptizatos in cõfirmatione Spiritus sanctus visibiliter descendebat, ita fortasse tunc rebelles uisibiliter Sathanæ torquẽdi tradebãtur, vel fortè] aliud traditionis genus designat, idest, vt ille vehementius Dęmonis incursibus perculsus, tanquam ab Ecclesia destitutus redirec ad cor. Quod non ita est in peccatore, cum sit particeps orationum, quæ fiunt in Ecclesia ad hoc, ut eidem spiritus pœnitentiæ detur à Deo.

21 Tertiũ colligo, † falsam esse, & omnino alienam à fide opinionem glossæ in cap. quodcunque, in uer. facit. 24. q. 1. quam dicit singularem Abbas in cap. dilectis, de appell. quæ asserit excommunicationem maiorem quo ad Deum nihil operari, nullumque effectum habere, sed tantum quo ad Ecclesiam militantem: cum excommunicatio iusta non tantum effectum habeat quo ad Ecclesiam, & pęnas externas, sed etiam quo ad Deum, & pœnam internam: Nam & si non priuet communione illa intrinseca, quæ cõstat ex charitate, tamen segregat à bonis illis spiritualibus, quæ non parum peccatoribus inter iustos commorantibus opitulantur, vt sunt sacramenta, & omnia suffragia Ecclesiæ, quibus in mortali culpa existens non caret. [Hinc etiam colligitur cautè esse legẽdum Gabrielem 18. q. 2. qui affirmat Ecclesiam per sentẽtiam excommunicationis maioris neminem damnificare, aut suis suffragiis priuare, sed solum per suam sententiam declarare hominem peccatorem esse, ratione peccati mortalis priuatum. Hoc autẽ est erroneum. Nam ab Ecclesia sunt orationes institutę pro existentibus in mortali, ut est illa: Deus, qui iustificas impiũ, etcæt. nulla tamen est oratio pro excommunicato instituta. Quamobrem Ecclesia aliquo suffragio priuat excommunicatum, à quo peccantes mortaliter minimè excludit.]

22 Quartum † ex ipsa definitione colligo, excommunicationem priuare quem bonis spiritualibus, & communibus suffragiis Ecclesiæ, & illam, iux. tex. in c. 1. de sent. excommunic. lib. 6. esse medicinalem: nam excõmunicatio dicitur medicinalis ex fine; quia eius finis est mederi peccatori morbo peccati laboranti. Ordinatur siquidem in hunc finem, ut excommunicatus priuatus subsidiariis orationibus, & suffragiis, atque sacramẽtis, ad cor redeat, resipiscat, atque satisfaciat Ecclesiæ, quem propria contumacia affecit iniuria; Ecclesia enim similitudinem præsefert iudicii diuini. [Deus autem quò peccatores ad se pertrahat; tanquam infirmos, & ægrotos dupliciter corripit. Primo salutaribus monitis alliciendo, vt medicus lenitiuis emplastris, Deinde fortius aliqua calamitate, instar potionis. Ac demum si opus est, putridũ membrum ne alia inficiat, in tempus resecare, nempe destituere homines salutaribus auxiliis ex sua ipsorum culpa, vt suam fragilitatẽ agnoscant. Hæc autem duo postrema acerbiora in excommunicatione reperiuntur: nam erubescẽtia, & pudor hominis à gremio exclusi Ecclesiæ est ei calamitas, & supplicium. Deinde priuare eum subsidiariis orationibus, & suffragiis, & sacramentis, est eum deserere, vt sic derelictus acriori-

acrioribus tentationibus vexetur, quousque suam inopiam sentiens ad cor redeat, ita B. Tho. in 4. sent. dist. 18. art. 1. q. 1. in corp.] Hunc vero esse finem excommunicationis constat ex Paulo 1. Corinth. 5. Iudicaui (inquit) eum tradere &c. vt spiritus saluus sit in die Domini. Excommunicatus si quidem videns se sic grauari, & ab omni fidelium consortio separatum esse, resipiscet forsan. [Ita sanè scribit Hierony. ut refertur in cap. audi. 11. q. 3. De Ecclesia per sacerdotem pellitur, ut notatus ab omnibus erubescat, & ecóuerso eueniat ei illud, quod sequitur, Vt spiritus saluus fiat in die Domini. facit etiam tex. in cap. corripiãtur, 24. q. 3. Felix etenim dicitur illa necessitas, quæ nos ad meliora perducit. Sic plurimũ Theodosio Imperatori profuit excommunicatio, cuius mentio fit in cap. cum apud Thessalonicam, 11. q. 3.

23 Quod si excommunicatus † contemnens excommunicationem, pœnitere negligat, ac eius cor fuerit induratum, excommunicatio erit mortalis ex contemptu, cum per contemptum quis plus ligetur, ut not. 11. q. 3. sententia Pastoris. Ideo dicitur in cap. Episcopi, 11. quęst. 3. quòd propter illam quis quandoque citius moritur, & animam amittit, 11. q. 3. nihil. Quot autem modis excommunicatio contemnatur, not. per Ioan. Andr. in cap. dilecto, eod. titu. lib. 6. ponentem quinque modos. Et primo, quando excõmunicatus accumulat culpam culpæ. Secundo, quando scienter Ecclesiam ingreditur, etiam quando non dicitur officium, 24. q. 3. c. clericus, nisi causa audiendæ prædicationis, qua audita exeat, c. responso, eod. tit. Tertio, quando licet non intret Ecclesiã, tamen ad valuas audit officium, cap. permittimus, eotit. Quarto, quando cõmunioni catholicorum, quos vitare potest, se ingerit, cap. illud, de cler. excommunic. mini. Quinto, quando nimis dormit in sententia, maxime vltra annum, 11. q. 3. cap. rursus, & cap. quicunque. Hos refert Francus in d. cap. dilecto, nu. 3.] verum in his casibus quãuis excommunicatio ipsi excommunicato sit mortalis, erit tamen medecinalis totius Ecclesiæ membris, & per eam consulitur incolumitati totius Ecclesiæ communionis, nam vna pecus morbida totum ouile inficit. Vnde quidam, Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. atque ideo pecus morbo infectum, rescandum est, & segregandum, ne reliquas contactu suo inficiat oues, Ita tex. in cap. resecanda, & capit. corripiantur, 24. q. 3. Couar. in capit. alma mater, in princ. nume. 9. de sent. excommu. lib. 6.

24 [Sic & reliquæ pœnę † in Republica statutæ aduersus homines facinorosos, si ipsius communitatis vtilitatem consideremus, medecinales sunt, non ipsi, cui imponuntur, sed aliis, qui punitorum exemplo territi delinquere minimè audent, clem. 1. de offi. ordi. cap irrefragabili, eod. tit. cap. ad liberandum, de Iudæ. cap. quapropter, 2. q. 7. D. Dho. 1. 2. q. 87. artic. 7. vnde colligitur manifestè pœnas quaslibet esse Reipublicæ, & communitati, eiusque membris in hoc medicinas, quòd homines earum timore abstinebunt à criminibus cõmittendis, quod maximè apparet experimẽto, cum in omnibus bene institutis cõmunitatibus potissima pars publici magistratus in hoc versetur, vt delicta iustis puniantur pœnis, alioquin libera daretur delinquendi facultas, nec tuta esset inter improbos innocentia, cap. factæ sunt leges, dist. 4. Ex quibus infertur, quòd cum excommunicato debeat esse medicinalis non tantum in patiente, quàm etiam in proferente, qui debet esse medicus in correctione, facit cap. omnis, ext. de pœnit. & remiss. cautus, & discretus, peccati, & peccatorum circunstantias considerans, vt sciat præbere remedium, & adhibere consilium, variis modis adiuuando peccatorem, d. cap. omnis. Item intelligens, cap. mensuram, de pœnit. dist. 1. & idoneus, c. si Episcopus, de pœnit. & remiss. in 6. & prouidus, cap. 1. de sent. excommun. prius præmeditando, & antea videndo, & obseruando obseruationes artis canonicæ,

nicæ, ad hoc cap. aures, de ætat. & qualit. quæ sunt, vt seruetur ordo, exprimatur causa, & feratur bono zelo, intendendo ad medelam, & non ad mortem, quòd si proferens excommunicationem] ad-
25 uertit, † vel probabiliter suspicatur excommunicationem non fore medicinalem, sed detrimentum, mortem, & desperationem inducere, debet ab excommunicatione desistere, & supersedere, ut uoluit Host. in cap. Romana, de sent. excommunica. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. colum. 4. & in cap. constitutionem, in fi. eod. titu. quia iudex Ecclesiasticus debet esse pius animarum pater, & potestas excommunicãdi non est tradita in laqueũ, & desperationem, destructionemq; animarum, sed ad earum protectionem, & medicinam. Ita Iason in l. quod iussit, nu. 41. & 42. ff. de re iud.
26 Hinc Hosti. increpauit † quendam legatum, qui exercitibus armatis, & volentibus iam aggredi, præcepit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne aggrederentur, nam spreto eius mandato perierunt multorum corpora, & animæ: gladius enim Ecclesiæ non occidit, sed viuificat, cap. inter hæc, 24. quæst. 2. glos. in cap. ex litteris, lo 2. de spons.
27 Hinc † infertur, quòd quando Prælatus videt aliquem, qui si excommunicaretur, peiora faceret, & per excommunicationem mederi non potest, debet cẽsuram suspendere, uel non imponere, donec mutentur tempora, vel per Deum, uel eius Vicarium aliud consilium apponatur, ita Hosti. in cap. 1. ver. cognouerit, de offi. delega. Hinc est, quòd si Prȩlatus cognoscit, quòd efficeretur deterior clericus dimittendo concubinã, potest ad tempus tolerare sine peccato; nã quandoque sustinetur minus malum, ut euitetur maius, 13. distinct. cap. duo. 23. quæst. 2. cap. siue de coniugii, not. Abb. in cap. ut clericorum mores, de vita, &
28 honest. cler. Facit † quod de correctione fraterna diximus, quæ licet sit de præcepto, tamen fallit, quando dubitatur vtrũ monitus efficeretur deterior, quia tunc meritoriè omittitur, secundum Archi. in cap. si peccauerit, 11. quæst. 1. Facit etiam, quòd si non potest pater filios corripere, nec verbis, nec operibus, quin efficiantur deteriores, tunc non debet eos expellere, vel denegare alimenta, sed aliquantulum sustinere, vt patet in cap. quantumlibet, & cap. seq. dist. 47.

Sic & si sit de debito repetere res Ecclesiasticas, tamen si Prælatus ob vitandum damnum animæ, quod aliis imminet, si repetitio fiat, potest ad tempus differre illarum repetitionem, vt diximus in 2. lib. præcep. quinto, cap. 68. Ex quibus omnibus satis patet, quòd non debet iudex excommunicationem ferre, quando viderit illam medicinalem non fore, & animabus obfuturam, quarum iura nostra canonica curam habent principalem, ut est glo. in cap. cum contingat, de iureiur.
29 Hinc tunc † ad excommunicationem est recurrendum, quando leuiores medicinas, & minus periculosas infirmus non suscipit, vt inquit Ambro. lib. 2. de offic. cap. 27. nam tunc cum non habeat quid amplius contra ipsum faciat sapiẽs medicus, ad excõicationẽ recurrat, quæ medicina medicinarum dicitur, & gra-
30 uissima pœnarum. Separat enim † hominem à Deo, 24. q. 3. certum. Item Satanæ tradit, 11. q. 3. audi. & can. omnis. Item peccatorum absolutionẽ impedit, 24. q. 1. quicunque. Item ab Ecclesia fidelium remouet, 11. quæst. 3. omnis. & cap. seq. Item à fidelitate iuramenti absoluit, 15 q. 6. nos sanctorum, & c. seq. Item omnia bona opera in ea facta mortificat, 23. q. 4. cap. si quis, & q. 7. quemadmodum. Item suffragia Ecclesiæ siue in vita, siue post mortem tollit, 11. q. 3. cap. quicunque intra, 24. q. 2. de communione, & cap. seq. Item ȩternam damnationem inducit, 11. q. 3. nemo Episcoporum.] Item priuat hominum consortio, cum nulla maior pœna sit, quàm inter homines esse, & hominum carere consortio, l. hi qui sanctum. C. de apost. capitu. corripiantur. 24. quæstio. tertia.

[Hinc

[Hinc Augu. lib. 1. contra aduersarium legis, & prophetarum, cap. 17. vbi illud Euangelicū, Quæcunque ligaueris &c. de potestate excommunicādi exponit, ait grauius esse hominem excōicari, quàm si gladio feriretur, flammis exureretur, feris subigeretur. Et sermone 68. de verbis Apostoli, & refertur, 11. q. 3. can. omnis. inquit, omnis Christianus, qui à sacerdote excommunicatur, Sathanæ traditur; quia extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus. Et can. nihil, eadē quæst. Nihil sic debet timere Christianus, quàm separari à Christo. Ex quibus omnibus cōcluditur excōicationem esse maximam pœnam, non simpliciter,
31 sed rōne effectus,† 24. q. 3. corripiantur. occidit. n. animam, 24. q. 3. c. si habes, 11. q. 3. nemo Episcoporum. Licet ratione durationis sit degradatio, quæ maior est propter durationem, quàm excōicatio, 50. dist. c. si Eps, aut presbyter. Et ratione asperitatis est pœna corporalis, quæ maior dicitur, quia actualiter sentitur 24. q. 3. si habes. Sic rōne opprobriositatis est pœna suspensionis in patibulis, aut verberationis per ciuitatem, 23. q. 5. c. 1. cum ergo ratione effectus excōicatio sit maior omnibus, & sit medicinalis, supersedenda est, quādo iudex probabiliter suspicatur illam non allaturā vtilitatem ipsi excōicato. Immo inquit B. Tho. in 4. sen. quē allegat, & sequitur Io. Andr. in c. 1. de sent. excom. in 6. ꝙ si per excommunicationē quis efficiatur deterior, debet iudex illam discretè tollere, quia ex quo uidet illam non proficere, debet uti alio remedio, pro qua est bonus tex. in c. de illis presbyteris, ver. Miseratio. 11. q. 3. sequitur Francus in cap. 1. eod. tit. lib. 6. Hanc tamen opinionem Ioan. Cald. non sequitur. Dicit enim, si quis fuit iustè excōicatus, & perseuerat in cōtumacia sua, non debet absolui, ēt si efficeretur deterior, ne malitia sua prosit illi, & ne detur causa malignādi. Sed reducendo has opiniones ad concordiā dici potest, quia aut est spes de correctione aliquo remedio addito sublata excōicatione, & procedit opinio B. Tho. & Io. Andr. quia siue plectendo, siue indulgendo, hoc solum benè agitur, vt vita hominis corrigatur, vt dicit tex. in c. prodest, 23. q. 5. aut non est spes correctionis alio remedio, & procedit opinio Cal. vt nō absoluatur, quia ex quo non vult obedire Ecclesiæ, debet haberi, vt ethnicus, & publicanus. i. gētilis, & infidelis, c. nouit, de iudic.] Rursum cum excommunicatio sit maxima pœnarum,
32 sequitur quòd iudex† Ecclesiasticus non debet procedere ad excōmunicationem in causis ciuilibus, nisi vrgentissimis, ut habetur in concil. Trid. sess. 25. c. quamuis. quod non est faciendum, quando adesset alia via suum recuperandi. Hinc hodie est in usu ex authoritate Soti, in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2.
33 quòd cum aliquis petit † excommunicationem, datur ei iuramentum, an cognoscat, v. g. furem, qui si ab eo cognoscitur, recusant excōicationem ferre. Qui quidem vsus multis est causa dānationis animæ falsò iurantibus, s. furem non cognoscere, ut emitti possit excōicatio. Sotus uero loco citato hoc non dicit, sed ait, ꝙ vbi notus est debitor, & debitum, ita ut iuridicè possit compelli, ꝙ non est locus excommunicationi, sed illa locum obtinebit, ubi non reperitur alia via probandi debitum, licet sit notus debitor; quoniam excōmunicationis finis debet esse medicinalis, idest, ut sit animarum salus. Ideo mortaliter peccat, qui ad alium finē facit eam ferre vel fert excommunicationem, Nauar. cap. 27. nu. 10.
34 [Quintum, & si excōmunicati † priuātur orationibus, & suffragiis Ecclesię cōibus, quæ nomine Ecclesiæ publicè in ea fiunt, notant Doct. in c. cum voluntate, c. à nobis, el 2. de sent. excom. S. Tho. in 4. sent. dist. 18. q. 2. ar. 1. In specie notat Gabr. de Can. mis. lect. 26. col. 7. & ministri ita orādo peccant mortaliter, D. Th. quodl. 11. art. 9. & rō est, quia cum suffragiorum Ecclesię cōmunio ab applicatione, & intentione totius Ecclesiæ radicē habeat, minime vult Ecclesia cōmunia suffragia applicare, nec orare pro his, qui

extra eam sunt, sed tantum pro membris eius ab ea nondum abscissis, & segregatis, S. Tho. in 3. par. q. 79. artic. 7. Sylu. in ver. excommunicatio, 1. col. 2. In quorum numero sunt peccatores mortalis criminis rei, qui sub generalibus Ecclesiæ suffragiis comprehenduntur, quia per fidem Ecclesiæ membra sunt, nondum publica authoritate ab Ecclesiæ communione separata. Potest tamen Ecclesia quandoque pro excommunicatis Hæreticis, Saracenis, & infidelibus orare, non equidem ut pro membris Ecclesiæ, orationibus ad Ecclesię membra coadiuuanda institutis, sed ut exteris, & ab unione Ecclesiæ alienis, quibusdam orationibus ad id ordinatis, quod dignetur diuina maiestas eos reducere ad Ecclesiæ unioné, & pœnitentiã, ita notat D. Tho. in quarto sent. distinct. 18. q. 2. art. 1. ad primam quæst. Card. à Turrecre. in cap. si quis Episcopus, 11. q. 3. Sylu. qui supra. Et sic denique orat in die Veneris sancti pro Ethnicis, Schismaticis, & Iudæis, id tamen exemplo Christi facit, qui illa die fuit vniuersalis redemptor. Quin vero Bernardus ait. Vide quam mala excommunicatio sit, quod in Parasceue Ecclesia pro Iudæis, & Paganis orat, & non pro excommunicatis. Sed intelligitur etiam orare pro excõmunicatis, cum oret pro hæreticis, & schismaticis, ita Sotus in quarto senten. dist. 22. q. 1. art. primo.]

35 Hodie vero per † constitutionem Concilii Constan. de qua infra, licet orare publicè, & in specie pro excommunicato: dummodo non sit denunciatus, aut notorius clerici percussor. nec obstat doctrina D. Tho. & aliorum Theologorum, quia tunc temporis dicta extrauagans lata non fuerat. [Quare nunc non negatur sepultura iis, qui excommunicati moriuntur, iuxta tex. in c. sacris, de sepul. nisi sint denunciati. Pariter potest quis dicere Missam orando in ea, & applicando eius valorem, quibus Ecclesia mandat applicari eo fine, ut illud suum opus orandi, & applicandi ad quem, & pro quo debet, accipiat Deus pro oratione priuata, vt aliquis infidelis, vel excommunicatus conuertatur, ita Nauar. in suo Manua. c. 27. num. 36. ibi, Duodecimo pariter, ut inquit Host. in c. cum voluntate, de sent. excommu. Potest oratio fieri pro excommunicato nulliter, seu inualidè, uel pro excommunicato validè, sed ex iusta causa, uel pro excommunicato iustè, quem credimus mortalis criminis iam pœnituisse, & diligenter absolutionem quęsiuisse, licet nondum sit absolutus, modo non fiat expresè publicè pro illo, cum Ecclesia habeat eum pro ligato. Sed secretè, hoc colligitur ex mente Host. in d. c. cum voluntate, Abb. in c. à nobis, el secondo, num. 6. de sent. excommu. Nam & huic etiam generalia suffragia Ecclesię vtilia sunt, nec is ab eis excluditur, secundum Card. à Turrecrem. in cap. si quis Episcopus, 11. quæst. 3. Flor. tertia parte, titu. 24. capitu. 77. Nauar. capitu. 27. numero 37.]

Sextum & si vetantur ab Ecclesia fieri orationes pro excommunicatis, quæ pro membris Ecclesiæ ab eius ministris fieri solent, sicut paulo ante exposuimus: non tamen excluduntur orationes priuatæ, quominus posset quisque pro excommunicato priuatim orare, quia tunc non orat nomine Ecclesiæ pro excommunicato, ut pro membro Ecclesiæ, D. Tho. qui supra, & est communis opinio, ut refert Couar. in dicto capitu. alma mater, §. sexto, numero quarto, in prima parte.

36 [Sexta conclusio. Quare potest † sacerdos in Missæ celebratione dum secretè orat in priori parte ante consecrationem Hostiæ in Memento, vel inter collectas, pro excommunicato orare, ut Deus eum ad pœnitentiam reducat, ita tenet Syluest. uerbo excommunicatio. 1. §. 2. Nauar. in capitu. quando, notab. 19. num. 71. de consecra. distinc. prima. Huius conclusionis ratio est, quod tunc sacerdos orat ut priuatus, non vt minister Ecclesiæ: quare licet Missa sit sacrificium publicum, oratio tamen illa sit priuatim, ut inquit Sotus in quarto sent. di-

distinctio. 22. quæstio. prima, artic. primo. Nec videtur contraria hæc assertio Gabrieli in Canone missæ, lect. 26. scribens sacerdotem ministrum Ecclesię non posse speciali oratione pro excommunicato in Missa orare. Etenim illud intelligitur, quando sacerdos oraret, ut
37 minister Ecclesiæ. Nā tunc † nec speciali, nec generali oratione pro excommunicato, vt Ecclesię membro, orare potest. Et si oraret, peccaret mortaliter: cum veniat contra eius inhibitionem, ne inter sua sacrificia pro eo deprecaretur. Verū poterit bene in ea parte Missæ, qua sibi licet priuatis orationibus uti, pro excommunicato orare absque peccato. Et erit isthæc oratio priuata, & non publica, Nauar. cap. 27. num. 36. vers. 12. Couar. in c. alma mater, in prima par. §. 6. num. 4. Nec etiam potest quis vel ut minister Ecclesiæ, vel ut priuatus orare pro eo, qui mortali crimine decessit, cap. pro obeuntibus, 13. q. 2. cap. placuit, 13. q. 5. glo. in cap. ex parte, la prima, de sepul. Turrecre. in cap. tempus, 13. quæst. 2. D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 7. & est communis omnium sententia.

Septimo apparet supradictam defini-
38 tionem excōmunicationi † maiori propriè adaptari. Etenim illa sola est, quæ prorsus ab omni Ecclesiæ communione separat, quæ si solemniter fit iuxta formam in cap. debent, cum seq. 11. q. 2. vocatur anathema, & significat duo. Alterū est actus faciendi, siue separandi Christianum à Christianorum cōmunione, ut probatur efficaciter in cap. nemo, 11. quæst. 3. ibi, Anathema est mortis ęternę damnatio. & in cap. certum, 24. q. 3. ibi, Nihil enim aliud significat anathema, nisi à Deo separationem, c. Engeltrudā, 3. q. 4. Alterum, quod significat, est Christianus sic separatus, quod efficaciter probatur per sexdecim cap. Concilii Gangrensis, posita in distin. 30. qua parte habet, ut qui illud, aut illud fecerit, sit ana-
39 thema. Et dicitur † ab ana, quod est sursum, & thema, quadam figura quasi rotunda, habente telum quasi ex transuerso, quæ consueuit poni in frontibus damnatorum, ut inquit glo. in extrauagan. commu. capitu. 1. verbo, anathematizamus, de senten. excommun. In veteri vero testamento anathema non intelligitur, pro ut accipitur à iuribus canonicis, & ab eorum peritis, cum tali tempore nondum erant inuentæ tres illæ censuræ, de quibus in cap. quærenti, extra de verbor. signific. quarum maxima est excommunicatio, præsertim maior, quæ vocatur anathematizatio, de qua hic agitur. Sed significabat res separatas à communi consortio aliarum similium, ut dicit S. Thomas, cap. 2. ad Galat. vel id, quod detestationi, & abominationi habebatur, ut habetur Iosue cap. 6. de Hierico, sitque ciuitas hæc anathema. In quo sensu ait Paulus, 1. Corint. 12. Nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu. hoc est execratur, & detestatur Iesum. Vnde anathema idem est, quod homo detestabilis, & execrabilis. Et Hier. cap. audi, 11. q. 3. Notos. quasi in publicum infamiæ expositos, ut per erubescentiam resipiscant. Verum prout capitur à Canonum peritis, nihil differt à maiori excommunicatione, nisi in forma, cum in effectu eadem sit, sed ideo in Conciliis, & in iure huius nominis anathema frequentior est vsus, quia quendā videtur per se maiorem terrorem incutere. Verum excommunicatio minor nō separat à tota communione, sed à parte, nempe ab illa, quæ est in perceptione Sacramentorum, cap. si quem, de senten. excommu. At quando fertur excommu-
40 nicatio † in dubio si dicitur excommunicamus, & anathematizamus, de maiori intelligitur, cap. penul. de sent. excom. not. glo. in extr. 1. commu. eo. tit. Et non obstat, si quis diceret, quod debet intelligi de minori, quia in pœnis mitior est interpretatio facienda, vt in reg. in pœnis, & odia, de reg. iur. lib. 6. l. de interpretatione, ff. de legib. quia contrarium procedit in pęnis corporalibus, & pecuniariis, sed excommunicatio non est propriè pœna, sed animę medicina, cap. 1. de senten.

excommu.lib.6. Vnde eo ipso, quod excommunicatus vult satisfacere, obtinet absolutionem, d.c.1.2.q.1. c.multi. Item in concernentibus periculum animæ tutior interpretatio est facienda, cap. iuuenis, de sponf. c.ad audientiam, de homic. glo.in cap.1. de scrut.in ord. faci. Abb.dicit in cap. ex tenore, qui filii sint legit. sed cum excommunicatus potuerit intelligere ita de maiori, sicut de minori, tutius est interpretari, quod intellexit de maiori, quia hoc casu nullum subest pericu-
41 lum. Item verba debent intelligi† secundum consuetudinē, ut in cap. litteris, de sponf.l. Labeo.ff.de sup.leg. Sed communiter appellatione excommunicationis intelligimus de maiori, & ideo debet generaliter intelligi de maiori, & non de minori, ut in d.c.penul. de sent. excom. probatur.]

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis multiplex species. Itē iuris, & hominis.*
2 *Excommunicationis iuris effectus quis.*
3 *Excommunicatio ab homine quæ, & quotuplex.*
4 *Excommunicatio latæ sententiæ, & comminatoria, qualiter cognoscantur.*
5 *Excommunicatio latæ sentētiæ quibus verbis ipso iure proferatur, & quid de comminatoria, nu. seq.*
7 *Excommunicatio hominis non pro futuris culpis, sed iuris infligitur. exempla, & differentiæ rationem, vide nu. 8. & 9.*
10 *Causa, quæ generalibus excommunicationibus pro futuris culpis occasionem præstant.*
11 *Excommunicatio pro culpis, quæ iam ortæ sunt, quo casu ab homine ferri possit, & quare pro præteritis regulariter non feratur.*
12 *Excommunicatio iuris quos ligat, & quos excommunicatio hominis.*
13 *Verba generalia iudicis restringuntur ad limites suæ potestatis.*
14 *Subditorum appellatione veniunt, qui sunt immediatè, non autem qui mediatè.*
15 *Statuta generalia laicorum non includunt clericos.*
16 *Excommunicatio iuris ligat non tantum tunc culpabiles, sed in futurum, nec non exteros intra territorium delinquentes, quod secus est in excommunicatione hominis, nu. seq. amplia, nu. 18.*
19 *Excommunicatio iuris exemptos, an & quando liget.*
20 *Excommunicatio lata de eo, quod est prohibitum, an extendatur ad delinquentē extra territorium.*
21 *Excommunicatio hominis non ligat subditum extra territorium, nisi in duobus casibus.*
22 *Pœna præter excommunicationem, an afficiat subditum extra territorium.*
23 *Excommunicatio sub conditione lata, an liget eum, qui desiit esse de foro excommunicantis ante conditionem.*
24 *Iudex an inquirendo possit procedere de delicto commisso extra territorium.*
25 *Excommunicatio Papalis reseruata, quando dicatur. & quid si est hominis.*
26 *Excommunicatio lata ab homine, mortuo ipso expirat.*
27 *Licentia, vel sententia conditionalis extincta iurisdictione expirat.*
28 *Gratiam concessam expirare per mortem concedentis, qualiter intelligendum, nu. sequen.*
30 *Excommunicationis sententiam debet præcedere offensa, quod non est in statuto.*
31 *Excommunicatio iuris non ligat ignorantes, sed hominis sic. Et quid de priuilegiis, mandatis, & prohibitionibus, numero 32.*
33 *Excommunicatio iuris monitionem non requirit, & quare, nu. seq.*
35 *Excommunicatio hominis requirit saltem monitionem personalem, fallit, vt ibi.*
36 *Monitio trina, vel vna pro tribus fieri debet.*
37 *Monitio an necessaria pro contumacia notoria.*
38 *Monitio adeo necessaria, vt per partem renunciari non possit, nisi iudex hoc faciat consentiente debitore, num. sequen. & 40.*

Obli-

41 *Obligatus ad faciendum aliquid, pendente conditione an possit appellare, vel pars terminum prorogare.*
42 *Suspensionis sententia an requirat præmonitionem.*
43 *In excommunicationis declaratione an necessaria monitio.*
44 *Excommunicatus donec satisfecerit, vel ad tempus, an facta satisfactione, vel finito tempore debeat absolui, nu. seq. amplia, num. 48. limita, nu. 49. & 50.*
46 *Absolutus licet mandatis iudicis non pareat, uti promiserat, non ob hoc incidit in excommunicationem, fallit nu. 47.*
51 *Suspensus per satisfactionem liberatur, & non est necessaria absolutio, licet requiratur sententia declaratoria super satisfactione.*
52 *Excommunicatio hominis debet ferri in scriptis, non autem iuris.*
53 *Ab excommunicatione iuris inferior absoluit, etiam si non Papæ, sed alterius esset excommunicatio.*
54 *Excommunicationis maioris absolutio, de iure inferioribus ab Episcopo non competit.*
55 *Ab excommunicatione ab homine ipse, vel eius superior absoluit.*
56 *Ligare qui potest, absoluere potest, in quibus casibus regula fallat, vide.*

De duplici excommunicatione à iure, & ab homine. Cap. II.

[1 POst † definitionem excommunicationis, sciendũ est esse multiplicem excõmunicationem. Quędam excommunicatio est simplex, siue minor, quæ separat à sacramẽtis, & ab ingressu Ecclesię, c. si quem, de sent. excommu. Quædam est, quæ separat à communione corporis, & sanguinis Christi, teste sua conscientia, propter aliquod crimen, iuxta illud Apost. Probet se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indignè manducat, & bibit, iudicium sibi manducat, & bibit, ita tex. in cap. ad mensam. §. euidenter, 11. q. 3. Et hæc quidem separatio dicitur excommunicatio, cap. facilius, de pœnit. distin. 1. Est rursum alia separatio, quæ fit authoritate sacerdotis, iuxta, tex. in cap. in actione, de pœnit. distinc. 1. Et hæc duplex. Alia, quæ pro peccato occulto infligitur à sacerdote loco pœnæ, de qua loquitur tex. in cap. omnis, extra de pœnit. & remiss. Alia, quæ dicitur sententia Ecclesiastica, sicut pœnitentes, quibus tempore pręfinito beneficium reconciliationis impenditur. Hæc sententia excommunicatio uocatur, quia à communione corporis, & sanguinis Christi notatum prohibet. Sicut & Adam ab esu ligni uitæ excommunicatus est, Domino dicẽte, Videte ne forte sumatis de ligno uitæ. ita tex. in d. §. euidenter. Rursum separatio, quæ fit propter crimen, quandoque imponitur à Deo, quia quò ad Deum priuatus est sacramentis, & traditur criminis mortalis reus Zabulo, iuxta tex. in c. audi, 11. q. 3. Quandoque separatur à seipso, & cessat à sacramentis, cum non vult pœnitere, quia hoc sibi putat sufficere ad pœnitentiam, c. sunt qui arbitrantur, de pœn. distin. 1. Et omnes istę separationes, quia à Deo separant, dicuntur impropriè excommunicationes, cum nihil aliud significet anathema, nisi à Deo separationem, 24. q. 3. c. certum. Verum quia non separatur quis propter has sententias à consortio hominum: ideo est & alia excommunicatio maior, quæ anathema uocatur, qua quisque separatur à consortio fidelium, iuxta illud, Cum excommunicatis nolite communicare, de qua in d. §. euidenter. Et hæc duplex.]

Prima, quę dicitur excommunicatio iuris.

Secunda, quę dicitur hominis, idest, iudicis Ecclesiastici. A iure excommunicatio dicitur, quę in corpore iuris clauditur. Et hęc dupliciter considerari potest. Alia, quę generaliter infligitur à canone, Concilio, statuto perpetuo, quod cõtinetur in extrauagãtibus. Alia uero

est à iure particulari, quæ continetur in legibus synodalibus, vel particularibus in eũ, qui hoc fecerit, vel nõ fecerit, tex. est in cap. 2. de constit. lib. 6. clem. 1. §. ue rum, de hæret. Prima extenditur per totam Ecclesiam. Secunda non extenditur ad loca alia extra diœcesim, vel prouinciam, Sylu. in uer. excommunicatio. 1. num. 3. ver. 3.

2 Operatur autem † excommunicatio hæc, siue specialis, siue generalis, vt qui illa ligatus est, non possit aliquod conferre sacramẽtum, nec celebrare, nec se ingerere diuinis, aliquid exequendo, vt dicẽdo horas canonicas, vel Euangelium, aut Epistolam, nec potest cum aliis orare, aut interesse sacris, & si aliquid exequitur deputatum suo ordini, tanquam habens talem ordinem, irregularis est, cum quo nõ dispensat, nisi summus Pontifex, si delictum est manifestum, aliàs si occultum, Episcopus, vt dicitur in Cõc. Trid. sess. 24. de refor. c. 6.

3 Excommunicatio † vero ab homine dicitur, quæ fertur à iudice in iudicio per sententiam, siue extra iudicium. Et hæc duplex est, quędam dicitur latæ sententiæ, quędam comminatoria.

4 Excommunicatio † latæ sentẽtiæ est, quæ ipso facto incurritur. Comminatoria, seu fulminatoria, quæ non ipso facto incurritur, sed potest fulminari, contra quam faciens peccat mortaliter, glos. in c. unico, de sagitta.

Excommunicatio latæ sententiæ cognoscitur ex ipsius verbis, & tenore, idest, quando verba sunt præsentis temporis, vel pręteriti, [tex. in cap. à nobis, el primo, de senten. excommuni. ibi, excom-
5 municatus † sit. vbi per hæc verba profertur excommunicatio ipso iure, c. quidam, 5. q. 1. vide Bald. in l. 1. C. de secun. nupt. pro hoc vide glo. in cap. quicũque, de hæret. lib. 6. vbi inquit, quòd verbum excommunicatus sit, est canon latæ sententiæ, & est communiter recepta. Licèt aliud senserit glos. in cap. 2. de foro compet. vide tamen ibi Abbatem, qui tenet cum communi: nisi dictum verbũ proferatur in materia, quæ per alia iura ĩnducat excommunicationem per sententiam. Pariter fertur excommunicatio ipso iure, per verba illa, Excõmunicationi te noueris subiacere, glo. in cap. 3. de rapto. At si verbà sint futuri temporis, tunc dicitur comminatoria, & requiritur sententia, glos. in d. cap. vnico, de sagitta: Fely. in c. Rodulphus, nu. 24. de rescript. nisi sit appositum eo ipso, Archid. in c. 1. de sepultu. lib. 6. Barto. in l. fin. C. de sacrosanct. eccl. Et idem de verbo statim, vel mox, pro quo glo. in verbo, innodetur, in cap. 2. de hæret. lib. 6. Et idem de verbo, omnino, vt per glo. in l. 1. §. pecuniam, ff. deposi. Et idem de verbo, protinus, vt not. in cap. in quibusdam, de pœnis. Et idem de verbo, ipso facto, vel ipso iure, vt per glo. in c. 1. de rescript. lib. 6. & ibi not. De quibus vide per Doct. in capit. si diligenti, de foro competen. Rursum comminatoria esset excommunicatio, si diceretur sub anathematis interminatione, glossa in cap. cum Ecclesia, de immun. eccl. glossa in cap. non solum, ver. sub pœna, de regular. Item si dicatur, sub interpositione excommunicationis, quamuis glossa in cap. relatum, asserat, quòd sit excommunicatus. Sed veritas est, quòd contrafaciens sit excommunicandus. Est enim quędam superioris comminatio inferendi excommunicationem contrafacienti, facit quod no. in tit. C. commi. vel epi. quasi per totum. sicut in simili dicitur, quando iudex pręcipit, ut aliquid fiat, vel nõ fiat sub pœna mille librarũ. Nam non parens non incidit in continenti in pœnam, cum illa fuerit quędam comminatio de pœna infligenda, vide quod not. in Spe. in tit. de exe. sen. in §. 1. post princ. Et hæc nota, quia quotidie solet venire in praxi inter
6 regulares pręcipientes † simpliciter aliquid fieri sub pęna excommunicationis, nam in dubio non fertur excommunicatio, sed est quędam comminatio, ita glos. in cap. Salonitanę, dist. 63. glos. in c. sicut tuis, & ibi Panor. nu. 6. de simo. glos. in cap. 2. de matr. contr. contra interd. eccl. glo.

glo.in cap. vnico, de sagitta. & ibi Panor. Dixi in dubio, quia si appareret de mēte proferētis per illa verba velle excommunicare, secus esset: Puta, si diceret, præcipio sub pęna excommunicationis, quā ex nunc profero, si contrafeceris, vel similia verba. Ita Panorm. in d. capit. 2. de matr. interd. vel pręcipio omnino, quòd excommunicationi subiaceas, ut uoluit Additio ad Abb. in d. cap. vnico, de sagit. vel, ut inquit ibi Host. & Ant. de Butr. quando uerba illa, sub pœna, &c. proferuntur cum solemnitate, de qua in c. de bent. 11. q. 3. Attamen dum non apparet de mente proferētis, in dubio excusatus est subditus contrafaciens, non gerens se pro excommunicato, & sic ante declarationem. uerum facta declaratione, quòd habuit intentionem excommunicandi, debet se haberi pro excommunicato, argum. tex. in cap. curæ, 11. q. 3. iuncta glo. ubi habetur, quòd creditur assertioni episcopi. Quod intellige, modo non immineat graue periculum contrafacienti. Finge enim quòd cōtrafacienti ante declarationem fuerit collatū beneficium: nam si erat excommunicatus, collatio non tenuit, & sic posset superior per suā declarationem graue præiudicium inferre, quod non est tolerandum, argumen. 6. q. 2. per totum. ita Panor. in d. c. unico, de sagittar.] magni tamen est emolumenti scire differentias excommunicationis iuris, & hominis, in quibus differant.

7 Ideo † primo differentia est, quòd excommunicatio hominis pro futuris culpis minimè infligitur, sed iuris sic. Vnde sciendum est, quòd cum excommunicatio ab homine temerè, & incautè ferenda non sit, ideo minimè debet pro futuris culpis in quemquàm infligi: cum tanta censura, tamquàm grauis afflictio pręsentem culpam exigat, tex. est no. in cap. Romana. §. caueant, de sent. excommu. lib. 6. nisi uel mora, uel culpa, uel offensa præcesserit, glo. in d. §. caueant, in uerbo, culpa, & in uerbo. offensa. Exemplum de mora. Cōdemnatur quis in iudicio, ut aliquid soluat, tenetur id facere intra certos dies, si eo tempore non soluerit, tunc licitè iudex ei præcipere potest, ut soluat intra aliquot dies sub pœna excōmunicationis latæ sententiæ: quia præcessit mora. Exemplum de culpa. Sunt clerici negligentes in dicendis horis canonicis, licitè potest Episcopus ferre sententiam excommunicationis contra clericos, qui nō interfuerint; quia pręcessit culpa, quæ tamen excommunicatio illicita esset, si illa non præcessisset. Exemplum de offensa. Erat quis concubinarius, & separatur iussu Prælati, licitè ei imponitur pœna excommunicationis, si ad dictum peccatū redeat; quia præcessit dicta offensa, quæ tamen esset illicita, si non præcessisset, hæc habentur in c. Romana, iuncta glos. de sent. excom. lib. 6. Nauar. cap. 27. nu. 9.

8 A iure † uero ex communicatio optimè pro futuris culpis infligitur, & ita procedit tex. in cap. à nobis, el primo, de sent. excommunica. qua decisum est excommunicationem generalem posse in hunc modum ferri. Idem probatur in c. ut animarum, de constit. lib. 6. hanc conciliationem, & distinctionem facit glo. commu. recepta, in d. §. caueant. in ver.
9 futuris. Et ratio † differentiæ esse potest inter generalem sententiam iuris, & hominis, scilicet, quòd lex possit prospicere, & frequentissimè respicit futura, sententia uero hominis potissimè pręsentia tantum tractat, glo. in d. cap. ut animarū. Attamen qui intelligunt decisionē text. in d. cap. à nobis, in sententia excommunicationis lata ab homine, ut ea generaliter ferri possit pro futuris culpis, intelligere debent, ut tex. ille procedat non indistinctè, & semper, sed ex causa tantum rationabili, quod satis conceditur in d. §. caueant.

10 Causa † uero, quę possit his generalibus excommunicationibus iustam occasionem prębere, contingit quoties aliquod delictum in aliqua urbe, uel prouincia frequētissimum est. poterit enim sententia excommunicationis ab homine

ne generaliter ferri ad imitationem legis, & canonis in eos, qui illud crimen commiserunt. Idem etiam dici potest, quoties aliquod crimen coniectura maximè verisimili timetur, & ita forési vsu, & praxi iamdiu inductum est, ut istæ excõmunicationes generaliter ferri ab homine possint pro futuris culpis, ut refert Couar. in d. cap. alma mater. §. 10. nu. 1.

11 Potest etiam † ferri sententia excommunicationis pro culpis non omnino futuris, in quibus iam sunt, & præcipitur illis, vt desistant. Exempli gratia, Quãdo fertur excommunicatio contra detinentes aliena, nisi restituant, contra nolentes comparere in iudicio, nisi compareant, & denique contra existentem in aliquo peccato, nisi relinquat statum suum, & hoc modo solet dici, excommunicationẽ ab homine ferri pro præteritis culpis, quamuis realiter nunquam excommunicari quis potest ab homine pro delictis, & culpis præteritis: nam ad incurrendam excommunicationem requiritur monitio trina, cap. sacro, de sentent. excommun. cum interuallo saltem duorum dierum inter vnam, & aliam monitionem, vel saltem vnica pro tribus, cum interuallo tamen sex dierum, quando periculum non est in mora, cap. constitutionem, de sent. excommunic. lib. 6. adiuncto cap. sacro. Verum quando dictum periculum interuenerit, diminui debet tempus quoties, & quantum oportuerit, ita Nauar. cap. 27. nume. 10. Vnde cum pro peccatis prçteritis nulla præcesserit monitio, hinc sequitur nullum verè posse excommunicari pro illis. Potest tamen excõmunicari pro præteritis culpis eo modo, quo supra diximus, v. g. fuit commissum furtum, ita dicatur: Quòd si non satisfaciat parti læsç, sit excommunicatus: nam tali casu si nõ fuerit facta restitutio intra illam trinam monitionem, quæ quidem peremptoria vocatur, l. ad peremptorium, cum sequen. ff. de iudic. tunc potest excommunicari, non ratione delicti prçteriti, sed propter inobedientiam, & ita intelligitur, & declaratur tex. in c. quidam maligni. 5. q. 1. [Et si Dominicus de sancto Geminiano det alium intellectum ad dictũ text. quod ibi interuenit monitio, ex quo prçcipitur vt exeat, & si non exit, sit excommunicatus.

12 Secundo lata † à iure ligat generaliter omnes, qui sunt in Ecclesia: Si facta est per summum Pontificem, vel in Concilio generali; sed si facta est in Concilio prouinciali, ligat omnes de prouincia, c. vlt. distin. 18. Ad hoc, de præben. c. graue, cap. sicut olim, de accusat. Quòd si in constitutione synodali alicuius diœcesis, tunc tantum extenditur ad illos, qui sunt de diœcesi, Sylu. in ver. excommunicatio, 1. num. 3. vers. igitur. Ab homine vero lata excommunicatio per sentẽtia m: puta, quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus. ista non comprehendit subditos totius prouinciæ, sed solius diœcesis suæ. Ita glos. in capitu. Romana, ver. sententiæ, de senten. excommunic. lib. 6.

13 Hinc collige, quòd † generalia verba sententiã proferentis, seu statuentis restringuntur ad limites potestatis suæ, vt quamquàm ex propria verborum significatione apta sint etiam nõ subditos cõprehendere, tamen propter potestatis defectum verba quantuncunque generalia restringuntur, vt non comprehendãt nisi subditos. Ita no. in c. à nobis, extra de senten. excommun. Hinc Archiepiscopi sententiæ tantum ligant subiectos sibi immediatè, & sic eius diœcesanos, non autem eius prouinciales, vt in glo. in d. c. Romana, secundum Io. Andr. ex cuius dicto infertur, quòd appellatione
14 subiectorum † Archiepiscopi, non veniunt omnes de sua prouincia, sed tantum illi de sua propria dįçcesi, quamuis prouinciales sint Archiepiscopo subditi mediatè: nempe, quia Metropolitanus superior est Episcopis, & suffraganeis totius prouinciæ, & eorum omnium iudex, ac deinde per appellationem causas prouincialium tractare potest, & debet, vt probatur in c. cum ab Ecclesiarum, de offic.

offic.ordin.cap.venerabilibus,de senten. excommu. lib. 6.

Hæc faciunt pro intellectu statutorũ
15 secularium, quòd statuta † laicorum generaliter loquentia non includant clericos: & ratio est, quia clerici non sunt subditi, & statutum mensuratur, secundum potestatem statuentis. Hinc si statuto cauetur, quòd declinantes iurisdictioné potestatis, incidant in certas pœnas, non extenditur ad clericos declinantes: idem dicendum est, si statutum esset rationabile, generale, & fauorabile, modo sit per verba præceptiua, vel inhibitiua. quia præcipiendo superioritas notatur, quam laici in clericos exercere nõ possunt, ut no. per Docto. & præcipuè Decium in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. Hinc lex de non exportandis equis lata à laico sub tali pœna, non comprehendit clericos, ut in specie inquit Nauar.lib.1. de constit. consi.4. & ratio est, quia dispositio laici generaliter loquens non refertur nisi ad subditos: clerici autem non sunt subditi. Quod intellige, modo lex laicalis non inhibeat aliquid, quod erat inhibitum lege naturali, & diuina, exemplum posuimus supra lib.2. cap.57.num.14. Pariter si statuto cauetur, vt venditio bonorum immobilium non fiat nisi subdito: tunc illud non comprehendit uenditiones factas clericis. & ratio est, quia non existunt de iurisdictione statuentium, ita notatur in cap.fi.& ibi Franc.de immu.eccle. lib. 6. ubi Lapus, & Ioan. Andr. Facit quod voluit Baldus in l. generali, C. de sacrosan.Eccle.dicens, quod licet statutũ laicorum dicat, quod mulier non possit testari sine consensu consanguineorum, tamen poterit testari in Ecclesiam, uel ad pias causas sine tali solennitate. Rursum si statutum diceret, quod mulier non possit se obligare sine consensu consanguineorum, tamen poterit sua bona offerre Ecclesiæ; quia in donationibus liberè faciendis Ecclesiæ sunt priuilegiatæ, l. fin. C.de sacrosan. Eccle. facit optimus tex. in l.pen.eo.tit. vbi dicitur, quòd lex generalis debet mitigari, ut sic ad loca pia non extendatur. Ex quibus omnibus concluditur, quòd verba generalia extendũtur tantum ad subditos. Est & alia differentia inter excommunicationem iuris, &
16 hominis.] Quod quando fertur † excõmunicatio contra illos, qui furtum fecerint, iux. tex.in cap.à nobis, el primo, de senten. excom. ligantur hac censura omnes, qui futuris tẽporibus aduersus prohibitionem egerint intra legislatoris territorium, quamuis eo tempore, quo lata fuerit lex, minime fuerint subditi ipsius canonis, uel legislatoris. Item eadem afficiuntur exteri, si deliquerint intra territorium statuentis, nam ratione delicti quis forum sortitur, cap.vlt.de foro competen. ita communi omnium sententia post glossam definitum est in d.cap. à nobis. cuius ratio est, quia lex frequenter
17 respicit futura: sed † si ab homine, tunc tantum comprehendit eos, qui comprehenduntur tempore sententiæ sub iurisdictione iudicis eam pronunciantis, & si subditi erant; non autem futuros subditos: quia sententia referenda est ad tẽpus, quo pronuntiatur, ita ut si quis non subditus deliquerit intra territorium statuentis, non incidit, Panorm. & cæteri in d.c. à nobis, nu.7. subditus tamen agens contra prohibitionem legis, uel statuti extra territorium statuentis non ligatur, ita probatur in d. cap. ut animarũ,
18 & est communis opinio. Quod † procedit etiam si statutum generale expressim eandem excommunicationem indixerit aduersus subditos extra territoriũ delinquentes, [verbi gratia: Quicunque furtum vbique fecerit, sit excommunicatus, ut tradit Panorm. & Felynus in d. cap. à nobis, num.11. & idem Panorm. in cap.fin. nume.40. de foro compet. aduersus Bar. in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & fide cath. qui dicebat, ꝙ si statuens expressè intendebat ligare subditos delinquentes extra territorium, ꝙ tunc ligantur subditi. Non enim hæc opinio uidetur uera; quia tex. in d.c.ut animarum, non dicit illum ligari ex defectu uolun-

voluntatis statuentis, sed potius ex defectu potestatis, ut clarè patet ex his verbis, quia extra territorium ius dicenti potest non obediri impunè, idem habetur in l.fi.ff.de iurisd. omn.iud. Tum ét, quia statutum propriè est lex territorii. vnde non potest vires suas exercere extra territorium puniendo commissa, quia uideretur ibi legem dicere, & de hoc plenius dico infra, cap.8.nu.37.

19 Rursum cum nō subditi † statuto Episcopi ligentur, si deliquerint infra territorium ipsius. Hinc sequitur, quod etiam exemptus tali statuto ligatur pro hoc c. 1.de priuil.cap.patentibus, eod.tit. & ibi per Dom. Anto. de But. Quod intellige, nisi talis sit exemptus etiam ratione delicti commissi in loco etiam non exempto, ut in d.cap.1.ita Franc.in c.2. §.statuto, num.10. de constit. lib.6. Item sequitur, quod ut statuens expresse obligare non potest delinquentes extra territorium: sic nec statutum facere potest, ꝙ nullus in tali Monasterio exempto aliquid inhonestè faciat sub pœna excommunicationis: nam id committens non incurrit pœnam, arg.d. §.statuta, & l.fin. ff. de iurisd. omn. iudic. cum de delicto commisso in loco exempto Episcopus cognoscere non possit, ut in c. cum Episcopus, de offic.ordi.lib.6. pro quo uide glo. 2.in clem. 1. de vita & honest. cler. cum locus exemptus, & extra dięcesim ęquiparentur, glo.in clem. 1.de foro compet. Et non obstat si quis diceret, quod si Episcopus non potest punire delicta commissa in loco exempto, sequeretur, quod remanerent crimina impunita, si delinquentes non haberent alium ordinariū, quam Papam, ratione difficultatis conuentionis. Item, quia interest ordinarii, ut malis hominibus sua diœcesis purgetur: propter delicta autem commissa in loco exempto turbatur quies dięcesis, ex qua ratione in multis iura reseruauerūt iurisdictionem in ordinariis contra exēptos, ut patet in clem. 1.de sent.excomm. & in cap. ad abolendam, de hæret. quia respondetur, quod non remanebit delictum impunitum, quia poterit conueniri coram ipso ordinario ad pœnam iuris communis, ut in c. 1. de rapt. ita post multa concludit Francus in c.2.§.1.de const. in 6. uide infra, c.8.nu.39.

20 Rursum quęritur, † quid si excommunicatio fiat de eo, quod de iure communi est prohibitum, an extendatur ad delinquentē extra territorium? Dic, quod non: nam ut iurisdictio alicuius non se extendit extra territorium, ut habetur in l.fin.ff.de iurisd. omn.iud. ita nec eius statutum, ut in l.cum unus, §.si is qui, ff. de bon.aut.iud. poss.

21 Item quęritur, † an excommunicatio hominis liget subditum delinquentem extra territorium? Dic, quod non, quando sententia hominis est generalis, quia illa fertur per modum statuti, cap.constitutis, el primo, de testi.cap. ad nostram, el secundo, de iureiur. Vnde ęquipollet canoni, ut inquit Panor. in cap. graue, de pręben.num.13.& in c.ex frequentibus, de instit. At neque si est specialis, nisi in duobus casibus. Primus, nisi qui furtum fecerit pro quo lata est excommunicatio in alieno territorio, ad proprium reuertitur, ibiq; conuenitur, ut restituat, quia tunc posset suus ordinarius per excommunicationem eum cogere. Secundus, quando excommunicatio profertur extra diœcesim pro causa iam damnata, & ortum habeat infra diœcesim, tex.in cap. ex tuæ, §. 1. de cler. non resid. glo. in cap. Episcopum, 9.q.2. Francus in c. 1. §.contrahentes, num. 12.de foro compet. & in cap.2. §.statuto, num.13.de constit.in 6. exemplum ponit Sotus in 4.sent. dis.22. q.2.art.1.

22 Sed posito, quod statutum excommunicationis † non liget subditum extra territorium, ut d. c. 2. an saltem Episcopus possit illum punire aliis pœnis? Respondeo, quod sic, pœna iuris communis, uel statuti loci, in quo deliquit, argu.l. si fundus venierit, ff.de euict.ne delicta remaneant impunita, cap.ut famæ, ext.eod.& ut ex prouincia extirpentur mali homines, l. congruit, ff. de offic. pręsi. Non autem

autem secundum statuta domicilij, uel originis: quia illa statuta non ligant subditum extra territorium delinquentem, d.c.2. de constit. in 6. vide Ioan. Andr. in c. 1. de raptor. Barto. in l. saecularij, §.1. ff. de extraord. crimi. Sed quid si Episcopus excommunicauit Maeuium sub con-
23 ditione, † qui ante cōditionem desiit esse de foro suo: an ligetur, si postea conditio euenit, Ioan. And. in reg. cum sint, de reg. iur. in 6. concludit quòd sic. ex quo sententia lata sub conditione tenet, & iudex possit statuere in futurum, ut in c. à nobis, de sent. excommun. ita tenuit glo. & Innoc. in c. praeterea, el 2. de appel. licet Archid. in cap. 2. de constitu. in 6. tenuerit contrarium. Cuius opinio procedere posset, quando Maeuius desiisset esse de foro excommunicantis, & ipsa causa excommunicationis cessauit. Puta, quia fuerat excommunicatus si intra mensem nō faceret residentiam in beneficio, vel faciat se ad ordines promoueri, & ipse contraxit matrimoniū, uel translatus sit ad aliud beneficium primo dimisso, ut plenius de his per Ioan. And. & Lapum in c. Romana, de sent. excommu. lib. 6.

24 Vltimo † quaeritur, an de delicto commisso extra territorium possit per iudicem domicilii contra subditum procedi per inquisitionem. uide Panor. in c. cum contingat, nu. 7. de foro compet. tandem sic potest concludi quòd sic. si delictum erat prohibitum de iure communi, Cynus in l. 1. C. de summa Trin. Secus si statuto, vel ex consuetudine loci domicilii: cum tale statutum non liget extra territorium, d. cap. 2. de constit. in 6. vbi Francus, nu. 16.]

25 Tertio, † lata à iure etiam per Papam confirmata non censetur reseruata, nisi hoc sit expressum: Lata vero ab homine semper intelligitur reseruata, etiam si à Papa esset approbata in forma communi, secus si ex certa scientia, quia tunc Papae esset reseruata, Sylu. in ver. Absolutio secunda, nu. 4. glo. ubi Abb. in cap. ex frequentibus, de instit. Hinc infertur quòd excommunicatum per canonem Archiepiscopalem non reseruantem absolutionem, item per statutum confirmatum per Papam, Episcopus, vel qui habet casus Episcopales absoluit. Sed non absoluit à sententia Archiepiscopi, uel per Papam confirmata, ut per glo. in cap. graue. ver. relaxetur, de praeb. & per glo. ult. in c. ex frequentibus.

Quarto lata à iure est perpetua, ideo numquam expirat mortuo statuente, nisi expresse ab ipso reuocetur, cum semper lex loquatur, l. Arriani, C. de haere. & Manich.

26 Excommunicatio † vero ab homine, vel per sententiam, decretum, aut mandatum expirat mortuo iudice, uel amoto ab officio, d. c. à nobis, ubi gl. & Doct.

Sed aduerte, quòd id, quod dicitur excommunicationem ab homine expirare mortuo, vel amoto ab officio iudice, intelligitur antequam incurratur. nam si eo uiuente in illam quis inciderit, tunc licèt iudex moriatur, uel ab officio amoueatur, nequaquam tamen excommunicatio expirat [& ita intelligitur tex. in c. uni. de maior. & obed. ubi excommunicatus per Episcopum remanet excommunicatus post mortem Episcopi, c. pastoralis, §. 1. de offic. ordin. ita Panor. & commun. Docto. in d. c. à nobis, nu. 12. Nauar. in Man. c. 27. nume. 2. ubi ex his colligit quid dicendum sit de excommunicationibus, & aliis censuris latis in mandatis visitationum, quae non sunt statuta, sed mādata specialia hominum.] Hinc soluitur quaestio. Duo inciderunt in excommunicationem latam ab Episcopo per modum sententię contra extrahentes libros prohibitos, Vnus incidit tempore, quo Episcopus in vltimo uitę articulo constitutus erat, Alter mortuo iam Episcopo: tunc nulli dubiū est hunc secundum solutum esse ab excommunicatione, primum vero nequaquam: quia primus uiuente adhuc Episcopo in excōīcationem incidit, unde per eius mortem non est absolutus: quia semel excommunicatione ligatus habet absolutione.

Secun-

[Secundus vero ideo solutus dicitur, quia sententia excommunicationis non iniecit vinculum tempore proferentis. His adde glossam in cap.pen.de cler.non
27 resid. quæ notabiliter sentit, † licentiam expirare post mortem concedentis. Ad idem text.in l.fin.ff.de pœnis.vbi dicit, ꝙ si aliquis magistratus interdicit alicui ob suum delictum, ne exerceat certam artem, tollitur hæc prohibitio ipso facto finito magistratu, uel per mortem ipsius. Pariter idem dicendum de sententiis latis sub conditione, quia si conditio existit post extinctam iurisdictionem, non ligant, argu. cap. præsenti, de offic.lega. in 6. Ideo dicit Ioan. Andr.in c.1.ne sede vac. in 6. quòd si Episcopus excommunicat suum subditum, si aliquid alienauerit, & mortuo Episcopo, & sede vacante subditus alienat, quòd non ligatur illa sententia; quia fuit lata sub conditione, & uiuente Episcopo conditio non euenit, ita etiam Panor. in cap.pen. de cler.non resid.nu.9.

28 Verum † hoc, quod diximus sententiam, vel licẽtiam expirare post mortem concedentis, procedit in pœnalibus, non autem in fauorabilibus, quæ conuenit ampliari, iux.illud, Odia restringi, & fauores conuenit ampliari. Hinc inquit Innoc.in cap. quod translationem, in fi. de offic.leg.quòd indulgentia, vel licẽtia semel concessa non expirat per mortem concedentis. Sic Archid. & Ioan. And. in cap.cum ex eo, de elect.in 6. quòd dispensatio facta ab Episcopo cum habente Ecclesiam parochialem, vt studendo nõ teneatur ad sacerdotium promoueri, nõ expirat per mortem cõcedentis, nec eius successor poterit reuocare, Oldra.consi. 238. Pariter inquit tex. in cap. si cui, de præben. in 6. quòd gratia, vt quis possit conferre beneficia, facta à Summo Pontifice alicui Episcopo, nõ expirat per mortem Papæ concedentis etiam re integra; facit reg. priuilegium, de reg. iu. in 6. & cap. si super gratia, de offic. delega. in 6. & dicitur res integra, cum non sit mandata executioni, d.c.si super gratia. Lapus in alleg.17. intelligens prædicta, quando legatus, vel Papa fecit gratiam super beneficio vacante, secus in vacaturo, quia per mortem dicta gratia expiraret, vt in cap.pen. de offic.leg. in 6. & Franc.in d. c. super gratia. vide Afflic. decis. Neap. 101. post nu.1.

29 Similiter † intellige gratiam simpliciter factam esse perpetuam, nisi sit facta ad beneplacitum concedentis: quia beneplacitum, & voluntas dicitur cessare post mortem, tex.not. in c.si gratiosè, de rescrip.in 6. Hinc diximus, lib.1.cap.13. quòd licentia audiendi confessiones ad beneplacitum concedentis expirat post mortem. Secus si esset concessa à Papa ad beneplacitum sedis Apostolicæ, & sic dignitatis: quia dignitas nunquam moritur, sic 12.q.2. liberti. ita tex. in d.c.si gratiosè. Ex quibus omnibus concluditur, statuta esse perpetua: sententias vero esse temporales, nisi dicta sententia vinculum iniecerit tempore proferentis.

30 Rursum differt † excommunicationis sententia à statuto; quia sententiam debet præcedere mera culpa, vel offensa, quod non est in statuto, cuius est proprium ligare futura, & dare formam futuris, & non præteritis, ut in cap.2. de constit. in 6.c.1. de cler.non resid.lib.6. Quod tamen limita, nisi fauore liberationis, quando statutum loquitur super liberatione pœnarum, puta, si dicat, Quicunque habuerit pacem ab offenso, liberetur: vel quicunque fuerit banditus, soluendo decem, liberetur: quia tunc etiam extenditur ad eos, qui habuerunt pacem, uel soluerunt decem, Glo.in l.in secundo, ff de inoff.testamen. Pet.de Ancha.in d.c.2.§.1.

31 Quinto differt, † quia sententia statuti non ligat ignorantes, cap.2. de constit. in sexto. Sed sententia hominis ligat: sed hæc differentia indiget declaratione, & ideo sciendum est primo, quod quando iura dicunt ignorantiam excusari, debet intelligi de ignorantia iusta, non autem crassa, vel supina, quia talis ignorantia non excusat, immo æquiparatur scientiæ

etiam

etiam in pœnis, vt est tex. in d. cap. 2. facit cap. penul. de cler. excomm. mini. Quod idem dic de affectata ignorantia, cap. fin. de cland. despons. Immo dixit gl. not. in ver. scienter, in clem. 1. de consangui. & affinit. quod si constitutio pœnalis ligat scientes tantum, tamen includit etiam ignorantes ignorantia non probabili, quod nota. Et quæ dicatur probabilis ignorantia, vel supina, aut affectata, vide quæ diximus infra, cap. 9. Quare autem ignorantia probabilis excuset à statuto, & eius pœna est, quia statuta, & consuetudines dicuntur quid facti, & in facto consistere. glo. in cap. 1. de constitu. in 6. cuius ignorantia de facili præsumitur, vt diximus infra, cap. 9. num. 12. Quæ quidem differentia primo intelligitur procedere in statutis, in quibus probabiliter potest cadere probabilis ignorantia verbi gratia: Quis de nouo uenit in locum statuti, vbi Episcopus contrafacientes excommunicauit, & excommunicatio nō esset nota communiter, Doct. in c. à nobis, 1. de sent. excommun. Hosti. in sum. eod. tit. At si aliquis tanto tempore moratus fuerit in loco, quod uerisimiliter se potuisset informare de statutis, & conditionibus loci, & non fecit, tunc talis esset in supina ignorantia. Idem si esset de loco proximo, & assiduè ibi conuersabatur: quia quis præsumitur scire mores eorum, cum quibus conuersatus est, extra de elect. c. si postquam, de postul. præl. cap. 1. cap. quanto, cap. quosdam, de præsump. Hinc glo. in cap. quæ contra, dist. 8. simpliciter dicens, quod peregrini, & alienigenæ non ligantur pęnis statuti ciuitatis, sed bene habitantes ibi ad tempus debet intelligi secundum præcedentia dicta, vt tenet Bal. in l. leges sacratissimæ. C. de legi. si paruam moram ibi faciunt, quia tunc non pręsumuntur scire: saluo, nisi esset statutum in illis partibus damnans factum damnatum, idest, quod communiter damnatur in omnibus partibus prouinciæ, vt contra ferentes arma, nō soluentes gabellas cōsuetas, eūtes de nocte portantes fruges extra territorium, quia tunc præsumitur scientia. ita Iac. de Are. in l. 1. C. de summa Trin. & ibi per Bart. Franc. in d. c. 2. Secundo procedit differentia circa extrauagantes nō incorporatas in uoluminibus iuriū, facit cap. pastoralis, de fide instrum. vide quæ diximus infra, num. 12. cap. 9. Tertio procedit etiam in statuto Principis, modò post publicationem nō sint elapsi duo menses, vide infra, num. 22. eo. cap. Quarto amplia etiam, vt procedat nō solum in statutis punientibus id, quod aliàs non erat prohibitum de iure communi secundum omnes, sed etiam quando statutum imponit pœnam pro delicto iam damnato de iure communi, modò imponat sententias censuræ, quæ est excommunicatio, suspensio, & interdictum, c. quærenti, de verbo. signific. & ratio est, quia talis pœna non profertur nisi pro contemptu clauium, 11. q. 3. cap. nemo. sed qui ignorat non contemnit, cap. cum uoluntate, de sent. excommu. secus si imponeret alias pœnas, vt diximus, cap. 12. num. 14. Quinto amplia etiam in statutis in inferioribus ab Episcopo, d. capit. 2. cum appellatione ordinarii ueniant etiam inferiores ab Episcopo, glo. in c. ordinarii, in princ. de offi. ordi. in 6. Sexto amplia in sententia generali lata ab homine, puta in casu cap. constitutus, el primo, extra de testib.

An autem idem sit in sententiis latis ab homine in particulari cōtra aliquem; dic quod non, d. c. penul. de cler. excom. minist. quia sententia excommunicationis, vel suspensionis statim cum profertur habet effectum, & ligat absentes, & ignorantes, quod idem dic in aliis omnibus sententiis diffinitiuis, vel interlocutoriis, quia statim habēt effectum, etiam si hoc ignorent ii, pro quibus, vel contra quos proferuntur, facit cap. cum sit Romana, in fine, de appell. Intellige tamen dummodo absens fuerit citatus, ita uoluit glo. in c. 1. §. dicebat, de conces. præb. in 6. aliàs non ualeret quod agitur, l. ea, quæ. C. quomodo, & quando iudex, 39. q. per totum.

Et

Et aduerte, quod licèt sententia excõmunicationis liget absentem, & ignorantem, tamen talis non punitur, si non gerat se pro excommunicato, arg. c. penul. de cler. excommu. mini. Hinc si excommunicatus interim se immisceret in diuinis, non fit irregularis, secundum Lapum in c. 1. §. ex parte, de concess. præb. in 6. intelligentem hoc verum, nisi fuisset peremptoriè citatus, & nec iuit, vel misit, & propter hoc sit excommunicatus, quia tunc celebrans postea esset irregularis, licèt nihil sciat de excommunicatione, vt tenet Spec. in tit. de legato. §. iusta, vers. ut autem. & ratio est, ex quo sciebat se citatũ, debebat credere, quod procederet contra eum, ita Franc. in c. 1. §. 1. num. 5. de conc. præb. in 6. An vero præcepta, & mandata iudicis, & eius pœna ligent ignorantes? Dic quod non, argu. l. absenti, ff. de acquir. possess. Innoc. tenet in c. innotuit, in glo. penul. de elect. not. in proœ. clem. in ver. de cętero. Sed quid

32 de priuilegiis, † an requiratur scientia? Dic quod non, quia in priuilegio eximẽte quem à potestate alterius, non requiritur scientia, quia etiam ignorante illo, cui præiudicatur, potest quis extrahi ab eius potestate, vt per Innoc. plene in cap. dudum, de pręb. Hinc nota differentiam inter priuilegium, & legem, quia priuilegium imprimit vires in ignorantem, sed nõ lex, ita Franc. in c. 1. §. 1. de conc. præb. in 6. num. 3. Vide etiam Zabar. in proœ. clem. ver. vniuersitati, nu. 5. Nec etiam est scientia necessaria in prohibitione iudicis: quia statim habet effectum etiam contra ignorantem, quod intellige, vt dicit Ioan. And. in d. cap. 1. §. ex parte, quando talis prohibitio non fit in pœnam, puta si Papa prohibet omnibus, ne excommunicent, vt dicitur in d. c. 1. §. 1. aliàs autem si fieret in pœnam absentis; & tunc non haberet effectum, nisi absens fuerit certificatus, cap. 1. de postul. præla. c. 2. de constit. in 6. Pariter potest ferri sententia depositionis contra prælatum etiam absentem, c. 1. §. 1. ver. absentem, de conces. præb. in 6. & lata tali sententia contractus gesti per Pręlatum depositum nomine dignitatis sunt nulli, etiam si Pręlatus ignoret se depositũ, vt patet in d. cap. 1. §. 1. & ibi num. 3. per Phil. Franc.]

33 Sextò, lata † à iure monitionem non requirit, verbi gratia, fertur excommunicatio à canone, vel statuto, vt qui fecerit illud, aut illud, sit ipso facto excommunicatus, aut quod illud, aut illud non fiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, hæc non requirit præcedentem monitionem canonicam, immò qui contrafecerit, statim est excommunicatus, c. à nobis, el primo, de sent. excomm. Hinc inquit Ioan. And. in c. proposuit, de cler. excommun. mini. quod quando aliquid mandatur in Synodo, uel prohibetur fieri per Episcopum in statuto sub aliqua pęna excommunicationis, id habetur loco trinę monitionis, ad hoc bonus tex. in c. ad Apostolicę, de re iudic. lib. 6. in fi. & ibi not. Sic obligati facere residẽtiam secundum Conci. Triden. possunt priuari absque alia monitione tamquam ter moniti, secundum Feder. cons. 109. incipiente, Quæstio magis colligitur, dicẽs quod siue in cõstitutione sit uerbum, moneo, siue præcipio, siue æqüipollens, talia præcepta loco trinæ monitionis habentur. ex his clarè liquet, quòd excommunicatio iuris monitionem non requirit, adde Fely. in cap. 2. de sent. excommun. qui ponit 50. casus, in quibus monitio non requiritur.

34 Ratio † autem, quare nõ requirat monitionem est, quia monitio iuris est solemnis, & illa sufficit pro tribus. Quod quidem sanè intelligendum est secundũ theoricam Innoc. in cap. extirpandæ, §. qui uero, de præb. quæ communis est, id est, quod ubi pœna imponitur negatiuè, sine temporis appositione, vt qui nõ residet, sit ipso iure excommunicatus; tũc requiritur monitio: quia nobis est occultum, an habuerit iustam causam non residendi, sed per monitionem conuincitur. Quod secus dicendum, quando pœna apponitur affirmatiuè, vt quicunque

tali

tali hora Ecclesiã ingressus fuerit, sit excommunicatus, [vel si percutiat clericũ, 17.q.4.cap.si quis suadente, & de præb. cap.de multa. nam tunc nulla requiritur monitio, secundum Innoc. & Hosti. in d.cap.extirpandę, Sylue. in uer. excommunicatio,7.num.57. Verum limita primum dictũ, quando actui negatiuo non præfigitur tempus, aliàs secus, cap. licèt canon, vbi est casus, de elect.in 6.§.is autem, Io.Andr.in d. c.extirpandæ, Dom. in c.quidam maligni, 5.q.1.

35 Lata verò † ab homine nunquam est ferenda, nisi canonica monitione præmissa,c.sacro, de senten.excommun.cap. de illicita, 24.q.3. Rom. cons.482. Et sic elicitur illud, quod excommunicatio nũquam est ferenda ab homine,nisi pro cõtumacia, siue in non comparendo in iudicio, siue in non satisfaciendo, 11.q.3. cap.Episcopi.& ratio est,quia semper admonitio pro emendatione debet præcedere,quam si contemnit,excommunicatur, ad hoc 11. q. 3. placuit, 16.q.1. alia est,in fi. Et facit quod notatur, 11.q.3.c. nemo Episcoporum,& extra de sent.excommu. cap.si quem. Immo inquit glo. in d.cap.Episcopi, quod etiam pro contumacia contracta super minima causa possit quis excõmunicari, licèt non pro minima culpa, ita etiam dixit Domin.in c. si quis suadente, 17.q.4. ad idem 24.q.1. cap.1.2.& 3.] Quæ quidem monitio, & citatio licèt alioquin ad domum ex lege fieri possit, & ad ipsius citandi assiduam habitationem, vt sic legitimè citatus, & admonitus quis dicatur, l.scire etiã oportet, §.qui autem, ff.de excusa.tuto. notatur in clem. causam,vers. quod si forsan; de elect.tamen ad excommunicationem proferendam requiritur monitio personalis,Doct. ex sententia Inno. Hostien. & But.in cap.fin. de eo,qui mitt.in poss. Rota,decis.313. Fel. in cap. cum sit Romana, de appellat. nisi qui excommunicandus esset, dolo latitaret ad subterfugiendam citationem personalem,Innoc. & Doct.in d.capit.fin. Vel si primò fuit personaliter citatus, nam id subsequentibus potest domi, uel per edicta, uel in tribunali fieri, Fel.in d.cap.cum sit. uel si monitio ad domum facta ueniret ad notitiam eius, per regulam tex. in reg. eum qui certus,de regu.iuris, libro sexto, optimus tex. in clemen.causam, in fine, de electio.

36 Hæc autem monitio † trina esse debet, vel unica in tres distincta terminos, verbi gratia,in hunc modum. Petrum admonemus, ut intra quindecim dies, quos tribus distinctis monitionibus constituimus ad iudicium accedat. Non tamen est necesse, ut fiat in scriptis, ut no. glo. in cap.sacro, de senten.excommun. Sed bene sententia ipsa in scriptis fieri debet, quæ continere debet causam excommunicationis, & exemplar debet tradi excõmunicato intra mensem, si requisierit, glo. in d. cap.Romana,vers.iniustas, etiã si lata fuerit pro offensa notoria, secundum communem Doct. in cap. de quo, de iudic. nam tunc requiritur citatio, ut appareat, an uelit se corrigere, uel ut constet de contumacia.

37 Quod secus † est,si fuerit lata pro contumacia notoria: nam tunc monitio nõ est necessaria. & ratio est, quia cum sententia excommunicationis feratur immediatè propter contumaciam,si illa notoria est, alia citatio non requiritur, ita Dec. in d. cap. de quo, numero 191. usque 194. in prima lectura, qui concordat dicta Doctorum cum Innocen. in capitu. sacro, in secunda glo. de senten. excommunic. qui videbatur contradicere communi Doctorum opinioni, scilicet, non esse necessariam monitionem in notoriis.

38 Concludendum † igitur omnino est monitionem in excommunicatione necessariam esse, adeo vt neque quis possit se obligare, ut possit excommunicari sine competenti monitione, cum præcedens monitio sit introducta in fauorem publicum, & ideo non potest priuatus iuri illi renunciare, l.ius publicum, ff.de pact. vnde si quis promitteret alteri soluere centum tali lege, vt si mense finito

non soluerit, possit excommunicari absque alia monitione, huiusmodi pactum est iniquum, & contraueniens pacto excommunicari non debet, & si excommunicatur, excommunicatio non tenet: nam ut valeat, requiritur quod tempore sententiæ quis sit culpabilis, & contumax, nec sufficit præcedens culpa, puta, quia potuit soluere intra mensem, & noluit, sed sufficit quod modo sit impotens, quod benè notabis. [Hinc inquit Feder. conf. 121. quod si sententia excommunicationis fuit lata generaliter contra non soluentes censum, vel quid simile, illa sententia non ligabit nisi soluere ualentes, non autem impotentes: quia verba generalia debent intelligi ciuili modo, arg. l. si cui, ff. de serui. l. quod dicimus, l. ratum, ff. de solut.]

39 Et ideo † consulunt Doctores, quòd si velis aliquem obligare ad pœnam excommunicationis, non facias hæc fieri per uiam pacti, & prorogationis; quia tunc requireretur tempore sententiæ cognitio, & contumacia, sed facias quòd iudex consentiente debitore ferat excommunicationem sub conditione: nisi satisfecerit in termino: nam tunc lapso termino esset excommunicatus absque alia monitione, quia dies interpellat pro homine, Lapus alleg. 73. ita Dec. in c. reprehensibilis, nu. 12. de appel.

40 Quod † quidem eius dictum intellige, dummodo is, cui facienda est satisfactio, declaret se velle illam esse incursam, qua declaratione facta habetur pro excommunicato iam inde à termino lapso. Vnde si antequam declaret, moriatur debitor, vel soluat debitum, vel fiat concordia, censetur numquam illam incurrisse, ita Nauar. cap. 23. num. 104. qui loquitur de excommunicatione lata ipso iure contra pensionarium in casu nõ solutionis faciendæ in certo termino, & dicit ita stilum curiæ se habere. Et ta-
41 li casu, quando debitor obligatur † ad faciendum aliquid ad pœnam excommunicationis tali tempore, non potest debitor appellare pendente conditione, ex quo à principio consentit, quia non grauatur de nouo, quod est bene notandũ, Panorm. in cap. P. & G. de offic. deleg. num. 9. & ita frequens est vsus in Romana curia, ut refert Couar. in cap. alma mater, §. 10. nume. quarto, versicu. illud vsque postremo, de senten. excommunic. Et neque pars potest prorogare terminum, antequam incurratur excommunicatio, ad finem, ut si debitor ille non fecerit in tali termino, sit excommunicatus. Sed bene potest fieri de consensu iudicis, vt recte inquit Syluest. in ver. excommunicatio, 2. not. primo, casu 13. Nam licet excommunicatio lata ad petitionem partis tolli possit antequã incurratur de consensu eiusdem, non tamen potest suspendi, atque differri: quia id iurisdictionis est, quam pars non potest tribuere, Nauar. cap. vigesimoseptimo, nu. 15.

[Et quod diximus de excommunica-
42 tione, idem dicas de † suspensione, quæ non potest fieri nisi præcedat monitio, sicut not. Doct. in capitu. reprehensibilis, de appellat. Quod est verum, si talis sententia suspensionis feratur ab homine pro contumacia, secus si feratur propter crimen ad pœnam: quia potest ferri sine monitione, ut singulariter voluit Innocen. in capitu. primo, in glo. ver. suspendere, de exces. præla. & in capitu. ad hæc quoniam, versi. Item quia suspenditur, de appel. Probatur in cap. tam litteris, de testib.

An vero quando quis declaratur ex-
43 communicatus, † requiratur monitio? Dic quod in denunciatione excommunicationis, quæ ipso iure infertur, si factum est notorium, non requiritur citatio, sed in declaratione facti, propter quod insurgit excommunicatio, requiritur citatio, secundum Hostien. & Felynum, in capit. reprehensibilis, de appel. Intellexit enim Hosti. tex. illum, quod excommunicatio potest ferri sine aliqua monitione, quando ius excommunicat propter aliquod delictum, quasi nihil noui videatur facere ille iudex, & propter

hoc

hoc Abbas antiquus excusauit quendam Abbatem, qui excommunicauerat suum subditum sine monitione, qui exiuerat claustrum sine licentia: quia repertum fuit statutum in Monasterio, quod ob hanc causam fulminabat excommunicationem ipso facto. Intellexit igitur Hostiensis capit. reprehensibilis, quando iudex vult denunciare excommunicatum à iure, vt non requiratur monitio, si factum est notorium, ita Panor. in d. cap. reprehensibilis, num. 8. vide quæ supra lib. 2. c. 49. num. 63. diximus.]

44 Sed quæritur, vtrum † excommunicatus donec satisfecerit, liberetur ex sola satisfactione, uel ultra eam requiratur absolutio. respondit Abb. in cap. de quo, de iudic. quod præter satisfactionem requiritur absolutio, non per tex. in d. cap. de quo, quia text. ille parum facit, quia ibi non loquitur simpliciter, donec satisfecerit, sed dicitur donec fuerit absolutus, quo casu clarum est, quòd requiritur absolutio attenta forma excommunicationis. In se tamen dictum verum est, ut per glossam in clem. præsenti, uers. donec, de censi. & in capitu. cum tu, in uer. donec, de usur. & per glo. in clem. prima, in uer. donec, de deci. quam Abb. ibi singularem dicit. & ratio est, quia ex quo eiectus extra Ecclesiã fuit, ideo debet cum debita solemnitate reconciliari. Quare hac ratione motus Abbas dicebat in capitu. cum desideres, de senten. excommun. quod excommunicatus ab homine per sententiam latam, uerbi gratia, contra fures, quamuis parti læsæ satisfecerit, non propterea est absolutus, sed indiget absolutione.

45 Et quod † dictum est de excommunicato, quod non liberatur ex sola satisfactione, sed quod requiritur absolutio, idem etiam procedit in excommunicato ad certum tempus, quia finito tempore non erit absolutus, ut not. Innoc. & ibi Dom. Anton. in cap. cum bonæ, de ætate, & qualita. per glo. in clemen. prima, de decim. Secus tamen est in alia materia, quia banditus extra ciuitatem pro certo tempore, finito illo alia absolutio non requiritur, sed absque alia licentia poterit redire, ut no. Dec. in cap. ex literis, col. 3. de constit.

46 Et † quod dictum est de excommunicatione, idem est in absolutione, quæ ideo facta fuit, quia excommunicatus promisit parere mandatis iudicis: licèt enim postea non paruerit, non tamen ipso facto reincidit in excommunicationem, sed opus est, ut de nouo excommunicetur, capitu. ad reprimendam, de officio ordinar. ubi Abb. per illum tex. & in capitu. ad nostram, in fine, el primo, de iureiur.

47 Quæ † quidem conclusio procedit, quando absolutio fuit facta simpliciter, secus si excommunicatus sit absolutus cum recidiuatione intra decem dies, si non soluerit, quia elapsis decem diebus excõmunicatus uidetur, quia in effectu ista uidetur suspensio excommunicationis, quæ facta ad certum tempus, elapso tempore cessat, facit quod notat Hosti. quem sequitur Anton. de But. in capit. ueniens, el secondo, de testib. ubi inquit de consuetudine curiæ esse, quod quando quis absoluitur ab excommunicatione ad tempus, puta ad istum effectum, ut testificari possit, statim quod dixit testimonium reincidit in excommunicationem, quia in effectu, vt Doctores ibi dicunt, uidetur esse quædam suspensio excommunicationis.

48 Et quod † supra dictum est de excommunicatione, ampliatur, ut etiam habeat locum in summo Pontifice, qui si aliquẽ excommunicauerit, donec satisfecerit, absolutio requiritur: quia licet simpliciter uerbo absoluere possit, non tamen videtur in dubio uti potestate summa, cap. proposuit, de conces. præben. Dom. Ant. & Abb. in cap. fin. de matr. contr. cont. interd. Eccle.

49 Prædicta uero conclusio † limitatur, primo, nisi quis excommunicatus esset uirtute alicuius constitutionis, & constitutio reuocaretur per Papam, qui uellet illam haberi pro infecta, nam tunc non

esset opus absolutione, glo.not.in cle. 1. in uer.pro infectis,de immun.eccle. vbi Card.& alii, quam pro singulari allegat Abb.in c.nulli,in fi.& in cap.cum desideres,in princ.& in cap.si aliquando, de sent.excommu.

50 Secundo † limitatur non habere locũ in suspenso,nam post satisfactionem absolutio non est necessaria, glo.in clem. 1. de deci.Idem tenet glo.in c.quæ merito, 11.q.3.vbi Archi.& 16.q.5.in c. si quis deinceps,& in c.fi.in ver.suosque,de offi.ordi.lib.6.& in c.exigit,de censi.lib.6. Anto.Burg.in c.bonæ,de æta. & qualit.

Requiritur tamen sententia declara-
51 toria † super ipsa satisfactione,secũdum glo.in cle.1.de decim.in ver.donec,facit tex.in c.cum secundum,de hæret. lib. 6. Et hoc, quod dictũ est de declaratione, verum est quo ad effectus, in quibus ministerium iudicis requiritur in exequendo, prout loquitur tex.in d.c.cum secũdũ,secus quo ad effectus,qui secum trahunt executionẽ,& non expectãt aliam extrinsecam executionem, vt no. distinguit Domin. post Io. de Imo. quem ibi refert in c.fœlcis, in princ.col. 2.de pœn. lib.6.Et talis declaratio etiam non est necessaria, si suspensio ad tempus determinatum referatur, vt per dictam glo. in d. cle.1.de deci. facit tex. in c. cum in cunctis,§.clerici,de elec.cum sim.

52 [Septima differentia † est,quia sententia debet ferri in scriptis,capit.primo, de senten. excommunic.in 6.quod non est in statuto, vt not.in capit. primo,de electio.in sexto,& in capit.primo, de iureiuran.in sexto, plenè per Rotam in decis.246.quæ incipit,Item quod constitutio,& per Bald.in l.humanum, C. de legib. Hinc per Ioan. Andr. in regu. nemo potest, 1.de regu. iuris, inducitur ad quæstionem; An lex,vel alia constitutio legati,vel Episcopi non scripta excommunicans contra faciẽtem, ualeat, ita quod contrafaciens sit excommuniatus?& videtur quod non valeat, quasi sit impossibile sciri, & menti teneri constitutiones non scriptas,& ita Archid.quem sequitur Domin.1.distinc.capitu. lex, videtur velle, quod ad esse legis sit necessaria scriptura. Sed in contrarium est ueritas, per dicta iura superius allegata, vt tenet Cynus in l.1.C.de leg. Quare contrafaciens ad cuius notitiam peruenit, erit excommunicatus, licèt excommunicatio sit iniusta, non tamen statuentes incurrunt pœnam,c.1.eod.tit.lib.6.cum tex. ibi loquatur in sentẽtiis, non autem in constitutionibus,vel statutis, quæ ligant futuras culpas,secundum Io. And. in d.cap.nemo potest. & ratio est, quia ad esse sententiæ requiritur scriptura,nõ autẽ ad esse legis, quamuis soleat in scriptis redigi, ne tradatur obliuioni, vide Ioan.And.in d.cap.1. de iureiur. Quare ex iis cõcludendum videtur,quod si statutum deuenit ad notitiam alicuius, tũc ille contrafaciẽs erit excommunicatus, siue sit statutum Principis,vel Papæ, vel Episcopi, aut prætoris, cum ad esse legis non sit necessaria scriptura, vt plenè per Philip.Franc.in d.reg.nemo potest. 1.

53 Octaua differentia † est quo ad potestatem absoluendi,quia ab excommunicatione lata à canone potest inferior absoluere, si conditor canonis absolutionẽ sibi non reseruauit, ita tex.qui quotidie ad hoc allegatur in capitu.nuper, de senten. excommunic. qui habet locum nedum in canone Papæ,sed etiam in canone, seu statuto cuiuslibet Episcopi, seu Prælati Ecclesiastici, vt excõicatus per statutum suum possit absolui ab alio, ex quo conditor canonis non reseruauit sibi absolutionem,& hoc nota,quia quotidie est in praxi. Hinc pone,quod statutũ ordinarii Senensis fulminat excommunicationem contra intrantes Monasterium Monialium. Quidam forensis incidit in illam excommunicationem, nunquid poterit absolui ab Episcopo suo? Credo quod sic. Nam illa est excommunicatio communis,nec debet esse maioris potentiæ, quam excommunicatio lata per Papam,sed ab excõmunicatione lata per Papã potest alius absoluere,d.c.nuper.ergo.ita Panor.in c.graue,de præb. nu. 14.

Sed

Sed aduerte, quod quando est excom-
54 municatio maior, talis absolutio † de iure communi non competit inferioribus ab Episcopo. Quare dicebat Feder. de Senis, cons. 14. quod Abbas etiam exemptus non posset absoluere suum Monachum à sententia excommunicationis latæ à canone, motus per glo. sing. in c. 2. de pœnit. & remiss. in 6. Quam intellige, nisi inferiores Prælati haberent ex priuilegio iurisdictionem quasi Episcopalem, quia tũc possent absoluere ab excommunicatione lata à canone, prout Episcopi, arg. clem. prima, de rebus eccl. non alie. Feder. consi. decimoquarto.

55 Sed ab excommunicatione lata † per uiam sententiæ nemo nisi ipse, vel eius superior potest absoluere, cap. pastoralis, §. præterea, de offi. ordin. Et ratio, quare ipse possit absoluere est, quia qui potest
56 ligare, potest † absoluere, cap. inferior, distinct. 21. Quod tamen dictum fallit in multis casibus. Et primo in delegato Papæ, qui post diffinitiuam sententiam ab eo latam potest non parentem sententiæ excommunicare, sed elapso anno non potest illum absoluere. Verum aduerte, quod potest dici, quod regula non fallat, quæ dicit, quòd qui potest ligare potest absoluere, quia debet intelligi, quando potestas durat in habente iurisdictionẽ. Quis enim diceret, quod Episcopus, qui excommunicauit, priuatus postea Episcopatu posset absoluere, cum non sit suus iudex, de iudic. cap. at si clerici. Vnde si delegatus lapsu anni priuatur iurisdictione, non est dubium, quod absoluere non potest, cũ priuatus sit iurisdictione. Vnde qui potest ligare, potest absoluere, intelligitur si in eiusdem persona durat potestas, ita tex. in d. c. inferior, ponderando uerbum illud in iudicio. & sic præsupponit text. quod duret iurisdictio, idest, quòd sit iudex. Secundo fallit secundum Archid. in d. c. inferior. in incendiariis, quos ordinarius potest excõmunicare, sed post denunciationem non potest absoluere, cap. tua, de senten. excommu. Et hoc secundum Archid. fuit statutum in odium incendiariorum, & ad terrorem aliorum. Sed posset dici, ꝙ nec regula fallat, si intelligitur de incendiariis Ecclesiarum, quia isti sunt ipso iure excommunicati à iure, ut no. glo. 12. q. 2. cap. cum deuotissimam, glo. in d. c. tua. Vnde tunc cum Episcopus denunciat, non ligat, sed ius commune: cũ denunciatio non reducit nouam excommunicationem, sed tantum notificat antè latam, ut not. de appel. c. nouit, c. curæ, 11. q. 3. extra de testi. cog. c. præterea. vnde tex. in d. cap. tua, tantum probat, quod per denunciationem factam ab Episcopo, ipse priuatur potestate absoluendi, quam primo à iure habebat, sed non probat, quod ille, qui ligat, non possit absoluere, cum Episcopus non liget, sed denunciet tantum. Tertio fallit in excommunicato, qui si maiori est excommunicatione ligatus, quem excommunicauerat absoluere non potest, 24. q. 1. audiuimus. Sed de hoc infra, cap. 5. num. 4. Quarto fallit in clericis exhibentibus hæreticis Ecclesiastica sacramenta. nam potest Episcopus suo priuare officio, non tamen restituere absque speciali indulto Sedis Apostolicæ, c. excommunicamus, §. sanè, de hæret. Quinto fallit in solemniter degradato, qui si degradatur ab ordinarijs, ipsum tamen restituere nõ possunt, sed Papa hoc tantum potest, not. in c. ex tuæ, vbi Panorm. in fi. extra de cler. non resid. vide Host. in sum. de pœnit. & remiss. sub titu. de dispen. vers. contra tertiam.]

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio triplex, nulla, iniusta, & iusta.*
2 *Excommunicatus nulliter si se sacris immiscet, non est irregularis.*
3 *Absolutio ad cautelam, quomodo fiat, & quare introducta.*
4 *Excommunicatio, quibus ex causis fiat nulla, vide nu. 12.*
5 *Laicus non nisi ex priuilegio sum. Pontificis excommunicare potest.*

6 *Excommunicatio non subditos non ligat.*

7 *Iudicis non sui excommunicatio, & si nulla sit, fallit tamen, vt hic.*

8 *Excommunicatus licet communiter pro tali non habeatur, excommunicare non potest.*

9 *Excommunicandi potestas, quando iurisdictionis, vel ordinis dicatur.*

10 *Excommunicatio sine voluntate excommunicandi prolata, non afficit contrauenientem.*

11 *Maritus vxorem, vel Pater filium, an præsumatur animum habere excommunicandi.*

13 *Excommunicatio nulla, timenda non est.*

14 *Excommunicatus nulliter, & publicè denunciatus, an abstinere debeat à diuinis.*

15 *Excommunicatio iniusta duplex, valida, & inualida, & quæ valida, & quare, amplia etiam in iudice delegato, numero 16.*

17 *Excommunicationis sententia debet ferri per se, iudice sedente pro tribunali.*

18 *Differentia inter sententiam excommunicationis, & alias sententias.*

19 *Pœna apposita in c.1.eo.tit. in 6.non afficit Episcopos, & alios, vt nu.seq.& 21.*

20 *Episcopi qui propriè dicantur, & alliqua de dignitate Cardinalatus.*

21 *Disputandum non est de apicibus iuris, vbi agitur de bona fide.*

22 *Excommunicatio iniusta ex defectu iniustæ causæ, quæ & qualis sit, & quam vim habeat, & nu.seq. & 24.*

25 *Ecclesiæ intentio in precationibus, & suffragiis ita interpretanda, vt conformis sit diuino iudicio.*

26 *Excommunicatus iniustè contemnens peccat.*

27 *Contemptus quis sit, & an actuum frequentia illum inducat, nu.seq.*

29 *Excommunicatus iniustè quæ facere teneatur, vt irregularitatem euitet, num. sequen.*

31 *Excommunicationis nulla, & iniusta differentiæ.*

32 *Absolutio ad cautelam non habet locum nisi in excommunicatione lata ab homine, non autem à iure.*

33 *Excommunicatio iusta quatuor requirit.*

34 *Excommunicationem iniustã ferens, qualiter puniatur.*

De triplici excommunicationis specie. Cap. III.

1 TRiplex † denique est excõmunicatio, quædam dicitur nulla, quædam iniusta, quędam iusta. Nulla dicitur, quando ipso iure non tenet, de qua loquitur glo. in cap. præsenti, eod.tit.lib.6. glo. in cap. reprehensibilis, de appel. & in hac absolutio nõ est necessaria, licet soleat ad cautelam peti, & dari declaratio nullitatis, tex.est in cap. per tuas, tit.nostro, ut infra num. 31. & dicitur peti, & dari ad cautelam, quia forsan excommunicatio valuit, & absolutio necessaria est, & forsan nulla fuit, & tunc non est necessaria, vnde absoluitur ad cautelam, ne aliis ita excommunicatus impedimento sit, vel sibi noceat excommunicatio, non tamen sententia excommunicationis, quæ nulla est, debet timeri, nec ullum operatur

2 effectum, quin † etiam donec prætenditur nulla ex aliqua causa rationabili, si interim ille diuinis se immisceat etiam cum scandalo, non erit irregularis: ratio est, quia nunquam fuit excommunicatus, veruntamen peccat mortaliter, qui cum scandalo coram ipsis celebrauerit, qui excommunicationem nullam fuisse prorsus ignorant, Couar. in d. cap. alma mater, §.7. num.7. ibi, cæterum, Nauar. cap.27.num.3. Sic etiam qui cum eo participarent, excommunicationem nõ incurrerent, licet validam illam ab initio iudex declaret.

3 [Quomodo autem fiat † hæc absolutio ad cautelam, Ioan. Andr. in cap.2. de sent.excommu.in 6. inquit, quòd requiritur citatio illius, cui interest, cap. uenerabilis, in princ. eo.tit.d.c.2. facit cap. fin. de elect. in 6. fallit, nisi periculum esset in mora, uel nisi Papa extra iudicium gratiam faceret, Franc. in d. cap.2. num.11.

Intro-

Introducta est autem hæc absolutio ad cautelam, specialiter ad euitandum periculum animæ, & ad habendam indubitatam participationem Sacramentorum, & hominum, quæ prius erat dubia. Et fit tam per superiorem eius, qui tulit, quam per proferentem, vt glossa 3. in d. capitu. 2.]

4 Quibus autem modis cōtingere possit excommunicationem esse nullam, declarat glo. in c. pręsenti, de sent. excomm. lib. 6. Abb. latissimè in c. ab excommunicato, nu. 5. de rescrip. Sylu. in uer. excommunicatio, 1. nu. 1. Breuiter autem dicendum, hoc posse contingere, uel ex defectu causæ efficientis, quando deest legitima potestas in excommunicāte excommunicandi, quia ille excommunicat qui authoritatem non habet, capitu. cui, 11. q. 3.

5 Exemplum, laicus † excommunicare non potest etiam ex delegatione Episcopi, vel Archiepiscopi, nisi ex Summi Pontificis priuilegio, glo. in cap. præter, §. ad hæc. vers. ducibus, 32. distin. Abb. in d. c. ab excommunicato, num. 5. cap. decernimus, de iudi. glo. 96. distinc. cap. bene quidem, glo. 3. 94. distinc. cap. 1. glo. 2. q. 5. Mennam. Nec Abbatissa, cap. noua, de pœnit. & remiss. quia non habet claues ecclesię. Igitur si aliquis istorum excommunicat, eius excommunicatio non ligat; quia deest legitima potestas excommunicandi. Quod idem etiam dicimus in parocho, cum non habeat iurisdictionem fori exterioris. Vel etiam si ille excommunicat, qui non est legitimus iudex, cap. nullus, de paroc. verbi gratia, excommunicat sibi non subditos, vel extra territorium habitantes, puta, Archiepi-

6 scopus † Capuanus excommunicat clericos Nolanos ea causa, quia suis mandatis fuerunt inobedientes, eo casu excōmunicatio est nulla, & per consequens non ligat ex defectu causæ materialis remotæ. Vel Archiepiscopus excommunicat non reuelantes aliquid, quod sciunt tres, vel quatuor Monachi, hoc casu non tenentur Monachi reuelare, quia sunt exempti, cap. 2. de constit. lib. 6. Vel Episcopus excommunicat omnes Moniales generaliter, hæc excommunicatio non ligat nisi subditas, quando excommunicauit authoritate ordinarii, secus si tanquā sedis Apostolicæ delegatus: tunc enim etiam exemptos ligat, Fely. in c. postulasti, de foro compe. Tabien. in uer. excommunicatio, 4. num. 4. Sylu. in uer. excommunicatio, 2. num. 13.

7 Concludendum † ergo, excommunicationem esse nullam, quando is excommunicat, qui non est legitimus iudex; Quod intellige, nisi quis ex certa scientia in eum, tamquam in suum iudicem consensisset, l. 2. ff. de iudic. Vel quando

8 iudex est suus, sed † est excōmunicatus, suspensus, atque interdictus, & denuntiatus talis, [& ratio circa excommunicationem est, quia excommunicare est iurisdictionis, cuius exercitium ipse excommunicatus non habet, ut in cap. Romana, de offic. vicar. lib. 6. & in cap. ad probandum, de re iudic. Et etiam, quia cum sit extra cōmunionem hominum, non potest ab ea alium excludere, secundum Ioan. Andr. in d. capitu. præsenti. Quod procedit etiam si ipse excommunicatus communi opinione habetur pro non excommunicato, cum etiam tunc excommunicare non possit, cum in excommunicationis sententia potius consideretur veritas, quàm opinio, ita tenet Domi. in capit. 1. 11. q. 3. quem sequitur Francus in d. c. præsenti. nu. 3. quamuis in cap. decernimus, eod. titu. latè postea explicet dictum articulum. Verum circa suspensionem D. Thomas] dicit verum esse, si sit suspensus à iurisdictione, ut in cap. quia, de concess. præben. cum ibi not. secus si ab ordine tantum, quia posset ea, quæ sunt iurisdictionis, Sylue. in verbo, excommunicatio, 2. nu. 1. vers. secundus est. Vel si est iudex delegatus, qui fines mandati excessit, ut de restitut. spoliat. capit. fin. [An vero sit excommunicatio nulla, quando excommunicatio sit lata à delegato, qui copiam commissionis suæ petenti noluit dare? Respon. se-

cundum Innoc. in cap. venerabilis, nu. 5. de censi. quòd sic. sequitur Fely. in cap. cum in iure, num. 3. de offic. deleg. & ibi Panorm. Nauar. tamen de sent. excom. consi. 9. dicit esse iniustam. Ex quibus omnibus cum laicus, excommunicatus, & iudex, qui excessit fines mandati excõmunicare non possint, sequitur quòd
9 potestas † excommunicandi potius dicatur esse iurisdictionis, quàm ordinis, vt notat glos. in cap. nemo, 2. q. 1. cap. sacro, de sent. excommunic. in contrarium est tex. in cap. tanta, de excess. prela. in cap. dilecta, de maior. & obed. Idem notat Io. And. in reg. delictũ, de regu. iur. in 6. Hostiensis vero in cap. cum satis, de offi. Archid. dicit quòd est mixta, partim iurisdictionis fori contentiosi, partim pœnitentialis, allegat not. de sent. excomm. capitu. à nobis, 2. Tu vero dic, quòd si habemus respectum ad causam, propter quam fertur excommunicatio, ista dici potest potius pertinere ad potestatem clauium, quàm ad iurisdictioné: quia ferẽda est propter peccatum mortale, 11. q. 1. cap. nemo. Ideo isto respectu potest dici pertinere ad potestatem clauium. Item iurisdictionis est, quia nõ potest ferri ab eo, qui non habet iurisdictionem, patet de elect. cap. transmissam. Sic etiam est in absolutione, quia quædam est absolutio, quæ fit in foro contentioso, & ista est iurisdictionis, cap. ab excommunicato, de rescrip. Quędam est absolutio, quę fit in foro pœnitentiali, vt est illa, quæ fit reintroducendo in Ecclesia cum Psalmis & cum oratione Dominica: patet 11. q. 3. cap. debent, de sent. excommunic. cap. nuper. & tunc ista dependet à potestate clauium, nec potest fieri, nisi in ordine sacerdotali. Hæc solutio habetur ex dictis Innoc. de excess. prælat. cap. fina. & per Hostien. in d. cap. à nobis, 2. & ideo Host. magistraliter dixit, quòd hæc potestas erat mixta.]

10 Est etiam nulla, quando † excommunicans volũtatem excommunicandi nõ habet, licet talia verba proferat, quæ indicant excommunicatum, nam tali casu contraueniens non incidit, etiam si de tali voluntate non sit certior factus, quã uis à peccato mortali non excusetur. Hinc quando generaliter iudex illos excommunicat, qui aliquid fecerunt, vel non reuelantes, si intendit aliquos eximere, non ligantur in veritate. Et similiter, quando fit ad instantiam alterius solum, non ligat vltra intentionem eius, cap. bonæ memoriæ, el primo, de postul. præla. Sylu. in verbo, excõmunicatio, 2. nu. 2. versi. Decimusquartus. Male tamen faciunt iudices, qui ferunt excommunicationem ad deterrendum, vt inquit Alfons. de Cast. lib. 1. de leg. pœn. c. 5. docum. 4. quia forsitan sunt causa, vt qui cogitant se excommunicatos esse, mortaliter peccent.

11 Sed † quæritur, quid si pater, vel maritus ferant excommunicationem contra aliquid tenentes, & reperitur quod vxor, vel filius habent illa bona, pro quibus fertur excommunicatio, an filius, vel vxor excommunicatione ligẽtur? dic quòd non: quia non præsumitur pater, uel maritus habuisse animum excommunicandi filium, vel vxorem, ita not. dicit Sotus lib. 5. de iust. & iure, quæst. 3. artic. 1.

12 Vel † etiam quòd sit nulla excommunicatio, potest ex parte excommunicati contingere, vt si post legitimam appellationem in tempore factam, & extra iudicium fuit excommunicatus, vt habetur in cap. cum contingat, de offic. deleg. cap. per tuas, de sent. excommunic. c. ad præsentiam, de appel. cap. venerabilibus, §. similiter, eod. titu. lib. 6. Vel si prætermittitur ordo iuris, vt si omissa sunt illa substantialia, quæ faciunt sentẽtiam ipso iure nullam, vt est monitio in excommunicatione participantium cum excõmunicatis ab homine, c. statutum, c. constitutionem, de sent. excommunic. lib. 6. [Vel quia fuerit aliquis declaratus excõmunicatus absque citatione præmissa: Nam licet excõmunicatio lata sine monitione regulariter valeat, iux. cap. sacro, de sent. excommunic. & appellatio non suspen-

ſuſpendat eam, cap. is qui, de ſent. excommunicat. in 6. Declaratio tamen, quòd quis eſt excommunicatus, non valet ſine citatione, iux. glo. in clem. 1. de cenſi. in verbo, ſi conſtiterit, & appellari poteſt ab ea, & ſuſpendit eum, iux. gloſſam ſolemnem in cap. cupientes, §. quod ſi per; il ſecondo, de elect. lib. 6. verbo priuatos, declarat latius Felynus in capit. Rodulphus, de reſcript. num. 41.] Vel etiam ſi lata ſit contra ius expreſsè, vel quia falſò probatum fuit in iudicio crimen, vel cõtinet intolerabilem errorẽ manifeſtum contra ius diuinum, aut pontificium, vt ſi quis excommunicetur, aut pro re minima, cap. Epiſcopi. 11. q. 3. aut ſi aliquid præcipitur, quod eſt illicitum, vt excommunico te, ſi non fureris. Vel ſi prohibetur bonum de ſui natura, ut excommunico te, ſi pauperi tribueris eleemoſynam, c. venerabilibus. §. fin. de ſent. excommun. cap. præſenti, eod. tit. lib. 6. Hoc caſu excõmunicatio non ligat, quia in illicitis non ſunt audiendi, qui contra Deum aliquid præcipiunt, cap. Iulianus. cap. qui reſiſtit, 11. q. 3. & dicitur nulla, ſi cauſa ſit expreſſa in ſentẽtia, aliàs diceretur ſententia iniuſta, ita Franc. in d. c. venerabilibus.

13 In † illis tamen caſibus, in quibus ſententia eſt ipſo iure nulla, ſiue ob defectum iuriſdictionis, ſiue quia fertur poſt appellationem legitimè interpoſitam, ſiue ob aliquem defectum, propter quem ipſo iure eſt irrita, tunc non eſt timenda neque in occulto, neque in publico coram ſapientibus, quibus nota eſt nullitas ſententiæ. Vnde ſi quis publicè nulliter excommunicatur, & denuntiatur, quid faciet talis nulliter denuntiatus, ex aduerſo ipſe publicet cauſam, ob quam ſententia eſt nulla, quo facto non pareat ſententiæ, & ſi aliquis tunc ſcandalizatur, non erit amplius ſcandalum puſillorum, ſed phariſeorum, ita Gabr. in 4. ſentent. diſt. 18. q. 2. col. 2. Sylu. in uerbo, excommunicatio, 2. caſu. 15.

14 Hinc † nulliter excommunicatus, & publicè denuntiatus non tenetur abſtinere à diuinis, neque ab aliqua hominũ legitima communione: modo nullitatis cauſa fuerit publicata, ſecundum Palud. diſt. 18. q. 1. colum. 3. Nec ſi celebrat, irregularitatem incurrit, quam incurrit excommunicatus ipſo facto ingerens ſe diuinis, cap. 1. eod. tit. lib. 6. à qua ſolus Papa abſoluit, c. clerici, cum glo. in fi. de cler. ex. miniſt.

15 Iniuſta vero † eſt, quã profert is, qui non poteſt, aut aliter, & ob aliud, quàm debet. Et diuiditur in iniuſtam validam, & inualidam. Excommunicatio iniuſta valida, ideſt, quæ ligat, eſt illa, quæ procedit ex affectu corrupto iudicis, puta, ex odio, uel ex ira, cap. illa, 11. q. 3. cap. cum medicinalis, eod. titu. lib. 6. [cum nihil fieri debeat ex odio, vel leuitate, 3. q. 7. cap. iudicet. Nam tempore furoris, vel iræ homo ſæpe facit, quod non licet, cap. cum apud Theſſalonicam. 11. q. 3. Hinc tex. in cap. quatuor, 11. q. 3. inquit, quòd quatuor modis peruertitur iudicium, timore, cupiditate, odio, & amore.] vel prætermiſſo ordine iuris, qui non eſt de eſſentia, vt ſi nõ procedat trina monitio. [gloſſa communiter recepta in cap. Romana, verbo iniuſtas, de ſentent. excom. in 6. glo. in cap. ſacro, vbi Panor. & Fely. eod. titu. quorum opinio communis eſt, & comprobatur authoritate gloſ. in cap. 1. eod. tit. in 6. in verbo, cauſam, quæ ad finem ſcribit excõmunicationem latam contra ordinem, & formam illius conſtitutionis validam eſſe. Et hoc propter reuerentiam cenſuræ, vt claues Eccleſiæ in maiori reuerentia habeantur, dum timent homines etiam iniuſtas ſentẽtias. Et vt homo iniuſtæ ſententię parens, & ſe recognoſcens ligatum iniuſta ſententia, per obedientiæ meritum creſcat. 11. q. 3. quid ergo. ſic notat Goffr. in ſum. de ſent. excommun. §. ſed cum Eccleſia. Ideo dicebat gloſſa in verbo, Acceptent, in cap. 1. de offic. ordi. in 6. quòd eſt ſpeciale in ſententia excommunicationis, quòd valeat, licet à iure ferri prohibeatur, ut refert Franc. in cap. 1. §. ſuperior, eo. lib. in 6.

Nec

16 Nec refert, quod excommunicatio † lata sit à Iudice ordinario, vel delegato. vtraque enim lata non præmissa monitione non est nulla, sed valet, & vim obtinet ipso iure, ut adnotauit Panorm. in capitu. vltimo, de præben. & in capitu. illud, vbi Card. de cler. excommun. Nisi delegatus eam proferret contra formam mandati. & ita est propriè tex. in d.c. vlt. Vbi si iudex delegatus ferat sententiam excommunicationis in causis sibi non commissis, non tenet. Sic iudex, qui in mandatis habuit, vt excommunicationis sententiam ferat canonica præuia monitione, si contrafecerit, nulla est excõmunicatio, ita Archid. in capit. 1. in fi. de offic. deleg. in 6. Gemin. quem sequitur Franc. in cap. Romana, §. sed nec, de sent. excommun. in 6.] Est etiam iniusta, vt si non præcedit vna monitio pro tribus cum legitimis interuallis, c. sacro, de sent. excommunic. aut excõmunicat solo verbo, sine scriptura publica, vel priuata, cum excommunicationis sentẽtia debeat fieri in scriptis. Et iudex debeat
17 per † se proferre sedente pro tribunali, cap. fin. de re iudic. lib. 6. Nisi esset de illustribus, vel Episcopus, qui propter dignitatis prærogatiuam per alium recitat, ita Domin. de S. Gemin. in capit. statutis, 11. q. 7. & habetur per Franc. in d.c. fi. causa etiam est exprimenda in sententia hac, & tunc hæc excommunicatio tantum ligat, quantum iusta.

18 Quod secus † est in alia sentẽtia, nam si non fertur seruato ordine iuris, est nulla, l. prolatam. C. de senten. Sed sententia excommunicationis etiã iniusta tenet, 11. q. 3. cap. 1. Sunt etiam & aliæ differentiæ inter sententiam excommunicationis, & aliam sententiam, quia interdum sententia excommunicationis extenditur ad futura, cap. ex frequentibus, de instit. cap. à nobis, 1. de sent. excomm. secus in aliis; quia tractus futuri temporis non spectat ad iudicem, ff. de vsu. l. 1. Item, quia excommunicationis sentẽtia trahit secum executionem, quia statim ligat, cap. pastoralis, ext. de appellat. Aliæ vero suspenduntur per appellationem, extra de iureiur. c. venientes. Rursum in sententia excommunicationis debet exprimi causa. Sed in aliis non tenetur iudex exprimere causam, quæ eum mouet, nisi velit, extra de re iudic. cap. sicut, & de renuntiatio. capitu. in præsentia. Concordat autem hæc sententia cũ aliis, quia debet in scriptis ferri, d.c. 1. eod. tit. in 6. Item à suo iudice, vt inquit Domi. in d. cap. 1. & in loco honesto. Igitur in excommunicationis sententia hoc præcipuum speciale est, quòd semper tenet, & ligat etiam iniusta, quamuis iudex ille apud Deum iniquus sit, & peccet mortaliter, atque maneat suspẽsus per vnum mensem ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officiis, d. cap. 1. & c. sacro, eod. titu.

19 Quæ † tamen pœna non afficit Episcopos, quia non fit eorum particularis mẽtio, quod est necesse, vt ipsi incurrant suspensionẽ, c. quia periculosum, eo. ti. li. 6. [Hinc colligitur ex illo tex. quòd ubi requiritur expressa monitio, nõ sufficiunt verba generalia, vel vniuersalia, vt omnis, quilibet, vel quicunque. De quo vide not. in capitu. 2. de præben. in 6. Verum, quod diximus de Episcopis, intellige de confirmatis, & consecratis. Nã in aliis secus: Cum priuilegium text. in d. cap. quia periculosum, respiciat Pontificale officium, vnde non comprehendũtur confirmati tantum, vt per glo. not. in verbo, Pontificum, in clem. 2. de celebr.
20 miss. Nec veniunt † Episcopi non consecrati appellatione Pontificalis officii, vt glo. in clem. 2. de priuil. in c. at si clerici, de iudic. de quo plene per Domin. de S. Gemin. in c. 1. §. 1. de offi. ord. in 6. facit etiam tex. not. in c. ex litteris, de excess. prælat. Et ratio est, quia ex quo non sunt Episcopi, nõ est in eis dignitas Episcopalis. Ita Archid. quẽ sequitur Dom. in d. cap. 1. §. 1. Nec etiam comprehẽdit Cardinales; quamuis non sint Episcopi, ut not. per Io. Andr. in cap. 1. de schism. lib. 6. Cum Cardinales, quanto sunt viciniores Papæ, tanto minus præsumitur pœnam eis per Papam inferri. Cardinales

les enim sunt Patritii scripti in diademate Principis, Institu. quib. mod. ius pa. potest. solui. §. filiusfam. Et sunt pars corporis Papæ, 6. q. 1. si quis. & sunt spirituales fratres Principis, & plus aliis priuilegiati, ut in c. officii, de offic. leg. lib. 6. secundum Ioan. Andr. Nec etiam comprehendit Patriarchas, & Primates, & Archiepiscopos, cum omnes isti comprehendantur appellatione Episcoporum, c. cleros, in princ. ibi, ordo Episcoporum, & in fi. dist. 21.]

Nec eos qui ex ignorantia dictas monitiones omitterent, sicut colligitur ex ver. præsumpserit, nec Prælatos Religiosorum, qui formulas iuris seruare usquequaque non debent, de accus. c. qualiter & quando, lo secondo. durum enim esset, & incommodum Prælato, qui modo pro ista re, modo pro alia habet increpare, & monere suos subditos claustrales, ut semper habeat pennam, & folium, & semper scribat sub pœna excommunicationis. Hinc est, quòd sententias, quas proferunt in claustrales, secundum disciplinam regularem, non ferũt in scriptis, ad quod alii iudices tenentur, de re iudi. lib. 6. c. & si sententia. Vnde pro culpis ipsorum claustralium aliquando mandát Prelati, quòd certis uicibus comedant in terra in pane, & aqua, quòd non exeant claustrum, & similia, nulla exinde confecta scriptura, nec pro tribunali sedendo, immò aliquando totum vnũ processum ordinarium expediunt sine notario, &
21 teste. Vbi † enim de bona fide agitur, de apicibus iuris non est disputandum, nec decet eos forensium decertationum fore peritos. Immo aliquando ét ipsos claustrales ignorãtia iuris excusat, ut milites, rusticos, mulieres, & huiusmodi personas publicæ cõuersationis ignaras, ita Lapus alleg. 73. [Sylu. tamen in ver. excõica tio, 1. nume. 14. tenet contra Lapum, inquiens, quòd c. 1. de senten. excommun. in 6. secundum Gemin. adstringit ad dictam formam, omnem habentem potestatem excommunicandi, dicens: Quisquis igitur excommunicat. Nec ualet ratio Lapi: qui non habent continuè corrigere de criminibus, quę requirant summam pœnam, idest excommunicationẽ. Limitari tamẽ potest quo ad Religiosos specialiter, quando statuta sui ordinis, & constitutiones confirmatæ, & approbatę à summo Pontifice, vel communiter approbata cõsuetudo aliter se haberet: quia secundum Panor. in c. qualiter, & quando, de accus. ordo iuris in regularibus nõ seruatur ad unguem. Limitari etiam potest quo ad religiosos, si ex ignorantia iusta hoc facerent. quia nisi esset iusta, eos non excusaret, de reg. iur. lib. 6. cap. ignorantia. Præsertim quòd Prælati religiosorum cautius excommunicare debent, quàm Prælati clericorum, propter maiorem charitatẽ, quam debent seruare erga fratres, arg. notatorum in c. causam quæ, de iud. ita Sylu. in ver. excommunicatio, 1. nu. 14. Nau. in Man. c. 27. nu. 8. Nec etiam pœna tex. in cap. 1. de sent. excommun. lib. 6. eos afficit, qui dictam formam non seruant, quia periculum est in mora, glo. in cap. sacro, de senten. excom. in ver. temerarius. quia hoc casu excommunicans non fuit in culpa.

22 Alia vero est † excommunicatio iniusta, & tunc Doctores tres gradus sententiæ iniustæ excommunicationis notant. Est enim sententia nulla, quæ non profertur à suo iudice, de qua supra. Et est sententia continens intolerabilem errorem: ut puta manifestissimum omnium iudicio, licet procedat à vero iudice. Et est sententia iniusta citra intolerabilem errorem. Et hæc potest multipliciter contingere. Primo, quando causa, ob quam iudex excommunicat, re vera est iniusta, sed non ita apparet, sed est dubia: quo casu licet reus etiam cõsilio suorum aduocatorum causam iudicet non fuisse iustã, est nihilominus illi timenda, quare debet se gerere tanquam excommunicatum in foro exteriori: & si esset clericus, & consecraret, fieret irregularis. Et si sententiæ non pareret quousque appellaret, & recurreret ad alia beneficia iuris, peccaret mortaliter non parendo. Immo sen-

sententia tunc habet effectum priuandi orationibus, & suffragiis Ecclesiæ. Atque hic est proprius casus de quo loquitur Greg. vbi ait sententiã pastoris etiam iniustam timendam, c. 1. 11. q. 3.

23 Secundo contingere potest, † causam esse verè iniustam, sed præsumptiuè esse iustam: verbi gratia, quando iudex secundum allegata, & probata contra innocentem ob falsa testimonia testium sententiam excommunicationis pronuntiaret, & hæc sui natura non ligat innocentem, vnde qui certus est se esse innocentem, quamuis secundum allegata, & probata legitimè excommunicetur, in rei veritate non est excommunicatus, neque suffragiis, & Ecclesiæ orationibus communibus est priuatus. ita Caiet. 2. 2. q. 70. artic. 4. & ratio est, quia si iudex veritatem nosset, non excommunicaret innocentem, facit tex. in c. illud plane, 11. q. 3. vbi quemadmodum iniustitia iudicis nihil obest excommunicato, sic neque iniustitia testium falsa testimonia dicẽtium ei oberit, licet iudex legitimè sententiã proferat. facit etiã tex. in c. si quis. 24. q. 3. Verum ratione scandali, & obedientiæ esset ei obtemperandum in foro exteriori: quia tunc posset iudex eum reiicere ab Ecclesia, cui si resistat, peccaret mortaliter. Si tamen peregrè proficisceretur vbi non posset venire in notitiam iudicis, neque eorum, qui audierunt sententiam, potest se tutò tanquam non excommunicatum gerere, ita Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 3.

Tertio potest dici sententia iniusta verè, non tamen continet intolerabilem errorem. Exemplum de sententia nulla, & iniusta, quæ continet intolerabilem errorem, & quæ non continet. Est prælatus, qui interrogat à Petro secretum crimen, quis ille sit qui surripuerit panem, qui infamauerit Paulum, sub pœna excõmunicationis. Tunc si quis præcipiat illi, qui non est ei subditus sub sententia excommunicationis reuelare, non obediens non incurrit sententiam, quia est nulla. Itidem si Prælatus præcipiat sub pœna excommunicationis, vt quicunque subditorum sciuerit aliquod crimen, illud pandat, quamuis nulla sit infamia, aut inditia, nec illud possit legitimis testibus probari. nam tunc subditus non incurrit, quia illa sententia continet intolerabilem errorem: quia iudex non potest quenquam obligare nisi per legem, aut iustitiam. igitur vbi iudex quid contra legem præcipit, tunc nulla est præcepti obligatio, nec in subdito peccatum est inobedientiæ, etiam si iudici non obtemperauerit, & per consequens non incidit in excommunicationem, c. nemo, 11. q. 3. quia qui probare non potest crimen, nullo modo denuntiare tenetur.

24 Rursum † si prælatus iusserit sub pœna excommunicationis, ut quicunque sciuerit crimen, quod legitimè potuerit probare, manifestet. tunc si nulla est infamia, aut indicia, sententia iniqua est, quia nullus potest compelli ad manifestandum crimen, quod non laborat infamia, atque testibus; tamen quia sententia nec est nulla, nec continet intolerabilẽ errorem, dicitur ligare nõ quo ad culpam, quia nulla erit culpa non obedire: sed quo ad meritum, quia meretur patiẽdo pœnam iniustam, scilicet non communicare sacris, quousque absolutionẽ petat, vel ad superiorem recurrat, Ita D. Tho. in 4. dist. 18. Ex quo sequitur, quòd talis excõmunicatio iniqua intelligatur obligare quò ad pęnam in foro exteriori, idest, quòd potest iudex subditum, qui non reuelauerit crimen, quod probare potest, excludere à sacris, & à fidelium communione: quia non admittetur excusatio subditi dicentis non teneri; quia nulla erat infamia, aut indicia: nam præsumendum est iustum esse præceptũ Prę lati, alias deberent Prælati quotiescũque quid pręcipiunt manifestare quo iure id faciant, quod esset in detrimentum gubernationis, ut inquit Sotus de rati. teg. memb. 3. q. 1. conclu. 4. Et propterea inquit D. Tho. quòd erit meritum subdito pati illam pœnam iniustè. Non tamen per talem sententiam iniquam erit excom-

communicatus iniustè priuatus cõmunibus,& generalibus suffragiis Ecclesię. Etenim Ecclesia nõ videtur velle quemquam iniustè tanta læsione afficere; c. il-
25 lud planè, 11. q. 3. Si quidẽ interpretanda est communis Ecclesiæ intentio in cõmunibus suffragiis esse conformem diuino iudicio secũdum veritatem quidem, & non secundum communem errorem hominum. Sed iniustè excommunicatus apud Deum non est priuatus, ergo nec Ecclesia priuare intendit. Ita Turrecrema. in capit. si quis Episcopus, 11. q. 3. Couar. qui dicit communem, in cap. alma mater, prima par. §. 7. nu. 5. secunda conclusio. Cui opinioni minimè refragantur verba S. Tho. in 4. distin. 18. q. 2. art. 1. ad quartum. Nam non inquit D. Tho. quòd possit iniquè excommunicatus priuari gratia Dei, & communione charitatis, atque suffragiis catholicæ Ecclesiæ, sed potest innocens per Ecclesiam absque culpa priuari iis, quæ ad salutem, & gratiam disponunt, vt auditione, & celebratione diuinorum officiorum, atque sacramentorum perceptione. Causa autem quæ iustificat hanc punitionem iniustè excõmunicatorum procedit, vel ab aliqua eorum culpa commissa, quòd non curent diligenter absolutionem impetrare, vel quia maximè interest totius vniuersalis Ecclesiæ, vt censura, quæ gladius est Ecclesiasticus admodum timeatur, ne alioquin paulatim sit contemptui, dum iniustis excommunicationibus à proprio iudice latis antè obtentam absolutionem quispiam renuit obtemperare.

26 Igitur excõmunicatus † iniustè obligatur etiam in conscientię foro à diuinis sibi interdictis abstinere, & alios vitare. Immo si contemnit peccat mortaliter,] & sic ex contemptu apud Deum incipit ligari, cap. notandum, in fi. 24. q. 3. Cum per illum cõtemptum sit mortalis criminis culpa affectus, non autem quòd contemnens sit in conscientia excommunicatus: etenim contemptus ipse in quacunque materia peccati mortalem culpã inducit, glo. in cap. 1. verbo, contemnat, tit. nostro, lib. 6.

27 At † contemptum hic non dicimus simplicem transgressionem præcepti, vt capitur apud Leuit. c. 26. Sed tunc quando voluntas inferioris renuit subiici ordinationi legis, regulæ, vel iudicis, & ea ex causa procedit ad id faciendum cõtra legem, vel præceptum superioris, D. Th. 2. 2. q. 186. artic. 9. ad tertium. Caiet. in verbo, contemptus. Vnde non dicitur quis peccare ex contemptu, si ex concupiscentia, vel ira inducitur ad transgrediendum verba legis, vt ibi per Caiet.

28 Nec frequentia † actuum inducit cõtemptũ, vt si quis frequentet actum, quãuis dicta freq̃uẽtia actus ad id disponat, & ideo maximè periculosa est, quia dispositiuè inducit ad contemptum, iux. illud, Prou. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnet, Sylue. in verbo, excõmunicatio, 2. q. 15. Nauar. cap. 23. num. 42. facit etiam multum ad præsumendum prædictum contemptum in foro exteriori, non autem quo ad interius, vbi sola veritas consideratur, c. tua, de spons. c. humanæ, 22. q. 5. Nec quando quis sine causa communicat excommunicato, vt vult Archid. in cap. excellẽtissimus, 11. q. 3. nisi vbi quis nulla alia ex causa communicat excõmunicato, quàm quòd nolit subiici legi prohibenti communionem, Couar. in d. c. alma mater, nu. 6. & 7. Proferens etiam talem sententiam ad interesse tenetur, glo. in cap. illud planè, 11. q. 3. & mortaliter peccat, quinetiam & sacrilegus impropriè dicitur, Turrecrem. in d. capitu. illud, & in capitu. non in perpetuum, 24. quæstio. 3.

29 Cum † autem hæc sit iniusta, licèt nõ sit nulla, absolutionem omnino petere debet: cum ipsa ante absolutionem omnino liget quo ad Ecclesiam, c. per tuas, vers. in aliis, de sent. excommunicat. & ideo dari debet, secũdum formam iuris, & si Panormi. in cap. ab excommunicato, num. 16. de rescrip. dicat, quòd iuramentum, & alia solemnia non requirũtur:

tur: vnde antequàm excommunicatus iniustè, idest, sine causa petat absolutionem à suo iudice, tenetur seruare canones de excommunicatis, statutos sub pœnis ab eisdem indictis.

30 Quare excommunicatus † iniustè etiam in foro conscientiæ tenetur à diuinis sibi interdictis abstinere, & alios vitare, & si diuinis se immiscuerit, irregularis est, nisi occultè absque scandalo celebrauerit, ut supra diximus, & Couar. qui supra, nu. 7. versi. his quidem.

31 [Ex quibus omnibus colligite † differentias inter excommunicationem nullam, & iniustam. quarū prima est; quòd absolutio ad cautelam nō est necessaria, ut in principio diximus, sed quandoque conceditur, ut tutè quis se immisceat diuinis, & aliis actibus. Sed absolutio simplex verè necessaria est ab excommunicatione iniusta, vnde danda est iuxta formam iuris, etiam cum constiterit sententiam excommunicationis iniquam esse. Vnde donec absolutio detur, ligatus erit pœnis per canones aduersus excommunicatos indictis.

Secunda est, quòd qui allegat excommunicationem fuisse nullam, non fatetur se esse excommunicatum. Is vero, qui dicit excommunicationem esse iniustam, fatetur se esse excommunicatum, licèt sit iniqua sententia. Ita Panor. explicat in cap. Apostolicæ, de except.

Tertia est, quod qui appellat ab excōmunicatione, quam dicit ininstam, & sic litigium est super iustitia, vel iniustitia excommunicationis; ex quo fatetur se ligatum, ante omnia debet petere absolutionem præstita cautione, & ita procedere potest text. in cap. per tuas, de sent. excommunic. Sed si dicit excommunicationem nullam, auditur, licèt non petat absolutionem purè, vel ad cautelam. Ita Panor. in d. cap. per tuas, num. 3. vbi ampliat nō solum in duobus casibus ibi expressis, sed in omnibus casibus, vbi allegatur nullitas, ita Doct. in cap. solet, de sent. excommunic. in 6.

Quarta est, quia si nulliter excommunicatus celebraret, non esset excommunicatus, vt supra, nu. 2. Quod intellige, quando constat sententiam censuræ esse nullam, quia tunc debet statim pronuntiari nulla, nec fiet ista absolutio ad cautelam, argumen. de offic. deleg. cap. cum olim Abbas, in fine. Si vero dubitetur, an sit nulla, & tunc peti potest hæc absolutio ad cautelam. Ita Innoc. in d. cap. solet, Sylue. in verbo, excōmunicatio, 2. num. 2. quod secus est de excommunicatione iniusta.

Quinta est, secundum Dom. Rotam decis. 74. quæ incipit, Item nota, tenentem, quòd petēti se absolui ad cautelam, sufficiat allegare sentētiam nullam, licèt nō exprimat causam nullitatis; facit tex. in l. fi. C. de anna. except. Quando tamen peteretur absolutio ab iniusta excommunicatione, & tunc causa est exprimenda, cum secundum qualitatem causarum facilius, vel difficilius concedatur, & ita secundum Domin. procedit tex. in cap. dilectus, el primo, de rescript. Aduerte tamen, quia ad hoc, vt concedatur absolutio ad cautelam, benè requiritur, quòd causa ipsius nullitatis exprimatur, cum sic dubitetur, an sit nulla, vel non, vt inquit Franc. in d. cap. solet, num. 10. qui etiam nu. 11. inquit, quòd debet fieri absolutio cum cautione de parendo, si apparebit eum iustè excommunicatum, vt patet in d. cap. solet. ibi, vel competens.

32 Quę quidem † absolutio ad cautelam non habet locum nisi in sententia excommunicationis lata ab homine: quia illa potest esse iniusta, & nulla, secus autem si excommunicatio feratur à canone, quæ semper est iusta, 4. distin. erit. Nisi occurreret dubium facti. i. super facto, ut in cap. cum desideres, §. 1. de sent. excommun. vel esset probabile dubium iuris, vt not. in clem. eos, de sepult. nam tunc posset etiam à sentētia excommunicationis latæ à canone peti absolutio ad cautelā, secundum Io. And. in d. c. solet. Rursum, vt absolutio ad cautelam possit peti, oportet, vt fiat à sententiis censuræ

latis

latis ab homine, in specie, non autem extenditur ad interdicta generalia lata in loca, ut in clem. præsenti, de senten. excom. Nec etiam extenditur ad excommunicationem minorem, cuius absolutio fit per sacerdotem sine iuramento, & nullo citato, secundum Franc. in d. cap. solet, nu. 8. in fine.] Iusta excommunicatio est, quando ille, qui potest, & eo modo, quo potest excommunicat quem potest, & hæc semper ualet, & multa operatur, ut inferius uidebimus.

[Sed ut melius intelligatur, iusta ex-
33 communicatio† vt sit, quatuor concurrere debent. Primum, vt ille, qui potest, idest legitimus iudex excommunicationem proferat non ex odii fomite, sed ex charitate, iux. tex. in cap. 1. de senten. excommunic. lib. 6. Secundum, quòd causa subsit vera, & rationabilis. Tertiũ, ꝙ monitio competēs præcedat. Quartum, quòd proferatur in scriptis, & causa exprimatur, & exemplum scripturæ tradatur, iux. d. cap. 1. Ita Host. in cap. sacro, de senten. excommun. lib. 6. Quod si sic sententia excommunicationis non proferatur, sententia erit iniusta. Et talis sen-
34 tentiam iniustam proferens † multipliciter punitur. Primo, quia tenetur excōmunicato actione iniuriarum, 11. q. 3. illud, & cap. temerarium. Secundo est tanquam sacrilegus puniendus, 24. q. 3. cap. non in perpetuum, notat Innoc. in d. cap. sacro. Tertio, quia carere debet communione hominum, & arceri ab ingressu Ecclesiæ, in quantum superiori fuerit visum æquum, 24. quæst. 3. cap. de illicita. Quarto, si non feratur iuxta ordinem c. 1. de sent. excommun. lib. 6. Interdicitur ei per mensem vnum ingressus Ecclesiæ ipso iure, immo etiã suspensus est à diuinis officiis, & si celebrat, irregularitatem incurrit, à solo Papa dispensandus, d. cap. 1. Quinto, si sententia iniusta appareat, ad interesse cōdemnatur excommunicato, ita Hostien. Ioan. Andr. in d. cap. 1. Ab his autem omnibus excusat causa probabilis proferentem, maximè si laudabilis opinionis existat, ut in capitu. sacro, §. cũmque aduersus, de sen. excom munica. De ista materia vide Astens. de forma excom. lib. 7. art. 2.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicandi potestas ex ordinatione omnibus sacerdotibus cōuenit, licet vsus sit eis interdictus, qui proprius est Papæ, & œcumenici Concilii.*

2 *Episcopis, & Conciliis prouincialibus, & per leges, & sententias excommunicare licet.*

3 *Mucro Episcopi duplex dicitur, eradicans, & mortalis, & disciplinans, & medicinalis.*

4 *Excommunicatus ab Episcopo est vbique vitandus. amplia in suspenso, nu. seq.*

6 *Excommunicatus à suo Episcopo, an possit in aliena diœcesi absolui. nu. seq.*

8 *Excommunicare simpliciter possunt omnes habentes iurisdictionem in foro exteriori. nu. seq.*

10 *Excommunicare possunt maiores Prælati per leges: at minores minimè, neque in actu visitationis.*

11 *Excōmunicare non possunt iurisdictionem habentes in foro pœnitentiæ.*

12 *Ordo sacer ad excommunicandi potestatem necessarius non est, licet sic minor.*

13 *Excommunicare qui possint.*

14 *Vicarius Episcopi, ut possit excommunicare, qualiter intelligatur.*

15 *Prælatus subditum extra diœcesim commorantem, an possit excommunicare, nu. 18. & quid in legato, nu. 19.*

16 *Ignorans excōmunicationem illa ligatur, sed facta per eum tenent, nu. seq.*

Quis excommunicare possit. Cap. IIII.

1 Esse quidem † in Ecclesia potestatem excommunicãdi nemo catholicus dubitare potest, de qua loquitur Sotus dist. 22. q. 2. artic. 1. Hæc autem potestas, quam tradidit Dominus Petro, & eius successoribus,

ribus, Matth. 18. dicens: Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, conuenit ex sola ordinatione omnibus sacerdotibus, ut habetur in Conc. Trid. Vsus vero est eis generaliter interdictus, & exercitium, sed aliquibus specialiter concessus, vt inquit Hostien. in sum. tit. nostro, versi. Non solum ad ius. Vnde circa excommunicationem Pontifex maximus, & œcumenicũ Concilium non solum per sententias veluti iudices, verum etiam per leges, ut legislatores excommunicare possunt, nempe leges condendo ne hoc, aut illud fiat sub censura excommunicationis.

2 Episcopi † vero, & prouincialia Concilia sub eadem forma possunt easdẽ constitutiones facere, quæ non tam leges, quàm statuta dicuntur. Possunt etiam per viam sententiæ solemniter excommunicare, quæ solemnis excommunicatio anathema dicitur, & ipsis solis Episcopis concessa est, 24. q. 3. cap. corripiantur, cap. visis, 16. q. 2.

3 [Vbi † excommunicatio vocatur mucro Episcopi, non quidem eradicans, & mortalis, vt est degradatio, cap. pro humani, §. cum igitur, versi. Nos tanto, de homic. in 6. qui non tantum ad correctionem, sed etiam ad punitionem infligitur, sed disciplinans, & medicinalis, quia uibratur ad correctionem, 2. q. 1. c. multi, 24. q. 3. c. sed notandum. De hoc duplici mucrone Episcopali loquitur Archid. in cap. dilecto filio, de sent. excom. in 6.

4 An vero † possint Episcopi excommunicando priuare subditum suffragiis totius Ecclesiæ, & ita excommunicare, ut vbique excommunicatus in tota Ecclesia euitetur? Scotus in 4. senten. dist. 19. q. 1. art. 5. inquit, quòd nemo præter solum Papam potest propria authoritate sic subditum excommunicare, vt vbique in tota Ecclesia vitetur. Et ratio eius est, quòd quempiam excõmunicare est non solum ipsum cohibere ne cum aliis communicet, verum & omnes alios, ne cum illo participent. Archiepiscopus autem Capuanus authoritatem non habet in Ciues Neapolitanos, ergo illos prohibere non potest, ne cum suo Capuano communicent: Atque adeo non potest Archiepiscopus Capuanus suum subditum excommunicare nisi restrictè, ut scilicet nemo ex Capuanis cum illo communicet. Item quia excommunicare est priuare suffragiis Ecclesiæ, ita ut pro excommunicato nullibi sit orandum; Non potest autem Ordinarius Venetus priuare suum subditum suffragiis Ecclesiæ Bononiensis. Solus ergo Papa potest propriè excommunicare. Episcopus verò non nisi strictè, priuando subditum suffragiis suæ Ecclesiæ. Igitur ex dictis Scoti duo colliguntur, quòd Episcopi non possint nisi strictè excõmunicare. & quòd plenè non nisi authoritate Papę. Vtraque est res noua, & in Ecclesia inaudita. Nẽpe quòd & aliquis sit excommunicatus, & nõ sit priuatus suffragiis totius Ecclesiæ. & quòd hæc potestas sit à Papa Episcopis collata: cum vbique asseratur tãquam eorum propria, ut cap. corripiantur, 24. q. 3. c. audi, 11. q. 3. visis, 16. q. 2. Vnde non obstat ratio Scoti, quia ad excommunicandum sufficit iurisdictio in eum, qui excommunicatur. Quod autem excommunicatus sit suffragiis totius Ecclesiæ, & communione priuatus fidelium, non prouenit immediatè ex iurisdictione excommunicantis, sed ex ipsa excommunicationis natura, nempè quia Ecclesia ex traditione Apostolorũ sic instituit, ut patet in c. sicut, cum duobus sequentibus, 11. q. 3. & in cap. seruetur, eadem quæstione. Hinc infertur, quòd excommunicatus in una Ciuitate nempe à iudice Ecclesiastico unius prouinciæ est ubique uitandus,] per glo. in cap. pastoralis, §. verum, de appella. in glo. fin. tex. in cap. ad reprimendam, de offic. ordin. Decius in cap. cum ex plantare, nume. 5. & 14. de priuil. Sotus dist. 22. q. 2. art. 1. prima conclu. & in 4. sent. & ratio est, quia excommunicatio afficit animam, & sequitur excommunicatũ, sicut lepra leprosum, capit. cito turpem, 1. q. 1. Et hæc quidem opinio communis est,

est, ut asserit Nauar. in capit. inter verba, 11. quæstio. tertia, correll. 57. quam quidem sententiam nonnulli veram esse opinantur, quando quis probare possit eum esse alibi excommunicatum, & denunciatum, alioquin si hoc probare non possit, non tenetur eum uitare nisi in eo loco, ubi fuerit excommunicatus, quod adnotauerunt Henricus in capit. cum duobus, tit. nostro, Syluestr. in verbo, excommunicatio, quinto, dubio 17. Pia sane est eorum sententia. Ipse vero non auderem, ita latè Concil. Basiliensis decretum interpretari: nam qui in vno loco publicè denunciatus est, minimè ab Ecclesia toleratur, eo quòd sit publicè excommunicatus, idcirco si probari denunciatio commodè possit, vitandus est publicè, & non occultè: quòd si probari denunciatio non valet, tunc equidem vitandus est occultè, non autem publicè, atque ita censet esse tenendum Couar. in capitu. alma mater, §. 3. numero 2.

5 [Sed an † idem valeat in suspenso, ut suspensus ab officio intelligatur suspensus vbique? Dic quòd sic, glo. fin. 7. q. prima, si quis presbyter, 4. quæst. quinta, capitu. quisquis, in verbo, communicet, glo. vbi Bald. in l. ea, ff. de postul. Doct. in capitu. pastoralis, §. verum, de appella. quòd secus esset, si esset suspensus à beneficio, quia alibi beneficium retinere posset: ratio vero diuersitatis inter vtrũque suspensum, est. quia suspensio ab officio fit de actu adhęrente personæ, & sic est sententia in personam, quæ concomitatur personam vbique. At suspensio à beneficio dirigitur in rem, ideo illam non egreditur, ita Dom. Anton. in d. §. verum, numero 21. vel dici potest, quòd suspensus ab officio, suspensus vbique est, Cum officium concernat claues, quæ vbique extenduntur, argum. de treu. & pace. capitu. 1. Sed suspensio à beneficio concernit dispositionem humanam, & procedit à iurisdictione, quæ non extenditur extra territorium, de constitut. capitu. secundo, lib. secundo, Card. in clem. ut hi, qui. in fine, q. 19. de æta. & qual.]

6 Sed an † is, qui excommunicatus est à suo iudice, si reperitur in aliena diœcesi, & satisfaciet parti, idest, furtum, aut debitum, utrum Episcopus alterius diœcesis, vel eius Vicarius possit eum absoluere. respondetur posse, si saltem fuerit excommunicatio generalis: illa enim æquipollet canoni. Exemplum, Quicunque fecerit furtum, uel aliud retinuerit, quod pertinet ad ius alienum, ut sunt instrumenta scripturarũ, tunc enim expleto mandato, potest ab alio Episcopo absolui: quia nulla proprio irrogatur iniuria. secus si lis esset contestata inter partes in tribunali proprii iudicis; tũc enim debet per ipsum, uel Pontificem lis peragi, Sotus in 4. sent. distin. 22. quæstio. 2. art. 3. Astensis lib. 7. titu. 14. Quis absolui potest ab excommunicatione. vers. Vtrum ille.

7 Si vero esset † prohibitum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ aliquid, per cuius contrauentionem non esset facienda aliqua satisfactio, v. g. lata est excommunicatio contra loquentes cum Monialibus, & aliquis cum illis fuerit locutus, & per cõsequens est excommunicatus: tunc si iste reperitur in aliena diœcesi, potest per Episcopum illius diœcesis, uel alium habentem ab eo authoritatem absolui, Sylu. in verbo, Confessor, 1. q. 13. Sed reuertendo unde digressi sumus, solemnis excommunicatio solis Episcopis concessa uidetur, hinc uocatur mucro Episcopi, c. uisis, 16. q. 2.

8 At simplicem † excommunicationem faciendi, siue maiorem, siue minorem omnes illi authoritatem habent, qui spiritualem habent iurisdictionem, etiam si curam non habeant animarum, unde Archidiaconus, & Archipresbyter, aliique qui Prælatorum nomine ueniunt iurisdictionem habent excommunicandi, Abb. in cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ord. Pariter per uiam electionis electi, ut sunt Priores claustrales, custodes, uel ut ita dicam, Guardiani, & Abbates, Hosti. &

Sylu.in uerbo,excommunicatio,1.nu.5. Sotus dist.in 22.q.2.art.1.in 4.sent.& ratio † est, quia potestas excommunicandi pertinet non ad forum interius pęnitentiæ, ubi agitur de peccatis etiam occultissimis,sed ad iurisdictioně fori exterioris.
9

[Ex quo fit ut quemadmodum ad cōferendas indulgentias non requiritur character ordinis, ita nec ad excommunicandum.

In hoc tamen est differentia inter maiores Prælatos,† idest Episcopos, & minores, quòd primi possunt etiam per leges,& statuta excommunicare: At minores Prælati nequeunt, aut leges, aut propria statuta condere, licet Visitatores dięcesum, aut religionum dum uisitant,possint ordinationes in scriptis sub eadem censura relinquere, quę uim habet,quousque per alium reuocentur, Sotus dist. 22.q.2. art.1. igitur omnes iurisdictioně habentes possunt excommunicare suos subditos, cap. transmissam, cap suffraganeis, de electi. cap. cum ab ecclesiarum, de offic.ordin.
10

11 Hinc infertur simplices † sacerdotes, Confessores,vel parochos,quia non sunt propriè Prælati, nec iurisdictionem habent nisi in foro pœnitentiali, excommunicandi potestatem non habere, nisi eis fuerit à superiore commissa, uel nisi in aliquibus causis à iure concessis; ueluti in furto,& rapina, ut inquit D.Tho. & si re uera hoc in desuetudinem abiit, ut refert Sotus, qui supra.

Rursum, cum excommunicandi potestas sit potius iurisdictionis, quàm ordinis, d. cap.transmissam, infertur,quòd
12 non sit necessarius sacer † ordo ad potestatem excommunicandi, tametsi aliquis ordo præmittendus sit huic potestati, ut tandem eam possit habere, qui clericus sit, & aptus, ac idoneus ad beneficium Ecclesiasticum obtinědum, quod expressim Felynus adnotauit in cap. dilecta, de maior. & obed. Cuius ea poterit ratio constitui, quòd licet excommunicatio in exteriori iudicio feratur, & pronuntietur: tamen quia aliquo modo pertinet ad aditum regni cœlestis, cum Ecclesia militans præstet uiam ad triumphantem, clauis dicitur iurisdictionis, ut explicat D.Thom.in 4.sent. dist.18.q.2. & probatur in cap.ult. de excess. prælat. Qua ratione par est, quòd non possit excommunicatio ferri nisi ab eo, qui clericus sit,& idoneus ad consequendam Ecclesiasticā dignitatem, cuius ratione excommunicandi potestas iure competit.

13 Excommunicare † etiam potest non solum, qui iurisdictionem habet de iure, sed etiam de consuetudine, c. duo simul, de offi.ord.c.cum contingat,de foro compet.cum consuetudo det iurisdictionem, l.1. C.de emancipat. liber. 9.q.3.cap.conquestus, in fi. Similiter capitulnm sede uacante excommunicare potest, & cap. cum olim,de maior. & obed. Pariter delegati Apostolici, & ordinariorum excōmunicare possunt, c. de his, 12.dist. c. P. & G. de offi. delegati.

14 Item Vicarius † Episcopi, quia habet iurisdictionem ordinariam, glos. in cap. quoniam in plerisque,de offic.ord. Idem Innoc. in cap. 1. de offic. Archid. & de offic. vicar. in cap. tua nobis, & hæc est communis opinio. Hinc glossa in c. perlectis, dist.25. in qua tenet, quòd habet delegatam, remanet falsa. posset tamen saluari, quòd habet delegatā in eo,quòd Episcopus sibi committeret aliquem articulum de his, qui non ueniunt in generali mandato Vicario: sicut est conferre beneficium, uel inquirere, & punire delinquentes, de offi.uic.cap.2.in 6.quia si Episcopus postquàm commisit generaliter Vicario officium, deinde separatě committeret sibi aliquem de istis articulis specialiter,certè quantum ad illum articulum diceretur habere delegatam iurisdictionem, ut not. Ioan.And. in addi. Spec.de offic.uica.§.1.& idem tenet Lapus,de off.uicar. cap.licet, lib.6.& ita potest saluari glossa illa. Verum quod diximus Vicarium posse excommunicare, intellige absente Episcopo. nam quemadmodum adueniente pręside cessat magistratus, l.ult. ff.de off. procons.ubi proconsul

consul portam Romæ ingressus, amittit imperiū, sic Vicarius ipso præsente iurisdictionē non exercet. facit optimus tex. in cap. antiqua, de priuileg. Archidiaconus etiam, qui habet iurisdictionem ordinariam à lege, vt patet in cap. 1. & in c. ad hæc, de offic. Archid. & in cap. perlectis, dist. 25. potest excommunicare, vt ext. de eo, qui fur. or. recc. cap. 1. cap. venerabilibus, de sent. excommunic. lib. 6. Archid. in d. capit. perlectis: non tamen cum solemnitate, de qua habetur 11. q. 3. c. cum aliquis. quia illud est mucro Episcopi, ita glossa in cap. cum in cunctis, de elect. Sic iudex delegatus post reuocationem commissionis sibi factæ potest aliquem excommunicare, antequàm reuocatio ad eum perueniat: & ratio est, quia antequam sciat reuocationem, potestas remanet apud ipsum, glo. in cap. auditis, extra de procur.

Rursum Episcopus electus confirmatus licèt non sit sacerdos, potest excommunicare, cum non requiratur sacerdotium ad exercitium iurisdictionis, ita Panor. in c. transmissam, nu. 2. de elect.]

15 Sed an possit † Prælatus subditum suū extra diœcesim commorantem excommunicare? Respondetur, quòd per modum statuti non potest, sed bene ferri potest sententia excommunicationis specialis contra subditū absentem, & existētem extra territorium, vt in c. cum sit. §. fi. de appell. vbi plenè per Doctores, facit text. in cap. tuæ, vt li. non contest. & in cap. ex tuæ, de cler. non resid. Quod intellige, quando excommunicatio profertur extra diœcesim pro causa iam damnata, quæ ortum habet infra diœcesim, ut qui furtū fecit in proprio territorio, & postea illico trans limina diœcesis aufugit, quia pro causa orta extra diœcesim excommunicare non posset, ut est tex. in d. cap. fin. Dom. Anto. in cap. à nobis, el primo, tit. nostro. Francus in d. cap. fina. nume. 13. de constit. lib. 6. & in cap. 1. §. contrahentes, num. 12. de foro compet. eodem lib.

16 [Sed quid si iste † sit ignorans huius excommunicationis, an excommunicatione ligetur? Respond. quòd sic, extra de cler. excommunic. min. c. Apostolicę, 2. q. 1. cap. de manifesta. Sed quando excommunicatus ligetur, omnes concludunt, quòd si cōstat de intentione legislatoris, vt statim ligaretur, & tunc statim est excommunicatus, sed non obest illi, donec ad ipsum perueniat, argum. 4. q. 1. c. 1. ibi, Ex quo litteras, ff. mand. l. si man dassem. sed dubium est, quando non cōstat de eius intentione, vnde Bart. Brix. inquit, quòd statim est excōmunicatus, licet ignorans, quia sententia excommunicationis statim trahit ad suam executionem, capit. pastoralis, §. 1. de appellat. Licet non puniatur, si se ingerit communioni hominum, antequam sciat, c. illud, de cler. excommun. mini. Host. vero dicit, quòd non ligat nisi tempore scientię, sicut nec lex. 3. dist. cap. leges, cap. proposuisti, dist. 82. Mihi tamen magis placet prima opinio, prout illā sequitur Henri. in d. c. Apostolicæ.

17 Ante tamen † scientiam quicquid facit nō imputatur ei: vnde facta per eum valent, & tenent, ac si non esset excommunicatus, tam in iudicio, quam extra, & suspenditur effectus excommunicationis, argum. de consecrat. dist. 4. cap. 2. Instit. de except. §. præterea. Sic & effectus interdicti suspenditur, cap. dilectis. §. 1. de appellat. & effectus absolutionis. 2. q. 5. cap. quanto. Quare si talis probabiliter ignorauerit censuram, & celebrauerit, non erit irregularis, argum. de excommunicato, 11. q. 3. cap. si quis Episcopus damnatur, & in c. si quis Episcopus in consilio. De suspenso, & interdicto patet in eo, quod legitur, & not. de cler. excommunic. mini. c. Apostolicę, 1. resp. cap. 1. de postul. prælat. In excommunicato enim requiritur contemptus, ut irregularitas contrahatur, dicto cap. si quis Episcopus, in verbo, præsumpsit, vbi Gemin. Sic etiam si ignorans litteras impetrauerit pro beneficio, vel alio negotio, litteræ illæ valent: sed non audietur per tales litteras, nisi post absolutionem.

Electio etiam de eo facta non tenet, licet se excommunicatum ignoret. Asten. lib. 7. titu. 6. q. 3. Henric. in d. cap. Apostolicæ, num. 1.

18 Sed an Episcopus extra † suum Episcopatum possit excommunicare etiam suos subditos? Respon. quòd non in foro cótentioso, cum extra territorium ius dicenti non pareatur impunè, de constit. lib. 6. cap. secundo, in fine. Et ut inquit Hostien. in capitu. nouit, extra de offic. lega. non potest Episcopus extra diœcesim suam exercere ea, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ: cum talia requirát causæ cognitionem, & per consequens locum, in quo possit pro tribunali sedere, 11. q. 3. Episcopum, & sequen. Vnde quia non est aliquis excommunicandus sine causę cognitione, 11. q. 3. cap. nemo. Ideo Episcopus extra suam dięcesim nó potest excommunicare, nisi de consensu diœcesani, ad cuius diœcesim se transtulit, argum. d. c. Episcopus, cum seq. 3. q. 6. peregrina. Quod credo verum, dummodo partes sui subditi in hoc consentiant, aliàs secus, argum. de offic. ordin. in 6. cap. cum Episcopus. Igitur requiritur cósensus partiũ, & diœcesani. Posset etiam alicui committere in sua diœcesi, vt absolueret, extra de offi. leg. cap. nouit, partim in tex. & partim in glo. Rursum in notoriis, quæ non requirunt causæ examinationem, posset Episcopus exercere iurisdictionem contentiosam, ext. de iureiur. cap. ad nostram, el 3. Pariter absoluere posset, quando absolutio non eget causæ cognitione, vt in foro pœnitentiæ, quia non tantum à peccatis, sed etiam ab excommunicatione, quam tulit in eum. prædictis etiã videtur concordare Host. in sum. de pœnit. & in glo. in d. c. nouit. Licet enim absoluendo in foro contentioso præiudicaret alii Episcopo, non tamen absoluendo in foro pœnitentiæ. Vnde non apparet ratio, quare ouem suam non possit liberare. Hæc Rich. 4. distinct. 18. quæst. 9. artic. 3. capit. primo. Potest etiam excommunicatos à canone, Si quis suadente, absoluere, vel excommunicatum ab eo in sua prouincia extra ipsam prouinciã denuntiare: quia denuntiatio nihil aliud operatur, nisi quod factum est declarat, & publicat, extra de appellat. cap. nouit, 11. quæst. 3. capit. curæ, de testi. cogen. cap. præterea. ff. de testamen. l. hæredes palam. Et tandem potest exercere iurisdictionem contentiosam, quæ non requirit causæ cognitionem, vel voluntariam, vnde potest conferre beneficia, extra de concess. pręben. cap. post electionem, Ioan. And. in capit. statutum, de prębend. in sexto. Henricus in dicto capit. nouit, de offic. legati.

19 Sed vtrum legatus extra † prouinciam suam existens possit excommunicare, vel absoluere? Respondeo, quòd non; argumen. dicti capit. nouit. Ratio est, ut ibi per glos. quia excommunicare, & absoluere est iurisdictionis. Iurisdictionem autem habet iudex tantum in sua diœcesi, vel prouincia, argumen. vndecima quęstio. prima, capit. si quisquam, & extra de rescript. capitu. pastoralis. Sed quid si excommunicauit aliquem, dum erat in prouincia sua, nunquid eum absoluere poterit, quando erit extra prouinciam? Respondeo, quod non: quia exeundo prouinciam suam animo non reuertendi, statim priuatus est dignitate, ff. de offic. delega. l. tertia. & iurisdictio statim expirat, extra de officio lega. capitu. vltimo. Hæc extra de officio lega. capitu. nouit, in glossa. Sed quid si est in loco viciniori suæ prouinciæ. Dic quòd in Episcopo dicendum est, quòd sic. iux. textum in clement. prima, de foro competen. In legato vero secus, si exiuerit animo non reuertendi. De hac materia vide Card. in dicta clementina prima, nume. duodecimo. vbi etiam numero vndecimo, quærit, an possit Pręlatus vti propriis insigniis extra suam dięcesim. vide Conc. Trident. sessio. 6. capitu. 5. & 14. sessio. capitu. 11.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicare non potest iurisdictionem non habẽs, & laicus potest ex priuilegio. Item non sacerdos.*

2 *Mulier licet iurisdictionem habeat, non excommunicat.*

3 *Abbatissæ præceptum non obligat Moniales sub mortali: nisi ex natura rei hoc esset.*

4 *Excommunicatus, interdictus, suspensus, irregularis, an possint excommunicare.*

5 *Consuetudine sola quis non potest excommunicare.*

6 *Excommunicare quis non potest nec æqualem, superiorem, nec seipsum. fallit tamen in tribus casibus, nu. seq.*

8 *Ludens cum excommunicante, an ligetur excommunicatione lata cõtra ludentes.*

9 *Excommunicatione inferioris superiorem non ligari, an sit semper verum.*

Quis non possit excommunicare. Cap. V.

1 PRimo non † potest excommunicare ille, qui iurisdictionem spiritualem non habet, etiam si sit Ecclesiasticus, c. dilectus, de offi. ordin. & habeat iurisdictionem temporalem. hinc est quòd superior laicus etiàm ex delegatione Episcopi excõmunicare nõ potest, posset tamen ex priuilegio Apostolico, distinct. 32. §. verum, Sylue. in verbo, excõmunicatio, 1. nu. 6. 2. q. 5. Mennan. glo. in cap. decernimus, de iudic. [Ad idem glossa in cap. lector, dist. 33. cap. bene quidem, dist. 96. c. peruenit, distin. 95. Abb. & Henricus in c. decernimus. de iudic. Innoc. in c. quanto, de consuetud. glo. in cap. ad nostram, de hæret. Quibus in locis habetur, quòd potest Papa per suum priuilegium laico cõcedere iura spiritualia, scilicet, ut possit excõmunicare, beneficia conferre, &c. vt est etiam glo. not. in cap. Adrianus, dist. 63. An vero possit Papa simplici sacerdoti committere, quæ sunt ordinis Episcopalis, vide gl. & Doct. in d. c. quanto, & quæ diximus supra in lib. 3. cap. 5. num. 8. 9. & 10.]

2 Secundo. Mulier † quamuis iurisdictionem habeat spiritualem, & curam animarum quo ad correctionem, & administrationem, cap. dilecta, de maior. & obed. excommunicare non potest, vnde si excommunicet, licet subditi peccent contraueniendo, tamen celebrantes irregularitatem non incurrunt. Hinc infertur, ꝙ si Abbatissa, vel Priorissa possint implorare officiũ superioris, siue Papæ, siue Episcopi, ut excommunicent inobedientes, ut inquit Abb. in d. cap. dilecta, nõ tamen ipsę possunt excommunicare, quia eis nõ sunt traditæ claues Ecclesię, cap. noua, de pœnit. & remiss. Quod procedit, etiam si fœmina esset diaconissa, auth. diaconissa, C. de sacrosanc. Eccle. [Posset tamen suspensionem procedentem à claue iurisdictionis facere Abbatissa, & similes Prælatæ, vnde posset suspendere à beneficio, cum talis suspensio non procedat à claue, nec comprehendatur sub censuræ Ecclesiasticæ nomine, vt in cap. tanta, de excess. prælat. sed ab officio diuino non potest suspendere, & si suspenderet, non incurreret irregularitatem, qui violaret interdictum; cum talis suspensio procedat à claue ordinis, quæ non est apud fœmineum sexum propter ordinis dignitatem, ita Bald. & Henric. in d. cap. dilecta.]

3 Et licet † Abbatissa, vel aliæ matres sanctimonialibus pręfectæ, dent quędam præcepta Monialibus: illa tamẽ non obligant sub reatu mortali, nisi ex natura rei hoc esset, quia Abbatissa, vel alia potest imponere præcepta ciuilia, & domestica tantum, sicut matresfamilias, non autem spiritualia, vt Religiosorum Prælati. [Discrimen autem inter præcepta vtriusque potestatis quod sit, supra diximus, lib. 2. cap. 56. nume. 6. exempli gratia, potest matrona, quæ monialibus præficitur, illis præcipere ne litteras scribant, aut recipiant, aut cum uiris loquantur, aut ad hortos exeant, sed tamen ista præce-

pta ex natura rei æstimari debet sub quo reatu obligent, mortali ne, an veniali. Tantum enim ad custodiam domus conferre possent, vt eorum transgressio esset mortalis, & tam parum, vt esset venialis. Similia enim præcepta posset materfamilias ponere suis filiis, licèt in Monasterio vrgentior sit causa, & magis obligent illa præcepta. At uero ponere præceptũ more religiosorum, ut eo ipso, quòd in scriptis detur, intelligatur obligare ad mortale, re vera nequeunt ex facultate officij annexa: Benè tamen ex commissione possent hanc habere potestatem constituendi huiusmodi præcepta spiritualia, ut si Prouincialis, vel Prælatus, vbi eis visum fuerit ad honorẽ domus, & Monialium expedire, Priorissis, vel Abbatissis committeret, ut possint huiusmodi præcepta spiritualia in graui necessitate ponere, idest aliquid præcipere in virtute sanctæ obedientiæ, vel in scriptis, citra tamen excommunicationis censuram: nam hæc facultas nunquàm mulieribus commissa est, nec eis committere decet. ita Sotus in 4. sent. dist. 20. q. 1. art. 4. vers. Hinc fit.]

4 Tertio, † nec excommunicatus excõmunicare potest, 24. quæstio. 1. audiuimus. quod intellige, modo sit denunciatus, contra glo. in d. c. audiuimus, Naua. cap. 27. num. 27. Nam iudex occultè excommunicatus si aliquem excommunicauerit, valet eius sententia, Abb. in cap. ab excommunicato, num. 8. de rescript. Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 2. artic. 1. in fi. Couar. in d. cap. alma mater, §. 11. nu. 4. vbi inquit hanc opinionem esse magis communem. & ratio est, quia cum hæc sint de iure positiuo, non censetur Ecclesia iudices vsu iurisdictionis priuasse, quousque cõstet esse excommunicatos, & hoc propter bonum commune, nam aliàs si actus excõicatorum latenter irriti essent, detecta excõicatione, multi de suo statu dubitarent, ita Sotus, qui supra. [Et hæc, quæ diximus, excommunicatum non posse excommunicare, intelligenda sunt de excommunicato excommunicatione maiori. & ratio est, quia excommunicatio est iurisdictionis, cuius exercitium ipse excommunicatus nõ habet, ut in cap. Romana, de offic. vicar. lib. 6. & in cap. ad probandum, de re iud. & etiam, quia cum sit extra communionem hominum, non potest ab ea alium excludere:] ligatus vero minori potest excommunicare, quemadmodum potest etiam absoluere ab excommunicatione maiori, cap. duobus, tit. nostro, Nauar. cap. 27. num. 24.

Quarto, nec interdictus, vel aliàs suspensus, cap. alienationes, 12. q. 2. glo. in c. præsenti, tit. nostro, lib. 6. Sylu. in ver. excommunicatio, 1. nu. 6. in fi. [Verum de suspenso est distinguendum secundũ glo. in cap. audiuimus, 24. q. 1. quia aut est suspensus ab officio, sed non ab executione iurisdictionis, aut ecõuerso, aut ab vtraque. Primo modo non potest celebrare diuina, & tamen posset excommunicare. Secundo modo nõ posset excommunicare, sed posset celebrare. Tertio modo neutrum posset de iure. Sed an irregularis possit excommunicare? & videtur quod non, quia illud, quod deiicit hominem à statu prælationis, prohibet eum posse exequi ea, quæ sunt iurisdictionis: sed irregularitas deiicit hominẽ à statu prælationis, ut habetur per tex. & glo. in cap. 1. in fi. de ætate, & qual. ordin. cap. cum in cunctis, §. hic sanè, de elect. ergo videtur quod irregularis excommunicare non possit. In contrarium tamen est ueritas, quod irregularis, qui factus est sine culpa sua, excõmunicare possit: cum talis irregularitas non eiiciat aliquem à statu prælationis, glo. in d. cap. 1. extra de cler. ægrot. cap. illud. Vnde talis irregularis potest exercere quæ sunt iurisdictionis, nõ tamen quæ sunt ordinis, vt celebrare, vel absoluere in foro pœnitentiæ, vel alia sacramenta ministrare. Immo ẽt irregularis culpa sua potest excommunicare, antequã sit deiectus per sententiam, nisi irregularitas sit contracta per talem casum, quo priuatur irregularis priuilegio clericali, vel quo factus sit

sit infamis, ita Rich. in 4. sent. distin. 18. art. 3. q. 4.]

5 Quinto † consuetudo sola non est sufficiens, vt quis sit excommunicatus absque sententia, aut constitutione, nisi legitimè præscripta sit, aut approbata à summo Pontifice, aut alio Prælato quò ad suos subditos, quia tùnc vim habet statuti, Nauar. cap. 27. num. 7. & num. 94. in princ. Vbi id affirmat de incendiario Ecclesiastico, qui à nullo canone excommunicatus reperitur, sed sola consuetudine approbata.

6 Sexto, excommunicare † quis non potest suum superiorem, neque seipsum, l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdic. omn. iudic. aut sibi æqualem: & ratio est, quia excommunicare est actus iudicialis, habens vim coactiuam, nemo autem nisi sibi subditum cogere potest, nullus vero sibi subditus esse potest, neque par pari; quia par in parem non habet imperium neque superior superiori, cap. à nobis el primo, tit. nostro. c. cum inferior, de maior. & obed. l. penul. ff. de arbit. Erubescit autem lex, quod filius potestatem habeat in parētem, vt in Auth. de nup. §. si vero expectet. & mirabilis insania esset filium patrem, vel discipulum magistrum velle sibi subiicere, 96. dist. quis dubitet. Hinc infertur, quod si Episcopus censurā excommunicationis profert, siue per statutum, siue per sententiam in eum, qui furtum, vel quid aliud fecerit, si ipse, vel alius Episcopus, vel Archiepiscopus illud fecerit, neminem ligat.

Rursum si Episcopus synodalem fecerit constitutionem, vt nullus sacerdos in sua diœcesi luderet tali, aut tali ludo, & Archiepiscopus, vel Episcopus ibidem ludit, non incurrunt, vt rectè ait Panor. in c. 1. de raptor. [cum nemo possit sibi ipsi imperare, l. penult. ff. de arbit. & debet esse differentia inter iudicantem, & iudicatum, 4. q. 4. cap. nullus. Tum etiam, quia vt statutū dependet à potestate Episcopi, & ipsum tollere potest in totum, vel in parte, 12. q. 1. certe. fortius potest sine pœna contrafacere. Tum, quia statutum Episcopi dicitur esse sententia, vt probatur in cap. 2. de constit. in 6. Sed si Episcopus excommunicaret aliquem cū suis participibus, vel cum omnibus dantibus auxilium, tunc ipse Episcopus participans, vel præstans auxilium, non ligatur tali sententia, vt tenet Ioan. And. & Archid. in cap. statuimus, eod. titu. lib. 6. ergo & eodem modo non ligatur constitutione synodali. Posset tamen in duobus

7 casibus † Episcopus in excommunicationem incidere, si luserit, si esset solū denuntiator excommunicationis summi Pontificis, aut excommunicationis alterius Episcopi, aut eius Vicarii, aut alius, qui excommunicat, Nauar. c. 27. nu. 6. Item si ludus esset reiteratus, quia licet Episcopus, vel Archiepiscopus ludendo non sint excommunicati ex sententia statuti, sunt tamen bene excommunicati ex participatione in crimine ex sententia iuris, ut not. per Innoc. & Host. in cap. nuper, eo. tit. si cum excommunicato luserit, d. cap. nuper, c. si concubinæ, & ita intelligitur tex. in c. cum desideres, eo. tit. ita Ioan. And. in c. contingit. 1. titu. nostro. Rursum quod diximus neminem posse seipsum excommunicare, intelligitur quo ad vim coactiuam, nō autem quo ad uim directiuam in foro conscientiæ, nam quò ad peccatum ligatur: quia licet Princeps sit solutus à legibus, tamen debet uiuere secundum leges, l. digna uox. C. de legi. Alex. & Iason in l. 1. ff. quod quisque iur. D. Tho. 1. 2. q. 96. art. 5. ad tertium. Fely. in c. 1. num. 25. de constit.]

8 An vero ludens † cum Episcopo ligetur excommunicatione lata per statutū cōtra ludentes? videtur dicendum quod sic, ad hoc. l. penul. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. nisi ipse Episcopus tolleret, uel dispensaret contra suum statutum quo ad ludentem cum ipso: potest enim Episcopus contra suam constitutionem dispensare, secundum communem, ut per Doct. in c. licet canoni, de elect. in 6. sed de hoc uide supra, lib. secundo, cap. 96. num. 15. & 16.

9 Rursum nota, quod licèt † Archiepiscopus non possit ligari excommunicatione Episcopi, fallit nisi Archiepiscopo non subesset Episcopus statués, quia túc sententia Episcopi ligaretur, si in eius diœcesi deliquisset, cap. duo sunt, distinc. 97. quia ratione delicti sortitur forum, & fit illi quodammodo subditus, cap. fin. de foro compet. fallit etiam secundum glo. in cap. inferior, distinc. 21. vbi superior potest ligari iudicio inferioris, & primo, si submittit se alteri. Sed tu dic, quod regula non fallit hoc casu, quia si submittit se alteri, ergo non est illi superior, sed inferior. Nã si prætor subiicit se subdito, potest ab eo iudicari, l. est receptum, ff. de iurisdic. omn. iudi. ad hoc, 2. q. 7. nos. Item fallit secundum aliquos in crimine hæresis veræ, quia superior iudicatur per inferiorem, dist. 40. cap. si Papa. Sed nec in hoc casu fallit, quia Papa propter hæresim efficitur quolibet catholico inferior, glo. 2. 24. q. 1. Achatius. Rursum fallit in delegato Papæ: qui cum sit Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, potest iudicare suũ Episcopum. Verum nec hæc est vera fallentia, quia delegatus est maior omni ordinario, de offi. deleg. cap. sanè, notat glo. 7. q. 1. c. peruenit. Præterea fallit in simplici sacerdote, qui audit Papam in confessione. Sed tu dic, quod simplex sacerdos in foro pœnitentiali est maior Papa, ita procedit glo. 9. q. 3. cap. aliorum. Et rationem assignat glo. in c. dilectus, de excess. præla. quia ille, qui est iudex in foro pœnitentiali, fungitur legatione Dei, patet de offi. ordi. c. si sacerdos.]

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari non subditus non potest, & quis subditus.*

2 *Exemptum in propria etiam diœcesi Prælatus excommunicare non potest, fallit, vt num. seq.*

4 *Exempti tantum à Papa, ab alio quàm ab ipso si delinquunt, non puniuntur, nisi in hæresi.*

5 *Excommunicatio nõ comprehendit extra diœcesim delinquentes, sed sic forenses.*

6 *Vniuersitas non excommunicari, sed interdici potest, vide nu. seq. & 8.*

9 *Mortuus non excommunicari, sed declarari potest, nec qui delinquere non potest, vt infans, nec infidelis, vt nu. seq.*

11 *Priuilegiatus, vt exemptus, Rex, Papa irrationabilia animalia excommunicari non possunt, immo illud credere, esset superstitio, vsque ad nu. 14.*

14 *Excommunicatus iterum excommunicari potest, quod idem in interdicto, & suspenso.*

15 *Epilogus eorum, qui possint, vel non possint excommunicari.*

Quis excommunicari non possit. Cap. VI.

1 PRimo excommunicari † non potest non subditus, vt supra diximus, cap. 4. in fi. Subditus vero propriè dicitur ratione domicilii, vt voluit glo. sing. in ver. subditos, in clem. 1. de foro compe. licet impropriè etiam dicatur ratione delicti, facit glo. in cap. à nobis, 1. tit. nostro, & in cap. cum nullus, de temp. ordi. lib. 6. Igitur ut subditus excommunicatione ligetur, requiritur, vt sit subditus ratione domicilii, idest loci, scilicet propriæ diœcesis ipsius excommunicantis, Doct. in d. c. à nobis, & c. ut animarum, de constitu. lib. 6. Hinc infertur, quod si Episcopus Nolanus excommunicaret personas habitantes, vel existentes extra suam diœcesim, nulla est excommunicatio, d. cap. ut animarum. & ratio est, quia requiritur, vt quis sit subditus ratione domicilii, idest, vt habitet in sua diœcesi, quod intellige, nisi sit † persona exempta, etiã 2 ratione delicti in loco etiam non exempto, c. 1. de priuil. in 6. Domi. in cap. 1. de statu regul. & nos supra, eod. lib. cap. 2. num. 19. nam licèt in propria Episcopi diœcesi habitet, excommunicari non potest, d. cap. à nobis, el primo. Exemplum in monachis Capuæ habitantibus, qui

non possunt ab Archiepiscopo Capuano excommunicari eo prætextu, quod non reuelauerint, quamuis mortaliter peccent, cum contra officium charitatis faciant, non opem ferendo proximo. Sic etiam neque includuntur in excommunicatione facta ab Episcopo contra colloquentes cum Monialibus, si colloquentes sint Monachi exempti, qui colloquerentur cum Monialibus non exemptis.
3 Quod † tamen intellige, nisi Episcopus ferret excommunicationem authoritate Apostolica: tunc enim omnes etiā exemptos comprehendit, vt habetur in Conc. Trid. sess. 25. cap. Bonifacii octaui. Hinc infertur, Capuanos ciues loquentes cū Monialibus exemptis, non esse excommunicatos, Fely. in cap. fi. num. 16. de foro comp. [& ratio est, quia exempti subsunt Papæ immediatè, & ideo etiā si de-
4 linquunt, † ab alio puniri non poterunt, 16. q. 1. frater noster. de suppl. negli. prælat. sicut nobis, §. fin. ibi, mandamus quatenus nisi à iurisdictione tua exemptæ sint Ecclesiæ supradictæ, prædictos excessus studeas rationabiliter emendare, ergo à contrario si exemptæ sunt, non licet emendare, sed potius est hoc summo Pōtifici nuntiandum, sicut expressè habetur de statu mona. in singulis, §. ordinentur, & c. ea quæ, §. hæc eadem. Fallit tamen in crimine hæresis, nam tunc quia immanissimum, & periculosissimū est, puniuntur, & condemnātur ab ordinariis, non tanquam iure suo, sed tanquam sedis Apostolicæ delegatis, de hæret. ad abolendā, §. fin. Vnde ipsi non hoc facere uidentur, sed Papa, arg. de transla. Episcopi, inter corporalia, §. sed neque. Patet igitur, quod in aliis criminibus, nisi & Papa hoc cōcedat, ab inferioribus minimè punientur. An autē exemptus possit se subiicere ordinario, vide per Abb. in disput. incip. Duplici ordine insigniti, & per eundem in cap. significasti, de foro compet. vbi concludit, quod non absque licentia Papę. Et an exempti si uelint possint ponere causam suā in manibus inferioris à Papa, vide glo. in cap. 1. de offic. deleg. & de hac materia multa diximus, lib. 2. c. 49. circa finem.]

Rursum, si lata est excommunicatio
5 contra fures, † si furantur extra locum vbi adest excommunicatio, non sunt excommunicati. Forenses verò furantes Capuæ, vbi adest excommunicatio contra fures, ligantur: quia sunt subditi ratione delicti, c. fin. de foro compe. Quod intellige, modo excommunicatio sit lata authoritate ordinaria, secus si tanquam delegatus Papæ, quia excommunicatio Papalis omnes ligat, Sotus lib. 5. de iustitia, & iure, quæst. 4. artic. 1. Sed de his latius, cap. 8.
6 Secundo, nec † vniuersitas excommunicari potest, cap. Romana. §. in uniuersitatem, tit. nostro, lib. 6. Et ratio est, quia requiritur, vt persona excommunicanda sit certa, & determinata, non autem incerta, & indeterminata. Hinc uniuersitas, ciuitas, collegium, congregatio excommunicari non potest, sed bene interdici, ne contingat innocentes irretiri, d. §. in vniuersitatem, licet secundum aliquos si feratur, non est nulla, sed iniusta.
7 Sed aduertendum, † quod si excommunicatio sit lata contra uniuersitatem à summo Pontifice, tunc cum ipse non subiaceat dicto c. Romana, excommunicatio tenet in foro exteriori, in interiori autem non. Vnde qui certo scirent se esse innocentes, possent secluso scandalo se ingerere diuinis. At si alius, quàm Papa excommunicaret, & excommunicatio esset lata in omnes de collegio absolutè, non valeret excommunicatio, & esset ipso iure nulla, d. §. in vniuersitatem, ob uerbum penitus, ibi appositum, Sylu. in ver. excommunicatio, 1. num. 10. Sotus in 4. sent. distin. 22. q. 2. art. 2. Si autem non omnes de collegio absolutè, sed singulos, id est, Rectorem, Sindicum, electos, aliasque personas, quæ in culpa fuerunt, excommunicaret: tunc quia periculum nō est ut irretiantur innoxii, ex-
8 communicatio teneret. Tutior † tamen est opinio, quod etiam ualeat excommunicatio, quando fertur absolutè contra vniuer-

vniuersitatem, scilicet, quò ad reos, & culpabiles, sicut dicimus, quando fertur excommunicatio in communi. Chi sapesse, ò hauesse inteso, &c. [ita Fely. in c. dilectæ, colum. 2. de excep. Imo. in c. capitulum, colum. penul. de rescrip. tametsi de rigore verior est contraria opinio, vt non teneat, secundum Palu. & communem in 4. distin. 18. q. 2. ad fin. Curt. sen. cons. 20. dubio 2. Immo quāuis iure possit ferri excommunicatio in vniuersitatem, minimè ligarētur hi, qui post ipsam censuræ pronuntiationem collegiū, aut uniuersitatem fuerint ingressi. Bal. Pau. Imo. Aret. & alii in l. si grege. ff. de leg. 1. Ias. in l. inter stipulantem. §. sacram, ff. de verbo. signifi. fatetur esse communem.] Remedium tamen est, quod quādo excommunicatur in communi uniuersitas, interdicatur, cap. non est vobis, de spons. cap. sanè, el secondo, de offi. deleg. cap. si sententia, de sent. excommu. lib. 6. quia ista pœna non est spiritualis, & non afficit animam, quia non priuat communione suffragiorum Ecclesiæ, sed tantum suspendit interdictos auditione, & celebratione diuinorum officiorū, quæ quidem priuato directè nō afficit animam, & sic distat ab excommunicationis censura, vel excommunicentur omnes illi, qui fuerunt inobedientes mandatis, &c. Couar. lib. 2. varia. resolut. c. 8. nu. 9.

9 Tertio, nec † mortuus excommunicari potest, quamuis declarari possit excommunicatus, seu in excommunicationem incurrisse, c. si quis, de hæret. Abb. in d. c. à nobis, lo secondo, nu. 12. de sent. excommu. Cast. de iust. hære. pun. lib. 2. cap. 19. Couar. in c. alma mater, §. 1 1. nu. 8. prima par. de sent. excommu. in 6. Nauar. c. 27. num. 271. qui si est in Ecclesiastica sepultura sepultus, debet eiici, & in asinorum sepulturam poni, Doct. in d. cap. si quis.

Quarto, nec ille, quē certissimum, est non potuisse delinquere, vt infans, & furiosus, Abb. in cap. ab excommunicato, de rescrip. Hinc dicimus, quod si lata sit excommunicatio per sententiam, aut statutum contra ingredientes intra septa Monasterii cuiuscunque generis, aut sexus, aut ætatis, vel conditionis fuerint, tunc nō includitur infans, aut furiosus, nisi infans sit doli capax, & habeat usum rationis, quia eo casu cum possit committere peccatum mortale, dicitur excōmunicatus, cap. 1. & 2. de crim. fal. cap. 1. de delic. puer. Nauar. in capitu. statuimus, 11. q. 3.

10 Quinto, nec † infidelis, c. gaudemus, de diuor. Potest tamen indirectè excommunicari, prohibendo fideles, ne cū infidelibus habeant commercium, capitu. post miserabilem, de vsur. cap. postulasti, de iudæis.

11 Sexto, nec † priuilegiati, quatenus se extendit priuilegium, cap. cum ad quorundam, de exces. præla. [Hinc fit, quod exempti secundum formam exemptionis suæ nō possunt excommunicari, extra de priuil. cap. cum capella, & c. quanto. vbi in dicto c. quanto. cauetur, quod cum Prelati religiosos exemptos nō possint excommunicare, vel interdicere, ꝙ in odium eorum, vel fraude priuilegiorū ipsorum non interdicant, vel excommunicent alios eisdem communicātes. quia sic facientes puniendi sunt: & ratio est, quia ex quo non licet tales excommunicare, vel interdicere, ita nec aliquid æquipollens facere: quia ex quo denegatur vna via, denegatur etiam omnis alia, per quam ad idem deueniri potest. Non enim sunt consideranda verba, sed mens legislatoris, & contra legem, vel priuilegium facit, qui seruat sola verba, & uenit contra mentem, l. non dubium. C. de legi. reg. si. de reg. iur. in 6. sic neque est aliquid in fraudem canonis attentandum, de conces. præb. c. constitutus.]

Septimo, nec Rex, vel Imperator, nisi pro notoriis, facit tex. in cap. duo sunt, distin. 96.

Octauo, nec Papa, quia nulli hominis, nec legi humanæ, qua sola fertur excommunicatio quo ad pœnam subiicitur, c. proposuit, de conceſſ. præb. c. cuncta per mundum, 9. q. 3. nam neque per hęresim inci-

incidit in excommunicationem humanam, de qua loquimur, sed diuinam, Nauar. c. 27. nu. 13.

Nono, nec Diabolus, nec anima separata ab homine, quia non sunt homines, c. in quadam, de celebr. miss. Neque ethnicus, etiam si sit cathecumenus, idest nouiter conuersus, nondum tamen baptizatus.

Decimo, neque creaturæ irrationales excommunicari possunt: hinc neque locusta, neque bruchus, vel aliquod genus
12 vermium, aut minimorum † animalium irrationalium excommunicari possunt, idque credere, [uel excommunicare superstitionis est; cum eo casu ad expulsionem eorum accipiantur media, ut remedia, quæ nec naturaliter, siue naturali reuelatione, nec supernaturaliter, neque vlla Ecclesiæ Christianæ Romanæ institutione habeant virtutem expellendi ea, eo modo per excommunicationem. Et ita censenda sunt superstitiosa aliqua specie superstitionis, quas post alios referimus, lib. 2. cap. 5. & 3. nume. 2. in nostris Decisionibus, vel inuocationis tacitæ dęmonum, quæ ut referimus ibidé, nu. 10. toties fiunt, quoties aliquis enititur éfficere aliquid per causas, quæ nec virtute sua naturali, nec ex diuina, aut Ecclesiastica dispositione possunt illud efficere, aut sunt ad illud ordinatæ, uel quando huiusmodi causæ tãquàm necessariæ adiunguntur aliis, quæ possunt talem effectum producete, iuxta mentem S. Tho. 2. 2. q. 96. artic. 1. & in multis articulis, q. 95. Cuius quæstionis exépla possunt esse quidam rami, quos posuit Caiet. in summa, in verbo, Incantatio. Quáquam religiosè uti possumus aqua benedićta, & precibus sanctis, & adiurationibus fundatis in diuina bonitate, non referendo illas ad irrationalia nocentia, sed ad ipsum Deum, qui ea mouet, humillimè obsecrando eum, vt dignetur ea compescere aliquo modo suæ Maiestati grato, uel adiurationes illas referendo ad diabolũ, qui Dei permissu his utitur ad nocendum hominibus, præcipiendo ei potestate à Deo tradita Ecclesiæ, iux. illud Lucæ 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, &c. vt cesset à mouẽdo, & ducendo, & dirigendo illa cõtra nos. Nihil tamen amicè, vel socialiter petendo, etiam si ipse, vel alius spiritu eius afflatus promitteret certò liberationem. Nam, vt S. Thomas, 2. 2. q. 90. art. 1. concludit licere adiurare Deum, & hominẽ, & amicos, & in art. 2. licèt etiam dęmonem adiurare tanquam hostem, ad compellendum, uel expellendum, non tamen ut amicum, uel socium ad habendum ab eo aliquod adiutorium, vel bonum. vide Sotum de iust. & iu. lib. 5. q. 12. art. 2. Nauar. in Man. c. 27. nu. 13.]

13 Et † nec obstat id, quod legitur in historia D. Bernardi de gestibus Illust. ord. Vbi tempore, quo fideles intererant sacris, eo loci tanta erat muscarum quantitas, quòd celebrari non poterat: vnde D. Bernardus eas excommunicauit, vnde statim mortuæ sunt. Similiter legitur de sanctissimo Patre nostro Benedicto, quòd dum quidam Abbas amisisset eius annulum, nec qui illum rapuisset, inueniretur, lata fuit excommunicatio contra quemcumque annulum habentem, unde fuit postea inuentus coruus ægrotare, quem in eius domuncula Monachi inuenerunt. Pariter legitur in sermo. 2. B. Vincentii, fer. 3. post secundam Dominicam Quadrag. quòd quidã Monachus reliquit Breuiarium in quadam arbore per obliuionem, excommunicauit illud habentem, & statim arbor exsiccata est. nam dicimus illas fuisse maledictiones, permisitque Deus hęc fieri, ut homines deterreantur, & excommunicationis gladius maximè timeretur. [Nec etiam obstat illud Iosue, cap. 6. ubi multa irrationabilia fuerunt anathematizata, quia non est intelligendum de anathemate, idest excommunicatione: sed pro rebus separatis à communi consortio aliarum similium, ut palam dicit S. Thomas receptus in cap. 2. ad Galat. Vt etiam accipitur in locis omnibus veteris testamenti, in cuius tempore nondum inuentæ

inuentæ erant tres illæ censuræ, de quibus in cap. quærenti, de verbor. signific. quatum maxima est excommunicatio, 24.q.3. cap. corripiantur. Nec etiam obstat, quòd multæ sententiæ fuerint latæ in Hispaniis contra mures, sorices, & locustas, & præcipuè quædam sententia excommunicationis lata à quodam Episcopo, ut refert Nauar. lib. 5. de sentent. excommun. consil. 5. quæ præcepit muribus, ut intra tres horas exirent terras, quas habitabant, intra quas maximus eorum numerus exiuit natando per mare Oceanum in quādam insulam sterilem: quia respondetur, quòd liberatio nō prouenit ex virtute, & bonitate sententiarum, sed ex potestate diaboli, qui abstulit illa animalia de terris, quibus nocebant, vel occidit ea etiam subito, ad persuadendum cupientibus illam liberationē prouenire ex bonitate sententiarum, & sic continere, & manutenere; confidentes in eis in peruersis superstitionibus, & inuocationibus, & amicitia dæmonum, qui plurimum cupiunt haberi, & adorari pro Diis, & benefactoribus: cum tamen sint malefactores maximi, Nauar. qui supra, num. 12.

14 His igitur exceptis cæteri possunt † excommunicari, etiam si sint vna vice excommunicati, ita notatur in capitu. ita quorundam, de Iudæis, 3.q.4. c. Engeltrudam, c. cum pro causa, cap. officii, de sent. excommunicat. Et hoc ideo, vt vel eiusdem excōmunicationis iteratio maiorem terrorem, & confusionem incutiat, ut sic resiliant à peccato. Et non obstat si quis diceret, quòd excommunicatus pro vna causa, non potest amplius excommunicari: quia cum semel sit eiectus extra Ecclesiam, non potest amplius eiici, iux. illud Apost. Quid enim ad nos de his, qui foris sunt aliquid iudicare. c. gaudemus, ext. de diuor. Nam respon. quòd effectus excōmunicationis est duplex. Primus eiiciendo extra Ecclesiam, & ita procedit contrarium: nam qui semel extra Ecclesiam positus est, amplius extra poni non potest, c. omnis, 11.q.3. Secundus effectus est detinendi extra Ecclesiam, & vt tradatur Sathanæ, 11.q.3. cap. audi, & amplius ligandi. Et ita semel traditus, & ligatus, iterum traditur, & iterum ligatur: Sicut & per diuersa peccata hoc idem contingit, quia secundum Grego. cum peccatum per pœnitentiam non absoluitur, mox pondere suo ad aliud trahit. Ideoq; si quis ex decem causis sit excōmunicatus, licèt à nouem sit absolutus, adhuc decimo vinculo, quod remanet est ligatus, ita ut ingrediendi Ecclesiam potestatem non habeat, extra de senten. excom. c. cum pro causa, & c. officii. Quod idem dic in interdicto, ut si ex una causa latum sit, ex alia ferri possit, extra de postu. præla. c. 1. sic semel suspensus potest iterum suspendi, ita Astens. post Hostien. lib. 7. tit. de interd. & suspen. art. 7. in fi.]

15 Concludo † igitur, quòd excommunicari non potest, nisi homo baptizatus; mortalis habens superiorem, & sic Diabolus, anima à corpore separata, collegiū, vniuersitas, quæ non sunt homines, Iudæus, vel ethnicus non baptizatus, cathecuminus, nec resuscitatus denuo moriturus, nec Papa, qui nulli hominum, nec legi humanæ, qua sola fertur excommunicato, quo ad pœnam, subiicitur excommunicationi, nec locustæ, aut bruchus, uel aliud genus vermium, uel animalium irrationabilium excommunicari possunt.

SVMMARIVM.

1 *Excōmunicatio non ex impetu, sed ex graui causa ferri debet.*
2 *Excommunicationis causa duplex est.*
3 *Contumacia eius, quod non est peccatum, vel peccati venialis causa esse potest excommunicationis.*
4 *Contumacia quot modis contrahatur.*
5 *Excommunicatio, quæ requirat contumaciam?*
6 *Præcepta multiplicantes sub excommunicatione sunt multum reprehensibiles.*
7 *Excommunicatio, vt mors insligi non debet,*

bet, nisi pro delicto atroci.

8 *Excommunicatio nō nisi pro ultimo remedio ferri debet in iudicialibus.*

9 *Excommunicans sine causa, peccat mortaliter.*

10 *Excōmunicatio pro debito notorio, vel pro delicto alterius ferri non debet.*

11 *Excommunicari pro delicto praterito quis non potest, idq́; qua ratione.*

12 *Inobedientia non procedens ex contemptu iusta causa est excommunicationis.*

13 *Praceptum, quod proiiciat in excommunicationem.*

Pro quibus causis ferri, vel non, possit excommunicatio ab homine. Cap. VII.

VT facilior eorum, quæ dicenda sunt habeatur cognitio, priusquam deueniamus ad correlaria, quædam à nobis præmittēda sunt. & primum, quòd quamuis excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris, iuxta Conc. Trid. sess. 25. cap. quamuis, sobrie
1 tamen, & † ex iusta, & graui causa, eaque diligenter, & magna cum maturitate examinata ab Episcopo, vel eo absente ab eius Vicario exercendus est, c. si quis Episcopus, c. seruetur. 11. q. 3. cū experiētia doceat, si temere, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis cōtemni, quā formidari, & pernitiem potius parere, quàm salutem, contra mentem tex. in c. 1. de senten. excommun. in 6. & c. audi. 11. q. 3. Etenim cum quis pro leuibus causis videt se excommunicatum, solet indignari, & contemnere excommunicationem, & per cōsequens manere in ea, quod est peccatum mortale. Hinc tex. in c. nemo, & in c. nullus. 11. q. 3. inquit, q nullus est excommunicādus nisi pro peccato mortali, & eo casu quo quis incorrigibilis est, c. cum non ab homine, de iud. Sola igitur contumacia est causa excommunicationis. Quæ quidem excommu-
2 nicationis causa duplex est. alia † immediata, & principalis, alia mediata, & remota. Causa principalis & immediata est contumacia, quę ideo sic dicitur, quia ob illam solam est hęc sententia ferenda, arg. tex. in c. sed illud, dist. 43. d. c. nemo. & c. nullus, & hęc contumacia causa est excōmunicationis, siue insurgat ex causa mortali, siue pro eo, quod ex sui natu-
3 ra † nullum esset peccatum, verbi gratia, lata est excommunicatio contra nō euntes ad processionem. Si clericus absque rationabili causa, & monitus illam contemneret, vtique excōmunicationis vinculo innodaretur: cum possit mihi Pręlatus id quod in se nō est peccatum mortale pręcipere, uel prohibere sub pœna excommunicationis latę sententię, Syl. in ver. excommunicatio, 1. num. 2. in fi. Sotus in 4. sen. di. 22. q. 1. ar. 2. col. 2. in fi. Sic etiam potest talis contumacia insurgere etiam pro minimis rebus: nam licet pro minimis causis, vt puta pro risu, vel verbo ocioso quis excommunicari non debeat, 11. q. 3. c. nullus, & c. Episcopi, potest tamen pro contumacia surgente pro minimis: cum tanto maior videatur cō tumacia, quanto ex re minori consurgit, c. non potest, 2. q. 7. glo. in c. duo sunt, distin. 96. glo. in d. c. Episcopi. At causa mediata, & remota excōmunicationis sunt diuersa crimina, quę debent esse mortalia, & grauia, scandalosa, & enormia. Ex quorum singulis contumacia descendere potest. Vnde quando dicitur quis excommunicari pro crimine adulterii, furti, &c. 16. q. 1. c. alia, 22. q. 1. c. prędicandum, debet exponi pro contumacia descendēte ex tali, vel tali crimine, glo. in c. certum, 11. q. 3. Hug. 2. q. 1. c. nemo Episcopus. Archidiac. in d. c. episcopi. Inno. in cap. ex parte, 1. de verborum signific.
4 Quę quidem contumacia† quandoque contrahitur, quia vocatus non venit, vel quia conuictus de crimine, vt emendet, vel satisfaciat, contumax est in parendo, c. certum. 11. q. 3. vel non in stando iuri, c. ex parte, 1. de verb. signif. 24. q. 3. c. de illicita, vel contumax est, quia illicentia-

tus

tus recedit iudicio nondum finito, c. 1. de iudiciis, cap. quanto, de electionibus, lib. 6. vel quia non prosequitur accusationem cęptam. 4. q. 1. cap. 1. Hostien. in summa tit. nostro, versi. quib. ex causis.

Secundo sciendum est, quod excom-
5 municatio iuris † absque contumacia incurritur: etenim statim ac quis contra actũ prohibitum venit, est excommunicatus, c. à nobis. 1. de senten. excommun. c. si quis suadente, 17. q. 4. pariter nec excõmunicatio minor: etenim nonnunquam illa absque monitione imponitur ab homine pro pęna tantũ, c. tanta, di. 86. vel pro pœnitẽtia à Sacerdote, c. in actione, de pœnit. distin. 1. gl. in c. si inimicus, 11. q. 3. igitur sola excommunicatio hominis maior requirit pro causa cõtumaciam, qua quis persistat in peccato, & in futura inobedientia.

Ex quibus infertur Primo, quod cum excommunicatio sobriè sit exercẽda, iuxta Concil. Trid. in d. c. quamuis, sequitur quod ualde sint reprehensibiles illi, qui
6 tanta † leuitate, & impetu sine deliberatione pręcepta suis subditis multiplicãt sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Nam, vt ait Seneca, remissius imperanti melius paretur. Etenim natura animus contumax est, atque in contrarium atque arduum nitens, qui facilius sequitur, quàm ducatur. Et actuum c. 5. Quid tentatis Deum, iugum imponere super ceruices discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? Et ideo Prælati deberent à tanta præceptorum multitudine cohibere: exemplo summi legislatoris Dei, qui primis parentibus duo tantum præcepta seruanda imposuit, Gen. c. 2. ex omni ligno paradisi comede: de ligno autẽ scientiæ boni, & mali, ne comedas, &c. & alterum eorum transgressi sunt, de quo loquitur tex. in c. quid ergo, 11. q. 3. quare Prælati debẽt esse vt matres dulcis doctrinæ pocula subditis propinando, vt Prouerb. c. 30. & iuxta illud Matth. c. 16. iugũ meũ suaue est, & onus meum leue. Et ut à iuramento, ex quo sequitur frequẽter periurium, sic Prælati cauere debent à nimietate præceptorum, ex qua frequenter sequitur transgressio.

Secundo infertur, quod excommunicatio debet ferri pro solo peccato mortali eoque graui. Hinc inquit Panor. in c. per venerabilem, qui filii sint legitimi,
7 quod vbicunque † in iure canonico rẽperitur pœna mortis, debet exponi pro excommunicatione: & ideo quemadmodum mors non debet infligi nisi pro attroci delicto, & enormi, sic nec excommunicatio, quod nota aduersus nonnullos, qui quod habent in ore, solent prohibere sub pœna excommunicationis.
8 Tertio infertur, † quod excommunicatiónes generales, quę monitionibus præmissis ad finẽ reuelationis fiunt, non debent fieri, nisi pro vltimo remedio, vt inquit Sotus in 4. sent. q. 1. artic. 2. Nauar. c. 27. nu. 10.] Vnde in iudicialibus fieri non debet, nisi in subsidiũ aliorum remediorum iuris, etiam si contra laicos procedatur: puta, cum executio realis, vel personalis fuerit valde difficilis, & fieri non possit. Neque etiam in criminalibus, nisi cum prædicta executio realis, vel personalis fuerit valde difficilis;
9 Aliàs † si sine iusta causa feratur, mortale esset, etiam si absque dolo, vel odio, aut mala uoluntate id fieret, sed per ignorantiam crassam, & supinam, Nauar. qui supra, ex Concil. Triden. sess. 25. c. quamuis, iuncto num. 8. in princ. quamuis regulariter valeat quò ad forum exterius; præterquàm in certis casibus, de quibus supra, cap. 3.
10 Item † nec pro notoriis, puta, dum debitor notus est, & notum debitum: quia tunc nullatenus permittendum esset, vt per viam excommunicationis creditor debitorẽ soluere cogat, vt inquit Sotus, in quarto senten. distin. 22. q. 1. art. 2. Si tamen his casibus feratur, valet quidem, sed iniusta dicitur, vt supra diximus. c. 3. Præterea ferri non debet pro alieno delicto, vnde nec filius pro debito patris excommunicari potest, 24. quæstio. 3. per totum.

Insuper

11 Insuper † nec excommunicari quis potest pro peccato præterito, quantumuis grauissimo, & enormissimo, quod non erat ante sub excommunicationis pœna prohibitum, nec aliqua præcesserat monitio sub excommunicationis nota, Sotus vbi supra, aduersus Caiet. Cuius ratiò est, quia cum excommunicatio non possit nisi pro peccato mortali ferri, si quis pro peccato mortali præterito excommunicaretur, sæpe eum excommunicari contingeret, qui iam esset in gratia, atque id demum ex obseruatissimo Ecclesiæ more, & vsu compertissimum est, quæ neminem vnquam excommunicat pro peccato præterito, sed eum, qui furatus est, si non restituerit, aut eũ, qui iniuriam intulit, nisi satisfecerit, & ita intelligitur tex. in cap. quidam maligni, 5. quæst. prima, ut ibi per Sotum, 4. colum. & in lib. quinto, de iustitia, & iure, quæst. sexta, articu. secundo, colum. 3. in fine. Vltimo excommunicari potest
12 pro † peccato mortali inobedientię, quod procedit etiam si ista inobedientia non ueniret ex contemptu, verbi gratia, fertur excommunicatię in non dimittẽtes concubinas, si quis non ex contemptu, sed ex appetitu libidinis non vult dimittere, incidit in excommunicationem, Couar. in c. alma mater, §. 9. num. 3. vers. est etiam adnotandum.
13 Quod † procedit etiam si illud, quod præcipitur, tale sit, quod obedire non teneatur: nam licèt tali casu sit iniusta excommunicatio, tamen Innoc. in cap. inquisitioni, in fi. tit. nostro, tenet quod valida sit; nisi præciperetur peccatum mortale, & illud esset expressum in sententia, Abb. in cap. ab excommunicato, de rescrip. glo. in cap. per tuas, titu. nostro. Nam tunc ipso iure esset nulla, vnde tali casu contemni potest, nisi quod hoc sit mortale, solum mihi esset cognitum, nec probare possem, quo casu debeo humiliter excommunicationem sustinere, d. cap. inquisitioni, tit. nostro. His ergo casibus ferri potest, uel non, excommunicatio: verum, quando lata fuit, quis in eam incidat, subsequens capitulum demonstrabit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus an quis verè sit, verba legis, vel sententiæ demonstrant.*
Lex excommunicans facientem, non comprehendit consentientem.
2 *Canones extendentes se ad consulentes, quod consilium comprehendant.*
3 *Certus non peccasse mortaliter, excommunicatus non est.*
4 *Præceptum à lege sub excommunicatione est de his, quorum transgressio mortalis est, secus tamen ab homine.*
5 *Exiguitas, seu rei leuitas immunis est ab excommunicatione, & nu. 7.*
6 *Factum ex leui culpa, vel casu fortuito, nõ censetur ligari excommunicatione.*
8 *Iniuria leuis etiam animo vlciscendi facta in Ecclesia est tantum venialis expers excommunicationis.*
9 *Ignorantia, & animus ab inobedientia alienus excusant ab excommunicatione, secus de inobedientia etiam in re modica.*
10 *Excommunicatio de re, quæ est impossibilis, non ligat.*
Debitor, qui non est soluendo, an & quando excommunicationem incurrat.
11 *Inobedientia ex iusta causa occasione rei præcepta non proiicit in excommunicationem.*
12 *Compensationis titulo rem detinens, an incidat in excommunicationem: & quid de eo, qui pro recuperatione rerum suarum illam accepit, & nu. 13.*
14 *Vxor rem mariti delinquentis abscondens, si in compensationem debiti dotalis, non incidit in excommunicationem non reuelans.*
Principalis cum reuelare non tenetur, neque etiam tenentur accessorii.
15 *Scientes donationem factam in fraudem creditorum, reuelare tenentur vna cum principali.*
16 *Monitorio generali, qui ex iusta causa non paret, non innodatur censura, & vide per exempla.*

Ex-

Quis in latam excommunicationem non incidat. Cap. VIII.

IN consideratione huius capituli credò totam seriem huius materiæ ferè consistere. Breuiter ergo per regulas procedamus. Et prima sit hæc.

1 Ad iudicandum, an † quis sit excommunicatus nec ne à iure, vel ab homine, debent perpendi diligenter verba, quibus ius, vel iudex vtitur, & personæ, contra quas, & opera, ob quæ fit excommunicatio: non enim vltra illa extenditur: quia excommunicatio cum sit pœna, est restringenda, vnde lex excommunicans facientem aliquid, non comprehendit regulariter consentientem etiam mandando, consulendo, faciendo, vel auxiliando antequam fiat, nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expresſè, aut tacitè colligatur,

ligatur, Sylu. sibi contrarius, in uer. excommunicatio, 10. dubio 10. Tabien. in uer. excommunicatio, 5. casu 49. Nauar. c. 17. num. 51. Dixi ex eius tenore, quia capitulum, fœlicis, de pœn. lib. 6. tex. in l. si quis, ff. de iurisdic. omn. iudi. & multa capitula Bullæ Cœnæ Domini exprimunt consulentes, & mandantes, &c. cum intendunt eos includere. Dixi, uel illarum legum, quia cap. si quis suadente, 17. q. 4. loquens de iniectione manus in clericum, extenditur ad mandantem, consulentem, & iuuantem, c. mulieres, c. quanta, de sent. excom.

2 Addendum etiam † est, quòd canon extendens se ad consulentes, fauētes, aut mandantes, non comprehendit adeo cōsilio simplici, quòd sine illo tam certo, & iniquo animo fuisset admissum delictum tacite cum illo, per dictum cap. fœlicis, iuncta glo. celeberrima, uer. simplici. Eadem ratione dicendum est de aliis, Nauarr. qui supra.

3 Secunda regula, † quoties homo certus est non peccasse mortaliter cōtra obedientiam ecclesiæ, tutam subinde conscientiam habere potest nullam incurrisse excōmunicationem apud Deum, nec esse priuatū suffragiis ecclesiæ, licèt quandoque propter falsam opinionem, & præsumptionem iudex possit eum arcere ab externo fidelium cætu, hæc regula est Palud. in 4. sent. distin. 18. q. 1. art. 1. sequuntur omnes, Sylu. in uer. excommunicatio, 1. num. 11. Sotus distin. 22. q. 1. artic. 2. colum. 3. Petrus Sotus, Couar. in cap. alma mater, §. 9. num. 1. uers. 1. ubi ampliat hoc dictum ad quamcumque excōmunicationem generalem, siue particularem iuris, siue hominis generaliter latam, ita etiam Nauar. c. 27. nu. 9.

4 Sed aduerte, † quod licet lex non prohibeat, aut mandet sub pœna excōmmunicationis nisi id, quod homo sub mortali facere, aut uitare tenetur, tamen secus est de homine. potest enim homo sub excōmmunicationis pœna mandare, uel prohibere aliquid, quod alias non esset peccatum, cuius tamen transgressio mortale esset, Sylu. in uer. scrupulus, q. 4. uers. 6. Ex hac igitur regula, quod homo numquam incurrat in excommunicationē, nisi peccet mortaliter, plura de-
5 duci solent, & primo. Lata est † sententia excommunicationis contra eos, qui furtum commiserunt, qui leue furtum commisit, per hanc regulam non ligatur, quia leue furtum committendo ueniale tantum, & non mortale crimen contraxit: quia & si furtum peccatum mortale sit, quandoque tamen ueniale esse potest, ut si fiat in re leui, D. Tho. 2. 2. quęst. 59. articu. 4. Caiet. in uer. contemptus, Nauar. in Manua. cap. 27. num. 9. Couar. §. 9. nu. 2. in cap. alma mater, uers. 4. Pariter si excommunicantur colloquentes cum Monialibus, non comprehenditur qui transeundo monialem salutaret, uel parum cum ea loqueretur.

[Rursum si excommunicatio lata fuisset contra uniuersitatem, & quoslibet singulares eius, qui fuerunt culpabiles, tunc talis excommunicatio non extenditur ad culpabiles ueniàliter tantum: quia nemo incurrit excommunicationem generaliter latam nisi propter culpam mortalem, cap. nemo, cap. nullus, 11. quæst. 3. & ita excommunicatio lata contra uniuersitatem, & singulares eius culpabiles, debet intelligi de culpabilibus mortaliter, non præsumptiuè secundum forum exterius, sed realiter: quia in foro conscientiæ non statur præsumptioni, sed ueritati, argum. cap. humanę aures, 22. quęst. 5. capit. tua, de sponsa. Vnde licèt quis inueniretur mortaliter præsumptiuè culpabilis in foro exteriori, nō tamen apud Deum ligaretur si uerè non fecisset id, quod pręsumitur fecisse, d. cap. humanę, & cap. is qui, de sponsal.] Eadem ratione interpretandę sunt excōmmunicationes latę contra ludentes, vel choreas exercentes die festo animi leuandi causa: nam si quis breui tempore luserit, nō incidit, etiam si sit contemptus, uerbi gratia, si quis pręceptum superioris in re minima ex cōtemptu trāsgrediatur, aduertēs rem esse minimam,

& ea ex causa, quòd leuis est materia pręcepti, contemnit illud, veniale peccatum erit, & per cōsequens non incidit in censuram, Caiet. in ver. contemptus, secus vero si quis præceptum superioris transgrediatur, eique nolit subiici, vt præceptum eludat, non aduertens rem esse minimam, nec ea ex causa ad id inductus fuit, Caiet. qui supra, §. 9.

6 Insuper † ex hac propositione sequitur, quod licet in foro exteriori quis teneatur de leui culpa, & casu fortuito, tex. in l. in lege Aquilia, 2. ff. ad leg. Aquiliam, tamen in animę iudicio, quis tantū tenetur de dolo, & lata culpa, Innoc. & Abb. in c. quia plerique, de immu. eccle. Hinc si casu aliquo non data opera quis fregit uasa figuli, licet feratur excommunicatio contra uasorum effractores, non ligatur excommunicatione, quia non est in peccato mortali.

7 Præterea † licet propter transgressionis pœnam sit præsumendum, & colligatur legislatorem ad mortalem culpam uoluisse obligare transgressorem, vnde non parere intelligitur peccatum mortale esse, etiam si illius transgressio aliàs esset de se peccatum veniale, vt inquit Sotus in quarto senten. distinct. 22. quæst. prima, artic. secundo, colum. 3. attamen quoties propter aliquam circūstantiam, & qualitatem actus constiterit transgressionis culpam, alioquin mortalē esse venialem, tunc dicendum est non esse locum excōmunicationi canonis, nec iudicis. Hinc nunquam percussor clerici etiam animum ulciscendi, & iniuriam inferendi habens, ea iuris excommunicatione afficitur, qua potest eum absoluere, si ea percussio ita leuis efficitur, vt ueniale tantum peccatum, & non mortale percussor commiserit, ita in specie notauit Nauar. in cap. inter verba, 11. quæst. 3. Couar. qui supra, §. 9. parte prima, authoritate D. Tho. 1. 2. quæst. 88. artic. primo, ad primum, vers. dicendum

8 est ergo. Vbi docet iniuriam † leuem etiam animo vlciscendi, & iniuriam inferendi illatam veniale peccatū esse; nisi forte ex hoc graue scandalum oriatur, vel aliquid huiusmodi. Hinc sequitur, quod quamuis percussores clericorum, & qui sanguinem in Ecclesia effuderint, sint excommunicati, nihilominus si clerici pueri in Ecclesia rixantes se pugno percusserint, & sanguinē e naribus emiserint, nulla innodantur censura propter talem circunstantiam actus: quia cum sit parua, nō facit excommunicationem incurrere, Sotus in quarto senten. distinctio. 22. quæstio. prima, artic. secundo, colum. 9.

9 Secundo. Lata † est sententia contra non euntes ad processionem in festo sacratissimi corporis Christi, aliquis vel probabiliter ignorat, aut credit per suas occupationes legislatorem eum noluisse obligare, dicimus hunc non incidisse in illam, quia inobediens dici non potest, Sylu. in specie, in ver. ignorantia, prope fin. Si vero Episcopus, vel Prælatus præciperet quid modicum, ne fieret sub pęna excommunicationis, tūc transgressor absque legitima causa peccaret mortaliter, non ratione transgressionis, sed ratione inobedientiæ, Syluest. in uer. excommunicatio, 1. Caiet. in ver. præceptum, in fi.

10 Tertio, † si feratur pro re, in qua homo obedire non potest: quia impossibilium nulla est obligatio, vt si quis excōmunicetur, nisi soluerit ea, quę deprędatus est, & tempore, quo excommunicetur, non sit soluendo, nullatenus excommunicatus manet iustè, glo. in cap. Odoardus, de solut. Archid. in cap. uenerabilibus, de senten. excommunic. lib. sexto. Syluest. in ver. pœna, quæst. 18. Feder. consi. 113. Abb. in capit. P. & G. nume. 11. de offic. & potesta. iudi. deleg. Quare si est occultus, potest absque scrupulo interesse diuinis, quamquam hic cauenda est fraus. si enim non potest in totum, tenetur tamen in partem, quam potest etiam cum sua indecentia, idest, detrimento victus, & uestitus. Quod tamen maxime verum est, quando is, cui debentur restituenda, esset in æquali necessitate,

cessitate, ut debitor, puta, quia ipsum oportet viuere indecenter, nisi restituantur, aut soluantur ei sua: quia nemini licet ære alieno maximè per iniuriam sublato honorem, & æstimationem seruare proprii status, Sylu. in ver. excommunicatio, 2. nume. 23. At qui si tunc non habet vnde soluat, tenetur, dum habet sub sententia eiusdem excommunicationis, quæ semper durat. Et vice versa, si quando excommunicatio fertur, est soluendo, tunc si non soluat incurrit, Abb. in capitu. significante, sub num. 3. de pignor. Oldr. late consil. 237. facit capitu. super eod. de rapto. Quare licet postea in egestatem incidat, semper manet in foro conscientiæ excommunicatus, quamuis quo ad Deum sit in gratia, Sotus, qui supra, colum. 9.

11 Quartò. Quando † ideo non obedit, quia iustam causam excommunicationis prætendit habere, quia tunc in excommunicationem non incidit, puta, sub excommunicationis censura præcipitur rem talem restitui debere Titio, qui dicit suam, quæ apud me detinetur, sed quia verè scio meam, nolo restituere. Vel sub eadem censura præcipitur, vt qui habet has, vel illas scripturas, proferat, quas ego proferre nolo, quia scio me tale ius habere in illis, quòd non possum ad edendum cogi, in excommunicationem non incido, verbi gratia: Ita illæ scripturæ ad meum ius conducunt, ut nullatenus ad alterius ius confirmandum attineant, quia si aliquo pacto ad aliorum ius attinerent, proferre deberem, etiam si ex illis vexationem timerem, Sotus in quarto senten. distin. 22. quæstio. prima, artic. secundo, colum. 9. versicu. tertio. [Pariter qui ideo non reuelat per monitorium, quia scit vel probabili ratione, vel authoritate alicuius Doctoris, iusta scientia, vel conscientia præditi firmiter credit petentem non habere ius super eo, quod petit, non incidit in excommunicationem: quod secus esset dicendum, si dubitaret, vel leuiter crederet illi deesse ius, ita neruosis rationibus probat Nauar. lib. 5. de senten. excommunic. cons. 7. per totam primam quæstionem.]

12 Quinto, † quando id, quod sub excommunicationis censura præcipitur, ut restituatur, ab alio detinetur, quia tantum à domino ipsius rei in veritate consequi deberet ex debito legali, & certo, nam tunc retinere potest titulo compensationis; secus tamen esset, si aliqua compensatio remuneratoria debeatur alicui debito gratitudinis & antidoralis. Vnde in primo casu Episcopus, qui generaliter monitione præmissa excommunicaret scientes, & non reuelantes res subtractas alicui nescienti, quis eas subtraxerat, non obligaret eum, qui sic eas recuperat, neque etiam id scientes; dummodo pro comperto habeant eas pro debito legali fuisse subtractas, quia ex quo principalis non tenetur reuelare, neque accessorii, quod est notandum. Secus tamen si scientes dubitarent eas pro debito legali fuisse subtractas; licet recuperãs eis dicat, quòd ad recuperandũ suum tantum, quod iustum erat, accepit; nisi tanta fide apud eos esset, vt merito ei credere deberent, argumen. glo. singularis in l. Titio fundus, ff. de conditio. & demonstratio.

13 Quæ† procedunt etiam si iuberet Episcopus eos reuelare, qui rem illam pro recuperatione rerum acceperint, ut rectè probat Syluest. in ver. furtum, quæstio. 15. Quod procedit etiam, quando fertur excommunicatio specialis ob illam rem, Nauar. contra Syluest. in capitu. decimoseptimo, num. 114. Supradicta autem procedunt etiam in rebus sublatis, & absconditis per creditorem, quando ob delictum debitoris omnia veniunt confiscanda, idem Nauar. cap. 17. nu. 125.

14 Exemplum. Vxor,† filius, aut cognatus alicuius delinquentis abscondit aliqua eius bona in monasterio, aut in aliquo loco, ne à iudice sequestrentur, fertur excõmunicatio contra capientes dicta bona, aut id scientes: quæritur, an

uxor, vel conscii teneantur reuelare? Nauar. qui supra, num. 137. respondet negatiuè, si dicta bona abscondita pertineãt ad compensandum debitum dotis, uel aliud: alioquin contra. Cauere tamen oportet eo casu, ne iterum peti possit id, ad quod abscondita sufficiunt instar illius, qui clam aliquid accipit de bonis debitoris in sui debiti compensationẽ. Ex quibus dictis potest fieri hæc conclusio, quæ est multum frequẽs, quod quotiescunque principalis non tenetur reuelare, vel restituere ex aliqua iusta causa, nec accessorii tenentur: cum accessoriũ sequatur naturam sui principalis, cap. accessorium, de reg. iur. lib. 6. l. cum principale, ff. de reg. iur. [Med. C. de restitu. q. 11. in fi. vers. respondetur. Secus autem in casu, qui nuper accidit. Mercator qui-

15 dam, † cum plures haberet creditores, quibus omnibus fortè satisfacere nõ potuit, mille ducatos, quos habebat, suæ uxori dedit hac lege, vt si sententia excõmunicationis contra occultantes bona illius mercatoris fulminaretur, præfatos ducatos ex tunc donaret uxori. Quo facto fugam arripuit, postea fuit sententia, vt præfertur, fulminata: Quærebatur an vxor, aliique qui facti notitiam habebant, tenerentur factum reuelare? Dicendum, quod sic, cum non potuerit vxor verè prætendere præfatos ducatos suos per viam donationis esse, eo quod donatio non valuit, cum in fraudem creditorum facta fuerit.]

16 Sexto fertur † monitorium generale sub pœna excommunicationis contra fures, vel iniustos detentores, & contra omnes scientes res furtiuas, vel homicidiũ, si aliquis iusta aliqua causa iudici non paret, censura non innodatur, exempli gratia: Qui scit furtum, vel homicidiũ, quod iudex iubet reuelari, sed ideo non reuelat, quia peccatum est occultum, vel peccator iam emendatus, vel sola fraterna correctione emendabilis, tunc non est parendum ante fraternam correctionẽ; etiam si præciperetur, ut fieret denunciatio non habita ratione fraternæ correctionis, secundum D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. secus tamen esset, si peccatum occultum manifestaretur per aliqua indicia, uel per infamiam. Sed quia materia hæc, quando quis teneatur sub pœna excommunicationis reuelare, multum difficilis est, atque frequens, ideo exemplis, & ampliationibus, atque limitationibus dilucidabimus, quantum ingenioli nostri imbecillitas permittet.

[Et primo sciendum est, quod Episcopus, seu eius Vicarius ad instantiam cuiuscunque petẽtis potest concedere monitorias generales contra detinentes res suas, vt nisi restituant infra certum tempus, sint excommunicati, tenet glo. vbi Bar. Bald. Ang. & alii in l. inciuile, C. de fur. tenet Rota in decis. 444. Item Bald. in cap. si sacerdos, extra de offic. ordin. Aret. in cap. nouit, de iudic. fallit tamen hæc propositio pluribus modis. Et primo, vt non possint concedi tales litteræ excommunicato. Secundo, vt nec, quando sciretur fur, vel notus esset aduersarius, quia tunc debet agi coram competenti iudice via ordinaria, ut diximus supra, num. 4. cap. 7. Tertio, vt nec pro re minima, vt supra diximus, num. 5. Quarto limita, si ille, qui habet rem, pro qua litteræ promulgantur, compareat, dicendo, quod ipse tenet illam, sed sine peccato, & quod paratus est super illa in iudicio respondere coram competenti iudice, ad quem petit remitti. Quinto, quando is, ad cuius instantiam conceduntur monitoriæ prius pactum fecit cum parte, quod etiam si faceret publicare tales monitorias, quod nec ipse, neque scientes per hoc teneantur reuelare, ita refert has limitationes, Ioan. Berard. Diaz in regula 244.]

17 Secundo notandum, † quod comminatoria excommunicatio dupliciter expediri potest, specialiter, & generaliter: quando specialiter expeditur, fertur contra certas personas, siue principalis sit, siue testis, & tunc principales, seu testes citati nominatim sub pœna excommunicationis tenentur obedire, & comparere,

rere, aliter sunt excommunicati, tanquã inobedientes, & contumaces.

Quando vero fertur excommunica-
18 tio † comminatoria generalis contra fures, vel iniustos detentores rerum alienarum, & contra omnes scientes res furtiuas, & præcedunt aliqua indicia, aut accusatio, vel infamia, aut semiplena probatio: tunc principalis reus, qui detinet rem alienam, aut furto subtractam, tenetur vel reuelare, vel restituere, si vult euitare excommunicationem: & si dicit, quòd aliter se habeat praxis, quia in excommunicatione non comprehenditur principalis, cum nemo teneatur se prodere, 5.q.1.quidam maligni, cap. quis aliquando, de pœnit. dist.1. Nauar. cap. 17.num.100. Respondeo, quòd illud intelligitur de authore delicti manifesti oc culto, qui & si in excommunicationem non incidat, si se non manifestet, tenetur tamen debitam restitutionem facere, vt ibi per Nauar. secus tamen si essent aliqua indicia contra ipsum, vel si esset semiconuictus, Sylu. in ver. correctio. q. 9. nam tunc tenetur reuelare.

19 Quæ conclusio † ampliatur primo, etiam si in foro exteriori reus non esset condemnandus ad restitutionem secundum leges, eo prætextu, quia leges ciuiles fundantur super præsumptione, & non super veritate. Exemplum, seruiui Meuio per decennium sub certa mercede, mortuus est Meuius, eius hæres non vult illam soluere, quia dicit illam præscripsisse, cum per multum temporis spatium stetissem, quo minus illam peterē, hoc casu possum iudicem Ecclesiasticum adire, vt ferat excommunicationem, Alfon. de Cast. de lege pęn. cap. 10. Nauar. cap.17.num.85. quia ciuilis præscriptio, quæ sacris canonibus non consentit, nō excusat.

20 Secundo ampliatur, † vt etiam si stricto iure non teneretur ex defectu probationum, vel scripturarum, aut testium reus ad aliquid, possit excommunicatio ferri: puta, Petrus in vltimis constitutus instituit hæredem Titium, quem rogauit testator, vt pro eius anima daret 50. & hoc relictum non scripsit in testamēto. Mortuo Petro, Sempronius petit 50. à Titio, qui negat relictum, hoc casu cū reus, idest, Titius ex defectu probationū non teneatur, potest excommunicationis gladio compelli ad tale relictum præstandum, Sylu. in ver. testamentum, 1. quæst. 5. vers.4. facit tex. in l. fin. C. de fideicom.

21 Tertio ampliatur † ad scientes, & conscios rei, qui rem furtiuam tenentur reuelare, & locum, eo modo, vt res possit recuperari: quòd si aliter recuperari non potest, nisi reueletur fur, tunc in vltimū subsidium etiã tenetur reuelare furem, quando potest probari fur uno ex illis tribus modis, idest, per indicia, aut per semiplenam probationem, vel infamiam, & hoc, quando iudicialiter proceditur, Doct. in l. inciuile. C. de fur. Abb. in cap. qui cum fure, de fur.

22 Quarto ampliatur, etiam † si scientes scirent rem furtiuam, vel furem sub sigillo secreti naturalis, vel sub fide præstita, seu sub iuramento de non reuelando: quia si tunc fulminatur excommunicatio, his omnibus non obstantibus tenetur reuelare: & ratio est, quia illud iuramentum non extenditur ad casum illū, scilicet, cum fulminatur excommunicatio, vel si producitur in testem, cap. quanto; de iureiur. At si cogitauit istum casum, & tunc nec extenditur, 22.q.5. cap. humanæ aures. cum iuramentum contra bonos mores præstitum non sit obligatorium, cap. non est obligatorium, de regu. iur. lib.6. sed hæc pacta sunt contra ius diuinum, cum per illa prohibeatur rem alienam restituere, igitur. D. Tho. 2. 2.q.7.art.1. Abbas & Fel. in cap. intimauit, de testib. Abbas in cap. si sacerdos, colum.2. de offi. ordin.

[Sed quid si dixisset in pęnitentia: An teneatur illud reuelare, vel productus testis in foro contentioso, vtrum deponat falsum testimonium, si dixit se nescire. dixit Bal. in d.c. si sacerdos, in fi. quod non, quia nescit tanquam homo. Quod in-

 tellige,

telligo, quando dicitur peccatū vt Deo, quod est, quando detegitur peccatū sub spe ueniæ, & peccator quærit salutē animæ suæ. Secus autem si causa libidinis, vel ratione amicitiæ dixerit quis peccatum sacerdoti, quia tunc non dicitur in pœnitentia, licèt ille dicat, dico in pœnitentia. tunc enim ille non tenet locum Dei in hoc, ex quo ad eum non recurrit, vt ad Deum, ita Abb. in d. c. si sacerdos, & c. intimauit, qui sequitur Innoc. in c. qualiter, & quando, de accusat. Quamuis illud genibus flexis præmisso signo Crucis, & Confiteor sit dictum, Caiet. 2.2. quæst. 70. artic. 1. & nos lib. 1. capit. 23. num. 26.]

23 Quinto ampliatur, † quòd licèt testes priuilegiati, vt causarum patroni, medici, aliique similes, quibus deteguntur secreta litium, dubiorum, & morborum, non debeant reuelare, quando aliæ adsunt probationes, & licet non debeant admitti ascendentes contra descendētes, & contra l. parentes, C. de testam. quia pater, & filius reputantur vna persona, secundum glo. in cap. super eo, el secondo, de testib. Vel vxor pro, & contra maritum, vel libertus contra patronum, c. 2. §. item lege Iulia, 4. q. 3. iuxta decis. 4. Cap. Tholos. & Sylu. in ver. correctio. q. 7. vers. fallit autem. quando autem nulla adest probatio, possunt cogi per excommunicationem, Nauar. cap. 25. num. 48. vers. 3. Fely. in cap. dilectorum, de testib. cog. [facit tex. in c. veniens, el secondo, de testi. & in c. fin. vbi Abb. de testi. cog. in secundo notabili, qui in cap. 1. eod. tit. nu. 4. clarius inquit ex Hostiense, quod testes priuilegiati non excusantur in toto, sed tunc solum cum alii testes haberi possunt. Vnde dicit, quod inter priuilegiatos, & non priuilegiatos hæc differentia notari potest, vt non priuilegiati cogantur, etiam si per alios fides haberi possit, ex quo moniti testificari recusant; priuilegiati vero non cogantur, nisi ubi per alios veritas haberi nō potest, quia tunc peccatum esset nō testificari, aliàs secus, ita notabiliter Host. in d. c. 1.]

24 Sexto ampliatur, † vt etiam teneatur reuelare is, qui haberet aliquas scripturas priuatas, & secretas etiam ad se, & causam suam pertinentes, si modo faciāt pro causa partis aduersæ, ad cuius instantiam fulminatur excommunicatio, vt supra diximus. Si vero esset scriptura publica, & penes acta curiæ facta, tunc non tenetur illam exhibere, sed tantum reuelare penes quem notarium scriptura illa reperiatur.

25 Septimo ampliatur, † etiam teneri reuelare eum, qui scit aliquem esse in peccato pernitioso Reipublicæ, quamuis sit occultum, & non præcedant indicia, vel testes, ob commune, & publicum bonum, nam tunc debet denunciare secretò, quia ex illa denunciatione potest postea Prælatus procedere ad inquirendum. Ita Sylu. in verbo, correctio, q. 9. & in verbo, excommunicatio, secundo, dubio octauo. Exemplum, ut qui scit aliquem esse hæreticū, ne suo morbo alios inficiat; vel latronem, ne furetur; periurū, ne suo falso testimonio noceat; adulterum, & homicidam, veneficum, nicromantem, veneficas, &c. ut per D. Thom. 2.2. q. 70. artic. 1. vers. Respon. Sotus lib. 5. de iust. & iure, q. 7. artic. 1. Nauar. cap. 18. num. 31. Quod si ignoratur illum esse hæreticum, vel patriæ proditorem, sed de eo suspitio habetur, debet reuelari non tanquàm hæreticus, vel patriæ proditor, sed tanquàm de huiusmodi criminibus suspectus.

26 Quinimmo † in huiusmodi criminibus ēt filius tenetur denunciare patrem hæreticum, patriæ proditorem, veneficum, & matrem veneficam, Nauar. cap. 25. num. 48. & 50. in fine, Felyn. in cap. accusasti, de accusat. quia tenetur magis filius patriæ, quam parētibus, l. militem, C. de procurat. Quinimmo si timeret aliquod malum spirituale, vel temporale, etiam tenetur, quamuis cōmuniter hoc periculum non incurratur in criminibus hæresis, & aliorum grauium, quia inquisitores facile adhibent remedium, ne hoc sequatur, Nauar. in cap. inter verba,

ba,num.720. & in Manu.cap.25. nu.50.
27 in fine. Hinc infertur, † quòd cum constitutio S.D.N.Sixti Quinti,statuat spurios, siue bastardos, incestuosos, & manseres, de quibus in cap. nisi cum pridem, de renunciat. & per Sotum, in 4.senten. distin. 25.q. 1. artic. 3. non posse religionem ingredi: & ingressos non posse ad dignitatem ascendere absque dispensatione, quòd si scio aliquem ex prædictis velle religionem ingredi, uel ingressum ascendere ad dignitatem, teneor hoc reuelare ob communem omnium utilitatem, ut perbelle dicit Nau.c.18.nu.31. [Quod secus est, si quis per leuem suspicionem, & ob signa, quæ facilè fallere possunt, sciret aliquid, quod vergit contra communem omnium vtilitatem. Nam edicta, quibus obligamur denunciare quæ scimus,nō ligant eos,qui quoquo modo audierunt, vel suspicantur, sed tantum eos, qui sciunt illud per visum,vel aliquem sensum corporeum,uel per confessionem eius,qui fecit illud, uel quod habetur pro indubitato, secundum Innoc.in cap.cum causa, el primo, de iuram. calum. vel saltem audiuit ab aliquo fide digno,qui sciebat illud, iux. glo. singu.in l.Titio fundus, ff. de condi. & demonstrat. Quare non rectè faceret, qui leuiter dubitans aliquem hęreticum, denunciaret. debet eum scire, ut supra diximus.

28 Verum in foro † contentioso sciens aliquod delictum contra bonum publicum, verbi gratia, tractatum aduersus Principem, uel Rempublicam, & non reuelans, puniri debet, quamuis tale delictum probari haud possit, ita Barto. in l.1.§.occisorum,ff.ad Syllan. Abb. in c. 1. de offic.deleg. Et hæc opinio in praxi seruatur, ut refert Angel. in d. cap.1. & ita obseruatum fuit Florentiæ contra Renatum de Patiis, qui decapitatus fuit, quia non reuelauit proditionem cōtra Rempublicam,quam sciebat. Et quod dictum est de pœna scientis, & non reuelantis, non habet locum in patre, qui non debet filium offerre ad suppliciū, l. miles, §.desertorem, ff.de re milit. Salic.in l.propter insidias, C. qui accus. Fel. in c.cum accusasti,de accusat. Hippol.in l.1.§.1. col. 6.ff.de quæsti.] Hi sunt casus, in quibus quis tenetur reuelare: At casus, in quibus quis ex reuelatione non facta haud incidit in excommunicationem, sunt hi videlicet.

29 Primus, quando † rem aliquam, de qua agitur in excommunicatione, scit sub sigillo confessionis; etiam si confessio esset informis, Doct.in cap. sacerdos, de pœnit. distin.6. Nauar.cap.25.nu.46. versic.6.

Secundus casus, vbi quis non tenetur
30 denunciare, est, quando quis rem † de qua agitur in excommunicatione, audiuit vulgo per vicos, & plateas Ciuitatis à personis incognitis,vel non fide dignis, vt si à pueris,vel ab iis, quibus non oportet adhibere fidem: ratio est, quia quando excommunicatio fulminatur contra scientes, intelligitur de vere, & realiter scientibus:scire enim propriè est veritatē visu perceptam mente retinere,ut inquit glo. not. in l.2. §.idem Labeo, ff. de aqua plu.arc.argum.glo.in c.tua nos,de spons. & est tex. in c. hoc videtur. 22. quæst.5. Hoc autem de illo dici non potest, qui à leuibus personis, vel ex aliorum recitatione per vicos, & plateas quid intellexit, Nauar. d. num.46. Sed qui audiunt à personis fide dignis, vel à parte principali, ij dicuntur scire, & reuelare tenentur: quia hæc est scientia probabilis,l.qui accusare, C.de eden.

31 Tertius † casus est, quando is, à quo audiui,reuelauerit, v. g. Audiui à Petro, Petrus denunciauit, non teneor ego, Nauar. c.25. nu.46. vers.4.

32 Quartus. Non tenetur † quis reuelare rem occultam, quam solus scit,& probare non potest per testes,neque per scripturas, aut indicia sufficientia, uel infamiam, Felyn. in cap. de cætero, de sent. & re iudic. in fine. ratio est, quia edictū in genere contra scientes, intelligitur de his, qui probare possunt, quod ipsi sciūt, & denunciare tenentur, cap. placuit, 6.

q.2.cap.plerunque, 2.q.7. glo. in cap. sacerdos, de pœnit. dist.6. & ita concludit Card. post glo. in cap. nerui, distinct. 13. nam boni viri tacere debent, quod probare non possunt: Et hoc verum, nisi ille, ut testis citetur, ut quia sunt aliqua indicia, nam tunc tenetur non reuelare, sed ut testis testificari, etiam si solus sciat, Nauar. cap. 17. nu. 134. & 18. nu. 61. Angel. in verbo, Denunciatio, §.3.

33 Sed quod † diximus, Nemo tenetur denunciare id, quod non potest probare, limitatur non procedere in criminibus occultis, quæ sunt contra bonum commune, vel notabile damnum priuatorũ: etenim tunc tenetur reuelare iudici Ecclesiastico, non vt iudici, sed ut possit Prælatus ex paterno affectu corrigere delinquentem, vel vt ex illa denunciatione facta possit prælatus procedere ad inquirendum, & vt caueat gregi suo, ut uidetur annuere, Sylue. in uerbo, excommunicatio, 2. vers. Dico tertiò. Et hoc procedit etiam non facta à denunciante euãgelica denunciatione, quæ à barbaris fraterna correctio nuncupatur, ut supra in 2. lib. titulo proprio diximus, in quinto præcepto.

34 Quintus casus, quando Prælato † denunciare non tenetur, est, si aliquod malum sibi immineret: nullus enim tenetur suo malo procurare bonũ proximi, ut inquit Syluest. in verbo, familia, q.7. Sotus de ratio. tegen. 2. memb. q.7. hoc autem malum intelligitur spirituale, aut temporale personæ, aut honori, aut bonis eventurum. [Exemplum, Petro furto sublata sunt quædam bona à nobilibus personis, & fulminata sententia à Petro contra detentores bonorum suorum, venit principalis inquiens Confessario non posse restituere absque iactura suæ famæ, vel graui damno personæ suæ. Tunc cum fama sit superioris ordinis, quàm bonum temporale, & multo magis vita, non tenetur principalis hoc reuelare, nec tertius hoc sciens, si probabiliter sciens, quòd reuelando, maximo damno affecturus esset seipsum: cum nemini officium suum debeat esse nociuũ, Nauar. in Manua. cap. 18. in fi. & capitu. 25. num. 56.] Tandem pro complemento huius materiæ addendæ sunt hæ propositiones.

35 Primà. Quòd † tunc tantum Prælatus iuxta Conc. Trid. debet admittere excõmunicationem comminatoriam, puta, contra detentores rerum alienarum, quãdo res aliter in foro exteriori recuperari non potest.

36 Secunda. Concessa † comminatoria, si delinquens est occultus, ita vt denuncians probare nõ possit, satis est, vt faciat denunciationem euangelicam delinquẽti, ut desistat à malo, & satisfaciat parti læsæ, quod si non satisfecerit, iam functus est officio suo.

37 Tertia. Quando † post comminatoriam aliquis comparet ad denunciandũ, vel reuelandum: tunc debet Prælatus ecclesiæ eum priuatim interrogare, possitne probare ea, quæ reuelat, nec ne? quod si probare potest, debet eum remittere ad actuarium, ut reuelet iudicialiter: quia sumus in delictis, quæ probari possunt, & Prælatus fungitur officio iudicis: sin autem probare non potest, iniustissimè facit Prælatus eum remittendo ad actuarium, nec ille tenetur obedire.

38 Quarta. In rebus † occultissimis, & perniciosis contra bonum commune sciens semper tenetur prelato reuelare, non tanquam iudici, sed tanquam prælato ad aures, & in secretò: qui debet secretò vocare pœnitentem ad se, & secretò corrigere, ut resipiscat, & exeat à peccato, alias procedat ad inquirendum, si potest, & hæc dicta sufficiant circa materiam reuelationis.

39 Septimo in latam † excommunicationem quis non incidit, quando extra territorium deliquit, quod procedit, etiam si subditus sit statuentis, cap. 2. de consti. lib.6. Abbas in cap. à nobis, primo, tit. nostro, & nos supra, c.6. Immo etiam si delinqueret in territorio Episcopi, in loco tamen exempto, idest, qui non subest iurisdictioni ordinarii, non incideret.

Exem-

Exemplum, si caueat statutum, vt omnis ludens tesseris, vel (ut vulgo dicitur) dadis, sit excommunicatus; aliquis ludens in territorio Episcopi in Monasterio exẽpto, in excommunicationem non incidit, Ioan. Andr. in cap. 2. de constitutio. lib. 6. per tex. in cap. cum Episcopus, de offic. ordin. lib. 6. facit tex. in cap. Luminoso, 18. q. 2. & clem. Archiepiscopos, de priuil. per quæ iura patet, quod exceptis quibusdam casibus nullam iurisdictionem habent Episcopi in locis exemptis, vnde eorum statuta in illis locis non ligant, sicut non ligant extra territorium, cum locus exemptus, & locus extra diœcesim æquiparentur, secundum glo. in clem. 1. in ver. aut earum, de foro comp. Sylu. in ver. excommunicatio, 2. nu. 12. & ita est tenendum, ut tandem concludit Franc. in c. 2. §. statuto, nu. 10. de const. lib. 6. Vide gl. sing. in c. placuit, 6. q. 3. Monasterii vero appellatione venit cœmeterium, & domus, & theatrum cum hortis, & arcus, qui sunt extra Ecclesiam, & dormitorium, Sylu. in ver. exemptio. quæstio. 2.

40 Patet † etiam per hoc quæstio, quòd statutum Episcopi mandantis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne quis ingrediatur clausuram Monialium absque licentia sua, vel vicarii ad id deputati, non ligat ingrediẽtes clausuram Monialium exemptarum, vel illis loquentes: sed si statutum specialiter exprimat Monasteria exempta, tunc contrafaciens incidit, si statutum factum est ad bonum subditorum, vel ex causa legitima, uel in odium Monialium, quę sua irreligiositate hoc merentur: facit quod not. Panor. in c. postulasti, de foro compet. Sylue. in ver. excommunicatio, 2. nu. 13. facit glo. in cle. 1. de vita & hone. cler.

41 Præterea: An non † subditus Episcopo ligetur eius statuto prohibẽte sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut nullus sine licentia accedat ad conuentum Monialium. dic quod sic, dũmodo probabiliter non ignoret statutum ipsius Episcopi, ita Franc. in c. 1. num. 6. de sta. regu. lib. 6. Et sic habes casum, quando Episcopus punit exemptos, alios casus ponit glo. in clem. 2. in uer. puniri, de pœn. Quandoque vero non punit, sed pęnam iuris publicat, de priuil. c. 1. Quandoque non punit, sed absoluit, de sepul. cap. 1. Quandoque solum circa loca datur iurisdictio. ita glo. no. in d. clem. 2.

Præterea, quid si non subditus Episcopo dubitauerit de excõmunicatione contra accedentes ad monasteria Monialiũ? Dic quod incidit, quia uidetur dubitans tali casu laborare ignorantia crassa: nam diligens homo in vitandis censuris tunc interim caueret, donec inquireret, Sylu. in ver. ignorantia, q. 9. ver. secundum, in fi. quod no.

42 Sed † an constitutio Episcopi prohibens sub pœna excommunicationis latæ sententiæ accessum ad monasterium Monialium, includat alloquentes cum illis, & non ingredientes. dic quod non, ita Franc. in c. ubi periculum, nu. 9. de electio. lib. 6.

43 Octauo, nec † incidit æqualis uel superior non obediendo alicui æquali, uel minori præcipienti aliquid sub censura, ut supra diximus, c. 5. nu. 6. usque in fi.

Nono. Nec excommunicatione ligatur, qui sola mente, nullo externo actu declarata, peccat, Caie. 2. 2. q. 11. art. 3. Sotus, dist. 22. q. 2. ar. 3. Exemplum in hæretico omnino occulto, qui damnatæ opinioni assensit: quia hic in nullam incidit excommunicationem: dũmodo nec verbo, nec scripto, aliove quouis signo illam non expresserit, ut supra diximus in 2. lib. 1. præcept.

44 Decimo. Nec † ille incidit in excommunicationem, si intentio excommunicantis non fuit illum includere, ut supra diximus, c. 5. Hinc dicimus, quod si statutum Episcopi excommunicet ludentes ad azardum, & Episcopus ipse statuens ludat cum Titio, quòd non manet excommunicatus, quia nemo potest seipsum ligare, c. innotuit, de elect. ita Host. in sum. de senten. excommun. §. quis valeat excommunicari. Idem tenuit Io. Andr. in

c. 2.

c.2.de constit. Bal.in auth. quibuscũque, C. de sacrosan. Eccle. & ibi Cyn. Quod procedit etiam si tale statutum fuisset à Papa confirmatum authoritate iuris cõmunis: secus autem si diceret, authoritate nostra, cum tunc Papa faceret illud statutum, & ligaret, ad hoc quod no. in c. cum aliquibus, de rescrip. in 6. & cap. si Apostolicæ, de præb. lib. 6. An vero ludẽs cum Episcopo, ligetur excommunicatione, diximus supra eod. li. c. 5. nu. 8. & 9.

45 Vndecimo, de † ignorante actũ prohibitum: sed quia diffusius hanc materiam examinare nos oportet, ideo in sequenti titulo videbimus illam.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia, obliuio, inaduertentia, bona fides, ab excommunicatione excusant, nu. 37. & quare, nu. 14.*

2 *Ignorantia iuris, & facti. & rursum iuris & facti ignorantia triplex.*

3 *Ignorantia affectata quæ, & an à peccato excuset, nu. 31.*

4 *Ignorantia crassa quæ: & an excuset, nume. 6.*

5 *Lata in culpa quis versari dicatur.*

7 *Scientiæ æquiparatur crassa ignorantia in pœnis. & in quibus præsumitur scientia.*

8 *Ignorantia probabilis multipliciter dicitur.*

9 *Alienigena ignorans statuta, an excusetur à censuris.*

10 *Ignorantia facti, & iuris, quid, & an excuset ab excommunicatione, nu. 13.*

11 *Ignorantia qualiter probari potest.*

12 *Parochianus si vult recipere sacramenta de manu Religiosi, & dicat se habere licentiam, an debeat Religiosus ei credere.*

15 *Ignorans actum damnatum sub pœna excommunicationis apposita ab ordinario per statutum non ligatur, & quid de Papa, nu. 21. Ligatur tamen pœnis à iure communi statutis vel irregularitate, nume. 16. 17. & 18. vbi quid contemnere claues sit, nu. 19.*

20 *Ignorantia vincibilis non excusat à censura iuris communis, & Papæ, secus à censuris particularium Prælatorum.*

22 *Ignorans canonem, si quis suadente, non excusatur.*

23 *Ignorantia extrauagantis in corpore iuris non registratæ, probabilis dicitur. & an vindicet ab excommunicatione, nu. seq. fallit, nu. 25.*

26 *Papæ constitutio Romæ promulgata, vel Principis in Prouincia ligat quo ad forum exterius post duos menses, fallit, nu. seq. & 29.*

28 *Ignorans in beneficialibus respectu pœnæ ligari potest.*

30 *Lex iuris antiqui declaratoria statim ligat, fallit, nu. seq.*

31 *Constitutio prouincialis non præstat tempus duorum mensium post publicationem.*

32 *Constitutionem Papalem Romæ tantum sufficit publicari: Imperialem in omni prouincia.*

33 *Constitutio facta in priuilegiũ alterius, vel quæ habet decretũ, ligat ante duos mẽses.*

34 *Indulgentiæ quousque non publicentur in Ecclesia metropolitana, validæ sunt.*

35 *Ignorãtia milites, rusticos, & mulieres excusat ab excommunicationibus contentis in Bulla cœnæ Domini.*

36 *Rustici, &c. in quibus casibus non excusentur.*

38 *Ignorantia iuris voluntaria indirectè qualis sit. & an excuset ab excommunicatione, & quid de ignorantia ex negligentia. nu. seq.*

40 *Ignorantia inuincibilis excusat à specie peccati, & grauitate. vide exempla.*

41 *Percutiẽs clericum, cum laicum vellet percutere, non incidit in excommunicationem, nec econtra laicum, cum clericum vellet, nu. 42. & 43.*

Quæ ignorantia à sententia excommunicationis excuset. Cap. IX.

1 DE ignorantia † tractaturus, videlicet, an illa ab excommunicatione excuset, sciendum est Primo, quòd ut quis excõmunicatione ligetur, oportet, ut commit-

tat

tat peccatum mortale: peccatũ vero mortale fit ex actu voluntario. nam, ut inquit tex. in cap. 1. 15. quæſt. 1. peccatum adeo eſt peccatum, quatenus eſt volũtarium. unde cum ignorantia conſtituat actum inuoluntarium, ſicut error, l. error, ff. de iur. & fac. ignorant. cap. 2. de conſtitu. lib. 6. ideo dicimus ignorantiam excludere ab excommunicatione. Quinimmo non ſolum ignorantia, ſed obliuio, & inaduertentia, bona fides, & ſimplicitas, D. Tho. 1. 2. q. 6. artic. 8. ubi Caiet. Doct. in cap. Apoſtolicæ, de cler. excommun. mini. Zabarel. in clemen. 1. de priuileg. quæſtio. 39.

2 Secundo ſciẽdum † eſt, duplicem eſſe ignorantiam. Alia eſt enim facti, alia iuris, glo. in cap. hac conſtitutione, de offi. deleg. lib. 6. l. 1. & l. regula, ff. de iur. & fac. ignoran. glo. ſingul. in cap. turbatur, 1. q. 4. Hæc autem iuris, & facti ignorantia triplex eſt. Affectata, ſiue optata; craſſa, ſiue ſupina; & iuſta, quæ à Theologis inuincibilis, & à noſtris probabilis appellatur.

3 Affectata † eſt, qua quis ignorat quod ſcire tenetur: quia ſtudioſè non vult ſcire aliqua, & conſulere peritiores, vt liberius peccet, iuxta illud, Noluit intelligere, vt bene ageret. quæ adeo non excuſat, aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circunſtantiam mali deſiderii, de hac ignorantia loquitur D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. verſ. Reſpondeo, glo. in cap. eos, de temp. ordi. lib. 6.

4 At craſſa, † ſeu ſupina eſt, cum quis ignorat ea, quæ communiter omnes ſciunt, & ſcire tenentur ſaltem ſuæ profeſſionis, l. nec ſupina, ff. de iuris, & facti ignorant. Hinc qui ignorat articulos fidei explicitè, myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & orationem Dominicam, quæ ſcire tenetur, capit. vos ante omnia, de conſecrat. diſtin. 4. dicitur eſſe in lata culpa, quæ æquiparatur dolo, l. latæ, & l. magna, ff. de verb. ſignificat. & hæc neque excuſat.

5 Dicitur † etiam eſſe quis in lata culpa, quando ignorat ea, quæ quis facilè potuit ſcire, & non curauit inueſtigare, uel ſecundum glo. in cap. 1. de ordin. ab Epiſcopo, qui Epiſco. renunc. Ignoran-

6 tia † craſſa eſt, quando aliquid ignoratur, quod publicè factum eſt, vel coram populo, & hæc ignorantia craſſa ęquipatur ſcientiæ etiam in pœnis delictorũ, Abb. in cap. Apoſtolicæ, num. 3. de cler. excommunic. miniſt. cap. 2. de conſtitu. lib. 6. Hinc talis ignorantia non excuſat, quin aliquis non incurrat in excommunicationem, d. c. 2. [Nam paria ſunt in pœnis aliquid fieri ſcienter, vel ignoranter, quando ignorantia eſſet craſſa, & ſu-

7 pina: quia talis ignorãtia † æquiparatur ſcientiæ, ita gloſ. in cap. hac cõſtitutione. §. 1. de offic. deleg. in 6. Idem voluit glo. in clem. 1. in verbo, ſcienter, de cõſang. & affinita. ſic gloſ. in reg. præſumitur, inquit quòd præſumitur quis ſcire ea, de quibus proclama, vel bandum generale proceſſit, cap. fin. qui matri. accuſ. poſſ. Sic præſumitur quis ſcire ea, de quibus eſt publica vox, & fama. l. quidã, §. quod dicitur, ff. de acquir. hæred. Barto. in l. is poteſt, eo. tit. Item hac ratione præſumitur ſcientia in his, quæ ad domum eſſent denunciata, glo. in l. ſi tutor, C. de peric. tut. Sic vicini pręſumuntur ſcire facta vicinorum, l. dominus, ff. loca. Et conſanguinei facta conſanguineorum, l. de tutela, C. de in integ. reſtitutio. mino. & ibi not.]

8 At iuſta † ignorantia, quæ probabilis, ſeu inuincibilis dicitur, eſt illa, qua communiter homines eiuſdem ordinis adhibita diligentia debitą laborant, ut eſt illorum, qui conſilium petunt à viris præditis ſcientia in id ſufficienti, qui falsò illis conſulunt, Nauar. cap. 23. num. 45. & ſequen. vel ſecundum Panorm. in dicto cap. Apoſtolicæ, ignorãs probabiliter dicitur ille, qui, & ſi non ſit nimis curioſus in agendo, non tamen eſt multũ deſidioſus, argum. tex. in l. nec ſupina. ff. de iur. & fac. ignorant. Vel ignorans probabiliter dicitur ille, qui non eſt in loco, vbi emittitur excommunicatio, nam talis præſumitur ignorare excommunicationes

tiones illius loci, ita Franc. in cap. 1. nu. 4. de constit. lib. 6.

9 Vnde alienigenæ † possunt allegare ignorantiam statuti, & consuetudinis ipsius loci, vt probatur in dicto cap. 1. de quo tamen vide glossam in l. item Mela, ff. ad legem Aquil. Docto. in l. prima, C. de summa Trinit. & fide catho. Et hæc ignorantia excusat à censuris, d. cap. fin. de constitut. lib. 6. & d. cap. Apostolicæ. [& nota, quòd habemus ignorantiam, errorem, & titubationem. Ignorantia est ex toto nescire, quòd scire debetur. At errare est vnum pro alio putare, dist. 38. quamuis. Titubare est, cum quis inter duo dubius est, & nescit quid eligat, de testi. cap. preterea.]

10 Tertio sciendũ, quòd ignorantia † facti dicitur, cum habita scientia iuris ignoratur factum. Exemplum, scio percussorem clerici esse ipso iure excommunicatum, cap. si quis suadente, 17. q. 4. tamen percussi quendam, qui re vera erat clericus, nesciebam tamẽ esse clericum: quia fortè non incedebat in habitu, & tonsura: quæro, an sit excommunicatus? dic quòd non: quia licet sciebat ius, ignorabat tamen factum, scilicet illum esse clericũ, ita tex. in cap. si vero, el secondo, tit. nostro.

[Vbi qui percutit clericum, ignorans probabiliter eum clericum, excommu-
11 nicatus non est. Ignorantiam † tamen probare debet per iuramentum. Ex quo tex. collige duo. Primum, quòd quis presumitur talis, qualis est habitus, quem gestat. Secundum, quòd vbi est dubium in dependẽtibus à conscientia alicuius, statur iuramento illius, vide glo. sing. in cap. significasti, el primo, extra de homic. Quod procedit, quando de nullius præiudicio ageretur, aliàs secus, vt patet ex notatis in c. ex insinuatione, de procur. no. in c. vidua, de reg. Hinc videtur dicere Card. in cle. 1. q. 11. de priuil. ꝙ reli-
12 giosus non tenetur † credere Parochiano, qui dicit habere licẽtiam parochialis Presbyteri, ut possit illi ministrare sacramenta. Quare si Prælatus velit facere publicare Religiosum excõmunicatũ, iux. tex. in d. clemen. 1. si sacerdos neget dedisse licentiam, non potest se Religiosus tueri: & ratio est, quia hic agitur non de puniẽdo parochianum, sed Religiosum. Vnde cum ibi quæratur de facto tertii, de licentia data parochiano per sacerdotem, non statur iuramento Religiosi. Verum, vt inquit Zabarel. ibi non videtur procedendum contra Religiosum ad excommunicationem: cum non dicatur ministrasse sacramentum in contemptũ, quem dicta clem. requirit: dum inquit præsumpserit: modo confiteatur parochianus se dixisse Religioso habere licentiam parochialis presbyteri.]

13 Ignorantia † vero iuris esse dicitur, quando ignoratur aliquid esse à iure prohibitum sub pœna excommunicationis. Exemplum, scio clerici percussores esse excommunicatos, tamen intelligo illud procedere tantũ in clericis beneficiariis, vel in sacris ordinibus constitutis. Quæritur, an incidã in excõmunicationem, si clericum percutiam, qui non sit in sacris, nec beneficiarius: vel si nouitium. & dico quod sic, d. cap. si quis suadente, capit. religioso. §. 1. de sent. excom. lib. 6. Igitur ignorantia facti semper excusat, quando est probabilis. Iuris vero ignorantia tunc tantum, quando reducitur ad ignorantiam facti.

14 Quarto. An † ignorans excommunicationem impingat in illam. semper habendus est oculus, si huiusmodi talis inobediens dici possit, quia si inobediens, censuram incurrit, cum authoritas excommunicandi non sit nisi in illum, qui ei non obedit, vt patet in Euang. Matth. 18. Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. At si probabiliter ignorat mandatum Ecclesiæ latum sub excommunicationis censura, excusatur ab illa, quia inobediens non censetur, Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. vers. Quartus demum casus. Verum vt facilior reddatur hæc materia, oportet illam nos per propositiones explicare. sit igitur prima propositio.

Excom-

15 Excommunicatio † lata per statutum alicuius Episcopi minimè ligat ignorantes, cap. 2. de constit. lib. 6. statutum enim est quid facti; quatenus dicitur ius priuatum ipsius loci, dist. 9. cap. catholica. & respicit certum locum, ex quo non est vniuersale, cuius ignorantia præsumitur, & regulariter absque culpa contingit, quod quidē intellige in statutis alterius Ciuitatis, uel loci: quia tunc illa dicuntur esse quid facti, & ideo in eis cadit probabilis ignorantia, cap. 1. de constit. lib. 6. Secus in statutis eiusdem Ciuitatis, vel loci: quia tunc dicta statuta dicūtur esse iuris cōmunis quo ad subditos, ita Bart. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iure. Quod quidem ius cōmune quilibet præsumitur scire. Item quilibet scire præsumitur mores eorum, cum quibus est conuersatus, de elect. postquam. de præsumptio. quanto. & cap. quosdam. Hoc vero ultimo loco dictum intellige, dummodo dicta statuta quo ad subditos essent publicè nota in loco, verbi gratia, præ foribus ecclesiæ cunctis indicata: quia tunc ligant ignorantes, cap. curæ, 11. q. 3. Cum eorum, quæ sunt publica, & nota in loco, non possit allegari ignorantia, cap. 1. de postul. prælat. glo. in cap. præsumitur, de reg. iur. in 6. Vel essent communiter nota, idest, incorporata in volumine statutorum, ita Dom. Nicol. in cap. pastoralis, circa fi. de fide instrum. Franc. in cap. 1. num. 14. de constitutio. lib. 6. quia tunc præsumitur in foro fori scire. Si verò dicta statuta non essent publicè nota, idest, incorporata in volumine statutorum, uel subditus de nouo uenisset ad locum statuti, & illud non esset notum communiter, tunc posset habere probabilem ignorantiam statutorum, ut not. Innoc. in cap. dudum, de connu. coniug. Franc. in cap. 2. de const. nu. 6.

16 Secunda. Excommunicatio † indicta ob crimen iure diuino, uel humano uniuersali damnatum per speciale alicuius diœcesis statutum, aut constitutionem, minime ligat eum, qui hanc pœnalem constitutionem probabiliter ignorauerit, eiusque fuerit inscius, Abb. & Fel. in cap. à nobis, primo, titu. nostro, Sylu. in uerbo, excommunicatio, 2. notab. & in uerbo, Ignorantia, §. 8. & est communis, ut refert Couar. in cap. alma mater, §. 10. nume. 11. uersicu. hinc denique.

17 At qui † scientes aliquod scelus agere, probabili tamen ignorantia ignorant pœnam ciuilem aduersus id scelus agentē, nempe quod homicida, aut fur sit reus mortis, dubio procul qui illa peccata cōmittunt, pœnam incurrunt. Et idem est de ecclesiastica irregularitatis cēsura. licet enim quis ignoret ius, nempe excōmunicatum, aut bigamum esse irregularem: si tamen bigamus, aut excommunicatus existens celebret, incurrit illam censuram; cuius quidem cum pœna excommunicationis diuersitatis ratio esse illa potest, quod circa excommunicationem oculus semper est habendus, an sit inobediens, & præmonitus, quia tantummodo inobediens ligatur, ut ex Euāgelio colligitur. Cæteræ uero pœnæ sequuntur naturam delicti, cui per legem decretæ sunt, licèt lex illa pœnalis ignoretur, Sotus distin. 22. quæstio. 1. artic. 2. colum. penul.

18 Hanc rationem ignorans † Couar. in §. decimo, numero nono, dicebat, quòd nisi ipse fallebatur, maxima erat oscitantia dicentium, non posse puniri pœna excommunicationis eum, qui sciens actum damnatum, inscius tamen pœnæ, nihilominus actum illum fecerit. Cum necessariū non sit secundum eum, vt delinquens puniatur, quòd is scientiam habeat pœnæ pro ipso delicto statutæ, sed satis est, ut fiat, uel scire debeat actum, quem agit malum esse: nam & si hoc procedat in cæteris pœnis, non tamen in censura excommunicationis, quæ exigit inobedientem, & ita si oculum habemus ad ecclesiam, quæ neminem excommunicat, nisi inobedientem, facilè responderi potest ad argumenta, per quæ Couar. qui supra contrariam opinionem esse asseuerat veram, idest,

ideſt, ut quis iuſtè ligetur pœna excommunicationis, ſatis eſt, vt ſciat actum eſſe damnatum, ita contra Couar. tenet Nauar. cap. 27. num. 271. & eſt communis, ſic etiam tenet Franc. in cap. 2. num. 6. de conſtitut. lib. 6. [Ex quibus omnibus concluditur, quòd pœna excommunicationis non ligat ignorantem actum damnatum: & ratio eſt, cum talis ſententia non proferatur niſi pro contemptu clauium, 11. q. 3. cap. nemo. Sed qui ignorat non contemnit, c. cum uoluntate, de ſent. excommun. ergo.

19 Contemnere † autem claues, eſt, quādo quis ſcienter, & in vilipendium præceptis iuris, vel ſuperioris contradicit, facit ad hoc 11. quæſt. 1. cap. petimus, diſt. 61. cap. quicunque. Quare excommunicatus ingerens ſe communioni contra præceptum ſuperioris, dicitur facere in contemptum, optimè facit tex. de cler. excommunicat. miniſt. cap. fin. Ad hoc diſt. 74. cap. Honoratus. Et qui compellit alios celebrare publicè tempore generalis interdicti, dicitur hoc facere ex contemptu, ut in c. fi. de exceſſ. prælat. vide quæ ſuperius in cap. 1. lib. 4. num. 23. diximus. Quod ſecus eſt in cæteris pœnis à iure communi ſtatutis: quia ex quo quis ſcit ſe delinquere, meretur pęnam, l. eum qui, ff. de iuiur. Quod intellige ſecundum Dom. Anto. in cap. 2. de conſti. vt tali caſu ignorans ſit puniendus, non pœna ſtatuti, ſed ſolum pœna iuris communis, & hanc opinionem ſequitur Domin. & Franc. in cap. 2. de conſtitu. in 6. per gloſ. & tex. ibi, qui generaliter loquitur.]

20 Tertia. Et ſi † à cenſura iuris communis, & Summi Pontificis nulla excuſet ignorantia vincibilis, excuſat tamen (vt nobiles authores docent) à cenſuris particularium prælatorum, dummodo ignorantia craſſa, & ſupina non fuerit, ita tex. in cap. 2. de conſtitut. lib. 6. Craſſa vero ignorantia eſt, quæ vel ex malitia, uel nimia procedit negligentia. Hinc ignorantes cēſuram impoſitam à prælatis in ſuis diœceſibus contrahentibus matrimoniū ſine denunciationibus, ſi inſcii venerint contra cenſuram illam non incidunt, Sotus in 4. ſent. diſtinct. 28. quæſt. 1. art. 2. colum. 4.

21 Quarta. Excommunicatio † lata per canonem Romani Pontificis pro actu iure diuino, vel naturali prohibito, non ligat eos, qui inuincibiliter, atque probabiliter in eam impingunt, quantumcunque ſciant actum eſſe illicitum, ita Nau. cap. 27. nume. 16. Sotus contra Couar. diſtinct. 22. quæſt. 1. artic. 2. quarta propoſitio. & ratio eſt, quia qui probabiliter Eccleſiæ iuſſa ignorat, nullatenus eſt ei inobediens, & neque eam offendit, ideo cenſura excommunicationis minimè ligatur, Syluest. in uerbo, excommunicatio, 2. nu. 6.

22 Quinta. Qui † vincibiliter ignorat ſententiam excommunicationis per Romanum Pontificem latam, ſi in illam ſtāte hac vincibili ignorantia incidit, in cenſuram incurrit, tex. eſt in cap. cum illorum, tit. noſtro, vbi Papa quoſdam reprehendens, qui manus in clericos iniecerunt, reſpondit, quòd ſi ignorabant vel factum, quia non erant delicti memores, uel iuris, tunc ait poſſe cum illis diſpenſari, quo verbo inſinuatur fuiſſe excommunicatos etiam ignorantes: cuius ratio eſt, quia illic agitur de ignorātia illius ſolemniſſimi canonis, ſi quis ſuadente, quæ uincibilis eſt, & non excuſat, Sotus, qui ſupra, col. pen.

23 Sexta. Ignorantia † conſtitutionis extrauagantis in corpore iuris non regiſtratæ probabilis dicitur, Abb. in cap. paſtoralis, in 3. not. ubi Felyn. de fide inſtrum. etiam ſi in aliquibus codicibus reperiretur, ſi tamen non eſſet in omnibus, ut dixit ibi Abb. in vltimis verbis, & Fel. num. 2. Vnde cum ſit probabilis, à cenſura excuſat, dicto cap. vt animarum, de conſtitut. lib. 6. Abb. in d. cap. paſtoralis, ante numerum ſecundum. Hinc contra illam agentes non puniuntur, vt contemnentes, tanquàm à iuſta ignorantia velati.

24 Nec obſtat, † quod extrauagās ius eſt,

&

& ignorantia iuris dicitur crassa, & supina. Francus in d. capitu. vt animarum. quia circa ignorantiam illa iuris appellatione non venit, Abb. per illum text. in d. cap. pastoralis, not. 2. Et quamuis Abb. in clem. 1. de consang. & affinit. in principio, & Docto. in regu. ignorantia, de regul. iur. lib. 6. dicant, quòd ignorantia iuris ab excommunicatione nō excusat ex eo, quòd sit lata culpa, Francus in d. cap. vt animarum, in fine princip. Fely. in cap. 2. nume. 7. de maior. & obed. tamen intelligitur quo ad valorem actus, nam tunc satis receptum est illam non excusare. Hinc collatio beneficii facta excommunicato nulla est, etiam si ipse ignarus sit, & inscius huius excommunicationis, glo. & Abb. in cap. penul. de cler. excommunic. mini. Intelligitur etiā quando extrauagans contineret factum damnatum, vt ignorans puniri debeat pœna legis diuinæ tāquam reus quò ad culpam, quam commisit in Deum, non autem pœna legis humanæ, quam non contemnit, cum canonem ignoret; quia data ignorantia cessat contemptus, quod notant Innoc. & Docto. in cap. si vero, lo secondo, de sent. excommu. Vbi excusatur ab excommunicatione, qui percussit clericum, ignorans illum esse clericū, licet constitutio illa sit in lege registrata, & sic factum illud diuina lege damnatū, Sylu. in verbo, ignorantia, nu. 16. Sotus dist. 22. q. 1. art. 3. quarta conclusio.

25 At † si ignorantia versetur in extrauagāti multum nota, quæ quotidie in ore hominum vertitur, à censura non excusat, ut videtur dicere Abb. in d. cap. pastoralis, post numerum primum: ratio est, quia ignorans fuit in lata culpa, cum illud ignorauerit, quod omnes sciunt, ita text. in dicto capitulo, vt animarum. [Quod secus est in extrauaganti iuris registrata, quæ non ita nota sit, & famosa. Quapropter Card. in clemen. 1. de priui. quæst. 39. excusat præsertim in foro conscientię Religiosum, aliàs hominem sanctæ vitæ, qui ministrauit Eucharistiam sine licentia parochialis Presbyteri, non in cōtemptum ipsius Presbyteri, sed quia ignorabat pœnam excommunicationis appositę in d. clem. 1. tum per literam illius tex. in verbo, pręsumpserit, quæ dolum notat, & temeritatem ministrātis: Tum etiam, quia licèt ignorantia iuris non excuset, tamen quando ex probabilibus coniecturis perpenditur, quòd quis ignorauit, excusatur, secundū not. in cap. 2. de constitut. & præcipuè in foro pœnitentiali, in quo credendum est asserenti se hoc ignorasse, iux. glo. in cap. significasti, 1. de homic. Si tamē dubius est, an fuerit in probabili ignorantia, & tūc debet se extimare excommunicatū, cap. cum desideres, §. secundæ quęstioni, de sent. excōmunic. quia ubi periculum animæ vertitur, pręsumitur in deteriorem partem, cap. iuuenis, ext. de sponsal. cap. presbyteri, dist. 68.]

26 Septima Ignorantia † constitutionis Papæ, uel Principis à tempore promulgationis factæ in Curia Romana, si est summi Pontificis, vel in prouincia si est Principis, iux. text. in l. leges. C. de legi. & in Auth. vt factæ not. constitut. & de postul. prælat. cap. ad hæc, obligat uniuersos post duos menses quo ad forum exterius, glo. in regu. fin. de regu. iur. lib. 6. & ibi latè Franc. & glo. in cap. 2. in fine, de constitu. lib. 6. ne cler. vel mon. c. fi. de sent. excommunicat. nouit. Vnde antè quisquam potest se ignorantia protegere, etiam si illam sciret, per text. in Auth. vt factæ not. constitut. Verùm quantum ad conscientiam & illi, qui citra culpam diutius ignorassent, excusarentur, & illi, qui antea resciuissent, continuo excusatione nudarentur, glos. in capitu. 2. de rebus eccle. non alien. lib. 6. Abbas in cap. 1. num. 11. de postul. Bart. in l. omnes populi, in 5. quęst. de iust. & iure, facit optimè glossa in cap. fi. de clādesti. desponś. in verbo. qui voluit, Sylu. in verbo, lex, quęst. 6. Sotus, de iust. & iure, lib. 1. q. 1. art. 4. glo. in cap. 1. §. dicebat, de concess. pręb. in 6. [& ratio est, quia duo menses sunt dati, ut scientia pręsumatur: Qui autem certus est, ulterius

rius

rius certiorari non debet, vt in reg. eum, qui certus, de reg. iur. in 6. Ita gl. in c. fi. de clande. despon. in verbo, Qui uoluit. Item quia in incertis, non certis locus est coniecturis, l. cōtinuus. §. cum ita, ff. de verbor. significat. ergo habita scientia aliud non quęratur.]

27 Quæ† quidem propositio primo limitatur, nisi fuisset tempus à iure præstitutum: quia si in noua constitutione certum tempus exprimitur, quòd habeat ligare, tunc illud debebit seruari, ne cler. vel mona. cap. fi. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. ita Abbas in capit. cognoscentes, num. 7. vbi Fely. de constit. sic intelligentes tex. in cap. cum singula, de præben. lib. 6. vbi terminus solius mēsis solum statuitur à die publicationis, vt illa decretalis obseruetur. Sic in Auth. ut priu. dom. sac. mil. non fi. prope finē, in extrauag. Execrabilis Ioan. 22. glo. in c. 1. vers. tres menses, de vsur. lib. 6. di. 55. cap. 2. glo. in proœ. clem. ver. de cætero. Hinc affirmant præfati Doctores, quòd si lex sanciret, vt statim, ex tunc illa obseruetur, esset statim obseruanda, ita sentit glo. in clemen. 2. versicu. ex nunc, de hæretic. quod omnes intelligunt quò ad annullationem actus, non quo ad pœnam, [idest, vt actus in contrario factus non valeat, licet gerens actum ignoret constitutionem, sed quantum ad pœnam impositam per constitutionem transgressori, non statim ligaret ignorantes: quia valde absurdū esset, & iniquum, ut ignorantes pœnæ obnoxii efficerentur, cum culpam præsupponat pœna, cap. 2. de cōstitut. quæ in ignorante non reperitur. Ista est conclusio in clemen. 2. de hæret. vbi gl. & Card. Fely. in d. c. cognoscētes.

28 Verum † in spiritualibus, & in beneficialibus, in quibus Papa habet liberam potestatem, cap. 2. de præben. in 6. & in clem. 1. in fi. vt lite pend. notat Paul. de Cast. in cons. 281. primum dubium. col. 2. cum simílib. videtur, quòd etiam respectu pœnæ ignorans ligari possit: quia in spiritualibus, & beneficialibus nō videtur absurdum, cum etiam sine causa Papa dominium auferre possit, vt notat Pau. de Castro, qui supra. Abb. post Ant. de Butr. in cap. constitutus, colum. 2. de relig. domi. post glo. 3. in cap. si gratiosè, de rescript. lib. 6.

Secundo limitatur in constitutione non scripta: quia illa ligat tantum à die scientiæ, & notitiæ, l. fi. ff. de decre. ab ordi. vide Franc. in reg. nemo, 1. de regu. iur. lib. 6.]

29 Limitatur † tertio, ut non procedat, quando lex, & constitutio promulgata respicit præterita, puta, [si esset in totum iuris antiqui declaratoria, ita communis theorica Doct. est, allegantiū tex. in cap. cum tu, ext. de vsur. Sed non benè hoc probat, melius facit text. in cap. ex antiquis, dist. 54. ex quo tex. infert Vin. in cap. fi. de constitu. quòd statuta & iura disponentia de libertate Ecclesiastica, respiciunt præterita; quia nunquàm licuit laico de his se intromittere; 96. dist. c. bene quidem, facit quod not. in proœ. clem. in glo. 6. in princ. secūdum Io. ibi, igitur quando est iuris antiqui in totum declaratoria, frustra bimestre spatium expectaretur: quia iam lex vinculum iniecit.

30 Verum † si esset in parte noui iuris declaratoria, & in parte noui iuris editoria, vt quia cōstitutio addit ad antiquam legē nouam pœnam; Et tunc in quantū est editoria noui iuris, idem est dicendū, ac si nouiter esset facta. Sed in quantum est declaratoria, trahitur ad pręterita. ita optimus tex. in cap. nullus, dist. 55. Vbi dispositio, seu constitutio disponens id, quod ius antiquum, addens pęnam, non trahitur ad præterita. adde etiam glo. in clem. 1. de vsur. super verbo, de cætero. Nec obstat de vsur. c. cum tu. vbi uidetur uelle text. quod trahatur etiam quo ad pœnam talis constitutio. quia dico, quòd ibi non trahitur ad præteritū, sed ad futurum tātum. nam illa disponebat, quòd usurarii compellerētur ad restitutionem usurarum per pœnam excommunicationis, & sic disponebat super restitutione: & restitutio erat de futuro, licet receptio usurarum fuisset de præterito,

rito, sed ad futurum. Sic etiam Felyn. in cap. cognoscentes, de constit. num. 7. ponit aliud exemplum, quando respiciunt constitutiones præteritas,] ut cum constitutiones extrauagātes in corpore iuris redigerentur; quod verum est, nisi illi extrauaganti alia data esset forma, uel nisi fuissent per suum antecessorem reuocatæ, & deinde à seipso innouatæ, quoniā noua promulgatio intelligeretur, ita Io. Baptista à Sancto Seuerino, in l. omnes populi, nume. 145. de iustit. & iure. de materia vide Docto. in cap. fina. de constitut. Domin. de S. Gemin. in c. ex antiquis, dist. 54.

31 Quarto † limitatur, nisi esset constitutio prouincialis, vel particularis aliorum inferiorum; nam tunc in iis, qui fuerunt præsentes, ligat à tempore publicationis: quia præsumitur scientia de eo, quod est publicatum, ut 16. distinct. cap. quod dicitis. In absentibus vero minus quam duorum mensium tempus à die publicationis requiritur: hoc autem cū tempus determinatum non habeat, arbitrarium est, Doct. in cap. 2. de constitu. Hostien. in sum. eo. tit. versic. Quando, l. 1. ff. de iure deliber. [Poterit enim tunc iudex in præsumenda ignorantia considerare illa, quæ habentur in cap. cum inhibitio, de clandest. despons. Ratio autem quare aliud in constitutionibus Principis, & aliud tempus apponatur in constitutionibus inferiorum, ponitur per Hostien. in sum. extra de constit. versic. Quando.]

32 Hæc autem publicatio † si est Imperialis, debet in qualibet prouincia publicari, ut diximus supra, eadem propositione. Si verò est Papalis, sufficit, vt fiat publicatio generalis in curia, ita ex de mente glo. in regu. fin. de reg. iur. lib. 6. Et ita conseruatur de facto, & de consuetudine. & ratio est, quia quando publicatio fit in Curia Romana, verisimiliter infra duos menses potest transire in notitiam aliorum, ex quo in Curia cōsueuerunt esse homines, quasi de omnibus partibus mūdi, ut in cap. 2. de priuil. lib. 6. Quod tamen nō procederet in locis ita remotis, in quibus verisimiliter non præsumeretur transisse fama, ita Franc. in d. reg. fin.

[Quinto limita præter ea, quæ diximus supra, cap. 2. nu. 31. & 32. quando
33 noua constitutio † est facta in priuilegium alterius, quia tunc statim ligat à tēpore datæ etiam ante duos menses: nam tale ius uidetur assumere naturam priuilegii: quia priuilegium statim habet effectum, quòd ipse priuilegiatus est certus; licèt ille in cuius præiudicium conceditur priuilegium, ignoret, & sic imprimit uires in ignorantem. Ita Philip. Franc. in cap. 1. §. dicebat, de concess. præb. in 6. Et hoc siue simpliciter concedatur priuilegium, siue concedatur per uiam constitutionis, ut firmat Bart. in l. Diuæ memoriæ, C. de decur. lib. 10.

Sexto limita in constitutione, quæ habet decretum, quia tunc ligat statim ignorantes etiam ante duos menses. Quod intellige, quando duo concurrerent: reseruatio Papæ, & appositio decreti, ita tex. in cap. si beneficia, de præb. aliàs sola reseruatio non afficit ignorantes. sicut inhibitio sine decreto, neque afficeret, tex. & glo. in cap. si eo tempore, de præben. in 6.]

34 Vnum † tamen adnotandum est in materia ignorantiæ, licet non attineat ad censuras, quòd priuilegia, uel indulgentiæ si reuocantur, vel suspendūtur, quousq; sit in Metropolitana Ecclesia reuocatio promulgata, quicunque potest concessis priuilegiis citra culpam vti: neque hoc tantum, verum etiam si quis usque ad illum articulum priuilegio indulgentiæ fuerit à reseruatis sacramentaliter absolutus, absolutio est valida, Sotus lib. 1. de iust. & iu. q. 1. art. 4.

35 Octaua. Excommunicationes † contentæ in Bulla cœnæ Domini neminem excusant sub prætextu ignorantiæ, cum publicentur semel in anno, Abb. in cap. nouerit, num. 3. tit. nostro. Et Papa hoc expressim dicere videtur in illis. Adde etiam glo. in extrauag. vnica, in verbo, publice. Ioan. 12. ne sede vac. quæ inquit,

quòd publicatio fit ad tollendam omnis ignorantiæ excusationem, argum. ff. de insti.act.l.sed & si quis §.proscribere, extra qui matr. accus. pos.c.fin. & quòd ex quo publicatio fit, non est necessariũ singulorum auribus inculcari, 16.dist.quod dicitis. extra de postu.cap.1. Non tamen hanc propositionẽ intelligo quo ad rusticos, milites, & mulieres, quos cõstat semper iuris ignorantiam excusare, nisi fiat publicatio in iis locis, ubi sunt dictæ personæ, Sylu. in verbo, Ignorantia, nu. 16. [In quibus tamẽ casibus supradictæ personæ non excusentur ab ignorãtia iuris, vide Franc. in reg. ignorantia, de reg. iur. in 6. ubi inquit, quòd minor, mulier, vel miles excusantur ab ignorãtia iuris:

36 nisi essent rustici † sagaces, vel malitiosi, glo. in l. athletas, §. de rusticis, ff. de excus. tut. Et nisi actus manifestè fieret, cap. primo, & ibi not. C. de inter. matr. vide quæ diximus lib. 2. cap. 80. num. 8. Vel nisi errarẽt in iure naturali, l. si adulterium, §. stuprum, ff. ad l. Iul. de adult. vel in iure quasi naturali, l. venia. C. de in ius vocan. Nam tunc in his duobus nec rusticitas, nec sexus excusant. Exemplum iuris naturalis: vt quia prætendit filius ignorasse, quòd non debuerit iniuriam inferre patri: vel quòd non deberet patri prouidere de necessariis alimẽtis. Nam quamuis de iure naturali non sit educatio parentum facienda à liberis, est tamen naturali ratione consentaneũ, ut benefacienti benefaciamus, l. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hære. Barto. in l. prima, §. huius studii, ff. de iust. & iure. Vel quòd non deberet furtum, vel homicidium, aut cætera peccata committere, quæ sunt prohibita de iure natur. distinctio. 5. §. fin. Exemplum iuris quasi naturalis, ut si libertus, qui quasi naturali iure ob id, quod est consecutus libertatem, titulo compensationis tenetur reuerentiam exhibere patrono, illam non exhibet, non excusatur ob ignorantiam, ita Dynus in d. regu. ignorantia. Verum an incidat in pœnam excommunicationis, qui ignorauerit illam appositam crimini de iure naturali, vel diuino prohibito, diximus supra, eod. capit. nume. 13.]

37 Nona. Qui † prohibitionem sub pœna latę excommunicationis scit, sed dum certum quid agit de illo non recordatur, ex eo, quod non est nostrum omnia reminisci, excusatur à peccato mortali, & à censura. Talis enim nullo modo videtur contẽnere: verbi gratia, scio Franciscum esse nominatim excõmunicatum, & denunciatum, communico cum illo in diuinis, ex eo, quòd non actu mihi occurrit illum esse excommunicatum, in censuram nón incido, Caie. 1.2.q.6.ar.8. Sylue. in verbo, excommunicatio, 5. nume. 26. in fi.

38 Decima. Ignorantia † iuris directè voluntaria, qualis est illa, quando quis vult aliqua ignorare, ne ab illis à peccato retrahatur ab excommunicatione non excusat, cum sit dolus non tantum pręsumptus, verum etiam manifestus, per regulam datam in cap. 2. de constitu. D. Tho. 1.2.q.76.art.3. & q.6.artic.8. Et hæc dicitur ignorantia affectata, de qua meminit glo. in c. eos, de temp. ord. lib. 6. quæ æquiparat eam scientiæ, ex quo iure potuit, & noluit, immò dissimulauit, & hęc ignorantia non minuit peccatum mortale, immò magis auget, & de hac ignorantia loquitur tex. in l. 1. ff. de legi. Vbi per leges puniuntur delicta, quæ per ignorantiam committuntur, idest affectatam.

39 Vndecima. Ignorantia iuris † voluntaria indirectè, qualis est illa, qua aliquis ex negligentia, uel aliis occupationibus iura sub excommunicationis pœna aliquid prohibentia ignorat, de qua loquitur Thom. 1.2.q.6.art.8. & q.76. art.3. si est illorum, quæ quis ratione officii, uel alia de causa scire tenetur, cum sit peccatum mortale omissionis, ut videtur dicere D. Tho. qui supra, credo, quòd ab excommunicatione non excuset, & præcipuè cum talia, quæ deberent addiscere, negligentes pro contemptoribus sunt habendi, ut inquit Franc. in reg. ignorãtiæ,

de

de reg. iur. lib. 6. & hæc quo ad excommunicationes, quæ quotannis publicantur, si ad proprium pertinent officium, Turrecrem. in specie, in §. notandum, 1. q. 1. primo art.

40 Duodecimo. Ignorantia † iuris ex negligentia proueniens, & sic voluntaria indirectè, si est illorum, quæ quis ex aliqua speciali causa scire non tenetur, cum non sit peccatum mortale, vt inquit D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 1. in fi. ab excommunicatione excusat, per regulã illam, quæ se habet, quod qui mortaliter non peccat, in excommunicationem nõ incidit, Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 7. artic. 2. vers. secundum corollarium.

41 Tertiadecima. Ignorantia † inuincibilis, & iusta excusat ab illa specie peccati, & grauitate, quæ ratione qualitatis ignoratæ cõstituitur, c. si vero, el secõdo, tit. nostro. Tho. 1. 2. q. 76. art. 3. vers. Respondeo. Exemplum in occidente patrẽ, quem tamen ignorat suũ esse: tunc enim committit simplex homicidium, non tamen parricidium, Caiet. ad Thom. qui supra. Item lata est sententia excommunicationis contra incestuosos, aliquis cognoscit sororem, quam extraneam existimabat, non incurrit in illam speciem incestus, & per consequens non impingit in censuram: quia excommunicatio præsupponit culpam. secus autem fortè esset in irregularitate, si fuisset annexa, quia sequitur factum, & nõ requirit culpam, Caiet. qui supra, in specie hanc cõditionem optimè probat tex. in c. si quis, cum duobus cap. si quis, capit. quidam, 34. quæst. 2. Vbi non incidit in censuram, qui percusserat clericum iusta ignorantia ignorans eum esse clericum, facit etiam text. in l. item apud Labeonem, ff. de iniur.

42 Idem si quis † percutere volens Martinum laicum, errãs percussisset Titium clericum, existimans illum esse Martinum laicum, cap. si vero, el secondo, tit. nostro. Quod procedit etiam si sciret Titium clericum esse, dummodo tempore percussionis existimasset laicum, Coua. in cap. alma mater. §. 10. nu. 4. quia tunc ignorantia iuris reducitur ad ignorantiã facti, vt supra diximus, nu. 10. Attamen si animum habuisset nihilominus eum percutere, etiam si scisset eum clericum esse, tunc incideret, per tex. in l. eum qui nocentem. §. si iniuria, ff. de furt. & ratio est, quia tunc ignorantia non est causa actus inuoluntarii, & ideo nequaquàm excusat à pęna canonis. [facit quod notat Ioan. Andr. in reg. cum quis, de reg. iur. in 6. dicens, ꝙ si clericus cognoscit mulierem solutã, quæ ab ipso, & ab omnibus cõmuniter habebatur pro nupta, vel econtra cognosceret nuptam, quæ habebatur pro soluta, quòd veritate comperta, iudicabitur adulter in foro poli, c. nunquàm, de pœnit. dist. 1. & c. si cui, & propterea. vbi de hoc, 14. q. 5. si quid inuenisti. origo 34. q. 4. Si vero cũ ignorantia concurrebat intentio abstinendi, si sciret illam coniugatam, & tunc fornicari ille censetur, Franc. in c. cum quis, de reg. iur. lib. 6.]

43 Item neque † in cẽsuram incidit, qui percusserit laicum, credens, & volens percutere clericum, glos. commu. recepta, in cap. in audientia, tit. nostro, quamuis tenetur per suam conscientiam erroneam abstinere ab iis, quæ sunt interdicta excommunicatis, & sic intelligenda est glo. in cap. si vero. Non tamen celebrando etiam cum conscientiæ errore esset irregularis, Couar. §. 10. nume. 15. Vltimo adde duas quæstiones per Francum relatas in cap. cum quis, de regul. iur. lib. 6. vbi ignorantia excusat ab illa grauitate peccati, quæ ratione qualitatis ignoratæ constituitur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio minor quot modis infertur.*
2 *Excommunicatio minor quid.*
3 *Excommunicationis minoris effectus.*
4 *Excommunicatio minor, quibus in casibus fertur per ius.*

De minori excommunicatione. Cap. X.

[1 MInor excommunicatio,† secũdum glossam in cap. si inimicus, quatuor modis infertur pœnitẽti, scilicet à Deo, à seipso, à sacerdote, & à canone. In primis duobus casibus excõmunicatio minor operatur effectum quantum ad Deum, sed non quãtum ad ecclesiam: quia cum talis excommunicatio infligatur pro peccato mortali, 11. q. 3. cap. audi. fit, vt separet tantum à Deo absque alio militantis Ecclesię ministerio, iux. illud Isa. 59. Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos, & Deum nostrum, Hostien. in cap. quorundam, de Iudę. In secundis autem casibus excommunicatio operatur effectũ etiam quantum ad Ecclesiam, vt notat Archid. & Gemin. in d. cap. si inimicus. Hinc inquit glossa ibi, quòd quando infligitur à sacerdote loco pœnæ, vel à canone, est necessaria recõciliatio, 11. q. 3. cap. excellentissimus, & 50. dis. in capite. In primis casibus non est censura, sed tantum, quando infligitur à canone propter participationem cum excommunicato maiori, cap. nuper, de sent. excom. cap. cum excommunicato, 11. q. 3. vel ab homine per sententiam, & tunc ita definiri potest.]

2 Excommunicatio,† minor est cẽsura Ecclesiastica priuans participatione passiua omnium sacramentorũ, c. si celebrat, de cler. excom. mini. Quæ quidem definitio manifesta est, si consideremus excommunicationem minorem nõ priuare quem fideliũ colloquio, nec exteriori omnino communione, nec sacramentorum collatione, tex. elegans in d. c. si celebrat. In quo quidem tex. eius natura explicatur, vbi sex de huiusmodi excommunicatione asseruntur.

3 Primum,† celebrans grauiter, i. mortaliter peccat, sicut explicat Sylu. in uer. excommunicatio, 4. Caiet. in verbo, excõmunicatio minor. Potest tamen sine culpa audire diuina officia, & cum aliis Christianis eisdẽ interesse, atque in choro psalere, audire Missã, & sumere pacẽ, quæ in ea offertur, Sylu. vbi supra, in fi. Nauar. c. 27. nu. 25. Absoluere quoque potest ab excõmunicatione maiori, vel minori, argum. tex. in cap. duob. eod. tit. & à peccatis, atque dare sacramẽtum infirmo, sine Missæ celebratione; nam cõferens sacramẽta absque celebratione, nec mortaliter, nec venialiter peccat, ita contra Sylu. in ver. excommunicatio, §. 1. & communem tenet Nauar. c. 27. num. 24. Secundum, celebrans non efficitur irregularis, Couar. in c. alma. §. 1. de sent. excom. lib. 6. Tertium, non prohibetur eligere, nec exercere, quæ rõne iurisdictionis ei cõpetunt. Quartum, eligi non potest, & si scienter electus fuerit, eius electio est irritãda. Quintum, si in Ecclesia sacramenta confert, ea collata nõ carent effectu. Sextum, à perceptione sacramẽtorum est prohibitus.

4 Rursum hęc† excõicatio potest ferri per sentẽtiam iudicis, tamen cõiter non fertur, nisi per ius in octo casibus, de quibus per Inno. in c. 1. de sent. excom. v. g. per omne sacrilegiũ, c. miror. 17. q. 4. per omnem violationẽ ecclesiasticę immunitatis. Item per fornicationẽ notoriam, & concubinatũ clericorũ, c. vestra, de coha. cler. & mul. & si ista nõ sit in vsu, sed neque aliæ, quas Syl. in ver. excõicatio, 4. refert. Quæ autẽ plerunque cõtingit, est per cõicationem cum excõicato, de qua infra, c. 12. sed neque hæc post Conc. Cõstantiense tã crebro vsu venit, quã pridie solebat. Verum qui participat cũ excõicato excõicatione maiori, non incidit in censurã, quia excommunicatio non trãsit in tertiam personam, ita gl. recepta in c. excellentissimus, 11. q. 3. & hęc de excommunicatione minori dicta sufficiãt.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati hodie vitãdi sunt in duobus casibus tantum, & quibus, aliàs secus, vt num. 7.*

Ex-

2 *Excommunicatus notorius alia ex causa, quam ex percussione clericorum, vitandus non est.*

3 *Principes legatos hæreticos permittentes secum in Ecclesias ingredi, excusantur à peccato, sicuti etiam priuati, vt omnes catholici Galliæ.*

4 *Dictum Abb. de vitando excommunicato notorio, quomodo intelligatur.*

5 *Denunciatio, an requiratur in notorio excommunicato.*

6 *Excõmunicari nominatim, quomodo quis dicatur.*

8 *Excommunicatus ante denunciationẽ non est vitandus, nec publicè, nec priuatim.*

9 *Missa à notorio fornicario, tum demũ non audienda, cum is denunciatus est.*

10 *Notorietas duplex, iuris, & facti, & quid.*

11 *Excommunicatus publicus censendus est, qui coram maiori parte conuentus clericum à sede expulit.*

12 *Percussio illata in domo principis coram sex, publica non dicitur, & quid requiratur, vt dicatur publica.*

13 *Excommunicatus etiam non denunciatus celebrans fit irregularis, vel solam authoritatem præstans celebrationi.*

14 *Excommunicatus nõ denunciatus, quo casu à communione fidelium minimè abstinere debeat.*

15 *Excommunicatus nulla ratione scandali ad perceptionem sacramentorum, vel ad Missarũ celebrationem accedere potest, aliter sentit Nauar. nu. seq.*

Qui excommunicati vitari debeant. Cap. XI.

1 HOdie † per constitutionẽ Concilii Constantiensis, quæ magis recepta est in Christiano orbe, quàm Basiliensis, vt refert Couar. in cap. alma mater, §. 2. nume. 9. versicu. superest, nullos tenemur vitare excommunicatos, vt inquit Sotus in 4. sentent. distin. 22. quæst. 1. artic. 4. col. 1. nisi in duobus casibus. Primus est, si sint nominatim excommunicati, & denunciati, sicut vsus, & communis interpretatio Christiani orbis in hũc sensum accepit prædictam constitutionem, ut refert Couar. qui supra, nume. 7. versicu. quarto. Secundus, si percussores clericorum sint adeo notorii per operis euidentiam, vt factum nequeat aliqua tergiuersatione celari, atque nulla valeat ratione excusari. Quod tamen secundum vetera iura satis erat aliquid esse notorium eo modo, quo aliquid dicitur notorium iuris, scilicet per confessionem, vel per sententiam, & similia. cap. vestra, cap. fi. de cohab. cleri. vel mulier. & ita absque dubio tenendum est contra text. in cap. cum non ab homine, tit. nostro. Verum
2 si † essent notorii alia ex causa, quàm ex percussione clericorum, illos non tenere mur vitare, ita Decius in capit. à nobis, num. 21. de excep. Sot. di. 22. q. 1. art. 4. contra Sylu. in ver. excommunicatio, 5. nu. 9. qui extendit dictam extrauagantem ad omnes notorios excommunicatos, ita ut participantes cum illis sint excommunicati. Attamen dicta opinio nõ est usu recepta, sed tantum illa Soti. i. vt non euitemus, nisi illas duorum excommunicatorum species, quas prædictum Concilium iussit, & ita tenendum est, Sot. qui supra, col. 2.
3 Quocirca † excusantur à peccato quidam Monarchæ, & alii Principes, & priuati homines etiam Ecclesiastici, qui permittunt legatos, & alios manifestos hæreticos intrare secum in Ecclesias; & eis præsentibus orant, atque missas audiunt, vel faciunt, licèt hæretici notorii sint, & per consequens excommunicati, cap. excommunicatos, de hære. cap. 1. in Bulla Cenæ Domini. Excusantur etiam omnes catholici Galliæ, & Franciæ, qui Lutheranis manifestis, immo etiam palã confitentibus se esse tales, communicãt: ratio est, quia Conc. Constant. iussit tantum vitari notorios percussores clericorum, & non alios. Nec est curandũ † de
4 dicto Abb. in clem. 2. de sent. excommu, qui generaliter videtur loqui in quolibet

excommunicato notorio quòd debeat euitari: quia eius dictum restringitur in casu, in quo prædicta constitutio loquitur: nam dictum Doctoris intelligitur secundum ius, quod allegat, ita not. Bart. in l. non solum, §. si liberationis, ff. de li. leg. Nec etiam † obstat, quod in ex-
5 communicato notorio non requiritur denunciatio, vt no. Abb. in c. peruenit, de appel. quia illud potest esse verum de iure communi, secus est attenta dicta cõstitutione, quę videtur etiam in facto notorio denũciationem requirere, ex quo tamen excipit unum casum notorium, vt dictum est. Nec etiam est curandum de extensione, quam facit Concil. Basiliense, scilicet ad omnes notorios excommunicatos, quia vsus nõ recipit dictam extensionem, & lex usu non recepta nõ ligat, glo. sing. in c. 1. de treu. & pa. Sylu. in uer. lex, Nauar. cap. 27. num. 35. vers. noto 3. & clarius, cap. 22. num. 5. de hor. canon. Vbi etiam inquit, quòd requiritur, quòd sit declaratus, & denunciatus hæreticus, & excommunicatus, & si cõtrarius sibi fuerit in Manu. cap. 9. num. 6. in fi. & cap. 26. num. 26. & c. 1. §. laboret, de pœnit. distin. 6. Primum tamen verius.

6 Dicitur † autẽ quis nominatim excõmunicatus, [qui de hęresi propriis nominibus excõicatur, vel per indubitabiles circunstantias, & aliqua apposita signa, quæ certe & absque ullo dubio habent vim significandi, & demonstrandi proprium nomen, l. certum, ff. si cer. peta. de testib. c. licet. 2. gl. in c. cum & plantare, §. excommunicatos, de priuil. glo. in cap. constitutionem, de sent. excommu. in 6. verbi gratia, si dicat excommunico filium Petri, cum ille vnicum filium habeat, ff. de libe. & posthu. l. 2. Instit. de exhęr. liber. §. nominatim. secus si duos haberet: quia tunc neuter eorum excommunicatus esset, vt ibi. ita glo. sing. in cle. unica, in ver. nominatim, de uita, & honest. cler.] Idem qui nomine dignitatis per quamcunque inobediẽtiam excommunicatur, vt si excommunicatur Prætor, aut Comes talis ciuitatis, l. nominatim, ff. de condit. & demonstra. Sotus in 4. sent. dist. 13. q. 1. artic. 9. col. 3. Vel qui de schismate, aut apostasia condemnatus est, ut Lutherani, & Vuicleffistæ. Eo etenim, quòd quis de hæresi condemnatur, censetur nominatim excommunicatus, Sotus in quarto senten. distinc. 22. quæstio. prima, art. quarto, secunda conclu. in fine.

7 Hinc sequitur, † quòd si sciuerim aliquem esse excommunicatũ, nempe quia detinet rem alienam, propter quod lata fuit excommunicatio, vel quia legit, aut detinęt libros hæreticos, aut quia non communicauit in Pascha, quòd non teneor illum euitare, contra text. in c. cum non ab homine, de sent. excommu. quo expresse probatur excommunicatum publicum, publicè uitandum: excommunicatum vero occultũ, occultè. Etenim etiam secretò uitandus non est excommunicatus occultus, & secretus, neque in sacramentis, neque in sacrificiis, immò possum coram illo celebrare. Pariter si lata fuerit censura in incendiarios, vel concubinarios generaliter non nominatis personis, licet aliqui sint publici incendiarii, vel concubinarii, tamen nemo tenetur illos vitare, & hoc contra illos, quos citant authores, vt est videre apud Sylu. in ver. excommunicatio, 5. per totum. Cum duo tantum excommunicatorum genera sunt uitanda nominatim excommunicati, & denunciati, ita Nauar. in c. 1. §. laboret, de pœnit. distinc. 6. & publici percussores clericorum, ita Sotus, in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 4. colum. 3. Couar. in d. §. 2. num. 7. vers. ex omnibus, & quarto.]

8 Secundo † deducitur ab eodem decreto, nec publicè, nec priuatim esse vitandum ante denunciationem excommunicatum, quæ excommunicatio duobus etiam testibus probari potest: cuius ratio est, quia non dicitur crimen notorium, eo quòd probari per testes possit: illud enim est nondum manifestum, sed manifestabile. Quin etiam si crimen esset noto-

notorium; euitare non teneor, cum delinquens non sit denunciatus.

Tertio hinc constat non sufficere famam publicam, ut teneamur vitare excommunicatos ante denunciationem: quia infamia, & indicia ius duntaxat faciunt, ut per viam inquisitionis ad causæ cognitionem procedatur, non autem vt criminosi tanquam notorij puniantur, cap. tua nos, tit. nostro, Couar. in cap. alma mater, §. 2. num. 7. versi. 3. Verum si fama publica est, quòd sit denunciatus, quæ quidem ortum habet à fide dignis de visu audientibus, tunc debet quis inquirere veritatem, & interim, secundū Rayn. vitare illum; secus si fama originem haberet à persona leui, vel ab aduersario, facit tex. in cap. hoc videtur, 22. q. 5. & in cap. non solum, 1. 11. q. 3. vbi dicitur, quod reus est, qui aurem criminibus cito præbet, cap. cum desideres, titu. nostro, Syluest. in ver. excommunicatio, 5. num. 28.

9 Quarto, † tunc demum iuxta tex. in cap. nullus, & cap. præter, distin. 32. non sunt audienda sacra Missarum solemnia à presbyteris notoriè fornicarijs, & concubinarijs, quando hi tales notoriè fornicarij fuerint denunciati. Couar. qui supra, num. 10. ver. 6. licet consultius esset illa etiam à non denunciatis non audire si possent audiri ab alijs, Syluest. in Missa, 2. quæst. 3. Hinc ex dicto Concilio Constantiensi deducitur non peccare mortaliter audientem Missam eius, quem scit esse simoniacum, & per consequens excommunicatum per extrau. 2. de simo. si nondum erat denunciatus excommunicatus.

Quinto cum Concilium Constantiēse loquatur de publico clerici percussore, ita ut nulla tergiuersatione possit cęlari, ideo sciendum est, iux. tex. in cap. vestra, & capitu. fin. de cohabit. clericor.

10 Notorietatem † duplicem esse, iuris, & facti. Iuris dicitur, quando percussio fuit facta occultè, & secretè, tamē deductum est delictum in foro contentioso, & lata est super eum sententia excommunicationis, vel quia ipsemet percussor confessus fuit delictū, vel quia erat conuictus, 11. quæstio. 1. nos in quenquam, 5. q. fin. Epiphanium, de prob. cap. fin. de cohabit. cler. vel muli. cap. vestra, §. cæterum, cap. tua, cap. fin. & tunc talis percussor dicitur publicus notorietate iuris, & per consequens euitandus est. Notorietas vero facti dicitur illa, cuius percussio est adeo manifesta, ut nulla possit tergiuersatione cęlari, supple probabiliter, quando ita deprehensus est quis in crimine, uel ita delictum patens est, & certum omnibus, quod non est locus inficiationi, ut quia publicè tenet concubinam, ac uxorem, 2. q. 1. de manifesta, l. si uicinis, C. de secun. nup. uel quia eius delictum est notorium maiori parti ciuitatis, uel uillæ, aut oppidi, siue collegij, uel uiciniæ, siue etiam gymnasij, modo in eo sint saltem decem, uel etiam pauciores, quando illi pauciores essent maior pars uillæ, gymnasij, &c. qui ad minus debent esse sex, ita Nauar. cap. 25. nu. 73. Panorm. in d. c.

11 uestra. Hinc † Nauar. de sent. excommu. lib. 5. cons. 40. consuluit religiosum esse publicum excōmunicatum censendum, & ita uitandum, qui coram maiori parte conuentus clericum à sede expulit, uel brachio uiolenter extraxit.

12 Sed † quæritur, an percusio facta in domo magni Principis sex, uel decem personis uidentibus, dicatur publica? Dic quod non, quia ut percusio sit publica, attenditur ut locus sit publicus, quod non est dicendum in casu nostro: secus autem si percusio esset facta in Ecclesia, uel claustro, quia cum loci sint publici, sequitur q percusio sit publica.

Sexto, cum dicta constitutio sit salubriter constituta ad sedandas timoratas conscientias, & adimendos scrupulos, ut ex ipsius tenore habetur: hinc sequitur dictam cōstitutionem nihil tribuere ipsis excommunicatis, unde ipsi excommunicati participantes cum alijs, peccāt mortaliter hodie, sicut olim, cap. illud, de cler. excomm. mini. Sylu. in uer. excommunicatio, 3. nu. 1. uers. 5.

13 Quare infertur † excommunicatum celebrantem esse irregularem, iuxta tex. in c. 1. tit. nostro, lib. 6. etiam si nondum fuerit denunciatus, siquidem prædicta constitutio nihil utilitatis affert excommunicatis: Immo etiam excommunicatus, qui authoritatem solum præstaret celebrationi, irregularis esset, tex. optimus in cap. illud, de cler. excommu. mini. glo. celebris in clem. 2. ver. celebrari, de priuil. Archid. in cap. 1. de sent. excommun. lib. 6. Authoritatem vero quis tunc diceretur præstare, quando Episcopus excommunicatus etiam occultus faceret, vel iuberet coram se celebrare. At qui probabili, aut iusta ignorantia fretus, an esset excommunicatus, celebraret, effugeret irregularitatem, cap. Apostolicæ, de cler. excommun. mini. Pariter, qui bona fide credens se rectè absolutum, celebraret, nec esset irregularis, quia celebratio excommunicati, nisi sit mortifera non inducit irregularitatem, Domin. in cap. solet, & ibi glo. pen. de sent. excommun. lib. 6. Panor. in cap. pastoralis, §. verum, de appel. Nauar. de sent. excommu. lib. 5. cons. 18. nu. 3.

14 Illud etiam † est obseruandum, excommunicatos minimè denunciatos non teneri à communione fidelium abstinere, si ex hoc eorum crimen, & occulta eorum excommunicatio proderet grauissimum scandalum, vnde non tenentur obligari ad subtrahendum se à communione aliorum; cum ii absque graui scandalo, & sui ipsorum proditione ab aliorum cómunione abstinere nequeant, Couar. tamen in c. alma mater, §. 2. nu. 2. limitat hoc tantum procedere quo ad communionem fidelium, quæ non pertinet ad sacramentorum perceptionem: quia excommunicati, siue omnino occulti, siue publici nulla explicata denun-

15 ciatione, tenentur omnino † abstinere à diuinis sacramentis percipiendis, & nec ad euitandum scandalum rectè fieri potest, quòd quis ea sacramenta percipiat, quæ iure sunt ei iustissimè interdicta. Vnde licet excommunicatio esset occultissima, & esset magnum scandalum non celebrare, vel percipere sacramenta, non potest excõmunicatus Missarum solemnia celebrare, vel communicare, Nauar. tamen in Manua. c. 27. nu. 239. in noua editione contrarium asserit.

16 Inquit † enim ipse, quòd qui occultissimè occidit alium, & probabiliter crederetur eum homicidium fecisse, nisi celebret, quòd possit celebrare. Idem etiam asserit de excommunicato occultissime posito in eodem periculo infamiæ. Et de Moniali occultissimè incidente in censuram Papalem, ut ante moram petendi absolutionem posſit cõmunicare, quando aliæ ad id tenentur, & posſit etiam choro interesse, & aliis, à quibus si abstineret, fama eius, & Monasterii periclitaretur. Ratio secundum eum est, quia lex naturalis, & diuina de defendenda sua fama præstat legi humanæ de abstinendo à sacro ob irregularitatem: sed quæ harum opinionum sit magis tenenda, diximus supra in prima par. cap. 13.

SVMMARIVM.

1 *Casus quinque, quibus nominatim excommunicato vti non licet, & vtentes incidunt in minorem excommunic.*

2 *Excommunicatum neque coram alloqui, neque per litteras, neque per nuntium licet.*

3 *Communicans nutu, vel signis, aut per interpositam personam cum excommunicato, an dicatur loqui cum illo, nu. seq.*

5 *Excommunicatum salutare non est concessum, & quid loco salutationis vsurpari possit in casibus licitis.*

6 *Commercium nullum haberi cum excommunicato potest.*

7 *Communio in mensa, cum excommunicato, qualiter intelligatur.*

8 *Socius nominatim excommunicatus, an expelli possit à sociis.*

9 *Participare cum excommunicato nulla Episcopi licentia quis potest, ac ne ipse quidem Episcopus.*

Priui-

In quibus casibus cum excõmunicato communicare non liceat. Cap. XII.

1 QVinque † sunt casus, in quibus cum nominatim excõmunicato, vel publico clerici percussore communicare non licet, vt decretis Calisti, & Isidori, 11.q.3.cautum est, qui hoc versu continentur. Os, Orare, Vale, Communio, Mensa negatur. Et qui cum ipsis communicant, incidunt in minorem excõicationem, c. si celebrat, de cler. excommun. mini. cap. nuper, c.cum desideres, titu. nostro, c.excommunicatos, cum duobus seq. 11.q.3. & venialiter peccant, Abb. in cap. sacris, de his, quæ vi. [vbi Henricus Boich, qui multos ibi citat authores. Qui si moniti à communione non cessant, sunt excommunicandi excommunicatione maiori, per sententiam hominis, vt no. in c. sicut, & c. qui communicauerit, vers. excommunicetur, quod est futuri temporis, 11.quæstio.3.]

2 Primo † ergo cum excommunicato colloquium habere non possumus, siue verbis in præsentia, siue per litteras, vel per nuntium in absentia, tex. opt. in c. ubi periculum, §. nulli, de electio. lib.6. glo. in c. constitutionem, tit. nostro, lib.6. & in cle. si summus, de senten. excommu. in l. licet, de constit. pecu. Nam scriptura loquitur, ut dicit tex. in epistola inter claras, C. de summa Trin. & fide catho. facit tex. in c. clericus solus, dist.81. Docto. in c. si quando, tit. nostro, Fel. in cap. mulieres, eo. titu. Turrecre. in c. cum excommunicato, 11.q.3. [facit etiam tex. in c.2. & 3. dist.65. tex. optimus in c. quidã maligni, 5.q.1. Hinc Archid. in c. cum excõmunicato, 11. q.3. inquit, quod si quis mittit excommunicato nuntium, vel litteras,

teras, incidit in excõmunicationem minorem: & ratio est, quia hæc tria æquipollere videntur. Vnde qui per litteras, vel nuntium loquitur, ipse videtur loqui, ff. de constit. pecu. l. licet. Hanc eandem sententiam sequitur in d. c. vbi periculum. & Gemin. in d. c. quidam maligni. Vbi notat quod scriptura dicitur loqui, & sic facit in arg. quòd scribens excommunicato excommunicationem incurrat: cum dicatur loqui ei. An vero in alia materia prohibitus loqui, puta cũ bandito, vel alio, videatur prohibitus mittere nuntium, vel epistolam, vide Ias. plene in l. 1. in princ. in 2. no. ff. de verb. obli. Vbi etiam, an doctor prohibitus allegare, prohibeatur mittere allegationes scriptas. Sed an cum excommunicato com-
3 municans nutu, † puta quia forsan est mutus, vel fraudolenter omittit loqui, vel etiam communicat signis, ut aliqui religiosi faciunt, dicatur communicare verbo. Dico quod sic. Non enim refert qualitercunque quis alii exprimat suum animum, ff. de legat. 3. l. nutu. no. 11. q. 3. c. quoniam multos. ita soluit Zabar. in clem. si summus, in fi. de sent. excom.

4 Sed an dicatur loqui, qui † explicat sermonem suum per interpositam personam, Gemin. per tex. in cap. fin. distin. 8. respondet, quod sic, vbi addit, quòd exprimens verba contractus matrimonii per alium, dicitur per se expressisse. Et hæc nota, quia faciunt, quando esset lata excommunicatio contra alloquentes cũ Monialibus, vel quando à Prælato esset inhibitum sub peccato mort. vel eadem pœna, vt nemo possit loqui cum tali.]

5 Secundo † Aue negatur, idest salutare eos, nec si nos prius salutent, resalutare licet, d. c. excommunicatos, & cap. cum excommunicato. Quinimmo in casibus particularibus, in quibus licitè cum excõmunicato participatur, de quibus infra, non est solita salutatione in loquendo, vel scribendo vtẽdum, sed dicendum est, Deus te conuertat, vel in epistola loco salutationis scribi potest, Spiritum consilii sanioris. Licet etiam salutanti assurgere, vel caput inclinare, vel aperire sine scrupulo, non animo communicandi, sed euitandi scandala, vel humanitatis officio: cum pœnæ sint restringendæ, & non ampliandæ, cap. odia, de reg. iur. lib. 6. Sotus in 4. sent. distin. 22. q. 1. art. 4. colum. 9. vers. Interdicitur, Ang. in ver. excommunicatio, D. Anto. tit. 25. cap. 2. in 3. par. sum.

6 Tertio, communio † negatur, ita vt non liceat in aliquo temporali negocio cum excommunicato cõmunicare, Sylu. in ver. excommunicatio, 5. num. 3. Ita vt nec ab eo emere, nec vendere liceat, nec locare, nec conducere; neque matrimonium contrahere, sed neque ad Papam simul cum eo ire, Innoc. in cap. nuper, tit. nostro, num. 4. Archid. in cap. excommunicatos, 11. q. 3.

7 Quarto † inhibetur communio in diuinis: Sed quia hac contrahitur peccatum mortale, ideo de hoc infra. Vltimo inhibetur mensa, idest comestio in mensa, & quies in eodem lecto, & cohabitatio, cap. ad mensam, 11. q. 3. Haud enim cum excõmunicato licet in eadem mensa edere, aut bibere: si autem in eodem cubiculo non excommunicatus in vna mensa comedat, & excommunicatus in altera, non dicitur cum illo communicare. [Et ratio est, quia in primo casu comedere in eadem mensa, vel in eodẽ lecto iacere, non potest esse sine voluntaria communione: sed in alio casu suo iure vtitur, extra de sent. excommu. cap. si verè. & non obstat tex. in cap. omnis qui, 24. q. 1. vbi videtur, quod nec in eadem domo debeat esse secum: quia illud fuit de superabundanti iustitia. Præterea aliud est dimittere delitias propter præsentiam excommunicati, quod est bonum, & ita loquitur tex. in d. cap. omnis, qui. & aliud dimittere ius suum, quod non est bonum, Innoc. in d. cap. nuper, Archid. in c. excommunicatos, 11. q. 3.] Sed quid si excommunicatus superueniat mensæ, in qua non excommunicatus manducat, quid faciet? Respon. surgat. Quod procedit etiam si esset excommuni-

municatus occultus: dummodo sine nota illius possit eum declinare, Syluest. in ver. excommunicatio, 3. num. 3. vers. 5. quamuis non surgendo haud peccat propter Conf. Const.

8 Pariter † si sunt plures socii in eadem domo cohabitantes, si quis eorũ est nominatim excommunicatus; potest à sociis expelli: quod si hoc fieri non potest absque scandalo, & incommodo, nec alii sine incommodo recedere, tunc ad euitãdam minorem excommunicationem sufficit simul non comedere, nec simul dormire, licet in eodem cubiculo habitent, Innoc. in cap. nuper, de senten. excommun. Turrecre. in cap. excommunicatos, 11. q. 3.

9 Sed nunquid † cum licentia Episcopi aliqua ex causa licitum sit participare cũ excommunicato? & videtur quod sic; quia cum ab ipso Episcopo sit excommunicatus, videtur quod possit ab eo licẽtia impartiri cum excommunicato communicandi. Contrarium tamen uerius est. [Et sic nota, quòd priuilegiatus ab Epi-

10 scopo † debet vitare excõmunicatum, argum. tex. in cap. nulli, de sent. excom. qui loquitur de priuilegio Apostolico, quod est maius. quare si illud, de quo magis videtur inesse, & nõ inest, nec id, de quo minus, 6. q. 1. cap. imitare. 8. q. 1. cap. si ergo. Quinimmo etiã priuilegia-

11 tus per † Papã priuilegio generali, quòd omnibus excommunicatis licitum sit cõmunicare: sine causa nõ excusatur. Hoc enim est contra Apostolum, qui dicit: Si quis frater nominatur inter vos fornicator, cum huiusmodi nec cibum sumere debetis, 2. q. 1. multi. 2. Io. 1. & 24. q. 1. cap. omnis qui. Ita in specie dixit Innoc. in d. cap. nulli. & rationem ponit Henricus ibi, num. 3. quòd ius non potest Papa destruere, licet ipsum ex causa possit modificare, & declarare, argum. 15. dist. sicut sancti Euangelii. 25. q. 2. capit. si ea destruerem. Verum speciale priuilegiũ à Papa, vt possint communicare cum excommunicatis cum causa, multi habent & in certis causis propter diuersas causas, cap. cum voluntate, quod in dubiis de sent. excommunic. 11. q. 3. cap. quoniam multos. Vbi patet, quòd multi licitè communicant cum excõmunicatis vigore priuilegii Apostolici, vt filii, vxores, seruientes in domo. Ita Innoc. Abb. & Henr. in d. c. nulli. igitur ad Episcopũ deueniendo,] etiam si ipsemet excommunicans participauerit, ligatur sententia excommunicationis etiam à se lata: quia hæc sententia est iuris, ut qui cum excommunicato communicauerit, incurrat excommunicationem minorem, secus si esset sententia hominis: quia seipsum ligare non posset, Abb. in cap. nuper, num. 10. tit. nostro, vide etiam glos. & Ioan. Andr. in cap. statuimus, eod. tit. Archi. in cap. si is, qui preest, 9. quæst. 3.

12 [Solus tamen Papa † communicãs cum excommunicato, licèt per prius non tollat excommunicationem, non incidit in excommunicationem, glos. in cap. nulli, ubi Abb. de sent. excommunic. Gemin. in capit. excommunicatos, 11. q. 3. Ioan. de Li. in clem. si summus, de senten. excommunic. & ratio est, quia excommunicatio, quæ contrahitur ex participatione, est iuris positiui, quo Papa non ligatur, cap. proposuit, de concess. præb. nam tanta est potestas Papę circa ius positiuũ, ut si tollat constitutionem promulgantem excommunicationem, & uult eam haberi pro infecta, excommunicati uigore illius constitutionis non indigent absolutione, gl. in clem. 1. de immu. eccl. Abb. in d. cap. nulli, in fi.] Hæc tamen omnia, quæ diximus de illis tantum duabus speciebus excommunicatorum intelliguntur, de quibus in Conc. Constan. Verumtamen quia huiusmodi cõmuniones, quia non fiunt in re graui, non sunt mortalia, sed uenialia peccata. Tenemur ergo sub pœna peccati uenialis non solum excommunicati consortium, sed etiam seruorum, & filiorum eius, quando nomine suo aliquid nobiscum uellent, secus si nomine proprio, Sylu. in uerbo, excommunicatio, 5. nu. 12. & seq. & 16.

Quam-

13 Quamuis ipse † excōmunicatus multo fortius tenetur vitare cōsortium aliorum, Abb. in cap. illud, nume. 6. de cler. excommunic. mini. quia cęteris paribus plus peccat excōmunicatus, qui causam dedit excommunicationi, & à communione exclusus est, quàm alii, qui solum in odium excommunicati excluduntur ab eius consortio, Sotus distinct. 22. q. 1. art. 4. colum. 5. Immo nec excommunicatus cum aliis excommunicatis potest communicare licitè, quia delictum non debet delinquenti pręstare immunitatem, Abb. in cap. nulli, num. 3. tit. nostro. Et hęc circa priuationem commertii exterioris fidelium, quod illo versiculo citato continetur. Os, Orare, Vale, &c. Nunc restat, vt subiiciamus, quando participare cum excommunicatis sit peccatum mortale.

14 In quatuor casibus † communicare cum excommunicatis est peccatum mortale, præter quos in nullo alio est, nisi veniale. Primus est, quando participatur cum excommunicato in diuinis. Et ut ab oratione incipiamus, multa inhibentur.

15 Et primo. Nullus ministrorum † Ecclesiæ in orationibus communibus potest orare pro excommunicatis excommunicatione maiori, secundum Conc. Constan. atque id facere esset peccatum mortale, Sotus in 4. sent. distinc. 22. q. 1. artic. 4. colum. 7. Potest tamen sacerdos etiam vt persona publica secretè orare, aut sacrificium applicare illi excommunicato, quem mortalis criminis iam pœnituit, & diligenter absolutionem impetrare curauit, licèt non sit absolutus: ratio est, quia talis excommunicatus non est exclusus ab Ecclesiæ suffragiis, ita Hosti. commu. receptus, in cap. cum uoluntate, titu. nostro. Quod idem dicendum est de excommunicato nulliter, aut inualidè, vel etiā validè, sed ex iniusta causa, Nauar. cap. 27. num. 20. & 36. Aut de excommunicato nondum denunciato, nec notorio, per extra. ad euitanda, quæ concedit posse participare etiam in diuinis cum excommunicatis nondum denunciatis, nec manifestis, nisi sint percussores clericorum adeo manifesti, vt nulla possint tergiuersatione cęlari. Et hoc etiam si essent specialiter, ac nominatim excommunicati, puta ob contumaciam non comparendi, aut non parendi, Nauar. cap. 27. num. 33. not. 1. & num. 93. in fi. & 36. vers. ad primum, quem sequitur Antonutius in Cathe. Neap. lib. 5. c. 14. vers. 6. scias.

16 Secundo prohibetur † Missam celebrare, vel diuina officia recitare coram excommunicato, quare si sacerdote celebrante, aut dum recitarentur horæ, excommunicatus Ecclesiam ingrederetur ad orandum, vel per ipsius ianuam Missam audiret, tunc sacerdos debet cessare, atque ab Ecclesia exire, si non fuisset cęptus canon, idest. Qui pridie, &c. ita Ancha. in clem. grauis, ubi Card. 12. not. de sent. excommu. vel debet excommunicatus expelli, sine tamen scandalo, & percussione. at si canon, vel consecratio cępta fuerit, & nollet egredi, deberet prosequi vsque ad sumptionem, ne officiū maneat imperfectum, per regulam tex. in cap. nihil, 7. q. 1. & ita intelligenda est glo. in cap. sicut, 11. q. 3. ita Hosti. quem sequitur Henricus in c. nuper, de sent. excommu. num. 11. Si vero non celebratur Missa, sed recitantur diuina officia, tunc sacerdos statim exire debet: quia ipse illa alibi finire potest, secundum Inno. Hosti. Ioan. And. & Abb. in d. c. nuper. Sylu. in ver. excommunicatio, 5. num. 3. Nauar. uero c. 27. num. 34. dicit hoc non procedere, quādo excommunicatus ingrederetur Ecclesiam, ibique genua flecteret, atque diceret aliquam orationem particularem: sed si sacerdos sciens † celebrare coram excommunicato, spontè celebraret, peccaret mortaliter, non tamen irregularitatem incurreret, tex. optimus in cap. is qui, de sent. excommun. lib. 6. Turrecre. in c. excommunicatos, 11. q. 3. [Et ratio est, quia perinde habetur, ac si communicaret cum excommunicato in oratione, qui tantum minori

17

excom-

excommunicatione est ligatus, c. excommunicatos, 11. quæst. 3. & de isto constat, quod non est irregularis, extra de cler. excomm. mini. cap. si celebrat. tum etiam, quia cum irregularitas non incurratur nisi in casibus à iure expressis, cap. is qui, de sent. excommu. lib. 6. & de celebrantibus coram excōicatis non sit statutum, quod sint irregulares, ergo non debent haberi pro irregularibus, secundum Innoc. qui ita not. extra de excess. præla. c. ultimo, num. 5. circa finem. Archid. in cap. excommunicatos. limita tamen, nisi celebraret coram diacono excommunicato ministrante, quia tunc esset irregularis: nam in crimine participaret, vt no. dicit Calder. in tract. de cler. interd. vers. 2. casu. Item limita, quòd nō incurrit pœnam irregularitatis, immediatè tamen incurreret pœnam suspensionis, cap. Episcoporum, de priuil. in 6. & si contra fecerit, vt quia non obstante suspensione celebrauit, irregularis esset, d. c. is qui, not. per gl. in d. c. Episcoporum, Calder. cons. 4. de sent. excommu. sacerdos parochialis.]

18 Tertio prohibetur laicis, ne ab excommunicatis sacra audiant.

Quarto, vetatur laicis interesse diuinis cum excommunicatis. Præterea neque clerici alternatim cum excommunicatis possunt recitare horas Ecclesiæ. Et quodcunque istorum scilicet ab illis audire, illisq; dicere sacra, & cum illis interesse sacris, esset peccatum mortale, vt patet per Innoc. in cap. nuper, tit. nostro. Sotus in 4. sent. distin. 22. quæst. 1. artic. 4. colum. 7.

19 Quare † si non excommunicatus audit sacrum, vel videt excommunicatum ingredi Ecclesiam, quando dicitur officium, tenetur exire, 24. q. 1. cap. omnis consacerdos, Innoc. in d. c. nuper, num. 3. Archid. in cap. Episcoporum, de priuil. lib. 6. num. 2. Gemin. in cap. sicut, 11. q. 3. qui omnes vnanimiter dicunt, quod tam sacerdos, quàm non excommunicatus debent exire, nisi fortè cœpisset canonem Missæ: quia tunc non exhibunt, ne derelinquant officiū imperfectū, 7. q. 1. nihil. Hic autem quis forte interroget, an communicare cum excommunicato dicatur, si excommunicatus, & non excommunicatus sint in eadem Ecclesia, & seorsum orent priuatim, quando officia nō celebrantur? Dic quod non: nam

20 ingressus † Ecclesiæ ad orandum non est excommunicatis prohibitus: communiter enim receptum est, excōmunicatum posse absque ulla culpa Ecclesiam ingredi causa orandi eo tempore, quo diuina officia non celebrantur, Couar. in cap. alma mater, §. 3. num. 7. contra Abb. quem Fely. sequitur, in cap. responso, nume. 2. tit. nostro. causas tamen, quare vocaliter oretur, ponit Astens. lib. 5. tit. de oratione, per totum, quæ his versibus continentur. Collige sex causas, quare uocaliter oras, Vt torpor cedat, mentis deuotio crescat, Vt cor mundetur, & proximus ædificetur: Lingua laudetur opifex, dæmonque fugetur. Licitum est etiam excommunicato adorare sacramentum, quando infirmis defertur. Item recitare horas canonicas, genuflectere, aqua aspergi benedicta, & similia facere, extra tamen Ecclesiam in eius angulo, & solus. Et iterum potest in Ecclesia interesse ad audiendam prædicationem, vel lectionem etiam de Theologia, [cap. responso, extra de sent. excommun. Innoc. in d. c. nuper, Sylu. in ver. excommunicatio, 5. num. 2.

An vero tempore, quo celebrentur di-
21 uina, † excommunicati excommunicatione maiori, vel interdicti, aut suspensi ab ingressu Ecclesiæ peccent ingrediendo? Archid. in cap. uir cum propria, 33. q. 4. Gemi. in cap. perlectis, distin. 25. Francus in cap. is cui, de sent. excommu. in 6. dicunt quod sic. Sed quid de excommunicato excommunicatione minori, num
22 peccet † intrando Ecclesiam, vt audiat diuina, vel Missam? Dic quod non, cum non sit prohibitus à communione fidelium, sed tantum à perceptione sacramētorum, de except. cap. à nobis, cap. fin. de cler. excommun. mini. Franc. qui supra,

num.

num.2. Non tamen secundum Archid. ubi supra, debet recipere pacem cũ aliis post Agnus Dei: quia osculum illud succedit loco communionis Eucharistiæ. Sed an infidelibus sit interdictus Ecclesiæ ingressus. tex. in cap. cleros, distinct. 21. probat, quod sic, dum dicit, quod hostiarii fideles recipiunt, & respuunt infideles: quod tamen est intelligendum, vt notatur per glo. in cap. Iudęi, de consecr. distinc. 4. quia infideles, qui parati sunt reprehendi, non prohibentur intrare Ecclesiam, vt 43. distinct. cap. in mandatis. alii uero omnino prohibentur, ita Gemin. in d. cap. cleros.

23 Quinto uetatur † fieri officium mortuorum pro excommunicato, cap. sacris, de sent. excommun. dati ei Ecclesiastica sepultura, clem. eos, de sepul.] nec etiam licitum est ire in processionibus, vel in letaniis cum excommunicato etiã à longe per multum loci spatiũ, Caiet. in vér. excommunicatio, in fi. de participatione cum excommunicato.

Sed præter hanc participationem in diuinis, propter quam & minor excommunicatio, & peccatum mortale contrahitur, adest & altera, propter quam non solum mortalis culpa contrahitur, sed etiam excommunicatio maior, videlicet, quando cõmunicans sit clericus, ita tex. in cap. significauit, tit. nostro. Vbi inquit ibi Abbas, quòd quinque cõcurrere de-

24 bent, † vt communicans incurrat excõmunicationem maiorem.

Primo, vt sit clericus.

Secundo, quòd communicet cum excommunicato, sciens illum esse excommunicatum à Papa.

Tertio, quòd sit excommunicatus à summo Pontifice iudicialiter, & nominatim, ita ut non sit satis esse ab eo excommunicatum sententia canonis generalis, prętérquam quòd hodie requiritur denunciatio per Conc. Const.

Quarto, quòd sponte, idest nulla coactione, vel metu, etiam leui, & iniusto, quod est verum solummodo tantum in foro conscientiæ, si talis fuit metus, qui fuit causa, sine qua non fuisset communicatum; secus quo ad forum exterius; in quo requiritur metus iustus: nam satis sponte fieri dicitur, quod sine illo fit, quamuis interueniat aliquis metus leuis: licet Caiet. in ver. excommunicatio, casu 58. indistinctè dicat quemlibet metum excusare. quod licèt verum sit quò ad censuram, non tamen quò ad peccatum mortale, c. sacris, de his, quæ vi.

25 Quinto, quòd hæc communio † sit in diuinis, nempe in sacramentis administrandis, & percipiendis, atque in diuinis officiis, quæ publico nomine, & officio celebrantur, quales sunt missæ, horæ canonicæ, quas canunt ministri nomine ipsius, qualis est consecratio altaris, virginum, aut Eccesiæ, benedictio solemnis Episcopi, aquæ benedictæ, & officia defunctorum, & sepulturarum.

26 Qui uero communicaret † cum excommunicato in priuatis horis dicendis, quæ excommunicatus priuatè, & solus dicere debet, iuxta glo. in cap. 2. vers. officia, de cler. excommun. mini. tex. in cap. si quis Episcopus, in Concilio. vers. sicut prius, 11. quæst. 3. absque Dominus vobiscum, fortasse non mortaliter, sed uenialiter peccaret: quia conclusio Doctorum, qui autumant mortale peccatũ committi, si quis communicat cum excõmunicato in diuinis, intelligenda est in sacramentis, in diuinis officiis, quæ solemniter, & publico nomine in Ecclesiis celebrantur, & in Ecclesiastica sepultura, Couar. in cap. alma mater, §. 3. num. 8. Nauar. cap. 27. num. 36. vers. ad quintum. Nam si quis publicè sepeliret excommunicatum, incideret in maiorem excommunicationem, clem. eos, de sepul. sic etiam si hæreticum, cap. quicunque, de hæret. lib. 6. Sylu. in uer. excommunicatio, 5. nu. 6. vers. 3.

27 Secundus casus est, † cum participatur cum excommunicato in crimine criminoso, nempe pro eo crimine, pro quo lata est excommunicatio, cap. si concubinæ, tit. nostro. & sic pro crimine damnato,

nato,cap.ſtatuimus, de ſent.excommun. libro ſexto. Etenim participare cum tali excommunicato nõ ſolum eſt peccatum mortale,verum per eam contrahitur excommunicatio, Sotus in 4.ſent.diſtinct. 22.quęſt.1. artic. 4. tertia, & quarta con cluſione, quod quidem intelligitur duobus concurrentibus.

Primum, vt communio fiat, poſtquã quis incidit in excommunicationẽ. nam licet quis alicui conſuleret,ut furtum faceret, & poſtea nõ excommunicaretur, niſi qui furtum fecit, qui conſuluit, non eſt excommunicatus, niſi poſtea ei conſuluerit, ut non reſtituat.

Secundum,quod requiritur eſt,vt cõmunio fiat in eodem crimine, & non in alio. Videlicet ſi quis excommunicatus eſt propter adulterium, quia detinebat adulteram, quicunque fauore, aut auxilio, uel conſilio eum iuuerit, ne eam expellat, in eodẽ crimine peccat: ſed ſi participat cum alio crimine cum illo, nõn eſt excommunicatus.

28 Adultera † vero pariter eſt excommunicata, ſi ei perſuaſerit ne ſe relinquat, Abbas in d. cap. ſi concubinæ, Syl͏ueſt. in uer. excommunicatio, 8. numero 10, verſ.1. Ab hac tamen excommunicatione is tantum abſoluit, qui poterat ab excommunicatione principali abſoluere. Et ſi dicta excommunicatio, qua cõmunicans in crimine afficitur, non ſit homi nis, ſed canonis, ut no. Innoc. & Panor. in c.nuper, tit.noſtro,& fatetur commu nem, Syl͏ueſt. & Couar. Hinc infertur, quòd cum dicta excommunicatio ſit iuris, participans ligatur, ſiue ſit intra territorium excommunicantis, ſiue extra, ſiue ſubditus,ſiue non. Quinimmo ligatur etiam ipſe excommunicans, ſi communicet,quia non ſua, ſed iuris authoritate ligatur, Syl͏ueſt. qui ſupra, num.11, uerſ. ex hoc.

29 Tertius caſus eſt,quando † excommu nicatio ſit in contemptum Eccleſiæ,nam tunc eſt peccatum mortale, tex. in capit. fin.ibi, dummodo non in contemptum, de cler.excommun.mini. Abb. in cap.1, colum.3. verſ. nota hoc dictum, de vita & hone.cler. & in cap.nam concupiſcen tiam,de conſtit.crimen enim veniale per contemptum mortale efficitur, ita gloſ. in cap.unum,§.nomine autem criminis, diſtinct.25.

Contemptus autem in hac re ſolum dicitur, quando quis pro nihilo forſan excommunicationem duceret, & Eccleſiæ authoritatem in hac parte. Non tamen contemptus eſſet, quando quis ita crebro cum excommunicato communicaret, ac ſi non eſſet excommunicatus, Sotus in 4.ſenten.diſtinct.22. quæſtio.1. art. quarto, tertia conclu. verſ.3. caſus, contra Abbatem in cap. ſacris, de his, quæ ui.

30 Quartus caſus eſt, ſi † ſententia lata eſſet contra participantes, qui ſunt excommunicati certis nominibus,vel officiis, verbi gratia: Nemo communicet cum Petro, aut Paulo, vel prætore. nam ſi ſententia diceret, ut nemo participaret cum excõmunicatis huius ciuitatis, ſententia eſſet nulla; quia hoc eſſet confuſionem parere, & laqueos timoratis con ſcientiis obtendere, Sotus in 4. ſenten. diſtinct.22.quæſt.1. articu.4. tertia conclu. verſ. 4. caſus, & quarta concluſio. Præterea, ut talis ſententia ſit legitima, oportet ut trina præcedat monitio, ideſt, quòd participantes prius admoneantur, ne communicent cum tali excommunicato,quàm excommunicentur,aliàs ſine illa, vel vna pro tribus cum aliquo dierum interuallo, ſententia eſſet nulla ipſo iure, ut no. glo. commu. recepta, in cap. conſtitutionem, tit.noſtro, lib.6. & in c. ſtatuimus,verſ.monitionem,& ver.non teneat,eo.tit.

31 Eſſet etiam † excommunicans per mẽ ſem ipſo facto ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpẽ ſus,ut in cap. primo,eodem titu. libro 6. & d.capit.ſtatuimus. Iſta tamen procedunt, quando excommunicans eſſet inferior à Papa: quia Papa poteſt excommunicare aliquem cum participantibus, & ita ligarentur eadem ſententia ab ipſo ſolo abſoluendi, capitulo,quòd in dubiis,

biis, titu. nostro. Limitantur etiam, ut hæc procedant, quando quis excommunicaret participantes cum excommunicato à seipso, ita Ioan. And. quem sequitur Abba. in d. cap. quod in dubiis. Secus autem si excommunicaret participantes cum excommunicato ab alio, vel à iure, nam tunc valeret sententia excommunicationis, quamuis participantes non essent moniti, vt si ita Episcopus ferret sententiam, Excommunico omnes participantes cum excommunicato ab Archiepiscopo, vel à Papa: tunc enim excommunicatio sine monitione licet sit iniusta, non tamen esset nulla. Abb. in d. cap. quod in dubiis, Sylue. in ver. excommunicatio, 2. nu. 1. vers. 9.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitatis ratio qualis vtentes excommunicatis excuset, & nu. 4.*
2 *Debitor excommunicati durãte excommunicatione excusatur à solutione etiam promissione iuramento firmata: limitatur, vt num. seq.*
4 *Societatis ratione ante excommunicationẽ contracta, vel hæreditatis delata licet participare cum excommunicato.*
5 *Aduocatus ratione officii potest excommunicato consulere, & de eius salute loqui.*
6 *Lex matrimonialis maritum, & vxorem excusat, si alter sit excommunicatus: & quo casu nec peti debitum, nec reddi possit, nu. seq.*
Maritus negligens vxorem auertere à contumacia, ex qua est excommunicata, peccat.
8 *Filius, seruus, & similes excusantur, si parentum, aut dominorum consuetudine vtantur: idem de rusticis, nutricibus, mercenariis.*
9 *Superiores non excusantur, si cum subditis excommunicatis agant.*
10 *Ignorantia, quæ nam excuset participantem cum excommunicato.*
Fama quo casu minimè probabilem ignorantiam efficiat.
11 *Dubitans, an quis sit excommunicatus, vel denunciatus, non tenetur eum publicè vitare.*
12 *Necessitas tã excommunicati, quàm communicantis cum eo, excusat communicantem.*
13 *Metus mortis, an & quando excuset communicantem cum excommunicato: & quare in temporalibus, nume. sequen. & 15.*
16 *Communio in diuinis cum excommunicato non excusat, quando fit in contemptum, secus citra contemptum, numero sequen.*

In quibus causis liceat cum excommunicato sine peccato communicare. Cap. XIII.

Plures sunt casus, in quibus licet sine peccato cum excommunicatis communicare, qui his versibus continentur. Humile, res ignorata, necesse, utile, lex. Hæc anathema faciunt, ne possit obesse, Sotus in 4. sent. distin. 22. q. 1. art. 4. Syluest. in ver. excommunicatio, 5. §. 4. Nauar. c. 17. nu. 26.

1 Primo excusat † vtilitas, idest, participans propter vtilitatem siue temporalẽ, siue spiritualem, siue propriam, siue excommunicati nominati, & denunciati, vel publici clerici percussoris. Dixi temporalem. Vt si excommunicatus mihi debet ex præuia conuentione seruitium aliquod, vel pecuniam, possum cum eo communicare, & in iudicio conuenire, aliàs ex suo delicto commodum reportaret, de iud. c. intelleximus, Abb. in c. si uere, in fi. tit. nostro. Non tamen sunt in hoc multum habenæ relaxandæ, Sylue. qui supra. Verum pro excommunicati vtilitate cum eo participare non licet.

2 Hinc si ego aliquid † excommunicato debeo, durante excõmunicatione excusor à solutione, siue dicta promissio fuerit facta ante excommunicationem, per

per cap.ne quis, 22.q.2. siue facta fuerit durante excommunicatione, etiam cum iuramento, nam tunc tale iuramentum illicitum fuit, si cogitauit soluere tempore excommunicationis, quia obligauit se ad peccatum, idest ad communionem iure prohibitam: vnde cum dictum iuramentum sit cõtra iuris dispositionem, est temerarium, & per consequens non seruandum. Hinc Canon. In malis promissis rescinde fidem. In turpi uoto muta propositum. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur, 22.q.4.cap.in malis, facit tex.in c.1.de iureiur.lib.6.

3 Hoc tamen limito, † nisi multum indigeret excommunicatus, quia tũc cum licitè dare possumus eleemosynam causa humanitatis, vt in cap.quoniam, 11.q.3. multo fortius reddendum est ei debitũ, Abb.in cap.veritatis, num.40. de dolo, & contum. Igitur excepto casu extremę necessitatis debet debitor secundum cõmunem opinionem in aliquo tuto loco deponere rem debitam, Abb.in c. inter alia, tit.nostro, Sylu.in ver.excommunicatio.5.num.21.

4 Si vero † societatem aliquam cum excommunicato contraxi, vel aliis successi, & tunc in primo casu non debeo uti illa societate: quia deliqui contrahendo secum. At in secundo casu sic, quia ego non sum in culpa, & societas habuit originem ante excommunicationem, licèt ego successerim in ius alterius tempore excommunicationis, & intelligo prædicta quando damnum mihi contingeret, secus si damnum contingeret excõmunicato: quia non teneor sibi communicare in fauorem suum, 15.q.6.cap. nos sanctorum, cap.ueritatis, de dolo, & contum. Abb.in d.cap.si verè, qui etiam inquit, quòd in primo casu valet contractus societatis, sicut & alii contractus, qui & si cum excommunicatis fieri nõ debeant, tamen si fiunt, licèt sit peccatum, valent, Syluest.qui supra, num. 17. in fi. Dixi utilitatem spiritualem. Vt si est nominatim excommunicatus religiosus, & denunciatus, vel clericus, à quo debeo ego habere bonum consilium pro mea salute, possum cum eo loqui. Eodemque modo aduocatus, vel medicus nominatim excommunicatus, aut publicus clerici percussor potest clienti, vel ægroto consilium præbere, aut medicamen præstare, Fely.in c.1.de iudi.

Dixi etiam propriam, scilicet excom-
5 municati. Vnde potest Aduocatus † dare cõsilium clienti excommunicato, aut publico clerici percussori, Abb.in c. proposuit, de cler.excomm.mini. [qui quæstioni illi, nunquid aduocatus pro excõmunicato incidat in excommunicationem? sic concludit post Hosti. quod aut extra iudicium sibi communicat, & in non pertinentibus ad defensionem, & incidit in excommunicationem: quia ille casus non reperitur à iure permissus, & ita potest procedere tex. in c. proposuit, de cler.excommu. mini. Aut exercet officium aduocationis in iudicio ad defensionem excommunicati, & tunc si aduocatus fouet iustam causam, nullum peccatum incurrit: quia ex quo permittitur defensio, permittuntur & omnia illa, sine quibus defensio esse non potest, vt not.in cap.intelleximus, de iudic. Aut scit fouere iniustam causam, & tunc incidit in excommnnicationem, & si defendit eum in crimine super quo est excommunicatus, & tunc incidit in excommunicationé majorem: quia participat criminoso in crimine, cap. si concubinæ, de sent.excommun. Aut defendat in alia causa, licèt iniustè, & tunc incidit in minorem, vt in cap.nuper, eod. titu.] potest etiam cum eo loqui de spectãtibus ad salutem animæ, illum exhortando ad petendam absolutionem, licèt alia verba misceantur incidenter, capit. responso, cap.cum voluntate, tit.nostro, cap. cum excommunicato, 11. quæst. 3. verbi gratia, dicendo verba lenia, & ostendendo signa dilectionis, quam erga ipsum, & genus suum habuit, quid facit, qualiter agit, & quærere de uxore, & filiis, & consimilia, ut facilius ei credat, facit tex.in l.quæ extrinsecus, ff.de verb.

oblig. Henr. in d.c. cum uoluntate, num. 10. modo id fiat sincere absque simulatione: nam si quis loquatur cum excommunicato, sciens nihil id colloquium ad salutem conducturum simulatione quadam, potius quàm animo fraternę correctionis, & dilectionis, seipsum decipit, neque pęnam à iure statutam euadit, Couar. in d.c. alma mater, §. 1. in fi.

6 Secundo † excusat lex matrimonialis, vnde vxor ab excommunicato debitum petere, & excommunicatus ei reddere debet, sed non petere, glo. in d. cap. quoniam, 11. quæst. 3. & pari ratione maritus, cum vxore excommunicata cômunicare potest, contra glo. in d. cap. quoniam, quam sequitur Sylue. & Rosella, & ratio est à societate, & communione deducta. Sicut enim socius potest communicare cum socio excommunicato, glo. in cap. primo. distinc. 41. cui similis est glo. penul. in cap. si vere, titu. nostro. Sic & maritus iure societatis coniugalis poterit communicare cum vxore excômunicata. Quod & Turrecre. in d. cap. quoniam, probat: tum etiam, quia uir, & uxor non ad imparia iudicantur, c. gaudemus, §. sanè, de diuorr. Et eadem fide superior inferiori est astrictus, qua inferior superiori, 22. quæst. 5. cap. de forma. Sed si maritus neglexerit uxorem iure maritali corrigere, & auertere ab illa contumacia, cuius causa fuit excommunicata, grauiter peccaret, cum uiris fœminas subditas esse, & penè famulas lex esse voluit. 33. quęst. 5. cap. hæc imago. Ideoque imputatur marito, cum possit cogere vxorem ad absolutioné petendam, & non facit, argum. 7. quæst. 1. cap. sicut, 33. quęst. 2. cap. placuit, de sen. ex comm. cap. quantæ. Couar. §. 1. num. 8. contra Sylu. in uer. excommunicatio, 5. num. 4. vers. secundo, & cæteros tenentes con-

7 trarium. At si † excommunicatio lata esset in causa matrimoniali, quia erat lis, an erat legitimè côtractum, & ideo erat per Ecclesiam inter maritum, & uxorem carnale commertium interdictum, & nihilominus maritus cognoscebat uxoré, quare fuit vir excommunicatus, & tûc mulier carnali commertio consentiens eadem sententia inuolueretur, d. cap. si concubinæ. Sotus in 4. senten. distin. 22. q. 1. art. 4. quarta conclu.

8 Tertio excusat † humile, seu humilitas, hoc est, qui sunt in humilitate subiectionis, aut seruitutis. Hinc filii, qui sunt in potestate patris, vel etiam emancipati, modo sint commensales patris, vel ab eo recipiétes necessaria, serui, qui ante sentétiam excommunicationis, vel post sententiam ignorantes excommunicationem, se obligauerint ad seruiendum, & discedere postea non possunt absque suo damno, excusantur. Item rustici colentes terras, nutrices, mercenarii possunt cum parentibus, & dominis communicare sine metu, quòd incurrât excommunicationem minorem, d. cap. quoniam, cap. quod in dubiis, cap. inter alia, titu. nostro. Idem dicendum est de subditis respectu prælatorum, & de clericis cum Episcopo, Sylu. in ver. excômunicatio, 5. nu. 4.

9 Econtra autem † superiores, siue pater, siue dominus tenentur inferiores excommunicatos euitare, secundû glo. communiter receptam, in d. capit. quoniam multos, nisi ex capite vtilitatis excusarentur, Nauar. cap. 27. num. 26. Vel etiam possunt cômunicare in iis, ad quæ sunt obligati, quantum scilicet requirit paternalis, aut dominatiua gubernatio, Sylu. in ver. excommunicatio, 5. num. 17. [Sed quid de mercennariis. Nunquid si mercennarii mei excommunicati sunt, teneor ipsos vitare? Dic, quod sic, si sine magno damno meo vitare possum: aliàs licite eis communicabo, quia non debet quis ex dolo suo commodû reportare, ff. de dolo, l. 1. ff. de donat. inter virum, & vxorem, l. 3. & nemo ex improbitate sua debet consequi actionem, ff. de furt. l. itaque fullo. Nec debet esse melior conditio stulti, quam periti, ff. quod vi, aut clam. l. Seruius. Hæc Hosti. titu. de senten. excommun. in sum. vers. humile. Sed quid si excommunicatione durante

durante finitur subiectio, verbi gratia, an possit mercenarius finito suo tẽpore reincipere annum cum excommunicato? Dic quod non, vnde debet cessare communio, nisi articulus necessitatis immineat, cap. inter alia, in fi. de sent. excommun. ita Henric. post Goffre. & Host. in d. c. inter alia.]

10 Quarto excusat † res ignorata, idest, ignorantia, quando est facti probabilis. Dicitur autem quis ignorare factũ, quando non constat ei, quòd hic tale quid fecerit, puta quòd verberauerit clericum, nec est fama ita publica, vt credere debeat omnino, quia si ab aduersario audit, vel ab homine leuis conditionis, non debet sibi de hoc formare conscientiam, 1. quæst. 5. c. non solum. Verum si ignorantia facti non esset probabilis: puta, quia aliquis audiuit per famam publicã, vel à fide dignis aliquem esse excommunicatum, tunc vitare tenetur in occulto, & in publico, argum. tex. in cap. illud, de cler. excommu. mini. quod intelligitur, quando fama volaret esse nominatum, & denunciatum, vel ita notoriè percussorem clerici, ut nulla possit tergiuersatione celari, aliàs non sufficeret fama publica, quòd esset excommunicatus, ut supra, cap. 10. diximus.
11 At † si dubitaret aliquem esse excommnnicatum, & denunciatum, non teneretur eum vitare coram aliis, quia inferret illi iniuriam, Nauar. cap. 27. num. 27. [Sed quid si audiui publicare aliquem excommunicatum, vel uidi incidere in canonem publicè, & postea non video eum vsque ad annum, vel biennium, nunquid teneor ego eum vitare, donec constet mihi de absolutione eius. Et respon. Host. quod si est, uel credatur esse homo timoratæ, seu integræ conscientiæ, nec immemor suæ salutis, & maximè si eo tempore quo cõstitit mihi de excommunicatione seruabat sententiam, modo autem nõ seruat, possum probabiliter credere, quod sit absolutus, & ei communicare. Si autem prauus, & discolus erat, nec seruauit sententiam, credit Hosti. ipsum esse uitandum donec probabiliter præsumitur de eius absolutione, ita etiam sequitur Henricus in capit. cum desideres, num. 6. de senten. excommunic.] sic etiam excusat ignorantia, quando esset iuris dubii, cap. cum desideres, primo respon. tit. nostro, per notata in cap. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. secus autem si ignoraret quis ius clarum, verbi gratia, quod Ecclesiam succendens sit excommunicatus, Sylue. in ver. excommunicatio, 5. num. 4. nisi essent pueri nondum doli capaces, mulieres, milites, & rustici, Zabar. in clem. 1. de consan. & affin.

12 Quinto excusat † necesse, siue necessitas tam excommunicati, quam participantis. Hinc orator, i. vadens, causa orandi, peregrinus, aut viator, & similes in necessitate constituti licite necessaria recipere possunt ab excommunicatis, capitu. si vere, titu. nostro, cap. quoniam, 11. quæst. 3. Hinc etiam si plures sint socij in eodem cubiculo, quorum unus est publicus clerici percussor, & adest vnum cubile, vnaque mensa, quæ est ipsius excommunicati, licet aliis sociis cum eo participare necessitate durante, Nauar. cap. 27. num. 26. Sylu. in uer. excommunicatio, 5. Dicitur etiam necessitas, quando immineret periculum probabile mortis in non participando cum excommunicato, aut publico clerici percussore, vel quæ illa sit, æstimatur arbitrio boni uiri, Sylu. ibi, nu. 5. in fi.

13 Metus † autem, & coactio ab excommunicatione non excusat, cap. sacris, de his, quæ ui. ratio est, quia metus conditionalis, aut vis, quæ conditionem habet, particeps est nostræ uoluntatis, & voluntatem quamuis coactam nobis dimittit: excusaret tamen, si esset præcisa coactio. Præcisam autem dicimus, quando in nobis non est voluntas resistendi, uel vtrum agamus, uel non agamus, etiã si uelimus mortem pati potius, quã agere, nec in nullo nobis est voluntas.

14 Præterea metus † etiam excusaret, si quis cum excommunicato communicaret in temporalibus, & humanis propter me-

metum, & mortis periculum, vel etiam si cum periculo mortis excommunicaret in diuinis, Sylu. in ver. excommunicatio, 5. q. 4. quamuis in foro conscientiæ metus ille non fuisset iustus, fuisset tamen causa, sine qua non fuisset communicatum, quia talis metus quo ad illum forum excusaret, Nauar. capitu. 27. nume. 93.

15 Ratio † autem, quare metus mortis in temporalibus excuset, ea est, quia non est verisimile legem pontificiam, quæ in humanis, & temporalibus cum excommunicato communionem vetuit, voluisse obligare quemquam ad uitandum excommunicatum cum periculo mortis: cum ius pontificium ex leuioribus causis communionem cum excommunicatis permiserit, nempe iure patriæ potestatis, & cohabitationis coniugalis, & familiaritatis, cap. quoniam multos, 11. quæst. 3. Sic etiam circa communionem cum excommunicato in diuinis eadem ratio militabit, nisi communio contingeret scienter propter metum, qui cadere debet in constantem virum, in crimine criminoso, & ita intellexerunt Tan. & Aegi. cap. sacris. Et istum intellectum recitat ibi Innocen. vel in contemptum. Et sic potest etiam intelligi d. cap. sacris,

16 verbi gratia. Hæreticus † Ecclesiasticam censuram contemnens in vilipendium Ecclesiasticæ disciplinæ, cõminatur mortem alicui, nisi cum eo in diuinis participet, profecto mortem potius debet ille pati, quàm cum eo ita communicare. Sic si quis in odium fidei ad conuincendam fidem nostram nullius esse momẽti, vellet aliquem cogere, ut ieiunium frangeret, aut festum, potius quis debet mori, quàm frangere.

17 Sed † si quis, puta, dominus seruo præciperet, vt frangeret festum, & hoc propter lucrum, vel pater filio ieiunium, ne forte infirmetur, nullam seruus, vel filius frangendo contraheret culpam, sed noxa redundaret in præcipientes. Vel si tyrannus metu sacerdotem cogeret, ut coram ipso celebraret Missarum solemnia, non in contemptum religionis, nec in vilipendium fidei absque vlla hæresis labe, sacerdos celebrando nequaquam peccaret mortaliter, nec minori excommunicatione affectus esset, Nauar. in c. inter verba, 11. quæst. 3. & in Manua. c. 27. nu. 36.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdoti in mortali existenti facta confessio valet, secus facta excommunicato.*

2 *Absolutio facta ab excommunicato, reiteranda, an sit.*

3 *Excommunicatus ratione publici officii, nõ potest, neque conferre, neque recipere beneficia, nisi obtinuerit beneficium cum clausula, teq; absoluentes.*

4 *Excommunicatus, annum persistens in excommunicatione, fit de hæresi suspectus.*

5 *Elapso anno contumax comparens, an sit audiendus ad effugiendum bonorum confiscationem, & pœnas corporis.*

6 *Excommunicatum per annum in contumacia perseuerantem haberi pro conuicto, qualiter intelligendum, nu. sequen. & 9.*

8 *Fructus, quibus excommunicatus priuatur, quibus augeantur.*

10 *Excommunicatus ante annum celebrans priuari potest beneficio, & fructibus.*

11 *Excommunicatus omnibus suffragiis Ecclesiæ spoliatur, & dicitur possideri à diabolo, fallit, vt nu. seq.*

13 *Excommunicatus licet ordinis characterem recipiat, ordinem tamen sine irregularitate exercere non potest.*

14 *Excommunicatus omni actu iuridico, & publico, & communi priuatur, & facultate ducendi vxorem, nu. seq.*

16 *Excommunicatus ex causa hæresis testari non potest, secus ex aliis causis.*

17 *Excommunicatus, ab officiis diuinis faciendis, vel audiendis arcetur, & nulla Ecclesiastica sepultura donatur.*

18 *Excommunicatus quo casu fiat infamis, & liberetur à præstanda obedientia.*

De

De effectibus excommunicationis maioris. Cap. XIIII.

PRæterquam quòd priuantur excommunicati excommunicatione maiori, commercio fideliũ exteriori, quod illo versiculo continetur: Os, Orare, &c. atque etiam communione in diuinis, sicut supra diximus, cap. 12. plures sunt eiusdem excommunicationis maioris ef
1 fectus; quorum primus est, quòd & † si sacerdos mortali crimine affectus etiam publico non sit priuatus nec potestate ordinis, nec iurisdictionis, quare confessio tali sacerdoti facta nõ est iteranda, tamẽ secus dicimus de sacerdote excommunicato secundum constitutionem Const. talis enim caret potestate iurisdictionis ad præstandam sacramentalem absolu-
2 tionem. Hinc colligitur, † absolutionem præstitam á sacerdote potestatem habente generaliter excommunicato ab Ecclesia tolerato, vel etiam nominatim excõmunicato, non tamen denunciato, pœnitenti, cuius excommunicationis scientiam habet, non esse iterandam, quod ex Conc. Const. fatetur omnes, & Couar. in c. alma mater, §. 6. quinta conclu. vers. primum, & secundum, & nos supra late in primo lib. cap. 18. Multo magis non erunt iterandæ absolutiones illæ, quæ essent præstitę ab excommunicatis occultis, quod quidem in facto accidere solet iis, qui ordinantur ante legitimam ætatem, qui postea celebrantes efficiũtur suspensi, & irregulares; vnde si sunt Confessarii, absolutiones validæ sunt, quia occultæ: ꝙ procedit etiam si postea detegatur eorũ excõmunicatio, aliàs si irretiti essent eorum actus excommunicatione detecta, multi de eorum statu dubitarẽt, Sylu. in verbo, excommunicatio, 3. vers. 10. & 11. in fi. [Sed nunquid excommunicatus scienter absoluens in foro pœnitentiæ incurrat irregularitatem. Rich. 4. dist. 18. quęst. 7. art. 5. iuxta finem, dicit, quòd non, cum non inueniatur in iure expressum, c. is qui. §. fi. de sent. excomm. in 6. & pęnæ legum interpretatione molliendæ sunt potius, quàm exasperandæ. tum etiam, quia talis absolutio non fit cum solemnitate. Et hęc est ratio differẽtiæ, quare excommunicatus scienter ministrans sacramentum extremæ vnctionis contrahat irregularitatem; quia talis administratio semper fit cum aliqua solemnitate. Sed quid si excommunicatus excommunicet, aut absoluat ab excommunicatione, an sit irregularis. Respon: Innoc. & Hosti. in cap. tanta, de excess. præla. quòd non: cum excommunicare, uel absoluere non conueniat sibi ex ordine, sed ex iurisdictione. Sed absolutionis solemnia facere, ut cum stola orationes, & Psalmos dicere, excommunicacatum in Ecclesiam introducere, est ordinis, & officii, argum. de sent. excommu. cap. nuper, & ita hoc faciens erit irregularis. Ita Astens. lib. 7. tit. 10. de pęnis excommunicati sententiam contẽnentis.]
3 Secundus effectus † est, quòd excommunicatus non potest conferre, nec recipere beneficia, cap. pastoralis, de cler. excommunic. mini. facit tex. in cap. cum dilectus, de consuetu. de elect. c. cum inter. 1. Quod intellige quando excommunicatus conferret, uel eligeret ratione publici officii, secus si tanquam persona priuata, ita Innoc. in d. c. cum dilectus, nu. 5. & cap. cum inter. vbi in d. cap. cum dilectus, inquit, quòd non dicitur habere publicum officium quilibet canonicus; sed tantum capitulum in electione, & in his, quæ ad illud pertinent. potest etiam excommunicatus exercere ea, quæ sunt meri facti, & sic esse merus executor, c. pro illorum, de præbend. vbi Innoc. ibi verbo, recipiat, notat, quòd excommunicati recipiunt aliquem in canonicum. nõ tamen talis receptio tribuit ius, quia iam canonicus erat, Rursum quod excommunicatus non possit recipere beneficia: intellige, nisi illud habuerit cũ clausula, Teque absoluentes. nam absolutus postea licitè potest beneficio per eam obtento potiri tanquam suo, Nauar. qui

allegat Rebuff. lib. 5. de sent. excommu. consi. 28. num. 18.]

4 Tertius effectus † est, quòd cõtumax in excõmunicatione quacunque ex causa factus per anni tempus in ea durans suspectus de hęresi sit, vt habetur per Cõcil. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform. licet verè hęreticus damnandus non sit, vt not. glo. in cap. contingit, de dolo, & contu. not. in cap. rursum. & c. quicunque, 11. q. 3. in cap. 1. de iud. Ex qua præsumptione resultat magnus effectus, quia potest ordinarius, vel fidei inquisitor procedere contra eum, qualiter sentiat de fide, eiusque articulis, & sacramentis, vt notatur in pręallegatis iuribus, & per Abb. in capitu. postulasti, de homic. in fine. [Cum non faciat, nec facere possit, quòd alii fideles faciunt, & facere tenentur, c. omnis, de pœnit. & remiss. ex recepta tamen consuetudine Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & generalis inquisitionis non solet procedi contra excommunicatos per annum, aut amplius, nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis, ita inquit Cõment. ad Eymer. q. 47. in 3. par. Direct. Inquisit.] Immo elapso anno excommunicatus pro causa hęresis habetur pro vero hæretico, facit text. in cap. vt inquisitionis, in fi. & cap. cum contumacia, de hęret. in 6. ibi, velut. nam talis dictio ibi, secundum Archid. & Franc. est expressiua veritatis. vbi etiam dicunt, quòd annus debet esse totus elapsus, vt patet ibi ex tex. & tunc. [Item debet esse continuatus: quia dictio per, de sui natura denotat continuationem temporis, secundum Archid. cap. pręsentium. 7. quęst. 1. Item denotat actum perfectum, vt in l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verbo. signif. & ideo si infra annum steterit pro absolutione, & obtulit satisfactionẽ, non pręsumetur pertinatia, & sic non haberet locum tex. in d. c. cum contumacia, qui requirit, quòd anno continuo sit pertinax in excommunicatione. & aduerte quòd id quod dicit Francus, quòd alia sentẽtia non requiritur, est ad finem publicandi bona, & vt alię hęreticorum pœnę vim & effectum obtineant, secundum Arch. Io. Andr. & Franc. in d. cap. cum contumacia, & Direct. Inquisit. 2. p. quæst. 47. Quamuis requiratur sentẽtia declaratoria hæresis cõmissæ à contumace, vt not. Couar. in cap. alma mater, in prima par. relect. §. 7. nume. 11. versic. *Sed & si.*

5 Quod si anno † elapso ante condemnationem, cõtumax in iudicio compareat, velitque ostendere suam innocentiam, admittendus est etiam, ut effugiat bonorum confiscationem, ita Andr. de Isern. in Auth. Gazaros. C. de hæret. Sed post illam si captus pœnitens velit illam ostẽdere, atque etiam legitima impedimenta se non fuisse contumacem, non est tradendus curiæ seculari, sed admittendus ad Ecclesiæ gremium, audiendus super eius innocentia, & impedimentis. & si illa ostenderit, effugiet omnem pœnam: quia deficit ratio cap. cum contumacia, ex eo, quòd contumax omnino non fuerit. Sed si innocentiam probauerit, non autem docuerit de impedimentis, tunc sententia reuocabitur quo ad pęnas corporis, & infamiæ, licèt non quo ad bonorum confiscationẽ, l. pen. ff. de requir. reis. l. 2. C. eod. tit. Et hęc quidem procedunt, licèt captus fuerit ab inquisitorib. Quod si sponte seipsum carceri exhibuerit, multo facilius sunt hæc admittenda, ita definitum est decreto quodam generalium Inquisitorum, cuius meminit Iacob. Septimãcensis in suis catholicis Institutionibus, cap. 2. nu. 6.].

6 Si vero † esset excommunicatus pro causa criminali, si in ea insordesceret per annum, tanquàm conuictus videtur cõfiteri crimen, glos. in cap. contingit, vbi Abb. de dolo, & contum. Vnde eo casu si crimen tale fuerit, vt beneficiorum sit priuatione dignus, [vt in crimine hæresis, 11. q. 3. rursus, vbi glo. & sic potest intelligi de æta. & qualita. cum bonæ. vel in quolibet delicto, quo priuaretur ipso iure, Petr. de Anch. consil. 293. qui ponit causas, quæ ipso iure inducunt priuationem, erit illis priuatus. Verum aduerte, quòd licèt delictum pro quo quis

fuit

fuit excommunicatus, sit dignum priuatione de sui natura: tamen hoc uidetur verum, quando constat de delicto, aliàs non sufficit contumacia, argu. l. si ideo, ff. de euict. quia cum lis non sit contestata, per hoc reuocatur sententia priuationis beneficiorum, quia lata erat ob contumaciam lite non contestata, probatur in cap. pen. de purg. cano. not. in cap. veritatis, de dolo, & contu. Quare si quis se vellet defendere super delicto, ne deponatur, esset audiendus, glo. 11. quæst. 3. rursus, C. de requir. reis, l. 2. & ff. eod. l. 1. quod nota. Quod secus esset dicen-
7 dum † de fructibus beneficii, quibus excommunicatus pertinax per annum priuari debet, etiam non habito respectu, vt viuere possit, vt not. in cap. pastoralis, §. verum, de appel. nisi impeditus esset ex aliqua iusta causa, vt nō possit petere absolutionem, ita Zabar. in clem. vt hi qui. in 20. quæst. de ætat. & qualit. aliàs secus, glo. in cap. studeat, distin. 50. & ratio est, quia contemnit claues Ecclesiæ, vt quia potest se eximere ab excommunicatione satisfaciendo, & faciendo se absoluere, & non facit, ad hoc glo. in cap. quia sæpe,
8 de elect. lib. 6. Qui quidem fructus † in vtilitatem Ecclesiæ conuerti debent, & distributiones quotidianæ, idest, emolumenta, quæ dantur iis qui intersunt diuinis, si quæ sunt, aliis debent augeri, glo. in clem. 2. vers. suspensus, de vita, & honest. cler. & in d. clem. vt hi qui, versic. dimidia. Quod secus est in suspenso, vel deposito, quia prouidendum est, vt viuere possit de reditibus Ecclesiæ, glo. & Docto. in d. c. pastoralis, §. verum. fructus tamē quos amisit iustè excōmunicatus, absolutus nō recuperabit, Auth. ut cum de appellat. cognosc. §. generalem, versic. si vero post hoc, collat. 8. Anto. de Butr. in cap. 1. num. 20. de iudic. & ita intelligitur id, quod dicitur eos in contumacia per annum perseuerantes haberi pro conuictis, scilicet quo ad fructus beneficii, vt non possint repetere. Non autem quo ad beneficium: nam & si priuentur, illud
9 tamen possunt repetere. Quinimmo † si delictum, pro quo fuit excōmunicatus, paruum esset, ita ut nō esset dignum priuatione beneficii; tunc debet puniri pœna arbitraria pro illo delicto, ac si fuisset confessus: nisi quando maneret excommunicatus per triennium, quia tunc ipso iure esset priuatus beneficio, cap. cum bonæ, de æta. & qualit. per verbum illud retinere, quod verbum præcisè excludit, l. liber homo, lo primo, ff. de acquir. rerum dom. ita ibi not. Docto. Duo igitur colliguntur ex illo tex. in cap. cum bonę, ut quis priuetur beneficiis: contumacia per triennium, & contemptus Apostolicę sedis, quare ab ipsa fuit priuatus. In
10 vno tamen † casu excōmunicatus priuari potest etiam ante annum beneficio, & fructibus si celebrauerit, & hoc propter irregularitatem, & contemptum in celebrando, 7. q. 3. si quis presbyter, & cap. seq. quicquid senserit glo. in d. c. rursus. Ad hoc de excess. prælat. tanta. Anto. de But. in c. 1. de iudi. nu. 43.]

11 Quartus effectus † est, quòd priuatur suffragiis Ecclesiæ, adeo, ut in nulla re Ecclesia intēdat ei per illa subuenire, ob quod dici solet excommunicatum possideri à diabolo, sicut mulio suum iumentum; cum per excommunicationem à corpore Christi sit separatus, c. audi, c. omnis, 11. q. 3. & sicut putridæ carnes sunt resecandæ, & repellendæ, ita excommunicati extra Ecclesiam proiiciendi, c. resecandæ, 24. q. 3.

12 Quod tamen † non intelligitur de excommunicato verè contrito procurante pro viribus absolutionem. Is enim coram Deo est in statu gratiæ, & fruitur communione sacramentorum, & suffragiorum. Idem de excommunicato absque iusta causa, & de illo, qui nō potuit soluere ad præstitutum tempus, idem etiam de excommunicato ob contumaciam præsumptam, sed non veram corā Deo, apud quem ōmnes hi, & alii, qui non peccauerunt mortaliter, non sunt excommunicati, quamuis sint apud homines, Nauar. in Manuali, capitu. 27. nume. 18.

13 Quintus effectus † est, quod & si excommunicatus suscipiens aliquos ordines, suscipiat characterem, tamen illos non potest exequi, c. 1. de eo, qui ord. furti. de senten. excomm. c. cum illorum, gl. 9. q. 1. in sum. no. in cap. 1. de schismat. & exequendo aliquem actum ordini suo peculiarem, efficitur irregularis, eo. titu. de cler. excom. minist. c. 1. ti. nostro, li. 6. qui dispensari non potest, nisi à summo Pontifice.

14 Sextus. Priuatur † excommunicatus omni actu iuridico, c. decernimus, ti. nostro, lib. 6. ut iudicare, & arbitrari, ff. de iudi. l. cum prætor, de arb. cap. cum dilecti. Priuatur etiam omni actu publico, ut est esse tutorem, & curatorem, Instit. de tute. cir. princ. Item omni actu communi, vt esse procuratorem, & testem, de prob. c. post cessioně. c. decernimus, ti. nostro, Fran. in c. 1. nu. 3. de excep. [& in d. c. decernimus, vbi num. 5. inquit, quod regulariter excommunicatus nec testis esse possit contra alium excommunicatum, nisi in duobus casibus, quorum primus est in crimine hæresis, cap. in fidei, de hæret. in 6. Secundus, nisi sit inscriptus in testem in instrumento, dummodo instrumentum non sit suspectum: quia si suspectum esset, non daretur fides instrumento per testem nunc suspectum, vel excommunicatum. licèt satis dici posset quod si nunc esset absolutus, quamuis eo tempore, quo fuit inscriptus, esset excommunicatus, quod benè nunc per suum testimonium dat fidem instrumento. Ita Innoc. in c. pia, nu. 4. de excep. Franc. in d. c. decernimus. An vero excommunicatus nũc absolutus possit ferre testimonium, dic quod sic. Ita Fran. in d. c. 1. vbi inquit; no. ex prædictis quod excommunicatus absolutus potest testificari etiam de actu gesto tempore quo erat excommunicatus. Verum tu dicas quod illius dictum verum est, quando quis esset excommunicatus propter solam contumaciam. nam tunc per contrariam sententiam restituitur, argu. c. 1. de reg. iu. c. ex parte, de verbor. sign. quia quod inducit excommunicatio, tollit absolutio. Secus si esset excommunicatus pro crimine, quod quidem crimen esset expressum in sententia, quod ipso facto infamaret, iux. tex. in c. infames, 6. q. 1. nam tunc, ut non repelleretur à testimonio, non sufficit fidem facere de absolutione excommunicationis, cum absolutio non tollat delictum quo ad hoc, 33. q. 2. c. admonere, nisi etiam ostendatur peccati sanatio, ad idem, 2. q. 6. c. accusatio, 2. in fi. 4. q. 2. c. 2. vers. nec in eis. nam licèt pœnitentia peccatum absorbeat, in pristinum tamen statum non reformat, c. qui vult, de pœnit. dist. 6. c. si quis omnem, 1. q. 7. vide Inn. in c. testimonium, mi. 5. de testi. Archi. in d. c. decernimus, Gem. 4. q. 1. de prima.]

15 Septimus est, quòd † priuatur facultate ducendi uxorem, quamuis si ducat, matrimonium sit validũ, sed peccat mortaliter, tex. est in c. significasti, de eo, qui dux. in matr. optimus tex. in c. cum illorum, ti. nostro.

16 Octauus, priuatur † facultate testandi, quod intellige primo de excommunicatis ex causa hæresis, cap. excommunicamus, §. credentes, de hæret. Secundo ob percussionem Cardinalium, c. fœlicis, in princ. de pœn. lib. 6. Tertio si esset quis solemniter excommunicatus, vt c. debet. 11. q. 3. Bal. in c. is cui, de offic. deleg. & in c. decernimus, tit. nostro. Quarto ob excommunicationě pro tali crimine, propter quod interdiceretur facere testamentũ, ut propter vsuras, c. quãquàm, de vsu. lib. 6. Aliàs excommunicati ob alias causas possunt testari, Felynus dicit commu. in c. cum voluntate, tit. nostro. [& ratio est, quia omnes testari possunt, qui iure expressim non prohibentur, Instit. quib. mod. non est permis. face. testa. §. fin. l. 1. C. de sacrosan. eccl. sed excommunicatus non prohibetur testari, igitur potest facere testamentum. Item gl. in c. pastoralis, §. verum, de appel. excommunicatum similem esse ait relegato, & tamen relegatus testari potest, l. relegatorum, §. 1. & seq. ff. de interd. & releg.]

17 Nonus, excludit † ab officiis diuinis, &

& aliis precibus cum aliis simul faciendis, vel audiendis, c. quod in te, de pœnit. & remiss. potest tamen solus orare in Ecclesia, licet alii precētur, modo sint seiuncti, Nauar. cap. 27. num. 19. [Tenetur tamen excōmunicatus dicere horas suas, non tamen in Ecclesia, nō in ordine suo, nec dicendo, Dominus vobiscum, uel similia verba ad eius dignitatem pertinētia, sed in modo orationis, 11. q. 3. cap. si quis Episcopus dānatus, & c. si quis Episcopus in concilio. quia si ad hoc est obligatus, ob suum peccatum non debet fieri immunis, 16. q. 1. legi. extra de iudi. c. intelleximus. Possunt tamen bini, vel terni, si essent excommunicati inter ipsos dicere horas suas, ita Astens. li. 7. ti. 9. q. 4.]

Decimus, priuat Ecclesiastica sepultura, cap. sacris, de sepult. dummodo sit excommunicatus, secundum Conc. Const. [Quod si sepultus fuerit, & corpus discerni potest, debet exhumari, vide gl. in c. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6. faciunt no. in c. fi. de excess. prælat. Zabar. in clemen. 1. de sepult. q. 30. & locus sacer debet reconciliari, c. consuluisti, de consec. Eccle. vel alt. presbyter tamen sepeliens non erit irregularis, cum non sit expresse cautum in iure.]

18 Vndecimus est, quòd facit † infamē, si excommunicatio est manifesta, c. infames, 6. q. 1. quod Romanus dixit singularem, sing. 602. Sed limitauit sing. 289. ut solum procedat in excommunicato ob causam afferentem infamiam iuris, aut ob contumaciam in causa infamiam inferente, Nauar. c. 27. nu. 21.

Duodecimus, eximit subditos ab onere seruiendi ratione fidelitatis, vel subiectionis iurisdictionalis, quandiu fuerit excommunicatus, c. pen. & fi. 15. q. 6. itē multa alia operatur, ut per Nauar. c. 27. num. 21.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione à non sacerdote fieri potest in foro exteriori, & nume. seq.*

3 *Peccatum oblitum reseruatum per absolutionem reseruati naturam exuit.*

4 *Absolui, an possit ex impotentia non satisfaciens, quando iubileum præcipit, num. seq. & quid si de satisfactione nihil dicit, num. 6.*

7 *Excommunicationem, & pœnam qui incurrit, quòd præcepto Episcopi nō paruerit, virtute iubilei non soluta pœna potest etiam ab altero absolui.*

8 *Vicarius foraneus approbatum audire confessiones ex causa prohibens non peccat.*

9 *Executionem litterarum Apostolicarum authoritatiuè impedientes excommunicantur.*

10 *Confessor eligendus virtute iubilei sufficit si est approbatus per ordinarium.*

11 *Idoneus Confessor, hæc verba, quid significent.*

12 *Potestas eligendi Confessorem approbatum ab Ordinariis, vel prælatis locorum ad quos extendatur.*

13 *Ex eligendi facultate Confessarios seculares, vel regulares omnibus concessa, possunt regulares sacerdotibus secularibus confiteri.*

14 *Lex, per quam reditur ad ius commune, est amplianda.*

15 *Episcopus, an quem voluerit Confessariū, eligere poterit, cum iubileum permittat tantum approbatum.*

16 *Peccans spe veniæ, an absolutione sit dignus, num. seq.*

18 *Absolutio in foro animæ non prodest in exteriori, num. 22.*

19 *Pœnitentiam in foro pœnitentiæ humiliter adimplens, mitius in foro fori puniri debet.*

20 *Sacerdoti testificanti de pœnitentia adimpleta, an fides adhibenda.*

21 *Testi soli spectatæ vitæ, an credendum.*

23 *Absolutus, an sit, qui moritur priusquam de illa scientiam habeat.*

24 *Fidem absolutionis procuret excommunicatus, & de modo faciendi.*

25 *Absolui non potest hæreticus virtute iubilei concedentis absolutionem à casibus, & censuris.*

26 *Pro hæresi carceratis concedantur Confessarii,*

sarii, & quæ obseruanda.

27 *Irregularitatis mentio expresse fieri debet in bulla, vt ab ea sequi possit absolutio.*

28 *Facultas absoluendi ex vi indulgentiæ à censuris, etiam in Bulla Cœnæ reseruatis, extendit se ad casus reseruatos Episcopo.*

29 *Iubileum, & indulgentia, quidnam habeāt discriminis.*

30 *Facultas absoluendi à casibus Papalibus, censuras Papæ reseruatas comprehendit.*

31 *Censuræ, & pœnæ nomine, quid veniant.*

32 *Indulgentiarum conditiones eo modo implendæ, quo mandantur.*

33 *Concionatorum, atque parochi officiū esse monere populum de obseruandis expressis in indulgentiis, prout stant.*

34 *Indulgentiam concessam confessis visitantibus tali die Ecclesiam, an assequatur confessus biduo ante.*

35 *Absolutio à reseruatis virtute iubilei, cuius requisita incœpta non perfecit, an teneat, num. seq.*

37 *Absolutio à peccatis pura, non conditionalis esse debet.*

38 *Operarius, qui non ieiunauit, & cætera iubilei impleuit, an indulgentiam obtineat.*

39 *Iubilei requisitis in peccato mortali satisfaciens, an confessus postea, & communicatus indulgentiam assequatur.*

40 *Eleemosyna ob impotentiam prætermissa, cæteris in iubileo requisitis expletis, non adimit indulgentiam.*

41 *Iubilei fructu non priuatur, qui cætera perfecit, licet processionibus non interfuerit.*

42 *Indulgentia visitantibus certam Ecclesiā concessa, an acquiratur toties, quoties percipitur.*

43 *Facultas absoluendi ab horis male recitatis, non extenditur, vt à restitutione fructuum quis liber sit.*

44 *Facultas ampla absoluendi à quibuscūque peccatis, & commutandi vota, ad quæ extendatur.*

45 *Vota semel commutata, an iterum per iubileum possint commutari.*

46 *Facultas commutandi vota non extenditur ad pœnitentiam iniunctam.*

47 *Voti commutationem alteri Confessarius remittere potest.*

48 *Duo in peccato reperiri, culpam, & pœnam.*

49 *Confessio semper aliquid de pœna remittit.*

50 *Modus remittendi pœnam contractam ex peccato, sunt indulgentiæ.*

51 *Indulgentiæ, vt valeant, quatuor concurrere debent, & quæ.*

Indulgentiæ quales à Papa, & quales ab Episcopis concedantur.

52 *Indulgentiæ procedunt de thesauro meritorum Christi, B. Virginis, & Sanctorum.*

53 *Indulgentias concedendi modi varii.*

54 *Culpa, & pœna, quid.*

55 *Indulgentia plenaria, plenior, & plenissima, an idem sint.*

56 *Absolutio plenaria vigore indulti in articulo mortis, quibus conferri possit, & quis articulus mortis.*

57 *Confessio generalis, an eo casu sit necessaria, & absolutio ad quæ extendatur.*

58 *Confessarius in absolutione, quibus verbis vtatur.*

59 *Indulgentia limitata, qualis sit, & quomodo intelligatur, nu. seq.*

Pœnæ quantitas extensiuè, & intensiuè consideratur, & de purgatorio, numero sequen.

62 *Pœnitentiæ quales olim, & quales hodie, & qua ratione indulgentias concedit Ecclesia.*

63 *Indulgentiæ tempus, quomodo applicetur remissioni pœnæ.*

64 *Indulgentia septem annorum de pœnitentiis iniunctis, duplici modo intelligitur.*

65 *Indulgentia septem annorum, & totidem quadragenarum, quem habeat sensum.*

66 *Absolutio ab excommunicatione maiori lata, vel iure pontificio, vel synodali, vel etiam per sententiam hominis, cui competat, nu. seq. vsque 69. & 74.*

70 *Casus, quibus absolutio fieri possit ab alio, quàm à iudice, qui sententiam tulit.*

Fur

71 *Fur ob furtum excommunicatus, si parti satisfecerit in alia diœcesi, ab alio Episcopo potest absolui.*

72 *Capuanus ab excõmunicatione, in quam incidit Neapoli, potest absolui à suo Ordinario.*

73 *Papa à quacunque excommunicatione absoluit, & an sacerdos existens in peccato, vel excommunicatus possit absoluere.*

74 *Excommunicatum ab vno alius non absoluit. fallit multipliciter.*

75 *Episcopus, vel eius Vicarius ab omnibus casibus occultis præter hæresim absoluit.*

Occultum, quid intelligatur.

76 *Absoluere à contentis in bulla Cœnæ non potest Episcopus etiam ex priuilegio, nisi id in eo expressum sit.*

77 *Capitulum sede vacante absoluit, vt Episcopus.*

78 *Absoluendi facultatem quilibet habet in mortis articulo in omnibus casibus etiã bullæ in Cœna Domini, nu. 79.*

Cautio præstanda de restituendo aliena, qualis esse debeat.

80 *Sacerdos proprius, siue parochus, à minori excommunicatione potest absoluere.*

81 *Sacerdos simplex sine iurisdictione potest absoluere à venialibus.*

Quis ab excommunicatione absoluere potest, & de iubileo. Cap. XV.

1 QVando petitur † absolutio in foro exteriori, tunc etiam non sacerdos, qui habet in excommunicatum iurisdictioné, potest absoluere à vinculo absolutionis, qua absolutione facta debet iste iterum à sacerdote in foro pœitentiali absolui à culpa, Hosti. in cap. cum illorum, eod. tit. Archid. in c. notandum, 24. q. 3. Abb. in cap. transmissam, de elect. & in cap. ab excommunicato, nu. 16. de rescrip. Sed quando prius petitur in foro animæ, tũc solis sacerdotibus est permissum, & non aliis, cap. à nobis, el secondo, cap. nuper, cap. canonica, de sent. excommun. Sylu. in ver. absolutio. 1. not. 4. quod restringendum est ad absolutionem iniũctam

2 cum peccatorum absolutione: quia † ab excommunicatione sola absque peccatorum absolutione quo ad conscientiæ forum etiam prima tonsura initiatus potest absoluere, S. Tho. lib. 4. sent. distinc. 18. q. 2. art. 2. & est glossa recepta, in cap. canonica, vers. presbyter. tit. nostro. Nauar. capit. 27. num. 41. cum duobus seq. vbi nota, quod forum conscientiæ non tantum intelligitur forum sacraméti pœnitentiæ, sed etiam forum secretum, aliàs prima tonsura initiatus cum non sit sacerdos, absoluere non posset ab excommunicatione. Circa quam absolutioné nota plures casu scitu dignos.

3 Primus est. Qui ex iubilei, † aut literarum Apostolicarũ priuilegio possunt ab excommunicatione, & aliis peccatis absolui à quocunque sacerdote per eum eligendo, etiam si hi casus sint huiusmodi, vt nullus præter Papam, aut Episcopum possit ab eis absoluere, si quis huic sacerdoti Cõfessario qui poterat ab omnibus peccatis absoluere, & à censuris, ita peccata cõfiteatur, vt omittat per obliuionem ei confiteri peccatum aliquod, cuius absolutio sit reseruata, vel cui accesserit excommunicatio, & absolutionem generalem à peccatis, & censuris obtinuerit, absolutus omnino censetur ab excommunicatione, & peccato illo, quod per obliuionem omiserat confiteri, & licet peccatũ illud teneatur postea cum in memoriam uenerit, confiteri, poterit absolui à Confessore simplici, etiã si non habeat potestatem absoluendi à peccatis, & censuris reseruatis, ita Sylu. in ver. confessio. 1. q. 19. Nauar. in Manua. cap. 25. nume. 12. & in cap. ita quorundam, in vltima glo. de Iudęis. Couar. in cap. alma §. 11. num. 12. & est communis, vt refert Antonutius in Cath. Neapol. lib. 5. cap. 3. ver. postremo. Et ratio est, quia per prædictam confessioné iam desie-

desierunt esse peccata reseruata, nec amplius habent annexam censuram. Sed an idem dicendum circa uota commutāda? dic quod non. Sed specialis commutatio requiritur. Vnde illa ab alio non habente facultatem obtineri non potest.

4 Secundus casus est, In iubileo † conceditur facultas absoluendi à quacũque censura excõmunicationis satisfacta parte: aliquis est excommunicatus pro furto, vel alio debito, nõ habet vnde soluat, quęritur an iste virtute Bullæ possit absolui? Respon. quod iste, quamuis quo ad Deũ sit absolutus: cũ non sit facultas soluendi, tamẽ vigore iubilei absolui nõ potest: ratio est, quia facultas non est amplior, quàm uerba sonant, hoc est, vt nemo possit absolui nisi satisfacta parte. Item per huiusmodi priuilegium nemini conceditur licentia, & facultas ad recidiuationem, sed simpliciter. Et tamen, qui modo non habet unde soluat, licèt tunc quo ad Deum non sit excommunicatus, reincidit nihilominus quo ad ipsum quando habuit vnde solueret: vnde si per iubileum absolueretur, non reincideret sine noua sentẽtia, Sotus in 4. sen. distin. 22. q. 2. artic. 3. colum. 4. hæc sententia probabilis est, sed magis probabi-

5 lis mihi videtur contraria, † vt intelligatur, sum. Pontificem velle eam tantum satisfactionem, quam ipse excommunicatus præstare potest, ita quòd si non possit illam præstare quo ad rem, præbeat quo ad cautionem, Nauar. cap. 26. nu. 7. Si conferatur cum capitu. 27. num. 37. Non tamen debet in hoc discrimine poni Confessarius, nisi probabilissimis indiciis coniiciat, absolutionem non esse futuram impedimento, quo minus fiat satisfactio, esse uero futuram magno adiumento ad pœnitentis salutem.

6 Sed quid † si summus Pontifex concedat facultatem absoluendi, nulla facta mentione satisfaciendi? tunc si Confessarius absolueret absque præstita satisfactione, vel quo ad rem, vel pignora, peccaret mortaliter: quia summus Pontifex videtur cõcedere quo ad formam iuris, & non videtur velle per huiusmodi concessionem velle inferre damnũ aliquòd. Vnde si Confessarius ita ab excommunicatione absolueret, peccaret mortaliter, & absolutio esset irrita, Nauar. lib. 5. de sent. excommun. cons. 11. num. 1. & hæc intellige, quando satisfactio manifestè fieri deberet: quia si res esset dubia, tunc absolutio valida esset etiam nõ præmissa satisfactione, per cap. venerabilibus, §. porro, de sent. excommun. lib. 6. Nauar. de sent. excommu. lib. 5. cons. 7. num. 7.

7 Episcopus uero, † qui sub pœna excommunicationis latæ sententiæ alicui præciperet, vt iret ad processionem, vel quippiam aliquid faceret, & si contrauenerit, soluat tantum, si ille non fecit, potest inconsulto Episcopo virtute iubilei absolui, mulcta etiam non soluta: quia iudex non est pars, sed tertius inter partes, Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 2. col. 5. neque etiam tenetur soluere iura iudicum, vt quamuis ille excommunicatus non absolueretur ab Episcopo, nisi solueret tantum pro sententia sibi, vel tabellioni, absolui nihilominus per iubileum potest sine eorum solutione, secus vero si cõdemnatus esset ad aliquam pęnam, qui quidem in illam consensit: quia tũc illa pœna transiuit in rem iudicatam, & tunc non potest virtute iubilei relaxari, ibi Sotus.

8 [Rursum † publicatur iubileum, quo ampla facultas datur Confessariis ab ordinario approbatis absoluendi quoscunque à quibuscunque casibus, & censuris. Quæritur an possit Vicarius foraneus non intendẽs iubilei executionem impedire, sed potius attenta alicuius presbyteri, (qui per modum prouisionis fuit in administratione curæ animarum toleratus) notabili, atque manifesta ignorantia, prouidere saluti animarũ suarum illi inhibendo, vt nullius audiat confessiones, etiam in virtute iubilei nouiter publicati, quæ quidem ignorantia in hoc præcipuè uersabatur, vt quoscunque ad se venientes criminosos, & scandalosos,

ac satisfactioni obnoxios absoluebat, nulla eis pro modo culpæ imposita satisfactione à Respondet Nauar. lib. 5. de sent. excommu. cons. 29. quod sic. Nam cum esset Vicarius foraneus, non solùm licitè potuit, sed etiam debuit animarum occurrere periculis, præsertim sibi subiectorum, arg. cap. irrefragabili, de offic. ordin. & c. ipsa pietas, 23. q. 4. facit etiam, quia procurator generalis potest contrauenire mandato speciali Domini ex iusta causa, text. sing. in l. si hominem, ff. manda. Nec etiam incurrit in Bullam cœnæ Domini, cap. 13. scribendo illi presbytero, ne audiat alicuius confessiones, etiã virtute iubilei. Tum, quia iste non peccauit mortaliter, quia cuius finis bonus, etiam opus bonum est, ut notatur in cap. cum minister, 23. q. 5. tum etiam, quia opus erat bonum: cum impedire proximum, ne peccet, sit bonum, & aliquando præceptum, cap. qui potest, 23. q. 3. cap. quantæ, de sent. excommun. Et qui exercet officium, quod nescit exercere in probabile damnum proximi, ut erat iste, peccat, l. idem iuris, ff. ad leg. Aquil. cap. non est putanda, 1. q. 1. Vnde cum non peccauerit mortaliter, sequitur quod in excommunicationem non inciderit; c. nemo, cap. nullus, 11. q. 3. Tum, quia † Bulla in

9 cœna Domini fertur tantum contra impedientes executionem, verbi gratia, nõ permittendo intimare, vel non dare fidem, & non quoscunque impedientes, sed eos, qui authoritatiuè impediunt, quod neutrum horum iste fecit, ergo nõ incidit: cum à diuersis non fiat illatio, l. Papinianus, ff. de minor. ita Nauar. qui supra, qui etiam inquit, quod nec inobediens litteris Papæ in illam incurrit, verbi gratia, si possessor beneficii non obedinerit litteris Papæ, quibus iubetur relinquere possessionẽ illius, licet incurrat aliam, sub cuius pœna iubetur illã relinquere.]

10 Tertius. Qui † facultatem habent virtute iubilei eligendi sibi idoneum confessorem, possunt sibi eligere eos, quos voluerint, quamuis non sint ordinarii, curati, vel religiosi, qui expositi sunt per Episcopum. Quo ad religiosos tamen, requiritur quod sint approbati à suo ordinario, & hæc est communis opinio, quam tenet Sylu. in uer. confessor, 1. q. 5. Nauar. c. 4. num. 1. Sotus distinc. 18. q. 4. art. 3. vers. postremum dubium. & ratio secundum eum est, quia ad absolutionẽ requiritur potestas ordinis, & iurisdictionis, & quidem potestatem ordinis quicunque sacerdos habet, & iurisdictionem ille, qui priuilegium cõtulit per electionem pœnitentis, qui ei confert. Præterea, quid est facultas alicui concessa eligendi Cõfessarium, nisi per electionem facere confessorem, qui non erat confessor? Sicut cum eligitur Episcopus, eligitur non ille, qui erat Episcopus, sed qui non erat, eligitur in Episcopum. Et quã-

11 uis addatur, † Idoneum; Additio illa duo sonat. Primum, ut non sit suspensus per censuram, aut nominatim sit excommunicatus. Secundum, ut eligat Confessarium iuxta tenorem cap. quem pœnitet, de pœnit. distin. 1. scientem ligare, & absoluere, nihilominus optio illi relinquitur: quia priuilegia non sunt coarctanda magis, quam sonant. Quæ quidem propositio etiam in illis ampliatur, qui facultatem habent eligendi sibi Confessarium, vel à Papa, vt sunt omnes prælati, cap. ne pro dilatione, de pœnit. & remiss. vel ab homine, vel à parochiali sacerdote, Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 3.

[Sed quid si Episcopus, uel parochus subdito suo facultatem concesserit, ut sibi possit idoneum eligere confessorem: An unica electione consumetur hæc licentia. videtur quod sic, argum. eorum, quæ leguntur, & notantur, in cap. non potest, §. 1. de præb. in 6. propter quod utile esset exprimi, quod quotiescunque confiteri voluerit, possit sibi eligere, secundum Hostien. in sum. de pœnit. §. cui confitendum.

12 Rursum quid si traditur † potestas vigore iubilei eligendi sibi Confessarium ex approbatis ab ordinariis, vel prælatis locorum, an intelligatur prælatus solum Episcopi, vel prælati religiosorum? Dic

quòd

quòd comprehenduntur etiam prælati religiosorum, ita glo. in cap. ordinarii locorum, de offic. ordin. lib. 6. cap. cum ab Ecclesiarum prælatis, eodem tit. Zabar. in clem. 1. q. 8. de supplen. neglig. prælato. qui affert differentiam inter diœcesanos, & ordinarios: nam ordinarii dicuntur etiam inferiores Episcopo, d. cap. cum ab Ecclesiarum. sed diœcesani tantum dicũtur Episcopi, & superiores, ita etiam Nauar. lib. 5. de sponsal. cons. 5. & de filiis presbyter. volum. 1. consi. 3. nume. 4. vbi etiam inquit, quòd per prælatos intelliguntur non solum Episcopi, & superiores eorum, sed etiam præfecti Ecclesiis collegiatis secularibus, vel regularibus, ut sunt Abbates.

13 Sed an † regulares ex facultate concessa instar iubilei omnibus Christi fidelibus eligendi idoneos presbyteros seculares, vel cuiusuis ordinis regulares ab ordinario approbatos, quibus peccata sua confiteantur, possint secularibus sacerdotibus confiteri? Respon. quòd sic. tum quia concessio prædicta est generalis, & consequenter generaliter intelligenda, l. de precio, ff. de publ. in rem act. capitu. solitæ, §. fina. de maior. & obedient.

14 Tum quia lex, † per quam reditur ad ius antiquum, est fauorabilis, & amplianda, quia res de facili reuertitur ad suam pristinam, & antiquam naturã, c. ab exordio, 35. dist. l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. Hinc licet exemptus non possit se subdere alteri prælato sine consensu sui proprii regulariter: fallit tamen, quando se subderet prælato, cui secundũ ius antiquum subest. cũ ergo secundum iura antiqua quilibet Christianus cuilibet sacerdoti potuisset confiteri, cap. adiecimus, §. ecce, 16. quæst. 1. cap. 23. sess. 25. Conc. Trid. de reform. & istud iubileũ facit redire ad ius antiquum. ergo est fauorabile, & extendendum etiam ad regulares, ita Nauar. lib. 2. de pœniten. & remis. cons. 19.

15 Rursum. † Datur facultas per iubileũ eligendi Confessarium approbatum, an possit Episcopus, non obstantibus verbis iubilei sibi eligere quẽ voluerit. Dic. quòd non. Esto iure communi posset quemcunque prouidum, & discretum, cap. fin. de pœnit. & remiss. cum forma iubilei seruanda sit, capitu. cum dilecta, de rescript. cum annotatis ei maximè à Felyno.

16 Insuper quæritur, † an peccans spe cõsequendæ absolutionis vigore alicuius iubilei, vel priuilegii, possit ex ui ipsarum absolui. vide quæ supra diximus, lib. 1. cap. 13. de potest. Confess. & cap. 20. de circunstant. necessario confitendis. ubi affirmauimus, quòd sic.

17 Sed quid si † quis enormis criminis sibi à sacra pœnitentiaria absolutionem procurauerit, fortè quia casus erat reseruatus, & habita facultate non procurat habere absolutionem, sed peccatum continuat. Deinde ad cor reuersus vult vigore illius facultatis absolutionem, an possit. Credo, quòd non: cum priuilegium amittere mereatur, qui facultate illius abutitur, capit. priuilegium, 11. q. 3. c. aliquantos, dist. 50. distin. 74. cap. ubi. Hinc refert Couar. lib. 2. var. resol. c. 20. num. 15. versi. 26. non gaudere immunitate Ecclesiæ, qui prope illam delictum committit cum spe, vt eo perpetrato ad Ecclesiam fugiat. Tum etiam quia dispẽsatio respicere videtur peccata perpetrata, & non perpetranda.]

18 Quartus. Confessarius, † qui virtute Iubilei potest absoluere pœnitentem ab omnibus casibus sedi Apostolicæ reseruatis, si absoluit excommunicatum etiã damno secuto, & præmissa satisfactione, dicta absolutio non prodest excommunicato in iudiciali foro, quo ad exteriores iudicis actus, nisi in litteris Apostolicis dictum sit, quòd ea etiam in iudiciali foro vim obtineat, aliàs plurimum detrahetur authoritati iudicialis fori exterioris, si publicè excommunicatus, & denunciatus secretè per sacerdotem ab eo ad confessionem electum absolueretur, & ea is absolutione obtenta possit se ingerere diuinis, quasi in contemptum iudicis, qui eum excommunicauit: cum possit

possit absolutus in foro pęnitétiali etiam peracta pœnitentia accusari, & puniri in foro exteriori, glos. in cap. de his, de accusat. Cum prior examinatio fiat ad pœnitentiam, & satisfactionem diuinæ offensę, posterior vero ad publicam vindictam, & Reipublicæ satisfactionem, cap. à nobis, lo secódo, tit. nostro. Couar. in capitu. alma mater, §. 2. numero 6. [Exemplum, absoluitur hæreticus virtute alicuius Iubilei, vel hæreticus omnino occultus, & mentalis, & postea detegitur eius hæresis, & proceditur contra eum, vel potest contingere similis casus in hæretico, quem iam moriturum pœnitet, & cum non sit locus, ut iudiciario ordine seruato Ecclesiæ reconcilietur, absoluitur à priuato quolibet sacerdote in articulo mortis, & deinde cóualescit, & defertur ad sanctum officium, tunc in iis casibus liberè possunt Inquisitores contra sic absolutos procedere in foro exteriori, & illos punire: nam pœna pęnitentialis licet magna non tollit aliquo modo pęnam imponendam in foro iudiciali, canonico, vel ciuili, glo. singu. in cap. gaudemus, de diuor. Paul. Castr. in l. cunctos populos, C. de sum. Trinit. & fide catho. glo. in fi. in cap. 2. de schisma. & ibi Panor. quod procedit etiam si pœnitentia imposita in foro interiori sit publica, Panorm. in cap. de his, de accusat. Illud tamen minimè omittédum putaui multum esse minuendam pœnam in fo-
19 ro † exteriori, quoties is, qui punitur in foro exteriori, sine dolo fuit confessus delictum suum, & obtinuit absolutioné, maximè si iniunctam sibi pœnitentiam humiliter adimpleuit: cum satis appareat huic culpam suam displicuisse, quia mitius agi debet cum eo, qui sponte confessus fuit delictũ suum, quàm cum eo, qui conuincitur, iuxta doctrinam Abbatis, & cęterorum in c. at si clerici, de iudic.
20 Sed an fides adhibenda sit † sacerdoti testificanti de pœnitentia, vel innocentia viui, vel defuncti. dic quòd & si glo. in cap. nuper nobis. ibi, nisi iuratus, extra de testi. & in cap. testimonium, eod. titu. videatur dicere, quòd sic; item Gram.
21 decis. 13. dicat soli testi † spectatæ vitæ, & probitatis credendum esse, tamen tutius est dicere satis videri, quòd necessariò credi nó debeat Confessori. Si enim pœnitentes intelligerent generaliter fidem habendam esse sacerdoti testificáti de innocentia, vel pœnitentia viui, vel defuncti, facilè attentarent Cófessarium mittere ad iudices, qui eos excusaret. Posset tamen vsque adeo Confessor esse spectatæ vitæ, & virtutis, vt dictum eius multum prosit ad pœnitentiam, seu pœnam minuendam: nam si, v.g. delatus, & conuictus de hæresi dicat se errorem suum cognouisse, confessum fuisse, & deseruisse, tunc benignius tractari poterit, si hoc ipsum Confessor approbatus testificetur, quod tunc magis iuuabit, cum reus aliàs nó est habitus suspectus, aut malis moribus præditus, cæterum non omnino liberabitur.]
22 Ex quibus omnibus infertur, † quod non tenentur alii cum excommunicato denunciato absoluto quo ad forum conscientiæ communicare, pręsertim publicè, neque possunt etiam secretè, nisi probabiliter crederent eum esse absolutum, Nauar. cap. 27. num. 273. in fi. Bene faciet ergo pœnitens curare, vt habeat Cófessarii testimonium, vel scripturam, vt ostendat se absolutum, & vt tollat scandalum.
[Sed quid si moreretur antequàm lit-
23 teræ † peruenirent ad ipsum, an sit absolutus, vide glo. in cap. quanto, 11. q. 5. vbi tandem videtur persistere, quòd statim sit absolutus: sicut si absens excommunicatur, statim est excommunicatus antequam sciat, quia sententia excommunicationis trahit secum suam executionem, cap. pastoralis, de appel. Verumtamen non punitur, cum ingerit se communioni hominum, antequam sciat, extra de cler. excom. illud.
Igitur quando Confessarius ui Iubilei in foro tantum conscientiæ absol-
24 uit, † tradat coram notario, & testibus absoluto schedulam clausam, & signatam.

tam. Dicendo quòd ipse absoluit illum confessum eo modo, & de eo, quod continetur in ea. Notarius autem in dorso eius scribat, quòd tali anno, mense, & die rogatus fuit coram talibus testibus à tali Confessario, & absoluto, vt eiusdem rei fidem faciat, & poneret ibi sigillum publicum eo modo, quo in testamento in scriptis facto fieri debet, Nauar. lib. 2. de sent. excom. cons. 26.]

25 Quintus. Confessarius † electus vi Iubilei concedentis facultatem absoluẽdi à quibuscunque casibus, & censuris etiam sedi Apostolicæ seruatis in Bulla Cœnæ Domini, non potest absoluere pœnitentẽ hęreticum etiam magno cordis dolore crimen detestantem: nam cõmissio generalis absoluendi ab excommunicatione minimè comprehendit illam excommunicationem, cuius absolutionem verisimili coniectura ipse delegãs nequaquam in specie commisisset, cap. in generali, de reg. iur. lib. 6. tex. optimus ad præsentem quæstionem, in cap. frater noster, 16. q. 1. quòd etiam procederet, si commisisset ea, quæ speciale mãdatum exigerent, cap. qui ad agendum, de procur. lib. 6. Couar. qui supra, §. secundo, num. 14. Nauar. cap. 27. nu. 272. vers. decimoquinto. Aliter tamen habetur in praxi, de hæretico occulto incidẽte in excommunicationis censuram.

26 [Sed an † carceratis pro hæresi sint concedendi Confessarii? Dic quòd sic, quoties illi petierint: cum nũquam hoc obesse possit. Immo interdum valde prodest, cum à Confessariis moneantur, & excitentur ad liberè confitendum iudicibus fidei sua delicta. Cum ergo conceduntur, hæc obseruari conuenit. Primũ, vt ille concedatur, qui sit spectatæ probitatis, & cui plurimum confidatur, à quo iuramentum exigatur de custodiendo secreto, & quòd si pœnitens ei dixerit aliquid in confessione, quod velit reuelari extra carcerem, ne in hoc vllo modo ei obtemperet, nec similia mandata reueler, quòd si extra confessionem ei fuerit aliquid iniunctum, id Inquisitoribus manifestetur. Instruant tamen Inquisitores Confessarium, qualiter se gerere debeat cum pœnitente, vt dicat ei, quòd cum sit pro hæresi carceratus, ac de ea reus accusatus, non potest absolui, nisi iudicialiter hæresim suã manifestet, & ut veritatem dicat tam de se, quàm de aliis, addat tamen ne tędio carceris, vel spe celerioris liberationis, aut metu tormentorum sibi, aut aliis falsum crimen imponat, & cętera. Hunc tamen reum Confessarius absoluere non potest priusquam ab excommunicatione fuerit absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus; quæ tamen obseruari debeãt in absolutione, vide infra cap. 17.]

27 Sextus. Confessarius † facultatem habens vigore Bullæ dispensandi à quibuslibet votis, & absoluendi à quibuscunque censuris, & pœnis, non potest dispẽsare super irregularitate, nisi in Bulla exprimatur: & ratio est, quia irregularitas nõ est censura, neque absolutio eius est necessaria ad peccatorum absolutionem; cum absolutio peccatorum rectè fieri possit absque sublatione irregularitatis, Nauar. cap. 27. nume. 194. & plenius, nume. 250. vers. 9. Vbi etiam inquit, quòd ita se habet stylus curiæ, ob quæ verba non audeo discedere ab eius opinione, & Soto adhærere, in 4. sent. dist. 22. q. 3. art. 1. de interdicto, qui dicebat, quòd poterat absoluere Confessarius ab irregularitate ratione peccati cõtracta, vt est illius, qui excommunicatus ordines suscepit, vel ab Episcopo excommunicato, non autem ab illa, quæ incurritur citra culpam, ut propter bigamiam, uel quando iudex suspendi fecit reum.

28 Septimus. Confessarius, † qui virtute indulgentię potest absoluere à quibuscunque censuris etiam in Bulla Cœnæ reseruatis, potest etiam absoluere à casibus, & censuris Episcopo reseruatis, quod quidem, & si iure niti non possit, argum. cap. ex tuarum, de auth. & vsu pall. & l. si domus. ff. de seru. vrb. pręd. quatenus habent. Altero ex duobus impedi-

pedimentis sublato, alterum non tolli: Tum etiam, quia in tali generalitate nô comprehenditur Papam velle præiudicare potestati Episcopi: Tum etiam, quia in dubio Papa non videtur habuisse intentionem contradicendi Concilij Tridentini decretis, ubi in sess. 25. de refor. capit. decimooctauo, habetur, quòd indistinctè debeant obseruari ipsi sacri canones, inter quos est, quòd Episcopus habet potestatem reseruandi casus: Tamen ob illud singulare dictum Ioan. de Imo. in capit. ex frequentibus, de instit. relatum per Felyn. in capit. pastoralis, §. primo, de offic. ordinar. quem sequitur Nauar. in cap. ita quorundam, num. 25. de Iudæ. scilicet, excommunicatum generaliter ab homine perinde posse absolui, ac alium excommunicatum à iure, cuius absolutio nemini est reseruata, tenemus Confessarium etiam posse absoluere à censuris Episcopalibus: Tum etiã, quia videtur vsu indistinctè interprætato sublatam esse Episcopalem reseruationem casuum sublata Papali, Nauar. c. 27. num. 254.

29 Est tamen † obiter aduertendum discrimen inter Iubileum, & indulgentiã. Plus enim videtur habere Iubileũ, quàm indulgentia. Illud enim continet potestatem commutandi vota, & absoluendi à casibus reseruatis, & censuris, quæ quidem indulgentia non continet.

30 Octauus casus est, Confessarius † qui vigore Bullæ facultatem habet absoluendi à quibuslibet casibus Papalibus, potest etiam absoluere à censuris Papæ reseruatis: ratio est, quia nullus est casus Papæ reseruatus, cui non sit annexa censura, Nauar. c. 27. nu. 254.

31 Quid † vero veniat nomine censuræ, uide c. quærenti, de verb. sign.

32 Nonus, Papa concessit † indulgentiã iis, qui quarta, & sexta feria orationes faciunt cum eleemosynis: accidit, ut quis vno die tantum orauit, quantum tribus diebus tenebatur, vel vno die largitus est tantam eleemosynam, quantam facere tribus diebus sufficeret ad acquirendam indulgentiam. Quæritur, an iste indulgentiam consequatur. Respondeo, quòd non: nam cum concessio indulgentiæ strictè intelligenda sit, ideo seruanda est forma data ad ipsam acquirendam, vnde nisi adimpleatur totum, non acquiritur, ut colligitur in extr. Clemen. VI. quę incipit, Vnigenitus. Tum etiam, quia tempus hic adiectum faciendi eleemosynas, & orationes tribus diebus, positum est, ut diutius, & pluries benè operetur, unde debet impleri in forma specifica.

33 Quare † Parochi, & concionatores indulgentias pronunciantes debent monere hæc in tribus diebus, & in ea expressis adimplenda esse, cum multi partim ob negligentiam, uel uecordiam protrahunt hęc usque ad Sabbathum. Verum excusarem eos, qui ob probabilem ignorantiam, uel obliuionem, uel imprudentiam omittunt orare, vel eleemosynam elargiri vsque ad Sabbathum, & tunc illas facerent maiores, quam illis tribus diebus: quia rem, quæ culpa caret, in damnum venire non conuenit. capitu. secundo, de constitut. Et verisimile est Papam, si de hoc casu interrogatus esset, ita pro sua maxima ęquitate, & pietate responsu: um, Nauar. in Miscel. 28. de oratione.

34 Decimus. Datur indulgentia † plenaria suorum peccatorum omnibus, qui sunt verè pœnitentes, & confessi, dummodo die octauo Ianuarii uisitauerint Ecclesiam Sancti Seuerini de Neap. Accidit, ut multi fideles confessi fuerint biduo ante festum Sancti, die inquam Epiphaniæ Domini, & tunc tempore uisitationis Ecclesię Sancti Seuerini sunt in statu gratiæ: quæritur, an sufficiat ad assequendã indulgentiam illos fuisse cõfessos de peccatis, an requiratur, ut denuo confiteantur? Respondeo, quod sufficit illa prima confessio, & non est iterata confessio necessaria; quamuis illam iterare utile sit: & rõ est, quia ex quo iste, qui aliàs rite confessus est peccata sua, stat in statu gratię, ergo implet formam

indulgentiæ, cum sit verè pœnitens, & ritè confessus, & per consequens consequitur effectum indulgentiæ, adimplens ea, quæ implere mandatur. Vnde illud participium confessis, exponendū est hoc pacto, idest, qui sunt, vel fuerunt confessi: vnde si fui confessus ante hanc indulgentiam, & perseueraui in statu gratiæ, est verum, quòd fui confessus, & per consequens proficit mihi indulgentia, ita Cardin. à Turrecrem. in cap. mensuram, §. in Leuitico, nu. 81. de pœnit. distinct. 1.

35 Vndecimus. Aliquis † qui verè contritus, & cum firmo proposito satisfaciēdi Iubileo, & omnia obseruandi ad id requisita, confessus fuit feria secunda omnia totius vitæ suæ peccata etiam reseruata, à quibus fuit absolutus à suo Confessario uigore Iubilei, qui postquam ieiunauit feria quarta, non amplius illud perfecit, nec feria sexta, nec Sabbatho, sed nec eleemosynas largitus est, neque die Dominico communicauit. Quæ-

36 ritur, an confessio † reseruatorum, & absolutio impensa valeat, ita vt non obligetur illa amplius confiteri? Responderunt quidam, quòd non: cum non perfecerit opus, quod cœpit. Hinc vulgo dicitur; Melius est non incipere, quàm ab incœpto turpiter desistere. Et alibi: Non qui incœperit, sed qui perseuerauerit, hic saluus erit. Alii aiunt hunc fuisse sub conditione absolutum, scilicet si Iubilei præceptum adimpleuerit. Vnde cum conditio seruata non fuerit, videtur hic non fuisse absolutus. At hoc non placet:

37 Non enim † absolutio conditionalis esse debet, sed pura. Respond. igitur affirmatiuè, quòd iste si animo suscipiendi Iubileum bona fide confessus est, & absolutus ab omnibus casibus, & censuris, si tamen postea, vel ex negligentia, uel malitia, aut infirmitate noluit perficere, remanet absolutus: Ratio est, quia ex quo quis legitimè confessus est sua peccata, & absolutus est, non tenetur ea iterum confiteri vllo iure, nec diuino, nec naturali, nec canonico, immò nulla lege humana posset constitui, ut quis absque suo consensu obligetur bis ad confitendum peccata sua, ut inquit D. Tho. in 4. sent. dist. 17. ita concludit post longam disputationem, Nauar. in Miscel. de oratione, 19.

38 Duodecima. Operarius, † qui operando non potuit ieiunare tribus diebus in Bulla Iubilei præscriptis, sed cætera omnia adimpleuit, indulgentiā consecutus est, si propter iustam necessitatem alendi se, & suam familiam omisit ieiunare, dūmodo ea adimpleuerit, in quæ Confessarius illa ieiunia commutauerit; ratio est, quia fortius est, aut æquè obligat quem ad ieiunandum præceptum Ecclesiæ, ac Bulla Iubilei, sed operarius ob iustam necessitatem excusatur à ieiunio Ecclesiæ, ergo etiam à ieiuniis Iubilei, Nau. in Manua. cap. 21. nu. 16.

39 Tertiusdecimus. Publicatur † indulgentia plenaria die Dominico cunctis, qui proxima hebdomada ieiunauerint, eleemosynas erogauerint, & orauerint, & tandem octaua die sacrosanctam Eucharistiam sumpserint. Quæritur si quis feria 4. 5. & 6. in peccato ieiunauerit, orauerit, & fecerit eleemosynam, tandem die Dominica confitetur, & suscipit Sacramentum, an indulgentiam consequatur? Respond. quòd sic, ita Sotus in 4. senten. distinct. 21. quæstio. 2. articu. 3. colum. 4. in fine, & ita est in praxi, vide etiam Sylu. in verbo, Indulgentia, q. 10. versic. nonum.

40 Quartusdecimus. Consequitur † indulgentiam is, qui eleemosynas elargiri non potest ob impotētiam, si cætera alia adimpleuerit; etiam si à Confessario commutatio non fiat, quod secus est in ieiuniis, Nauar. in Miscel. de oratione, 60.

41 Quintusdecimus. Qui † cætera requisita in Iubileis, præterquàm quòd non interfuit processionibus per Bullam iussis, consequitur fructum Iubilei; quia illa iussio Sum. Pontificis non est iussio, sed hortatio, quæ nō inducit præceptum, sed consilium, Nauar. qui supra, in fi.

Sex-

42 Sextusdecimus. Datur † indulgentia facientibus certum quid, puta visitantibus certam Ecclesiam, si determinatur tempus; puta à vespera usque ad vesperam, vel usque ad tale tempus; secundum D. Thom. intelligitur facientibus semel tantum, sed si sit perpetua, intelligitur toties, quoties, sicut in ecclesia B. Petri Romæ est indulgentia perennis decem dierum. Consentit Ioan. Calder. allegans tex. in c. 1. de fil. presbyt. lib. 6. cap. non potest, de præben. lib. 6. & ita est in usu, & communiter hanc opinionem D. Tho. approbant Doct. in cap. fi. de pœnit. & remiss. lib. 6.

43 Decimusseptimus. Datur † facultas per Iubileum Cōfessariis absoluendi ab horis male recitatis, non per hoc videtur facultas illa extendi debere, vt quis non obligetur ad restitutionem fructuū, sed tantum absoluendi à peccato malè recitationis, Naua. capitu. 21. nume. 26. versic. 45.

44 Decimusoctauus. Facultas † illa absoluendi ampla à quibuscunque peccatis, & commutandi vota data vigore Iubilei, & si ad prædicta illa extendatur, quæ quisque post Bullam commisit, vt not. D. Cardin. in cap. cum haberet, de eo, qui dux. in matrim. quam poll. quem sequitur Pręposs. Alexādrinus, 3. colum. versic. & ideo infertur. non tamen extenditur ad vota, quæ quis post Bullam emisit, sed tantum quæ ante illam, Sotus, de iustitia & iure, libro septimo, quæstio. quinta, artic. 3. colum. quarta.

[Quamuis Corduba lib. 5. Quæstionarii, quæst. 37. propopofit. 2. asserat con-
45 trarium. Sed an † per Iubileum, vel alia priuilegia concedentia votorum cōmutationem, possint commutari vota, quæ iam aliàs fuerant per potestatem habentia commutata? dic quòd sic, ita Cord. in summa, quæstio. 150. ratio est, quia cui conceditur plus, conceditur minus, vulgatis iuribus. Sed per Iubileum possunt commutari vota habentia omnem vim, atque robur ad sui obseruationem: ergo multo magis vota aliquantulum modificata per primam cōmuta-
46 tionem. An vero † facultas commutandi vota extendatur ad pœnitentiam iniunctam, & acceptatam, ut illa absque causa commutari possit. Dic quòd non, quia pœnitentiæ sunt aliæ à votis, & à diuersis non fit illatio, l. Papinianus, ff. de minor. Nauar. extra de uoto, lib. 3. cons. 6.

47 Sed vtrum † possit Confessarius multum à pœnitentibus occupatus remittere alteri commutationem voti, v. g. ut consulat virum peritum, & ad eius consilium faciat. Dic quòd sic, vt in simili inquit de pœnitentia, Nauar. in Manua. cap. 26. num. 13.]

Decimusnonus, tractādum est aliquid de indulgentiis, de quibus latissimè loquitur glos. in extr. comm. de pœnitent. & remiss. & primò indulgentiæ quare fuerint inuentæ. Respond. pro euidenti declaratione huius quæstionis, quòd in
48 peccato † sunt duo; culpa, qua offenditur Deus; & pœna, quæ debetur pro culpa, vt supra, in primo libro, capitulo decimoseptimo, diximus: culpa remittitur in contritione, quæ est cum proposito confitendi, & satisfaciendi, ut per Psal. 31. Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed quamuis Deus remittat culpam per cōtritionem, tamen requiritur confessio, vt ipse Confessarius absoluat pœnitentem ab illa pœna æterna, quæ virtute contritionis fuit commutata in temporalem. Nam si decederet sine confessione non contempta tamen, sed pręuenta, iret ad purgatorium, cuius pęna, ut dicit August. in capit. nullus, de pœnitent. distinct. 7. est maxima.

49 Quando ergo † pœnitens confitetur, sacerdos absoluit illum de hac pœna in clauium virtute, cui ipse se subiicit in confessione. Vnde quando semel confitetur quis, dimittitur ei aliquod de pœna huiusmodi, & pariter quādo iterum, & posset toties confiteri, quòd tota sibi dimitteretur.

50 Inuenerunt autem † successores Apostolorum alium modum remissionis huius pœnæ, scilicet, beneficia indulgentiarum, quæ existenti in charitate tantum valent, quantum sonant, & quantum pronuntiantur. Hinc recitantes coronas, vbi adest unus calculus benedictus, vel plures, debent esse in gratia saltem contriti, vt indulgentiam consequantur. Idemque est de visitantibus Ecclesiam, cui concessa est indulgentia, & de ascriptis in aliqua confraternitate: quia in eo actu, quando ascribuntur debent esse in gratia, ut effectum indulgentiæ consequantur.

51 Hæ vero indulgentiæ † non valent, nisi quatuor concurrant. Primum authoritas in concedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere.

Primo igitur requiritur authoritas in concedente, quæ principaliter residet in Summo Pontifice, secundario in Episcopis, & Archiepiscopis. Et ideo Papa potest in toto terrarum orbe dare indulgentias: Archiepiscopi vero, & Episcopi tantum in suis diœcesibus, capit. quod autem, capitu. cum ex eo. capitu. nostro, de pœniten. & remissio. Item Summus Pontifex potest concedere indulgentias plenarias, & limitatas, Archiepiscopi vero tantum dierum, 40. dist. can. cum ex eo.

Secundo requiritur idoneitas in recipiente, idest, vt sit in statu charitatis, qui illas vult consequi, idest, vt sit vere pœnitens, & confessus, facit text. in capitulo, pastoralis, in fine, de appellatio.

Tertio requiritur pietas in fine, idest, honor Dei, & exaltatio fidei, idest, ut Deus glorificetur, & fides exaltetur catholica.

Quarto vtilitas in opere, idest, quòd opus, quod pro indulgentia imponitur, sit vtile, & ordinabile ad finem prædictum, vt per hoc Deus honoretur, & fides exaltetur catholica. Item oportet, vt opus adimpleatur in forma specifica. Ita D. Thom. quodlib. 2. artic. 16. & in Opusc. super Pater noster, in 5. petitione.

52 Hæ † vero indulgentiæ procedunt de thesauro Ecclesiæ. Vnde sciendum est, quòd Christus pro Ecclesia sua sanguinem suum fudit in sua sacratissima passione, quæ quidem passio Christi excessiua fuit, vnde & excessus uocatur in Luca, ubi in transfiguratione loquebantur de excessu, & ibi Sermone quarto, de Transfiguratione Domini, diximus quare passio, & mors Christi uocatur excessus. Vnica enim gutta sanguinis tam pretiosi suffecisset pro redemptione totius mundi. Iste igitur Christi sanguis, & multa alia, quæ fecit, & sustinuit, quorum æstimatio est infiniti ualoris propter dignitatem personæ. Vnde dicitur Sap. 8. quòd infinitus est in illa thesaurus hominibus. Similiter etiam omnes alii Sancti intentionem habuerunt in his, quæ passi sunt, & fecerunt propter Deum, ut hæc essent non solum in sui utilitatem, sed etiam totius Ecclesiæ. Vnde Summus Pontifex, & ille, quibus ipse committit, possunt huiusmodi merita, uidelicet Christi, & B. Mariæ, ac Sanctorum, ubi necesse est, dispensare.

Vigesimus. Sciendum est secundum Sotum in quarto sentent. distinct. 21. q.
53 secunda, artic. primo, quòd uarii † sunt modi indulgentias concedendi. quorum primus est, concedimus indulgentiam de culpa, & pœna, quod proprie non est uerum: quia solus Deus authoritatiuè culpas remittit, iux. illud Isa. Ego solus deleo iniquitates tuas per memetipsum. Sed ideo sic dicitur, quia ibi remittitur culpa Deo per contritionem, quæ præexigitur, & pœna à Papa per indulgentiam, quæ subsequitur, Syluest. in uer. Indulgentia, quæst. 10. uersic. 1. in fi.

[Quid autem sit culpa, & pœna, uide Paul. de Leaz. in clem. prima, de priuil. & ibi Do. Cardin. quæstio. 33. conclu
54 dentem, quòd culpa † est macula, seu offuscatio, quæ generatur in anima peccatoris, qui per peccatum diuertit à bono

nõ incommutabili, ideſt à Creatore, propter bonum cõmutabile, ideſt, rem creatã, ex quo vulneratur anima in bonis ſibi naturaliter collatis, quæ quidẽ offenſa ſolo verbo Dei remittitur, cap. verbum, de pœnit. diſt. 1. d. cap. nemo. & ipſe miſericors Deus ex contritione peccatoris pœnam, quæ eſt perpetua ratione Dei æterni, mutat in temporalem ſuſtinendã in purgatorio, vt diximus ſupra, in 1. par. capit. 7. Pœna vero temporalis qualiter ſoluatur, vide ibi, nume. 3. vel etiam per Papam, vel per Epiſcopos in ſua diœceſi, cap. ex eo, de pœnit. & remiſſ.]

Secundus modus eſt. Concedimus
55 indulgentiam † plenariam, pleniorem, & pleniſſimam. Quidam percunctantes, quid ſibi iſta uerba velint, dicunt, quòd plenaria indulgẽtia intelligitur de pœnis peccatorum mortalium remiſſorum. Plenior vero de ipſis, vnà cum culpis venialium. Sed pleniſſima de abſolutione ab omni pœna, & veniali culpa. Tu vero dic, quòd non eſt maior indulgentia pleniſſima, quàm plenaria: ſed indulgentiarum concionatores exaggerationis gratia illam gradationem inuenerunt poſitiui, comparatiui, & ſuperlatiui; inſtar illius ſæpè, ſæpius, & ſæpiſſimè.

[Sed quid ſi conceditur à Papa, quòd in articulo mortis per idoneum Confeſſorem, quem elegerint, poſſint authoritate Apoſtolici indulti abſolui plenariè, ſicut Eugenii Quarti tempore, referente Archiepiſcopo Florentino, fieri
56 ſolebat. Reſpondeo, quòd † articulus mortis tali caſu debet intelligi præſumptus, & non verus, ideſt, quòd talis indulgentia poſſit dari iis, qui communi æſtimatione reputantur morituri. vnde ſi euadunt mortem, videntur conſequi actum indulgentiæ vſque ad illud tempus, licet poſtea illa expiret in poſterum. Quod intellige, niſi in forma indulti diceretur, quod conſequatur effectum indulgentiæ, caſu quo moriatur: nam tunc nõ conſequitur effectum ſi non moritur, nec gratia expirat per illam abſolutionem, vnde dicat Confeſſor, (ſicut nos dicimus, qui habemus hoc indultum) Abſoluo te, ſi hac vice morieris. Quod idem intellige, ſi hoc non dicitur in indulto, ſed concedens declarauit verbo, ſic intenditur de articulo vero, & non præſumpto. Sed an
57 teneatur † facere confeſſionem generalem, vt talem indulgentiam conſequatur, cum in illa concedatur plenaria remiſſio omnium peccatorum, de quibus eſt ore confeſſus, & contritus. dic quòd non, ſufficit enim confiteri mortalia tantum non confeſſa: non autem confeſſa, vel venialia. quæ quidem indulgentia extenditur ad peccata tradita obliuioni, etiam præterita, ſi de illis dolet. An vero ad effectum conſequendi hanc indulgentiam debeat adimplere, quæ continentur in illa, verbi gratia, recitare quinquagies ſeptem Pſalmos, vel totidem ieiunare in gratia. Dic, quòd melius faceret ſi hæc adimpleret in gratia, quamuis non ſit neceſſarium. poteſt enim hæc adimplere etiam in peccato mortali.

58 Sed † an abſoluens debeat uti verbis indulti, ideſt, authoritate ſedis Apoſtolicæ mihi pro nunc commiſſa: Concedo tibi plenariam remiſſionem omniũ peccatorum tuorum, de quibus es contritus, & ore confeſſus, exceptis iis, quæ ex confidentia huius indulti commiſiſti. Dic quòd ſic. quamuis ſuperfluum ſit dicere: Reſtituo te illi innocentiæ in qua eras quando baptizatus fuiſti. tamen ſi hoc dicatur, non uitiat actum. Hæc Archie. Florent. prout refert Felyn. in tract. de Iubil. nu. 3. uer. ulterius.]

59 Tertius eſt. Concedimus † indulgentiam annorum quinque, uel ſeptem uiſitantibus talem Eccleſiam, & ſic limitatam: ut uidere eſt in uiſitationibus martyrum. ideo ſtationis nomen remanſit à ſtandi actu. Et hæc indulgentia limitata remittit partem pœnæ, ut plenaria totam, argum. l. quæ de tota, ff. de rei uendica.

60 Sed hic dubium eſt, qualiter intelligantur huiuſmodi indulgentiæ 40. dierum, aut annorũ 5. vel 7. aut 100. &c. ad euidentiam huius quęſtionis notanda ſunt duo.

Primum, quòd quantitas pœnæ conſiderari poteſt extenſiuè, & intenſiuè. Quantitas extenſiua eſt illa, quæ menſuratur iuxta diuturnitatem temporis: Intenſiua vero iuxta acerbitatem pœnæ. Exemplum, datur febris ephimera, & chatarralis: prima excellit ſecundã, quia & ſi minus durat, ideſt, per 24. horas, tamen eſt magis intenſa, ideſt, acerba. Secunda excellit primam, ratione extenſionis: quia durat per tres, aut quatuor dies, non tamen ita affligit corpus.

61 Modo, purgatorium † duplex eſt, huius mundi, & poſt hanc vitam. pœna purgatorij huius ſeculi maior eſt illa, ratione extenſionis, quia plus durat. Illius autem purgatorii pœna quælibet minima eſt maior quibuſcunque pœnis huius mundi, ratione intenſionis, D. Tho. 3. par. ſum. quęſt. 46. art. 6. verſ. tertium, & in 4. diſt. 20. art. 1. q. 3. ſecundum, de pœnit. diſt. 6. cap. fi.

62 Secũdum. De iure antiquo pro † quolibet peccato debetur pœnitentia ſeptem annorum, quamuis hodie ſint omnes arbitrariæ, c. Deus, qui, de pœnit. & rem. ſed quia pœnitentes quandoque nec pœnam arbitrariam perficiebant, ideo pia mater Eccleſia ordinauit indulgentias, quæ ſupplerent pro pœnis debitis, pro peccatis commiſſis, vt per Sotum in 4. ſent. diſt. 21. q. 1. art. 3.

His ſuppoſitis, quando cõceditur In-
63 dulgentia † limitata annorum ſeptem intelligitur, vt ſint remiſſæ tot pœnæ, quot in ſeptem annis ille deberet pati, & quando centum annorum Indulgentiæ conceduntur, intelligitur proportionatè huius vitæ annis, vt ſcilicet anni, in quibus deberet ille in hoc mundo pęnam pati extenſiuè, qui fortè eſſent ducẽtum anni, cum non poſſit tantum viuere, & deberet pati in purgatorio, qui omnes remittuntur per Indulgentias: Hinc inquit Sotus, qui ſupra, q. 2. artic. 1. quòd nemo in purgatorio fuit unquam viginti annis, immo fortè nec decẽ, ne paucioribus dicamus. Quare inane eſſet cẽtum annos purgatorii remittere cum in Indulgentiis quandoque habeantur mille & multo plures.

Quartus modus eſt. Concedimus in-
64 dulgentiam † ſeptem annorum de pœnitentiis iniunctis. De hac pœnitentia loquitur tex. in cap. cum ex eo, de pœnit. & remiſ. in clem. ſi dominum, de reliq. & venerat. ſanct. Hoc autem dupliciter intelligi poteſt. Primo, vt ſi Confeſſarius dederit pœnitentiam ſeptem annorum, ſi adeſt totidem annorum indulgentia, poteſt illam pœnitẽs conſequi in compẽſationem pœnitentiæ iniunctę à ſacerdote. & illa ſatisfaciet. Quamuis conſulendum ſit acquirentibus indulgentias; ne propter hoc dimittant pœnitentias iniunctas, precipuè, quia quandoque ſunt multò magis debitores, quàm credunt. Tum etiam quia opera ſatisfactionis ſunt præſeruatiua à peccatis futuris, D. Thom. in 4. ſent. diſt. 20. art. 3. q. 2. ſecundum, & quodlib. 2. art. 16. vel ſecundo dicitur de pœnitentiis iniunctis, ſcilicet, & iniungendis, ſiue per ſacros canones ſcriptos, ſiue per Confeſſarios.

Vltimus modus eſt. Concedimus ſe-
65 ptem † annos, & totidem quadragenas, hoc autem poteſt intelligi totidem quadragenarum, ideſt, vt perinde valeat hæc indulgentia, ac ſi ieiunaſſet totidem Quadrageſimis, quod eſt tempus pœnitentiæ. Et propterea in Lateranenſi Concilio limitata eſt facultas Epiſcopis cõcedendi indulgentias tantum dierum quadraginta, dicto c. cum ex eo, Sotus qui ſupra, diſtinct. 21. quæſtio. ſecunda, artic. primo.

Sed vt reuertamur ad materiã, à qua digreſſi ſumus, ideſt, ad abſolutionem ab excommunicatione maiori.

66 Sciendum † eſt, quod ab excommunicatione maiori lata ipſo iure Pontificio, aut ſynodali, ſi eſt reſeruata, ille abſoluere poterit, cui conſtitutio eam reſeruauit.

seruauit: sed si ius ipsum nulli absolutionem reseruauerit, tunc Episcopus absoluere poterit, text. est celebris, in cap. nuper, tit. nostro, & ibi Abb. num. 5. & 6. & in capitu. Monachi, eodem titu. dicit esse communem, atque ita se habet communis praxis, ut refert Couar. §. 12. nume. 5. vers. contrarium, per glossam com. acceptam, in cap. 2. de pœniten. & remiss. libro sexto.

67 Et † procedit etiam hæc opinio in excommunicatione per sententiam hominis latam, idest, iudicis, quæ generalis est, puta, Quicunque incestum fecerit, sit excommunicatus: etenim absolutio poterit per Episcopum dari, si non fuerit alteri ipsa absolutio reseruata. Ioan. Andr. Imola in cap. graue, de præben. Felyn. in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. Quod quidem etiam procedit si sententia lata esset per Romanum Pontificem: cuius ratio est, quia cum generalis sit, in plurimis æquipollet canoni, & quamuis glo. vltima in cap. ex frequentibus, de institut. senserit contrarium, quasi velit absolutionem in hoc casu dari non posse ab Episcopo, nisi specialiter sit illi permissa, tamen illa minimè obstat: quia illa procedit, quando excommunicatio lata est ab homine, & cõfirmata per Papam, ex certa scientia; nam ab illa Episcopus absoluere non potest, nec quiuis alius, quàm ipse excommunicator. ita Couar. §. 12. nu. 4. concordat opinionem illius glossæ, quæ videbatur contraria.

68 Vnde regula † communis adeo vera est, quando tantum Episcopus absoluere possit ab excommunicatione iuris minimè absolutioné reseruantis, quod proprius sacerdos curam animarum habens nequaquam valeat hanc absolutionem impendere, sicut glos. commu. recepta in capitu. 2. de pœnitent. & remiss. lib. 6. Cuius ratio est, quia absolutio excommunicationis ad iurisdictionem fori exterioris pertinet, quam sacerdos curam animarum habés nequaquam exercere potest, cum ea careat omnino, Couar. qui supra, num. 5. contra Nauar. cap. 27. nume. 39. Nec etiam Episcopo inferior, qui haberet iura Episcopalia, Abb. in cap. Monachi, & c. de Monialibus, tit. nostro, posset tamen sacerdos absoluere de mandato Episcopi, Felyn. in cap. at si clerici, §. 1. de adult.

Sed non solum Episcopus ab excom-
69 municatione † maiori absoluere poterit, sed etiam ille, ad quem pertinet iurisdictio sede vacante, cap. vni. de maiorit. & obed. lib. 6. Competit etiam talis absolutio prælatis exemptis quo ad subditos suos in omni casu, quo conditor canonis illam sibi non reseruauit, & pariter prælatis non exemptis, ut est Abbas, & Archipresbyter, Sylu. in verbo, absolutio, 1. nu. 4.

70 Ab excommunicatione † vero ab homine lata idem ipse iudex, qui eam tulit, potest absoluere: ratio est, quia eiusdem est potestatis ligare, & absoluere, & hoc procedit ex potestate ordinaria: nam posset dari casus, vbi sententia lata esset à iudice, & tamen non iudici tantum esset absolutio reseruata, Francus in cap. Romana, §. caueant, tit. nostro, lib. 6. Praterea eius successor saltem in onere posset absoluere ab excommunicatione prædecessoris, cap. si Episcopus, 11. quæst. 3. Nec non eius superior absoluere valeret, quando superioris, & iudicis partes posset exercere; hinc Archiepiscopus absoluere poterit subditos suffraganeorum in casibus, in quibus iurisdictionem propriam exercere potest, v. g. quia ad eum sit recursus per nouam causæ cognitionem, cap. venerabilibus, tit. nostro, lib. 6. Ac denique ipse Papa de plenitudine potestatis facta satisfactione id poterit, sicut in plenariis Iubileis id concedere solet, vt supra diximus.

71 At si excommunicatio † lata est per sententiam hominis, quæ generalis est, puta, Quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus, si ille, qui commisit furtum, & incidit in excommunicationem, & postea recepit se in aliqua diœcesi, & satisfaciat parti; soluit, verbi gratia, furtum, restituit instruméta, vel scripturas,

propter quæ fuerat excommunicatus, poterit absolui ab Episcopo alterius diœcesis, secus si lis fuisset contestata inter partes in tribunali proprii iudicis: tūc enim per ipsum debet, & per Pontificem lis peragi, Sotus in 4.senten. dist.22.q.2.artic.3.colum.5. Ioan.And.in c. graue, de præb. & in cap.pastoralis, §. præterea, de offic.ordin. quicquid contrarium afferat Caiet. in ver. absolutio excommunicationis, cap.2.

72 Sed an † ciuis Capuanus, qui dum Neap. incurrit in excommunicationem latā ab Archiepiscopo Neapolitano propter crimen manifestum, & publicum, & postea Capuam redit, possit absolui per suum ordinarium? respondit Syluest. in ver. Confessor, 1.num.11. quod regulariter potest absolui, ita etiam inquit in ver. absolutio, 1.num.7. Nauar.capit. 27. num. 255. nisi Archiepiscopus eam sibi reseruauerit, vel ratione satisfactionis, vel scandali vitandi, & non ratione absolutionis, Syluest. in ver. confessor. [Immo etiam si excommunicatio fuisset reseruata, vel specialiter esset lata contra aliquem, tunc si alibi excommunicatus inueniretur, & longissimè abesset à loco, in quo fuit excommunicatus, potest adire Episcopum, vel legatum, & ob absentiam, vel impedimentum adeundi excōicatorem, vel successorem eius, petat absolutionem, ne moriatur in excommunicatione, iux.tex.in cap.qua fronte, de appel. præmissa satisfactione si potest promittendo se quam citò commodè poterit per se, vel per alium petiturum ab excommunicatore absolutionem, & eius mandatis pariturum, D.Th. in addit.3.p. q.24.art.1.in corp.sum. Et accepta absolutione huiusmodi illicò, quam optimo modo poterit, mittat, vel scribat pro absolutione, uel ratificatione illius, quam habuit: quia nisi faciat id, quam citò cōmodè poterit, reincidet in eandem excommunicationem, iuxta c.eos, de sent. excommu.lib.6.]

73 Postremo notandæ † sunt quinque generales regulæ circa excōmunicationem maiorem. Prima. A quacunque excommunicatione absoluit Papa. Secunda. Sacerdos quantumcunque sit mortali crimine etiam publico affectus, potest ab excommunicatione absoluere, licet peccet: quod procedit, etiam si existeret in excommunicatione minori, capit. duobus, tit.nostro, [quia minor excommunicatio priuat solummodo à perceptione Sacramentorum, sed non à collatione, 3.quæst.4.cap. Engeltrudam, de cler. excommu.mini.cap.si celebrat.c.penult. de sent.excommu. Secus tamen esset de
74 sacerdote † excōmunicato denunciato, vel notorio clerici percussore, vel hæretico: nam cum iste sit præcisus ab Ecclesia, & caret exercitio suæ iurisdictionis, & sit priuatus à Sacramentis, alium restituere non potest, de consecrat.dist.4.cap. sanctum. quod enim non habet, dare nō potest, 1.q.1.cap.1. 32.dist. cap.ad hæc, in fin. 1.q.7. cap. Daibertum. An uero possint Episcopus, vel Abbas exemptus excommunicatus excommunicatione maiori sibi eligere Confessorem, qui ab illa excommunicatione, cuius tamen absolutio non sit Papæ reseruata, absoluere possit? resp.quod sic, argu.eorum, quæ not. in cap.pen.extra de pœn.& remiss. ita ut tunc confessor electus absoluet authoritate Papæ, & canonis, & non ipsius Episcopi, vel Abbatis, Henr.in c.duobus, de sent. excommun.]

75 Tertia. Episcopus, † vel eius Vicarius in quibuscunque casibus occultis præter causam hæretici absoluere potest, ut habetur in Conc.Trid.sess. 24. de reform. cap. liceat. Occultum hic intelligo non id, quod distinguitur contra probabile, vt est illud, quod probari non potest, & iudicio Dei relinquitur, 32.distin.c.erubescant, facit tex. in l. duo sunt Titii, ff. de testam.tut. quia secretorum cognitor est Deus, & iudex, 11.q.5.c.consuluisti, 24.q.3.cap.Deus. Quin neque id, quod aliqua tergiuersatione celari potest, licet aliqui sciat, sed illud, quod processit quidem in actu, sed nondum factum est publicum, tametsi probabile est per paucos,

vel

vel duos, aut tres, vel etiam quinque, antequam iudicialiter sit discussum. Dicitur enim secretum factum coram quinque, de pœnit. dist. 5. cap. quis aliquando, §. hæc ergo secreta, glo. sing. in cap. manifesta, 2. q. 1. quod quidem secretum dicitur pene occultum, Anton. Burg. in cap. vestra, num. 30. de cohabit. cler. uel mulie. Sylu. in ver. occultum. Igitur si mente tantum esset retentum, ex illo nunquam ullus incideret in excommunicationem, verbi gratia de hæresi omnino mente retenta.

Insuper neque in casibus in Bulla cœ-
76 næ † Domini cōtentis potest Episcopus absoluere, vt supra diximus in primo lib. de potest. Confess. Etiam si habuerit per priuilegia, vt possit absoluere ab omnibus excommunicationibus Papalibus: nam stylus Romanæ Curiæ est, vt nunquam intelligantur concessæ absolutiones ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ, nisi de eis expressa mentio fiat: quod si aliter fiat, esset irrita absolutio, & absoluens esset ligatus maiori excommunicatione, nisi excusaret ignorantia.

77 Et quod diximus † de potestate Episcopi, idem dicendum est de capitulo sede vacante. Potest enim absoluere ab omni excommunicatione, à qua ipse Episcopus poterat, cap. vnico, de maior. & obedien. lib. 6. Quod intellige, ut non solum procedat in capitulo Ecclesiæ Cathedralis, sed etiam in capitulo Ecclesiæ inferioris vacante sede per mortem prælati, ita tandem concludit Franc. in d. capitu. vnico.

78 Quarta regula. In mortis articulo † in omnibus casibus quilibet facultatem habet absoluendi, sed cum moderamine, vt excommunicatus prius satisfaciat quò ad rem, vel saltem præstet cautionem sufficientem, iuxta glo. penul. in clem. 1. §. verum, de hæret. & ibi Card. q. 4. Felyn. in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ord. quamuis Imola contrarium asserat; cautio tamen debet esse sufficiens cum pignore, vel fideiussore, l. si ex mandato. Titii, §. fin. ff. manda. l. 4. §. adnci, ff. de fideicom. liber. glo. in cap. 1. de dolo, & contu. lib. 6. Si eam dare potest, alioquin det saltem quam potest iuratoriã. Quinimmo qui potest satisfacere ante mortem, sed non commodè, id est, non nisi notabiliter vilius vendendo bona sua, si potest differri absque magno damno alieno, nō tenetur ad aliud, quàm ad dandam cautionem sufficientem, quòd satisfaciet primo quoque tempore, Nauar. cap. 27. nu. 47. & 48. vbi inquit ita esse intelligenda omnia iura loquentia de satisfactione facienda ante absolutionem in mortis articulo.

79 Et hæc conclusio, † scilicet posse impendi absolutionem in mortis articulo, procedit etiam in casibus habentibus annexam excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini, vt diximus supra in primo lib. de potest. Confess. Verum si dicta absolutio in articulo mortis à iudice seculari fieret, non esset vera absolutio. Vnde si infirmus conualesceret, deberet iterum absolui, attamen si decederet, posset post mortem absolui: quia hoc reputaretur euidens contritionis signum, Abb. & Felyn. in cap. à nobis, lo secondo, tit. nostro, Turrecre. in cap. quem pœnitet, de pœn. dist. 1.

Quinta excommunicatum ab vno regulariter alius non absoluit, tex. est in c. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. qui quotidie ad hoc allegatur secundum Abbatem ibi. vbi si delegatus Papæ aliquem excommunicauit, non potest ordinarius illum absoluere, etiam si vult satisfacere, sed debet recurri ad successorem, aut ad maiorem, puta Papam, facit etiam tex. in cap. cum ab ecclesiarum, de offi. ord. c. 1. de treu. & pace.

Limitatur tamen hæc regula in pluribus casibus, & primo in excommunicatione lata per constitutionem hominis, Ioan. Andr. Abb. & Imo. in cap. graue, de præben. per cap. nuper, vbi etiam Abbas, 2. colum. de sent. excommu.

Secundo fallit in delegato Papæ, qui data negligentia, vel iniusta denegatione illius, quẽ excommunicauit, poterit ipse absol-

absoluere ad effectum, ut possit agitari causa commissa sibi, cap. prudentiam, §. sexta, & §. fin. de offi. deleg. Quod intellige, modo absolutio non sit reseruata Papæ, nam delegatus Papæ etiam ratione accessorii ad causam sibi commissam non potest absoluere ab excommunicatione, cuius absolutio reseruatur Papæ, & potest esse ratio, quia in certis casibus absolutio reseruatur Papæ in signum specialis priuilegii, vnde quæ hoc modo reseruantur, non transeunt in alium, nisi ex speciali priuilegio, ut in cap. quod translationem, de offi. leg. Et sic not. casum in quo uno commisso nõ transeunt omnia, sine quibus specialiter commissum expediri non potest, & hoc ratione prædicta. Abbas in d. §. sexta, nu. 4.

Tertio fallit in eo, qui succedit excommunicatori in ipsa causa, siue succedat in onere, siue in honore, vide post Lapum Domin. & Francum in cap. cum plures, de offic. deleg. in 6. Vbi, si in vna causa fuerunt tres iudices delegati, si unus collega, qui præuenit excommunicauit, deinde ratione impedimẽti, vel mortis deuoluitur iurisdictio ad collegam, tunc potest absoluere, argum. cap. pastoralis, de offic. ord. & regula, is qui. de reg. iur. in 6. quamuis alius collega, qui excommunicauit reseruauerit sibi absolutionem, vel aliud inhibuerit. & ratio est, quia collega præcedens habet iurisdictionem à iure, & par in parem non habet imperium, de elect. c. innotuit. Quod tamen secus esset, si subdelegans in subdelegatione prohibuisset, vel absolutionem sibi reseruasset: quo casu ab eo esset absoluendus, & non à subdelegato. Franc. in d. c. cum plures.

Quarto fallit in Papa, qui absoluit excommunicatum ab alio, vt diximus supra, & à Concilio, Lud. cons. 354.

Quinto fallit in absolutione, quæ fit testi pro ferendo testimoniũ, c. veniens, el secondo, de testi. quia potest fieri à iudice causæ, Oldr. cons. 278.]

80 A minori † vero excommunicatione communis est opinio, quam refert Couar. in §. 12. num. 6. quòd quilibet sacerdos proprius, siue parochianus, qui iurisdictione pollet administrandi sacramẽta, absoluere potest, tex. est in c. nuper, tit. nostro, Sylu. in ver. absolutio, 1. num. 3. Sotus in 4. senten. dist. 22. q. 2. ar. 3. col. 3. Non autem alius, qui non est proprius

81 sacerdos: nam quamuis † simplex sacerdos absque vlla iurisdictione possit absoluere à uenialibus, non tamen ex hoc sequitur, quòd possit absoluere ab excõmunicatione minori: ratio est, quia excommunicatio minor est censura, quæ incurritur à iure: censura uero est actus iurisdictionis, ac perinde non potest ab eo fieri absolutio, qui iurisdictione caret, ita est communis opinio contra Nauar. in Manua. c. 27. nu. 25.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus an possit à suo non superiore absolui, vel excommunicari, & sic alterius iurisdictioni se submittere.*
2 *Ordinarius potest subditum absoluere in aliena diœcesi, quoad forum pœnitentia.*
3 *Absolui an possit quis ab excommunicat. per procuratorem, per epistolam, & per salutationem Papæ. nu. seq.*
5 *Inuitus quando ab excommunicatione absoluatur.*
6 *Mortuus absolui potest ab excommunicatione, & quid prosit hac absolutio.*
7 *Causæ falsæ expressio, vel etiam occultatio alicuius causæ in absolutione, an inualidet absolutionem.*
8 *Absolutio vnica omnes excommunicationes, quibus tenetur pœnitens, tollit.*

Circa quæ se extendat potestas absolutionis. Cap. XVI.

1 ABsoluere nullus † potest exemptum, quamuis uolentẽ, etiam eius superiore impedito, [& ratio est, quia ex quo Papa exemit illum à iurisdictione alterius, non debet transgredi proprios terminos, & sibi

sibi non subditum absoluere, vel ligare, nec potest exemptus iurisdictionem alterius prorogare, nec quo ad forum contentiosum, c. significasti, de foro competenti, nec quo ad pœnitentiale, c. omnis, de pœnit. & remiss. & sic non potest exemptus ab alio absolui, siue sit absolutio pœnitentialis, siue absolutio fori contentiosi: Tum etiam, quia si posset exemptus prorogare iurisdictionem quo ad absolutionem, vel ad alium articulum contentiosum, ita posset in alio, & in alio, & sic in infinitum, & ita in toto renuntiaret priuilegio exemptionis, quod facere non potest, vt in c. cum tempore, de arbitr. ita concludit Abb. in c. Monachi, de sent. excom. & in c. significasti, de foro competen. aduersus Feder. de Sen. consi. 14. quem sequitur Io. de Lignano in c. ne in agro, de statu regul. respõdens rationi Feder. & illam cõfundens, quòd priuilegium exemptionis nõ fuit in merum fauorem exempti concessum, quia non cõcernit simpliciter eius fauorẽ, immo fauorem superioris, cum non possit ipse subditus renuntiare quod aliàs posset, vt in c. ad apostolicam, de regular. l. si quis in conscribendo, de pactis. interest enim sui iudicis considerare vultus, & gesta sui subditi, vt in cap. omnis, de pœnit. & remiss. Rursum si speciale est in c. fi. de pœnit. & remiss. vt exempti prælati possint sibi eligere confessorem, ergo regulariter nequeunt consentire in aliũ iudicem. Hinc diximus in 1. lib. cap. 13. num. 55. quòd requiritur licentia prælati sui, vt religiosus possit alteri confiteri. Et quod dictum est quo ad potestatem absoluendi, extende multò magis quo ad potestatem excommunicandi. Hinc Ioannes Andreas in regula, scienti, de regul. iur. in sexto, infert ad quæstionem. Si exempus contrahens in loco exempto, promisit creditori non declinare forum diœcesani, si statuto tempore debitum non solueret, de quo soluendo præceptum diœcesani recepit; modo elapso termino, & debito non soluto diœcesanus ignorãs illum exemptum, quia nec talis communiter reputabatur, citauit illum, & quia non comparuit, excommunicauit vt contumacem: dubitatur, an ualeat talis sententia? & fuit cõclusum, quod non: quia non potuit renuntiare sine licentia Papæ: cum superioris iura lædantur, ne subditus ab alio iudicetur, vt in c. nimis, de iureiur. aliàs si dicta renunciatio læderet iura renuntiantis tantum, tunc secus esset, ex quo posset renunciare, ut notatur in c. cum tempore, de arbitr. ita Francus in d. regu. scienti.]

Non subditos vero in alieno territorio delinquentes potest iudex illius territorij absoluere: quia sortiuntur forum ratione delicti, & multo fortius subditos qui in alieno territorio deliquerunt. faciunt quæ habentur in c. à nobis, 1. ti. nostro: illum etiam, qui fuit alterius diœcesis, & alibi deliquit, si postea ad aliam diœcesim puta Salamantiam se transferat, poterit quilibet iudex Salamantinus illum absoluere, Sylu. in uer. Absolutio, 1. num. 11. quod intelligendum est satisfacto parti prius, cap. cum desideres, tit. nostro.

2 Sed ipse † ordinarius si absens est à sua diœcesi, potest etiam absoluere in aliena suum subditum quo ad forum pœnitentiæ, Sylu. qui supra. in princ. secus uero quo ad forum fori, nisi ubi causæ cognitio non requireretur, ut per Doct. in c. nulli, de offi. deleg.

[Sed dubium est, nũquid absolutio ab
3 excommunicatione possit fieri † per procuratorem. Inno. in cap. cum desideres, extra de sent. excommun. inquit, quòd non: quia excommunicatus debet esse pręsens ad prolationem sententiæ, ut per sententiam solemnitas obseruetur, idest vt absolutus in Ecclesiam introducatur. Et non obstat quod quis potest facere per alium, quod per se. quia illud intelligitur secundum eundem, quando personę non requiritur præsentia, sed in absolutione & personæ præsentia, & solemnitas requiritur. Fatetur tamen quod & si iusta causa subesset, quòd etiam in absentia, & per procuratorem absolutio pręstari

præstari potest, argu. 2. q. 5. quanto. Hãc eandem opinionem sequitur Abbas in d. cap. cum desideres. Bal. in cap. Imperatorum, de iura. calum. vbi inquit, quòd absolutio potest peti per procuratorem, sed reconciliatio non, allegat Archid. in cap. cum aliquis, 11. quæst. 3. qui inquit, quod absolutio potest peti, & fieri per procuratorẽ, sed reconciliatio non, quia in reconciliatione, hoc est in solemni reductione in ecclesia, certa forma requiritur, de qua in d. c. cũ aliquis, & 24. q. 3. cap. sed notandum, quæ in absentia non potest seruari, & sic dicit idem, quod Innoc. Spec. vero de procur. §. ratione igitur, &c. versic. Item opponitur dicit, quod procurator specialiter constitutus ad petendam absolutionem sufficit, & ita inquit, seruat Curia. Ad hoc facit, quia quis se repræsentat aut in propria persona, aut per procuratorem idoneũ, de appell. cap. cum parati, in fi. cap. episcopus, dis. 18. & hanc opinionem sequitur Archi. in d. c. cum aliquis, & in cap. eos, de sent. excommu. Per epistolam etiam potest absens absolui, glo. in cap. quanto, 2. quæst. 4. qui quidem absolutus est antequam epistola ad eum perueniat, argu. tex. in l. qui in testamento. ff. qui testa. faci. poss. vbi seruus, cui est relicta libertas, adita hęreditate per heredem, licet ignorans, liber est.

Sed an excommunicatus dicatur absolutus eo ipso, quod Papa communicauerit cum excommunicato ipsum salutando

4 † per epistolam? Inno. in cap. cum olim, extra de priui. num. 3. inquit, quod sic, modo duo concurrãt. Primum, quod contentio sit vt excommunicatio sit nulla. Secundum, quod Papa cum causæ cognitione, scilicet, alio contradicente, & cognita ab ipso ueritate ei communicet: quia tunc videtur declarare eum non ligatum. Si autem sine causæ cognitione, secus est, quia præsumitur per ignorantiam, uel occupationem facere. Pariter si sententia non contenderetur nulla, sed iniusta, quantumcunque communicaret, non credit Inno. absolutum, nisi forma seruetur, argu. cap. cum desideres. §. 1. & §. ult. de sent. excommun. quia non est præsumendum, quod una sua participatione velit tollere obseruantiam iuris, C. de inoffi. testam. l. si quando. nisi appareat, quod communicando eum intenderet absolutum, quod secus esset in aliis prælatis: nam licet uelint per communionem suam excommunicatis redditam eos haberi pro absolutis, non possunt: cum ipsi subiaceant dispositioni iuris, quod non est in Papa, ut inquit Panor. in cap. cum desideres, de sent. excommu. Idem cum Innoc. tenet Archid. in cap. si inimicus, dist. 93. Zabar. in clem. si summus, de sent. excommu.]

Inuitus etiam an possit ab excommunicatione absolui,

5 † fuerunt duæ opiniones, prima B. Tho. in 4. sent. dist. 18. q. vlt. art. 2. vult D. Tho. quod inuitus possit ab excommunicatione absolui, quamuis à vinculo tunc absoluatur, & non à peccato, Abb. remissiuè in cap. transmissam, de elect. in princ. Sotus in 4. senten. distinc. 22. q. 2. art. 3. in fine, Abb. in cap. ab excommunicato, de rescrip. & ratio diuersitatis, quare ab excommunicatione absoluatur, & non à peccato est, quia sicut homo voluntariè peccat, ita quoque uoluntariè à peccatorum nexibus liberari debet. Quod secus dicimus in absolutione à pœnis, & censuris: quia ut inuitus pœnis anathematis subiicitur, ita quoque inuitus ab ipsius uinculis liberari potest. Altera fuit Calder. Dicit enim, si quis fuit iustè excõmunicatus, & perseuerat in contumacia sua, nõ debet absolui, etiam si esset reuertur deterior, ne malitia sua illi prosit, & ne detur causa malignandi. Potest tamen secundum eum inuitus absolui, quando satisfecit, & non vult absolui, vt magis mereatur, vel quando excommunicatio fuit iniusta. Sed Abbas in d. c. ab excommunicato in fi. concordando illas opiniones cõtrarias dicit, quia aut est spes de correctione alio remedio sublata excommunicatione, & procedit opinio B. Tho. quia siue plectendo, siue indulgendo hoc solum

lum benè agitur, vt vita hominis corrigatur, vt dicit tex. in cap. prodest, 23. q. quinta. Aut non est spes de correctione alio remedio, & procedit opinio Calder. vt non absoluatur, quia ex quo non vult obedire Ecclesiæ, debet haberi tamquam ethnicus, & publicanus, idest, vt gentilis, & infidelis, vt in capitu. nouit, de iudic.

6 Mortuus quoque absolui † potest, modo signa contritionis ostenderit, capitulo, à nobis, lo secondo, titulo nostro. quæ absolutio prodest ad multa. Primo, ut Ecclesiæ constet de absolutione. Secundo, vt admittatur Ecclesiasticæ sepulturæ, si fortè fuerit sepultus in loco non sacro. Tertio, vt Ecclesia possit suffragia impartiri.

7 Qui etiam falsam † causam expresserit, si absoluatur, nulla est in foro Dei, capitulo, officii. capitulo, cum pro causa, titu. nostro. glo. com. recepta, in capitulo, ex parte, de offic. ordina. nisi iudex habeat omnino uoluntatem absoluendi, etiam si dicta causa expressa fuisset falsa, Abbas in capitulo, ex parte, num. quinto, de offic. ord. Sylu. in verbo, absolutio, 1. in fi. Verum qui in impetratione absolutionis aliquam causam tacuit, non censetur absolutus, Abb. in dicto capitulo ex parte, numero tertio, cuius opinio vera est, quando causa tacita fuit æquè principalis ad excommunicandum, alioquin valeret absolutio, Abb. in c. cum pro causa, ti. nostro.

8 Sed qui † potest excommunicatum ab omnibus excommunicationibus absoluere, vnica tantum absolutione omnes tollit, etiam si non sint omnes expresse, quando scientiam habens omnium excommunicationum indefinitè excommunicatum absoluerit, & hoc sanè ex ipsius absoluentis mēte præsumpta, quæ quidem mens ex eo colligi poterit, si dixerit, Absoluo te ab excommunicatione & omnibus aliis, quarum non memineris, nec memoriam habes, Couar. in c. alma. §. 11. coll. 4.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab anathemata, & à minori excommunicatione, qualis sit.*

2 *Absolutio à maiori excōmunicatione multa requirit, vt num. seq. & 7.*

4 *Promissio parendi mandatis Ecclesiæ quid importet, & quam vim habeat.*

5 *Absolutionem ab excommunicatione satisfactio quando præcedere debeat, & quid in articulo mortis, nu. seq.*

8 *Absolutionis forma in maiori excommunicatione, quæ dicitur solemnis, qualis sit.*

9 *Absolutio simplex, quomodo fiat.*

10 *Iurisdictionem habens ex delegatione, vel ex priuilegio perpetuo, potest alteri absolutionem delegare.*

De forma absolutionis. Cap. XVII.

1 AB anathemate † qui vult absoluere, illam debet seruare formam, quæ habetur in capitu. cum aliquis. 11. quæst. tertia. Sed qui vult à minori excommunicatione absoluere, aliud non debet exigere ab absoluendo, nisi promissionem de obediendo Ecclesiæ, Sotus in 4. senten. distinct. 22. quæstio. 2. articu. 3. colum. 4. non tamen requiritur iuramentum, cap. nuper. titu. nostro, Syluest. in ver. absolutio, 3. nume. 5. Hostien. in sum. titu. nostro.

2 Sed † in absolutione à maiori excommunicatione multa sunt seruanda, primum iuramentum de stando mandatis Ecclesiæ, c. ea noscitur, c. de cætero, titu. nostro. Si tamen omittitur, valet absolutio secundum communem opinionem, Abb. in d. c. de cætero. & ratio est, quia iuramentum non est forma, sed potius admittitur, ne de cętero talia excommunicatus facere pręsumat, d. cap. ea noscitur. Quinimmo si excōmunicatus habetur suspectus, quòd iuramentum forsan non seruaret, exigi non debet.

3 In † quibusdam tamen criminibus necessarium est illud, verbi gratia, in crimine hæresis, apostasiæ à fide, homicidii sacerdotis, veneficii, & huiusmodi. Nam in iis casibus debet exigi iuramétum amplius non incidendi in illis. In aliis autem leuioribus, secundum omnes Doctores, satis est promissio obediendi mandatis Ecclesiæ.

4 Per promissionem † vero intelligere non debemus promissionem factã Deo, aut Confessario tanquam Vicario Christi, quia tunc esset uotum, quod iuxta D.Tho.2.2.q.88.artic.8. magis obligat, quàm iuramentum, sed per promissioné intelligendum est firmum propositũ parendi mandatis Ecclesiæ.

5 Secundum, si † est excommunicatus per iniuriam, aut damnum illatum, debet satisfacere læso, cap. cum pro causa', tit.nostro, antequam per Confessarium absoluatur, siue is, qui damno, aut iniùria est affectus, sciat quis sit damni, vel iniuriæ illator, siue nesciat, Nauar.cap. 26.num.7.in fi. Quæ quidem satisfactio debet fieri eo modo, quo potest. Nam si non esset facultas soluẽdi, præbeat quàm primũ cautionem idoneam, idest, pignora, vel si illa dare nequeat, fideiussioné, quòd si nec hanc, iuret, quamprimum se saltem satisfacturum, iuxta Caie. in ver. absolutio excommunicationis, c. 1. Nauar.cap.26. num.7. in fi. per tex. in cap. uenerabilibus, tit.nostro. lib. 6. Quod si talem diligentiam Confessarius non exhibeat, sciat se peccasse mortaliter, ibi Nauar. vide glo.Ioan.22.in extra. 1.de elec. ver.minime.

6 Quod si † de iniuria, damnove illato probabile sit dubium, an ex iniuria damnum sit illatum, nec ne, sufficit cautio idonea postea satisfaciendi, Sylu.in ver. absolutio.3.nu.3.

Sed quid si damnum sit certum, & est in articulo mortis, tunc potest à quolibet Confessario absolui à quacũque excommunicatione etiam Cœnæ Domini, modo prius satisfaciat, si potest, aliàs præbeat cautionem. Nauar.c.27. num. 43. & idem dicẽdum, quando aliquis extra mortis articulum esset absoluendus: quia eadem ratio.

7 Tertium, si honestè, † & absque scandalo fieri posset, expoliari deberet, ita ut nudentur scapulæ, & dicendo Miserere, verberari per singulos versus acrius, vel leuius pro delicti qualitate, & postea cũ aliis orationibus solitis, videlicet, dicto Psalmo pœnitentiali subiungat, Kyrieeleison, Pater noster, Et ne nos inducas in tentationem, Sed libera nos à malo. Versus, Saluum fac seruum tuum. A. Respon. Deus meus sperantes in te: Nihil proficiat inimicus in nobis. cum Responsorio, Esto ei Domine. cum Resp. Domine exaudi, Dominus uobiscum. Oremus: Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt quem, vel quam sententia excommunicationis ligat, miseratio tuæ pietatis absoluat, per Christum Dominum nostrum, amen.

8 Deinde fiat † absolutio, cuius forma talis est. Authoritate omnipotentis Dei, & Beatorũ Apostolorum Petri, & Pauli mihi commissa absoluo te à tali sententia, vel ab excommunicatione, quam incurristi propter talem, & talem causam: & toties, quoties incurristi, & restituo te sanctis Ecclesiæ Sacramentis; In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Quartum faciat mandata rationabilia, maximè contra canonem illũ, in quem incidit. Latissimè hæc Host.in sum. titu. nostro. Et hæc dicitur absolutio solemnis, quæ semper fieri debet, maximè, quando præcipitur, vt detur absolutio in forma. Est & alia absolutio † simplex,
9 quæ fit per verbũ absoluo, vel æquipollens, Sylu.in ver.absolutio.3.in fine Hodie tamen esset forte necesse exprimere, verbum, Absoluo: Cum videatur factũ de forma absolutionis, per tex. in cap. 3. sess.14.de refor.in Conc.Trid.

10 Addendum † postremo est, quòd qui possunt absoluere ab excommunicatione uirtute iurisdictionis delegatæ à Principe,

cipe, aut concessæ in priuilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officii, vel virtute alterius ordinariæ potestatis, possunt committere aliis, iuxta glos. receptam, in cap. fi. de offic. iud. ord. quæ conciliat illud cum cap. fin. §. fin. de offic. deleg. dicens illud procedere in illis, quibus solum simplex ministerium absolutionis sine alia iurisdictione conceditur. Immo simplex ministerium absoluendi potest delegari etiam à delegato ordinarii, & à subdelegato Papæ, quod nota. Ita Nauar. cap. vigesimoseptimo, nume. 45. vers. 8.

SVMMARIVM.

1 *Casus Papales de iure communi, vel in Bulla Cœna, qui.*

2 *Iubileum, neque priuilegium concedens absolutionem à casibus etiam à reseruatis Papa, extendit se ad casus Bulla.*

3 *Bulla vnde sic dicta, quo tempore inuenta, & à quo, & à quibus aucta, an lex possit appellari, nu. seq.*

5 *Bulla quo ad excommunicationes latas per alia iura, nil aliud efficit, nisi vt illa sint Papa reseruata.*

6 *Bulla vnde dicta, & quotannis solebat publicari, & quoties hodie.*

7 *Bulla an publicanda sub mortali, & quare publicetur.*

8 *Finis Papa in publicanda Bulla, qualis.*

9 *Bullam habere Confessarii tenentur sub mortali, sed hodie est consilium.*

10 *Bulla caput primum personarum genera xi. comprehendit.*

11 *Haresis quid. Et an expuentes in imagines, vel conculcantes sacramentum ex passione sint haretici.*

12 *Adorantes damones in phiala, si absit error in intellectu, non sunt haretici.*

13 *Dubius in fide quis, & qua requirantur, vt quis sit hareticus, vide remissiuè.*

14 *Hareticorum appellatione, qui comprehendantur, nu. seq.*

16 *Inquisitores haresis de geminatis nuptiis, vel nefariis Monachi, vel sacrati cognoscunt, nu. seq.*

18 *Sortilegi, & diuinatores, quo casu haretici dicantur.*

19 *Haretici nouem modis dici possunt.*

20 *Hareticorum fautores, qui & quot sint.*

21 *Hareticales actus non impedientes, cum possint, seuerè sunt puniendi, & vt haretici iudicandi, & qui sint, nu. seq.*

23 *Hareticis non vt hareticis fauentes non sunt haretici.*

24 *Iurisdictionem non habentes si hareticos non denunciant in excommunicationem qualem incidant.*

25 *Hareticos manifestare cum iuramento promittentes, si non faciant, de haresi sunt suspecti.*

26 *Dubitans si sit hareticus, an denunciare teneatur.*

27 *Haretico, quibus modis faueri dicatur.*

28 *Hareticorum credentes dicuntur ex verbis, & factis.*

29 *Crimen haresis an ex geminato actu ducatur in consuetudinem.*

30 *Sermones hareticales semel audientes non sunt haretici.*

31 *Receptatores hareticorum, qui propriè dicantur.*

32 *Hareticum ignoranter receptans non incidit in bullam, secus si scienter, num. 34. limita, vt ibi.*

33 *Hareticum vi, vel ratione officii receptans, vt caupo, excusatur.*

35 *Hareticum consanguineum receptans in dubio, vel vt consanguineum, an vt amicum receptasse videatur.*

36 *Receptator haretici iuxta consanguinitatis gradum plus, vel minus punitur.*

37 *Hareticorum defensores dupliciter dicuntur, & qui non haretici, sed suspecti sint, nu. seq.*

39 *Aduocati, & procuratores scienter defendentes hareticum pertinacem, incidunt in bullam.*

40 *Hareticorum libros legentes, vt incidant in bullam, qua necessaria.*

41 *Index librorum prohibitorum in tres classes distinctus est.*

42 *Hareticorum libri dupliciter considerantur.*

43 *Hareticorum annotationes legentes incidunt*

Nun-

50 Inuenerunt autem † successores Apostolorum alium modum remissionis huius pœnæ, scilicet, beneficia indulgentiarum, quæ existenti in charitate tantum valent, quantum sonant, & quantum pronuntiantur. Hinc recitantes coronas, vbi adest unus calculus benedictus, vel plures, debent esse in gratia saltem contriti, vt indulgentiam consequantur. Idemque est de visitantibus Ecclesiam, cui concessa est indulgentia, & de ascriptis in aliqua confraternitate: quia in eo actu, quando ascribuntur debent esse in gratia, ut effectum indulgentiæ consequantur.

51 Hæ vero indulgentiæ † non valent, nisi quatuor concurrant. Primum authoritas in concedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere.

Primo igitur requiritur authoritas in concedente, quæ principaliter residet in Summo Pontifice, secundario in Episcopis, & Archiepiscopis. Et ideo Papa potest in toto terrarum orbe dare indulgentias: Archiepiscopi vero, & Episcopi tantum in suis diœcesibus, capit. quod autem, capitu. cum ex eo. capitu. nostro, de pœniten. & remissio. Item Summus Pontifex potest concedere indulgentias plenarias, & limitatas, Archiepiscopi vero tantum dierum, 40. dist. can. cum ex eo.

Secundo requiritur idoneitas in recipiente, idest, vt sit in statu charitatis, qui illas vult consequi, idest, vt sit vere pœnitens, & confessus, facit text. in capitulo, pastoralis, in fine, de appellatio.

Tertio requiritur pietas in fine, idest, honor Dei, & exaltatio fidei, idest, ut Deus glorificetur, & fides exaltetur catholica.

Quarto vtilitas in opere, idest, quòd opus, quod pro indulgentia imponitur, sit vtile, & ordinabile ad finem prædictum, vt per hoc Deus honoretur, & fides exaltetur catholica. Item oportet, vt opus adimpleatur in forma specifica. Ita D. Thom. quodlib. 2. artic. 16. & in Opusc. super Pater noster, in 5. petitione.

52 Hæ † vero indulgentiæ procedunt de thesauro Ecclesiæ. Vnde sciendum est, quòd Christus pro Ecclesia sua sanguinem suum fudit in sua sacratissima passione, quæ quidem passio Christi excessiua fuit, vnde & excessus uocatur in Luca, ubi in transfiguratione loquebantur de excessu, & ibi Sermone quarto, de Transfiguratione Domini, diximus quare passio, & mors Christi uocatur excessus. Vnica enim gutta sanguinis tam pretiosi suffecisset pro redemptione totius mundi. Iste igitur Christi sanguis, & multa alia, quæ fecit, & sustinuit, quorum æstimatio est infiniti ualoris propter dignitatem personæ. Vnde dicitur Sap. 8. quòd infinitus est in illa thesaurus hominibus. Similiter etiam omnes alii Sancti intentionem habuerunt in his, quæ passi sunt, & fecerunt propter Deum, ut hæc essent non solum in sui utilitatem, sed etiam totius Ecclesiæ. Vnde Summus Pontifex, & ille, quibus ipse committit, possunt huiusmodi merita, uidelicet Christi, & B. Mariæ, ac Sanctorum, ubi necesse est, dispensare.

Vigesimus. Sciendum est secundum Sotum in quarto sentent. distinct. 21. q.
53 secunda, artic. primo, quòd uarii † sunt modi indulgentias concedendi. quorum primus est, concedimus indulgentiam de culpa, & pœna, quod proprie non est uerum: quia solus Deus authoritatiuè culpas remittit, iux. illud Isa. Ego solus deleo iniquitates tuas per memetipsum. Sed ideo sic dicitur, quia ibi remittitur culpa Deo per contritionem, quæ præexigitur, & pœna à Papa per indulgentiam, quæ subsequitur, Syluest. in uer. Indulgentia, quæst. 10. uersic. 1. in fi.

[Quid autem sit culpa, & pœna, uide Paul. de Leaz. in clem. prima, de priuil. & ibi Do. Cardin. quæstio. 33. conclu
54 dentem, quòd culpa † est macula, seu offuscatio, quæ generatur in anima peccatoris, qui per peccatum diuertit à bono

nō incommutabili, idest à Creatore, propter bonum cōmutabile, idest, rem creatā, ex quo vulneratur anima in bonis sibi naturaliter collatis, quæ quidē offensa solo verbo Dei remittitur, cap. verbum, de pœnit. dist. 1. d. cap. nemo. & ipse misericors Deus ex contritione peccatoris pœnam, quæ est perpetua ratione Dei æterni, mutat in temporalem sustinendā in purgatorio, vt diximus supra, in 1. par. capit. 7. Pœna vero temporalis qualiter soluatur, vide ibi, nume. 3. vel etiam per Papam, vel per Episcopos in sua diœcesi, cap. ex eo, de pœnit. & remiss.]

Secundus modus est. Concedimus
55 indulgentiam † plenariam, pleniorem, & plenissimam. Quidam percunctantes, quid sibi ista uerba velint, dicunt, quòd plenaria indulgētia intelligitur de pœnis peccatorum mortalium remissorum. Plenior vero de ipsis, vnà cum culpis venialium. Sed plenissima de absolutione ab omni pœna, & veniali culpa. Tu vero dic, quòd non est maior indulgentia plenissima, quàm plenaria: sed indulgentiarum concionatores exaggerationis gratia illam gradationem inuenerunt positiui, comparatiui, & superlatiui, instar illius sæpè, sæpius, & sæpissimè.

[Sed quid si conceditur à Papa, quòd in articulo mortis per idoneum Confessorem, quem elegerint, possint authoritate Apostolici indulti absolui plenariè, sicut Eugenii Quarti tempore, referente Archiepiscopo Florentino, fieri
56 solebat. Respondeo, quòd † articulus mortis tali casu debet intelligi præsumptus, & non verus, idest, quòd talis indulgentia possit dari iis, qui communi æstimatione reputantur morituri. vnde si euadunt mortem, videntur consequi actum indulgentiæ vsque ad illud tempus, licet postea illa expiret in posterum. Quod intellige, nisi in forma indulti diceretur, quòd consequatur effectum indulgentiæ, casu quo moriatur: nam tunc nō consequitur effectum si non moritur, nec gratia expirat per illam absolutionem, vnde dicat Confessor, (sicut nos dicimus, qui habemus hoc indultum) Absoluo te, si hac vice morieris. Quod idem intellige, si hoc non dicitur in indulto, sed concedens declarauit verbo, sic intenditur de articulo vero, & non præsumpto. Sed an
57 teneatur † facere confessionem generalem, vt talem indulgentiam consequatur, cum in illa concedatur plenaria remissio omnium peccatorum, de quibus est ore confessus, & contritus. dic quòd non, sufficit enim confiteri mortalia tantum non confessa: non autem confessa, vel venialia. quæ quidem indulgentia extenditur ad peccata tradita obliuioni, etiam præterita, si de illis dolet. An vero ad effectum consequendi hanc indulgentiam debeat adimplere, quæ continentur in illa, verbi gratia, recitare quinquagies septem Psalmos, vel totidem ieiunare in gratia: Dic, quòd melius faceret si hæc adimpleret in gratia, quamuis non sit necessarium. potest enim hæc adimplere etiam in peccato mortali.
58 Sed † an absoluens debeat uti verbis indulti, idest, authoritate sedis Apostolicæ mihi pro nunc commissa: Concedo tibi plenariam remissionem omniū peccatorum tuorum, de quibus es contritus, & ore confessus, exceptis iis, quæ ex confidentia huius indulti commisisti. Dic quòd sic. quamuis superfluum sit dicere: Restituo te illi innocentiæ in qua eras quando baptizatus fuisti. tamen si hoc dicatur, non uitiat actum. Hæc Archie. Florent. prout refert Felyn. in tract. de Iubil. nu. 3. uer. ulterius.]
59 Tertius est. Concedimus † indulgentiam annorum quinque, uel septem uisitantibus talem Ecclesiam, & sic limitatam: ut uidere est in uisitationibus martyrum. ideo stationis nomen remansit à standi actu. Et hæc indulgentia limitata remittit partem pœnæ, ut plenaria totam, argum. l. quæ de tota, ff. de rei uendica.

60 Sed hic dubium est, qualiter intelli-
gantur huiusmodi indulgentiæ 40. die-
rum, aut annorũ 5. vel 7. aut 100. &c.
ad euidentiam huius quęstionis notan-
da sunt duo.

Primum, quòd quantitas pœnæ con-
siderari potest extensiuè, & intensiuè.
Quantitas extensiua est illa, quæ mensu
ratur iuxta diuturnitatem temporis: In-
tensiua vero iuxta acerbitatem pœnæ.
Exemplum, datur febris ephimera, &
chatarralis: prima excellit secundã, quia
& si minus durat, idest, per 24. horas, ta-
men est magis intensa, idest, acerba. Se-
cunda excellit primam, ratione exten-
sionis: quia durat per tres, aut quatuor
dies, non tamen ita affligit corpus.

61 Modo, purgatorium † duplex est, hu-
ius mundi, & post hanc vitam, pœna
purgatorii huius seculi maior est illa, ra-
tione extensionis, quia plus durat. Illius
autem purgatorii pœna quælibet mini-
ma est maior quibuscunque pœnis hu-
ius mundi, ratione intensionis, D. Tho.
3. par. sum. quęst. 46. art. 6. vers. tertium,
& in 4. dist. 20. art. 1. q. 3. secundum, de
pœnit. dist. 6. cap. fi.

62 Secũdum. De iure antiquo pro † quo-
libet peccato debetur pœnitentia septem
annorum, quamuis hodie sint omnes ar
bitrariæ, c. Deus, qui, de pœnit. & rem.
sed quia pœnitentes quandoque nec pœ
nam arbitrariam perficiebant, ideo pia
mater Ecclesia ordinauit indulgentias,
quæ supplerent pro pœnis debitis, pro
peccatis commissis, vt per Sotum in 4.
sent. dist. 21. q. 1. art. 3.

His suppositis, quando cõceditur In-
63 dulgentia † limitata annorum septem
intelligitur, vt sint remissæ tot pœnæ,
quot in septem annis ille deberet pati, &
quando centum annorum Indulgentiæ
conceduntur, intelligitur proportionatè
huius vitæ annis, vt scilicet anni, in qui
bus deberet ille in hoc mundo pęnam
pati extensiuè, qui fortè essent ducẽtum
anni, cum non possit tantum viuere, &
deberet pati in purgatorio, qui omnes
remittuntur per Indulgentias: Hinc in-
quit Sotus, qui supra, q. 2. artic. 1. quòd
nemo in purgatorio fuit unquam vi-
ginti annis, immo fortè nec decẽ, ne pau
cioribus dicamus. Quare inane esset cẽ-
tum annos purgatorii remittere cum in
Indulgentiis quandoque habeantur mil
le & multo plures.

Quartus modus est. Concedimus in
64 dulgentiam † septem annorum de pœ-
nitentiis iniunctis. De hac pœnitentia
loquitur tex. in cap. cum ex eo, de pœnit.
& remis. in clem. si dominum, de reliq.
& venerat. sanct. Hoc autem dupliciter
intelligi potest. Primo, vt si Confessarius
dederit pœnitentiam septem annorum,
si adest totidem annorum indulgentia,
potest illam pœnitẽs consequi in compẽ
sationem pœnitentiæ iniunctę à sacerdo
te. & illa satisfaciet. Quamuis consulen
dum sit acquirentibus indulgentias; nẽ
propter hoc dimittant pœnitentias iniun
ctas, pręcipuè, quia quandoque sunt mul
tò magis debitores, quàm credunt. Tum
etiam quia opera satisfactionis sunt præ
seruatiua à peccatis futuris, D. Thom. in
4. sent. dist. 20. art. 3. q. 2. secundum, &
quodlib. 2. art. 16. vel secundo dicitur de
pœnitentiis iniunctis, scilicet, & iniun-
gendis, siue per sacros canones scriptos,
siue per Confessarios.

Vltimus modus est. Concedimus se
65 ptem † annos, & totidem quadrage-
nas, hoc autem potest intelligi totidem
quadragenarum, idest, vt perinde va-
leat hæc indulgentia, ac si ieiunasset to-
tidem Quadragesimis, quod est tempus
pœnitentiæ. Et propterea in Lateranensi
Concilio limitata est facultas Episcopis
cõcedendi indulgentias tantum dierum
quadraginta, dicto c. cum ex eo, Sotus
qui supra, distinct. 21. quæstio. secunda,
artic. primo.

Sed vt reuertamur ad materiã, à qua
digressi sumus, idest, ad absolutionem
ab excommunicatione maiori.

66 Sciendum † est, quod ab excommu-
nicatione maiori lata ipso iure Pontifi-
cio, aut synodali, si est reseruata, ille ab
soluere poterit, cui constitutio eam re-
seruauit.

seruauit: sed si ius ipsum nulli absolutionem reseruauerit, tunc Episcopus absoluere poterit, text. est celebris, in cap. nuper, tit. nostro, & ibi Abb. num. 5. & 6. & in capitu. Monachi, eodem titu. dicit esse communem, atque ita se habet communis praxis, ut refert Couar. §. 12. numé. 5. vers. contrarium, per glossam com. acceptam, in cap. 2. de pœniten. & remis. libro sexto.

67 Et † procedit etiam hæc opinio in excommunicatione per sententiam hominis latam, idest, iudicis, quæ generalis est, puta, Quicunque incestum fecerit, sit excommunicatus: etenim absolutio poterit per Episcopum dari, si non fuerit alteri ipsa absolutio reseruata. Ioan. Andr. Imola in cap. graue, de præben. Felyn. in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. Quod quidem etiam procedit si sententia lata esset per Romanum Pontificem: cuius ratio est, quia cum generalis sit, in plurimis æquipollet canoni, & quamuis glo. vltima in cap. ex frequentibus, de institut. senserit contrarium, quasi velit absolutionem in hoc casu dari non posse ab Episcopo, nisi specialiter sit illi permissa, tamen illa minimè obstat: quia illa procedit, quando excommunicatio lata est ab homine, & cõfirmata per Papam, ex certa scientia; nam ab illa Episcopus absoluere non potest, nec quiuis alius, quàm ipse excommunicator. ita Couar. §. 12. nu. 4. concordat opinionem illius glossæ, quæ videbatur contraria.

68 Vnde regula † communis adeo vera est, quando tantum Episcopus absoluere possit ab excommunicatione iuris minimè absolutioné reseruantis, quod proprius sacerdos curam animarum habens nequaquam valeat hanc absolutionem impendere, sicut glos. commu. recepta in capitu. 2. de pœnitent. & remiss. lib. 6. Cuius ratio est, quia absolutio excommunicationis ad iurisdictionem fori exterioris pertinet, quam sacerdos curam animarum habés nequaquam exercere potest, cum ea careat omnino, Couar. qui supra, num. 5. contra Nauar. cap. 27. nume. 39. Nec etiam Episcopo inferior, qui haberet iura Episcopalia, Abb. in cap. Monachi, & c. de Monialibus, tit. nostro, posset tamen sacerdos absoluere de mandato Episcopi, Felyn. in cap. at si clerici, §. 1. de adult.

Sed non solum Episcopus ab excom-
69 municatione † maiori absoluere poterit, sed etiam ille, ad quem pertinet iurisdictio sede vacante, cap. vni. de maiorit. & obed. lib. 6. Competit etiam talis absolutio prælatis exemptis quo ad subditos suos in omni casu, quo conditor canonis illam sibi non reseruauit, & pariter prælatis non exemptis, ut est Abbas, & Archipresbyter, Sylu. in verbo, absolutio, 1. nu. 4.

70 Ab excommunicatione † vero ab homine lata idem ipse iudex, qui eam tulit, potest absoluere: ratio est, quia eiusdem est potestatis ligare, & absoluere, & hoc procedit ex potestate ordinaria: nam posset dari casus, vbi sententia lata esset à iudice, & tamen non iudici tantum esset absolutio reseruata, Francus in cap. Romana, §. caueant, tit. nostro, lib. 6. Præterea eius successor saltem in onere posset absoluere ab excommunicatione prædecessoris, cap. si Episcopus, 11. quæst. 3. Nec non eius superior absoluere valeret, quando superioris, & iudicis partes posset exercere; hinc Archiepiscopus absoluere poterit subditos suffraganeorum in casibus, in quibus iurisdictionem propriam exercere potest, v. g. quia ad eum sit recursus per nouam causæ cognitionem, cap. venerabilibus, tit. nostro, lib. 6. Ac denique ipse Papa de plenitudine potestatis facta satisfactione id poterit, sicut in plenariis Iubileis id concedere solet, vt supra diximus.

71 Atsi excommunicatio † lata est per sententiam hominis, quæ generalis est, puta, Quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus, si ille, qui commisit furtum, & incidit in excommunicationem, & postea recepit se in aliqua diœcesi, & satisfaciat parti; soluit, verbi gratia, furtum, restituit instruméta, vel scripturas,

propter quæ fuerat excommunicatus, poterit absolui ab Episcopo alterius diœcesis, secus si lis fuisset contestata inter partes in tribunali proprii iudicis: tūc enim per ipsum debet, & per Pontificem lis peragi, Sotus in 4. senten. dist. 22. q. 2. artic. 3. colum. 5. Ioan. And. in c. graue, de præb. & in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. quicquid contrarium asserat Caiet. in ver. absolutio excommunicationis, cap. 2.

72 Sed an † ciuis Capuanus, qui dum Neap. incurrit in excommunicationem latā ab Archiepiscopo Neapolitano propter crimen manifestum, & publicum; & postea Capuam redit, possit absolui per suum ordinarium? respondit Syluest. in ver. Confessor, 1. num. 11. quod regulariter potest absolui, ita etiam inquit in ver. absolutio, 1. num. 7. Nauar. capit. 27. num. 255. nisi Archiepiscopus eam sibi reseruauerit, vel ratione satisfactionis, vel scandali vitandi, & non ratione absolutionis, Syluest. in ver. confessor. [Immo etiam si excommunicatio fuisset reseruata, vel specialiter esset lata contra aliquem, tunc si alibi excommunicatus inueniretur, & longissimè abesset à loco, in quo fuit excommunicatus, potest adire Episcopum, vel legatum, & ob absentiam, vel impedimentum adeundi excōicatorem, vel successorem eius, petat absolutionem, ne moriatur in excommunicatione, iux. tex. in cap. qua fronte, de appel. præmissa satisfactione si potest promittendo se quam citò commodè poterit per se, vel per alium petiturum ab excommunicatore absolutionem, & eius mandatis pariturum, D. Th. in addit. 3. p. q. 24. art. 1. in corp. sum. Et accepta absolutione huiusmodi illicò, quam optimo modo poterit, mittat, vel scribat pro absolutione, uel ratificatione illius, quam habuit: quia nisi faciat id, quam citò cōmodè poterit, reincidet in eandem excommunicationem, iuxta c. eos, de sent. excommu. lib. 6.]

73 Postremo notandæ † sunt quinque generales regulæ circa excōmunicationem maiorem. Prima. A quacunque excommunicatione absoluit Papa. Secunda. Sacerdos quantumcunque sit mortali crimine etiam publico affectus, potest ab excommunicatione absoluere, licet peccet: quod procedit, etiam si existeret in excommunicatione minori, capit. duobus, tit. nostro, [quia minor excommunicatio priuat solummodo à perceptione Sacramentorum, sed non à collatione, 3. quæst. 4. cap. Engeltrudam, de cler. excommu. mini. cap. si celebrat. c. penult. de sent. excommu. Secus tamen esset de
74 sacerdote † excōmunicato denunciato, vel notorio clerici percussore, vel hæretico, nam cum iste sit præcisus ab Ecclesia, & caret exercitio suæ iurisdictionis, & sit priuatus à Sacramentis, alium restituere non potest, de consecrat. dist. 4. cap. sanctum. quod enim non habet, dare nō potest, 1. q. 1. cap. 1. 32. dist. cap. ad hæc, in fin. 1. q. 7. cap. Daibertum. An uero possint Episcopus, vel Abbas exemptus excommunicatus excommunicatione maiori sibi eligere Confessorem, qui ab illa excommunicatione, cuius tamen absolutio non sit Papæ reseruata, absoluere possit? resp. quod sic, argu. eorum, quæ not. in cap. pen. extra de pœn. & remiss. ita ut tunc confessor electus absoluet authoritate Papæ, & canonis, & non ipsius Episcopi, vel Abbatis, Hent. in c. duobus, de sent. excommun.]

75 Tertia. Episcopus, † vel eius Vicarius in quibuscunque casibus occultis præter causam hæretici absoluere potest, ut habetur in Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. liceat. Occultum hic intelligo non id, quod distinguitur contra probabile, vt est illud, quod probari non potest, & iudicio Dei relinquitur, 32. distin. c. erubescant, facit tex. in l. duo sunt Titii, ff. de testam. tut. quia secretorum cognitor est Deus, & iudex, 11. q. 5. c. consuluisti, 24. q. 3. cap. Deus. Quin neque id, quod aliqua tergiuersatione celari potest, licet aliqui sciāt, sed illud, quod processit quidem in actu, sed nondum factum est publicum, tametsi probabile est per paucos,

vel

vel duos, aut tres, vel etiam quinque, antequam iudicialiter sit discussum. Dicitur enim secretum factum coram quinque, de pœnit. dist. 5. cap. quis aliquando, §. hæc ergo secreta, glo. sing. in cap. manifesta, 2. q. 1. quod quidem secretum dicitur pene occultum, Anton. Burg. in cap. vestra, num. 30. de cohabit. cler. uel mulie. Sylu. in ver. occultum. Igitur si mente tantum esset retentum, ex illo nunquam ullus incideret in excommunicationem, verbi gratia de hæresi omnino mente retenta.

Insuper neque in casibus in Bulla cœ-
76 næ † Domini cótentis potest Episcopus absoluere, vt supra diximus in primo lib. de potest. Confess. Etiam si habuerit per priuilegia, vt possit absoluere ab omnibus excommunicationibus Papalibus: nam stylus Romanæ Curiæ est, vt nunquam intelligantur concessæ absolutiones ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ, nisi de eis expressa mentio fiat: quod si aliter fiat, esset irrita absolutio, & absoluens esset ligatus maiori excommunicatione, nisi excusaret ignorantia.

77 Et quod diximus † de potestate Episcopi, idem dicendum est de capitulo sede vacante. Potest enim absoluere ab omni excommunicatione, à qua ipse Episcopus poterat, cap. vnico, de maior. & obedien. lib. 6. Quod intellige, ut non solum procedat in capitulo Ecclesiæ Cathedralis, sed etiam in capitulo Ecclesiæ inferioris vacante sede per mortem prælati, ita tandem concludit Franc. in d. capitu. vnico.

78 Quarta regula. In mortis articulo † in omnibus casibus quilibet facultatem habet absoluendi, sed cum moderamine, vt excommunicatus prius satisfaciat quò ad rem, vel saltem præstet cautionem sufficientem, iuxta glo. penul. in clem. 1. §. verum, de hæret. & ibi Card. q. 4. Fely. in cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ord. quamuis Imola contrarium asserat; cautio tamen debet esse sufficiens cum pignore, vel fideiussore, l. si ex mandato. Fi tu, §. fin. ff. manda. l. 4. §. adduci, ff. de fideicom. libet. glo. in cap. 1. de dolo, & contu. lib. 6. Si eam dare potest, alioquin det saltem quam potest iuratoriã. Quinimmo qui potest satisfacere ante mortem, sed non commodè, idest, non nisi notabiliter vilius vendendo bona sua, si potest differri absque magno damno alieno, nõ tenetur ad aliud, quàm ad dandam cautionem sufficientem; quòd satisfaciet primo quoque tempore, Nauar. cap. 27. nu. 47. & 48. vbi inquit ita esse intelligenda omnia iura loquentia de satisfactione facienda ante absolutionem in mortis articulo.

79 Et hæc conclusio, † scilicet posse impendi absolutionem in mortis articulo, procedit etiam in casibus habentibus annexam excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini, vt diximus supra in primo lib. de potest. Confess. Verum si dicta absolutio in articulo mortis à iudice seculari fieret, non esset vera absolutio. Vnde si infirmus conualesceret, deberet iterum absolui, attamen si decederet, posset post mortem absolui: quia hoc reputaretur euidens contritionis signum, Abb. & Felyn. in cap. à nobis, lo secondo, tit. nostro, Turrecre. in cap. quem pœnitet, de pœn. dist. 1.

[Quinta excommunicatum ab vno regulariter alius non absoluit; tex. est in c. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. qui quotidie ad hoc allegatur secundum Abbatem ibi. vbi si delegatus Papæ aliquem excommunicauit, non potest ordinarius illum absoluere, etiam si vult satisfacere, sed debet recurri ad successorem, aut ad maiorem, puta Papam, facit etiam tex. in cap. cum ab ecclesiarum, de offi. ord. c. 1. de treu. & pace.

Limitatur tamen hæc regula in pluribus casibus, & primo in excommunicatione lata per constitutionem hominis, Ioan. Andr. Abb. & Imo. in cap. graue, de præben. per cap. nuper, vbi etiam Abbas, 1. colum. de sent. excommu.

Secundo fallit in delegato Papæ, qui data negligentia, vel iniusta denegatione illius, quæ excommunicauit, poterit ipse absol-

absoluere ad effectum, ut possit agitari causa commissa sibi, cap. prudentiam, §. sexta, & §. fin. de offi. deleg. Quod intellige, modo absolutio non sit reseruata Papæ, nam delegatus Papæ etiam ratione accessorii ad causam sibi commissam non potest absoluere ab excommunicatione, cuius absolutio reseruatur Papæ, & potest esse ratio, quia in certis casibus absolutio reseruatur Papæ in signum specialis priuilegii, vnde quæ hoc modo reseruantur, non transeunt in alium, nisi ex speciali priuilegio, ut in cap. quod translationem, de offi. leg. Et sic not. casum in quo uno commisso nō transeunt omnia, sine quibus specialiter commissum expediri non potest, & hoc ratione prædicta. Abbas in d. §. sexta, nu. 4.

Tertio fallit in eo, qui succedit excommunicatori in ipsa causa, siue succedat in onere, siue in honore, vide post Lapum Domin. & Francum in cap. cum plures, de offic. deleg. in 6. Vbi, si in vna causa fuerunt tres iudices delegati, si unus collega, qui præuenit excommunicauit, deinde ratione impedimēti, vel mortis deuoluitur iurisdictio ad collegam, tunc potest absoluere, argum. cap. pastoralis, de offic. ord. & regula, is qui. de reg. iur. in 6. quamuis alius collega, qui excommunicauit reseruauerit sibi absolutionem, vel aliud inhibuerit. & ratio est, quia collega præcedens habet iurisdictionem à iure, & par in parem non habet imperium, de elect. c. innotuit. Quod tamen secus esset, si subdelegans in subdelegatione prohibuisset, vel absolutionem sibi reseruasset: quo casu ab eo esset absoluendus, & non à subdelegato. Franc. in d. c. cum plures.

Quarto fallit in Papa, qui absoluit excommunicatum ab alio, vt diximus supra, & à Concilio, Lud. cons. 354.

Quinto fallit in absolutione, quæ fit testi pro ferendo testimoniū, c. veniens, el secondo, de testi. quia potest fieri à iudice causæ, Oldr. cons. 278.]

80 A minori † vero excommunicatione communis est opinio, quam refert Couar. in §. 12. num. 6. quòd quilibet sacerdos proprius, siue parochianus, qui iurisdictione pollet administrandi sacramēta, absoluere potest, tex. est in c. nuper, tit. nostro, Syl. in ver. absolutio, 1. num. 3. Sotus in 4. senten. dist. 22. q. 2. ar. 3. col. 3. Non autem alius, qui non est proprius

81 sacerdos: nam quamuis † simplex sacerdos absque vlla iurisdictione possit absoluere à uenialibus, non tamen ex hoc sequitur, quòd possit absoluere ab excōmunicatione minori: ratio est, quia excommunicatio minor est censura, quæ incurritur à iure: censura uero est actus iurisdictionis, ac perinde non potest ab eo fieri absolutio, qui iurisdictione caret, ita est communis opinio contra Nauar. in Manua. c. 27. nu. 25.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus an possit à suo non superiore absolui, vel excommunicari, & sic alterius iurisdictioni se submittere.*
2 *Ordinarius potest subditum absoluere in aliena diœcesi, quoad forum pœnitentiæ.*
3 *Absolui an possit quis ab excommunicat. per procuratorem, per epistolam, & per salutationem Papæ. nu. seq.*
5 *Inuitus quando ab excommunicatione absoluatur.*
6 *Mortuus absolui potest ab excommunicatione, & quid prosit hæc absolutio.*
7 *Causæ falsæ expressio, vel etiam occultatio alicuius causæ in absolutione, an inualidet absolutionem.*
8 *Absolutio vnica omnes excommunicationes, quibus tenetur pœnitens, tollit.*

Circa quæ se extendat potestas absolutionis. Cap. XVI.

1 ABsoluere nullus † potest exemptum, quamuis uolentē, etiam eius superiore impedito, [& ratio est, quia ex quo Papa exemit illum à iurisdictione alterius, non debet transgredi proprios terminos, & sibi

sibi non subditum absoluere, vel ligare, nec potest exemptus iurisdictionem alterius prorogare, nec quo ad forum contentiosum, c. significasti, de foro competenti, nec quo ad pœnitentiale, c. omnis, de pœnit. & remiss. & sic non potest exemptus ab alio absolui, siue sit absolutio pœnitentialis, siue absolutio fori contentiosi. Tum etiam, quia si posset exemptus prorogare iurisdictionem quo ad absolutionem, vel ad alium articulum contentiosum, ita posset in alio, & in alio, & sic in infinitum, & ita in toto renuntiaret priuilegio exemptionis, quod facere non potest, vt in c. cum tempore, de arbitr. ita concludit Abb. in c. Monachi, de sent. excom. & in c. significasti, de foro competen. aduersus Feder. de Sen. consi. 14. quem sequitur Io. de Lignano in c. ne in agro, de statu regul. respōdens rationi Feder. & illam cōfundens, quòd priuilegium exemptionis nō fuit in merum fauorem exempti concessum, quia non cōcernit simpliciter eius fauorē, immo fauorem superioris, cum non possit ipse subditus renuntiare quod aliàs posset, vt in c. ad apostolicam, de regular. l. si quis in conscribendo, de pactis. interest enim sui iudicis considerare vultus, & gesta sui subditi, vt in cap. omnis, de pœnit. & remiss. Rursum si speciale est, in c. fi. de pœnit. & remiss. vt exempti prælati possint sibi eligere confessorem, ergo regulariter nequeunt consentire in aliū iudicem. Hinc diximus in 1. lib. cap. 13. num. 55. quòd requiritur licentia prælati sui, vt religiosus possit alteri confiteri. Et quod dictum est quo ad potestatem absoluendi, extende multò magis quo ad potestatem excommunicandi. Hinc Ioannes Andreas in regula, scienti, de regul. iur. in sexto, infert ad quæstionem. Si exempus contrahens in loco exempto, promisit creditori non declinare forum diœcesani, si statuto tempore debitum non solueret, de quo soluendo præceptum diœcesani recepit; modo elapso termino, & debito non soluto diœcesanus ignorās illum exemptum, quia nec ordinalis communiter reputabatur, citauit illum, & quia non comparuit, excommunicauit vt contumacem: dubitatur, an ualeat talis sententia? & fuit cōclusum, quod non: quia non potuit renuntiare sine licentia Papæ: cum superioris iura lædantur, ne subditus ab alio iudicetur, vt in c. nimis, de iureiur. aliàs si dicta renunciatio læderet iura renuntiantis tantum, tunc secus esset, ex quo posset renunciare, ut notatur in c. cum tempore, de arbitr. ita Francus in d. regu. scienti.] Non subditos vero in alieno territorio delinquentes potest iudex illius territorii absoluere: quia sortiuntur forum ratione delicti, & multo fortius subditos qui in alieno territorio deliquerunt. faciunt quæ habentur in c. à nobis, 1. ti. nostro: illum etiam, qui fuit alterius diœcesis, & alibi deliquit, si postea ad aliam diœcesim puta Salamantiam se transferat, poterit quilibet iudex Salamantinus illum absoluere, Sylu. in uer. Absolutio, 1. num. 11. quod intelligendum est satisfacto parti prius, cap. cum desideres, tit. nostro.

2 Sed ipse † ordinarius si absens est à sua diœcesi, potest etiam absoluere in aliena suum subditum quo ad forum pœnitentiæ, Sylu. qui supra. in princ. secus uero quo ad forum fori, nisi ubi causæ cognitio non requireretur, ut per Doct. in c. nulli, de offi. deleg.

3 [Sed dubium est, nūquid absolutio ab excommunicatione possit fieri † per procuratorem. Inno. in cap. cum desideres, extra de sent. excommun. inquit, quòd non: quia excommunicatus debet esse præsens ad prolationem sententiæ, ut per sententiam solemnitas obseruetur, idest vt absolutus in Ecclesiam introducatur. Et non obstat quod quis potest facere per alium, quod per se. quia illud intelligitur secundum eundem, quando personæ non requiritur præsentia, sed in absolutione & personæ præsentia, & solemnitas requiritur. Fatetur tamen quod & si iusta causa subesset, quòd etiam in absentia, & per procuratorem absolutio

præstari potest, argu. 2. q. 5. quanto. Hac eandem opinionem sequitur Abbas in d. cap. cum desideres. Bal. in cap. Imperatorum, de iura. calum. vbi inquit, quòd absolutio potest peti per procuratorem, sed reconciliatio non, allegat Archid. in cap. cum aliquis, 11. quæst. 3. qui inquit, quod absolutio potest peti, & fieri per procuratorē, sed reconciliatio non, quia in reconciliatione, hoc est in solemni reductione in ecclesia, certa forma requiritur, de qua in d. c. cū aliquis, & 24. q. 3. cap. sed notandum, quæ in absentia non potest seruari, & sic dicit idem, quod Innoc. Spec. verò de procur. §. ratione igitur, &c. versic. Item opponitur dicit, quod procurator specialiter constitutus ad petendam absolutionem sufficit, & ita inquit, seruat Curia. Ad hoc facit, quia quis se repræsentat aut in propria persona, aut per procuratorem idoneū, de appell. cap. cum parati, in fi. cap. episcopus, dis. 18. & hanc opinionem sequitur Archi. in d. c. cum aliquis, & in cap. cos, de sent. excommu. Per epistolam etiam potest absens absolui, glo. in cap. quanto, 2. quæst. 4. qui quidem absolutus est antequam epistola ad eum perueniat, argu. tex. in l. qui testamento. ff. qui testa. faci poss. vbi seruus, cui est relicta libertas, adita hæreditate per hæredem, licet ignorans, liber est.

Sed an excommunicatus dicatur absolutus eo ipso, quod Papa communicauerit cum excommunicato ipsum salu-
4 tando † per epistolam? Inno. in cap. cum olim, extra de priui. nu. 3. inquit, quod sic, modo duo concurrāt. Primum, quod contentio sit vt excommunicatio sit nulla. Secundum, quod Papa cum causæ cognitione, scilicet, alio contradicente, & cognita ab ipso ueritate ei communicet: quia tunc videtur declarare eum non ligatum. Si autem sine causæ cognitione, secus est, quia præsumitur per ignorantiam, uel occupationem facere. Pariter si sententia non contenderetur nulla, sed iniusta, quantumcunque communicaret, non credit Inno. absolutum, nisi forma seruetur, argu. cap. cum desideres. §. 1. & §. ult. de sent. excommun. quia non est præsumendum, quod una sua participatione velit tollere obseruantiam iuris, C. de inoffi. testam. l. si quando. nisi appareat, quod communicando eum intenderet absolutum, quod secus esset in aliis prælatis: nam licèt uelint per communionem suam excōmunicatis redditam eos haberi pro absolutis, non possunt: cum ipsi subiaceant dispositioni iuris, quòd non est in Papa, ut inquit Pano. in cap. cum desideres, de sent. excommu. Idem cum Innoc. tenet Archid. in cap. si inimicus, dist. 93. Zabar. in clem. si summus, de sent. excommu.]

Inuitus etiam an possit ab excommu-
5 nicatione absolui, † fuerunt duæ opiniones, prima B. Tho. in 4. sent. dist. 18. q. vlt. art. 2. vult D. Tho. quod inuitus possit ab excommunicatione absolui, quamuis à vinculo tunc absoluatur, & non à peccato, Abb. remissiuè in cap. transmissam, de elect. in princ. Sotus in 4. senten. distinc. 22. q. 2. art. 3. in fine, Abb. in cap. ab excommunicato, de rescrip. & ratio diuersitatis, quare ab excommunicatione absoluatur, & non à peccato est, quia sicut homo voluntariè peccat, ita quoque uoluntariè à peccatorum nexibus liberari debet. Quod secus dicimus in absolutione à pœnis, & censuris: quia ut inuitus pœnis anathematis subiicitur, ita quoque inuitus ab ipsius uinculis liberari potest. Altera fuit Calder. Dicit enim, si quis fuit iustè excōmunicatus, & perseuerat in contumacia sua, nō debet absolui, etiam si efficeretur deterior, ne malitia sua illi prosit, & ne detur causa malignandi. Potest tamen secundum eum inuitus absolui, quando satisfecit, & non vult absolui, vt magis mereatur, vel quando excommunicatio fuit iniusta. Sed Abbas in d. c. ab excommunicato in fi. concordando illas opiniones cōtrarias dicit, quia aut est spes de correctione alio remedio sublata excommunicatione, & procedit opinio B. Tho. quia siue plectendo, siue indulgendo hoc solum

lum benè agitur, vt vita hominis corrigatur, vt dicit tex. in cap. prodest, 23. q. quinta. Aut non est spes de correctione alio remedio, & procedit opinio Calder. vt non absoluatur, quia ex quo non vult obedire Ecclesiæ, debet haberi tamquam ethnicus, & publicanus, idest, vt gentilis, & infidelis, vt in capitu. nouit, de iudic.

6 Mortuus quoque absolui † potest, modo signa contritionis ostenderit, capitulo, à nobis, lo secondo, titulo nostro. quæ absolutio prodest ad multa. Primo, ut Ecclesiæ constet de absolutione. Secundo, vt admittatur Ecclesiasticæ sepulturæ, si fortè fuerit sepultus in loco non sacro. Tertio, vt Ecclesia possit suffragia impartiri.

7 Qui etiam falsam † causam expresserit, si absoluatur, nulla est in foro Dei, capitulo, officii. capitulo, cum pro causa, titu. nostro. glo. com. recepta, in capitulo, ex parte, de offic. ordina. nisi iudex habeat omnino uoluntatem absoluendi, etiam si dicta causa expressa fuisset falsa, Abbas in capitulo, ex parte, num. quinto, de offic. ord. Sylu. in verbo, absolutio, 1. in fi. Verum qui in impetratione absolutionis aliquam causam tacuit, non censetur absolutus, Abb. in dicto capitulo ex parte, numero tertio, cuius opinio vera est, quando causa tacita fuit æquè principalis ad excommunicandum, alioquin valeret absolutio, Abb. in c. cum pro causa, ti. nostro.

8 Sed qui † potest excommunicatum ab omnibus excommunicationibus absoluere, vnica tantum absolutione omnes tollit, etiam si non sint omnes expressę, quando scientiam habens omnium excommunicationum indefinitè excommunicatum absoluerit, & hoc sanè ex ipsius absoluentis mēte præsumpta, quæ quidem mens ex eo colligi poterit, si dixerit, Absoluo te ab excommunicatione & omnibus aliis, quarum non memineris, nec memoriam habes, Couar. in c. alma. §. 11. coll. 4.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab anathemata, & à minori excommunicatione, qualis sit.*

2 *Absolutio à maiori excōmunicatione multa requirit, vt num. seq. & 7.*

4 *Promissio parendi mandatis Ecclesiæ quid importet, & quam vim habeat.*

5 *Absolutionem ab excommunicatione satisfactio quando præcedere debeat, & quid in articulo mortis, nu. seq.*

8 *Absolutionis forma in maiori excommunicatione, quæ dicitur solemnis, qualis sit.*

9 *Absolutio simplex, quomodo fiat.*

10 *Iurisdictionem habens ex delegatione, vel ex priuilegio perpetuo, potest alteri absolutionem delegare.*

De forma absolutionis. Cap. XVII.

1 AB anathemate † qui vult absoluere, illam debet seruate formam, quæ habetur in capitu. cum aliquis. 11. quæst. tertia. Sed qui vult à minori excommunicatione absoluere, aliud non debet exigere ab absoluendo, nisi promissionem de obediendo Ecclesiæ, Sotus in 4. senten. distinct. 22. quæstio. 2. articu. 3. colum. 4. non tamen requiritur iuramentum, cap. nuper. titu. nostro, Syluest. in ver. absolutio, 3. nume. 5. Hostien. in sum. titu. nostro.

2 Sed † in absolutione à maiori excommunicatione multa sunt seruanda, primum iuramentum de stando mandatis Ecclesiæ, c. ea noscitur, c. de cætero, titu. nostro. Si tamen omittitur, valet absolutio secundum communem opinionem, Abb. in d. c. de cætero. & ratio est, quia iuramentum non est forma, sed potius admittitur, ne de cętero talia excommunicatus facere pręsumat, d. cap. ea noscitur. Quinimmo si excōmunicatus habetur suspectus, quòd iuramentum forsan non seruaret, exigi non debet.

In

3 In † quibusdam tamen criminibus necessarium est illud, verbi gratia, in crimine hæresis, apostasiæ à fide, homicidii sacerdotis, veneficii, & huiusmodi. Nam in iis casibus debet exigi iuramẽtum amplius non incidendi in illis. In aliis autem leuioribus, secundum omnes Doctores, satis est promissio obediendi mandatis Ecclesiæ.

4 Per promissionem † vero intelligere non debemus promissionem factã Deo, aut Confessario tanquam Vicario Christi, quia tunc esset uotum, quod iuxta D.Tho.2.2.q.88.artic.8. magis obligat, quàm iuramentum, sed per promissionẽ intelligendum est firmum propositũ parendi mandatis Ecclesiæ.

5 Secundum, si † est excommunicatus per iniuriam, aut damnum illatum, debet satisfacere læso, cap. cum pro causa, tit. nostro, antequam per Confessarium absoluatur, siue is, qui damno, aut iniuria est affectus, sciat quis sit damni, vel iniuriæ illator, siue nesciat, Nauar.cap. 26.num.7.in fi. Quæ quidem satisfactio debet fieri eo modo, quo potest. Nam si non esset facultas soluẽdi, præbeat quàm primũ cautionem idoneam, id est, pignora, vel si illa dare nequeat, fideiussionẽ, quòd si nec hanc, iuret, quamprimum se saltem satisfacturum, iuxta Caie. in ver. absolutio excommunicationis, c. 1. Nauar.cap.26. num.7. in fi. per tex. in cap. uenerabilibus, tit. nostro. lib. 6. Quod si talem diligentiam Confessarius non exhibeat, sciat se peccasse mortaliter, ibi Nauar. vide glo. Ioan.22. in extra. 1. de elec. ver. minime.

6 Quod si † de iniuria, damnove illato probabile sit dubium, an ex iniuria damnum sit illatum, nec ne, sufficit cautio idonea postea satisfaciendi, Sylu. in ver. absolutio.3.nu.3.

Sed quid si damnum sit certum, & est in articulo mortis, tunc potest à quolibet Confessario absolui à quacũque excommunicatione etiam Cœnæ Domini, modo prius satisfaciat, si potest, aliàs præbeat cautionem. Nauar.c.27. num. 43. & idem dicẽdum, quando aliquis extra mortis articulum esset absoluendus: quia eadem ratio.

7 Tertium, si honestè, † & absque scandalo fieri posset, expoliari deberet, ita ut nudentur scapulæ, & dicendo Miserere, verberari per singulos versus acrius, vel leuius pro delicti qualitate, & postea cũ aliis orationibus solitis, videlicet, dicto Psalmo pœnitentiali subiungat, Kyrieeleison, Pater noster, Et ne nos inducas in tentationem, Sed libera nos à malo. Versus, Saluum fac seruum tuum. A. Respon. Deus meus sperantes in te: Nihil proficiat inimicus in nobis. cum Responsorio, Esto ei Domine. cum Resp. Domine exaudi, Dominus uobiscum. Oremus: Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt quem, vel quam sententia excommunicationis ligat, miseratio tuæ pietatis absoluat, per Christum Dominum nostrum, amen.

8 Deinde fiat † absolutio, cuius forma talis est. Authoritate omnipotentis Dei, & Beatorũ Apostolorum Petri, & Pauli mihi commissa absoluo te à tali sententia, vel ab excommunicatione, quam incurristi propter talem, & talem causam: & toties, quoties incurristi, & restituo te sanctis Ecclesiæ Sacramentis; In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Quartum faciat mandata rationabilia, maximè contra canonem illũ, in quem incidit. Latissimè hæc Host. in sum. titu. nostro. Et hæc dicitur absolutio solemnis, quæ semper fieri debet, maximè, quando præcipitur, vt detur absolutio in

9 forma. Est & alia absolutio † simplex, quæ fit per verbũ absoluo, vel æquipollens, Sylu. in ver. absolutio.3. in fine Hodie tamen esset forte necesse exprimere, verbum, Absoluo: Cum videatur factũ de forma absolutionis, per tex. in cap. 3. sess. 14. de refor. in Conc. Trid.

10 Addendum † postremo est, quòd qui possunt absoluere ab excommunicatione uirtute iurisdictionis delegatæ à Principe,

cipe, aut concessæ in priuilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officii, vel virtute alterius ordinariæ potestatis, possunt committere aliis, iuxta glos. receptam, in cap. fi. de offic. iud. ord. quæ conciliat illud cum cap. fin. §. fin. de offic. deleg. dicens illud procedere in illis, quibus solum simplex ministerium absolutionis sine alia iurisdictione conceditur. Immo simplex ministerium absoluendi potest delegari etiam à delegato ordinarii, & à subdelegato Papæ, quod nota. Ita Nauar. cap. vigesimoseptimo, nume. 45. vers. 8.

SVMMARIVM.

1 *Casus Papales de iure communi, vel in Bulla Cœna, qui.*

2 *Iubileum, neque priuilegium concedens absolutionem à casibus etiam à reseruatis Papa, extendit se ad casus Bulla.*

3 *Bulla vnde sic dicta, quo tempore inuenta, & à quo, & à quibus aucta, an lex possit appellari, nu. seq.*

5 *Bulla quo ad excommunicationes latas per alia iura, nil aliud efficit, nisi vt illa sint Papa reseruata.*

6 *Bulla vnde dicta, & quotannis solebat publicari, & quoties hodie.*

7 *Bulla an publicanda sub mortali, & quare publicetur.*

8 *Finis Papa in publicanda Bulla, qualis.*

9 *Bullam habere Confessarii tenentur sub mortali, sed hodie est consilium.*

10 *Bulla caput primum personarum genera xi. comprehendit.*

11 *Haresis quid. Et an expuentes in imagines, vel conculcantes sacramentum ex passione sint haretici.*

12 *Adorantes damones in phiala, si absit error in intellectu, non sunt haretici.*

13 *Dubius in fide quis, & qua requirantur, vt quis sit hareticus, vide remissiuè.*

14 *Hareticorum appellatione, qui comprehendantur, nu. seq.*

16 *Inquisitores haresis de geminatis nuptiis, vel nefariis Monachi, vel sacrati cognoscunt, nu. seq.*

18 *Sortilegi, & diuinatores, quo casu haretici dicantur.*

19 *Haretici nouem modis dici possunt.*

20 *Hareticorum fautores, qui & quot sint.*

21 *Hareticales actus non impedientes, cum possint, seuerè sunt puniendi, & vt haretici iudicandi, & qui sint, nu. seq.*

23 *Hareticis non vt hareticis fauentes non sunt haretici.*

24 *Iurisdictionem non habentes si hareticos non denunciant in excommunicationem qualem incidant.*

25 *Hareticos manifestare cum iuramento promittentes, si non faciant, de haresi sunt suspecti.*

26 *Dubitans si sit hareticus, an denunciare teneatur.*

27 *Haretico, quibus modis faueri dicatur.*

28 *Hareticorum credentes dicuntur ex verbis, & factis.*

29 *Crimen haresis an ex geminato actu ducatur in consuetudinem.*

30 *Sermones hareticales semel audientes non sunt haretici.*

31 *Receptatores hareticorum, qui propriè dicantur.*

32 *Hareticum ignoranter receptans non incidit in bullam, secus si scienter, num. 34. limita, vt ibi.*

33 *Hareticum vi, vel ratione officii receptans, vt caupo, excusatur.*

35 *Hareticum consanguineum receptans in dubio, vel vt consanguineum, an vt amicum receptasse videatur.*

36 *Receptator haretici iuxta consanguinitatis gradum plus, vel minus punitur.*

37 *Hareticorum defensores dupliciter dicuntur, & qui non haretici, sed suspecti sint, nu. seq.*

39 *Aduocati, & procuratores scienter defendentes hareticum pertinacem, incidunt in bullam.*

40 *Hareticorum libros legentes, vt incidant in bullam, qua necessaria.*

41 *Index librorum prohibitorum in tres classes distinctus est.*

42 *Hareticorum libri dupliciter considerantur.*

43 *Hareticorum annotationes legentes incidunt*

Nun-

Incipit explicatio Bullæ Cœnæ Dom. 1588. Cap. XVIII.

POst explicationem excommunicationis in genere, reliquũ est, vt declaremus excommunicationes in Bulla, deinde cæteras alias Papales, atque etiam Episcopales. Igitur ad faciliorem eius intelligentiam prænotanda essent hęc, & primum, quot sint casus Papales. Secundo, quid sit Bulla Cœnæ, & quando incępit. Tertio, quàm pœnam incurrunt temere absoluentes à casibus in Bulla reseruatis. Quarto, quis modus seruandus in absolutione à casibus reseruatis. Verũ, quia de tertio, & quarto supra de potestate Confessarij, cap. 13. admonuimus in primo lib. ideo videamus de reliquis.

1 Ad primum † igitur sciendum est, casus semper habere censuram annexam, vt per Nauar. cap. 27. num. 234. qui quidem sunt in duplici differẽtia. Alii enim sunt de iure communi, alii vero sunt in Bulla Cęnæ. Casus Papales de iure communi sunt varii, ut in cap. si quis suadente, 27. q. 4. cap. quærenti, de offi. deleg. in extrau. cum detestabile, de simo. in clem. prima, de priuileg. in Conc. Trid. sess. 25. cap. Bonifacii, per Syluc. in ver. casus, & per Nauar. cap. 27. nu. 254. Casus uero Papales reseruati in Bulla Cœnæ sunt de quibus infra. Attamen maxima est inter hæc duo genera casuum reseruatorum differentia.

2 Vnde infertur primo, quòd † quando per Iubileum conceditur facultas absoluendi à quibuscunque casibus etiam sedi Apostolicæ reseruatis, non intelligitur esse concessa facultas absoluendi à casibus in Bulla contentis. Rursum infertur, quòd concesso priuilegio religionibus absoluendi à quibuscunque censuris etiam sedi Apostolicæ reseruatis, non intelligitur concessum priuilegium absoluendi à casibus in Bulla contentis, ut latè per Couar. in capit. alma mater, §. 2. num. 7. & Nauar. qui supra. Item infertur, quòd casus Bullæ non intelliguntur absoluti etiam per generalem, & quamcunque absolutionem solemniter faciendam in die Cœnæ Domini Romæ, ut in Bulla Cœnæ habetur clausula, declarantes, ac protestantes, quæ est vigesima.

3 Ad secundum, Bulla † dicta est ex eo, quòd sigillo plumbeo bullatur, idest signatur, vt latè per Rebuf. in praxi benefic. in tertia par. signat. fol. 132. num. 4. & seq. [De Bulla fit mentio in cap. licet, de crim. fal. in clem. vnica, in fi. de iureiur. in glo. in fine lib. 6. super data. Et quia Petrus, & Paulus reputantur pro vno circa prædicationem verbi Dei, hinc est quòd in Romana Ecclesia in eodem sigillo in Bulla Apostolica effigies utriusque imprimitur, secundum Archid. & Gemin. in cap. quis nesciat, distinct. 11. Estque plumbea, & non argentea, vel aurea, & hoc prudenter quidem, quia propter pretiositatem metalli esset de subtractione Bullæ periculum, vt inquit glo. in d. clem. vnica, in fi.] De hac cum Doctores scholastici nihil dicant, facilè colligi potest admodum antiquam ipsam non esse, sed adinuentam tempore Martini V. circa annum Domini 1420. quo tempore Bohemorum hæreses in Concilio Cõstantiensi fuerunt damnatæ. aucta postea per Paulum II. & Sixtum IIII. in suis extrauagantibus, Et si Dominici gregis. Auxit etiam postea Leo X. aduersus Martinum Lutherum. Deinde illius meminit Paulus III. Iulius III. Paulus IIII. Pius IIII. Pius V. nupertima vero est sub Sixto V. qui nunc sedet, & continet casus viginti.

4 Diciturque hæc Bulla † alio nomine processus, quia nõ est lex, nec statutum, sed hominis sententia, vnde mortuo Papa expirat, per textum in capitu. à nobis, el primo, de sententia excommunicatio. Sed hoc fuit correctum per Pium V. qui statuit hanc Bullam nunquam intelligi expirare, donec à successore fuerit reuocata, vt in Bullà habetur clausula, Volentes patres nostros. Vel etiam dici potest hæc Bulla lex, vel quia ferè omnes

excom-

excommunicationes cōtentę in casibus in Bulla sunt latę per alia iura, & ibi repetitę, vt est illa, de qua in glo. in capitu. quod olim, de Iudę. in extra. prima, eodem titu. in capitu. nouit, de hęret. capitu. excommunicationi, de rapto. cum similib.

5 Et tunc † Bulla nihil aliud addit, quàm reseruationem sedi Apostolicę, cum ante Bullam poterant dictę excommunicationes absolui ab Episcopo etiam si essent Papales, dummodo summus Pontifex illas sibi non reseruasset, vt habetur per glo. & Domin. Anton. de But. in d. capit. quod olim. Tum etiam, quia omnes excommunicationes in Bulla Cœnę sunt generales, & excommunicationes hominis generales in pluribus ęquipollent canoni, sicut explicatur in capit. à nobis, el primo, titu. nostro, Couar. in capitu. alma mater, prima parte, §. 12. numero quarto.

6 Solebat uero hęc Bulla † seu processus ter in anno legi, & publicari, scilicet in die Ascensionis Domini, in die dedicationis Basilicę Apostolorum, & feria quinta hebdomadę sanctę, ut per glo. in clementina prima, verbo, solemnis, de iudic. Abb. in capitu. excommunicationi, notab. 1. de sent. excommu. Hodie tamen publicatur feria quinta hebdomadę sanctę. Hinc dicitur. Bulla Cęnę, quia eadem die Dominus noster ultimam cœnam fecit cum suis discipulis.

7 Quæ etiam † Bulla sub reatu peccati mortalis ab ordinariis ciuitatum, saltem semel in anno publicari debet, vt habetur in eadem Bulla, circa fin. versi. Insuper, vt processus ipsi. Sed licet hodie non publicetur, non propterea est peccatum mortale, quia id fit, ne ueniant scandala. [Publicatur autem, ut omnes Christiani cuiuscunque ordinis sint, qui summo Pontifici subiiciuntur quo ad correctionem peccati, iuxta tex. in capit. nouit, de iudic. vitent peccata grauissima per fulminationem excommunicationis, quæ est medicinalis, capitu. primo, de senten. excommunicat. lib. sexto. cum contempta in Bulla sint edicta omnia ad euitanda, impedienda, & corrigenda illa. Finis

8 autem † summi Pontificis est, ut tamquam pius pater per excommunicationes in ea contentas, cōseruet animarum salutem, Rempublicam Christianam, libertatem Ecclesiasticam, authoritatem Apostolicam, & unitatē à Deo sibi commendatam, quæ sunt bona sedis Apostolicæ, ita Nauar. libro secundo, de sententia excommunicat. consil. 25. nume. 15. & 17.]

9 Debent † etiam omnes Confessarii, & curati illam habere penes se, & legere, atque diligenter examinare, & hoc sub peccato mortali, vt uidere est in Bulla Pii V. & si hodie consilium sit. His sic breuiter prælibatis, aggredior Bullam quæ in tres classes principales diuiditur. In prima continentur pertinentia ad fidem, & religionem. In secunda spectantia ad libertatem Ecclesiasticam. In tertia continentur ea, quæ ad iustitiam, mutuamque fidem seruandam inter fideles pertinent.

Cap. I.

10 INcipit ergo primus articulus huius Bullæ. *Hæretici, &c.* Qui † quidem continet undecim genera personarum, contra quas lata est excommunicatio. Primum genus est hæreticorum, quocū que nomine appellentur, de quibus in l. Arriani, & in auth. Gazaros, de sacrosan. eccle. l. fi. 24. quæstio. 3. per Conc. Trid. sess. 7. cap. 13. Secundum genus sunt credentes hęreticis. Tertium fautores illorum. Quartum receptatores. Quintū defensores. Sextum, legentes libros prohibitos. Septimum, tenentes. Octauum, imprimentes. Nonum, defendentes. Decimum, schismatici. Vndecimum, sedi Apostolicæ inobedientes.

In tex. ibi, *Hæreticos.* Hic necessarium esset explicare, quid sit hæreticus, quæ constituant aliquem hæreticum, quis dicatur dubius in fide, quotuplex sit hæreticus. Sed quia de his supra latè diximus

mus in secundo lib. primo præcep. Ideo iis omissis dicemus quædam alia, & quotidiana.

11 Et primo, † cum hæresis sit error intellectus hominis Christiani fidei catholicę contrarius, ideo & si hæreticus sit is, qui crederet ueritatem esse Sanctorũ imagines non esse adorandas, ut Caluinus dicebat, & habetur in Conc. Trid. sess. 25. post princ. Tamen in foro animæ excusatur ab hæresi, qui ex animi passione commoti spuunt in imagines, vel conculcant sacramentum, cum non habeant errorem in intellectu, credantque sanctissimum Sacramentum adorandum esse, & Sanctorum imagines venerandas; peccant tamen mortaliter, suntque suspecti de hæresi, & blasphemi hæreticales, sed non sunt excommunicati in Bulla Cœnæ.

12 Secundo, adorantes † dæmonem in phiala ob libidinis causam, vel eidem turificantes ad inueniendum thesaurum; si non est error in intellectu, idest, non credunt dęmonem esse adorandum, peccant mortaliter, attamen non sunt hæretici, nec excommunicati in Bulla, D. Anton. in secunda par. sum. titu. 12. cap. 1. in princ. Ioan. Tabien. in ver. excommunicatio, in quinto casu. Et nota, quòd antiquitus prohibitum erat per Bullam Cœnæ tenere spiritum in phiala, hodie tamen iste casus non reperitur in præsenti Bulla.

13 Tertio, cum dubius † in fide infidelis sit, c. 1. de hæret. ideo sciendum est, quòd dubius dicitur ille, qui non plenè credit, ea, quæ sunt in fide catholica determinata, sed in corde suspensus est. Quæ autẽ requirantur, vt dubius in fide sit hæreticus, diximus supra, capitu. 8. lib. 2. de primo præcep.

14 Quarto sciendum † est, quòd hic appellatione hæreticorum comprehenduntur non solum hæretici manifesti, sed etiam occulti, idest, qui de sui natura possunt esse noti, verbi gratia, si procederent etiam in opus, occultissimè exprimendo hæresim verbo, scripto, nutu, vel signo verbis æquipollenti de sui natura probabili; licet contingeret probari non posse, quia nemo illam uidit scriptam; aut audiuit: quod secus dicendum de hæresi omnino occulta persistenti in sola cogitatione, Sylu. in uer. excommunicatio 9. 7. num. 2.

15 Item comprehenduntur † etiam uniuersi, qui de Sacramentis aliter sentiunt aut docent, quàm Ecclesia Romana, c. ad abolendam, de hæret. Sylu. in uer. hæresis, 1. num. 1. Hinc infert Lapus, quem sequitur Franc. in c. accusatus, de hæret.

16 lib. 6. num. 3. quòd dicitur † hæreticus, qui desponsata una per uerba de præsenti, contraxit matrimonium cum alia, & contra eum tanquam hæreticum posset inquiri, qualiter sentiat de Sacramento matrimonii. Verum in foro conscientiæ si rectè de Sacramento sentiret, sed illud fecisset ad satisfaciendum suæ libidini, in Bullam non incideret.

17 [Sic etiam posset † inquisitor inquirere, & cognoscere de nefariis nuptii monachi, & clerici sacro ordine insigniti: cũ sit crimen proximius ad implicandã manifestam hæresim, propter irreuerentiã quę fit Sacramento ordinis, & sacro monachatui, & Sacramento matrimonii, quę interuenit in eiusmodi nuptiis, ita Nauar. lib. quinto, de hæret. cons. primo, num. 7.]

18 Rursum, † sortilegi, & diuinatores, qui si interius cũ facto exteriori, atque pertinacia aliquid credũt, quod deroget ueritati fidei Christianæ, tunc comprehenduntur in hoc verbo hęretici, & per consequens sunt excommunicati, absoluendi tantũ à Papa, ita Antonut. in Cathe. Neap. lib. 5. cap. 36. Quod secus dicendum, si non haberent errorem in intellectu, sed tantum facerent illũ actum exterioris hæresis, ita Nauar. cap. 2. num. 22. & 27. Ang. in ver. hæresis, §. 3. exemplum est in capit. nunc autem, 11. quæstio. tertia, & in capitu. non solum, distinct. 21.

19 [Dicuntur † etiã hæretici multis aliis modis. Primo, qui peruertit Sacrementa eccle-

Ecclesiæ, vt simoniacus, 1.q.1.c.eos qui. Secundo schismaticus, 7.q.1. denique. Tertio excommunicatus, 4.q.1. quod autem hi. Quarto errans in expositione sacræ scripturæ, 24.q.5. cap.hæresis, 37. distin. relatum. Quinto, qui nouam sectam fingit, vel sequitur, 24.q.3. hæreticus. Sexto, qui priuilegio Romanæ Ecclesiæ, quę præest omnibus, detrahit, c. omnes, distin.22. Septimo, qui communionem catholicæ fidei non recipit, ut in Auth.de priuil.doti.hæret.mulieri nō pręstari, post princ.vers. igitur sacram cō munionem, colla.8. Octauo, qui pręcepta sedis Apostolicæ pertinaciter transgreditur, 19. distin. nulli. Nono stricto modo, & propriè, qui aliter sentit de articulis fidei, vel Sacramentis Ecclesiæ, quam Romana Ecclesia, 24.q.1. hęc est fides, & cap. quoniam, de hęret. ad abolendam.]

Fautores eorum.

20 Fautores † dicuntur, qui subleuant hęreticos fauore, vel pecunia, vel qui procurant aliqua, per quę liberentur, vel subministrant, 23. quęstio.4. est iniusta, ff. de fur.l. si pignore, de hęret. accusatus, §. sacerdotes, lib.6. vel aliàs. Et sunt in duplici differentia, quidam habent iurisdictionem, quidam non. Qui habent iurisdictionē, dicuntur fautores, si negligant, vel omittant capere, vel punire hęreticos, cap. negligere, 2.q.7. cap. qui potest, 23.q.3. vnde 1. Reg. dicitur, quòd Rex Saul damnatus fuit, & Regno priuatus, quia contra pręceptum Domini pepercit Agag Regi Amalech. Facit auth. si vero, C.de hęret. facit etiam tex. in c.pręterea, 23.q.8. ubi crimina, quę quis potest corripere, & nō corripit, ipse committit; & error, cui non resistitur, approbatur, c.error, dist. 83. Hinc glo. in clem.1. de pœnis, hos vocat fautores.

21 [Hinc si Episcopus, vel aliarum † Ecclesiarum prelatus, seu alius fidei iudex potens impedire, vel prohibere lectionem librorum, aut predicationem dogmatum hęreticaliū in sua diœcesi, aut negligens punire hęreticos, cum posset eos capere, & punire, & hoc non facit, hęreticus iudicari potest in foro exteriori, & ut talis tractari in sacro Inquisitionis tribunali. & ratio est, quia cum possit contradicendo actum impedire, & tacet, & dissimulat, videtur consentire, ita Bart. in l. quę dotis, ff.solut.matrim. Igitur talis, qui negligit dięcesim ab hęresibus purgare, non solum seuerè puniendus est, si est Episcopus, sed etiam ab Episcopali dignitate remouendus, c.excommunicamus, el primo, §. volumus, extra de hęret.] In hoc
22 etiam numero † sunt Inquisitores, Ministri Inquisitionis negligentes, & omittentes capere, ac punire, & torquere hęreticos. Item ministri iustitię secularis, qui negant brachium seculare pro hęreticis, [vel de hęresi suspectis capiendis, ac puniendis, cum ab Episcopis, vel Inquisitoribus, aut altero eorum requiruntur: Vt pote si eos non capiant, vel captos diligenter non custodiant, vel infra districtum suum ad locum, de quo eis mandabitur non deducant, aut executionem promptam de eis non faciant, & similia, vt patet de hæret. lib.6. vt inquisitionis, in princ. quamuis reum, quem Inquisitores iuridicè sibi tradunt comburendum, scirent esse innocentē. nam si proposita ab ipsis D. Inquisitori innocentia nihilominus pręcipitur sententiam exequi, executioni mandare tenentur, vt meri iustitię executores, ita communis.
23 Quod si fauerent † eis hęreticis non eo respectu, ut sunt hęretici, sed vel ob causam miserationis, paupertatis, cognationis, vel amicitię, non uidentur in foro conscientię incurrisse excommunicationem præfatæ Bullæ, ita post Caiet. consuluit Nauar.lib.5. de hæret. cons.11. & 16.num.7.] Item Aduocati, & Actuarii omittentes procedere contra hæreticos. Item testes iuridicè examinati, & interrogati si negant, aut dissimulant, uel tacent veritatem, siue dicunt falsum ad excusandum hæreticum scienter.
24 Qui vero † iurisdictionē non habent,

& sciunt quem esse hæreticum, denunciare tenentur sub pœna peccati mortalis, immo sub pœna excommunicationis synodalis Neapo. & Romæ, vt habetur per Greg. IX. in extrauag. quadam contra Patarenos. cuius initium est, Excommunicamus. Verum si dictos hæreticos non capiunt, aut puniunt, vel denũciant, non incidunt in Bullam, quia ad eos nõ pertinet, sed ad illos, qui iurisdictionem habent, l. non est singulis, ff. de reg. iur. c. si de area, 26. q. 2. Quod intellige, nisi essent astricti iure conuentionis, ut quia datur eis certum stipendium ad inquirendum hæreticos, & denuntiandum, vt est in Hispania, quia tunc fautores dicerentur, cap. si quis vero, capit. quisquis, 11. quæst. 3.

25 Qui † vero præter generalem obligationem iuramento etiam promittunt inquirere, & indicare hæreticos iudicibus fidei, iuxta tex. in c. excommunicamus, §. adiicimus, de hæret. grauius peccant, & maiorem contrahunt hæresis suspitioně, si negligant, sicut debent, & promiserunt hæreticos denũtiare, ita habetur in comment. in secunda par. inquis. c. 2. in fi.

26 Sed dubitatur, † an nesciens certò aliquem esse hæreticum, sed suspicans, teneatur denunciare? Resp. quod non, per glo. in cap. vnico, de scrut. in ord. fac. vbi quilibet præsumitur bonus, nisi malus probetur, quod intellige, nisi essent aliqua indicia, vel signa, quia tunc non tanquam hæreticus, sed vt suspectus posset denunciari.

27 Dicitur † etiam quis fautor, quando quis verbo fauet hæretico, vt qui modũ, & viam docet fugiendi de manibus ministri, vel è carcere, aut quando instruit hæreticum ad se falsò defendendũ, quare attentus sit sacerdos ne talibus absolutionem det, nisi damnationem incurrere non metuat, vide Alber. in l. si testamentum, ff. de condit. & demonstr. Rursum dicitur fautor quis facto, vt qui alimoniam hæretico præstat, vel ea, per quæ liberatur, administrat, vt supra in princip. diximus.

Credentes.

28 NOta quòd hæreticis credentes sunt in † triplici genere. quidam namque sunt hæreticis credentes, qui credunt eorum erroribus, & hæresibus, & isti sunt excommunicati, iuxta cap. excommunicamus, 1. §. credentes, de hære. & etiam sunt hæretici, & tales habendi sunt, vt in eo. tit. cap. excommunicamus, 2. in fi. Alii autem dici possunt propriè hęreticis credentes ex verbis, vel ex factis; verbi quidem, vt confessione propria, dicendo se credere erroribus taliũ; vel in sua secta saluari posse, quod quidẽ tripliciter probari potest, vel facti euidentia, publicè prędicando, seu defendendo illorum errores; vel testium productione legitima, vt si cõuincantur per testes, quod errores talium promulgauerunt, c. super quibusdam, de verbor. signific. vbi hęretici declarantur, qui publicè prędicant, & profitentur, & defendunt errorem, uel qui conuicti sunt per testes talia prędicasse, glo. ad idem super cap. ad abolendam, §. pręsenti, & uerbo deprehensus. Factis autem, qui ea committunt in quibus ritus hęreticorum continentur, vt si hęreticos adorauerint, quod fit, quã do reuerentiã faciunt ipsis, orationes ipsorum implorãdo, bonos, vel sanctos homines, vel Dei amicos, uel nuncios, vel bonę conuersationis, & uitæ profitendo, nam tunc quasi adorant, vel si communionem ab hęreticis acceperint, uel similia perpetrauerint, quæ ad ritum eorum pertinent, quę copiosius, & luculentius declarauit Conc. Narbonense, c. 29. & tandem ea fecerint per quę eorum animus, quod credant eorum erroribus, apud iudicem per exteriora probabiliter conuincatur. Ex factis enim præsumitur de affectu, ad hoc argum. 32. q. 5. qui viderit, c. sicut enim, C. de dolo, l. dolum, c. nuper, de biga. Nec refert, an quis uolũtatem suam uerbis exprimat, aut factis, ff. de legi. l. contra legẽ. Immo plus est facto, quàm uerbo aliquid facere, argu. de appel. dilecti. Magis enim standum est factis,

factis, quàm verbis, vt docet Christus Matt. cap. 21. Alber. tract. de cognosc. assert. q. 8. num. 12. & q. 34. num. 53. & quęst. 36. num. 18. quibus locis concludit eum, qui fatetur factum hęreticum; & prauam intentionem negat, velut impęnitentem curię seculari esse relinquẽdum. Hæc autem omnia intelligimus cum hi, qui sic culpabiles sunt inuenti, sciebant illos, quibus, vel per quos ista fiebant, esse hæreticos, nec ignorabant, quod sancta Ecclesia tales propter errores proprios, sectasque suas damnabiles ab unitate Catholicæ fidei segregatos denuntiat, & excommunicat, prosequitur atque damnat. Ex factis etiam hæretici iudicantur, qui eorum sermones, & prædicationes non semel, aut bis, sed frequẽ
29 tius audierint. nam † & si ex geminato actu crimen ad consuetudinem trahi uideatur, l. nemo. C. de episc. audi. Archid. Gemin. in c. quicunque, §. hæretici. ver. credentes, de hæret. lib. 6. tamen in materia hæresis non uidetur tutum tantũ crimen ex bino actu facile præsumere, præsertim si cum amplius potuerint frequẽtare, non frequentauerint, ita colligitur ex Conc. Narbonensi, ut supra. Eymericus in secunda par. direc. q. 1. quare ex iis manifeste colligitur eos, qui sermo-
30 nes † audierint, vel prædicationes semel tantum, & nunquam postea audire uoluerint, non debere iudicari credentes: Nec enim videntur approbasse, quod semel postea non approbauerunt, argu. 1. q. 1. constat. C. de ince. nupt. qui contra, in fi. tenentur tamen denunciare Episcopo, aut Inquisitori, aliàs videntur suspecti de hæresi, cum approbare uideantur quod potuerunt auertere, si iudicibus Ecclesiasticis indicassent, nisi considerata personæ qualitate per ignorantiam excusarentur.] Alii vero sunt, qui quamuis non credant explicitè hæreses, credunt tamen implicitè, credendo pertinaciter esse verum, quod alius hæreticus credit, juxta Palud. in 4. sent. dist. 13. q. 3. conclu. 2. Huiusmodi autem credentes solent esse personæ idiotæ, vel rudes, aut etiam docti, qui in aliquibus negociis occupati hæreticorum errores nosse nõ curant, sed implicitè ea omnia credunt, quę hæretici affirmant. Vt autẽ isti credentes Bullæ excommunicationem incurrant, oportet ut suas opiniones signo aliquo exprimant, aliàs non inciderent.

Receptatores.

31 HI secundum † tex. in l. fin. ff. de recep. dicuntur non solũ qui frequẽter, sed etiam qui semel recipiunt hæreticos, scientes eos esse tales, atque occultant, & cælant, vt ab Inquisitoribus non inueniantur, aut è manibus iustitiæ euadant, l. 1. & 2. ff. de recept. l. congruit. §. 1. de offi. præsid. cap. excommunicamus. §. credentes, de hæret. Et est propriè receptare, abscondere hæreticum, uel in agro suo, vel in alieno loco, aut ædificio, l. 1. §. quod autem. ff. de ser. corrup. eo animo, vt iudicis manus hæreticus effugiat, Conradus Brunus lib. 1. de hæret. cap. 4. & tales receptatores si credunt ipsorum hæreticorum erroribus, hæretici sunt: Si autem non, est eis abiuratio, & purgatio canonica indicenda tamquam suspectis vehementer de tali hæresum credentia, iuxta c. excommunicamus, 1. §. qui autem, extra de hæret. cap. accusatus, eo. tit. lib. 6. De quibus receptatoribus multa dixit Rebuf. in eius praxi, rubr. de contu. art. 67. in glo. 2. q. 7.

32 Verum hi † receptatores minimè in Bullam incidunt si ignoranter domi hęreticos receptant: quod intellige, nisi superuenientes iustitię ministri dicerent illos domi receptatos hæreticos esse. etenim si tunc receptator illos in secretioribus domi partibus occultaret, excommunicatus esset, nisi illud fieret non ob hęreticorum, sed ob propriam defensionem, verbi gratia: Receptauit quis hęreticũ scienter, quem iustitię ministri persequuntur, timens ille ne ipse etiam ob hospitium capiatur, cum ob id sit talionis pœna imposita, occultat hęreticum. nam tali casu non incideret in Bullam.

33 Pariter nec ille, † qui coactè receptaret hæreticos, facit à simili, quod inquit Bal. in l. in delictis. ff. de noxal. Soc. sen. cons. 262. colum. fin. Vbi inquiunt, quod non uenit puniendus is, qui coactè receptaret banditum, sic nec caupo, qui publicũ hospitium habet, nam is videtur impunè hominibus iniquis alimenta soluta mercede, dare, dummodo ignorãter, vel coactè, Barto. in l. 1. C. de colleg. illic. lib. 11. & in l. omnes, la seconda, C. de agric. & cens. eo. lib. non enim tenetur aduentantium mores perscrutari. l. 1. ff. fur. aduer. naut. caup. nisi publicè damnatũ, aut denunciatum hæreticum receptauerit, ita Locitus, in opere iudiciali, ver. receptatio, num. 6. qui hoc dictum extendit ad nautas, stabularios, & similes.

34 Sed quæritur, † an scienter receptans, vel occultans hæreticum, qui requisitus à ministris iustitiæ postea inuentus est, & in carcerem coniectus, incidat in Bullam. Dic quòd sic, quia fecit quicquid potuit, ne hæreticus caperetur, ꝙ tamen limita, nisi hæreticum receptaret non ut hæreticum, sed vt amicum, proximum, aut indigentem, Caiet. in verbo, excommunicatio, capitu. 1. in fine, Nauar. in Manua. capit. 27. nume. 86.

35 [Sed quid in dubio, † verbi gratia, est qui receptat cõsanguineum hęreticum, an iste videatur receptasse non ut hæreticum, sed ut amicum, & per consequẽs non sit puniendus pœnis, de quibus in cap. excommunicamus, §. credentes, de hæreti. & in auth. credentes, eod. titu. Dic quòd videtur receptare, ut consanguineum: ratio est, quia ratione sanguinis, & naturalis affectionis, non fidei cõtemptu, aut hæreseos amore id fecisse videtur; quamuis enim hæreticus sit, at iure naturæ coniunctus est, nec possumus facilè iura naturæ exuere, & propterea plurimum ei tribuendum est, & putandum est consanguineum non tanquàm hæreticum, sed tamquàm consanguineũ receptasse. & hęc sentẽtia mihi obseruãda videtur. Cæterũ multa in hac causa cõsiderare oportet. Primum, quòd licet mitius puniãtur consanguinei, vxores, amici, fratres, patres, filii, & similes personæ receptantes hæreticos sibi coniunctos, non tamen excusantur à tota pœna, & per consequens nõ sunt penitus immunes à delicto, facit tex. in l. 2. ff. de recept.

36 Rursum † consanguineorum habenda erit ratio, & iuxta gradum consanguinitatis minus, vel plus punitur: nam filius receptans patrem hæreticum, vxor virum, frater fratrem, leuius puniendi sunt, quàm si remotiores siue alios non vsque adeo coniunctos receptassent. sic etiam non quæuis amicitia, sed maxima considerari debet, vt mitius puniatur receptator, cum de ea dicatur, quòd sit velut quædam fraternitas, l. verum, ff. pro socio, Socinus cons. 263. Iason in l. quæ dotis. ff. solu. matr.]

Defensores.

37 Defensores † dicuntur duobus modis. Primo quando personam errantem quis defendit aliqua potentia, vel viribus, vt tutò maneat, & non veniat per manus iustitiæ puniendus, l. credentes, C. de hæret. cap. si iustos, 27. quæstio. 1. [& tales hæretici non sunt, postquàm errorem non defendunt, argum. de sum. Trinit. & fide catho. damnamus, sed su-
38 specti † de hęreticorum erroribus sunt vehementer, vel leuiter, secundum defensionem quam fecerunt: nam grauius deliquit, qui defendit cum armis, quàm qui sine armis; grauius, qui ui adimit hęreticos de manibus capientiũ, quàm qui voce monet, vt fugiant, ac sese à custodibus eripere conentur, & sic de cæteris, quæ sunt prudentissimè cõsideranda, ut gradus suspicionis notari possint, & debitæ pœnitentię iniungi, & debent abiurare, iux. cap. accusatus, de hæret. lib. 6. Nam hæc abiurationis pœna omnibus suspectis est communis.] Alii secundo sunt, qui defendunt doctrinam hęreticam, & tales hęretici dãnabiliores sunt iis, qui errant, cum etiam aliis offendicula erroris pręparent. Vnde magistri errorum

rum sunt, & non tantum hęretici, sed etiam hæresiarcę dicendi sunt, capit. qui aliorum, 24. q. 3.

39 Comprehenduntur etiam † sub Bulla nomine defensorum aduocati, procuratores, actuarii scienter defendentes hæreticum pertinacem. Dixi Pertinacem, quia secus esset, si res dubia esset, [cum non esset exploratum, an verba, vel facta alicui obiecta essent hæretica, manifestamve hæresim sapientia, uel cũ nondum testibus, aliisve legitimis probationibus de hæresi constat, nam tunc aduocare licebit, Inquisitorum tamen auctoritate solemni iureiurãdo præcedente de iusta defensione prębanda, & de abstinendo ab eadem defensione, quamprimum cognitum erit illum, qui defenditur, esse hęreticum, iuxta sacri officii receptam, & laudabilem consuetudinem, ut Matth. Afflict. in constit. inconsutilem, & Symancas de Cath. instit. tit. 5. de Aduoc.] uel si hęreticum defenderet non pertinacem, sed corrigibilem, ad finem, ut emendetur, nam in foro animę excusaretur ab excõmunicatione Bullę.

Libros eorum legentes siue tenentes.

AD incurrendam hanc excommunicationem in Bulla contentam, tria
40 necessario † requiruntur. Primum, ut sint libri hęreticorum auctorum condemnatorum. Secundum, ut isti libri hęreticorum contineant hęresim ex professo, uel tractent de religione ex instituto, idest, ut liber hęretici habeat aliquid pro argumento de religione, ut in Luthero, qui composuit librum habentem argumentum de sacramento, non autem si tractarent de aliis argumentis cum mixtione alicuius hęresis. Tertium, ut sciẽter teneantur, uel legantur, aut imprimãtur, siue defendantur. Hinc hodie saluberrima lege cautum est in Conc. Trid. ne sine superiorum Ecclesiasticorum licentia libri imprimantur, seu uendãtur.

41 Item aduertendum † est, in Indice librorum prohibitorum esse tres classes distinctas. In prima continentur nomina hęreticorum. In secunda continentur libri auctorum, siue hęreticorum, aut catholicorum, qui falsum dogma, aut hęresis suspicionem continent, uel etiam sunt contra bonos mores. In tertia continentur incerti authores, quorum opera prohibita sunt, uel ob falsum dogma, uel quia sunt contra bonos mores. Libri autem in Indice contracti, aut hęreticorum, aut catholicorum, aut incertorum authorum sunt.

42 Pręterea libri, † qui sunt hęreticorum condemnatorum, sunt in duplici differẽtia: quidam enim continent hęresim ex professo, & tractant de religione ex instituto, ut opera Caluini, & Lutheri &c. & hi comprehenduntur in prima clausula Bullę, & istos legẽtes, tenentes, imprimentes, defendentes sunt excommunicati in Bulla. Alii uero sunt libri certorum hęreticorum, qui hęresim non cõtinent ex professo, nec de religione tractant ex instituto, sed intermiscentur in eis hæreses, & hi in excommunicationẽ incidunt non Bullę, sed indicis, qui absolui possunt à quocunque habẽte facultatem absoluendi ab excõmunicatione.

43 Pari ratione incidunt † in excommunicationem indicis, scienter legentes annotationes hęreticorum libris catholicorum insertas, uel legentes libros hęreticorum de religione ex professo tractantes, sed nondum adhuc ab Ecclesia damnatos, suspectos tamen de hęresi, ut Desiderii Erasmi Roterodami. Hi enim sunt excommunicati in Indice, & possunt absolui à quocunque qui potest ab excommunicatione absoluere.

44 Item † legentes libros hæreticorũ, de quibus dic, ut supra, in 2. lib. 1. præcep. circa finem. Libros etiam chyromantiæ, phisionomię, hydromantię, astronomię legentes olim peccabant tantum mortaliter: hodie uerò S. D. N. Sixtus V. statuit per quẽdam suum proprium motum, ut contra eos possit Inquisitor hæreticę prauitatis procedere, nec non contra cautè custodiẽtes eorum natiuitates

manu scriptas: nam licet huiusmodi natiuitates libri non sint, tamen hic librorum appellatione veniunt, cum eadem vigeat ratio. Quod etiam probatur in Conc. Trid. sess. 4. in fi.

45 Excusantur † vero ab excommunicatione Bullæ legentes libros hæreticorum per modicum tempus, vt per tres, aut quatuor lineas; tamen ante factum cauendum est, quia periculosum. Legere vero librum hæreticum non solum is dicendus est, qui tenens librum, seu scripta in manibus legit, sed etiam is, qui nihil exprimit, sed oculis percurrit, l. 1. vbi Bald. Ang. & glos. ff. de his, quæ in testa. delen. Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres, q. 4. in fi. ff. de verb. oblig. Item, qui memoriter pronunciat ea, quæ prius sciebat, nec non qui alium inducit precibus suis ad legendum, vel consilio, uel authoritate, & ipse audit. [Item excusantur quoties Sum. Pontifex in specie libros damnati auctoris permitteret, nam tunc impunè legi possent. ita Doct. in c. damnamus, de sum. Trinit. & in cap. fraternitatis, de hæret. Hinc uidemus Origenis damnati multa opuscula legi, quoniã ea recepit Gelasius, cap. sancta, 15. distin. vers. Item Origenis, facit cap. sanè profertur, 24. q. 2. Nec etiam comprehendit hæc prohibitio de legendis hæreticorum libris Inquisitores hæreticæ prauitatis, nec eorum substitutos, seu Vicarios, ut cauit Iulius III. in rescripto, quod incipit, Cum meditatio, durante scilicet ipsa deputatione, quãuis ipsi Vicarii seu substituti sint non authoritate Apostolica, sed ab ipsis Apostolicis Inquisitoribus deputati.

46 An † autẽ possint Inquisitores facultatem concedere legẽdi libros hæreticorum, qui ex professo de religione tractãt. dic quod non: quia Rom. Pontifex specialiter videtur sibi hoc reseruasse, & quæ specialiter sibi ipse reseruat, cæteris intelliguntur esse denegata, iux. doctrinam glossæ commu. receptam, in cap. excommunicamus, verbo Apostolicæ, de hæret. & habetur in Bulla Cœnæ Domini, c. 1. An etiam Episcopi possint sibi ipsis hanc facere facultatem. Dic quòd non: nisi à Papa habeant licentiam, ut habetur in prædicto rescripto Iulii III.]

47 Excusantur † etiam tenentes libros hæreticorum ratione modicitatis temporis. Vt si quis teneret librum hæreticum, & obtulit reuisoribus, omnemq; suam moralem diligentiam adhibuit, ut reuideretur, nec fuit reuisum, & adhuc illũ tenet: secus vero si præteriit multum tẽpus, poteratque commodè reuisoribus offerri, & nõ fuit oblatus. [& nota quòd monẽdi sunt Inquisitores, ut cum liber alicuius hæretici dãnati illis defertur, interrogent deferentem, vnde illum habuerit, ne fortè eo libro fuerit malè usus aut ab aliquo, qui timet prodi, mittatur.]

48 Attamen † tenere dicitur siue proprio, siue alieno nomine, uel iure dominii, uel iure possessionis, & iste si comprehensus est tenere libros, non solum incurrit in Bullam, absoluendus solum à Papa, sed etiam si penes ipsum reperirentur libri hæreticorum, posset præsumi hæreticus, & de hæresi condemnari, cap. si fortè, capitu. sanè, ubi Archid. 22. q. 4. facit text. in l. maiorem, C. de fals. Hippol. latè cons. 52. incip. Misericordia.

[Pius IIII. in suo rescripto dominici gregis in hæc uerba, Is quidẽ, qui hæreticorum libros, uel cuiuslibet auctoris

49 scripto propter hæresim, † uel falsi dogmatis suspitionem dãnata legerit habueritve, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat, eamque ob causam in eum tamquam de hęresi suspectum inquiri, & procedi liceat. An uero hęc suspicio sit leuis, uehemens, aut uiolenta (pręter qualitatẽ personarum legẽtium) v. g. si sit penitus imperitus, qui nec intelligat, uel legere sciat, uel si cum hęreditate, uel mercibus acceperit occlusos, & necdum exoluit, uel qui retineret uir esset probatissimus, considerare oportebit, si inconsideratè legerit: si parum, & semel, si unum tantum librum: si monenti statim obtemperauit: si Inquisitori repræsentauit, cum primum intellexit

xit esse prohibitum: si sollicitè quęsiuit absolutionem, quia hæc indicia nullam, aut saltem leuem suspicionem pręseferrent. At si aduertens, & sciens legerit, uel pluries legerit, si reprehensus non statim, & facilè monenti obtemperauit, si non pręsentauit, sed sciens retinuit, si absolutionem non quęsiuit, tunc contumacis signa sunt, & uehementem contrahet suspicionem. Quòd si studiosè legat, si totum, & plures, ac plures: si reprehensus tuetur factum, si inquirat unde habere libros prohibitos possit, si non esse præsentandos, aut cõburendos contendat, si absolutionem contemnat, in uiolentam incidet suspicionem. Qua uero pœna in tribunali inquisitionis ij tales sint plectendi, dic modo acriori, nunc leuiori pro qualitate, & modo delicti, & delinquentium. Nos aliquando post abiurationem ieiunia, & orationes, & peregrinationes imponi uidimus, ita habetur in 2. par. Director. Inquisit. in comment. cap. 4.]

Imprimentes.

50 Sunt omnes † hi, qui sunt in proxima causa impressionis, idest, Dominus, & Magister impressionis: Typographus soluens expensas impressoribus, componentes typos, corrigentes litteras.

Schismatici.

51 Schisma est † quędam species hæresis, & est uerbum Gręcum, Latinè autem dicitur scissio, seu diuisio membrorum à capite, scilicet Papa, ut in titu. decret. lib. 6. de schism. & hęret. Etenim qui diuideret Ecclesiam Romanam in plures Ecclesias, schimaticus est, quia una est Ecclesia, ut in extr. comm. unam sanctam, de maior. & obed. ut colligitur ex cap. schisma, 24. q. 1. & c. inter hæresim, & schisma, 24. q. 3.

52 Propriè tamen † schismatici, de quibus hic, dicuntur qui recedunt ab obedientia Ecclesię cũ rebellione: Ut si quis pertinaciter diceret Ecclesiam Græcam aliam esse, quàm Romanam, nec illam ab ista dependere. Et hi non tantum sunt schismatici, sed etiam hæretici, ut no. Panor. in rub. de schisma. [quia nõ tantum sunt diuisi ab Ecclesia quo ad obedientiam, uerum etiam quo ad credentiam, quia nolunt credere determinationibus Ecclesię, ut de fide factis, ut pote Credo Sanctam matrem Ecclesiam: putãt enim non esse unitatem in Ecclesia catholica, unde sunt hæretici consumati, ueri, codemq; cum hæreticis iure censendi, Turrecr. li. 4. de Ecclesia, p. 1. c. 16. Conradus lib. 1. de hęret. c. 16.]

53 Sunt etiam † propriè schismatici, qui recusant obedire, & subiici Papę, in quã tum Papa. Siue ex hoc, quòd nolunt eũ recognoscere, idest ut caput Ecclesię. Si uero propter temporale cõmodum consequendum, uel periculum uitandum resistit quis præceptis Papę, non est schismaticus, & non comprehenditur in Bulla, licèt possit tanquàm inobediens puniri, & excommunicari, uide Sylu. in uer. Schismaticus. [quamuis sit multum ad hęresim dispositus, qui superbia motus, uel malitia, aut auaritia pręceptis Ecclesiæ resistit. nam hoc facto uidetur profiteri, quod summo Pontifici non esset parendum, Palacius Rubeus tract. de re-
54 gno Nauarræ, par. 5. §. 7. † Primi autem generis schismatici ad unitatem Ecclesiæ redeuntes abiurare debent schisma, & promittere satisfactionem ad mandatum Ecclesiæ, ut recipiantur: cuius abiurationis formulam præscripsit Turrecre. li. 4. de Ecclesia, par. 1. cap. 15. abiurant uero schismatici iuxta formam in cap. quoties cordis, 1. q. 7. Constitui denique pos sunt tertii generis schismatici, & sunt illi, qui aut probabili, aut insuperabili ignorantia ducti putant aliquem esse Papam, qui non sit, quod solet contingere cùm duo pluresve de Papatu contendant, nõ tamen constat quis eorum ritè, uel canonicè electus sit. qui ergo tunc obediunt, non uero Pontifici, putantes esse uerum, aut non obediunt uero, credentes non

esse

esse uerum, schismatici propriè dici non possunt, atque hi nec hæretici sunt, nec in aliquã iuris pœnam incurrunt, cum iustam excusationem habeant, & culpa careant, de qua te uide per Turrecre. in sum. de ecclesia, lib. 4. par. 1. c. 14. per Canonist. in c. quia diligentia, de elect.]

Cap. II.

Appellantes ad futurum Concilium, & fautores eorum.

55 RAtio huius prohibitionis fuit, quia appellatio † est prouocatio à minori ad maiorem iudicem, glo. in cap. non putamus, de cens. lib. 6. sed quando quis appellat à Papa ad futurum Concilium, facit schisma, quia præsupponit Conciliũ esse supra Papam, quod est falsum: Hoc etiam erat de iure ciuili dispositum. hinc est, quòd à sententia præfecti prætorio non appellatur, l. 1. ff. de offi. præfe. præt. Nec etiam à Principe, vel Senatu, l. 1. ff. à quib. appel. non lic.

56 Et quamuis † à sacro Concilio ad Proregem, & Regem appellatur, illa tamen non appellatio, sed reclamatio, & reuisio, atque supplicatio dicitur, cum idem sit tribunal, auth. quæ supplicatio, C. de prec. Imper. offer.

Ibi, interdicimus.

57 QVia persona † excõmunicanda debet esse certa, ideo vniuersitates, collegia, capitula non excommunicantur, cap. Romana, in fin. tit. nostro, lib. 6. Hinc huic excommunicationi interdictum adiungitur.

Ibi, Romano Pontifici.

58 SEcus autem † esset, si appellaretur à sententia aliorum, non autem Papæ, quia tunc in Bulla non comprætienderetur. [Hinc appellantes à iudicibus sed. Apost. & supplicantes à prouisionibus ipsiusmet Papæ, non incidunt in eam: modo supplicationes legitimæ persequãtur, si bona fide putant legitimè appellasse, & supplicasse, iux. glossam celebr. & receptam in c. solet, de sent. excom. in 6. Sic etiam litteris Papæ munitis clausula illa solemni, contradicentes Ecclesiastica censura compescantur, contradicentes iustè de iure non incurrunt in illam, glo. solen. ab omnibus recepta, in cap. pro il lorum, ver. Contradicentes, de præb. Felynus in capitu. causam, num. 10. de rescript.]

Ibi, vniuersali.

59 QVid autem sit † appellaretur ad Cõcilium prouinciale. Dic quòd non esset excommunicatus: quia oportet esse vniuersale.

Ibi, futurum.

60 HInc colligitur, † appellantem ad Cõcilium vniuersale præsens non incidere in Bullam, quia tex. requirit futurum, arg. tex. in l. cum prætor, ff. de iud. l. si maritus, in fi. ff. de procur.

Ibi, appellatum fuerit.

61 QVid autem si appellatio † non subsequatur. Dic prædictos consulentes, aut auxiliantes non incurrere, Caiet. in verbo, excommunicatio, capitu. 23. Nauar. in Manua. cap. 27. nume. 58. [Quia verba sunt intelligenda cum effectu, l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iuris. Hinc excommunicationem non incurrit, qui rem tentauit non secuto effectu, cap. si quis suadente, 17. q. 4. Quare excommunicatio lata à Gregorio XIII. ne cuiusdam ordinis fratres scriberent ad aliquas Moniales, non ligat illum, qui epistolã misit, sed epistola non peruenit ad illam, ut consuluit Nauar. lib. 5. de senten. excommunic. consi. 60. Sic & si Conc. Trid. anathematizet cogentes mulierem ad ingrediendum Monasterium, tamen cogens, & consulens

effectu

effectu non secuto, non incurrit excommunicationem: & ratio est, quia excommunicatio est pœna, capit. corripiantur, 24. q. 3. Et vbi pœna imponitur pro delicto, non incurrit quis illam, licèt cogitauerit, & aliquid attentauerit, sed non perfecit delictum, etiam si per ipsum nõ stetit, capit. perpetuo, de elect. in 6. per Ioan. Andr. in regu. in pœnis, de regul. iur. in 6.]

Cap. III.

Piratæ omnes præcipuè discurrentes mare nostrum à monte Argentario vsque ad Terracinam, atque eos, qui in illo nauigant deprædantes, nec non receptantes, & fautores eorum. De hac excommunicatione loquitur tex. in cap. excommunicationi, de rapt.

62 QVæ hic † excommunicantur, sunt tres principales personæ, Piratæ, cursarii, & latrunculi maritimi, & tres aliæ accessoriæ. Receptatores, fautores, & defensores. Ratio huius prohibitionis fuit, defensio iustitiæ, & ne fiant latrocinia maritima. Hodie adiungitur in Bulla à S. D. N. Sixto V. Discurrrere per mare nostrum, præcipuè à monte Argentario vsque ad Terracinam.

Ibi, Piratas.

63 PIrata † Græcè, prædo Latinè dicitur à nomine primi latronis, qui prius mare infestauit, à quo omnes maritimi prædones piratæ dicti fuerũt, vt hic dicitur. Hi vulgo dicuntur cursales, idest, qui sine bello indifferenter, & principaliter versantur in agendis prædis maritimis, Sylu. in uer. excommunicatio, 7. nu. 56.

Ibi, latrunculos maritimos.

64 II sunt † parui piratæ, qui etiam in exiguo nauigio committunt prædam in mari, & tales à nullo sunt absoluendi, nisi à Papa; quia præter excommunicationem à iure, in capitu. excommunicationi, de rapto. incidunt in Bullam, cum nauigantes, & iter agentes sint quasi miserabiles personæ, Abb. in d. capit. excommunicationi, & ideo Ecclesia eos defendit.

65 Verum ad incurrendam † hanc excõmunicationẽ requiritur, ut propriè sint piratæ, uel cursarii, idest, ut indifferenter sine bello principaliter intendant spoliationi maritimę. Quod secus dicendum de iis, qui gerentes sua negotia aliquando incidenter deprædantur, uel qui ex inimicitia contracta id faciunt: quia & si peccant mortaliter, non tamen incidunt in Bullam, qu ia quod principaliter agitur, inspicitur, l. si quis nec causam, ff. si cert. peta. Syluest. in uerbo, excommunicatio, 7. num. 56. Vel qui piratę piratas deprædarent, quia paria delicta mutua compensatione tolerantur, facit tex. in d. capit. excommunicationi ibi, honestis causis. vbi Henricus.

Ibi, maritimos.

66 IN mari, † ergo, ut incurratur in Bullã, oportet, ut fiat præda, secus si in fluminibus. Sed quid si quandoque in mare, quandoque in flumine fit præda. Dic quod quando illa fit in mari, si fit principaliter ad finem deprædandi, in Bullam incurritur: sic etiam includuntur in illa, qui versantur in interficiendis, aut percutiendis in mari occurrentibus, quamuis vnius, aut aliquarum tantummodo nationum hominibus id faciant, hæc cõtra Syluest. & Armil. Nauar. in Manu. cap. 27. num. 59.

Ibi, mare nostrum.

67 VT etiam in † censuram incurratur, requiritur, quòd piratæ, & cursarii, atque latrunculi maritimi discurrãt per mare nostrum, idest, Christianorum, & præcipuè Papę. Alias secus esset, si discurrerent per maria Barbarorum. & nõ solum oportet, ut discurrant, sed etiam ut deprædentur

deprædentur, argum. tex. in c. cogitationis, de pœnit. dist. 1. quamuis hoc hodie sit correctum per Bullam Sixti Quinti, qui tantum cõsiderauit hanc actionem discurrendi per mare nostrum.

Ibi, receptatores.

68 Ii sunt, qui † præbent domũm, in qua se occultent piratæ, l. qui domum, ff. ad l. Iuli. de adult.

Ibi, auxilium scienter dantes.

69 Per hæc verba † non comprehenduntur Christiani facti serui infidelium, remigantes in nauibus piraticis scienter auxilium dantes, licèt peccent mortaliter, quia debent potius mala pœnę pati, quàm culpę, cap. ita ne, 22. q. 5. Nauar. cap. 27. num. 63. in fi. & in cap. ita quorundam, no. 2. de Iudę. fallit tamen hoc dictum in Christianis fidem negãtibus, qui aliquod officium exercẽt regiminis in triremibus infidelium, d. cap. ita quorundam, cap. ad liberandam, de Iudęis.

Cap. IIII.

Excommunicantur per Sum. Pontificem surripientes bona naufragãtium, quia ad ipsum spectat illorum bona protegere, cum sint personæ miserabiles, Abb. in cap. excommunicationi, de rapto.

70 In hoc capitulo † includuntur personæ, actiones, ac irritatores priuilegiorum. Personę sunt surripientes clancularii, & fures. Actio est surripere, idest furtim rapere. Irritatores priuilegiorum sunt, quòd non valeat contra hoc consuetudo, aut longi temporis præscriptio, ut in fine huius capituli habetur: & ratio est, quia talis consuetudo est iuri diuino, & naturali contraria, vnde morum corruptela dicitur, & per consequẽs nulla est, iux. Caiet. in verbo, excommunicatio, cap. 23. & Nauar. cap. 27. nu. 118. nec obstat constitutio Neap. quæ incipit, Rapinas, quę vult, quòd in triduũ possunt peti ab his, qui tenent ea, quo transacto sunt fisci, ut per glossam, & Afflictum in d. constitu. Nam debet intelligi facta prius omni diligentia pro dominis inueniendis. Et eodem modo intelligenda est constitutio, pecuniam; per quam statutum est, quòd quascunque res, (exceptis animalibus) si quis inuenerit Iustitiario teneatur ostendere, & ipse ad curiam assignare, & infra annum dominum posse ad eas regressum habere, quo transacto fisco applicentur. Quæ autem diligentia sit adhibenda; & multa, quæ hic addi possent, vide in 7. præcepto, in secundo libro.

In tex. ibi, Nauibus.

71 Nauis appellatione † intelligitur qđcunque lignum maritimũ, & quodcunque nauigii genus, siue magnum, siue mediocre, siue paruum.

Ibi, naufragium passis.

72 Tria requiruntur † ad incurrendam hanc censuram. Primum, vt sint bona Christianorum, non autem infidelium. Secundum, vt sint bona Christianorum naufragantium, idest, ut sint bona eiecta ex nauibus naufragium passis. Tertium, ut talia bona surripiãtur, idest accipiantur animo contrectandi, & sibi vsurpandi, uel quò ad vsum, uel quò ad dominium, argum. l. 1. ff. de furt. Igitur
73 stabiliẽda est hęc conclusio, quod † surripiens bona Christianorum naufragantium incidit in Bullam. Quę conclusio ampliatur primo ad omnes surripientes bona naufragantium in nauibus naufragium passis. Secundo ampliatur, etiam si quis surripuerit bona eiecta ex nauibus in mari, animo tamen contrectandi, teneturque ad restitutionem; quamuis illa bona perirent, nisi ille surriperet, ut
74 est farina. Sed an † hoc quoque procedat in rebus, quas cum periculo vitę suę inuenit, v. g. natando. Respon. quòd aut talia

talia bona habebantur pro derelictis, & breui erant peritura, & tunc non incidit in Bullam, nec ad restitutionem tenetur. Secus vero si non habebantur pro derelictis, nec in breui erant peritura. nam tunc si dominus iustè speraret se recuperaturum dicta bona, scilicet, quia mare ad littus eiiceret, aut alios inueniret, qui mercede illud periculum subirent, tunc restituere tenetur soluta sibi sui laboris mercede arbitrio boni uiri, Syl. in verbo, Naufragium, q. 2. Tertio extenditur ad surripientes naufragantiū bona, siue in littore, siue in terra, nam statim, cum sciuerit dicta bona fuisse naufragantium, si non restituit cum possit, incidit, vt in fine huius capituli continetur. Quarto procedit, etiam si fuerint bona Christianorum in nauibus infidelium. Quinto ampliatur etiam si fuerint bona Christianorum iam capta ab infidelibus, & in eorum nauibus reposita: quia adhuc surripiens tenetur propriis dominis restituere, accepto tamen pro labore pretio, ita Fely. in cap. significauit, de iudic. Couar. in reg. peccatum, §. 2. num. 7.

75 Limitatur † modo prædicta conclusio in habente probabilem ignorantiam, siue iuris, siue facti, Nauar. cap. 27. nu. 61. in fine. Secundo in simplicibus, qui credunt illud accipere sibi esse licitum aliqua ratione: quia mortale peccatum nō esset. Tertio, quando crederent illa bona omnino esse derelicta, vel pro derelictis habita, Sotus lib. 5. de iustit. & iure, q. 3. articu. 3. Non tamen putatur haberi pro derelicto, quod in mari ob procellam ad nauim onere leuandam iacitur, secundum glos. & commu. Docto. in cap. cum dilecti, de accusat. Nauar. c. 17. num. 98.

Quarto coarctatur in surripiente non animo vsurpandi, sed propriis dominis restituendi.

76 Quinto † nec in surripiente bona ex incendio, vel ruina: quia Papa tantum de naufragio hic loquitur, verbi gratia, si serica, vel alia in mari in pœnam combusta surriperet.

Sextò, nec in surripiente bona in ipsis nauibus, vel de ipsis nauibus non tamen naufragantium, sed extra naufragium.

77 Postremo † limitatur in surripientibus modicā quantitatem bonorum naufragantium: quia ratione modicitatis rei excusantur, nisi quantitas illa perueniret ad peccatum mortale, ut ad nummū argenteum. Vel quando essent plures conscii, & vnusquisque scienter modicum quid surriperet, ut per Sotum in 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 1. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 3. nu. 12.

78 Nec etiam † ii incidunt, qui scienter bona ab aliis rapta in naufragio receperint: quamuis ii prius includebantur, ut supra diximus, in vltima ampliatione. Pius tamen V. & Grego. XIII. volunt, ut solum comprehendantur rapientes.

Cap. V.

Imponentes noua pedagia, vel augentes, vel prohibita exigentes, præterquam sibi in casibus à iure, vel de speciali sedis Apostolicæ licentia permissis.

79 PEr noua † intelliguntur quoque incrementa veterum, Sylu. in verbo, excommunicatio, 7. §. 19.

Ibi, Pedagia.

INtelliguntur per pedagia, & gabellas etiam portoria, & alia vectigalia ex mente legislatoris, ex identitate rationis, & latitudine vulgari significationis eorum. Nec non domus panis, in qua domini terrarum, vel Ciuitates faciunt poni panem, vel sal, & vendi à præposito illius officii, ita Dom. Ant. in cap. super quibusdam, de uerbor. signific. in fi. arg. eorum, quæ dicuntur per Abb. in c. ex tenore, qui fil. sint legitimi, nu. 5. & 6. vbi quando lex est pęnalis, vt est excommunicatio, debet dilatari, quādo per dilatationem euitantur pericula animarum, & homines retrahuntur à contra-

ctibus

ctibus illicitis gabellarum, quod nota, & non tradas obliuioni.

Ibi, Praterquàm in casibus sibi à iure, &c.

80 HOdie Sixtus † V. loco verborum illorum, quæ apponi solebant ab aliis Pontificibus in Bulla: Scilicet, ad id potestatem non habentes; substituit hæc, Præterquàm in casibus sibi à iure permissis. Cęteri Pontifices considerauerunt tantum causam efficientem, idest, vt imponẽtes gabellas, sint personæ, quę possint, & habeant authoritatem, quia dum constat de illa, semper pro Principe pręsumendum est, iux. Sotum lib. 3. de iust. & iu. quæst. 6. art. 7. in fi. & Couar. in reg. peccatum, §. 5. nu. 5. At Sixtus V. considerauit omnes causas: Materialem, formalem, efficientem, & finalem. causa efficiens sunt personæ ad id authoritatem habentes, de quibus loquitur tex.
81 in d. c. super quibusdam. Puta, † Papa: Concilium Generale: in terris Imperii Imperator: Regni, Rex: Respublicæ non habentes superiores, ut Respublica Venetiarum, & Ianuensium. Item longissima, & immemorabilis hominũ consuetudo, Sed aduerte, quòd hodie omnes Ciuitates Regni, atque Barones possunt imponere gabellas hoc modo, impetrando assensum regium mediante memoriali: dummodo talis assensus non impetretur subreptitiè, uel obreptitiè, idest, vt non exponatur falsum, vel taceatur verum, quia tunc nullus esset assensus, & id faciens teneretur omnia damna data pauperibus ex dicta gabella restituere, ut supra latius diximus in 2. lib. titu. de
82 gabellis, cap. 125. Causa † materialis est materia iusta, non autem dicitur iusta, quando imponitur super id, quod necessarium est pro proprio vsu, l. vniuersi. C. de uectigal. quamuis hodie contrarium habeatur in vsu, ut tit. suo diximus. Causa formalis est æqualitas in oneribus, vt nõ magis grauetur pauper, quàm diues: quamuis si in alio plus grauetur diues, quàm pauper, admitti posset compensatio, l. eum qui, de iureiuran. Finalis vero est, ut imponatur pro bono publico, ut liberetur Ciuitas, & subleuetur ab onere alieno, Fely. in cap. cum dilecta, nu. 20. de rescript.

Ibi, Exigentes.

83 EXigentes † dicũtur tam ministri exactores, quàm qui præstant exigendi authoritatem. Huiusmodi sunt publicanus conductor, siue Arrendator, hæres ipsius, famulus etiã recipiens à non sponte soluentibus, sed inuitis, Sylu. in verbo, Gabella, 3. num. 54. vers. 13. Excusare tamen posset ab hac censura ignorantia probabilis iuris, uel facti, Sylu. qui supra, §. 3. Nauar. cap. 27. nu. 128. Dicitur autem inuitus, etiam qui soluit rogatus tamquàm debitum.

Ibi, Prohibita.

84 INtelliguntur ea, † quæ sunt prohibita tam à laicis, quàm à clericis, vel etiam prohibita exigi à clericis, & non à laicis, qui si à clericis exigerent, non incurrerent hanc censuram, sed aliam, de qua loquitur tex. in cap. quamquàm, de censi. lib. 6. Nauar. cap. 27. nu. 61.
85 Est † & alia excommunicatio non reseruata contra officiales imponentes taleas, vel alia onera Ecclesiasticis personis, de qua loquitur tex. in cap. non minus, de immun. Eccle. Quod intellige, si admoniti non desistant. Hæc comprehendit fautores, ac successores. Et sufficit vna monitio. Gubernator vero, qui vt debuit contradixit, non incurrit, quãuis officium non deserat, Nauar. cap. 27. num. 115. post Panorm. & Anchar. & Sylu. in verbo, excõmunicatio, 1. casu. 5. Ioan. Tabi. casu 18. contra Ioan. Andr.
86 Hæc non † incurritur per tributa omnino realia, quæ clerici debent ob sua bona, vide Abb. in c. fin. de vita & honest. cler. Sylu. in verbo, vsus. Nec ad realia extraordinaria, quæ immediatè spectant ad eorum bona, vel ad reficiendum iter,

vel

vel callem, qui est ante prædium, vel domum suam, sed incurritur per onera mere personalia, & mixta, iuxta Panor. ibi receptum. Appellatione autem personarum Ecclesiasticarum veniunt etiam fratres tertii ordinis Sancti Francisci, ut per gl. in cle. cum ex eo, de sent. exc. Et idem de fratribus, qui dicuntur milites gaudẽtes, ita Bar. in l. super, §. quibusdam, ff. de iure immun. Nam licèt non sint clerici, habent tamen immunitatem à collectis, secundum Pet. de Anch. & Bart. in d. §. super quibusdam.

Cap. VI.

Falsificantes litteras Apostolicas, etiam in forma breuis ac supplicationum, gratiam, vel iustitiam concernentes, &c.

87 AD incurrendam † hanc excommunicationem tria requiruntur, mutatio veritatis: Vt fiat cum dolo: & cum pręiudicio tertii. Vnde falsarii quo ad hunc textum dicuntur, qui dolo immutauerunt ueritatem in litteris Apostolicis in præiudicium tertii, quorum si unum deficit, non dicitur falsum, ut incurratur in pœnas ciuiles, vel canonicas.

Ibi, Litterarum Apostolicarum.

88 LItteræ † Apostolicæ vulgo dicuntur Bullæ, idest litteræ plumbeo sigillo signatæ, quæ à Datario, idest Ecclesiæ notario cum sigillo, & subscriptionibus solitis expenduntur. Harum quędam dicuntur subreptitiæ, quædam obreptitiæ, quędam falsæ, ut perbelle declarat Ias. in l. 2. num. 1. C. si cont. ius, vel util. publ. Litteræ subreptitiæ dicuntur, quãdo exprimitur falsitas, siue tacetur ueritas. Obreptitiæ vero, quando sub inuolucro uerborum sic inuolutè supplicatur, quod Papa non percipit veritatem: verum hi duo termini aliquando confunduntur, & unum pro alio ponitur, vt uidere est in l. 1. C. si nup. ex rescrip. pet.

89 Falsæ † verò litteræ dicuntur, quando verè numquam de cancellaria Papę processerunt, sed aliquis priuatus illas falso fabricauit, & de his loquitur hæc Bulla. Nam impetrans litteras Apostolicas obreptitiè, seu subreptitiè non est excommunicatus, peccat tamen mortaliter, & impetratis carere debet, cap. super litteris, de rescrip. quia non sunt falsæ litteræ, Nauar. cap. 27. num. 62. cap. ad audientiam, de rescript.

Ibi, Breuis.

90 BReuia † dicuntur rescripta sub nomine Papę expedita, nõ tamen tam amplo stylo, sed breuibus characteribus descripta. Et hæc differunt à litteris Apostolicis, quia breuia cera rubea signantur, illæ uero nequaquam. Hæc signantur annulo piscatoris, ideo sic dictus, quia Beatus Petrus, qui piscator erat, hoc sigillo primus ut uerisimile est, usus fuit. Litteræ vero Apostolicæ, sigillo plumbeo bullantur, de his breuibus uide plura per Rebuff. in eius praxi. in secunda par. de breui. Apost.

Ibi, Supplicationum.

91 SVpplicationes † dicuntur signaturę, idest petitiones in scriptis Summo Põtifici, vel Vicecancellario, vel eorum uices tenentibus oblatę, quibus cum Summus Pontifex acquiescit, & subscribit Fiat, dicuntur signaturę, Nauar. cap. 27. nu. 62. His igitur sic explicatis, statuamus modo conclusionem, quę huiusmodi est.

92 Falsificantes litteras † Apostolicas, breuia, uel supplicationes, idest, signaturas, sunt excommunicati per bullam. Ampliatur hęc conclusio ad addentes, uel minuentes scienter aliquam substantiam ueritatis in litteris iam signatis cum pręiudicio tertii, uel sedis Apostolicę. Secus si corrigerent aliquam litteram, uel punctum, qui non mutaret substantiam aliquam, saltem quo ad forum conscien-

tiæ, si sit sine dolo, & sine alterius damno, vt tradit Nauar. in capitu. 27. nume. 62. cap. 17. nu. 169. contra com. & Sylu. in verbo, excommunicatio, 7. nu. 8.

93 Secundo extenditur † ad falsificantes tantum, non autem ad iubentes falsificari, quamuis sint excommunicati per Innoc. III. in capit. cum ad falsariorum, de crim. falsi.

Tertio extenditur ad radentes aliquã dictionem ex litteris, supplicationibus, aut breuibus iam signatis, & apponẽtes, scribentes aliquam diuersam, quamuis postea pęnitẽtia ducti non vtantur, quia Bulla loquitur de falsificantibus, non an

94 tem vtentibus. Secus † vero est in eo, qui raserit aliquã additionem animo addendi nouam, & postea pœnitentia ductus iterum eãdem scripsit: quia nil mutauit, nec addidit.

Quarto extenditur ad omnes fabricantes sigillum adulterinum Papæ siue plumbeum, siue etiam cereum, & ad artifices.

95 Limitatur vero † hæc conclusio, ut non procedat in mãdantibus falsificari, nec ad fautores præstantes authoritatem huiusmodi falsificationibus, cum nulla mentio de eis fiat, & in materia pœnali non est admittenda huiusmodi ampliatio, quando res dubia est, sed bene incurrunt in illam, Ad falsariorum.

96 Secundo † nec includuntur falsarii litterarum Datarii, vel Vicecancellarii, nec Nuncii Apostolici, quia non sunt litteræ Papæ: & ideo cum sint diuersa, diuersa sit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. Nauar. capit. 21. nume. 6. Sic etiam neque includuntur falsificantes litteras legati à latere, vel congregationis Cardinalium.

97 Tertio † nec incurrit, qui falsificat litteras Papæ, quæ iam euanuerunt. Nau. cap. 17. num. 169.

Quarto nec procedit in mutantibus in Bulla ea, quæ prius erant in supplicationibus expressa, sed per errorem notarii, uel scribæ iam fuerant variata: nam hi neque mortaliter peccãt. Exemplum, Obtinuisti dispensationis Breue à Summo Pontifice in tertio gradu consanguinitatis. Notarius scripsit in Bulla, Affinitatis. Si tu hoc mutasti, & fecisti in Bulla, sicut in supplicatione dicebatur, non incidis.

98 Quinto † coarctatur in falsificantibus litteras Episcopi dimissorias, uel commendatitias, quia non sunt Papæ. Attamen qua pęna sit puniendus talis litteras dimissorias falsificans, vide Abb. in cap. cum olim, de rescript. Et si per illas sit promotus ad aliquem ordinem, & functus fuerit eo, vide extrauag. Pii II. cum ex sacrorum.

99 Sexto † neque incurrit censurã Bullæ is, qui vtitur litteris falsis Papæ, sed bene in illam, Ad falsariorum. is vero dicitur uti eis, qui sciens esse tales, uel scire debens utitur eis: verum absolutio est Papalis, si infra 20. dies eas non destruit, aut resignat, Caiet. in verbo. excommunicatio, casu 27.

Cap. VII.

Item excommunicamus deferentes equos, arma, ferrum, &c.

100 Materia huius † canonis est sacrilegium contra Rempublicam Christianam, & diuiditur in quatuor partes. In prima excommunicantur deferẽtes, & transmittentes arma, & alia prohibita Saracenis, Turcis, & infidelibus. In secunda nuntiãtes infidelibus, quæ apud nos fiunt. In tertia, dantes auxilium, cõsilium, & fauorem. In quarta derogantur omnia priuilegia, vt possint deferri prohibita ad infideles.

Ibi, Equos,

101 Per equos, † intellige etiam traditos præfatis inimicis, debiles, claudos, aut morbosos, quamuis opera Christianorum, vel Catholicorum curatos, & feroces effectos, Nauar. cap. 27. nu. 63. Et in summa quilibet equus, qui potest de-

deseruire ad deferendas sarcinas, aliaque in bello necessaria, ut mulus, asinus, &c. Nauar. in capitulo, ita quorundam, de Iudæis.

Ibi, Arma.

102 Per arma † intellige tam bellica offensiua, quàm defensiua principaliter ad pugnam facta, vel destinatione deferentis immediatè, vel immediatè ad eã designata, licet per se, vel in ea forma, qua deferuntur non sint ad illam apta, sed fieri possunt, Nauar. cap. 27. nu. 63. Intentio autem, seu destinatio huiusmodi sufficit etiam virtualis, ut puta quia licèt ipse tantum lucri causa illa deferat, scit tamen, vel scire debet inimicos illis ad pugnam vsuros, ut per Nauar. in cap. ita quorundam, not. quinto, de Iudæis.

Ibi, Ferrum.

103 Intellige tam † factum, quàm infectum, & sic de auro, Nauar. cap. 27. num. 63. Non tamen venam ferri, seu terram, ex qua ferrum conflatur, contra Syluest. nisi deferentis intentio sit, ut ex hoc inimici gerant bellum aduersus fideles, Nauar. in capit. ita quorundam, not. 5. de Iudæis.

104 Sed quæritur, an † donans ensem, equum, hastam solum in gratiam cuiusdam beneficii accepti, vel accipiendi ab aliquo prædictorũ inimicorum, (vt quãdoque etiam cuiusdam liberalitatis, magnanimitatis, vel humanitatis ostentandæ causa inter exercituum primates, & duces fieri solet) excusentur à censura? credit Nauar. capit. 27. nume. 63. quòd sic. Non quidem ex defectu verborum, sed mentis. [Item, an transmittendo Saracenis arma ad finem redimendi captiuos, qui aliter redimi non possunt, incidant in censuram, crederem quòd nõ. Ita Ioan. And. Hostien. & Anch. in capitu. significauit, de Iudæis. vbi inquit Anchar. quòd hoc potest fieri citra culpam. Ergo vbi non adest culpa, non cadit excommunicatio, cap. nemo, cap. nullus, 11. quęstio. 3.]

Ibi, Nuntiantes.

105 Incidunt in censuram † nunciantes, siue de rebus Christianę Reipublicæ statum concernentibus, siue de statu vnius Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, vel Terræ, modo sint in pernitiem Christianorum, aliàs secus. Hi dicuntur exploratores, quorum pęna vltra excommunicationem, est mors naturalis.

Ibi, Non obstantibus quibuscunque priuilegiis.

106 Syluest. in verbo, † excommunicatio, septimo, refert Ianuenses, & Venetos quo ad mercimonia, & victualia habere aliqualem licentiam durantem, sed modo per hanc Bullam derogatur, nisi expresse eis iterum dicta licentia concedatur.

Cap. VIII.

Impedientes necessaria ad Curiam Romanam, habetur in extrauag. Pii V. cupientes.

107 Sex personæ † hic excommunicantur. Offendentes eos, qui deferunt. Eosdem inuadentes. Prohibentes. Ad eundem finem perturbantes, ut nemo deferat uictualia, licèt nondum sit præparatus ad deferendum. Defensorę̃s. Et fautores talium perturbantium.

Ibi, Victuales.

108 Quę † cõtineantur appellatione uictualium, uide tex. in l. uictus, cũ seq. de uerb. signific.

Ibi, Romana curia.

109 Per Romanam † curiam hic non intelligitur Roma, uel Romanus

 Popu-

Populus, sed locus, vbi est sedes Apostolica, & vbi agitantur lites. Hinc nō comprehenduntur in censura impedientes, inuadentes, prohibentes eos, qui deferunt victualia non ad Romanam Curiam, sed ad Populum Romanum, cum non lædatur sedes Apostolica.

110 Nec includuntur † prohibentes, ne deferantur victualia Romam, quando ibi non esset sedes Apostolica. Item nec ii, qui ob utilitatem suæ Reipublicæ prohibent, ne deferantur victualia. Exemplum in Prorege Neapolitano inhibente ne deferantur victualia necessaria ad Romanam Curiam, & hoc non animo offendendi, sed prouidendi suis necessitatibus, ne regnum fame periret, Nauar. capit. 27. nume. 64. Et eodem modo secundum Nauar. quando pestis viget Romæ, siue in Curia Romana, & aliquis prohibeat suis ciuibus, ne ibi fruges deferat, inde in patriam reuersurus. Pariter non procedit in patrefamilias prohibente filio suo, ne fruges Romā deferat ob periculum latronum, vel meretricū. Item nec quando prohibitio esset de materia leui, idest, ne deferantur cardines, vel etiam propter modicitatem temporis, puta per horam.

Cap. IX.

Mutilantes, deprædantes, detinentes Romipetas, seu peregrinos Romam causa deuotionis venientes. De hac excommunicatione loquitur tex. in capitu. si quis Romipetas, 24. quæstio. 5. in extrauag. Leonis X. Incipien. Bonifacii ad perpetuam rei memoriam.

111 FActa † est hæc excommunicatio in fauorem Vrbis Romæ, ut liberum sit vnicuique accedere causa deuotionis ad limina Apostolorum.

Ibi, Romipetas, & peregrinos.

112 ROmipeta † dicitur, qui Romam petit causa deuotionis, siue equestri, siue pedestri itinere, siue cum habitu, siue sine habitu peregrino. At peregrinus is dicitur, qui pedestri itinere Romam petit cum habitu peregrino causa deuotionis.

Ibi, Ad vrbem.

113 NOn † comprehenduntur interficientes visitantes Diuum Iacobum in Compostella, vel Beatissimam Virginem Lauretanam, vel Sanctum Sepulcrum ob deuotionem, quia bulla tantum loquitur de accedentibus Romam.

Ibi, Accedentes.

114 QVatuor † requiruntur ad incurrendam hanc excommunicationem. Primum, ut offensus sit Romipeta, vel peregrinus, & accedat ad vrbem Romam, ad visitandū limina Apostolorum. Secundum, vt non eò accedat causa litis, vel curiositatis, & casu postea visitet Apostolorum limina. Tertium, ut offensus, vel eat ad vrbem Romam, vel ibi moretur, aut ab eadem recedat. & est ratio, quia priuilegium datum ad eundum, intelligitur datum ad morandum, & recedendum, capit. quia diuersitatem, de concess. præbend. capitu. statutum, §. in præferendo, de rescript. libro 6. & ibi Franc. idemque est in saluo conducto, ut plene per Rebuff. Docto. in auth. habita, C. ne fil. pro pat. Quartum requiritur, ut offendens probabiliter sciat offensum tendere Romam causa deuotionis, iuxta Nauar. capitu. vigesimoseptimo, num. 66. & Caieta. in verbo, excommunicatio, capit. 23.

Ibi, Dantes auxilium.

INtellige secuto effectu, aliàs secus: verba enim cum effectu accipi debēt, l. prima, §. hæc autem verba, ff. quod quisque iur.

Cap.

Cap. X.

Excommunicantur interficientes, mutilantes, vulnerantes, verberantes, carcerantes hostiliter, idest animo offendendi, insequentes Cardinales. Hæ sunt personæ, contra quas profertur excommunicatio.

Ibi, Cardinales.

115 ENumerantur † personæ, quæ prohibentur offendi, & sunt sex. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Legati Apostolici, Nuntii sedis Apostolicæ. Habetur hæc excommunicatio in clem. 1. eod. tit. in c. fœlicis, de pœnis, lib. 6. Materia huius canonis est sacrilegium, quia offenditur Ecclesia in membris suis principalibus, idest, Cardinalib. Nauar. c. 27. nu. 67. Cath. Neap. in uer. excõmunicatio, c. 2. & 12. [& dicuntur Cardinales, senatores Ecclesiæ, c. Constantinus, vers. iuris autẽ, dist. 96. & pars corporis ipsius Summi Pontificis existimantur, c. fœlicis, de pœn. lib. 6. Hi Pontificem creant, ut ab eodem spiritualiter recreentur, conseruentur, & augeantur, vt Rom. inquit cons. 498. Hi multa priuilegia, ideft nouem habent, quæ numerantur per glos. in verbo, sublimitatem, in extrauag. Ioan. 22. de præb. & dignit.] Ad incurrendum hanc censuram requiritur, ut loca sint ipsorum eiectorum, aut in quibus ipsi munus suum, & officium explere debent, non autem alia, quæ sunt eiicientium, si in illis nulla eius cura, vel officium demandatum est, vt puta iubendo, ut exeant curiam Regis, vel alium locum, qui non esset eorum diœcesum, Nauar. qui supra. Præterea incurrunt etiam lictores, aliiq; officiales iussa exequentes, Nauar. d. num. 67. versi. quinta declaratione.

Ibi, Eiicientes.

116 SVb hoc verbo † comprehenduntur etiam in exilium mittentes, cũ sit verbũ generale. Item cõprehenditur etiam is, qui hortatoriam impetrat, ut Episcopus de terris suis eiiciatur, de quibus hortatoriis infra.

Ibi, Hostiliter insequentes.

NOta, quòd duo videntur debere cõcurrere, ut per insequutionẽ incurratur prędicta excommunicatio. Vnum, vt sit insequutio, i. vt vnus post alium priuatus vadat. vnde verbum, insequi, secũdum originariam significationem, motũ vnius post alium significat, Archid. in c. fœlicis, de pœnis, in 6. Vnde dicit ibi Frãcus, quòd insequi dicitur, qui sequitur alium. quare qui malo animo adiret domum Cardinalis, vel Episcopi, postquàm se in domum receperit, non dicitur hostiliter insequi. Alterum, vt hostili, & malo animo post terga sequatur.

Ibi, Episcopos.

EPiscoporum appellatione veniunt etiam non consecrati, ut no. Armil. & Nauar.

Ibi, Mandantes, seu rata habentes.

117 COmprehenduntur † mandantes, si tamen fuerit secutus effectus, i. verberatus Episcopus. Idemq; dicendum de præstantibus auxilium, consilium, uel fauorem: quia verba debent efficaciter intelligi. Sic etiam comprehenduntur ratum habentes, quando eius contemplatione, & nomine est factũ, Sylu. in ver. excommunicatio, 7. nu. 22. vers. 11.

Cap. XI.

Excommunicantur omnes, qui ad Romanam curiam venientes, siue per se, vel alios offendunt. Habetur in extr. Pii V. Si de protegendis, in extrauag. com. incipien. Diuina, in Conc. Triden. sess. 24. cap. 11. & 23. cap. 1. de reform.

118 AD incurrendam † hanc excommunicationem requiritur, vt siue per se, siue per alios, percutiant, vel occidant

recurrentes ad Curiam Romanam pro causis ibi tractandis. Personæ, quæ prohibentur offendi, sunt recurrentes, aduocati, negotiorum actores, siue procuratores eorum, siue etiam adiutores, & iudices super dictis causis, vel negotiis deputati. Item ut dicta percussio, siue læsio fiat intuitu negotiorum, aut causarum in Curia Romana, alioquin si ex ira, aut voluntate furandi, vel contracta aliunde inimicitia has iniurias inferret litigantibus, & reliquis personis, de quibus supra hanc excommunicationem non incurreret, Caiet. in verbo, excommunicatio, casu 15. Armil. in verbo, excommunicatio, 6.

Cap. XII.

Excommunicantur in hoc capitulo persona priuata, impedientes rescripta Apostolica per iudicem laicum, item Magistratus, & officiales inhibentes executionem litterarum Apostolicarum sine Regio assensu. item officiales, & Magistratus, atque iudices quicunque prohibentes, ac statuentes, ne habeatur recursus ad sedem Apostolicam pro litteris impetrandis, vel impetratas retinent.

Ibi, Excommunicamus.

119 EXcommunicantur, qui sub prætextu friuolæ appellationis appellant à grauamine futuro litterarum Apostolicarum ad iudices laicos: quod intellige, nisi verè, iusteq; appelletur, & timeatur magnum grauamen irrefragabile. Et nō ita facilè haberi potest recursus ad sedem Apostolicam: tunc enim licitum est appellare, litterasq; Apostolicas retinere, donec ad sedem Apostolicam recurratur, & hoc intelligitur in partibus longinquis, secus autem proximis.

Ibi, Omnes illos.

120 EXcommunicantur inhibentes † litteras Apostolicas, iustitiam, vel gratiam concernentes executioni demandare sine eorū beneplacito examine, aut assensu, facit tex. in cap. quoniam, de immun. eccle. latè per Nauar. c. 27. num. 60. cum seq. & ratio est, quia cū sedes Apostolica à nemine dependeat, vult à nemine iudicari. Sed in regno secus est, quia consideratis considerandis, visisq; litteris de hac re à Papa Regi Philippo missis, & è contra, censeo non esse condemnandos, nec incurrere regios magistratus expedientes regium Exequatur, & illud impetrantes, donec aliter à sede Apostolica decisum fuerit. Caueant autem ministri regis, ne excedant fines mādati Regis, cuius mens sanctissima est in non inferendo præiudicium sanctæ sedi Apostolicæ. Neque diu vexent negotiatores in non expediendo regium Exequatur. Vult enim Rex noster, ut quàmprimum, statimque litteræ Papæ executioni mandentur, concesso eis regio Exequatur.

Ibi, Quin etiam.

121 AD incurrendum † hanc excōmunicationem duo requiruntur. Primum, vt huiusmodi prohibitio directè, vel indirectè scienter fiat, ne recursus habeatur ad Curiam Romanam. Secus autem si ex ignorantia, aut inaduertentia. Secundum, ut fiat authoritate publica, idest, magistratus, secus autem si priuata laicali, Nauar. c. 27. nu. 75.

122 Limitatur † tamen hæc conclusio, vt non incurrat impediens litteras Apostolicas, cum manifestè constiterit illas esse obreptitias. Exemplum, potest Papa iuri patronatus tam laicorum, quàm clericorum derogare, ut per glo. in clement. 2. uer. Apostolis, de præben. verumtamen non censetur Pontifex derogare, nisi id expressim in litteris habeatur, ut per Lapum alleg. 96. per clausulam, pro hac vice tantū derogantes tali iuri patronatus lai-
123 cali. Si quis modo † supplicaret Papæ, ut ei conferat tale ius patronatus, quod erat laicale, id tamen Papæ non exposuit,

&

& obtẽtis litteris vellet expedire Regiũ Exequatur. Poſſet regius magiſtratus tales litteras impedire; cum manifeſtè appareat eas eſſe obreptitias, cum non conſtet de derogatione, quæ fit per dictam clauſulam, & interim Papæ hanc falſitatem notificare, capitu. ſi quando, de reſcript. Couar. lib. pract. quæſtio. capit. 35. nume. 6.

Cap. XIII.

Excommunicantur auocãtes cauſas ſpirituales à iudicibus ſpiritualibus, de hac loquitur tex. in cap. quoniam, de immun. eccleſ. lib. 6.

124 IN hoc capitulo excommunicantur omnes † iudices, & alii auocãtes cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas ab officialibus Eccleſiaſticis ad ſuum tribunal, ac etiam impediẽtes curſum cauſarum, vel quoquomodo. laici intromittentes ſe in cauſis ſpiritualibus, cap. vt Inquiſitionis, de hæret. lib. 6. aliàs ſpirituales, vel ſpiritualibus &c. Cauſa ſpiritualis dicitur beneficium Eccleſiaſticum, decima. & nota, quòd Epiſcopus, vel nuntius Apoſtolicus poteſt agere contra laicos verè debentes decimas, & non dantes, quamuis in regno propter antiquiſſimam conſuetudinem, & propter tranſactiones factas cum ſede Apoſtolica decimæ non ſoluantur.

125 Cauſa † verò annexa ſpiritualibus eſt ius patronatus. Hinc nota, quòd adhærentium idem eſt iudicium, quod de principalibus, facit tex. in l. quæ religioſis, ff. de rei vend. hinc eſt, quòd pax facta cum principali intelligitur facta cum adhærentibus, l. 1. §. tribus, ff. de cloac. l. arbor, §. de veſtibulo, ff. com. diuid. Bart. conſil. 62.

Ibi, auocant.

126 AVocare, † eſt cauſam de vno tribunali ad aliud trahere.

Cap. XIIII.

127 TRahentes † perſonas Eccleſiaſticas ad eorum tribunal, cap. ſi vero, lo primo, de ſent. excom. c. ſi iudex laicus, eo. ti. li. 6. in extr. Martini ad reprimẽdũ. [De hac etiam materia loquitur tota ferè cauſa, 11. q. 1. vbi habetur, quòd apud ſecularem iudicem nullus clericus eſt cõueniendus, vel trahendus, in tex. ibi. neque pro cauſa ciuili, neque criminali, c. nullus Epiſcopus, c. nullus clericus, c. aliud, cum ſimilibus, 11. q. 1. neque per clericum, cap. ſi quis clericus, neque per laicum, cap. ſi quiſpiam, cap. inolita, ead. quæſt. in auth. ſtatuimus, de epiſco. & cler. Quod ſi clericus fuerit, qui clericũ traxerit ad iudicium ſeculare, qua pœna ſit mulctandus, habetur per text. in cap. nullus clericus, & in ca. ſi quis clericus. Item in cap. inolita, vbi tex. ille extenditur etiam ad ſeculares trahẽtes clericos, & in cap. placuit, 11. q. 3. An uero clericus conuentus ſit puniendus ſi ſponte coram laico proſecutus fuerit cauſam. Dic quòd ſic, ut habetur in cap. placuit, 11. q. 1. quod ſecus eſſet ſi inuitus traheretur, vt ibi per Gemin. Sed nota, quòd tunc dicitur trahi inuitus, quando fecit quod potuit, vt non traheretur. Quid tamen faciet clericus, qui citatus fuerit apud ſecularem, non reſpondeat, uel excipiat, cap. clericum nullus, 11. q. 1. quia ſic ſententia tanquàm à non ſuo iudice lata non conſtringit, cap. in clericorum, 11. q. 1. An vero poſſit clericus cõueniri de cõſenſu ſui ordinarii. Dic quòd olim ſic, cap. nullus iudicum, ead. q. hodie ſecus, cap. 1. cap. ſignificaſti, de foro comp. Sed nunquid hoc obtinet in compromiſſo, glo. in cap. dilecti, vbi etiam Innoc. de arbitr. tenent, quòd non: nam ut ibi per glo. poteſt laicus eſſe arbiter inter Eccleſiaſticas perſonas ſuper re temporali. ita Gemin. in d. cap. clericum, non autem ſuper ſpirituali, ſed arbitrator ſic, Bald. in c. decernimus, nu. 16. & 17. de iudic. An vero poſſit Epiſcopus repetere ſuum clericum etiam inuitum, & ſponte con-

sentientem, & submittentem iudicio seculari. Dic quòd sic, Innoc. in cap. ut famæ, de sent. excommunic. Franc. in cap. si iudex laicus, eod. titu. in 6. Magistratus vero iubentes clericos trahi ad suum tribunal, qua pœna puniatur, vide tex. in cap. nullus Episcopus, 11. q. 1. Sed hodie per præsens capitulum sunt excõmunicati in Bulla Cœnæ Domini.] Item fautores eorum. Item facientes statuta cõtra libertatem ecclesiasticam, cap. nouit, cap. grauem, tit. nostro, cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. auth. cassa, de sacrosanct. eccle. cap. eos, capit. non minus, de immun. eccle. lib. 6. cap. 1. de iniur. libro 6. Item publicantes, uel fauentes eis.

Ibi, Qua ex eorum pratenso officio.

HIc excommunicantur tres personæ. Trahentes, trahi facientes, & procurantes trahi personas Ecclesiasticas. Appellatione autem personarum Ecclesiasticarum, quæ prohibentur trahi, veniunt quicunque Conuentus, Monasteria, Capitula, & Collegia. Modi, qui prohibentur, multi sunt, idest, ex prætẽso officio ad instantiam quorumcunque directè, vel indirectè quouis quæsito colore. [Hinc Nauar. lib. 5. de sentent. excommunicat. consi. 32. consuluit, quòd prætor, & magistratus, qui incolas Turris Seuerini ad suum tribunal traxerunt, & eis imposuerunt onus singulis annis cereum in recognitionem dominii, inciderint in hanc excommunicationem 14. Bullæ; cum indirectè onus Abbas, & Monasterium soluere cogantur, qui sunt Ecclesiasticæ personæ; cum si prædictũ Castrum deberet subire onus soluendi prædictum cereum in recognitionem dominii, Abbas, & Monachi prædicti deberent recognoscere prædictam superioritatem quo ad Castrum. Et qui vult antecedens, vult etiam consequens, quod illud necessariò cõsequitur, l. illud, ff. ad l. Aquil. cap. pręterea, de offic. deleg. Et qui vassallo, & domestico facit iniuriam, videtur domino facere, clement. prima, de excess. pręlat. in princip. vbi Cardina. not. 3.] Locus siue forum, in quo prohibentur trahi, est tribunal seculare quocunque nomine nuncupatum, tam in causa ciuili, quàm criminali.

Ibi, personas Ecclesiasticas.

QVę illarum appellatione veniant, vide quę supra diximus in secun. lib. tertio pręcep. notabili quinto, cap. 49. nume. 22.

Ibi, Prater iuris canonici dispositionem.

128 SEcundum iuris † canonici dispositionem multi sunt casus, in quibus licitum erit trahere personas Ecclesiasticas ad forum seculare. Primus in causa feudi, in qua potest clericus per laicum trahi ad forum seculare, capit. cæterum, de iudic. facit glo. in cap. ex transmissa, & capit. verum, de foro competenti. Guido Papæ, decisio. 139. Secundus casus est in causa reconuentionis, nam clericus agens contra laicum coram iudice seculari, potest ibi reconueniri, capitu. primo, & secundo, de mutu. petit. glo. in cap. denique. distinct. 96. cap. multi, secunda. quæst. 1. Boer. decis. 114. Affiic. decis. 173. Et ita extat ritus magnæ Curiæ Vicariæ, incipiens, Item quod clericus. Sed aduerte, quòd licèt clericus possit reconueniri coram iudice laico, non tamen facta condemnatione potest cogi ad soluendum, Lapus allega. 118. Vrsil. ad Afflic. decisio. 173. [Ex quibus dictis colligitur reconuentionem habere locum in ciuilibus, & in causis, in quibus iudex sub quo fit recõuentio, iudicare potest, & sic notat priuilegium reconuentionis: extendit enim iurisdictionem iudicis contra actorem, in quem aliàs nõ habet iurisdictionem. At in criminalibus reconuentio non habet locum, sicut neque vbicũque iudex, sub

ſub quo fit conuentio, de reconuentione iudicare non poteſt, vt ſi coram laico fiat reconuentio de ſpiritualibus, uel ſub inferiori iudice de libertate, de iudic. c. quanto. c. tuam, extra de ordine cognit. Innoc. in d. c. 1. de mutu. petit. Archid. in d. c. multi. pariter nec in ciuilibus ſemper reconuentio procedit, ſed tunc tantum, quando clericus agit nomine proprio, & reconuenitur nomine proprio. Secus ſi ageret nomine Eccleſiæ, & recõueniretur nomine Eccleſiæ: vel ſi ageret nomine Eccleſiæ, & reconueniretur nomine proprio, ar. ff. de in ius voc. l. quę ſitũ. nã in agendo eſt procurator, & ideo nõ poteſt reconueniri nomine proprio. ita Bal. in c. at ſi clerici, nu. 14. de iudic.] Tertius caſus eſt, quando clericus amiſit priuilegium fori, quod multipliciter fit, ut in cap. cum non ab homine, de iudic. capitu. nouimus, de verborum ſignificat. ut in clerico non conſtituto in ſacris, nec beneficiario incedẽte in habitu, & tonſura, nec ſeruiẽte in diuinis, vt Cõcil. Triden. ſeſſ. 23. cap. nullus. Quartus caſus eſt in materia ſpolii, ſeu manutentionis in poſſeſſorio: poteſt enim hoc caſu perſona Eccleſiaſtica citari per edictum à iudice laico, ſi ſua putauerit intereſſe, vt in cap. Regni, omnis prædatio, & latè per Affli. deciſ. 224. & 85. & ibi Vrſil. Quintus eſt in cenſibus, & tributis, pro quibus clerici poſſunt coram iudice ſeculari conueniri: vidétur enim potius conueniri res eorum tanquam affectæ, quam perſonæ, [ita Gulielmus in l. de his, C. de epiſco. & cler. Verum Baldus ibi hoc dictum improbat, dicens quia licèt poſſet mitti in poſſeſſionẽ pro tributo, perſona tamen non poteſt per iudicem ſecularem diſtringi, ſeu conueniri. Hanc etiam opinionem ſequitur Maria. Soci. in c. ſane, nu. 10. de foro comp. Et profectò de iure ciuili procederet dictum Gulielmi, per tex. in dicta l. de his. Sed de iure diuino ſecus, 11. q. 1. cap. 1. & 2. c. ſi Imperator, diſt. 96. quia ſi reſpectu tributi poſſet conueniri clericus, utique perſona ſubiiceretur iudici ſeculari, contra c. ſi diligenti, de foro compet. Quinimmo etiam ſi poſſeſſio caderet in commiſſum, inquit Abb. in c. qualiter, & quando, num. 9. de iudic. quod nõ debet princeps ſecularis extendere manũ, niſi prius declaretur per iudicẽ Eccleſiaſticũ, per tex. no. in c. cũ ſecundum. de hęr. li. 6. Sextus lite cœpta contra laicum defunctum apud iudicem ſecularem, eius hęres clericus tenetur ad eius proſecutionem coram eodem iudice ad finem vſque litis, nec poteſt forum illud declinare. Ita in ſpecie tenet Imo. in l. ſi cum hominem, ff. de fideiuſſ. Barb. in c. quia V. de iudic. nu. 45. Aufrer. in clemen. 1. de offic. ordi. reg. 2. fal. 6. tex. opti. in l. ſi quis poſtea, ff. de iudic. & in l. 3. C. de hęred. act. Paul. de Caſt. in l. hęres abſens, in princ. ff. de iudic. Septimus, poſſunt clerici coniugati conueniri in cauſis ciuilibus: cum tantum ſint exempti in criminalibus, & gaudeant priuilegio canonis, ſi modo incedant, ſecundum tex. in cap. vnic. de cler. coniu. li. 6. ita omnes in d. c. Octauus eſt in clerico ipſo circa proprias res, & ad ipſum pertinentes, qui debet in reſtitutionis in integrum iudicio laicum conuenire coram iudice ſeculari ex regula generali, qua etiam à canonibus expreſſum eſt oportere actorem ſequi forum rei ad ſpeciem reſtitutionis in integrum deductam, in l. 2. C. vbi & apud quem. ita Imo. in c. conſtitutus, num. 3. de in integ. reſtit. Nam & ſi maximè cõcedamus Innoc. opinionem in c. cum ſit generale, de foro compet. qui dicebat reſtitutionem in integrum etiam aduerſus laicum coram Eccleſiaſtico peti poſſe, admittendam eſſe, quando Eccleſia reſtitutionem in integrum petit, & id fauore Eccleſię: non tamen competit hoc priuilegium clericis in rebus patrimonialibus, ſi quidem priuilegia Eccleſiis quo ad eorum bona competentia non extenduntur ad clericos quo ad eorum patrimonia, niſi à iure in aliquot caſibus diuerſum fuerit ſtatutum, iux. Abb. & Fely. in c. Eccleſia Sanctę Marię, de conſti. quam opinionem fatetur communem ibi Decius,

eius,nu. 18. & probatur authoritate glo. 2. in clem. 1. de in integ. rest. quę expresse asserit, restitutionem in integrum Ecclesiis iure minoris competentem nequaquam ipsis clericis concedi ratione patrimonii, eadem ratione glo. in c. possessiones, 16. q. 4. asserit res patrimoniales clericorum eodem usucapi tempore, quo iure usucapiuntur res laicorum, dicit eam glo. sing. Abb. in c. sanctorũ, de pręscrip.] Sunt & alii casus, licet regula in contrarium adsit, scilicet, quod clericus etiam uolens conueniri, non possit coram iudice. facit cap. placuit, capit. nullus Episcopus, 11. q. 3. c. qualiter, & quando, de iudi. in auth. statuimus. C. de epis. & cler.

Ibi, Nec non qui statuta.

129 HIc excommunicantur † statuentes cõtra libertatem Ecclesiasticã: Personę excommunicatę sunt facientes statuta, ordinantes, publicantes; Res prohibitæ sunt statuta, pragmaticæ, decreta, & constitutiones, siue in genere, siue in specie.

Ibi, Libertas.

130 LIbertas † Ecclesiastica est exemptio personarum Ecclesiasticarum, Caiet. in ver. Immunitas, in fi. not. Doct. in cap. eos, de immun. eccle. lib. 6. Hæc autem libertas potest lædi in personis propriis, in locis, & in rebus. In personis propriis, vt si fiat statutum, vt nemo locet domos, vel molat granum, vel aliquid vendat personis Ecclesiasticis, aut ab eis emat, vel ne aliqua alia obsequia præstet eisdem. In locis, vt si fiat pragmatica, vt milites possint hospitari in domibus clericorum. In rebus, vt si fiat statutum, vt nemo laicorum eat ad molendũ in molendinis clericorũ. Præterea sciendum est, eo ipso fit contra libertatem Ecclesiasticam, quod fit contra eius immunitatem, ideo tex. in cap. fin. de reb. eccl. non alien. miscet ista duo, libertatem, & immunitatem Ecclesiæ, [item tex. in cap. aduersus, de immu. eccle. libertatem personarum Ecclesiasticam immunitaté dicit, notat Syluest. in uer. immunitas, in princ. vt hinc aduertas, quod pęnæ, quæ infliguntur aduersus uiolantes Ecclesiasticam immunitatem, etiã valét aduersus eos, qui non tantum Ecclesiarum priuilegia, & exemptiones perturbant, sed & personarum Ecclesiasticarum immunitatem infringunt, ita Couar. lib. 2. varia.

131 resolu. cap. 20. num. 1.] Fit autem † contra immunitatem Ecclesiæ eo ipso, quòd per laicum statuitur de rebus, personis, vel iuribus pertinentibus ad Ecclesiam, à quibus laici sunt prohibiti, & solum prælatis Ecclesiæ est concessum, verbi gratia, si fiat statutum, quod feudum, quod laicus tenet ab Ecclesia, possit alienari, tex. in d. cap. fin. de reb. eccle. non alien. vel ne personæ Ecclesiasticæ habeant recursum ad iudices Ecclesiasticos, ita Lapus alleg. 92. His enim casibus cum talia statuta, quæ sunt contra violationem libertatis, respiciant uniuersalem Ecclesiam, dicuntur esse contra libertatem Ecclesiasticam.

132 Hinc patet, † hæc esse necessaria, vt incurratur in hanc censuram. Primum, vt uiolatio libertatis Ecclesiasticę fiat per uiam statutorum, pragmaticarũ, vel edictorum, uel per consuetudinem contrariam, vt recte inquit Caiet. in ver. excommunicatio, casu 31. Secundum, vt disponat statutum contra priuilegia concessa Ecclesiasticis personis, & de his in statuto fiat specialis mẽtio, aliàs si nulla de Ecclesiasticis personis fieret mentio, non diceretur uiolata ecclesiastica libertas, ita colligitur ex Franco in d. capit. eos, 1. & 2. colum.

133 Hinc † patet responsio, quod si in statuto, uel interdicto nõ exprimũtur personæ Ecclesiasticæ, sed simpliciter interdicitur ne quis uẽdat, uel donet rem immobilem aliquibus non existentibus de iurisdictione dominorum statuentium, vel non subeuntibus onera communia, uel dominorum, & irritatur uenditio, vel donatio, & pœna imponitur, quod ta-

le sta-

le statutum non est contra libertatem Ecclesiasticam, ita ut statuentes incurrant in Bullam, quamuis incurrant in aliam Papalem, quæ non est seruata, ut in d. cap. eos, de immun. Eccle. lib. 6. Et ratio est, quia tale statutum non est ex se contra libertatem Ecclesiasticam, sed contra societatem vitæ humanæ, ita Nauar. in c. 27. num. 119. & 130. Potest tamen in hoc casu Episcopus cogere potestatem, vel statuentes, vt declarent illud non debere extendi ad clericos, cum ex eo clerici efficiantur tepidiores, ita Lapus in sua alleg. 30. in septima conclusione, Bal. in authen. statuimus, C. de epis. & cle. [Immo si statutum est aliquid contra Ecclesiasticam libertatem, vel contra ius diuinum, si hoc notorium sit, superior potest id tollere, vel tolli, & non obseruari mandare sine aliqua citatione, & decernere illud non tenere, & cassare, ad hoc, ff. de seru. fugi. l. diuus, ff. de offi. procons. & leg. l. fi. ita Archid. in cap. quæ Lotharius, 2. q. 1. vbi inquit, quod hoc potest fieri absque solemni prolatione sententiæ in scriptis: quia in notoriis non est necessaria sentẽtia in scriptis, & solemniter proferenda. Immo secundum Gem. ibi, nec citatio, vbi tantum sufficit inhibitio, vel ordinatio, vt in casu prædicto. Quod secus esset, vbi factum sit tale, quod certæ personæ condemnatoria requiritur; nam tunc quantumcunque sit notorium, debet citari ad sententiam audiendam: quia absens multas excusationes, & defensiones posset habere, per quas non condemnaretur, si esset præsens, & illas proponeret. Sed quid si statuto Mediolani caueatur, quod nullus subditus potestati Mediolani possit alienare rem immobilem in non subditum, nisi soluat tantum pro libra, expresse prohibendo ne possit alienare in personam Ecclesiasticam: dico, ꝙ tale statutum est iuridicum, & non improbandum, nec censendum cõtra libertatem Ecclesię: quia est conditum fauore publici, & communis boni, & subditorum, ut eis salua immobilia, & territoria conseruentur. Vnde non est censendum esse contra libertatem Ecclesiæ, sed pro libertate publici territorii, & publicarum functionum, tum etiam quia res publica æquiparatur Ecclesię, ut C. de sacrosanc. Eccl. l. fi. Vnde sicut Ecclesia defendi debet in iuribus suis, ita & ciuitas, ita Bal. qui sequitur D. Signorolum de Mediolano, cons. 19. in c. clerici, de iudi. nu. 2.]

134 Tertium, † ut dictum statutum, vel edictum &c. respiciat vniuersalem Ecclesiam, vnde hanc non incurrunt, qui ordinant contra hanc, vel illam Ecclesiam, nisi illa etiam pertineat ad Ecclesiam vniuersalem, ita Nauar. cap. 27. num. 119. ut verbi gratia, lędere vnum Episcopum, est facere contra libertatem Ecclesiæ, esto ꝙ non lędantur omnes Episcopi, cap. olim, de iniur. clem. si quis suadente, de pœnis: & ratio est, quia cum vniuersalis Ecclesia sit vnum corpus, cuius membra sunt aliæ Ecclesiæ singulares, de elect. c. significasti. ideo impediendo Ecclesiæ singularis libertatẽ unius scilicet Ecclesiæ circa id, quod competit omnibus, facit contra libertatem Ecclesiæ, ita Ioan. And. in d. c. fi. de immun. Eccl. lib. 6.

135 Quartum est, † ut dictum statutum sit factum animo derogandi libertati Ecclesiasticæ. Quod tunc dicitur, quando ut supra diximus specialis mentio fit de personis Ecclesiasticis, puta, fit statutum ne Ecclesiis dentur eleemosynæ, vel decimæ, uel clerici soluant gabellas de his, quæ emunt pro suo vsu, & non ad negotiandum, &c. Secus vero si statuatur ne in funeralibus, uel in primis missis, vel nuptiis extra modum offeratur, neque fiant immoderata conuiuia, vel sumptus ceræ, ita Caiet. in d. casu 31. & ratio est, quia talia statuta concernunt propriè põpas mundanas, non autem cultum diuinum, ut inquit Panor. in cap. fin. de reb. Eccl. non alien.

136 Quintũ est, vt sit † consumatio actus, vt ibi per Caiet. Vltimo scias, quòd non incurrunt hanc censuram, qui sincero corde huiusmodi statuta obseruari, uel scribi faciunt, credentes illa esse salutaria, iuxta Innoc. in c. nouerit, tit. nostro, maximè

maximè si crederent de consilio habito à viro prædito idonea scientia,& conscientia,argum. tex. in cap. 1. de constitu. glo. sing.in c. capellanus,de fer. [Pariter nec qui ignoraret statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam,incideret in excommunicationem, quæ non cadit nisi in contumacem,11.q.3.capit.certum. quæ non nisi pro magnis criminibus est infligenda, ignorans autem non peccat,C.ne sanc.bapt.iter. l.2.ita Innoc.in cap.innotuit, de sent. excommun. in fi.ubi etiam ponit in quibus consistat ecclesiastica libertas,vide etiam Dec.in c.Ecclesia Sanctæ Mariæ,colum.1.& 2.de constit. Ciuilistas in auth.cassa.C.de sacrosan.ecc.] Est & alia excommunicatio contra libertatem Ecclesiasticam infra duos menses, c.nouerit, c.graue, tit. nostro.

Cap. XV.

Impedientes quomodolibet officiales Ecclesiasticos, Archiepiscopos, aliosve pralatos, ne sua iurisdictione vtantur.

137 EXcommunicantur † impedientes iurisdictionem ordinarii,recurrentes ad secularia tribunalia etiam ád cancellarias contra decreta,vel sententias ordinariorum. Procurantes prohibitiones, uel etiam mandata pęnalia contra sententias ordinariorum. Concedentes, & decernentes talia, exequentes huiusmodi mā data pœnalia. Hæ sunt personæ principales. Accessoriæ uero sunt consilium, auxilium,fauorem,& patrocinium præstantes. Hęc tamen non incurruntur, nisi effectu secuto.

138 Hortatoria † hic non cōprehenduntur, nisi ex his deueniretur ad litteras cōminatorias,ut probatur ibi in tex. prohibitiones,vel mandata etiam pœnalia. Est autem hortatoriū littera amicabilis, qua Episcopus aliquid contra laicum impertinenter faciens, ab officialibus secularibus hortatur, vt desistat à faciendo talia. Quod si Episcopus talibus hortatoriis obedire nollet,non debet laicus impetrare mandata pœnalia cōtra Episcopum; quia statim incideret in Bullam, sed procedat contra eum in Curia Romana coram cōgregatione Cardinalium, & ita absque animę interitu habebit, quod vult.

Ibi, Quomodolibet impediunt.

NOta quòd mens Papę est contra officiales, qui authoritate laicali pręsumunt impedire ordinarii iurisdictionem. Hinc si aliquis † noctu dilacerarer, vel sordibus macularet edictum publicum affixum in valuis Ecclesię, uel in publico foro, ubi pręciperetur aliquid sub pœna, iste non incidit: quia non dicitur impedire iurisdictionem; cum per prius fuerit factum edictum, & lata fuerit sententia, quę aliquo modo impediri non potest: peccat vero mortaliter, & potest aliis pœnis eum Episcopus afficere, atque excommunicare.

139 (margin: beside "nem. Hinc si aliquis")

Ibi, Quo minus.

SEd quid in delictis mixtis. An in ipsis impediatur iurisdictio ordinarii. Pro intelligentia notandum est, Delictorum alia esse merè † Ecclesiastica, alia merè secularia, & alia communia, seu mixta. Merè Ecclesiastica sunt illa, quorum cognitio iudicibus Ecclesiasticis tantūmodo est reseruata, etiam si dicta delicta cō missa sint per laicos: Vt est crimen hęresis,simoniæ, &c. Merè secularia sunt ea, de quibus si à laicis committantur, soli iudices seculares cognoscunt, ut est homicidium, furtum,&c. Communia, seu mixta sunt ea, de quibus si à laicis committantur, uterque iudex cognoscere potest, ut est crimen vsurarum, Dec. cons. 170.num.3.sacrilegium,sortilegiū, Abb. in c.1.num.3.& 4.de sortil. adulterium, Abbas in c.intelleximus, nu.1. de adult. concubinatus,crimen sodomiæ, ut intelligitur ex tex.in cap.clerici,de excef. præla. & latè de his Iulius Clarus in sua praxi crim. §.fi.q.37. nec non glo. & Doct. in c.cum sit generale, de foro compe.

140 (margin: beside "alia esse merè")

His

141 His sic † præmissis dico, quòd de iure communi dabatur locus præuentioni, sed in Regno propter multas Bullas Pontificum, præsertim Honorii III. & antiquissimam consuetudinem, non datur locus præuentioni, sed ordinarii, quando delictum est notorium, possunt procedere contra delinquentes quo ad censuras Ecclesiasticas, idest, priuationem sacramẽtorum, & correctionem paternam, cap. quamquam, c. 1. de vsur. lib. 6. cap. statutum. de maled. Iudices vero laici procedunt in puniendo eos, quo ad pœnas corporales, & pecuniarias, & ita pro eodem delicto in eadem persona cõcurrunt ambo, vt inquit Fely. in cap. de his, num. 10. de accusat.

142 Hinc † sequitur, quòd accusatus de tali crimine mixto coram iudice Ecclesiastico, & ab eo causa cognita absolutus, poterit non obstante dicta absolutione coram iudice laico de eodem crimine accusari, & puniri, ut omnium consensu receptum esse attestatur Couar. lib. 2. varia. resolu. cap. 10. nu. 6. & ratio est, nam iurisdictio Ecclesiastica, & secularis sunt prorsus separatæ, & distinctæ, ideo absolutoria lata in una iurisdictione non parit exceptionem rei iudicatæ in alia, Bal. cons. 260. lib. 3. sequitur Iulius Clar. in sua praxi crim. vbi supra, quæst. 57. vers. sed hic occurrit, & ver. sed quæro.

143 An autem ordinarius † Episcopus possit ab administratoribus tam Ecclesiasticis, quàm laicis Ecclesiarum, hospitaliũ, confraternitatum, montis pietatis, quàm quorumcunque locorum piorum singulis annis rationes exigere? Respon. quod sic, nisi forte in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu confraternitatis expresse cautum esset contrarium, & nisi talia pia loca sub Regum immediata potestate sint: quia tunc sine eorum licentia non potest. Quod si ex consuetudine, priuilegio, aut constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum his etiam adhibebitur ordinarius, & aliter liberationes factæ dictis administraroribus minimè suffragantur. Iura sunt clara in Concil. Trid. sess. 22. c. Episcopi, & c. administratores. ratio est, optima mens regis, quæ concordat cum sancta sede Apostolica in materia iurisdictionali.

Cap. XVI.

Vsurpantes redditus Ecclesiasticos, vel fructus sequestrantes sine debita licentia excommunicantur, vt habetur in auth. suscepti, ne sede vacan. clem. religiosi, de deci. clem. cupientes, de pœn. in Concil. Triden. sess. 22. de refor. c. 2. in c. hoc consultissimo, de rebus eccl. non alien. lib. 6.

144 AD incurrendam † hanc excommunicationem tria requiruntur. Primo, vt vsurpentur, seu sequestrentur bona pertinentia ad personas, seu loca Ecclesiastica ratione beneficiorum Ecclesiasticorum, vel Monasteriorum. Vnde latro vsurpans redditus profanos patrimoniales clerici non incidit. Secundo, ut vsurpatio, seu sequestratio fiat authoritate iudiciali, quare latrones, aut milites, qui rapiunt ea, vt quælibet alia bona, nõ incidunt. Tertio, vt fiat sine licentia personarum, quæ habent potestatem concedendi: vnde qui à iudice laico de licentia Episcopi missus est in possessionem bonorum clerici, ut eius creditor, non incidit. [sed an incidat in hanc excommunicationem laicus, qui fecit per laicum iudicem sequestrare fructus clerici debitoris sui existentes apud laicum, sed pertinentes ad clericum ratione sui beneficii? Resp. Nauar. lib. 5. de sent. excomm. cons. 34. quod non. Tum, quia Bulla præfata est dispositio pœnalis, & non debet extendi ad alium casum, cap. pœnæ, de pœnit. distin. 1. Quare cum Bulla solum excommunicet vsurpantem, & sequestrantem fructus ecclesiasticos sine licentia Papæ, vel alterius, ad quem pertinet dare talem licentiam, ergo cum talis nec sequestrauerit, nec vsurpauerit eos, non incidit. Tum, quia ut alibi diximus, excommunicatio lata contra facientes aliquid,

quid, non includit procurantes, consulentes, vel mandantes, nisi per alia iura id declaretur.]

Cap. XVII.

145 *Imponentes † clericis collectas, taleas sine debita licentia, de hac loquitur tex. in cap. quamquam, de censi. cap. non minus, c. aduersus, de immu. Eccl. in extrau. Pii V. Dum ad aures. Exigentes eas etiam à volentibus, fautores eorum prædictorum, cap. generali, de elect. lib. 6.*

Cap. XVIII.

146 *Intromittentes † se in causis criminalibus clericorum, & bandientes clericos, in extrauag. Vrbani V. quis sicut, in auth. statuimus, C. de Episc. & cler. in Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. cupientes,*

Ibi, Magistratus.

147 ENumerantur † personæ, quæ excommunicantur, & sunt, videlicet, magistratus laici quicunque, iudices seculares quicunque, notarii, scribæ, actuarii, assessores, gubernatores ciuitatum, satellites, & subexecutores,

Ibi, In causis capitalibus, seu criminalibus.

148 NOta quòd causa † capitalis dicitur, quando non pertinet ad iudicem ciuilem, sed spectat ad criminalem, & quando venit quolibet modo puniendus criminaliter reus. Causa vero ciuilis dicitur, quando pro crimine agitur de pœna applicanda parti. Sed quando pœna venit fisco applicanda, dicitur criminalis, ita glo. in l. 3. in princip. ver. centum, ff. de sepul. violat. & ibi Bart. Afflic. in tertia parte constit. Regni, rubrica 32. §. varietates, num. 9. Cagno. in l. secunda, nu. 91. & 100. C. de eden. & est communis opinio.

Ibi, Processando.

149 PRocessare † est inquirere contra aliquem. Et nota quod actiones hic prohibitæ sunt multæ, id est, quoquomodo se interponere in causis criminalibus clericorum, illos bandire, capere, processare, sententias contra eos proferre, & illas exequi. Nota tamen, quod capere informationem pro aliquo facto, in quo sunt aliqui clerici nominati, non est processare clericos, & consequenter talem capiens informationem, nō incidit: quia non est processare, sed capere informationem de toto facto: nec etiam censurā incurrit, qui Episcopum, vel alium clericum secretò processaret, animo præsentandi talem processum non regiis officiabus, sed summo Pontifici.

150 In plurimis tamen casibus potest † laicus iudex clericum capere, vel processare absque metu censuræ, quorum primus est in clerico realiter degradato, qui postea traditus est curiæ seculari, cap. nouimus, de verbor. signif. Bart. in l. 1. ff. de pęnis. qualiter autem fiat realis degradatio, habetur in Pontificali. Secundus casus est, quando clericus amisit priuilegiū fori, ita Dec. num. 110. Fely. Abb. in cap. cum non ab homine, de iudic. ut quia caret beneficio Ecclesiastico, aut quia clericalem habitum, & tonsuram non defert, vel de mandato Episcopi non seruit alicui Ecclesiæ, aut in seminario clericorū, vel in aliqua schola, aut vniuersitate, iuxta, c. nullus, sess. 23. de reform. in Conc.

151 Trid. Vel † quia est effectus ioculator, vel scurra, quia hoc casu si anno, vel tertio monitus non desistat, clericale priuilegium amisit, cap. vnico, de vita, & hon. cler. lib. 6. quod procedit etiam in clerico in sacris constituto, secundum Gem. ibi, & Rotam decis. 349. in antiquis. Tertius casus est, quando se enormitatibus immiscuit, ut est tex. secundum unum intellectum, in c. ex parte, de priuil. credi. & c. perpendimus, tit. nostro.

In his tamen casibus prius sententia declaratoria iudicis competentis procedere

dere debet, quod secus est in clerico assassino, qui si notorius est, potest per iudicem temporalem absque alia præcedente sententia puniri, cap. 1. de homi. lib. 6. Capicius decis. 155. nu. 26. & tunc degradatur, Capic. decis. 112. nu. 3. & 130. num. 75.

152 Quartus † casus est, quando clericus inuentus est in crimine flagranti: tunc enim potest à iudice laico capi, cap. ut famæ, tit. nostro, Doct. in cap. cum non ab homine, de iudi. dummodo sine iniuria, violentaque manuum iniectione capiatur, & absque clericalis ordinis dedecore, vt cum primum opportunè poterit, reddat eum curię Ecclesiasticæ, Nauar. c. 27. num. 83.

Quintus, quando iudex laicus non iure proprio, sed de mandato superioris cognoscit de causis criminalibus, cap. manna. 11. q. 5. glo. in cap. decernimus, ver. præsumant, de iudi. quia id facit, vt minister Ecclesiæ, cap. si clericos, titu. nostro, lib. sexto.

153 Sextus, † quando non incedit in habitu, & tonsura: nam tunc iure capi poterit à iudice laico, quia talis quisque præsumitur, in quali habitu reperitur, d. cap. si clericos, cap. si iudex laicus, tit. nostro. in sexto. Et ita hodie post promulgatam quandam constitutionem Papę Clementis, & deinde Papę Pauli, obseruatur, scilicet, contra clericos, non beneficiatos, neque in sacris cōstitutos, quòd possint puniri per iudicem laicum, si ut laici fuerint inuenti, & ita hodie est in praxi. Et nec tenetur laicus clericum remittere, donec de clericatu constiterit coram Ecclesiastico iudice, & comperto, quod sit clericus, debet remitti ad eundem iudicem suum Ecclesiasticum: quæ quidem probatio, & cognitio, an aliquis sit Ecclesiasticæ iurisdictionis, debet fieri coram iudice Ecclesiastico, non autem seculari, ita Doct. commu. in d. c. si iudex laicus, & in cap. cum non ab homine. Fulgo. cons. 120. dicit esse communem, & ita in Hispania est in usu, secundum Couar. in regno tamen contrarium seruatur per ritum magnæ curiæ, incipien. item si aliquis clericus.

154 [Sed quid si clericus † renunciauerit declinatoriæ fori, & vult se defendere, ac litigare coram iudice laico? Dic quod hoc non obstante potest iudex Ecclesiasticus illum repetere à secularibus iudicibus, ita Bal. in l. si qua per calumniam, colum. 2. C. de episc. & cler. Franc. in d. cap. si iudex, probatur per tex. in c. si diligenti, de foro compet. Potest autem cle-
155 ricatus iure † ordinario, & regulariter probari per scripturam, quod deduci uidetur ex l. si qua per calumniam. C. de Episco. & cler. & cap. legum, 2. q. 1. Item per testes, vbi scriptura fuerit amissa, l. testium, C. de testi. glo. commu. recepta, in d. cap. si iudex, in uer. fecerit. Guido Papę, q. 474. vbi ad minus cum hic agatur de maximo præiudicio, scilicet, de declinatoria fori requiruntur duo, tex. optimus in cap. tuæ fraternitati, de cler. peregr. Nam licet Bal. in cap. licet uniuersis, & ibi Fely. de testib. Hippol. in l. 1. §. idem Cornelio, in fi. ff. de quæst. asserant primam tonsuram probari posse testimonio vnius, vbi de alterius præiudicio nō agitur, non tamen istorum decisio huic quæstioni aptatur, quæ super iurisdictione discutitur, cum ea res sit grauissimi, & enormis præiudicii. Vnde opinor, ꝙ non sufficiat unicus testis ad probationē tonsuræ, vt clericus captus ante omnia pendente adhuc clericatus quęstione remittatur ad iudicem Ecclesiasticū, quamuis possit sufficere probatio tonsuræ per unicum tantum testem ad suspensionis effectum, vt iudex secularis supersedeat cognitioni criminis, & nulla utatur nouatione, ita Couar. cap. 33. num. 3. in lib. quæst. practic.]

156 Septimus, † quando clericus commisit notorium delictum coram iudice laico: potest enim hoc casu ab eo capi, sed statim superiori suo est restituendus, Nauar. c. 25. nu. 24.

[Octauus, quando aliquis Ecclesiasticum ordinem post delictum cōmissum absque aliqua fraude susceperit: nam tūc eum

eum omnino liberat à iurisdictione iudicis secularis, hoc probatur argum. tex. in l. hos accusare, §. hoc beneficio, & uers. item magistratum, ff. de accusa. not. in c. proposuisti, de foro compe. & in l. si quis postea, ff. de iudic. Quod si ordinem Ecclesiasticum dolo, & fraude post delictũ perpetratum assumpserit, vt iudicis forum declinaret, tunc à iurisdictione iudicis secularis non liberatur, d. l. hos accusare. versic. Dum non ratractandi. l. si maritus, §. legis, ff. de adult. l. 1. C. qui mili. non poss. lib. 12. Oldr. cons. 4. Bart. eleganter in l. 1. ff. de pœnis. Quorum opinio communis est. ita Aufrer. in clem. 1. de offic. ordi. regu. 1. fall. 11. Hippolyt. singul. 84.

Fraus uerò maximè præsumitur, quãdo post delictum commissum, & ante susceptum ordinem fuerit accusatus, vel denũciatus, aut sanè infamatus, tex. opt. in l. fin. ff. de bonis eorum, qui sibi mor. consci. & in l. fin. ff. de re milit. not. in l. si quis postea, ff. de iudi. Item in vniuersum fraus præsumitur, si quis post crimẽ commissum timore punitionis secularis ordinem susceperit, Bald. in l. 1. nume. 2. C. an seruus ex suo facto. Verum ratione fraudis quis post delictum cõmissum manet sub iurisdictione iudicis secularis quo ad rerum, & bonorum, ac mulctæ condemnationem, non autem quo ad pœnam corporalem, ita Ioan. Andr. in cap. 1. de oblig. ad ratiot. Barto. in d. l. 1. ff. de pœnis, & est communis opinio, ut per Aufrer. in d. fall. 11. Vnde si crimen pœnam mortis, aut membrorum mutilationem exigit, erit hic clericus degradãdus per Episcopum, & tradendus curię seculari, Bar. in d. l. 1. Iason in l. cum quædam. ff. de iurisd. omn. iudic. Anchar. in reg. ea, quæ. de reg. iur. lib. 6. quæst. 13. Aufrer. in d. fallen. 11.

Si vero votum fecerit, vel religionis, uel ordinis sacri suscipiendi ante delictum, quod post illud perpetratum adimpleuerit, effugiet manus iudicis secularis. ita Iason in d. l. cum quædã, nu. 11. Hippoly. sing. 84. quasi maxima sit præsumptio bonæ fidei, & nullã subesse fraudem mutationi status. Hæc † autem
157 probatio cum sit de his, quæ in animo consistunt, potest fieri iuramẽto proprio ipsiusmet uouentis, glo. elegans in cap. significasti, el primo, de homic. vbi omnes, glo. in c. si vero, el secondo, de sent. excommun. Iason in §. sed iste, num. 89. Instit. de actio. tex. opti. in c. pastoralis, de except. Quod quidem intelligitur cum de modico præiudicio agitur, non autem vbi de maximo sit præiudicio agendum, vt in proposito. Agitur enim de graui, ac enormi læsione Reipublicæ, & iurisdictionis secularis. Vnde tunc saltem ea erit necessaria probatio, quæ fieri ea de re communiter potest, vt not. Domin. in c. eos, de temp. ordi. lib. 6. Abb. in c. quosdam, de præsumpt. Fely. in c. cognoscentes, nu. 14. de constit. Hippo. sing. 635.

Nonus casus est de clerico, qui nõ potest arma illa portare, quæ lege laicorum sunt interdicta, tex. opti. in c. 1. §. si clericus, de pace tenen. & eius uiolat. Si tamen illa portauerit, licèt nõ possit iudex secularis illum punire pœna per legẽ secularẽ statuta, ut inquit Io. de Plat. in §. itẽ lege Iulia, Insti. de publi. iud. col. 4. & Io. Lupi in c. per vestras, de donat. inter uir. & uxor. 2. not. §. 1. num. 13. tamen potest
158 per † secularem iudicem, & ministrum laicæ iurisdictionis armis his expoliari, & priuari absque ullo metu excommunicationis, quia hoc ad secularem iudicẽ, & Reipublicæ rectorẽ proculdubio pertinet, nec cõpelli poterit iudex laicus per Ecclesiasticum arma illa restituere: Si quidem laica lex arma prohibere potuit, eaque prohibitio clericos etiam comprehẽdit, vt supra probauimus. Alioquin clerici liberè uagarẽtur armati, cum iudex Ecclesiasticus non habeat ministros qui nocturn possint clericos armatos capere, armaque ab eis tollere: Præsertim quia frequentior est in toto orbe Christiano illa consuetudo, quę obtinet arma non amitti, nisi quis fuerit deprehensus armatus, etiã si constet illũ arma portasse, ita Couar. lib. pract. quæst. c. 33. nu. 7.]

Cap. XIX.

159 *Occupantes † terras, vel iura sedis Apostolicæ etiam mediatè, & fautores eorum. De hac loquitur Nauar.c.27.nu.71. post Caiet.*

Cap. XX.

Raptores bonorum prælati Apostolici tẽpore mortis, vel infirmitatis Papæ. Detentores talium rerum.

Cap. XXI.

Præsumentes absoluere excommunicatum per Bullam Cœnæ in extrau. & si dominici, 1.& 2. de pœnit. Non autem qui ex ignorantia, obliuione, aut inaduertentia, ut diximus in primo lib.cap.13. Explicit explicatio Bullæ.

SVMMARIVM.

1 *Absoluti ob periculum mortis ab excommunicatione, transacto eo quantum tempus sit eis præfixum recurrendi ad Pontificem.*
2 *Præsentatio coram Papa occasione excommunicationis fieri potest per procuratorem.*
3 *Participantes in crimine cum excommunicatis; item clerici scienter cum excommunicatis à Papa; item clericorum percussores, & detentores in carcere, eosq; non defendentes, in excõmunicationem Papalem incidunt.*
4 *Confringentes, vel spoliantes Ecclesias, quæ requirantur, vt incidant in excommunicationem, & nu. seq.*
6 *Frangentes Crucem in Ecclesia, vel corpus Christi diripientes, non sunt excommunicati, sed excommunicandi.*
7 *Excommunicatio contra incendiarios ad quos extendatur.*
8 *Locorum sacrorum appellatione, quæ veniant.*
9 *Incendiarii vltra peccatum, ad quid teneantur, & à quibus absoluantur.*
10 *Denunciationem excommunicationis contra incendiarios sufficit esse generalem. Author incendii non potest excommunicatione cogi, vt se manifestet.*
11 *Cardinalium existentium in conclaui, vel Papæ electi bona occupantes, consulentes, auxiliantes, & Cardinales vetitum à Papa reuelantes, quam pœnam incurrant.*
12 *Simoniaci & mediatores, licèt non sint ipso iure excommunicati, non sunt tamen absoluendi, & de qua simonia intelligatur.*
13 *Excommunicatio in simoniacos non recepta, quoad illos denuntiandos.*
14 *Excommunicatio in dantes, vel accipientes aliquid ob ingressum Monasterii, est Papæ reseruata.*
15 *Recipiens beneficia ecclesiastica in confidentiam; subornantes, & subornati, quam incurrant excommunicationem.*
16 *Officiales, vel domini denegantes auxiliũ, vel executionem Ecclesiasticis contra hæreticos, & eorum fautores, sunt excommunicati.*
17 *Excommunicationem Bullæ incurrunt toties, quoties hæresis occasione peccant. Episcopus si vnum, & aliud Inquisitor iubeat, quid agendum officiali.*
18 *Inquisitores omittentes procedere dolosè cõtra hæreticos, sunt excommunicati, à Papa absoluendi, Episcopi vero suspensi.*
19 *Sepelientes hæreticos, vel fautores: violantes post monitionem interdictum: prædicantes falsa miracula, quibus afficiantur excom.*
20 *Beatam Virginem sine originali credere, vel contra, qui dicunt esse mortale, excommunicationem Papæ reseruatam incurrunt.*
21 *Inducentes ad eligendam sepulturam voto vel iuramento. Electi ad dignitatem senatoris non seruata forma. Turbantes priuilegia Ecclesiæ Toletanæ: Deputati apostolici in Francia fideliter non procedentes; qualem excommunicationem incurrant.*

Excommunicationes Papales latæ sententiæ in corpore iuris, vel in Concilijs generalibus, de quibus latè per Syl. excommunicatio, vij. Cap. XIX.

1 ABsoluti † propter mortis periculum, & eo cessante, ad Papã, à quo erant absoluendi, nõ accedentes, vel quod in absolutione promiserant non obseruantes, cap. eos, tit. nostro, lib. 6. Sylu. in ver. excommunicatio, 8. nu. 5. vsque 10.

Declaratio.

CIrca hanc excommunicationem nota, quòd tempus quàm citò commodè poterit, in foro exteriori intelligitur, sublato impedimento, & aliquo modico tempore indulto, quo sibi de necessariis valeat prouidere.

Quo vero ad interius forũ statur conscientiæ absoluti.

2 Insuper hæc † iniunctio se præsentandi potest fieri per procuratorem specialiter ad id deputandum, & ita curia seruat. Hæc Sylu. qui supra, Nauar. c. 27. num. 113. cætera uide in primo lib. de potestate Confess. c. 13.

3 Participantes † in crimine cũ excommunicatis à Papa, cap. nuper, titu. nostro. De hac supra diximus, cap. 12. vers. secundus casus.

Clerici participantes scienter, & sponte cum excommunicatis à Papa, c. significauit. De hac supra c. 12. tit. nostro.

Percussores clericorum, c. si quis suadente, 17. q. 4. De hac latissimè suo titu. in secundo lib. 3. præcep. cap. 49. Et supra cap. 9. uers. Quartadecima.

Detinentes clericos in carcere etiam sine læsione in custodia publica, uel priuata, uel detrudentes in uincula, c. nuper, tit. nostro. Est reseruata.

Non defendentes clericos ex dolo, si sunt habentes iurisdictionem cõtra percutientem, capit. quantæ, tit. nostro.

4 Sacrilegi † effringentes, & spoliantes Ecclesias, cap. conquesti, tit. nostro.

Declaratio.

EST Papæ reseruata post denunciationem. Non autem si fiat satisfactio Ecclesiæ lęsæ, secundum glo. fin. in d. cap. Et nota quod tex. in d. cap. conquesti, non excommunicat; sed præsupponit excommunicatos, qui talia perpetrant. Si quidem iubet eos denunciari, & non sufficit denunciatio generalis, Nauar. cap. 27. num. 94.

5 Et duo † ad hanc incurrendam requiruntur, fractio, & spoliatio, per Ecclesiam intelligitur quo ad hoc quælibet Ecclesia, hospitale, basilica, eremitorium authoritate Papæ, aut Episcopi ædificatum, c. cõstitutus, de relig. domi. aut cęmeterium per illos sacratum, c. 1. de conse. Eccl. li. 2. Nauar. c. 17. nu. 95. & c. 25. nu. 17.

Attamen is dicitur Ecclesiam effringere, qui effringit, aut effodit parietem, frangit fores, dirimit seras, & qui impellendo, aut quouis alio modo ingressum sibi parat, Sylue. in uer. excommunicatio, 7. casu 8. Non autem qui reserat claue, siue surripuerit, siue extorserit, siue non, iuxta omnium communem opinionem, Caiet. in uer. excommunicatio, casu 21. De hac in 2. lib. Decal. in 7. præcep. cap. 93.

6 Sed † utrum enormia facientes in Ecclesia, frangentes Crucem, diripientes Corpus Christi sint excõicati? Dic quod non, sed excommunicandi, Sylu. in uer. excommunicatio, 7. nu. 19. uer. 4.

7 Incendiarii † locorum sacrorum post denunciationem, c. tua nos, tit. nostro.

Declaratio.

NOta primo, quòd hæc excommunicatio debet intelligi de incendiariis ex proposito, & malo animo, & in mandantibus, seu dantibus auxilium, uel consilium, Caiet. in uer. excommunicatio, casu 22. Sylue. in uer. casus, uers. secundum,

dum,& in ver.incendiarius, in princip.

8 Secundo appellatione † locorum ſacrorum intelligitur Eccleſia, cęmeteriū, & hoſpitale, Sylu.in ver.incendiarius,q. 1. Nauar.c.17.nu. 100. quamuis Abbas intelligit tantum in Eccleſia conſecrata, in rubr.de coſecr.Eccl.vel alt.

9 Tertio,†tales incendiarii ex induſtria, ultra peccatum mortale cum reſtitutionis obligatione, non ſolum tenentur de damno incendii, ſed etiam rerum perditarum cauſa incendii, cap.peſſimam, 23. quæſt.fin.argum.tex.in cap.fin.de iniur. ſunt ipſo iure excommunicati, c.ſi quis Eccleſiam, 13. q.4. Et quamuis ante denunciationem abſolui poſſint ab Epiſcopo,non tamen poſt denunciationem, ſed ſolum à Papa, ita Panor.in d.c.tua, & c. conqueſtus,& eſt communis, glo. vero in d.c.tua,in fi.inquit, quod ibi tex. non excommunicat,ſed ſolum inquit, quòd excommunicati ab Epiſcopo poſt denunciationem non ſunt abſoluendi,niſi à Papa, quam opinionem ſequitur Caiet. & Nauar.cap.27. nu. 94. Dicentes nullum eſſe canonem,qui excommunicat incendarios etiam Eccleſiarū, ſed id habet conſuetudo,quòd ſint excommunicati, quæ tolerata, & approbata à prælatis uim habet legis, vel ſtatuti excommunicantis, Nauar.c.27.

10 Quarto † nota,quod denunciatio ſufficit,vt ſit generalis,verbi gratia, excommunicamus illos qui tale incendium fecerunt,Sylu.in uer.excommunicatio, 7. num.12.verſ.7.

Quinto nota, quòd author incendii, vel alterius delicti manifeſti occultus,nō poteſt pœna excommunicationis compelli ad ſe manifeſtandum, ſed tamen nō debet abſolui, niſi debita reſtitutione facta,cap.quidam, 5. quæſt. 1. Nauar. cap. 17.num. 100.

11 Occupantes † bona Cardinalium,vel aliorum exiſtentium in conclaui,vel electi in Papam,cap.omnis ætas, ſeſſ. 41. in Conc.Trid. & qui ad id auxilium, vel conſilium præſtare præſumunt.

Cardinales reuelantes aliquid damnoſum uetitum in conclaui à Papa reuelari,in Conc.Lateran. ſeſſ. 9. [& dicuntur Cardinales cardines oſtii ſanctę Eccleſiæ : quia ſicut oſtium regitur cardinibus, ita ſancta Eccleſia Cardinalibus, ſecundū Anacletum,22.diſt.ſancta Romana Eccleſia. De iis dicit Iſaias : Qui ſunt iſti,qui ut nubes uolant,&c. vbi dicuntur columbæ propter ſimplicitatem, quam habere debent; candidiores niue quo ad mores,& uitæ munditiam; rubicundiores ebore antiquo quo ad charitatem,& paſſionis Chriſti memoriam.]

12 Simoniaci†omnes,& mediatores ſciētes,etiam non reuelantes, non debēt abſolui, licèt non ſint ipſo iure excommunicati, extra de ſimo.c.cum deteſtabilis, in ſeſſ.Later. ſeſſ. 5. cap. cum tamdiu. in Conc.Trid.ſeſſ.21. c.1.& ſeſſ. 24. de refor.c.14.in extrau.Pii V.Cum primum, qui renouat prędicta,quę dicebantur reuocata per Cœleſtinum.

Declaratio.

NOn intelligitur niſi de ſimonia ſola reali,quæ eſt in ordine, aut beneficio,non autē mentali, nec conuentionali, Nauar. c.27.nu. 106. contra Caiet.

13 Sed aduerte,† quod hęc excommunicatio non fuit recepta circa mandatum de denunciando ſimoniacos, Archiep. Flor. 3.par.titu.24. c.66.Sylu. in ver. excōmunicatio, caſu 25. Caiet. poſt caſum 81.Nauar.qui ſupra.

14 Simoniaci † dantes, & accipientes aliquid ob ingreſſum monaſterii,extra 1.de ſimo. De hac uide quæ ſupra diximus in 2.lib.præc.7.de ſimonia,verſ. 4. per modum,c.96.Eſt Papæ reſeruata.

15 Recipientes † beneficia in confidentiam. Paulus IIII.Romanus. Pius V.Intolerabilis, vide ſupra,de ſimo.c.96.

Subornantes,& ſubornati,ideſt dātes, & accipientes,ac etiam promittentes, & promiſſionem recipientes ex aliquo magno, vel paruo dando, vel accipiendo, quomodocunque id fiat occultè,vel manifeſtè, ſeu quibuslibet uerbis generali-

bus,& plenariè non expressis,siue specialibus pro iustitia obtinenda, vel gratia alicuius rei promereda in curia Romana, & scienter illis utentes,in extr. 1. tit. nostro. Item qui huius criminis reos non denunciant, ibi Bonifacius VIII. in dicta extrauag.

16 Hæreticos,† & eorum fautores, receptatores, & credentes, si quis dominus aut eorum officialis ab Episcopo, vel inquisitionibus requisiti non requisierint, ceperint, custodierint, aut eorū brachio traditos non statim ceperint debite puniendos,non obstante appellatione ipsorum,aut sine mandato, vel licētia Episcopi, vel inquisitionis liberauerint, aut si de crimine hęresis quoquomodo cognouerint, aut executionem ab illis iniunctam promptè, prout ad eorum spectat officium facere detrectent, vel illorum sententiam, aut processum etiam indirectè impedire, aut illis se opponere præsumpserint,sunt excōmunicati, ac etiam omnes, qui in prædictis dederint consilium,auxilium,vel fauorem, c.ut inquisitioni,de hæret.

17 Hæc non † est reseruata, sed illi, contra quos datur, toties in eam labuntur, quæ est in Bulla Cęnæ, quoties se faciūt tam pestifere gentis fautores. Si Episcopus iuberet unum, & inquisitor contrarium, officialis debet supersedere,iuxta Ioan. And. ibi.

18 Inquisitores,† & alii ad executionem eiusdem officii ab Episcopo deputati,qui odio,& amore lucri, vel commodi temporalis obtemptu, qui contra conscientiam omittunt procedere, vbi fuerit procedendum super hæretica prauitate, aut eodem obtentu prauitatem ipsam, aut impedimentum præfati officii alicui imponendo præsumpserint eū vexare, sunt excommunicati excommunicatione Papæ reseruata,clem. 1. §. verum, de hæret. Episcopus tamen non incurreret excōmunicationem, sed suspensionem, ut in tex. nam satis est id facere ex ignorantia, aut timore, aut ad euitandum scandalū, glo. ibi,Caiet. casu 3. Nau. c. 27. nu. 100.

19 Sepelientes † scienter hęreticos, & eorum credentes, defensores, aut fautores in loco sacro,non debent absolui, quousque suis propriis expensis extumulent, & foris proiiciant,cap. 2. de hæret. lib. 6. Hæc non est reseruata. Hanc incurrit tam laicus, quàm clericus, Nauar. capit. 27. num. 56. & 135. vbi explicat qui sint credentes.

Violantes post specialem monitionē interdictum, & ad id inducentes, clem. grauis,tit. nostro. Et de interdicto Papæ, uide extra. commu. & si dominici, eod. tit. Est reseruata.

Prædicantes miracula falsa, vel prophetias, vel suis superioribus detrahentes. In Conc. Lateran. sess. 2. Leonis X. vide quę dixi in secundo lib. de mendac. in 8. præcep.

20 Conceptam fuisse † Beatissimam Virginem in originali peccato asserentes,vel qui dicere audent, ꝙ festum Conceptionis eius celebrantes grauiter peccant, excōmunicationem incurrunt,reseruatā summo Pōtifici, extrau. graue nimis, de reliq. & vener. sanc. Sed qui simplici animo id asseueraret, nō incurreret, q̄a tex. temeritatem,& præsumptionē,& ita dolum,vel latā culpā requirit, innouata est per Conc. Trid. sess. 5. c. 1. in fi. quāuis in Conc. Basiliensi, sess. 36. fuerit declaratū fuisse conceptā sine peccato originali, vt refert Barthol. Caranza in sum. eiusdem Concilii, Nauar. c. 27. nu. 107.

21 Inducentes † ad eligendam sepulturā uoto,uel iuramento, clem. cupientes, §. fi. de pęnis, & nisi cum effectu induxerit ad aliquid prędictorum, videlicet uouendum,promittendum, & iurandum, siue nudè,siue fide interposita, secundm Caiet. casu 49. Archiep. Flor. 3. par. titu. 24. casu 51. Nauar. c. 27. nu. 103.

Electi ad dignitatem senatoris urbis, & consentientes,non seruata forma cap. fundamenta, de elec. lib. 6.

Turbantes priuilegia Ecclesiæ Toletanæ. In extra. saluator. & in extrau. cōmuni. Nuper certis, de præb. est reseruata.

Frabricantes, & expendentes falsam mone-

monetam in Francia, Ioan. 22. in extrau. prodiens, de fal.

Deputati Apostolici in beneficialibus in Francia, & non fideliter procedentes, in extrau. Ad vniuersalis, de treu. & pace, in extr. com. & est reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, vel cessationem à diuinis, qui religiosi non seruantes excommunicatione afficiantur.*

2 *Minores recipientes tertiolos in celebratione tempore interdicti, sunt excommunicati.*

3 *Religiosi sine licentia trans mare proficiscentes: & mendicantes transeuntes ad ordinem non mendicantium, in reseruatam excommunicationem impingunt.*

4 *Prohibitio absoluendi, & administrandi in casibus non concessis quos religiosos comprehendat; & quæ requirantur, vt incurratur excommunicatio, nu. seq. & nu. 7. & 8.*

6 *Administrari an possint sacramenta in articulo mortis sub spe ratihabitionis.*

8 *Presbyteri parochialis nomine, quis intelligatur.*

9 *Inquisitores ordinis Prædicatorum contra minores inquirentes, vel econtra. Item Franciscani subornatione vtentes in electione superiorum, excommunicatione se alligant.*

Quo ad regulares excommunicationes Papales. Cap. XX.

INterdictum, vel cessationem à diuinis, quam seruat Ecclesia cathedralis, vel matrix parochialis oppidi, si qui religiosi non seruauerint, excommunicati sunt, clem. 1. tit. nostro.

Declaratio.

1 HAnc incurrunt † solum omnes religiosi etiam mendicantes, si sciunt obseruationem interdicti, vel cessationẽ. Non habet locum in interdicto, vel cessatione speciali, sed solum in generali tã iuris, quàm hominis quacunque authoritate positis; etiam si sit inualida, vel nulla ratione præcedentis appellationis, uel alia, iuxta glo. ibi cõmunem approbatam, de hac loquitur Caiet. casu 77. Nauar. c. 27. nu. 146. est reseruata.

2 Minores † recipientes tertiolos in celebratione tempore interdicti, clem. cum eo. tit. nostro, est reseruata.

3 Religiosi † sine licentia ad partes transmarinas pro maiori parte ab infidelibus occupatas se transferentes, extra ad nostras, de regul. Est reseruata.

Mendicantes transeuntes ad ordinem non mendicantium, & eos recipientes, extra 1. de regu. excepto ordine Chartusiensium, Martini V. ambitiosè, de regu. & transf. ad relig. & tam recepti, quàm recipientes ipso facto incurrunt excommunicationem reseruatã summo Pontifici, nisi cum speciali licentia sedis Apostolicæ, Nauar. cap. 27. nu. 115. Cathe. Neap. lib. 3. c. 6. vers. 19.

Regulares absoluentes, & administrãtes sacramenta in casibus non concessis, cle. 1. de priuil. Est Papæ reseruata.

Declaratio.

4 EXtenditur † hæc excõmunicatio ad quoscunque religiosos, modo sint religionis approbatæ, etiam ad nouitios, quamuis non sint exempti, ibi Zabar. q. 3. & 4. Non habet locũ in religioso, qui habet curam Ecclesiæ parochialis, Fel. in c. cũ quidam, nu. 2. de iureiu. Nec procedit, quando religiosus peteret licentiam administrandi sacramenta, ut in d. cle. 1. In qua licentia sufficit, ut exprimatur Sacramentum, quod petitur, licet non persona, cui dandum est. Nec etiam procedit, quando religiosus ministraret sacramenta religiosis, qui essent eiusdem monasterii, de statu monac. ne in agro, §. sanè. Secus vero si religiosis alterius monasterii, secundum Lapum, ita Zabar. in d. clem. 1. q. 7.

5 Requiritur † ad hanc incurrendam, vt fiat aliquid ex quinque ibi in cle. expressis per præsumptionem, idest, ex certa scientia, vnde excusatur saltem quo ad forum conscientiæ, si fecerit spe ratihabitionis, Caiet. in ver. excommunicatio, casu 64. Sotus in 4. sent. dist. 23. q. 2. art. 1. col. pen. Zabar. qui supra, q. 39.

6 Ratihabitio † vero plebani tunc secundum Sotum iam clarè præsumitur, quando quis iam, iam esset animam expiraturus: nam si copia ipsius plebani ad vngendum infirmum haberi non posset, tunc posset, & deberet quicunque alius sacerdos etiam religiosus infirmum vngere: etenim iam ratihabitio plebani clarè præsumeretur.

7 Nec etiam † procedit, quando religiosus administraret sacramenta alteri religioso exempto, Caiet. qui supra, contra Sylu. in ver. excommunicatio, 7. casu 14. Nauar. c. 27. nu. 102.

8 Per presbyterum † parochialem intelligitur rector, quamuis non presbyter, aut eius vicarius. Item intelligitur Episcopus, & eius vicarius generalis. Neque ille incurrit, qui sacramenta administraret parochiano dicenti se habere facultatem à parocho, neque administrando sacramentum pœnitentiæ, aut baptismi, neque absoluendo ab excommunicatione ab homine, iuxta glo. & communem, in d. clem. Nauar. c. 27. nu. 102.

9 Inquisitores † ordinis Prædicatorum inquirentes contra minores, & econtra Innocen. VIII. Clem. IIII. & VII. Sixtus IIII.

Franciscani in electione superiorum subornantes aliquos, & hoc scientes, & non reuelantes, & ad id fauorem extra religionem procurātes, in extrau. Pii V. Quemadmodum & sicut.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi, qui prohibeantur leges audire, & quæ requirantur, vt excommunicatione obstringantur, num. seq. & quæ quo ad clericos, num. 3. & qui clerici non comprehendantur, numero 4.*

5 *Docentes religiosos leges, vel physicā, quando in excommunicationem incidant.*

6 *Religiosi, an omni casu habitum dimittentes intelligantur in excommunicationem incidere.*

7 *Habitus monachalis debet ferri desuper, & quare, vide multas fallentias vsque ad num. 18.*

Et an deferens occultum, sit eo ipso excommunicatus, nu. 8.

9 *Apostatam non omnis dimissio habitus facit.*

10 *Iudæus, qui tenetur signum sub pœna portare, non potest illud tegere.*

12 *Habitus transmutari, occultari, vel dimitti, an possit de licentia Papæ.*

13 *Habitus transmutatio, num de licentia Abbatis fieri possit.*

16 *Excommunicatus ob dimissionem habitus an sit ipso facto irregularis.*

19 *Excommunicatio contra tenentes arma inter monasteria, quos religiosos comprehendat.*

20 *Armorum appellatione, quæ veniant, nu. sequen.*

22 *Monasterii septa, quid per hæc verba intelligatur.*

23 *Arma detinens in excommunicationem quando non incurrat, vide casus.*

24 *Regulares impedientes decimarum solutionem, quibus concurrentibus excommunicatione ligentur.*

25 *Mendicantes noua habitacula capientes, vel mutantes, excommunicati sunt. nu. sequen.*

26 *Regulares accedentes ad Curiam secularium, tria si concurrant, incidunt in excommunicationem, limita vt nu. seq.*

28 *Abusiones claustri 12.*

29 *Biguinæ disputantes de fide excommunicationem incurrunt.*

30 *Religiosi qui possint ex priuilegio capere nouas habitationes.*

31 *Religiosi officium Vicecomitis, vel præpositura assumentes, qui incidant, vel non, excommunicationem.*

32 *Persona priuata nouum habitum accipiens victura domi solitaria, non incidit in ex-*

excommunicationem, quam ii, qui instituunt nouas religiones.

33 *Excommunicationes lata ab homine, à quibus solus Papa absoluit.*

Excommunicationes quo ad regulares nulli reseruatæ. Cap. XXI.

Regulares, & in dignitate constituti, vel in sacris audientes legem, vel physicam, & eorũ Doctores post duos menses, cap. 2. ne cler. vel mona. lib. 6. cap. super specula. eo. tit.

Declaratio.

1 ADuerte, † quòd quibusdam hoc prohibetur ratione professionis; quibusdam ratione ordinis, hoc est sacerdotibus, non autem in aliis ordinibus constitutis; quibusdam ratione beneficii, id est, existentibus in dignitate curata, vel non curata, etiam si non sint sacerdotes:
2 religiosi uero † vt incurrant, hoc requiritur; vt exeant monasteria: quare non incidunt audientes, vel legentes prædicta in claustro, vel in cubiculo priuatim, quia tex. disponit super exeuntes, Sylu. in uer. excommunicatio. 9. num. 22. ver. 6. vbi plura dicit. Nauar. c. 27. num. 116. vers. Declaratio. 1. Nec incurrit religiosus audiens intra monasterium, uel extra in eadem Ciuitate, habitans tamen in monasterio, aut si egreditur ad audiendum aliquod exordium, vel prælectionem, vel honoris, vel informationis causa, Caiet. casu 59. Quo ad clericos † ue-
3 ro, idest, sacerdotes, uel non sacerdotes, modo sint in dignitate curata, vel non curata, requiritur, quòd audiant tantum, & non desistant intra duos menses, licèt non egrediantur de suis terris, neque domibus, iuxta communem: Non tamen incurrunt, si docet legem, vel physicam etiam extra domum suam, iuxta Innocent. & Panorm. contra Sylue. in uer. excommunicatio. 9. casu 6.

4 Clerici † etiam curati, idest, qui parochiales Ecclesias obtinent, non comprehenduntur, nisi Ecclesiæ illę plebanæ habentes sub se capellas, in quibus instituũtur clerici perpetui nequeuntes ab illis absque causa rationabili amoueri, Caiet. qui supra, per tex. in capit. 1. ne cler. vel mona.

Docentes etiam ipsos religiosos legẽ, vel physicam, præsumentes eos admittere in scholis suis sciẽter habitu suo mutato, sunt excommunicati, cap. 2. ne cler. vel mona. lib. 6.

Declaratio.

5 QVatuor † faciunt hanc incurrere. Primum, vt auditor sit religiosus, Secundum, ut audiat legem, vel physicam. Tertium, vt id faciat habitu relicto. Quartum, quòd Doctor id faciat, & arroganter teneat in scholis, Nauar. c. 27. nu. 134. post Caiet. casu 61.

Religiosi dimittentes habitum professionis, c. ut periculosa, ne cler. vel mona. lib. 6. vide quæ dixi in 3. lib. de regularibus, cap. 5.

Declaratio.

[NOta primo, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem duo requiruntur. Primum, quod dimittant extra monasterium egrediendo. Hinc infertur, quod religiosus habitum dimittẽdo in monasterio, uel dormiens sine illo, non est excommunicatus, & hoc probatur per tex. in d. cap. ut periculosa. ibi, in scholis, vel alibi. ita Ioan. And. ibi, & infra. Secundum est, vt dimittant temere, scilicet sine rationabili causa, vt infra nume. 14.] Rursum nota, ꝙ † religiosi in
6 omni loco, etiam in lecto causa infirmitatis debent uti habitu, c. sanctimonialis, dist. 23. c. vidua, 21. q. 1. Quod intellige verbum illud, debet, esse honestatis, & non necessitatis, vt recte notat Sylu. in ver. excommunicatio, 9. nu. 52. vers. 2.

in fi. Nauar. cap. 27. nu. 131. ver. Declaratio 1. Nota secundo, † quod debet habitus monachalis deferri desuper, aliàs qui deferret habitũ monachalem intus, desuper autem uestes clericales, esset apostata. Tum quia talis in habitu suo religionem non ostendit, vnde fingitur habitum dimisisse, ut in cap. contingit, el secondo, tit. nostro.

7

Tum etiam, quia deferens vestes clericales debet clericus iudicari, quia talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur, c. si iudex, ver. instum. tit. nostro. lib. 6. & in l. moueor, de seru. export. Vnde non præsumitur religiosus. 27. dist. quid interrogasti. quia tali habitu monachus non uteretur in claustro, ut no. in c. 2. ne cler. uel mon. li. 6. Et quia habitus monachalis debet deferri desuper, ut sic publicè ab aliis cognoscatur, argum. de Iudæ. c. in nonnullis. Ex quibus omnibus cõcludit Io. Andr. talem monachũ indubitanter esse apostatã. facit clem. 2. & ibi glo. in ver. extrinseci, de ui. & hone. cler. [Do. Ant. de uita & hon. cler. cap. Deus

8 qui. Sed † dubitat, an talis religiosus modo prędicto deferens habitũ occultũ, sit ipso facto excommunicatus; sicut uerus apostata? & ratio dubitandi est, quia nõ

9 omnis dimissio † habitus facit quem apostatam. Sed primo requiritur, quod sit criminosa, & mortiferè mala, & ut exeat monasterium sine licentia prælati, cum animo deferendi religionem absque intentione ingrediendi aliam, ut eruditè dixit Caiet. 2. 2. q. 12. ar. 1. verbo, Religiosum cum habitu &c. usque non apostata. Io. And. in reg. certum, in fi. & in c. si quis ex clericis, distin. 23. tenet quòd sic, quia nõ dicitur portare habitum, ex quo non portat ut debet, c. qui ex timore, de reg. iur. Item paria sunt non esse, & non apparere, de consecr. dist. 1. solemnitates. l. si in lege. ff. de contrah. emp. facit tex. in c. nonnullis, de Iudæ. vbi Iudæi debent publicè discerni in qualitate habitus à

10 Christianis, ideo si deberent † portare aliquod signum sub certa pœna, nõ possent illud signum cooperire, seu tegere, secundum Bald. in d. reg. certum. Alii vero in clem. ne in agro, de sta. mon. ut Guido, & Flor. asserunt nõ esse excommunicatum per glo. in noua. 16. q. 7. & c. Deus qui, de uita & honest. cleric. Nam ibi tantum loquitur de dimissione habitus, ergo nõ debet extendi ad casum non habentem omnimodam rationẽ, facit reg. odia, de reg. iur. lib. 6. Aliud est enim ex toto dimittere habitũ, aliud est superius non portare. Hinc Imola, & Guido in d. clem. ne in agro, inquiunt, ꝙ non est excommunicatus, qui defert solum scapulare opertum, & desuper mantellum. Sed in hac cõtrouersia satis uidetur posse dici, ꝙ si talẽ pallium non sit de coloribus prohibitis ipsis monachis, & per tale pallium, quod portatur super habitum, ipse habitus monachalis inferior non est in totum coopertus, sed aliqualiter appareat, ita ꝙ ab aliis cognoscatur quòd sit monachus, quod talis non sit excõmunicatus, ita est de mente Io. de Imola in d. c. Deus qui. Quod multo magis procedit, quando ratione consuetudinis monachus excusaretur, iux. tex. in d. cle. ne in agro. iuxta morem &c. attendi ergo debet mos religionis, & forma habitus, quæ solita est portari in religione, vbi degit, facit distin. 40. quisquis. & c. si. & 30. dist. si quis uirorum. Cum sit magna uis consuetudinis, vt in c. cum consuetudinis, de consuet. ita Imo. in d. clem. ne in agro. in 4. & 5. col. in prin. & in 6.]

11 Vel quando † monachus occultaret habitum ex aliqua causa rationabili, Syl. in ver. Religio. 7. q. 11. Caie. casu 61. Nauar. & Armilla, Franc. in regula, certum, nu. 5. de reg. iur. lib. 6.

12 Vel † de licentia Papæ, quia de eius licentia non solum potest habitum transmutare, sed etiam occultare, vel in totũ dimittere, tex. in cap. Deus qui, de vita & honest. cler. Nauar. ext. de reg. conf. 53. & 54. quamuis tam ferè est dispensatio difficilis, vt monachus deferat subtus vestem habitum, quam dispensare ne ullũ deferat, per glo. mem. in clem. 2. verbo, extrinseci, de vita & honest. cleric. Nauar.

eodem.

eodem titu. consil. 31. nume. quarto.

13 Sed an † Abbas, qui non potest facultatem concedere dimittēdi habitum, vel occultandi, cum hoc solius sit Papæ, ut per Nauar. possit inquam licētiam dare monacho transmutandi habitum, ita tamen ut monachus cognoscatur? videtur quòd sic. nam cum habitus non sit de substantialibus, sed de accidentalibus regulæ, cum substantialia sint tantum tria vota, capit. cum ad monasterium, de sta. mona. Hinc est, quòd non habitus, sed professio facit monachum, capit. porrectum, de regul. potest Abbas dispensare in accidentalibus regulæ, optimus tex. 20. q. fi. cap. fi. & ibi gl. clem. ne in agro, ibi, iuxta tamen dispositionem Abbatis. vbi Imola inquit, quòd debet apparere de licentia Abbatis, vt in posterum aliquid opponi non possit. Verum Guid. in d. clem. dicit, quòd sufficit tacita, ut si Abbas utatur similibus vestibus, & ita transit ibi Imola. non tamen uidetur sufficere, si ipse Abbas sciret, & toleraret per not. per Archid. 12. q. 1. non dicatis. Sed an dicta transmutatio possit fieri ratione consuetudinis? Dic quòd sic, modo sit honesta, facit 41. dist. quisquis, & cap. fin. & 30. dist. si quis virorum. vide Franc. in cap. fin. de reg. iur. lib. 6.

14 Tertio † nota, quod nec incurritur excommunicatio ob dimissionem habitus ex causa rationabili. Et aduerte, quod illud omne licitū est religioso, quod cū habitu commodè fieri non potest, ut balneatio in occulto, aut piscatio, est causa rationabilis dimittendi ad horam; licet non semper alium habitum sumendi, Sylu. in ver. excommunicatio, 9. num. 51. vers. 24. & in ver. habitus Franciscus in capit. 2. num. 5. ne cleri. uel mon. lib. 6. qui etiam addit, quòd si in cella dimittit habitum suum, uel dum iacet in lecto, non ligatur excommunicatione, c. 2. sed tantum quando exhibet se conspectibus hominū sine habitu monachali, sed laicali, uel clericali sine iusta causa. Nam qui iusto timore, uel causa medicinæ dimitteret, non peccaret.

15 Quarto noto, quòd nec † incurritur ob dimissionem temerariam sine causa rationabili, idest, qui iocosa leuitate ad horam, ut currat, vel lapidem proiiciat, dimittit habitum.

Quinto, nec ob dimissionem habitus mortiferam, puta, vt fornicetur, habens relationem ad se, idest, vt habeat maiorē uoluptatem, & illicitam sensualitatem, secus si relatiuè ad alios, ut nō cognoscatur, Syluest. qui supra, vers. 3. & Nauar. Vel quando dimissio habitus duraret tantum temporis, vt iudicio boni uiri intelligeretur dimisisse habitum, Sylu. Vel quando dimitteretur habitus ad utendū alio habitu ad scelus aliquod mortiferū. sed an in hanc constitutionem incurrat monachus factus Epus, dimittendo habitum monachalem, crebro diximus.

16 Sed an religiosus † exhibens se cōspectibus hominū sine habitu monachali, in habitu laicali, uel secularis clerici, qui est excommunicatus ipso facto, incurrat ex hoc in irregularitatem? Dic ꝙ non. Vnde si postea habitum male dimissum reassumat, & absoluatur ab excommunicatione, poterit eligi, atque alios actus iuridicos facere: cum de tali irregularitate non probetur iure, ad hoc c. is, cui, de sent. excom. lib. 6. Quod tu intellige, nisi ante absolutionem celebrasset in diuinis, quia tunc propter hoc fieret irregularis, c. 1. de sent. excom. lib. 6.

17 Sexto nec † hac excommunicatione ligatur monachus dimittens habitū, non reassumpturus alium, uel si reassumpturus illud esset in exiguo tempore, vt quia illum relinquit infra monasteriū, uel ob festum nuptiarum, aut doctoratus amici: quia hæc rarò accidunt, & iura non coaptantur in his, quæ raro, l. nam ad ea, ff. de legi. de reg. iur. ea, quæ raro, de desponsa. impub. capit. litteras. & quæ ioco fiunt, non inducunt obligationem, l. obligationum, ff. de act. & oblig.

Septimo, nec qui licitè habitum assumit alterius religionis etiam laxioris, secus si illum assumeret causa euagandi, & multo magis si causa licentiosius, aut cau-

tius

tius delinquendi, quia is non solum incurrit apostasiam, sed etiam excommunicationem, Sylu. in verbo, Religio. 4. q. 4.

18 Octauo, † nec qui ad modicum tempus illum dimittit, facit quod no. in cap. præsenti, de præb. lib. 6. Vbi dicitur aliquid continuè fieri, etiam si aliquod interuallum habeat, facit quod notatur per glos. & Docto. in proœ. decret. & in l. 1. ff. solu. matri. tenentes ex his, quod si testes dicunt aliquem continuè possedisse, eorum dicta non uitiantur, licet probetur talem, qui dicitur semper possedisse, aliquo tempore abfuisse, & idem tenet Pet. de Anch. in c. sicut, de verb. signific. lib. 6. facit quod habetur in l. 2. in fi. ff. de diuor. & de pœnit. dist. 1. diuortium, vbi non dicitur diuertisse, qui statim, seu in breui redit. [Sic causa stillicidii dicitur perpetua, licet non semper cadat, dummodo aptitudine sit apta cadere. ff. de seruit. vrb. prædi. l. foramen. de cler. non resid. ex parte, de præb. significatum. sic fluuius dicitur continuus, licet quandoque arescat, l. 1. ff. de flumin.]

19 Regulares † sine licentia arma intra septa monasterii retinẽtes, cle. ne in agro, §. quia vero, de sta. monach.

Declaratio.

NOta quòd ligantur non solum monachi nigri, sed etiam fratres, non autem canonici regulares, glo. 3. eiusdẽ cle.

20 Secundo nota, † quòd armorum appellatione intelliguntur illa, quæ communiter arma dicuntur, ut sunt ea, quæ communiter ad inuadendum, vel defendendum arma dicuntur, argum. text. in l. si Alphenus, & l. anniculus, ff. de verbor. signif. huiusmodi sunt primo loco gladii, lanceæ, & similia. Secundo verò loco arma defensionis dicuntur galeæ, loricę, & thoraces: quia etiam talia arma ad defensionẽ quandoque audaciorẽ faciunt hominem ad malum, argum. tex. in c. sicut,

21 de homi. Non † autem veniunt lapides, vel baculi, quia communiter non sunt ad vsum pugnæ; aliàs si lapides haberet religiosus iuxta ianuam ad vsum pugnæ, tũc armorum appellatione dicti lapides venirent, secundum vnam opinionem. Veritas tamen est, ꝙ non esset locus pœnæ, tamen tutius esset, ut ab his omnibus religiosus abstineret, ita Zabar. in clem. ne in agro. §. præfatæ, num. 2. de statu mon.

22 Tertio † noto, quòd per septa intelligitur clausura monasterii, quam non licet egredi, nisi de licentia, Sylu. in verbo, excommunicatio, 9. num. 73.

Quarto noto, quòd verbum retinere, notat temporis continuationẽ. Hinc qui foris venit cum illis ad monasterium nõ animo tenendi, nõ incidit, Caiet. casu 63. sic neque qui teneret ad vsum coquinæ. Ibi Zabarel.

23 Quinto noto, † ꝙ nec est locus pœnę, si quis per negligentiam, ignorantiam iuris, vel obliuionem sine praua intẽtione eiusmodi arma haberet in cella, Nauar. c. 27. nu. 139. Declaratio, idest, neque qui habet in alio monasterio.

[Sexto nec comprehenduntur cultelli apti ad incidendum panẽ, vt diximus supra, in 2. lib. cap. 120.

Septimo nec is incurrit, qui ideo licẽtiam non petit, quia talis est Abbas, cuius consortium est intolerabile, vt quia parit contumeliam Creatoris, vel quia iniũgit subditis intolerabilia, vel prosequitur monachos odio capitali, nam tunc poterunt monachi sine licentia arma assumere, si nõ potest aliis remediis succurri, 11. q. 3. Iulianus, de diuor. quanto, de appell. de priore, de homic. significasti.]

24 Regulares † impedientes quouis modo solutionem decimarum, & non faciẽtes de hoc conscientiam pœnitentibus, clem. cupientes, de pœnis.

Declaratio.

QVatuor requirũtur, ut sit religiosus, ꝙ habeat intentionem auertendi, ꝙ decimę debeãtur Ecclesię, quòd audiẽtes sint, qui eas debent, quamuis auditores ab ea non retrahantur. Non comprehenditur vero religiosa, vel laicus, aut clericus,

cus, Nauar. cap.27. nu.145. & 54.

25 Mendicantes de nouo accipientes habitacula, vel mutantes, eadem clem. cupientes, de pœnit. de hac latè Sylu. in ver. excommunicatio 9. nu. 85. verſ.44.

26 Regulariter † accedentes ad curiam ſecularium abſque licentia in damnum ſuperiorum atque Eccleſiæ.

Declaratio.

TRia requiruntur, ꝙ curiam intrauerint, & cauſa damnificandi, Sylu. in verbo, excōicatio, 9. nu.73. & abſque licentia, Nauar. c.27. nu.138. [Sed quid ſi monachus curiam intrauit animo dānum inferendi, ſed non intulit, ſiue quia non potuit, ſiue quia pœnituit. dic ꝙ ligatus eſt, ſimile de homic. c. pro humani, lib.6. & ibi not. Et non obſtat, ff. de furt. l. vulgaris, §. qui furti. quia licet is, qui domum ingreſſus eſt animo furandi, & nō furatus eſt, adhuc nō teneatur furti, tenetur tamen iniuriarū, vel de vi, ſi vim intulit, vt ibi. ſic & iſte licèt de damno non teneatur, quod nōdum intulit, tamen intrando conſumauit delictum quo ad hāc pœnam, ita glo. in clem. ne in agro, §. quia vero, verſ. ipſo facto, de ſta. monachi. quæ inſuper vult, ꝙ ut non ſit locus pœnæ, nō ſufficit licentiam monacho habere generalem ſe abſentandi quò vult, ſed requiritur ſpecialis intrandi curiam.

27 Sed an † monachi habentes adminiſtrationem, curiam ingredientes pœnam incurrant. Dic ꝙ non. vide glo. in ver. non habentes. Non ergo præſumant monachi adminiſtrationem nō habentes curiam ingredi abſque ſpeciali ſuorum prælatorum licentia, cum inter 12. abuſiones clauſtri enumeret iſtam Hugo de Folleto, lib.11. de Animæ clauſtro, ſic dicens.

28 Duodecim ſunt † clauſtri abuſiones, quibus tota religionis maſſa corrūpitur. Prælatus negligens, Diſcipulus inobediens, Iuuenis ocioſus, Senex obſtinatus; Monachus curialis, Monachus cauſidicus, Habitus precioſus, Cibus exquiſitus, Rumor in clauſtro, Lis in capitulo, Diſſolutio in choro, Irreuerentia circa altare, & hæc ſingula pulcrè proſequitur. & dicit ibi in hanc ſententiam, ꝙ cū dicitur Monachus curialis, ex adiuncto deſignatur aliquid leuitatis. ordines enim clauſtri, & curiæ diuerſi ſunt. Ibi dextera tua repletur muneribus. hic lauas manus tuas inter innocentes. Ibi pauperum res violenter nonnunquam auferuntur, hic à paupere ſponte afferuntur. Ibi laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, hic benè fit iuſto. Et poſt pauca ſubiicit, quòd monachus curialis pro ſeculari Principe Alpiū frigora, & Italicos calores libenter patitur, qui pro magiſtro ſpirituali multo minora forſan inuitus pateretur. huic cōcordant omnes, 47. diſt. omnes, ita glo. in d. clem. ne in agro, §. quia uero.]

29 Biguinæ † diſputantes de fide, alias ſuſpectæ, & fautores, in extrau. 1. in communi, de relig. dom. de hac Sylu. in ver. excōicatio, 9. nu. 75. Biguinæ ſunt mulieres nulli promittentes obedientiam, propriis non renunciantes, nec aliquam regulam approbatam profitentes. Non intelliguntur Bizochæ degentes extra cōuentum ſeparatæ in domibus ſuorum.

30 Mendicantes omnes, † qui accipiunt nouas domus, vel loca ad habitandum, vel commutant, uel alienant acquiſita, de hac ſupra, nu.432.

Declaratio.

NOn incurrunt, niſi mendicantes, & præſumentes. Neque qui relinquūt, aut mutant accepta, poſt Conc. Lugdun. iux. Anch. & Dom. in cap. 1. de relig. domi. lib.6. neque qui accipit ad finē hunc, vt ſit ibi eremita, ut in d. c. 1.

31 Minimis † eſt conceſſum à Iulio II. ut non obſtante hac prohibitione poſſint recipere, & ædificare ad habitandum ſine alia licentia Apoſtolica, & conſequenter id poſſunt omnes, qui gaudent eiſdē priuilegiis, vt fratres Minores de obſeruantia, ideſt, Miniſtri, Prouinciales, qui etiā poſſunt per priuilegiū Leonis X. & cauſa neceſſitatis transferre, vel mutare Eccleſias

clesias tam fratrum, quàm monialium de vno loco in alium, & conuertere priora loca ad humanos vsus, ut melius videbitur cõducere sic, ut materia ædificiorum adhibeatur ad aliam Ecclesiam, Caiet. casu 56. Nauar. c.27. nu. 144.

32 Religiosi† assumentes officium Vicecomitis, vel præposituræ alicuius secularis, vel quid simile post monitionẽ, c. clericis, ne cler. vel mon. Non incurrit clericus minorum ordinum, Panormit. ibi, Nauar. c.27. nume. 117. contra Sylu. in verbo, excommunicatio, 9. casu 7. Incurrunt prælati, qui sunt gubernatores, vel præsidentes, vel viceregentes regnorum, iuxta Caiet. cap. 76. Nauar. qui supra.

Non autẽ qui huiusmodi iurisdictionem annexam suæ dignitati, vel patrimonio habent, iuxta omnium sententiam, Nauar. & Caiet. qui supra.

33 Instituentes † religiones nouas, vel assumentes, c. 1. de relig. dom. in 6.

Declaratio.

NOn includitur si singularis persona sumat nouum habitum, ut per se solitarius degat in sua domo, vel alibi: modo non instituat animo viuendi in societate, iux. glo. sing. ibi commendatam, in c. 1. de relig. dom. in 6. Panor. cõs. 5. lib. 6.

Excommunicationes latæ ab homine, à quibus solus Papa absoluit.
Cap. XXII.

34 AB excommunicatione lata † per modum sententiæ à Papa etiam si non reseruauerit, Franc. in c. Romana, §. caueant, tit. nostro, in 8.

Ab excommunicatione lata per modũ sententiæ, à Papa confirmata, Fel. in c. pastoralis, §. 1. de offi. deleg.

Ab excommunicatione lata à delegato Papæ post annum, tex. & glos. in c. quærenti, de offic. deleg.

Ab excommunicatione lata pro raptu rei sacræ cum effractione, Abb. in c. conquesti, tit. nostro.

Ab excommunicatione lata pro incendio loci sacri, Abb. in c. tua, tit. nostro.

SVMMARIVM.

1 *Ambientes Papatum, qui incidant in excommunic.*

2 *Gerens se pro Papa, cũ non sit electus, qualem excommun. incurrat, & Cardinales vetitum in Consistorio reuelantes.*

3 *Nuntiantes beneficia vacantia, eademq́; in cõfidentiam recipientes, quali excom. obstringantur: & computa integra non reddentes.*

4 *Beneficia curata recipientibus à Papa, & promissa non seruantibus, qualis incutiatur excom. & cancellariis, & pœnitentiariis non seruantibus constit. Pii V.*

Christianos, qui erant apud infideles, non dimittentes quam impingant in excom.

5 *Monasteria monialium S. Francisci ingredientes, sine licentia, qualem incurrant excommunicationem; amplia, vt nu. 7. & 8. & ad quem spectet illam ferre, & qualis, & quando dari debeat, nu. 6.*

9 *Mulieres ingredientes monasteria regularium, incidunt in hanc excom. absoluenda à Papa, nisi sint pauperes.*

10 *Episcopus excõmunicatis declaratis, quando excommunicatio est reseruata, facultatem diuinis assistendi dare nulla via potest.*

11 *Regulares admittentes mulieres in monasteria, quam pœnam incurrant, nu. seq.*

13 *Ingredientes septa monialium, qualem excommunicationem incurrant.*

14 *Ingredientes monasteria sine malo, ignorantia ab excõicatione non excusat.*

15 *Ingredientes clausuram per duos pedes, vel ignoranter, non incidunt in excommunicationem.*

16 *Moniales exeuntes clausuram, & adiuuantes incidunt in excommunicationem. limita quatuor modis, vt nu. 17.*

18 *Episcopus potest ex causa monasteria transferre de loco ad locum.*

19 *Accedentes ad sepulchrum Domini sine licentia. Dispensantes in voto vltramarino, incurrunt excommuni.*

Offi-

20 *Officiales ecclesiastici accipientes præter comestibilia, fingentes se de familia Cardinalium: Correctores recipientes pro correctione in excom. incidunt.*

21 *Proponentes, & absoluendi à reseruatis facultatem vendentes, reuocantes bannitos, fidem publicam præbentes, vel saluoscōductos facientes homicidis, & thesaurarii pœnas nō exigentes, excom. incurrūt.*

22 *Offendentes in Vrbe, vel arma portantes, item electores, & patroni: tractantes de subiiciendo feudo Ecclesiæ; imprimentes impressa Bononiæ; qualem hi excomm. subeant.*

23 *Duellum committentes, & ipsos permittentes in terris suis, vel quoquomodo fauentes, quas pœnas incurrant.*

Excommunicationes latę sententiæ Papales nō registratæ, quæ in summistis, sed melius in Catechismo Neapolitano inueniuntur. Cap. XXIII.

1 AMbientes † Papatum, uel eo uiuo de successore tractantes & participes. Paulus IIII. cum secundum.

Declaratio.

NOta quòd, ut credo, debet intelligi de iis, qui seriò, & animo inducendi aliquod schisma intendunt facere Antipapam: Non autem de iis, qui per iocum, & allocutionis causa agunt de successione Papæ.

2 Gerens † se pro Papa, cum non sit electus à duabus partibus Cardinalium, & consentientes, c. licet, de elect. non est reseruata, nisi quatenus contineretur in Bulla Cœnæ, propter Schisma.

Cardinales patefacientes aliquid vetitum in Consistorio à Papa reuelari vnde aliquid præiudicii, vel scandali nascitur. Leo X. ses. 9. in Conc. Later.

3 Nuntiantes, † & nuntium portantes de beneficiis uacantibus, uel ex collatione beneficiorum aliquid expectantes. Greg. II. sollicitè.

Recipentes beneficia ecclesiastica in confidentiam. Paulus IIII. Romanus. Pius V. intolerabilis.

Non reddētes computa integra in camera. Pius V. cum sicut.

4 Recipientes † omnes exceptis Episcopis beneficia curata à Papa, & non adimplentes promissa, & participantes. Pius IIII. inter multiplices.

Cancellarii, & pœnitentiarii Romæ non seruantes constitutionem Pii IIII. in sublimi, & vniuersi.

Capientes Christianos, qui erant inter infideles, & non dimittentes cum bonis eorum. Pius V. licet.

5 Ingrediētes † monasteria monialium Ordinis Prædicatorum, S. Francisci, in casibus non concessis. Bonifacius IX. & Eugenius IIII. in priuilegiis vnius, & alterius ordinis.

Declaratio.

SVnt excommunicati à Papa. Catech. Neapol. lib. 3. c. 7. nu. 25. si ingrediuntur sine licentia præfecti Ordinis, aut eius, qui ab ipso habet facultatē, Nauar. c. 27. nu. 109. qui inquit, ꝙ est reseruata.

6 [At præfatam licentiam † dare monialibus subditis Episcopo, & exemptis ab eo, ac subiectis immediate Papæ, pertinet ad Episcopum, vel authoritate ordinaria, vel Apostolica, sed subditis aliis pręlatis aliorum ordinū pertinet ad earū superiores, ita Nau. de reg. li. 3. cōsi. 48. nu. 6. & hæc licētia debet esse in scriptis, vt clare patet per Conc. Trid. sess. 25. c. 5. ibi nemini. Quam Pius V. in extrau. decori, extendit etiam ad exitum, cum grauior videatur exitus monialis à monasterio, q̄ ingressus psonę honestæ in illud. Quæ licentia tūc dari debet, quando fuit causa iusta approbata ab episcopo quo ad personas sibi subiectas, vel exemptas, sed subiectas immediatè Papę vel à superioribus, quo ad subiectas aliis superiorib. Quod intellige, nisi Episcopus, vel superior lon-

gè

ge abesset ab eis, quia tunc nec requiritur scripta, ut in simili inquit D.Tho. receptus in 2.2.q.147.ar.4.quod nõ requiritur dispensatio superioris, cum causa ieiunãdi est manifesta, & non potest facilè adiri superior, præsertim si consuetudo id habet; vel nisi daretur Abbatissis, uel Cõfessariis earum facultas generalis scripta, vt in similibus casibus possint dare licentiam ingrediendi.]

7 Extenditur † autem hæc excõicatio contra quascunque personas ecclesiasticas, siue seculares, ac regulares quorũ vis ordinum, quę prętextu licentiæ sibi datę ab Episcopis, seu superioribus propter casus necessarios, iuxta Conc. Trid. pro libito, & extra necessitates vrgentes monasteria monialium ingredi præsumunt.

[Et no. quod tria requiruntur vt permittatur ingressus virorũ. Scilicet, quod persona sit honesta, causa rationabilis, & licentia superioris, quales solent esse, secũdum gl. in ver. causa, in c. 1. de sta. reg. lib. 6. Medici, barbitonsures, sartores, carpentarii, & similes. Vel infantes discretione adhuc carentes, argu. l. 1. C. de fal. mon. c. omnis, de pœn. & remiss. l. illud, ff. de iniur.]

8 Extenditur etiam † contra Moniales prę sumẽtes admittere quascunque personas extra casus vrgentes prætextu licẽtiarum: nam si admitterent sine illo prætextu licentiarum, non incurrerent in cẽsuram, sed tantum in peccatum mortale, quod nota contra medicos, chirurgos, aliosq; licentiatos, qui ingrediuntur absque necessitate, Cat. Neapo. lib. 3. cap. 6. nu. 29. vsque 31.

9 Extenditur † tertio ad omnes, & singulas mulieres præsumentes ingredi monasteria regularium, siue Carthusiensiũ, vel monachorum etiam mendicantium, aut canonicorum regularium. Pius V. Regularium.

[Sed an mulieres incurrentes in hãc censurã, sint mittendæ pro absolutione ad sedem Apostolicam. & videtur quod nõ. facit tex. in c. mulieres, extra de sent. exc. vbi Henricus, num. 4. inquit, quod illæ omnes absoluũtur ab Episcopo: quia vagatio mulierũ, & marium secura non est, nec decens, vt patet 18. q. 2. pernitiosum, C. de procur. l. maritũ. tamen in cõtrarium est veritas, alioquin nulla esset excõicatio Papalis pro mulieribus: cum tamen quotidie videmus eas mitti Romam pro absolutione excommunicationũ Papæ reseruatarum etiam in casu proposito, vt inquit Nauar. li. 5. de sent. exc. cons. 14. verum vt ibi dicit, posset ab Episcopo absolui, si esset mulier egena, quæ viueret ex suo artificio, ar. tex. in c. quod de his, & c. quamuis, eo. ti. Si tamen mulieres ignoranter ingrederentur, non essent excommunicatæ ob verba illa postquã notitiã habuerũt, & prę sumpserint.

10 Sed vtrum † possit Episcopus, uel Vicarius generalis, qui declarauit mulierẽ incurrisse excommunicationem latam à Pio V. ob ingressum monasteriorum regularium, facere illis facultatem (interim quòd à Papa non absoluitur) audiendi missas, & alia diuina officia, & communicandi cum aliis. Respondetur ꝙ non. Haud enim hoc potest facere per viã absolutionis, cũ talis absolutio sit reseruata Papæ. Nec per uiam suspensionis, quia excõicatio suspendi non potest, sed oportet, ut absolutio interueniat, iux. c. ad hęc quoniam, de appel. & ibi Panor. & nec obstat extrau. Ad euitanda, per quam cõceditur facultas cõmunicandi excõicato donec denuncietur: quia illa nihil prodest excõicato: tenetur enim vitare consortium aliorũ etiam ante denunciationem, c. illud. de cler. excomm. minist. ita Nauar. lib. 5. de sent. excom. cons. 16.]

11 Regulares uero † illas introducentes, uel admittentes incurrunt ipso facto suspẽsionem à diuinis, & priuationem officiorum, quæ tunc obtinent, & inhabilitatem in posterum ad illa, uel alia obtinenda, & ita censura Pii V. fuit in praxi recepta, & obseruata à Gregorio XIII.

12 Quare † regulares, siue guardiani contrauenientes procurent si factum est occultum in foro consciẽtiæ rehabilitationem non à suis superioribus, sed à Papa,

& in

& in foro fori si factum est publicũ: quia ipsi non possunt rehabilitare inhabilitatos à Papa. [Ad hoc vt possint esse habiles ad futura, propter verba illa, ipso iure. quamuis propter verba illa non perdantur beneficia adepta, sed requiritur sententia declaratoria, vt nos diximus lib. 2. c. 62. nu. 26. facit doctr. Innoc. rectè intellecta in c. cum nostris, de conces. præb. vbi collatio facta homicidæ, vel aliàs irregulari est ipso iure nulla, licet per homicidium, & irregularitatem non perdantur ipso iure beneficia prius adepta. Et ideo caueant delinquentes ne ante absolutionem celebrent, quia sic efficerentur irregulares. Catech. Neapo. lib. 3. c. 139. nu. 12. & ut irregulares non possint futura beneficia acceptare, nos diximus, lib. 2. c. 66. nu. 3. & c. 97. num. 2.]

13 Extenditur tertio † contra ingredientes septa, idest clausuram monialium ordinis Prædicatorum, & ordinis Minorum: quia si ingrederentur intra septa aliorũ monasteriorũ monialium sine Epi, vel superioris licẽtia, esset Epalis absolutio, de hac excommunicatione loquitur Conc. Trid. sess. 25. nu. 5. Cath. Neapo. lib. 3. cap. 11. num. 92. Clausura per Gregorii XIII. declarationem hodie extenditur vsque ad portam exteriorem.

14 Extenditur quinto † ad ingredientes ad malefaciendum: quãuis ignorent excommunicationem, & haberent iustam causam ignorandi, Sylu. in verbo, excommunicatio, 7. num. 87.

15 Non † incurrunt transgrediẽtes clausuram per duos pedes, vel paulo plus, & postea retrograediũtur: quia modicũ semper excusat à mortali. Nec ignorantes ignorantia iusta, vel quasi iusta, excõicationem esse, nec qui ingrediuntur scientes, uel quasi iustam esse causam, ob quã ingrediuntur, Nauar. c. 27. nu. 109.

16 Moniales exeuntes † clausurã, Conc. Trid. sess. 25. c. 5. & dantes licentiam, uel auxilium. Pius V. Decori. Extenditur hæc excommunicatio etiam contra comitantes, & receptantes eas. Catechis. Neap. lib. 3. cap. 12. nu. 132.

17 [Non † tamen contra eos, qui in extrema, vel grandi necessitate id facerent, v.g. si qua persona, cognata, amica, uel ẽt extranea reciperet, vel comitaretur monialẽ egressam à monasterio, & aliquod miliaribus progressam noctu, vel de die in aliquo deserto cum periculo amittẽdi vitam, vel famam, ne id iacturę incurreret, & reditum consuleret, non incurreret hanc censuram, etiam si illa nollet redire, argum. c. pasce, dist. 86. cap. sicut, de consec. dis. 4. nam quod non licet, necessitas facit iustum, c. quod non licet, de reg. iur. Nauar. lib. 3. de regu. consi. 4. nu. 51. Nec etiam extẽditur ad quasdam mulieres oblatas moniales, non tamen professas, quæ non emittunt tria vota, sed tantum se, & sua offerunt monasterio, ut consuluit Nauar. eod. tit. cons. 81. Nec tertio extẽditur ad monialem illam, quæ emisit professionem extra monasteriũ, iux. tex. in c. insinuante, qui cler. vel vou. & nondum incępit conuiuere sororibus suis, & ita loquitur tex. in c. de viduis, 27. q. 2. Tum quia verba capituli, iuxta Conc. Trid. loquuntur de exeunte, vnde non conueniunt ei, quæ nondũ ingressa est, cum priuatio præsupponat habitum, l. decem, ff. de verb. oblig. c. ad dissoluendum, de despon. impub. Tum quia cessat eadẽ ratio, siquidem non est scandalum impensæ, & pericula honestatis, quæ directè, vel indirectè in tali exitu contingunt. & ita non est locus extensioni ratione identitatis, ob quam iura extendi solent, l. non possunt, ff. de legi. cap. 2. de translat. prælat. Quare cum non sit sublatum prędictum c. insinuante, per Conc. Trid. sicut prius ante ipsum iusta de causa regulari licebat post professionem manere in domo sua cũ suis bonis de licẽtia ad nutũ reuocabili sui prælati, ita & hodie post dictum Conc. Nec etiam extenditur ad monialem euidẽter, & grauiter infirmam: nam si tunc consilio medici illa neutiquàm posset curari in monasterio, tunc credo quòd habita licentia superioris possit absque metu excõmunicationis exire à monasterio; modo cesset

set omne scandalum, argum. tex. in c. 1. de sta. reg. lib. 6. vbi Francus, nu. 4.]

18 Et nota, † ꝙ quãdo Episcopus videret monasteria monialium non esse in loco tuto, posset ad aliũ locum tranferre: nam licet regulariter monasteria trãsferri nequeant, 19. q. 3. quæ semel, & ibi glos. tamen fallit causa vtilitatis, 16. q. vlt. cap. si quis vult, vbi glo. not. Aliæ etiam causæ ponuntur, de consec. dist. 1. tres videlicet cum necessitas persecutorum inest. Item cum difficultas locorum fuerit. Item pp aeris intemperiem, 73. dist. quorundam.

19 Accedentes † ad Sepulcrum Domini absque licentia Papæ, habetur in libro pœnitentiariæ, ut refert Archid. Flor. 3. par. tit. 25. cap. 30.

Dispensatores in voto vltramarino, & similibus quinque, & absoluentes à casibus in illa extra. cõmuni, & si dominici, la prima, de pœnit. & remiss. contentis, Nauar. c. 27. nu. 105.

20 Officiales † ecclesiastici præter Cardinales recipientes, nisi comestibilia in parua quantitate, quæ biduo consumi potest, & pariter dantes, tenenturq; restituẽ re pauperibus. Paulus I I. munera.

Fingentes se de familia Cardinalium ad impetrandas gratis litteras Apostolicas. Innoc. VIII. cum sicut.

Correctores recipiẽtes aliquid etiam spõte oblatum pro correctione. Pius V. in omnibus rebus.

21 Proponentes † casus reseruatos, & pro pecunia dantes facultatem absoluendi. Pius V. quam plenum.

Officiales reuocantes ad vrbem bannitos, vel homicidas facientes saluos conductos receptantes.

Thesaurarij à receptatoribus pœnas non exigentes in omnibus locis Romanæ Ecclesiæ temporaliter subiectis. Pius V. ex supernæ.

22 Quique vindictæ † studio aliquem offenderint in vrbe, uel ibi arma ad hoc, uel armatos cõgregauerint, & fautores. Pius V. in fœlicis.

Electores, & patroni suspensi, & præsentantes. Pius V. quanta.

Consentientes damnosæ alienationi rei ecclesiasticæ timore, vel gratia, & talem alienationem dolo procurantes, exceptis Episcopis. Paulus I I. cum in omnibus. Clemens VII. ex commissi.

Tractantes etiam si cum Papa de subiiciendo alicui feudo Ecclesia vacante. Pius V. admonet.

Impressa Bononiæ de nouo infra decennium imprimentes, & uenalia habẽtes. Gregorius X I I I. dum à nobis.

23 Duellum † committentes, & eorum patrini, & illud cõcedentes in terris suis inter Christianos, cũ priuatione dominii quoad concedentes, & proscriptione bonorum, & perpetuæ infamiæ, & huiusmodi aliis pęnis, vt p Conc. Trid. ses. 25. c. 19. de refor. Gregorius X I I I. addidit anno 1582. & extendit easdem pęnas ẽt contra illud cõmittentes in loco, & ipso cõuento quomodocunque, ẽt si nulli patrini, uel socii ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nec ullæ prouocatoriæ litteræ, vel denunciationes, chartulę, præcesserint, & ad locorum dominos id permittentes, uel quantũ in se fuerint nõ prohibentes. Ad mandantes, instigantes, consilium, uel auxilium, aut fauorem dãtes, equos, arma, pecuniam, cõmeatum, uel alia subsidia subministrantes, ac etiã ad ea spectatores ex proposito, & socios se præbentes, ẽt si pugnaturi impediti nõ commiserint pugnam, si per ipsos nõ steterit quo minus pugnarent, Nauar. c. 27. num. 150. Hæc non est reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, & superiores mutato habitu vagantes, vel Romam sine licentia accedentes, vel extra diœcesim pernoctantes, quam incurrant excommunicationem.*

2 *Iudices casum fingentes, vt ad mulieres pro testimonio accedant, sint excommunicati, quæ necessaria.*

3 *Ecclesiasticos, vel loca pia vexare præsumentes, & nu. seq.*

5 *Eleemosynas consuetas prætermittẽtes elargiri, nõ incurrit in hanc excõicationem.*

Gerens

6 *Gerens se pro Episcopo, vel Vicarii nomen vsurpans, incurrit excom. vt hic.*
7 *Excommunicatio cōtra cogentes mulieres monachari, vel ipsis volentibus impedimenta obiicientes, quos comprehēdat, & quatenus extendatur.*
8 *Impedientes visitationes monialiū, & non obuiantes discordiis vocati ad ipsarū electiones, & nō recipientes editionē Bibliæ vulgatæ, qualem ingrediantur excom.*
9 *Imprimentes libros manuscriptos sine licentia, quam incurrant excommunicat. & cui reseruata.*
10 *Litteris Apostolicis falsificatis vtentes, ab altari oblationes accipientes, magistri, & scholares hospitia aliorum ante finitā locationē conducentes, & Christianū interficere mandantes ineunt excom. vt hic.*
Assassini, qui sint.
Sagittarii in Christianos, quali percutiantur excommunicatione.
11 *Locantes domos vsurariis manifestis, quo casu incurrant in excommunicat. & de vsuris statuentes, num. seq.*
13 *Absolutionem à censura vi vel metu impetrantes, excommunicati sunt.*
Prædicantes, aut disputando impugnantes montes Pietatis, Leon X. excom. ineunt.
14 *Matrimonium scienter contrahentes cum consanguineis excommunic. incurrunt.*
15 *Sponsalia hodie sine parocho, vel testibus contracta, secuta copula, non transeunt in matrimonium.*
16 *Innitentes ordinationibus schismaticis.*
17 *Conseruatorem incitātes ad procedendum, vbi non est aperta violētia ad iniuriam, quando excommunicationem latæ sententiæ incurrant.*
Raptores mulierum, & fautores, quali afficiantur excommunic.
18 *Excommunicatio per extrau. Ambitiosæ in alienātes, vel locantes in plures, quàm tres annos res ecclesiasticas, optimè declaratur, vel procurantes, nu. 19.*
20 *Legem non vsu receptam nō obligare, qualiter intelligatur.*
21 *Cardinalibus clausis pro electione Papæ, mittentes litteras, vel nuntium, vel cum illis loquentes, incurrunt in excommun.*
22 *Mortuos exēterantes excommunicatione afficiuntur, fallit tamen multis casibus.*
23 *Laici de fide dubitantes.*

Excommunicationes nulli reseruatę in corpore iuris in consiliis generalibus. Cap. XXIIII.

1 EPiscopi, & † superiores habitu mutato discurrentes.

Episcopi, & superiores Romam accedentes, & absque licentia Papæ discedentes, receptatores, non reuelantes.

Episcopi, & superiores absque licētia extra diœcesim pernoctantes, in extrau. cōi, qui, de treu. & pace, & si deceat.

2 Iudices † fingentes casum, ut eant ad mulieres pro testimonio, accipiendo, cap. mulieres, de iudi. lib. 6.

Declaratio.

REquiritur profectio ꝑsonalis ipsius iudicis, siue iudex sit, siue alius quicunque, qui fictionem, vel fraudē facit, d.c. qui nō erit excōmmunicatus, si ipse non fingit, neque fingens fecit, iuxta cōmunem, Nauar. cap. 27. num. 125. in fi. Caiet. casu 59.

3 Pręsumentes † vexare per se, vel alios aliquam personam ecclesiasticā, uel alia loca pia, eo quòd rogati, seu aliàs inducti pro quo rogabantur, seu inducebantur eligere noluerint, vel consanguineos eorum, c. sciant cuncti. de elect. lib. 6.

Declaratio.

4 AD incurrendam † hanc excommunicationē requiritur grauamen spolii, idest quæcumque acceptio quorumlibet bonorum mobilium, vel immobiliū, occulta, vel violenta, aut iniusta persecutio, eo quòd fiat, quia noluit eligere eū, pro quo fuit rogatus, & suasus, & quòd persona eligenda sit ecclesiastica.

5 Non tamē incurrit † is, qui prętermisit largiri eleemosynas consuetas ob id, quia nō fuit electus in ea ecclesia, quam

 opta-

optauerant. ꝙ autem dicitur de electione, idem dicendum est de præsentatione spectāte ad personam ecclesiasticam, sed non ad laicam, iuxta glo. in d. c. sciant, & idem de cōfirmatione, institutione, & postulatione, iuxta dominicum preceptum; Caiet. casu 34. Nauar. c. 27. num. 122.

6 Gerens † se pro Episcopo in loco, ubi non est Episcopus, absque debita licentia, c. quoniam, de offi. ordin.

Vsurpantes nomen Vicarii, vel simile vacante Imperio.

7 Cogentes, † vel impediētes mulieres, quę volunt, vel nolūt monachari, Conc. Trid. sess. 25. c. 18. de reform.

Declaratio.

EST Episcopalis absolutio. Extenditur ad omnes, & quoscūque. Item ad cōsulentes, auxiliantes, & fauentes, secuto effectu, ut cōsuluit Nauar. lib. 5. de sent. excom. cons. 55. Nec non cōtra oēs tam regulares, q̄ clericos, vel seculares, sciētes aliquam non spōte ingredi, vel professionem emittere, qui quoquomodo eidem actui, uel p̄sentiam, vel cōsensum, vel auctoritatē interposuerint. [Hinc infertur, ꝙ cogens aliquam mulierē ob bonum finem, timens ne in aliquē errorem incideret, nō causa suscipiendi habitū, nec faciendi professionē, sed vt ibi maneret, donec ad matrimonii aptā ætatē perueniret, incidit in excōicationē hanc. Tū quia sic indirectè vr̄ cogere, vt cum tēpus fuerit, accipiat habitū, & faciat professionē precibus, aut blanditiis monialium, aut minis eiusdē, qui coegit intrare, aut verecundia, aut timore maledicorū, vnde Concilium Trid. voluit hanc viā indirectā pręcludere, ꝙ probatur ibi in verbo, Si quomodocunque coegerint. Cum legislatorum sit non solū vias directas, sed ēt indirectas prohibere: quia cum quid vna via prohibetur, non debet alia via cōcedi, regula iuris in 6. Tum ēt, quia in alternatiuis sufficit vnam partē earum esse verā, c. in alternatiuis, de regu. iur. in 6. Vnde cum in Conc. Trid. apponātur verba illa disiunctim, ad ingrediēdum, vel ad habitum suscipiendū, ergo. Tertio, quia Concil. bis repetit illa tria verba ad ingrediendum, uel ad habitum suscipiendū. & repetitio dictionis in eadē dispositione facta, significat id esse cum mysterio factū, iux. glo. memor. in clem. 1. de iure patr. Ita Nauar. lib. 5. de sent. excō. cons. 56.] Item contra impediētes voluntatem mulierum, quæ volebāt velum accipere, vel votum emittere, hæc in Conc. Trid.

8 Impedientes † visitationes monialiū, cle. attēdētes, in fi. de sta. mo. Vide de hac materia Caie. casu 44. Nau. c. 27. nu. 140.

Vocati ad dirigendas electiones monialium, & non obuiantes discordiis, c. indemnitatibus, de elect. lib. 6.

Non recipientes in totum, uel in partem edit. Blibiæ vulgatæ, in Conc. Trid. sess. 4. cap. 1. exceptis tertio, & quarto libris Esdrę, aut etiam constitutiones Apostolicas scienter contemnentes.

9 Imprimentes † libros, vel publicātes manuscriptos absque licentia, Conc. Later. sess. 10. Conc. Trid. sess. 4. c. 2. & in Indice librorum prohibitorū, regula 10. Hæc excōicatio est reseruata Epō, nisi tales libri essent hæreticorum: quia tunc esset Papalis, Catech. Neapo. lib. 5. c. 16. num. 20. vers. pro quo vide.

10 Vtentes litteris † Apostolicis falsificatis, c. ad falsariorum, de fals. falsificantes autem sunt in Bulla Cœnæ.

Oblationes recipientes ab altaribus, c. hanc, 10. q. 1.

Magistri, & scolares conducentes hospitia aliorum eiusdem professionis ante finitam locationem, c. 1. loca. tantum procedit in Bononia, Innoc. & communis, Nauar. cap. 27. num. 114.

Mandantes interficere aliquem Christianum, etiā si non interficiant, nec non receptatores, & defensores, c. 1. de hom. li. 6. non intelligitur, qui mediāte aliqua pecunia faciunt interficere, quāuis eiusmodi vulgo interficientes assassini appellentur, nec hodie inuenitur tale hominū genus, Nauar. cap. 27. num. 135.

Sagittarii, & Balistarii in Christianos, cap. 1. de sagittar.

Con-

11 Conducentes† domos manifestis vsurariis alienigenis nō oriūdis, c. 1. de vsur. li. 6. per alienigenā intelligitur non natus in illa terra, neque est filius orti in ea. Pręterea nō satis est dare domū in hospitiū, vel habitationē, nisi concedant ad fęnerādū actualiter, vel virtualiter, iux. cōem, Caiet. casu secundo, Nau. c. 27. nu. 136.

12 Statuentes† de usuris soluendis obseruātes, consentientes, non delentes, cle. 1. de vsur. Requiritur, ꝙ statuentes sint officiales, & quod facient aliquid ex prædictis. Qui scribit sententiam, eam non incurrit, iux. glo. receptam ibi in ver. iudex de hac, Caie. casu 51. Nauar. nu. 143.

13 Impetrantes † absolutionē à censura, vi, vel metu, c. 1. de his, quæ ui. li. 6. Et absolutio nihil valet, per tex. & gl. ibi. Non incurritur per solam metus iniectionē, nisi absolutio data fuerit, vel reuocata, secundum Arch. ibi. Nihil refert, an sententia lata fuerit iusta, vel iniusta, neque ꝙ sit lata à iure, vel ab homine. Neque an ipse excōicatus faciat hoc vel aliud, glo. etiam cōis ibidem. Requiritur quod metus sit iustus, communis, ibidem, quamuis Caiet. contrarium teneat, cum quo uidetur tenendum esse quoad forū conscientiæ, cum Nauar. c. 27. nu. 125. Prædicantes, aut disputando impugnātes montes pietatis, Leo X. in Conc. Later.

14 Matrimonium † scienter contrahentes in gradu prohibito cū consanguineis, cle. 1. de cons. & affin. Non incurritur si contrahitur cum Iudæa, aut Pagana, vel affine spirituali, aut legali, vel cum qua est impedimētum publicæ honestatis, vel aliud quodlibet licèt impediens, vel dirimens. Nec si contrahunt licitè, i. ex dispēsatione Papæ. Nec qui ignoranter, ignorātia facti probabilis non affectata, Nau. c. 27. nu. 141. tamen si factum sciētes ius ignorabant. Et si alter solus sciebat, solus ligatur. Nec qui ignorāter contraxit, sed superueniente scientia cohabitat: nisi cohabitet affectu maritali, quia tūc uidetur de nouo contrahere, quāuis ēt absque affectu maritali peccēt mortaliter, nisi separētur. Nec qui contraxit cū ea, quam credebat consanguineā, quæ in veritate non erat. Nec qui in absoluta contraxit. Nec si fiat per verba de futuro, vt qui cōtraxit sponsalia tm̄, licet copula præcesserit, aut subsequatur, nisi sequatur copula carnalis affectu maritali, Syl. in uer. excōicatio, 9. nu. 76. ver. 44. nam tunc incurrit secū-

15 dum antiqua iura, sed † non post, Conc. Trid. publicatum, quo iure hodie nulla sponsalia possunt transire in matrimoniū per copulā, quia nullum matrimonium est ualidum, nisi fiat cum parocho, vel duobus, aut tribus testibus, Conc. Trid. sess. 23. c. 1. de refor. matr.

16 Innitentes† ordinationib. factis à schismaticis, c. 1. de schisma, c. 1. eo. ti. li. 6. Procurantes ut conseruatores dati excedant fines mādati, c. hac const. de off. dele. li. 6.

17 Conseruatorem † incitare ad procedēdum in iis quę non continent apertā violentiam ad iniuriam, & quæ requirūt altiorem indaginem, vetitum est partibus litigantibus coram eo, sub excōicatione latæ sententiæ, d. c. fi. Non incurrit hanc censurā, qui non est pars in iudicio. Neque si est, & procurauit, sed iudex nō processit. Neque cū conseruator datur cum clausula, ut possit cognoscere ēt de eo, ꝙ requirit altiorem indaginem. Quæ de hac re noua induxit Conc. Trid. sess. 14. c. 1. de refor. uide Nauar. c. 17. nu. 125.

Raptores mulierum & fautores, c. 6. ad refor. sess. 24. in Conc. Trid.

18 Alienantes, † vel locantes per plures q̃ tres annos bona immobilia, uel mobilia pretiosa Ecclesiarum, extra casus à iure permissos. Et qui prędicta bona pcipiūt, præterquam si res sint ab antiquo solitæ concedi in emphyteusim, & tunc cū euidenti utilitate, c. hoc cōsultissimo, de reb. eccl. nō ali. in 6. extr. Pau. II. Ambitiose, eo. ti. Hęc excōicatio non est ubique usu recepta, saltem quoad oēs pęnas, & uenientē casu oportet inquirere, & cōsulere curiā Episcopalem, Nau. c. 27. nu. 150. uide Caie. casu 75. Conc. Tri. sess. 25. c. 2. de re for. Cōmissarii tamen deputati ad cognoscendum, an alienatio cedat in utilitatem euidentē Ecclesię, qui amore, timore, pecunia,

cunia authorizāt, si sunt inferiores Epis,
19 nec non † qui eiusmodi alienationē fieri similiter procurant, incidunt in excōicationē Papę reseruatā, per extrau. non registratas in corpore iuris Pauli II. cum in oībus, & Clem. VII. ex cōmissi, quę non ponuntur à Caie. fortè ꝙ non sint vsu receptæ, ut facit de multis aliis, ut inquit ipse post casum 91. Nauar. c. 27. nu. 108. Catech. Neap. lib. 3. c. 13. nu. 169.

[Cæterum circa constitutionē Ambitiosæ, Pauli II. quæ est inter cōes, aliqua explicabimus ad eius congruā interpretationem. Et primū, ꝙ hæc extrauagans nō vetat alienationē in casibus à iure permissis. Secundum, ꝙ hæc cōstitutio non
20 est vsu recepta, vnde † nullam vim obtinet, iux. tex. in l. de quib. ff. de leg. quod sanè intellige, ipso Papa sciente, & tolerāte. facit tex. in c. in istis, §. leges, dis. 4. tunc etenim certū est legē nullā vim obtinere si ab initio recepta nō fuerit à subditis, facit tex. in c. cū multi, 15. q. vlt. nam leges à Principe dātur ea cōditione, & intentione, vt non aliter obligent, quā si fuerint à Republica receptę. ad idē gl. in c. 1. de treu. & pace. Si vero Principe ignorante lex non fuisset recepta, & tūc requiritur, vt per decennium lex negligatur, & omittatur, nec vllo pacto admittatur. Si vero fuisset à principio recepta cōiter, tunc tollitur per contrariā cōsuetudinē ex causa rōnabili pręscriptā, c. vlt. de consuet. Sed quia dubiū est, an dicta constitutio sit recepta, vel contraria sublata cōsuetudine, proinde dimittimus inquirendā, & consulendā Curiam ecclesiast. quāuis Naua. credat nō esse receptā quo ad pęnas, .i. priuationem beneficiorū, & excōicationē. Inde ipse iudicauit locationē à clerico factam in plures, q̄ in tres annos, esse irritā, non tñ incurrisse excōicationem, neque irregularitatē, si celebrasset, vt ibi, n. 150. Tertium, irritā esse declaramus locationē rerū Ecclesiarum factā ad sex, vel nouem annos, hac adscripta clausula, ut tot sint locationes, quot triennia, & finito primo triennio tūc facta sit noua locatio, nā tunc talis locatio non valet vltra tp̄s à iure pmissum, tex. elegans in Auth. de nō alien. §. ꝙ aūt dictum est, vers. nec illud, collat. 2. Card. in cle. 1. §. si. q. pen. Ancha. cons. 57. Lapus alleg. 12. Tandē Alcia. in l. si filiofamilias, §. vlt. col. vlt. ff. sol. matr. asseuerat esse cōem opin. non. n. sunt admittēdæ conuētiones istæ, quæ in fraudē legis fiunt. Quartum, locatio facta ultra tres annos, v. g. per octo, in totū vitiatur, vt probatur in d. extr. Ambitiosę, dū subdit locationē aliter factā nullius oīno esse roboris. probat hanc opin. Cou. li. 2. var. reso. c. 16. nu. 4. vbi idem asserit in emphyteusi, dicēs ꝙ emphyteusis conuēta vltra tēpus iure permissum est irrita ēt quo ad tēpus, ꝙ iuxta iuris legitimas sanctiones poterat definiri, contra cōem. Quintum, locatio vltra tēpus permissum à iure, hac adscripta cōditione, vt vnica tm̄ pēsio pro toto tpe soluatur, in totum irrita dr̄, quia vnica pactio est, quę nō patitur cōmodā tpis diuisionē, Bal. cons. 475. lib. 1. Coua. qui sup. Sextū, non valent, nec cōfirmari pn̄t, nec in curia Romana, nec extra locationes beneficiorū anticipatis solutionibus: cū hæ possint vergi in præiudicium successorū, quocunque indultu, vel priuilegio non obstante. ita hr̄ per Conc. Tri. sess. 25. c. 11. de refor. Septimum, nec licet iurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputādi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductores per se, aut alios exercere, ut ibi in d. cap. 11. Octauū, non solū locatio rerū Ecclesiæ nō valet vltra trienniū, sed nec mandatū ad locādas res Ecclesię pōt alteri concedi ultra trienniū. Hinc si aliquis simpliciter cōstituitur procurator ad locādas res Ecclesię, debet intelligi per trienniū, quo finito non potest absque noua cōmissione etiā in aliud trienniū res Ecclesię locare, ita Dec. cons. 282. Coua ibi, vers. quarto. Nonū constitutio intelligitur de possessione, non aūt de fructibus, & redditibus ecclesiasticis ad aliquod beneficium pertinētibus. Nec ēt intelligitur de rebus Ecclesiæ, quæ eius sunt cōditionis, vt ex eis quolibet triēnio unicus tm̄ fructus percipiatur, quia tunc poterūt in nouē annos

locari.

locati. opt. tex. in l. si sic, ff. quemadm. seruitus amit. And. Barb. in rub. de reb. eccl. nu. 52. cui accedit, ꝙ Bald. notat in l. cũ, col. 1. C. locati. de emphyteuta priuati cessante à solutione per triennium, quòd non cadit ab emphyteusi, si ex re emphyteutica quolibet biennio vnicus fructus colligatur.]

21 Cardinalibus † inclusis in cõclaui pro eligendo Papa mittentes litteras, vel nuntium, vel secretè cum illis loquentes, c. vbi periculum, §. nulli, de elect. in 6. Non ligat illos Cardinales, qui sunt intus, Nauar. c. 27. nu. 121. post Caiet. contra Archid. Io. Andr.

22 Mortuos † exenterantes, c. 1. de sepul. in extr. cõi. cum reseruatione: non habet locũ in defuncto in terris infidelium, vbi nõ est sacer locus. Neque in iis, qui hoc faciunt viuo. Neque ẽt mortuo alio fine, q̃ sepeliendi in alio loco, quáuis in vindictã id faciant, ac ẽt ad vescendum. Neque in his, qui id faciunt cadaueri, ne fœteat, aut in anotomia, aut cadaueri regio, ut ab eius populis iustus honor habeatur, Sylu. in verbo, excõicatio, 7. casu 41. Caiet. casu 70. Nauar. cap. 27. nu. 104.

Officiales tertio requisiti negantes facere iustitiam, c. administratores, 23. q. 7.

23 Laici † disputantes de fide, c. 2. §. 1. de hæret. in 6. [Hoc idem subditur, & notatur in l. pen. C. de sum. Trin. & fi. cath. & in eadẽ rub. vt nemo de ea publicè audeat disputare. prohibetur ẽt expresse in l. fi. eo. tit. vbi dicit Imperator: Nemo clericus, vel militans, vel alterius cuiuslibet cõditionis de fide Christiana publicè turbis coadunatis, & audientib. conetur tractare in posterũ, ex hoc tumultus, & perfidiæ occasionẽ requirens: nã & iniuriã facit iudicio reuerendissimæ Synodi. Si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, ac publicè disputare contendit. Verum hæc intellige dubitando: quia dubitando nõ licet disputare de fide: nã dubius in fide hæreticus est, extra de hæret. c. dubius. Aliàs disputatur nõ dubitãdo, sed potius declarando, 96. dist. c. satis. ibi, Et in nullo quidem faciendæ sunt de piis dogmatib. quæstiones, sed potius expositiones, facit 23. q. 7. c. fides, & ꝙ not. in l. qm̃, C. de Episc. & cler. Pariter licet de fide disputare, si fiat causa addiscendi in scholis, glo. in d. c. nemo, quia de singulis dubitare nõ est inutile, sm Arist. Et quærendo, opponendo, disputando, soluẽdo, & r̃ndendo, veritas facilius inuenitur, & propensius defensatur, facit ff. de mun. & honor. l. munerũ, §. fi. ibi, & notando. Rursum fallit, si fit causa cõuincendi impugnantes catholicam veritatem, l. quoniam venerabilis, C. de Episc. & cler. vbi glo. dist. 96. glo. in c. nos ad fidem.]

Extrahentes vi aliquem de Ecclesia, c. diffiniuit, 17. q. 4. Ant. de But. & ibi Abb. in c. conquestus, de foro compet.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio quid, & quare introducta.*
2 *Suspensio multiplex, & quando suspensus irregularis.*
3 *Suspensus à Pontificalibus illa exercens, nõ fit irregularis.*
4 *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, an celebrando fit irregularis.*
5 *Suspensus à iurisdictione, quando exercendo irregularitatem incurrat.*
6 *Suspensus ab officio, & beneficio, ab vtroque est suspensus.*
7 *Suspensus ab officio, an suspensus sit à beneficio, nu. seq. & 9.*
10 *Suspensus à celebratione, an sit suspensus ab interesse.*
11 *Suspensus à sacramentis, an recipere possit monachum ad professionem.*
12 *Solo verbo prohibitus ne celebret, an celebrando sit irregularis.*
13 *Episcopus à diuinis suspensus, an alibi possit interesse sacris, & confiteri.*
14 *Suspẽsus ad tẽpus, an indigeat absolutione.*
15 *Suspensus à iure, vel ab homine, à quo absoluendus.*
16 *Clerici notorii concubinarii, & sodomitæ, qui ipso iure sunt suspensi, an celebrantes sint irregulares, nu. seq.*
18 *Ordinati à non suo Episcopo, vel ante legitimam ætatem, & simoniaci sunt suspensi, nu. seq.*

De suspensione. Cap. XXV.

VAriæ pœnarũ species à iure statutæ describũtur, vt est tex. de off. ordi. c. ad reprimendam, & ibi de his in glo. 2. plenius per Host. in sum. de pœnis, §. quot sint spés.
1 Inter quas est pęna † suspensionis, de cuius multiplicitate remitto me ad glo. magistralem in cle. cupientes, in ver. suspẽsi, de pœnis. sed vt aliqualẽ eius cognitionẽ habeamus, videndum est, quid sit suspensio, & quare incurratur, & an suspẽsi possint aliqua exercere, nouissimè casus, in quib. suspensio incurratur. Circa primũ, Suspensio est cẽsura ecclesiastica inhabilitans ad executionẽ ordinum, officiorũ, vel iurisdictionũ ex aliquo impedimẽto proueniens ex institutione Ecclesiæ robur habens. Circa secundum, quamuis pœna potius sit quàm culpa, cõiter tamẽ propter peccatũ incurritur, & suspenduntur tantum ecclesiastici, atque in scriptis præcedente monitione, si ob contumaciam processerit suspensio, alias secus si in pœnam, Nau. cap. 27. nu. 159.
2 [Vt vero † suspensus irregularis efficiatur per actionem à qua suspenditur, non est satis sufficiens suspensio, quæ à solo Deo fit propter peccatũ mortale, quia hęc suspensio fit tantũ quo ad seipsum, c. fi. de cohab. cler. vel muli. vnde talis celebrans non est irregularis, c. si celebrat, de cler. excom. Nec item sufficit suspensio, quæ fit à sacerdote Confessario in animæ iudicio, quod Inno. tenet in d. c. si celebrat, & Franc. in c. 1. §. sciturus, de sent. & re iud. lib. 6. nã talis licèt debeat abstinere, vt not. de pœnit. & remiss. c. si quem. tamen non incurrit irregularitatem si contrafacit, cum non reperiatur iure cautũ, c. is cui, de sent. exc. lib. 6. & tenet Innoc. in d. c. si celebrat. Sed est necessarium, ꝙ suspensio fuerit à iure vel ab homine nõ extraiudicialiter, sed in iudicio pp delictum quo ad se, & quo ad alios inflicta. Sicut idem Innoc. Io. Andr. & oẽs in d. c. si celebrat, affirmant. Hinc sequitur, ꝙ qui suspensus esset à canone pp defectum personæ, ut illegitimus, vel corpore vitiatus, celebrando non efficeretur irregularis noua irregularitate ob actionẽ illam, sed tantum ea, qua ob vitium corporis fuerat affectus, secundum Doct. in c. fi. de cohab. cler. Pan. in d. c. si celebrat. Rursum requiritur, vt sit suspensus ab aliquo actu ordinis ecclesiastici, quem habet, & is illum actum à quo fuerat suspẽsus egerit, sicuti constat ex cap. is qui, de sent. excom. lib. 6. ver. celebrat. & c. is cui, eod. tit. ibi, in suo officio.
3 Circa tertium, † qui suspensus est à Pontificalibus, non potest quæ sunt Põtificalia exercere, non tamẽ si cum illis celebrat, fieret irregularis, ſm ferè omniũ sententiam: cum Pontificalia nõ sint de substantia ordinis, vel officii, quia sine illis quodlibet officium fieri potest. talis. n. non est suspensus à diuinis, sed ab additamento ad diuina, quare siue ordinet, siue consecret, non erit irregularis. ita Innoc. & Franc. in c. 1. de sent. excõ. lib. 6. §. caueant, nu. 5. & in c. 2. de offic. delega. lib. 6. nu. 4. Qui etiã est suspensus ab ordine, vel ab iis, quæ exercentur rõne officii ordinis, non potest illa exercere, & contrafaciens incurrit irregularitatem, sicuti constat in c. is qui, de sent. excom. in ver. celebrat, de sent. excom. lib. 6. & in c. is cui. in ver. officio, eo. tit. Cum propriè sit irregularis, qui ordinem habens, & carens eius executione immiscet se diuinis, ſm Innoc. & Ioan. And. in d. §. caueant. Quod procedit in suspensis ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis, ut in d. §. caueant.
4 Siue ab ingressu † Ecclesiæ, quia celebrans in ea diuina, est irregularis, c. is cui, de sent. excom. lib. 6. & rõ est, quia cum interdicitur aliquod principale, videtur interdictum consequens ex illo. Item interdicto ingressu Ecclesiæ, uidetur interdicta diuinorum celebratio. Extra tamen hunc casum ille, cui est interdictus ingressus Ecclesiæ, licet grauiter peccet, siue ingrediatur causa orãdi, siue non, siue diuina officia celebrentur, siue nõ, siue audiat diuina, siue non, nunquã incur-

incurrit irregularitatem: quia solú celebrare in suo officio in diuinis, inducit irregularitatem, tex. in d. c. is cui, qui solú in illo casu irregularitatem inducit, vnde in aliis casibus à iure non expressis non habet locum, c. is cui, de sent. excó. lib. 6.

5 Pariter qui est † suspẽsus à iurisdictione, non potest, q̃ sunt iurisdictionis exercere: Non tamen exercendo fieret irregularis, nisi exerceat iurisdictionem cũ eo, quod habet admixtum ministeriũ ordinis; puta si absolueret excõicatum cũ solemnitate, de qua in c. debet, cum seq. 10. q. 3. secundum Innoc. & Hosti. in c. fi. de excess. prælat.

6 Qui est † suspensus ab officio, & beneficio, tunc ab vtroque est suspensus, de elect. c. quia sæpè. de censi. lib. 6. c. exigit, & nec est ei subueniẽdum de fructibus beneficii, ẽt quantum ad necessitatem vitæ, nisi in mortis articulo, si ab eius potestate dependet, vt suspensio tollatur, ita glo. super verbo subtrahantur, in fi. in c. pastoralis, de appel. & ita procedit glo. in cle. vt hi qui, de æta. & qualit. Archid. in c. prçter, dis. 32. Alias si ab eius potestate non dependeret, vt possit suspensionẽ tollere, tunc prouidetur ei de fructibus quo ad sustentationẽ vitæ; & ita debet intelligi glo. in d. c. pastoralis, in princ. & c. studeat, dist. 50. Cui autem debeant applicari fructus beneficii suspensi; vel excõicati, diximus supra, lib. 4. c. 14. nu. 7.

7 Sed an † suspensus ab officio, intelligatur suspensus à beneficio. cõclude breuiter; ꝙ aut quis suspenditur ab officio perpetuo, aut ad tempus, aut simpliciter. Si suspensio est perpetuo, & tunc suspensus ab officio perpetuo, est suspẽsus à beneficio: nam talis suspẽsio habet vim priuationis, & depositionis, ut no. Archid. 82. dist. c. 2. Cum igitur beneficium detur propter officium, ꝙ facit in Ecclesia, de rescript. c. fi. lib. 6. & ipse perpetuo ab officio sit priuatus, patet per cõsequẽns, ꝙ ab officio sit remotus, arg. glo. in cle. cupientes, de pœnis.

8 Si autem suspensio † fiat ad tẽpus, & tunc suspensus ab officio est suspensus à beneficio, ꝙ impropriè dicitur, i. à quotidianis distributionibus, cũ illæ non dẽtur nisi illis qui intersunt horis canonicis. Ab alio vero beneficio (si aliud non exprimitur in sententia iuris, vel hominis) suspensus nõ erit, ad quod facit de temp. ordi. c. vel non est cõpos. vbi suspenso ab officio ad tẽpus mandatur prouideri; & rõ ẽst, quia non põt tali suspenso negligẽtia, uel contẽptus imputari, cũ ante tẽpus non possit absolui à suspẽsione facta vsque ad certũ tempus, vt not. glo. in cle. 1. de hæret. ita Gem. in c. pter hoc, dist. 32. Quàmuis Cou. tit. de success. ab intest. in 2. p. c. 6. nu. 13. concludat, ꝙ suspensus ab officio ob crimen graue, sit ẽt suspẽsus à beneficio, Prẹpo. in c. cũ inhibitio, §. fi. de cland. despon. Abb. in c. latores, de cle. excõ. mini. Si autẽ esset suspensus ob crimen leue, vel ob contumaciã, non esset à beneficio suspensus. Quòd intellige, nisi moraretur petere absolutionẽ, vel nisi suspensionem contemneret.

9 Quæ quidem distinctio † potest ẽt deseruire in suspenso simpliciter, vt inquit Gemin. in d. c. pter. Hæc oĩa procedunt, nisi aliter in sentẽtia iuris, vel hoĩs exprimatur, quia tunc sñia esset seruanda. Ita Gem. Henricus in c. cũ dilectus, de consue. Abb. in d. c. latores. Couar. vbi sup. Rursum, cũ appellatione officii comprehendatur Missa, Vespere, & Matutinũ, ut hr̃ in c. de his, dist. 13. hinc fit, ꝙ suspensus ab officio, celebrãs in altero istorum esset irregularis, de quo per Doc. in c. fi. de excess. prçla. Gemin. in d. c. de his.

10 Sed an sacerdos † suspensus à celebrãdo, dicatur etiam suspensus ab assistẽdo? Respondet Arch. per tex. in c. testamentũ, dis. 6. quod non: Nam ut ibi patet, ille qui est prohibitus celebrare, non est prohibitus Eucharistiam suscipere, vnde minus est interesse diuinis, quàm celebrare. ad hoc facit, 12. q. 2. de uiro, de consecr. dis. 4. c. eos, quos. Quod intellige, nisi interesset solemniter authoritatem præstãdo celebrationi, quia talis prçsentia çquiparatur celebrationi, vnde irregularitatẽ incurrit, c. illud, de cler. excom. mini. vt

incurreret celebrans,c.1.de sent.excom. in 6.c.1.de re iudi.eo.lib.

11 Et an Abbas, qui † suspensus est à sacramentis, possit recipere monachum ad professionem absque metu irregularitatis? Gem.in c.quod interrogasti, dist.27. videtur dicere quod non, per illum tex. cum seq. vbi appellatione sacramentorũ ecclesiasticorum comprehenditur etiam professio monachatus.

12 Rursum,an sacerdos † prohibitus per superiorẽ solo verbo ne celebret,videatur suspẽsus? Resp.quòd non:sed tantum,qñ ipsi in scriptis talem prohibitionem facit, ar.tex.in l.si procurator. ff.de cond.ind. cũ suis concord. quatenus probãt,in dubio neminem præsumi facere actum eo modo, quo est delictum. At qui prohibet celebrare sine scriptura,facit actum, qui potest iudicari,delictum, & non delictum:nã si facit animo suspẽdendi,delinquit, adeo ut ipso iure incurrat suspensionem,c.1.de sent.exc.in 6. si vero facit animo non suspendendi, sed simpliciter prohibendi,nõ videtur delinquere, ergo præsumendus est nolle delinquere. Ita Nauar.lib.5.de sent.excom.cons.62.

13 Rursum,an suspẽsus † à diuinis, v. g. Episcopus,possit alibi,vel in sua Ecclesia audire missam, non tamẽ authoritatiuè, confiteri, & cõicare corpori Domini. Resp. ꝙ sic.cum ea,quæ potest, vt laicus facere,non uidentur illi prohibita, sed tã tum quando exercet aliquem actũ ordini suo specialiter deputatũ,& sibi per suspensionem prohibitum,Inno.in c.fi.de excess. prælat.] Qui suspensus est à iure ẽt propter defectum corporis, vel ab homine, debet abstinere ab officio, quãuis post contritionẽ,& confessionem, quousque relaxata fuerit sentẽtia, aliàs suspẽsus à diuinis, vel officio,si contrafacit celebrãdo mortaliter peccat: cum minora interdicũtur, maiora intelligũtur interdicta,nõ vice versa. Vt suspensus à subdiaconatu,interdictus intelligitur à superioribus ordinibus,non è cõuerso. Quicũque potest agere per cẽsuram ecclesiasticam,potest suspẽdere, & interdicere, facit tex.in c.quærenti,de ver.sig. Et qui potest excõicari,potest suspẽdi. Quando in sententiam suspensionis dicitur, Do-

14 nec † satisfecerit,&c. adueniente conditione non indiget alia relaxatione, sicuti si esset excõicatus. Quod intellige, quando fuisset suspensus ad certum terminũ, quia tunc non indiget absolutione, sed sufficit, ꝙ iudex declaret satisfactũ esse, & hoc est,ꝙ voluit gl.dicere in cle. 1. de deci. ꝙ sufficeret declaratio iudicis super satisfactione:secus verò si aliquis simpliciter suspensus esset,quia tunc absolutione indiget,ita glo. in d. cle. [An vero interim ante satisfactionem celebrãdo fiat irregularis? Dic ꝙ sic, si fuit suspẽsus ab hoĩe in iudicio: Secus si extra iudicium, dummodo non sit suspensus pro tali causa,quæ à iure cõmuni ab ipsa causa induceretur suspẽsio. Si vero suspensio à iure modo prędicto inducatur,tunc gl.not.& sing.in c.2.in ver.suspensos, de censi. tenet ꝙ fiat irregularis in casibus, de quib. ibi per Doct. Franc.in c. 1.§. caueant, de sent.exc.lib.6. & in c.1.§.sciturus, nu. 5. de sent.& re iudi.lib.6.]

15 Rursum † suspensus à iure potest ab Episcopo absolui, nisi canonis conditor sibi reseruauerit,vel nisi sit suspẽsus propter peccatũ, à quo nõ possit Ep̃us absoluere. Si verò ab homine sñia suspensionis prolata est,absolutio fiat ab eo, vel eius superiore,quę fieri põt solo verbo, Re-

16 moueo, † vel Reuoco. Circa quartum, casus ꝑmulti sunt, in quibus incurritur suspensio,inter quos est cõcubinatus notorius clerici, quæ quidẽ suspensio sicut ipso iure incurritur, ita ipso iure per pœnitentiam tollitur,glo.recepta in c. si qui sunt,distinct.81. At si ante pœnitentiam huiusmodi fornicarius vteretur ordine suo,fieret irregularis, gl.in cap.peruenit, distin.50. Hosti. & Io.Andr. in c.fin. de cohab.cler.vel mul. Nauar.c.27.nu.154. [Abb.in c.vestra,de cohab.cler. vel mul. Chosmas in pragmatica sanctione,tit. de concubinariis.in ver.inhabiles, Sylue.in ver.concubinarius.§.4. Petrus Rebuffus de cõcordantiis,ti.de publicis concubin. in

in princ. Guido Papæ, q. 558. Diaz in praxi crim. canon. c. 73. Bermondus in tract. de concubinariis, pag. 270. qui asseuerat hanc opin. cōem esse. Quibus suffragatur tex. in c. fi. de cohab. cler. vel mul. & in c. præter. §. prohibentur. dist. 32. & c. si qui sunt. dist. 81. ex quibus manifeste constat hūc notorium fornicariū suspensum esse quo ad se, & quo ad alios. Vnde & irregularis erit. Hinc Host. tradit regulam in c. tanta, de sim. clericū propter aliquod crimē suspensum quo ad se, & quo ad alios irregularē esse, si nondū ea suspensione sublata proprio fuerit usus officio. Idem tenet Archid. in c. 1. de re iud. li. 6. Quam quidē opinionē hoc pacto fore intelligendam censent, vbi publicus cōcubinarius diuinis se immiscuerit eo tpe, quo publicè in eodē versatur vitio, non aliàs, Card. in c. si celebrat, de cler. exc. mini. Præposi. in d. c. præter, §. ad hoc, nu. 15. verū licet cōis sit hæc sententia, tamen mihi nimis dura videtur: nec auderem secundum eā iudicare quemquam irregularem esse: tametsi cōsulerem vt absolutio, aut dispensatio impetraretur à Romano Pontifice. & ratio est, quia qui suspensi sunt à diuinis quo ad Deum tantum, vt sunt constituti in peccato mortali, celebrando, peccato durante nō efficiuntur irregulares, ita tex. in c. fi. de cler. exc. ministr. sicut nec qui suspensi essent in animæ iudicio à Sacerdote Cōfessario. Ita Inn. tenet in d. c. si celebrat, & Panor. ibi. nu. 5. Franc. in c. 1. §. caueant, de sen. exc. li. 6. nu. 6. cū non reperiatur in iure expressum, vt in cap. is qui, de sen. exc. li. 6. Et non obstat ꝙ fornicarius notorius est suspēsus quo ad se, & quo ad alios, talem aūt irregularem esse si celebrauerit, inquit tex. in c. 1. de re iud. li. 6. & in c. 1. de sent. exc. li. 6. nam respondetur hoc verum esse de suspēsione, quæ directè à iure indicta est propter delictum in eius pœnam, non de ea, quæ ratione cuiusdam honestatis ab ipso canone sit potius ob decorem, quā in pœnam ipsius criminis, & ipsius delinquentis, & hanc opinionē tenet Francus in c. 1. §. scituris, de re iud. li. 6. Couar. in cle. si furiosus, in prima par. §. 1. num. 5. de homic.

17 De Sodomita † vero nefandi criminis reo ēt occulto, licēt propter tanti criminis grauitatem tuenda sit cōis opinio, ꝙ sit irregularis, quam sic asseuerat Cesar Lamberti. in trac. de iure patr. 1. par. 2. lib. q. 9. ar. 18. nu. 4. propter tot doctissimorū virorum authoritatē, quos recenset Coua. qui supra. Hinc Petr. Rebuff. in tract. de paci. poss. nu. 208. censet beneficii collationē ipsi factam esse inualidam: tamē ex iuris rigore cōis sententia defendi nō potest, cum nullus sit iuris Pontificii locus, qui hanc irregularitatem induxerit, iux. tex. in c. is qui, de sen. exc. li. 6. & vt Nau. in Man. c. 27. nu. 249. inquit, ꝙ nūquam vidit, nec audiuit dispensationem super hoc à Sede Apostolica.

Ex quibus omnib. concluditur, secundum veriorem opinionem, ꝙ siue suspensio inducatur propter infamiam delicti, & scādalum, vt sunt illi, quorum delicta sunt notoria, ut notorius si sit cōcubinarius, uel fornicarius, celebrando nō fiunt irregulares, ut tenuit ēt Inn. in c. tanta, de excess. prel. siue suspēsio inducatur à Deo propter peccatum mortale, & tūc neque incurritur irregularitas celebrando, licēt sit enorme, & dignum depositione: nisi tale sit crimen, quòd etiam peracta pœnitentia impediat executionem ordinis, ut est homicidium, c. fin. de temp. ordi. simoniacus in ordine, hæresis, & similia, de quibus in c. inquisitionis, de accusat. & in d. c. fi. prout no. Host. in cap. nisi. §. propter conscientiam, de renunc. in istis enim canon addit prohibitionem suam, secundum Pet. de Anch. in c. 1. §. caueāt, de sent. excommu. lib. 6.]

18 Suspenduntur † etiam ordinati à non suo Episcopo, uel ante legitimam ætatē, iuxta tex. in c. non est, extra, de temp. ord. uel ab episcopo ordināte clericos alterius diœcesis absque litteris proprii Episcopi, iuxta c. eos, de temp. ordi. qui sic suspensi utentes ordine fiunt irregulares. ita Io. And. in c. 1. §. scituris, de re iud. qui uult, quod omni casu quando suspensio inducitur à canone propter crimen, sicut uidetur

tur esse in casibus prędictis, incurratur ir-
regularitas, si ingerat se diuinis. Quod au-
tẽ sit propter crimen, patet quia delique-
runt contra prohibitionẽ canonis, vnde
peccatum est mortale, cap. 2. de maior. &
obed. Io. And. in d. §. scituris, facit gl. in c.
2. de cens. in uer. suspensus. Suspendútur
19 etiã † simoniaci, sed de his, & aliis, uideat
lector suis in locis Summistas, & præci-
puè Syluestrum, & consulat peritiores.

SVMMARIVM.

1 *Interdicere quid, & interdictũ ecclesiasticũ.*
2 *Interdictum duplex, locale, & personale, & quid.*
3 *Interdictum siue locale, siue personale, duplex, & de vtroque hic, & nu. 5.*
4 *Interdictæ Ecclesiæ effectus.*
5 *Interdicti effectus triplex.*
6 *Interdicti sententia ob delictum tantũ vniuersitatis ferenda.*
7 *Interdicti tpe, quæ permittũtur à Bonifacio.*
8 *Clerici interdicti, vel celebrantes in loco interdicto, peccant mortaliter, & sunt irregulares.*
9 *Irregulares, qui sint, qui ad maiores ordines promoueri nequeant.*
10 *Presbyteri tempore interdicti exercentes, quæ non sunt ordinum, non fiunt irregulares, secus si essent ordinum, vt nu. 13.*
11 *Subdiaconus tempore interdicti legens epistolam sine apparatu, non fit irregularis, secus si, vt nu. seq.*
14 *Deputata certo ordini quæ dicãtur, n. seq.*
16 *Exercens ea, quæ sunt certo ordini deputata, cum ipse non sit in eo ordine, pœna falsi tenetur, & fit irregularis, à solo Papa absoluendus.*
17 *Laici violantes interdictum, an & quando peccent ingerentes se diuinis.*

De interdicto Ecclesiastico. Cap. XXVI.

DE uariis interdictis uide addi-
tionem ad glo. in cle. 1. de foro
comp. Sed ut nonnullã nos in
terdicti speciem depingamus,
1 prius sciendũ est, ꝙ interdicere † in pro-
pria significatione est uetare, atque prohi
bere, ne quid fiat: secundo, interdictum
ecclesiasticum est suspensio à diuinorum
officiorum, sacramentorumque actiua,
& passiua celebratione, respectu alicuius
loci, vel personarũ facta, ab ecclesiastica
etiã prohibens sepultura. Hęc probantur
in cap. non est nobis, extra de spons. cap.
quod in te, dę pęnit. & remis. c. alma ma-
ter, c. si ciuitas, de sent. excommu. lib. 6.
2 Tertio, hoc duplex est, † locale, & per-
sonale. Locale dicitur, quãdo interdicitur
ciuitas, ne ibi diuina officia audiantur, &
tunc populus præter personas illas, quæ
causam dederunt interdicto, potest extra
ciuitatem, & suburbia illa audire. Perso-
nale aũt est, quãdo interdicitur populus,
vel aliqua eius persona; nam etiam popo
lus citra propriam culpam in odium ex-
communicati, si sit Rector, vel Princeps
potest interdici, c. miror. 17. q. 4. At istud
3 interdictum, † siue locale, siue personale,
est duplex, generale, & speciale. Genera-
le loci, est quando interdicitur totum re-
gnum, vel tota ciuitas, vel totum castrũ,
& dicitur generale, quia nulla excipitur
persona, vt colligitur in c. cũ in partibus,
de verb. sign. Sed speciale est, quando ali-
qua Ecclesia, vel Ecclesiæ ciuitatis, vel ca
stri interdicuntur, & non omnes, & tũc
4 interdicta † Ecclesia interdicũtur omnes
eius capellæ, d. c. si ciuitas. non tamen cle
rus eiusdem Ecclesiæ, quia posset alibi ce
lebrare. Sed interdictum personale gene-
rale est, quando propter peccatum Regis
interdicitur totus populus, d. cap. miror.
speciale vero, quando aliqua persona.
5 Quarto triplex † est eius effectus. Pri-
mus, quia nemo audire sacrã valet, nec ẽt
clerici primæ tonsuræ, nisi sint per Ponti
ficem priuilegiati, glo. in extrau. suscepti,
vers. interdicto, de elec. Secũdus est, quia
nec possunt suscipere sacramenta ordinũ
aut extremæ unctionis, ut no. Doct. in c.
responso, de sent. excomm. Tertius, quia
nec defuncti gaudere possunt ecclesiasti-
ca sepultura pręter quã clerici, c. quod in
te, de pęn. & remis. qui quidẽ clerici pos-
sunt sepeliri cum missa, & officio fune-

ris,

ris, Sylu. in ver. interdictum, 5. nu. 10. sed
6 cum † per interdictũ diuinus cultus detrimentum patiatur, nam ex desuetudine frequentãdi officia clerus ipse remissior fit, & ignauior ad diuina celebrãda: hinc non ob delictũ particularis personæ, nec pro debito pecuniario, sed ob delictũ vniuersitatis sentẽtia interdicti ferenda est, c. non est vobis, extra de sponf. in extra.
7 prouide, de sent. excom. Quinto † tempore interdicti, Bonifacius in d. c. alma mater, concessit ut homines non solũ in articulo mortis, verum & sani quoties vellent, Sacramentum pęnitentiæ suscipere possent. Præterea ut exclusis interdictis, & excõicatis, quotidie diuina officia submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis cãpanis celebrarentur. Deinde, vt in festis quatuor solemnibus, videlicet in die Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. Mariæ, pulsatis campanis, apertis ianuis, alta voce, eadem officia solemniter celebrarentur. Non tamen in eisdem solemnitatibus, licet Eucharistiæ Sacramentũ suscipere, nisi ab iis, qui priuilegium habent, quibus priuilegiatis sumentibus potest populus interesse. Sexto
8 clerici † interdictum violantes peccant mortaliter, & sunt irregulares, qui quidẽ dupliciter sunt interdicti violatores. Primo, dum ipsi sunt interdicti: tunc enim nullibi exercere aliqua sacrorum ordinũ possunt. Secundo, si locus est interdictus, licet ipsi non. Nam eo casu exercendo ordines in eodem loco, violant interdictũ, secus si in alio, gl. in c. is cui, in ver. in ea, de sent. excom. lib. 6. sic suspensus ab ingressu Ecclesiæ, si celebrat extra Ecclesiã, non est irregularis, ita Inno. in c. sacro, super gl. in uerbo mensem, de sent, excom. quem sequuntur multi Doctores, ut ibi
9 refert Fel. col. 2. nu. 7. Sed † illos tantũ clericos dicimus irregulares, vt ad maiores ordines promoueri nequeãt, qui sunt in sacris, vt subdiaconi, & superiores, qui exercent aliquod officium, quod est ordini annexum, ita Panor. in c. 2. de cler. excom. mini. & in c. fi. de exces. præla. Hinc
10 si † presbyteri aliqua munera exercerẽt tempore interdicti, quæ non essent propria sacrorum ordinum, sed possent etiã per laicum exerceri, ut canere responsorium defunctorum, psallere, benedicere mensam, vel dicere orationẽ mensæ, vel orationem pro nauigantibus, vel itinerãtibus, non fierent irregulares: cũ hęc non
11 sint certo ordini deputata. Sic † etiam si subdiaconus legeret epistolam sine apparatu, non fieret irregularis: quia illam posset etiã laicus, secus si cum apparatu, Syl. in ver. interdictum, 5. q. 4. idest cum manipulo. Deinde nec religiosus habens primam tonsuram, vel minores ordines in Ecclesia canendo, vel deferendo cereos,
12 &c. fieret irregularis. At si † interdictus, vel etiam suspensus intraret Ecclesiã, legendo, & cantando cũ aliis faciendo principale officium chori, uel quia diceret capitulum, vel orationem in officio, vel faceret officium cantoris in choro, tũc incurreret in irregularitatem, nisi id faceret ex ignorantia probabili, ita colligitur ex Franco in c. 1. §. caueant, de sent. exc.
13 in 6. Conclude † igitur, ꝙ quando quis est in sacris, & exercet ea, quæ sunt propria sacrorum ordinũ, idest, deputata certo ordini, tunc efficitur irregularis. Illa
14 aũt dico † deputata certo ordini, quorũ faciendorũ specialis potestas traditur in ordinatione, vt in presbytero potestas cõsecrandi, baptizandi, solemniter dicendi collectas in choro, Sylu. in ver. irregularitas, §. 13. ac agendi hebdomadariũ in horis canonicis, quod est sacerdotis. Itẽ ex Franco in d. §. caueant. Si benediceret aquam: quia hoc pertinet ad officium sacerdotis, iuxta Inno. in c. 1. de exces. pręl. Syl. in uer. aqua, §. 4. Si solemniter benediceret populum, dicendo: Sit nomen Domini benedictum. Si ferret absolutionem excõicato. Quod intellige, modo absoluat, vt sacerdos cũ solemnitate, de qua in c. à nobis, el secondo, de sent. excom.
15 In † diaconatu potestas canendi solemniter euangeliũ. In subdiaconatu potestas canendi epistolam cum manipulo. Accolito offerendi vrceolos: nam si iste solemniter exerceret actũ deputatũ ordini minori,

nori, ita irregularis efficeretur, ac exercẽs deputatũ maiori, Nau. c. 27. nu. 163.

16 Sed an qui † immisceret se diuinis, exercendo ea, quæ sunt certo ordini, vel officio certi ordinis deputata, & non esset in dicto ordine constitutus, vt si accolitus epistolã in apparatu subdiaconi diceret, talis sit irregularis? Respon. ꝙ iste propriè tenetur pęna falsi, sicut tenetur ille, qui non habens dignitatẽ, simulat se habere, l. eos, ff. ad leg. Corn. de fica. & est irregularis ea irregularitate, quam incurreret ille, qui celebraret nullum habens ordinem, & est à solo Papa absoluendus, Francus in d. §. caueant, in fi. Sed reuertẽdo ad interdictum, quia diximus de pœna clericorum illud violantiũ, modo reliquum est, vt uideamus de pęna laicorũ.

17 Laici † igitur si contemptus abest, & scãdalum, & locus solum sit interdictus, nõ peccãt se ingerendo diuinis, nisi aliquod violentiæ genus facerent, vt se ingererẽt, vel clericis eos expellentibus non obtẽperarent. Et hæc de interdicto ab homine, Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 3. art. 1. Cæterum de interdicto à iure, vide Sylu. in ver. interdictum, 4.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas, quid sit.*

2 *Irregularis si ordinetur grauiter peccat, & manet suspensus.*

3 *Irregularitas vnde dicatur, & quibus modis contrahatur.*

4 *Casus viginti, quibus quis fit irregularis.*

5 *Irregularitas per homicidium, vel mutilationem, nu. 66. per susceptionem ordinis in excommu. in interdicto, & suspensione contrahitur.*

6 *Irregularis quoties celebrat, peccat mortaliter.*

7 *Ignorantia crassa nõ excusat irregularem celebrantem.*

8 *Inferior à Papa, an possit in irregularitate dispensare.*

9 *Obiiciens alicui non ritè esse ordinatum in facto recenti, transfert in se onus probandi, aliàs secus.*

10 *Excommunicatus, suspensus, & interdictus per susceptionem ordinum minorũ, non fit irregularis, fallit nu. 32.*

11 *Conferens, & recipiens plures ordines in vno die, sin̄t irregulares, & quo casu ab Episcopo, & quo à Papa sint dispẽsandi.*

12 *Sacramenti reiteratio inducit irregularitatem, nu. 15. & quid in dubio, nu. seq.*

14 *Irregularis nõ fit, qui coactè rebaptizatur.*

16 *Confirmationem non accipere, an sit peccatum mortale, & eius materia.*

17 *Ordinatus, per apostasiam à fide fit irregularis.*

18 *Apostatantes à fide hodie sunt verè hæretici.*

19 *Irregularitas per infamiam, item per ordinationem ab Episcopo censurato contrahitur: idẽ si ab Episcopo, qui renunciauit.*

20 *Sacris ordinibus initiatus ante ætatem, vel sine dimissoriis est, irregularis, num. 26. fallit nu. 21.*

22 *Ordinatus ante ætatem, si superueniente scientia non exercet, illa adueniente celebrare potest sine absolutione. Et quid si superueniente scientia celebrauerit, nu. seq. Et an sit excommunicatus, si excommucatio lata esset contra promotos ante ætatem, nu. 24.*

25 *Episcopus cum promouendis circa ætatem non dispensat, sed circa tempus potest.*

26 *Electus consecrare, vel ordinare per se non potest, sed sic per alium.*

27 *Clericus cum dimissoriis legati à latere promoueri potest, & legati à latere insignia, & qui.*

28 *Episcopus à quibus irregularitatibus dispensare poterit, & an per litteras, nu. 78.*

29 *Regularium superiores, à quibus irregularitatibus subditos dispensare, vel delegare possint.*

30 *C. liceat, sess. 24. an extendatur ad constitutiones Pontificum promulgatas post Concilium cum reseruatione casuum.*

31 *Administrans in ordine sacro, quem non habet serio, efficitur irregularis, nu. seq.*

33 *Mendicantes epistolam cantantes licèt non subdiaconi, cum dalmatica, & manipulo non sunt irregulares.*

34 *Irregularis est in eo ordine, tanquam in illo officio*

officio constitutus administrans.

35 *Clericus peregrinus, an celebrando sit irregularis.*

36 *Suspensus ob crimen publicum, an irregularis sit celebrando.*

37 *Celebrans in altari interdicto, irregularitatem incurrit.*

38 *Bigamia inducit in irregularitatem, quæ triplex est.*

39 *Membri cuiuslibet principalis defectus abscissio, imbecillitas, vel deformitas si sua culpa, irregularitatem inducit, secus si absque culpa, nu. seq. 41. & 42.*

43 *Oculus sinister, oculus canonis appellatur, & quo casu eius defectu incurratur in irregularitatem.*

44 *Gibbosus, curuus notabiliter, ligneo pede ambulans, ad celebrandum fiunt irregulares.*

45 *Membrum, quæ hominis pars dicatur, & an digiti abscissio inducat irregularitatem, vide remissiuè.*

46 *Membri superfluitas, siue magnitudo, vel deformitas, quænam irregularitatem contrahat.*

47 *Leprosi, epileptici, arreptitii, energumeni, amentes, lunatici, furiosi, sunt irregulares.*

48 *Vertigines, vel syncopas patiens, an censeatur irregularis, & quid de hermaphrodito, nu. seq. & balbo, seu bleso, nu. 50. & quid de surdo, nu. 51.*

52 *Irregularitas illegitimitatis, quos notat.*

53 *Constitutione Sixti V. cautum est, ne illegitimus promoueri ad ordines sacros, neque in religionem ingredi possit, & quid possint, nu. 55.*

54 *Religionis ingressus tollit omnem irregularitatem præter contractam ex homicidio, vel bigamia, huic dicto derogauit dicta constit. quæ hodie moderata fuit, vt nu. 58.*

56 *Ex spuriis multi fuerunt omni virtutum genere ornatissimi.*

57 *Episcopus quoad minores potest cum illegitimis dispensare.*

58 *Illegitimus dispensatus in vno beneficio, non potest sine dispensatione aliud obtinere.*

59 *Irregularitas inducitur propter baptismi dilationem.*

60 *Praxis in baptizandis pueris seruata à parochis in interrogandis obstetricibus.*

61 *Parochus quo casu intellecto de baptismo facto ab obstetrice conditionaliter baptizare debeat.*

62 *Capite infantis extra vterum matris edito baptizato, nullo amplius opus est baptismo.*

63 *Religiosus egrediens claustrum physicam auditurus, & recurrens ad Imperatorem prætextu iniustæ excommun. fit irregularis.*

64 *Irregularis efficitur quis propter hæresim, & seruitutem.*

65 *Criminosi, & ære alieno grauati ex constitutione Sixti V. non possunt admitti ad religionem.*

66 *Damnati ad triremes, & in insulam deportati sunt irregulares, item & homicidæ, & quid in iis requiratur.*

67 *Homicidio causa proxima dari dicitur tripliciter, & quomodo, & per quos ea detur vide, qui omnes sunt irregulares, & nu. seq. vsque 71.*

72 *Irregularitas tribus modis tollitur, & nu. seq. & 74.*

75 *Episcopus an dispenset in homicidio, & in bigamia similitudinaria.*

76 *Episcopus in irregularitatibus occultè prouenientibus dispensat, nu. seq.*

78 *Episcopus si fuerit irregularis, quid nam agat, vt absoluatur, & quid de parocho post commissum homicidium, nu. seq.*

80 *Permittenda in excommunicationibus Papalibus sunt aliqua ob locorum distantiam, quæ aliàs permitti non debent.*

81 *Irregularitas tollitur per dispensationem Papæ, & hac dispensatio quomodo fiat.*

De irregularitate. Cap. XXVII.

PRæter ea, quæ supra diximus de irregularitate, in secũdo li. in 5. præcep. modo uidendum est, quid sit irregularitas; quare sic dicitur; quot modis contrahatur, &
1 tollatur. Irregularitas † igitur est impedimen-

dimentum canonicũ, quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri, & promotus ministrare non potest, cap. ex tenore, c. quæsitum, & ibi Abb. de tempo. ordin.

2 Hinc notandum † primum omnium, ꝙ tali pacto irregularitas dicitur impedimẽtum ordinum, scilicet, ꝙ si irregularis ordinatur, ordinem quidem suscipit, & characterem, sed peccat grauiter contra Ecclesiæ præceptum, quare gratiam non suscipit, manetque subinde suspensus, atque ideo quoties in ordinibus administrat, grauissime peccat.

3 Et dicitur † irregularitas, quia homines à regula excipit, quam in ordinibus suscipiendis Ecclesia præscripsit. Hæc autem his modis contrahitur, uidelicet ex delicto, ex defectu corporis, ex defectu sacramenti ordinis, atque matrimonii. Nunquam tamen illa cõtrahitur, nisi in casibus à iure expressis, c. is qui, de sent. excom. lib. 6.

4 Casus † autem in quibus fit quis irregularis, sunt num. 21. qui numerantur per Doct. in c. nisi, de renunc.

5 Primus † est per homicidium, & mutilationem, clem. unica, de homic. ut diximus supra in 2. lib. præcep. 5. c. 72.

Secundus. Cõtrahitur per ordines susceptos in excõicatione maiori, c. cum illorum, & ibi Abb. de sent. excom. Vt si excõmunicatus excõicatione maiori ordines susceperit, quod idem dic de ordinibus susceptis in interdicto, & suspensione, qui si celebrat, cum scit, vel scire teneatur se esse excõicatum, aut suspẽsum, vel interdictum, est irregularis, c. is cui, de sent. excom. lib. 6. à solo Papa dispensandus, Syluest. in ver. irregularitas, q. 1.

6 vers. 19. & semper † peccat mortaliter, quoties celebrat post incursam irregularitatem, non aũt nouam irregularitatem incurrit antequàm obtineat dispensationem, Nauar. c. 1. nu. 194.

7 Dixi † cum scire teneatur, quia ignorantia crassa nõ excusat, qualem ille habere dicitur, qui vocatus in iudiciũ ad certam diem sub excõmunicationis pœna, noluit comparere, & postea celebrat, nesciens se esse à iudice excõicatum, cum tamen huiusmodi contumaces soleant excõicari, iuxta Ancha. in c. Apostolicæ, de cler. excom. min.

8 Et licet † inferior Papa aliquando possit absoluere talem ab excõicatione, in qua erat, non tamen poterit dispẽsare secum in tali irregularitate, nisi de mandaro Papę, siue scienter ordines susceperit excõmunicatus existens, siue ignoranter facti memoriam non habens, aut in ignorantia iuris existens, nõ credens hoc sibi esse prohibitum, ut in c. cum illorum, de sent. excom. Si tamen iste efficiatur religiosus post laudabilem conuersationẽ in religione per aliquod tempus, potest Episcopus dispensare cum Apostolica authoritate, ut in c. fi. de eo, qui fur. ordi. susc. Dispensat etiam Abbas cum monachis.

9 [Sed † quid si aliquis longo tempore gessit omnia tanquam ritè ordinatus, & ita habitus obiicitur modo sibi, ꝙ ipse est ordinatus à nõ suo Episcopo, vel extra quatuor tempora, aut aliàs minus canonicè, an debeat ipse probare legitimam ordinationem de se factam. Host. inquit, ꝙ in facto recenti ille, qui dicit se ordinatum, debet hoc probare: si autem fuerit ordinatio diu facta, & tunc præsumitur ritè ordinatus, ad hoc de presbyt. bapt. c. fi. de iud. cum deputati. quare alius debet probare, ita Ant. in c. innotuit, de exce. præl.

10 Rursum † quæritur, an excõicatus accipiens primam tonsurã, vel ordines minores contrahat aliquã irregularitatem, sicut fit quando suscipiuntur ordines maiores, Nauar. lib. 5. de sent. excõ. consi. 28. à nu. 10. vsque 18. octo rationibus sentẽtiam negatiuam tuetur, scilicet, ꝙ non fit irregularis, sicut nec assumens ordines minores ante legitimam ætatem, est ipso iure suspensus etiam per extrau. Pii II. vt infra videbimus. Quod quidem dictum etiam extendit ad suspensos, & interdictos, vt non incurrant ipso iure irregularitatem, assumendo primam tonsuram, & alios ordines minores. Cum talis irregularitas non reperiatur in iure expressa, c. is qui, de sent. excom. in 6.]

11 Tertius, † cõtrahitur irregularitas per plures ordines in vno die susceptos, c. litteras,

teras, de temp. ordi. vt qui quatuor ordines minores, & subdiaconatum vno, eodemq; die susceperit, c. cum H. extra de eo, qui fur. ordi. susce. & multo magis, si duos simul susceperit sacros ordines, c. fi. eo. tit. Et in ambobus casibus si ordinādi non fuerint sub anathematis sentētia pręmoniti, ne illos simul ordines susciperent, tunc cum huiusmodi ordinatis in utroque casu, si aliquam religionē intrauerint, poterit Abbas dispensare, c. 2. de eo, qui fur. ordi. susce. ex quo fit, ꝙ etiam si non ingrediantur, poterit Episcopus dispensare. Si vero sub tali sentētia fuerint prohibiti, tunc solus Papa, quia excommunicatione maiori irretiti ordines susceperunt, qui ideo si sine dispensatione administrent, efficiūtur irregulares, Syl. in uer. irregularitas, 95.

12 Quartus, † fit quis irregularis per reiterationem sacramentorum imprimentium characterem, c. 1. de biga. quod de baptismo manifestū est tam ex parte baptizantis, quàm rebaptizati, iux. tex. in c. eos quos, de consecra. distin. 4. & c. 2. de Apost. de baptizāte est tex. in c. eos quos, de consec. dist. 4. & de rebaptizatis, c. qui bis, ead. dist. Si uero rebaptizat quis ignoranter, & ignorantia fuerit probabilis, id est, prius adhibita debita diligentia, irregularitas nō inducitur, iux. communem Doctorum opinionem, & per Turrecr. in d. c. quis bis. Si vero fuit ignorantia facti, & postquam sciuit habuit ratum, fit irregularis, dist. 50. cap. confirmandum, Sylu. in ver. casus, 91. vers. 13.

13 Si uero † rebaptizat quis, aut rebaptizatur in dubio, idest, post debitā diligentiam, non inducitur irregularitas, quia non dicitur reiteratum, quod nescitur esse factum, c. ueniēs, de presby. non bapti. c. solemnitates, de consecra. dist. 1.

14 Similiter † non est irregularis, qui coactè coactione absoluta fuit rebaptizatus, secus si cōditionata, vt no. Inn. in c. eos, de consecr. dist. 4. An uero sufficiat partem corporis baptizari? Dic ꝙ verior est opinio, ꝙ baptizatus reputatur, cui quantalibet pars aquæ infunditur, siue perfundatur caput, siue cadat aqua super pedē: dummodo puer nō fuerit mortuus ante ablutionem, & finem uerborum prolatorum, glo. ordin. in c. uulgaris, de pęn. dist. 1, arg. de consecr. dist. 4. c. nec quicquam, glo. ordi. de consecr. dist. 4. propriè, Inno. in c. debitum, de bapti. Lapus alleg. 104. quæ incipit, corpora.

15 Sed † dubium est de confirmationis sacramēto. & quamuis Turrecre. Alphon. de Cast. & Couar. asserant illam de iure non contrahi, cum nō sit expressum, iux. tex. in c. is qui, de sent. excom. lib. 6. tamē aliter est de consuetudine, vt in specie tenet Sylu. in uer. casus, §. 1. uers. 13.

16 [An uero † confirmationis sacramentum sit necessarium ex Dei, uel Ecclesiæ præcepto, ita ut mortale sit crimen eum omittere. dico quòd non, nisi ex contemptu omittatur. Esset enim contemptus graue, & mortale crimen, licet ex sacro testimonio authoritatibus sanctorū Patrum necessarium esse probetur ad gratiæ augmentum, ac fidei corroborationem, ut eam instructiores profiteamur, de consecra. dist. 5. c. 1. & 2. Couar. lib. 1. uaria. resolu. c. 10. nu. 5. Confirmationis uero materiam dicimus secundū Caiet. in 3. par. q. 73. art. 2. esse unctionem olei de necessitate præcisa; Chrisma uero, id est, unguentum ex oleo, & balsamo esse de necessitate præcepti, ita etiam dicit Sotus in 4. dist. 7. q. unica, art. 2. ita probatur per tex. in c. 1. de sacr. non iter. ubi confirmatio olei unctione fuit celebrata, & tamen uerum est sacramentū, sicut baptismus aquæ aspersione, & tamen post ea cautè debet suppleri unctio Chrismatis, quæ incautè fuit pretermissa, ita interpretatur tex. in d. c. 1. Couar. qui sup. nu. 4. utrunque tamen oleum, & balsamū, uel oleum tantum debet esse consecratum, aliàs sacramentum non perficitur, S. Th. 3. par. q. 73. art. 3. & debet consecrari ab Episcopo, Sylu. Arm. in uer. cōfirmatio.]

17 Quintus, † inducitur irregularitas per apostasiam à fide: nam si erat ordinatus fit irregularis quoad usum, cap. Iulianus, 11. q. 3. & si laicus, fit irregularis quoad susce-

susceptionem, c. presbyteros, dist. 50. de quo Inno. in c. 1. de apost. Verum si à fide quis defecerit, iusto aliquo timore cōpulsus, si erat sacerdos, solus Papa dispensabit: si alterius inferioris ordinis, Episcopus. Attamen si uoluntariè, tantum Papa, d. c. presbyteros.

18 Et annotandum, † q̄ dicti apostatę hodie sunt verè hæretici, & consequēter in illis locum habent omnia iura loquētia de hæreticis. Quod si fideles, vel clerici fiunt hæretici, post peractam pœnitentiā, & abiurationem, in ordine suscepto poterunt administrare: sed in suscipiendis, tā clerici, quàm laici fiunt irregulares, c. saluberrimum, 1. q. 7. vide Maiol. lib. 5. de irregul. cap. 46.

19 Sextus, † per infamiam, c. infamibus, cum glo. vbi Franc. de reg. iur. in 6. Abb. in c. licet Heli, de simo.

Septimus, inducitur irregularitas per ordinationem ab Episcopo excōicato cōtrà tenorem Concilii Constant. scilicet, quia est excōicatus nominatim, atque denuntiatus, vel per manifestam manuū iniectionem in clericum, c. gratia, c. statuimus, 1. q. 1. c. Daibertum. 1. q. 7. & idē est, si ordinetur à suspenso, & interdicto, vel ab hæretico, vel schismatico, vt inquit Syluest. in ver. irregularitas, q. 7. Sotus in quarto senten. distin. 25. quæst. 1. articu. 3.

20 Octauus, † si quis scienter ordinetur ab Episcopo, qui episcopatui renunciauit non solum loco, sed etiam dignitati, tunc irregularis efficitur, c. 1. de ordin. ab Episcopo, qui renunciauit: secus si solum loco, & non dignitati renunciauerit: quod intellige si maiores ordines, ab eo susceperit, secus si minores ex licentia proprii Epi, & in hac irregularitate solus Papa dispensat, Sylu. qui sup. quæst. 8. si scienter id fecerit, secūdum Abb. in d. c. 1. Si vero ignorantia fuerit probabilis, tūc inferior poterit dispensare, secundum eum. Est autem probabilis ignorantia in ordinato, quando Episcopus renunciauit in curia, & ueniens dixit, quia nō renunciauit dignitati, vel omnino tacuit renūciationē, vt notat Host. in sum. de ordin. ab Episcopis qui renuntia. in §. primo, vers. quid si à tali.

Nonus, initiati sacris ordinibus ante legitimam ætatem à Concilio Tridentino, sess. 23. c. 8. & sess. 7. cap. 10. diffinitam, uel absque dimissoriis proprii Episcopi litteris, vel cum illis quidem, sed deprauatis, aut fictis, vel abrasis, vel extra legitima tempora, scienter sunt ipso iure suspensi, & si susceptum ordinem exercuerint, irregularitatem cōtrahunt, à solo Papa absoluendi, Syluestr. in ver. casus, q. 1. ver. 23. & possunt ipso iure beneficiis priuari per extra. Pii II. quæ incipit, cum ex sacrorum usu receptam, Sotus in quarto senten. distin. 25. q. 1. art. 3. [Huius cōstitutionis meminere Gonsal. de suspensione, col. 3. Syl. irreg. §. 10. & in ver. casus. q. 1. vers. 23. Reg. Cancellariæ Cle. Septimi, 22. Io. Bern. in prac. crim. c. 22. & eam transcribit Petrus Rebuff. in trac. de beneficiis, 2. par. ti. de clericis ad sacros ordines male promotis, gl. 4. quamobrem cauere debent qui ante legitimam ętatē extra tēpore iure statuta fuerint sacris ordinib. donati, ne in eisdem absque dispensatione ministrent. Is vero qui bo

21 na † fide celebraret, putans id sibi licere, fortassis non foret cēsendus irregularis, sicuti optimè tradit Nau. in rep. c. accepta de rest. spol. oppo. 8. nu. 34. hoc ipsum intelligens quo ad forum interius, & exterius, modo id factū fuerit probabili ignorantia. atque ita ipse præcitatam extrauagātem constitutionē interpretatur ex his quę in simili voluerunt glo. in c. solet, de sent. excom. in 6. in glo. pen. Card. in clemen. 1. de priuil. q. 38.

22 Pariter qui fuerit † promotus ante legitimam ætatem, credens se illam habere, tunc quia non incurrit in Bullam Pii II. quę loquitur de his, qui scienter se faciūt promoueri: licet si supuenerit postea sciētia, non possit sacrū ordinem exercere ante legitimā ætatem, tamen illa accedente, quia cessat impedimētum, potest in ordinibus susceptis ministrare absque absolutione. quod probatur in c. vel non est com-

eompos, de temporibus ordin. & est communis opinio in d. capit. ut refert Couar. in clemen. si furiosus, in prima par. §. 1. num. 4.

23 An uero† superueniente scientia ordines si exercuerit, sit irregularis? dicerem quod non, quia Pius II. apposuit suspensionē ipso iure iis, qui faciunt sciēter se promoueri, quos vult eo ipso irregularitatē incurrere, si in eisdem ordinib. ministrare prȩsumpserint. Vnde cū iste ignorans legitimam ȩtatē, ordines susceperit, nō est suspensus, cū non includatur in dicta cōstitutione, & per consequens celebrando nō efficitur irregularis, peccat tamē mortaliter superueniente scientia toties quoties celebrauerit, eo quia trāsgreditur prȩceptum superioris, facit tex. in cap. 2. de maior. & obed.

24 Sed quid si per Episcopos apposita† esset sententia excōicationis contra suscipiētes ordines sacros ante legitimam ȩtatem. Dico quod si iste probabiliter ignorabat suam ȩtatem, quod ordinatus non sit excommunicatus, cum ignorantia sit facti, & illa excusat ab excōmunicatione, regula, ignorantia, de reg. iur. in 6. no. Doct. in c. 2. de consti. in 6. vnde si superueniente scientia postea celebrauerit, non erit irregularis. Cum nō inciderit in excommunicationem. Illa enim requirit culpam prȩsentem, c. nemo, cap. nullus, 11. q. 3. Et non obstat si quis diceret, quod hoc intelligitur de excommunicatione hominis in specie, non autem de excommunicatione hominis generali, quia illa ȩquipollet canoni, Abb. in c. graue, de prȩb. in c. ex frequentibus, de inst. & per consequens respicit futura, c. à nobis, 1. de sen. excō. Nam resp. quod argumentum nō facit ad rem, si subtiliter consideretur. Etenim si quis faceret actum prohibitum sub pœna excommunicationis. i. scienter reciperet ordines, utique esset excommunicatus: quia excōicatio iuris respicit futura. Sed iste quando fuit promotus, non fuit excommunicatione ligatus: quia erat in ignorantia probabili. Nec postea superueniente scientia, cum tātum celebrauerit. ergo non erit excommunicatus: vnde neque irregularis.

25 Verum notandum, Episcopum nō posse dispensare super ȩtate ordinandorum, prout etiam colligitur ex glo. & Doct. in cle. fin. de ȩta. & qual. quȩ cle. secundum Zab. ibi, q. 2. & 7. ligat ēt religiosos, ut nō possit Episcopus dispensare super ȩtate, quo ad ordines: licet poterat dispensare ante concilium cum ordinatis extra tēpora, c. consultationi, vbi hoc no. in gl. ul. de tēp. ord. Verū an Episcopus electus & cōfirmatus, qui per se non potest ordines conferre, cum non sit consecratus, c. trāsmissam, de elect. possit alteri cōmittere

26 Episcopo, ut ordinet† suos clericos. Resp. quod sic. Ita notabiliter dixit Panor. in c. 1. nu. 10. de transl. Episcopi. vbi etiā inquit quòd licèt non posset cōsecrare in Epm suum suffraganeum, seu electū in Episcopū, tamen potest Archiepiscopus electus, & confirmatus dare potestatem aliis Episcopis, ut ipsum consecrent, ita loquitur tex. in c. suffraganeis, de elect. & ratio est, quia electus, & confirmatus cōmittendo hanc consecrationē, vel ordinationem, solum exercet iurisdictionem: quia tribuit facultatē consecrandi subditum propriū: Episcopi aūt hoc faciūt iure suo. facit op. tex. in c. cum nullus, de tēp. ord. lib. 6. vbi capitulum potest cōmittere alteri Episcopo, ut ordinet clericos alterius diȩcesis, licet hodie, secundū Conc. Tri. sess. 7. c. 10. non liceat infra annum à die vacationis hoc facere, & tamen certum est, quòd capitulum per se ordinare non potest, cum non succedat nisi solum in his, quȩ sunt iurisdictionis, cap. cum olim, de maior. & obed. ita etiam tenet glo. in c. 1. distin. 100. & sic quod suo non licet nomine, licet alieno, quando ille, cui fit commissio, poterat facere nomine suo. Ita notabiliter Panorm. in c. suffraganeis, nu. 2. de elect. Hinc interrogatus, an clericus,

27 promoueri possit ad sacerdotium † cum litteris dimissoriis Legati de latere, non autem sui Episcopi. diximus quod sic. nam cum Legati de latere sint Domini Cardinales, Ioan. Andr. & Panorm. in c.

S ss pen.

pen. de offi. lega. & ueniant appellatione sedis Apostolicæ, glo. in capitu. si Abbatem, de electio. in sexto. Hinc Bald. in capitu. ad hæc, num. 16. de postul. præla. uocat Legatũ à latere dictum Papæ, quia de uoluntate Papæ plenariè præsumitur informatus, & habeat cum ordinario iurisdictionem ordinariam, capitu. primo, & secundo, de offic. leg. in sexto, clem. secunda, de offic. ordin. & concurrant cum quolibet ordinario in sua iurisdictione, & sit locus preuentioni inter eos non solum in beneficialibus; Hoc est si legatus primo conferat, tunc collatio ordinarii est nulla, & econtra, dicta clem. secunda; Sed etiam in aliis iurisdictionalibus, ut no. Francus in capit. primo, num. 8. de offic. leg. in sexto, fit ut cum sit iurisdictionis alteri committere, ut ordinet suos clericos, vt supra probauimus, quod dubio procul hoc possint.]

28 Præterea † nec à suspensione incursa, & ab irregularitate contracta ob contrauentionem præfatæ bullæ potest Episcopus in foro fori absoluere, neque dispensare: quamuis sic in foro conscientiæ: possunt enim hodie ab omnibus suspensionibus, & irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus dispensare, excepta irregularitate, quæ oritur ex homicidio uoluntario, ut habetur ex Côcil. Triden. sess. 24. cap. liceat. Attamen necesse erit præfatos dispensandos prius ætatem legitimam saltem attigisse, aliàs beneficium dicti c. liceat, minime consequi possent. Quæ autem hodie sit legitima ætas, habetur in Conc. Triden. sess. 23. cap. 12.

29 Sic etiam regularium † superiores possunt à præfata irregularitate sibi subditos dispensare, modo ad legitimam peruenerint ætatem, & hoc vigore suorum priuilegiorum, & præcipuè Sixti Quarti, & aliorum Romanorum Pontificum, ita habetur per Cat. Neap. lib. 4. capit. 12. [Immo cum hanc iurisdictionem habeant ex priuilegio perpetuo: eo ipso quod sunt prælati, fit ut alii possint delegare: quia ut diximus supra, lib. 2. c. 48. num. 60. ea potestas, quæ officio, aut dignitati perpetuæ datur, ordinaria potius dicenda est, quam delegata, probatur in cap. ultimo, de offi. ordin. Non tamen nisi in specie ad illum actum: cum negotium graue, & arduum sit. Hinc semper reseruatur in Iubileis potestas dispensandi in irregularitate, cum in generali delegatione nõ ueniant ea, quæ quis in specie non esset concessurus, vulg. iuribus, cap. licet, de offi. uic. in 6.

30 Sed nunquid † cap. liceat, sess. 24. extendatur ad cõstitutiones Romanorum Pontificum promulgatas post dictũ Concilium cum reseruatione casuum ipsi sedi Apostolicæ, ita ut possit Episcopus à suspensionibus, & irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus dispensare? Respon. quod sic, præterquam in casibus reseruatis cum clausula derogatoria, per quam sufficienter derogatur prefato Concilio Tridentino. Tum quia præfatum Concilium dat facultatem generaliter, non distinguendo inter preteritas, & futuras, & ita generaliter est intelligendum, l. de pretio. ff. de public. in rem acti. capitu. solitæ, §. fin. de maior. & obedien. Tum quia indulgentia, & facultas absoluendi, quæ datur in Iubileis extenditur ad peccata futura, vt nos affirmauimus supra, eodem lib. capitu. 15. num. 42.]

31 Decimus, irregularis † efficitur, si quis in eo ordine administrat, quem non habet, capitu. 1. & 2. de cler. non ord. mini. Panor. in capit. quanto, de consue. quod intellige, si sit administratio in ordine sacro: nam in quatuor minoribus laicum administrare, non est irregularitatis causa. In maioribus autem quamuis merè laicus sit, illam incurrit, vt bene contra quosdam ait Syluest. in uer. irregularitas, quæst. 12.

32 Item † requiritur secundum omnes, vt non ioco, sed seriò, & solemniter administret: nam si quis seriò, sed non solemniter administraret in eo ordine, quẽ non habet, verbi gratia, legeret Euangelium, sed absque dalmatica, absque manipulo,

pulo, aut etiam cum eo, vbi est talis consuetudo, secundum Archiep. Floren. ter-
33 tia parte, titu. 28. cap. primo, vt † refert Nauar. de fratribus mendicantibus non subdiaconis, qui cantant epistolam cum dalmatica, & manipulo, nam tunc non esset irregularis. Quinimmo nec irregularitatem incurreret in foro conscientię, quando nondum subdiaconus cantaret epistolam cum manipulo, etiam si talis consuetudo non esset: dummodo cantaret, nolens id facere, ut subdiaconus, quamuis secus esset in foro fori. præsumptio enim esset id fecisse, ut subdiaconū, & propterea peterę deberet absolutionem, Nauar. qui supra.

34 Colligitur ergo, † tunc aliquem effici irregularem, quando solemniter ministraret exercendo aliquod deputatum certo ordini tanquàm in officio illo constitutus, puta legendo Euangelium, ut diaconus, vel epistolam, ut subdiaconus, Syluest. in ver. irregularitas, quæstione duodecima. Requiritur etiam ad incurrendam irregularitatem, ut talem ordinem non habeat quoad substantiam, secus si in ordinatione dimissum esset aliquid, quod certum est non esse de substantia, quia si ministret, antequam suppleatur omissum, non erit irregularis, quia nullo iure hoc exprimitur, licet peccet mortaliter, Sylu. qui supra, versicu. quinto.

Vndecimus, irregularis efficitur, si suspensus, excommunicatus, vel interdictus ingerat se diuinis officiis celebrando, vel administrando in aliquo ordine, saltem minore solemniter, vt diximus supra, & not. in cap. fin. de excess. prælat. Quod idem intellige de prælato excommunicato impellente aliquem ad celebrandum, glo. in clem. secunda, ver. celebrari, de priuilegiis. [vel secundum aliquos de clerico ministrante sacerdoti excommunicato scienter celebrante, argu. extra de apost. capitu. secundo, Archidiaconus in capit. si quis, vndecima quæstione tertia.

35 Sed an † incurrat irregularitatem clericus peregrinus veniens de remotis, qui mandatur teneri in suspenso, si publicè celebrat? Dic quod non, ita Innocent. quem sequitur Dominus Antonius, in capitu. primo, de cleric. peregr. nume. quarto. & ratio est, quia non est suspensus, sed tenetur in suspenso, ut examinetur eius vita, & mores. & quamuis interim ab eius officiò abstinere debet, & sic suspensa est plebs audire eius officium, tamen publicè celebrando non fit irregularis: quia Episcopus in eo dispensat, vt in capit. fin. eodem titu. quod si esset irregularis, solus Papa dispensaret, de re iudica. capitu. primo, libro sexto, vndecima, quæstione tertia, si quis Episcopus.

36 Et idem † dicit de suspenso in publico crimine, qui licet celebrare non debeat, si tamen celebrat, non est irregularis. quod intellige de eo, qui est notoriè delinquens quo ad se, & non quo ad alios, vt est quilibet notoriè delinquens, nam propter notoriam suspensionem celebrare non potest, à subditis tamen vitari non debet, si celebrat, quamuis grauissimè peccet, non tamen est irregularis, quod secus esset, quando esset quis suspensus quo ad se, & quo ad alios, quia celebrando esset irregularis, Innocen. & Anton. in cap. 1. de cler. peregr.]

Sic etiam clericus irregularis esset celebrando in loco interdicto, non autem polluto, capitu. is qui, de sentent. excommunic. lib. sexto, à solo Papa dispensandus.

37 Sed quid si † celebraret in altari interdicto? dic quod est irregularis, quia altare est locus, immo locus, vbi celebratur, arg. tex. in d. c. is qui.

38 Duodecimus, † bigamia pariter inducit irregularitatem, capitu. debitum, cum glo. in ver. sacramentum, de biga. Bigamia vero, quod est nomen Græcum, triplex dicitur, vera, similitudinaria, & interpretatiua, iuxta glo. in d. capitu. debitum, Rota decis. 447. in nouis, & declarauit Speculator de dispens. §. iusta, nu. 6.

Vera est eius, qui successiuè duxit duas uxores virgines, & consumauit matrimonium, capitu. primo, & tertio, de biga. Et eius, qui uiduam in uxorem adhuc primam acceperit, & consumauerit matrimonium, cap. si quis uiduam, distinctione quinquagesima. Similitudinaria est, quam incurrit ordine sacro insignitus, aut voto solemni astrictus cum aliqua etiam virgine de facto contrahēs, & consumans, capitu. sanè, 2. de cleric. coniugatis, d. capitu. debitum, cap. quotquot, vigesimaseptima, quæst. prima, Nauar. capitu. vigesimoseptimo, num. 195. Interpretatiua autem contrahitur multis modis, glo. in capitu. primo, de biga. Nauar. qui supra. Et in his omnibus solus Papa dispensat quoad suscipiendos sacros ordines, nam quoad minores etiam Episcopus, Sotus in 4. sent. distinct. 27. q. 3. art. 3.

39 Tertiusdecimus † defectus etiam, seu abscissio, imbecillitas, vel deformitas cuiuslibet membri principalis etiam occulti, ueluti si essent pudenda, contingens ob culpam, inducit irregularitatem quoad ordines susceptos, & suscipiendos, & alia officia ecclesiastica, etiam quorum usum non impedit, siue ipse sua sponte id fecit, siue alius sua culpa, quia iussit, aut rogauit, aut quia dando operam rei illicitæ casu id contigit, vel in pœnam alicuius delicti à suis inimicis fuerit abscissum, cap. si quis absciderit, cum sequenti, glo. not. in cap. eunuchus, distin. 55.

40 Sylu. in uer. corpore uitiatus. Secus † si absque culpa sua, capitu. ex parte, 1. & 2. capitu. significauit, de corpo. vitia. capit. lator, distinctio. 55. quia tunc non inducit eam, nisi quoad illum ordinem, uel officium ecclesiasticum, ad quem, uel ad quod factus est inhabilis, aut saltem sine notabili horrore, aut deformitate, vel scādalo exercere non valet, Abb. in cap. secundo, de cler. ægro. mini. Nauar. cap. 27. num. 200.

41 In alijs autem † ordinibus, uel officijs poterit ministrare sicut prius, sed non de nouo ordinari. Eadem omnia quoque dicenda sunt de parte membri abscissi, quam si per indignationem, & impatientiam ipse sibi abscidit, incurrit irregularitatem, dummodo sit notorium, quòd per indignationem id fecit; secus si non est notorium, nisi notabilem deformitatem generaret. Anton. de Butr. in capit. Thomas, de corpo. vitia. Syluest. qui supra, quæstio. 5. Nauar. cap. 27. à nume. 198. vsque 201. & de parte membri, num. 206.

42 Hinc † colligitur, quod membrum cōsilio medici abscissum, castratio per uim à parentibus, vel alijs, claudicatio, cui baculus non est necessarius, ita ut sine baculo altari possit assistere, Nauar. capit. 27. nume. 119. macula oculi, quæ non priuat visu, neque notabilem deformitatem generat, non inducunt irregularitatem, capitu. cum de tua, capit. ex parte, vbi Anton. But. de corpo. uitia. Syluest. qui supra, q. 6.

43 Quod † autem dixi de macula oculi, intellige sinistri, quem stylus Romanus oculum canonis appellat: nam si quis careret uisu oculi sinistri, & non posset legere canonem missæ sine indecora, & nimia faciei ad populum conuersione, & scandalo, tunc celebrando esset irregularis, aliàs secus, quando cum oculo dextero quantum satis est ad benè celebrandum cernit sine populi scandalo: magis enim deformitas, quàm defectus visus requiritur ad inducendam irregularitatem, Nauar. c. 27. nu. 199.

44 Gibbosus † etiam, siue curuus, vel connexus notabiliter pariter est irregularis, ut probatur in capit. hinc etenim, distinct. 49. Sic qui ligneo ambulat pede, irregularis est ad celebrandum, licet exercere posset officium diaconi, uel subdiaconi, & in his irregularitatibus solus Papa dispensat. Anton. de Butr. in capitu. significauit, de corp. vit. Syluest. in verbo casus, quæstio. 1. versicu. 6. Nauar. nu. 200. in fi.

45 Membrum vero, † quæ pars hominis dicatur, & an truncatio digiti inducat irregularitatem, & quid de pollice, &

& indice, vide Anton. Butr. in d. capitu. Thomas, & nos supra in secundo libro, quinto præcep.

46 Superfluitas, † vel nimia magnitudo alicuius membri, quæ impediat ad celebrandum, saltem sine notabili horrore, deformitate, vel scandalo, efficit irregularem, Nauar. capitu. 27. numero 200. versic. 6. Quis autem defectus, aut deformitas requiratur, vt inducat irregularitatem, standum est iudicio Episcopi, aut Confessarii, non autem alterius prælati eius, qui est ordinandus, Nauar. in d. vers. sexto, vbi etiam secutus Innocen. Cardi. & Anton. Sylu. atque Angelum, qui in exemplis tenet, quòd prælatus eorum iudicabit.

47 Leprosi, † epileptici, seu epilenti, idest, morbo caduco laborantes, arreptitii, energumeni, idest, à dæmone obsessi, etiam si semel, amentes, lunatici, furiosi, idest, à quibus furor nunquam recedit, sunt irregulares similiter, æquali alia infirmitate corporis oppressi, quæ notabile scandalum usui ordinum præbet tam quo ad susceptos, quam quo ad suscipiendos, saltem quo ad actus, in quibus dictum scandalum præbet. In quibus omnibus solus Papa dispensat. de energumenis est tex. in cap. maritum, 33. distin. de leprosis est tex. in capitu. cum percussio. 7. quæst. prima, capitu. de rectoribus, de cler. ægrot. capitu. ex parte, de cler. ægrot. Nauar. d. capitu. 27. num. 202. & seq. vbi addit, quòd epilesiæ morbo semel infectus nunquam amplius ordinari potest, quamuis omnino sanus appareat, cap. maritum, distin. 33. neque iam ordinatus celebrare potest, si sæpe cecidit, capit. in litteris, 7. quæst. secunda, aut etiam raro, modo spumas ore uomat, aliàs sic adiuncto socio præparato ad perficiendam missam inceptam, si forte morbo corriperetur, vt colligitur in capitu. communiter, cum duobus sequent. distinctio. 33.

48 Sed an irregularis censeatur, † qui uertigines, vel sincopas patitur: censeo, quòd non, cum hoc non reperiatur in iure expressum, argum. tex. in capitu. is qui, de sententia excommunic. in sexto. Paraliticus etiam, quando imminet periculum effusionis sanguinis, vel quòd hostia cadat de manibus suis, iuxta tex. in capitu. ultimo, de cler. ægrot. irregularis est.

49 Præterea † hermaphroditus, si sexu fœmineo magis præstat, quàm uirili, non est capax characteris, si vero uirili magis, quàm fœmineo, licèt sit capax, non debet ordinari, quia est monstrum, & Papa solus dispensat, Nauar. c. 27. num. 203. vers. 15.

50 Defectus † linguæ non inducit irregularitatem, modo non impediatur organum, vel loquela. Hinc balbus, seu blesus, idest, qui uitio linguæ non bene exprimere potest verba, & tardè, vel obscurè loquitur, potest ad ordines promoueri, Anton. Buttrius in capitu. exposuisti, nume. 9. de corpo. uitia. quod non ita est de elingui, idest, qui caret lingua, vel muto, qui loqui non potest, etiam si linguam habeat, Gabriel. de canon. miss. lect. 1.

51 Surdus † item est irregularis antequã ordinetur, quòd si talis fuerit factus surdus post ordines susceptos, potest celebrare, licet diacono respondente non audiat. Irregularis etiam est, qui uinum bibere non potest, vel euomit, cum celebrantem oporteat sanguinem sub uini specie sumere, secunda, quæst. 7. capitu. ipsi Apostoli, & ibi glo. Syluest. in uer. corp. uit. q. 7.

52 Attinet † etiam ad defectum corporis illegitima natiuitas. Quare omnes qui non ex legitimo matrimonio nati sunt, de quibus loquitur glo. in capitulo, nisi cum pridem, uersicu. manseres, de renuncia. siue sint naturales tantum, vt nati ex concubina domi retenta, titulo, C. de nat. lib. siue vulgo concepti, vt nati ex publicis meretricibus, de quibus loquitur tex. Deuter. capit. uigesimotertio, capitulo, innotuit, de electio. capitu. per uenerabilem, in fine, qui filii sint legitimi. qui alio nomine manseres uocãtur, siue sint progeniti ex adul-

terio, siue ex sacrilego concubitu, ut habetur in capitulo, ut filii. & capitulo, nimis, de fili. presbyter. & capitu. consuluit, de seru. non ordin. Hi sunt qui nati sunt ex altero parente habente uotum castitatis solemne, de quo voto loquitur text. in capitulo vnico, de voto, libro 6. in quorum numero habentur filii nati ex religioso profitéte in religione approbata, vel ex clerico in sacris initiato, uel ex milite Hierosolymitano, cum votum emittat castitatis: secus si uotum non fuerit solemne, vel si nati fuerint ex incestu. Hi omnes ordinari nequeunt, de electio. capitulo, innotuit, capitulo, per venerabilem, qui filii sint legitimi. & no-
53 uissimè † adest constitutio Sixti V. incipiens, Cum de omnibus ecclesiasticis ordinibus, edita 1587. contra omnes illegitimos, quæ uult, ut promoueri non possint ad ordines sacros, & neque ut possint recipi in religionem; annullans text. in c. primo, de filii presbyt. qui tex. uolebat, ut filii, licèt sint illegitimi, religionem profitendo possent absque alia dispensatione ordinibus promoueri, ut habetur in capitulo, presbyterorum, dist. 56. glo. in capitu. nimis, capitulo, ut filii, de fili. presbyter. & ratio erat, quia reli-
54 gionis † ingressus cum effectu tollit omnem irregularilatem quoad ordines, Syl. in verbo, illegitimus, quæstio. 6. præter illam, quæ ex homicidio uoluntario, uel bigamia oritur, & talis mos seruabatur in religionibus, ut inquit Sotus in quarto, distinct. 25. quæstio. prima, articu. 3. prima conclusio. Verum quo ad prælationem etiam ingressus religionem si illegitimus est, promoueri non potest absque Papę dispensatione, Syluest. & So-
55 tus, qui supra. Hodie autem † dicta constitutio Sixti V. vult, ut progeniti ex sacrilego, uel incestuoso concubitu, non admittantur ad professionem, sed nę illis claudatur via Deo seruiendi, possint recipi, ut famuli: alii vero illegitimè nati tantum possunt pręseferre bonam uitam, ut valeant admitti, sed cum dispensatione.

Et ratio, quare potuit moueri Summus Pontifex, fuit multiplex, tum quia dignitas clericalis huiusmodi vilibus personis conferri non debet, capitulo, inter dilectos, de excessibus prælatorum, regula, infamibus, de regul. iur. l. neque famosis, C. de dignit. lib. 10. Tum etiam detestatione criminis paterni, capitulo, vergentis, de hęret. tum quia solent esse tales imitatores criminis paterni, 6. q. 1. capitu. si quis cum militibus. Et ut plurimum, secundum Ricard. esse solent male morigerati, eo quòd à parentibus non ita sollicitè, atque legitimi educantur, glos. in capitu. si is cum quo, versic. defectu, de fil. presbyter. lib. 6. Syluest. in verbo, illegitimus, in fine, Sotus in quarto, distinc. 25. quæstio. prima, artic. 3. alias etiam rationes affert Pręposi. in capitu. presbyterorum, distinctio. 56.
56 [Quamuis ex † spuriis multi extiterint omni virtutum genere ornatissimi, quique pręcipuam ingenii, ac morum sanctitatis laudem ita promeruerint, ut uel si spurii vere dici possint, tamen hoc nominis uitio naturę præstantia, lausq; diminui non potuerit. In hoc censetur Gratianus Decretorũ compilator. Item Iephte, quem in Sanctorũ numero Paulus recensuit. Albanus Martyr ex incestu patris cum filia procreatus; & alii, quos accuratè Gratianus ipse refert 56. distinctio. Sed multo fusius in tracta. de nothis, & spur. Illustrissimus Cardinalis Paleotus. Verum tametsi hęc ita se habeant, tamen cum lex adaptetur ad ea, quæ frequentius accidant, & non ad ea, quæ raro, l. nam ad ea, ff. de legi. ideo non sine ratione factum est, ut ii, qui illegitimè nati sunt, à sacerdotiis excludantur.] Quare si ordinentur ab ordinum sunt exequutione de iure su-
57 spensi: potest † tamen Episcopus cum huiusmodi personis quantum ad minores ordines dispensare, sed quantum ad maiores, vel ad beneficia curata, non nisi Summus Pontifex, ut habetur in capitulo, is qui, de fil. presbyter. libro sexto.

Sed

58 Sed an illegitimus † dispensatus ab Episcopo, vel à Summo Pontifice super beneficio incerto, eo consecuto cum effectu possit absque dispensatione aliud obtinere? Respondeo quòd non: quia cum dispensatio sit exorbitans, strictè est intelligenda, & ità seruatur in curia. uide Francum in capitulo primo, de fili. presbyter. libro 6. numero 12. in fine. Pœna vero ex parte recipientium ad professionem contra non obseruantes constitutionem Sixti Quinti est, ut sint excommunicati, suspensi, & priuati voce actiua, & passiua. Ex parte vero receptorum, quòd professio est nulla, possuntque eiici à religione. [Hodie vero dicta constitutio fuit moderata, & penè reducta ad ius commune per S. D. N. Gregorium XIIII. quæ incipit, Circumspecta Romani Pontificis prouidentia.. & terminatur, Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. XCI. Idibus Martii, Pontificatus anno primo.]

59 Quartusdecimus, † inducitur irregularitas propter baptismi dilationem in adultis usque ad ægritudinem, capit. si quis, distinctio. 57. Verum adde unum, quod solet esse in praxi circa baptismi collationem, de quo etiam supra diximus, scilicet, quòd hodie cõmunis inoleuit vsus

60 per capitu. 2. de baptis. quod † quando puer fertur baptizandus in Ecclesia, Parochus interroget obstetricem, si baptizauit puerum ita; vel ne? quæ si baptizasse responderit, iterum eam interrogare oportebit: adhibita ne fuerit debita forma, & materia? quæ si vtrumque adhibuisse dixerit, necessaria nõ erit baptismi reiteratio, sed tantùm faciet om

61 nes alias solemnitates. † si vero obstetrix nõ recordatur, an debitam adhibuerit formam, & materiam, vel si adhibita debita forma, & materia, baptizauerit pedem, uel manum pueri nondum totaliter egressi ab utero matris, & tunc in utroque casu baptizabit illum conditionaliter, Si non es baptizatus, ego te baptizo, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; Amen. Ita D. Thom. 3. parte quæst. 68. artic. 11. ad quartum, Syluest. in uerbo, Baptismus, 4. quæst. 1. Io. Tab. in uerbo, Baptismus, 1. Sotus in 4. sent. dist. 3. quæst. unica, art. 11. uers. in quarto argumento.

62 Quod † secus esset dicendum, si caput extra uentrem prodierit, in quo omnes uigent sensus, nam tunc baptizato ab obstetrice capite, non opus est iterum baptizari sub conditione, D. Tho. & Sotus, qui supra. facit tex. in cap. baptizari, distinct. 6. l. cum in diuersis, de relig. & sump. fun.

63 Insuper † fit irregularis religiosus egrediendo claustrum ad audiendam phisicam, si infra duos menses non reuertitur, capit. fin. ne clerici, uel monac. cap. super specula, eod. titu. De hac diximus supra capit. 23. nume. 426. Rursum per recursum ad Imperatorem sub prætextu iniustæ excommunicationis, capit. pen. 21. quæst. ult.

64 Præterea † propter hæresim, atque obseruitutem, cap. legem, 23. dist. In hac irregularitate comprehenduntur omnes serui empti, uel capti in bello, obligati ad ratiocinia publica, uel priuata, ut habentes officium per quod ad syndicatum conueniri possint, ut gubernatores, iudices, assessores, auditores. Item officiales rationales, l. officiales, C. de Episco. & cler. Aerarii, thesaurarii, syndici, uel obligati ad priuata ratiocinia, antequàm rationẽ reddiderint; ut tutores, curatores, procuratores, negotiorum gestores.

65 Nouissime † Sixtus V. Pontifex maximus, anno 1587. per quandam extrau. quæ incipit, Cum in omnibus, contra illegitimos, & criminosos, statuit, ut crimi nosi, ignominiosi, ære alieno grauati nõ possint admitti ad religionem sub pœnis in ea contentis. Criminosi verò non tantum intelliguntur, qui realiter crimina perpetrarunt, uerum de crimine famoso suspecti, ut de rapina, furto, &c.

66 Item damnati † ad triremes, uel in insulam deportati, aut in exilium condemnati: Hi enim ex defectu libertatis, cum

cum sint serui pœnæ, sunt irregulares, quod idem de bannitis dicendum est. Nouissimè contrahitur irregularitas per homicidium, vel mutilationem hominis viui, vt supra diximus in 2. lib. Decal. 5. præcep. Verum illis adde, quòd ut talis irregularitas incurratur, duo requiruntur. Primo, vt sequatur mors, vel mutilatio hominis viui. Secundo, ut homicida dederit causam proximam. de primo diximus ibi.

67 Circa secundum, dare † causam proximam homicidio, secundum tex. in c. de cætero, de homic. dicitur tripliciter. Primo ex officio, secundo ex intentione, tertio ex actu per se ordinato. Ex officio dicitur dare causam proximam homicidio, qui ex officio reum morti condemnat, videlicet Iudices criminales, assessores, consultores, consiliarii, auditores, actuarii, scribæ, testes, cap. si quis viduã, dist. 50. legentes mortis sententiam, carnifex, lictores, cap. sententiam, capitulo, clerici. ne cleri. vel vou. Quare hi omnes sunt irregulares.

68 Secundo, † ex intentione, hinc omnes hi irregulares censendi sunt, qui dant causam proximã morti, vel mutilationi hoc fine, vel intentione, vt vendens, vel commodans scalas scienter, uel enses, funes, sagittas, vel alia instrumenta ad sagittis configendum, vel laqueo suspendendũ, aut iugulandum, iux. Dom. Ant. 3. par. tit. 28. cap. 2. nu. 5.

69 Item hortans † condemnatum, vt admoueat caput ad stipitem, vel instruens carnificẽ, ut reum dexterè necet, ut minus doloris sentiat, vel faciat aliquid, ex quo acceleretur mors, iux. Nauar. cap. 27. num. 217.

70 Item † qui authoritatiuè reum decapitandum, aut suspendendum comitantur, ut capitanei, satellites, pulsantes tubam, & ita intelligitur dictum Abb. in c. sententiam, ne cler. vel vou.

71 Tertio † ex actu per se ordinato ad mortem, vel membri mutilationem. Huiusmodi est accusator, vel aduocatus in causa criminali contra reũ, & testes contra eundem, iux. Abb. & Fel. in c. postulasti, de homic. Quæ autem regulæ à Doctoribus constituantur ad dignoscendũ, quando irregularitas ab aliquo contrahatur, diximus sup. in 2. lib. decal. 5. præcep. Restat modo, vt videamus breuiter modos, quibus irregularitas tollatur.

72 Quare † sciendum est, quod tribus modis tollitur, & primo per baptismum, excepta illa bigamiæ. Vnde bigamus, ante, uel post baptismum non potest promoueri, nec corrupta velari, & de hac loquitur tex. in cap. acutius, distinc. 26. Similiter nec tollitur illa veniens ex defectu nataliũ, sed bene tollitur procedens ex peccato, qualitercunque proueniat, c. si quis viduam, dist. 50. & §. ecce, dist. 51. *Sylu.* in verbo, Baptismus, 6. q. 1.

73 Tollitur † secundo per religionis ingressum, gl. in c. 2. de apost. scilicet per professionem, ut in c. scripturæ, de voto. & c. 1. de fil. presbyt. excepta illa bigamiæ, & ea, quæ oritur ex homicidio voluntario iniusto, iux. *Sotum* in 4. sent. dist. 20. q. 1. art. 3. *Caiet.* in ver. Irregularitas.

74 Tertio † tollitur per dispensationem Episcopi, qui quidem primò potest dispẽsare super irregularitate natalium ad minores ordines tantum, & ad simplicis beneficii susceptionem, cap. 1. & 2. de fil. presby. Nauar. cap. 27. nu. 202. quæ iura per nouam Sixti V. constitutionem correcta non sunt, cum illa tantum loquantur de regularibus.

75 Secundo † dispensat in bigamia similitudinaria, si illa erat virgo, capit. 1. vbi glo. Panor. Præpos. qui cler. vel vou. Et in homicidio voluntario quoad primam tonsuram tantum, non autem quoad beneficia. Ita D. Tho. in addit. tertiæ par. q. 66. art. 4. Sylu. in uerbo, bigamus, q. 7. potest etiam Episcopus cum tali homicida dispensare, ut possit in minoribus ministrare, vt in cap. ad audientiam, c. continebatur, de homic. Couar. in clem. si furiosus, lib. 2. §. 3. de homicid. & in choro psallere, iux. Sotum de iust. & iure, q. 5. art. 3. lib. 10.

76 Tertio dispensat † in omnibus irregularita-

laritatibus occulte prouenientibus ex casuali homicidio, argum. tex. in cap. liceat, 24. sess. Conc. Trid. Vide mandans aliquem verberibus cædi, si inde secutum est homicidium, poterit Episcopus dispésare modo occultum sit, d. c. liceat. Nau. cap. 27. num. 240. circa medium.

77 Hinc ex d. cap. liceat † deducuntur aliqua, & primo, excommunicatum exercentem ordinem sacrum, tanquam irregularem, ut in cap. 1. de sent. excommu. in 6. posse ab Episcopo dispensari, si id ad forum exterius adductum non fuerit. Secundo ordinatum ante legitimam ætatem, uel sine beneficio, aut patrimonio, sine litteris dimissoriis, interim celebrantem tanquã irregularitatis nota maculatum ab Episcopo posse dispensari, si occultum fuerit delictum, iux. extrauag. Pii V. cum ex sacrorum. Et nota, quòd non solum potest dispensare præsentialiter, sed etiam per litteras dispensare, uel absoluere ipse, uel alius: potest etiam aliis potestatem committere, iux. Panorm. in cap. nouit, de offic. deleg. cap. Apostolicæ, num. 7. de cler. excommunic. mini. nec his refragatur, quòd nemo potest in diœcesi aliena forum eligere: quia illud procedit in foro conscientiæ, secundum Sotum in 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 1.

78 Sed quid † faciẽdum sit, si Episcopus fuerit irregularis? dic quòd potest sibi eligere Confessarium, iux. tex. in cap. fin. de pœnit. & remiss. qui dispensabit super illa irregularitate, super quam Episcopus in persona aliorum dispensare poterat, *Syl.* in verbo, Confessor primo, nu. 4. & nos alias diximus in primo lib.

79 Sed quid † dicendum de parocho cõmittente homicidium voluntarium, qui si nõ celebrat, certum est apud homines se illud commisisse, & infamatum esse de hoc; an poterit celebrare? Resp. ex mente omnium, quòd vbi concurrit ius positiuum, scilicet dispensare super irregularitate, & ius naturale, & sic ius diuinũ, ut vnusquisque suam famam, personamque tueatur, ius diuinum, seu naturale positiuo præfertur. Ex quo sequitur dicto parocho licere celebrare post debitã contritionem, & confessionem, ante dispensationem: quia lex diuina, & naturalis de defendenda sua fama, & vita, præstat legi positiuæ de abstinẽdo à sacris ab irregularitate prædicta, Nauar. in cap. 7. num. 2. & 3. & in cap. sicut, de consecr. dist. 1. Quod an dicẽdum sit de moniali occultissimè incidenti in excommunicationem Papalem, ut quia nocte forte exiuit à monasterio, cõtra c. Bonifacii VIII. sess. 25. in Conc. Trid. nos late diximus in 1. lib. cap. 12.

80 Hæc verò † quamuis ita procedãt in iure, non tamen ita passim admittenda sunt in praxi, præsertim in hoc Regno, quod paululum à Roma distat, & facilè possit ad sum. Pontificem recursus haberi pro dispensatione, nisi tamen vrgentibus causis concurrentibus, sed nõ in omni delicto, absque vrgẽti ratione notorii periculi vitæ, aut famæ. In aliis autẽ religionibus aprimè distantibus supradicta obseruari possunt, nisi in ultimo casu.

81 Tandem † irregularitas tollitur per dispensationem Papæ, qui omnes tollere potest; cum sint de iure positiuo, c. item Daniel. 2. q. 7. Doct. in cap. nisi cum pridem, de renunc. [An vero videatur summus Pontifex irregularitatẽ tollere per clausulam illam in bullis apponi solitam, Teque à quibusuis excommunicationibus, quod fit, quando factus irregularis impetrat à Papa beneficium. Respond. quòd non: quia nunquàm videtur Papa absoluere ab irregularitate, uel facere facultatem absoluendi ab ea, nisi id exprimat, ut dixit Nauar. in Manu. capit. 27. nume. 254.]

Dispensatio autem fit tali pacto. Authoritate N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa, ego dispenso tecum super irregularitate, uel irregularitatibus, quam, vel quas cõtraxisti ex tali causa, & restituo te ad legitimos actus: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amẽ. uel si res esset dubia, si cõtraxisti. Hæc de irregularitate dicta breuiter sufficiant.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cessatio à diuinis, quare introducta, & quid ea sit, & quotuplex, nu. seq.*
3 *Priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti, non extenditur ad tempus cessationis; neque priuilegium cessationis generalis ad cessationem particularem.*

De cessatione à Diuinis. Cap. XXVIII.

1 ALiquando cum † obedientia non est præstita excommunicationi, nec interdicto, solet addi cessatio à diuinis, quæ prohibet celebrationem diuinorum officiorum, & administrationem sacramentorum, & ianuis clausis. Tunc autem literæ Apostolicæ benè cōsiderandæ erūt, & secundū eas iudicandum, quia ligant, quantum Pontifex concessit, & nō am-
2 plius. Est ergo † cessatio à diuinis, qua desistitur ab officiis diuinis, ut ministerio sacramentorum. Et diuiditur in generalem, quæ imponitur vniuersitati; & in particularem, quæ imponitur loco particulari, ut Ecclesiæ. Non autem est censura, ut erat interdictum. Et qui violat cessationem à diuinis particularem, non est propterea irregularis, ut qui violat in-
3 terdictum: & qui † priuilegium habet audiendi diuina officia tempore interdicti, non ei suffragabitur, ut tempore cessationis à diuinis, audire possit. Nec qui priuilegium habet audiēdi tempore cessationis generalis, continuo audire poterit tempore cessationis particularis. Et hæc de cessatione attigisse satis est.

Et sic superimmensæ Trinitati sit honor, laus, & gloria pro perfecta, vtcunque hac Summula, die 14. mensis Aug. M. D. XCIII. Aetatis autem meæ quadragesimoquinto.

D. Iacobus de Graffiis à Capua, monachus Casinas, & professus monasterij S. Seuerini de Neapoli, Ordinis Sancti Benedicti.